

3740
5623

HISTORIAE
SOCIETATIS JESU
PARTIS VI. TOM. II.

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

20

21

22

23

24

25

26

27

28

29

30

31

32

33

34

35

36

37

38

39

40

41

42

43

44

45

46

47

48

49

50

51

52

53

54

55

56

57

58

59

60

61

62

63

64

65

66

67

68

69

70

71

72

73

74

75

76

77

78

79

80

81

82

83

84

85

86

87

88

89

90

91

92

93

94

95

96

97

98

99

100

101

102

103

104

105

106

107

108

109

110

111

112

113

114

115

116

117

118

119

120

121

122

123

124

125

126

127

128

129

130

131

132

133

134

135

136

137

138

139

140

141

142

143

144

145

146

147

148

149

150

151

152

153

154

155

156

157

158

159

160

161

162

163

164

165

166

167

168

169

170

171

172

173

174

175

176

177

178

179

180

181

182

183

184

185

186

187

188

189

190

191

192

193

194

195

196

197

198

199

200

201

202

203

204

205

206

207

208

209

210

211

212

213

214

215

216

217

218

219

220

221

222

223

224

225

226

227

228

229

230

231

232

233

234

235

236

237

238

239

240

241

242

243

244

245

246

247

248

249

250

251

252

253

254

255

256

257

258

259

260

261

262

263

264

265

266

267

268

269

270

271

272

273

274

275

276

277

278

279

280

281

282

283

284

285

286

287

288

289

290

291

292

293

294

295

296

297

298

299

300

301

302

303

304

305

306

307

308

309

310

311

312

313

314

315

316

317

318

319

320

321

322

323

324

325

326

327

328

329

330

331

332

333

334

335

336

337

338

339

340

341

342

343

344

345

346

347

348

349

350

351

352

353

354

355

356

357

358

359

360

361

362

363

364

365

366

367

368

369

370

371

372

373

374

375

376

377

378

379

380

381

382

383

384

385

386

387

388

389

390

391

392

393

394

395

396

397

398

399

400

401

402

403

404

405

406

407

408

409

410

411

412

413

414

415

416

417

418

419

420

421

422

423

424

425

426

427

428

429

430

431

432

433

434

435

436

437

438

439

440

441

442

443

444

445

446

447

448

449

450

451

452

453

454

455

456

457

458

459

460

461

462

463

464

465

466

467

468

469

470

471

472

473

474

475

476

477

478

479

480

481

482

483

484

485

486

487

488

489

490

491

492

493

494

495

496

497

498

499

500

501

502

503

504

505

506

507

508

509

510

511

512

513

514

515

516

517

518

519

520

521

522

523

524

525

526

527

528

529

530

531

532

533

534

535

536

537

538

539

540

541

542

543

544

545

546

547

548

549

550

551

552

553

554

555

556

557

558

559

560

561

562

563

564

565

566

567

568

569

570

571

572

573

574

575

576

577

578

579

580

581

582

583

584

585

586

587

588

589

590

591

592

593

594

595

596

597

598

599

600

601

602

603

604

605

606

607

608

609

610

611

612

613

614

615

616

617

618

619

620

621

622

623

624

625

626

627

628

629

630

631

632

633

634

635

636

637

638

639

640

641

642

643

644

645

646

647

648

649

650

651

652

653

654

655

656

657

658

659

660

661

662

663

664

665

666

667

668

669

660

661

662

663

664

665

666

667

668

669

670

671

672

673

674

675

676

677

678

679

680

681

682

683

684

685

686

687

688

689

690

691

692

693

694

695

696

697

698

699

700

701

702

703

704

705

706

707

708

709

710

711

712

713

714

715

716

717

718

719

720

721

722

723

724

725

726

727

728

729

720

721

722

723

724

725

726

727

728

729

730

731

732

733

734

735

736

737

738

739

730

731

732

733

734

735

736

737

738

739

740

741

742

743

744

745

746

747

748

749

740

741

742

743

744

745

746

747

748

749

750

751

752

753

754

755

756

757

758

759

750

751

752

753

754

755

756

757

758

759

760

761

762

763

764

765

766

767

768

769

760

761

762

763

764

765

766

767

768

769

770

771

772

773

774

775

776

777

778

779

770

771

772

773

774

775

776

777

778

779

780

781

782

783

784

785

786

787

788

789

780

781

782

783

784

785

786

787

788

789

790

791

792

793

794

795

796

797

798

799

790

791

792

793

794

795

796

797

798

799

800

801

802

803

804

805

806

807

808

809

800

801

802

803

804

805

806

807

808

809

810

811

812

813

814

815

816

817

818

819

810

811

812

813

814

815

816

817

818

819

820

821

822

823

824

825

826

827

828

829

820

821

822

823

824

825

826

827

828

829

830

831

832

833

834

835

836

837

838

839

830

831

832

833

834

835

836

837

838

839

840

841

842

843

844

845

846

847

848

849

840

841

842

843

844

845

846

847

848

849

850

851

852

853

854

855

856

857

858

859

850

851

852

853

854

855

856

857

858

859

860

861

862

863

864

865

866

867

868

869

860

861

862

863

864

865

866

867

868

869

870

871

872

873

874

875

876

877

878

879

870

871

872

873

874

875

876

877

878

879

880

881

882

883

884

885

886

887

888

889

880

881

882

883

884

885

886

887

888

889

890

891

892

893

894

895

896

897

898

899

890

891

892

893

894

895

896

897

898

899

900

901

902

903

904

905

906

907

908

909

900

901

902

903

904

905

906

907

908

909

910

911

912

913

914

915

916

917

918

919

910

911

912

913

914

915

916

917

918

919

920

921

922

923

924

925

926

927

928

929

920

921

922

923

924

925

926

927

928

929

930

931

932

933

934

935

936

937

938

939

930

931

932

933

934

935

936

937

938

939

940

941

942

943

944

945

946

947

948

949

940

941

942

943

944

945

946

947

948

949

950

951

952

953

954

955

956

957

958

959

950

951

952

953

954

955

956

957

958

959

960

961

962

963

964

965

966

967

968

969

960

961

962

963

964

965

966

967

968

969

970

971

972

973

974

975

976

977

978

979

970

971

972

973

974

975

976

977

978

979

980

981

982

983

984

985

986

987

988

989

980

981

982

983

984

985

986

987

988

989

990

991

992

993

994

995

996

997

998

999

990

991

992

993

994

995

996

997

998

999

1000

Jesuita.

HISTORIAE SOCIETATIS JESU

PARS SEXTA

COMPLECTENS RES GESTAS

SUB

MUTIO VITELLESCHO

TOMUS SECUNDUS

AB ANNO CHRISTI MDCXXV. AD ANNUM MDCXXXIII.

AUCTORE

JULIO CAESARE CORDARA

SOCIETATIS EJUSDEM SACERDOTE

LIBRARY
OF CONGRESS

ROMAE
TYPIS CIVILITATIS CATHOLICAE
MDCCCLIX.

BX3706
A2A3

25814
02

Yankee Unit

283800Z NOV 90

LECTORI BENEVOLO

PETRUS RAGAZZINI S. J.

Habes jam altero volumine, benigne Lector, consignatum typis, ac luce, qua perdiu caruit, donatum quidquid de rebus gestis Societatis Jesu Julius Caesar Cordara reliquerat scriptum, et praestituto annalium ordine elaboratum: habes autem a me (ne id forte mirere), quia postremi libri particulam supplere jussus sum, vel casu abstractam et deperditam, vel ab auctore non confectam. Jam de opere ipso equidem nihil causeae video, cur te proloquendo morer. Unus enim libri titulus satis admonet, quae te lecturum spares; quo autem aspersa latinitatis sapore, siquidem alia Cordarae scripta attigisti, illius nomen ad conjecturam abunde erit; sin libata a te non sunt, nihil me arbitror posse tibi facere fucundius, quam si animo adhuc integro et omnis praejudicij experie protinus te in experimentum transmittam, tuomet ipsius gustu quid existimes definiturum. Restat igitur id modo, ut paucis accipias, cur postremus hic historici nostri labor tardiu delitererit; praesertim cum in generalibus nostri Ordinis comitiis saepe fuerit mandatum, ut ad historiam Societatis inde resumendam, ubi olim substitit, ac porro continuandam, quam fieri posset celerrime incumberetur. Hujus morae causa in prompu est. Julius Caesar Cordara post vulgatum historiae suae primum tomum, cum in alterius confectionem se dedisset, in eaque annos plures consumpsisset, quamquam oppressus illorum temporum calamitate (vidit enim ejus Ordinis, cuius gesta posteritati commendabat, interitum) opus abruperat, nec quidquam ultra eduxerat in publicum, tamen nemini erat dubium, quin libros multos reliquisset perpolitos omni ex parte, ac prelo opportunos, vir praesertim in his rebus latine explicandis et ingenio promptius, et studio atque exercitatione limatus quam qui maxime. Quocirea simul ac magno Dei beneficio et Pontificis summi auctoritate Societas revixit, coepit que sensim e letali casu erigere se, atque in pristinum convalescere, facile veterum patrum recor-

datione delata est in eam curam, ut de prōvehenda quoque historia, connectendisque, sicut erant voluntate et instituto, ita etiam continent narratione cum parentibus filiis, cogitaret: id enim, praeterquam jucundum ac honestum, etiam renascentis Ordini perutile ad derivandos in recentem sobolem majorum mores ac prope indolem judicabatur¹. Exinde igitur scriptorum Cordarae, quod primum erat redire memorio ac desiderium. Verum a perquirentibus in romano Societatis tabulario, ejus libri reperiebantur non amplius duo; cum interim ex quodam hypomnemate colligeretur, eum saltem ad librum decimum septimum deduxisse historiam. Idecirco ubique locorum vestigari coeptum est, sicubi forte existarent adhuc ii, qui Romae desiderabantur: ac ne sim longus, inventi sunt aliquando tandem in regia Bavariae bibliotheca, quo crediderim eos derenisse divenditos ab aliquo, cui post abrogatum nostrum Ordinem auctor superstes eam suarum lucubrationum partem sive dono, seu alio quovis pacto tradidisset. Re cognita pater Joannes Roothaan Praepositus generalis curavit, ut inde exemplum quam accuratissime describeretur, ad seque Romanam mitteretur; deinde, quia septem libri solito pleniores justi voluminis molem attingebant, statuit eos quamprimum edere, prolixo obsequentibus, prout dignum erat, ejus desiderio moderatoribus provinciarum, ad quos ea de re litteras circummisserat². Verum turbulentior, quae cito increpul ac paulo post ingruit, commotio rerum publicarum, quaeque Societatis magnam partem dispulit, antevertit editionem operis, eamque in vacuos agravioribus curis annos ampliavit. Ita factum est, ut nunc primum, quidquid politissimi scriptoris reliquum habemamus, in lucem efferretur, mutatum nulla ex parte; nisi quod postremus liber, ut ante dixi, qui perfectus non existabat, a numero 499. suppletus est, ne mutulus prodiret.

Locus hic erit fortasse admonendi, Cordaram ex Juvencio superiori historico, cuius item sexta pars historiae in domestico tabulario scripta asservatur, hinc atque illinc nonnulla in rem suam translisse, sibique accommodasse, ubi diversa exigendarum rerum utriusque ratio id patiebatur. Juvencius enim res sub Vitellescho gestas pressius, nec in singulos digestas annos, sed acervatim expōnendas sumpserat: quae causae fuerunt, cur ejus historia minus probaretur, rursusque in pristinum annalium morem cedula videretur. Id autem aggredi jussus Cordara vidit continuo, id quod ipse met senserat Juvencius, se haud aliter facturum imperata, quam si ab integro sextam partem ordiretur; oportebat enim omnes annales litteras et provinciarum monumenta revolare, addere multa, quae praetermissa erant, congestam velut in acervum materiam dispertere, conglobata continent narratione pleraque distinguere locis et temporibus; deinde distributa in annos singulos explicare sejunctum, et ob id etiam persecui fusiū; postremo, quod erat consequens, ut unicus orationi color, unica facies esset, omnia in eundem modum ac eodem stylo reformare. Quapropter admodum parce uti scriptis Juvencius Cordara poterat, homo praesertim liber et sui maxime arbitrii in concinnanda dictione. Usus tamen est aliquando; et si nuspiciam mentionem ejus intulit, non id egit, quod illiberali silentio beneficium vellet premere, sed ne ipsis, a quo beneficium habebat, contempnere voluntatem videretur. Reliquerat enim Juvencius diserte scriptum, futuro Societatis historico per se licere ut, quoad commodum ei foret, hac sua lucubratione, in vulgus numquam emitenda, uteretur, modo ne mentionem sui ullam faceret. Quae tamen modesti hominis conditio, etsi tunc potuit apud Cordaram

¹ Congr. XXI. Decr. XXI.

² Litt. Encycl. 25. Sept. 1843.

valere, nunc mihi certe non videtur esse tanti, ut propterea vir industrius ac laboriosus sua laude defraudetur.

Ceterum volumen hoc unus dumtaxat septennii res complectitur, sistique in exitu anni christiani MDCXXXII; ex quo facile intelligitur quam multum adhuc eundum sit viae, antequam in his proximis temporibus versetur stylus. Verum augeretur in dies magis interrallum supersedendo; urgent enim munus suum labentes anni, nec historiam procul cunctantem respicere aut opperiri didicerunt. Quamobrem quod de repetendo hoc opere provehendoque congregati patres in majoribus comitiis decreverunt, id nunc Petrus Beckx Praepositus generalis, hoc demum edito volumine, inchoatum voluit: neque posthac, si tamen Deus secundaverit tempora, intermittetur.

Romae VI. Id. Sept. MDCCCLIX.

PETRUS BECKX

PRAEPOSITUS GENERALIS SOCIETATIS JESU

Cum opus cui titulus *Historiae Societatis Jesu Pars Sexta Tomus Secundus ab anno Christi MDCXXVI. ad annum MDCXXXIII.* a P. Julio Cesare Cordara nostrae Societatis Sacerdote lingua latina conscriptum aliquot ejusdem Societatis theologi, quibus id commisimus, recognoverint, et in lucem edi posse probaverint; facultatem damus, ut typis mandetur, si iis, ad quos pertinet, ita videbitur. In cuius rei fidem has litteras manu nostra subscriptas et sigillo nostro munitas dedimus. Romae 9. Septembris 1859.

Petrus Beckx

PROTESTATIO

Quaecunque narrantur in his annalibus de virorum illustrium quorumcumque virtutibus aut miraculis, ac si quae alia referuntur, quae vim et conditionem naturae ullo modo videantur excedere, ea sic intelligenda sunt ut a privata duntaxat auctoritate profecta, nec fidem humanam majorem promerentia: idque ex decretis Urbani VIII. P. M.

HISTORIAE SOCIETATIS JESU PARTIS SEXTAE LIBER UNDECIMUS

ANNUS CHRISTI 1626. SOC. 87.

ANNUM Saeculi sextum supra vigesimum, ut alios ferme omnes, prospera et aduersa alternis vicibus distinxerunt, nisi quod aduersa paulo frequentiora solito et periculosiora fuerunt. Romae inchoatur in honorem B. P. Ignatii templo augustae molis, neque minus amplitudine quam elegantiæ inter splendidissimas Sanctæ Urbis basilicas numerandum, idque munificentia Ludovici Ludovisi Cardinalis. Qui quidem cliens Ignati studiosissimus, cum ante quadriennium sancctorum honores Beato Patri curasset decernendos a patruo suo Gregorio, hoc præterea extare monumentum voluit tum sui erga ipsum obsequii singularis, tum profusæ in nostrum Ordinem voluntatis. Aedificii primus est positus lapis intra Collegii Romani insulam, quique sumptum faciebat, idem solemnem caeremoniam peregit. Metato igitur apte loco, ac præfinita sacrae celebrati die ad V. Nonas Augusti, ea die affuit in pura ac patenti area, quae immensum spatium ambitu colligebat, Cardinalis ipse Ludovisius, cum lauto nobilitatis ac Praesulum comitatu, sumptuque amictu Pontificali, inter sacros symphoniacorum concentus, lapidem solemni ritu consecratum ad ima fundamenta dejecit, spectante confertim Populo Romano, et tantam purpurati Principis magnificentiam pietatemque prolixe collaudante. Cudenda curaverat Ludovisius ex auro, aere, argentoque numismata ingenti numero ac diversis formis, ad memoriam facti sempiternam. Ex iis multa sparsim per fundamenta jacta, sex majoris formæ intra ipsum lapidem, cavarat antea receptaculis, collocata fuerunt. Erat porro lapidis forma quadrata, latitudo palmarum trium. Una facies fundati templi, et fundatoriis titulum præferebat. In altera verba haec majoribus incisa litteris legebantur: *Erit lapis iste in signum meæ erga S. Ignatium, ejusque Ordinem voluntatis. Quae ego, tametsi in speciem leviora, paulo distinctius explicanda censui, ut quae humili*

Tom. II.

1

RES ROMANA
Inchoatur Ro
mae templum in
honorem S. P. I
gnatii.

²
Ludovisi Card
inalis eximia in
nostrum Ordin
em benevolen
tia.

abdita sunt insignis benevolentiae monumenta, lucem quoquo modo aspiciant in his annalibus, et perpetuam viri amantissimi recordationem apud nos alant. Peracta rite ceremonia, Cardinalis quod reliquum fuit ejus diei familiarissime exegit in Collegio Romano, cumque in communi triclinio epularetur, audit scholasticos diversarum gentium viginti tres, sua singulos lingua de Templo Salomonico disserentes: qua re, ut erat temporis gustus, mirifice delectatus; tantam in una familia nationum varietatem prolixè laudavit: quod vero in tanta varietate nationum conjunctissime viveretur, id prope miraculo habendum pronunciavit.

*Mors et elo-
gium Fr. Joa-
nis Tibaldi.*

Romae itidem, prius quam haec agerentur, vivere desit Fr. Joannes Tibaldus, vir in domestici adjutoris gradu laudatissimus, eoque litteris consignandus. Is cum viveret apud se, primam juventutem agebat, ut fere mox ejus aetatis, paulo licentius: veruntamen in ipso auctu vitorum nullam praetermittere solebat diem, qua non beatissimam Dei Parentem demereri sibi aliquo obsequio ac propitiare studebat. Suus demum qualicumque pietati fructus constituit. Ope Deiparae ad saniora consilia traductus, non solum anteactae vitae criminis salutari detersit fletu, verum etiam ad sanctimoniam conniti intra religiosae cujuspiam familiae septa constituit. Hinc ad Societatem adjiciens animum, tandem instituit rogare atque obsecrare, donec voti compos est factus. Erat Tibaldus, annorum triginta quinque, cum tiromibus est aggregatus in Domo probationis Romana. Annos exinde viginti septem posuit in Societate, nec toto hoc temporis spatio de fervore primo pietatis quidquam remisit. Suam saepe juventutem misere perditam et inquinatos illius temporis mores memoria repetens, se mortalium pessimum nequissimumque vocitabat, nihil infra se ducebat. Eadem recordatione excitabatur ad corpus olim contumax puniendum, sumendasque admissorum severissimas poenas: quibus in exigendis modum esset omnem praetergressus, nisi ardorem ejus immodicum lex obedientiae et majorum imperia temperassent. Bis diebus singulis flagro se quam accerrime concidebat. Cilicium setis horridum, ad latera semel praecinctum, exucbat nunquam. In sumendo cibo, non tam parcus, quam malignus erga se erat. Ad panem et frigidam nihil admodum adhibere solebat obsonii, praeter insulsum quid atque pulmentum. Mirari satis non poterat benignitatem Societatis, quae suos laicos Fratum carissimorum appellatione honestaret, eosque, in externo cultu victuque, nullo prope discrimine haberet ac Sacerdotes. Se quidem ipse indignissimum putabat, qui commune cum iis haberet quidquam, nec alloqui aut compellare eos, nisi famili in morem audebat. Ter quot hebdomadis de sacra mensa participabat: quod ubi fecerat, toto eo die videbatur sibi dulci quodam sapore perfusus, perinde quasi mel suavissimum versaret ore. Seu divina meditaretur, quod erat illi familiarissimum, seu ad prioris vitae flagitia paululum reflecteret mentem, in effusissimas lacrymas solvebatur. Itaque assiduitate lugendi, et copia lacrymarum, hebescere cooperunt oculi sic, ut paulatim videndi facultatem amiserit. Hanc ipse calamitatem, ut aequissimo ferret animo, dolebat tamen incommodam fore Societati, cui navare operam ultra non posset. Quare ab Collegio Recinetensi, ubi tunc degebat, contulit se brevissimo itinere in eadem Lauretanam, Deiparaeque opem rogavit. Nec frustra. Prodiit e sacra aede oculis adeo personatis, ut prioris vitii nec vestigium extaret. Recinet evocatus Romanam, culinae ministeris addictrum in Domo Professorum. Ibi cum esset, in detergenda patinis aliisque sui muneris partibus peragendis, videbat identidem Christum praeclara specie conspicuum, quasi laborem ejus contemplaretur comprobaretque: quo spectaculo totus prae mentis dulcedine colliquebat. Olim, Deo sic permittente, tanta est correptus animi aegritudine, ut de religiosa deserenda militia cogitaret. Sed cum ab ea perturbatione paululum collegerit se, et Christum auxilio vocasset, hunc vidiit adstantem, et clara voce admonentem audiit, ne expavesceret. Agnosceret magis imbecillitatem suam, spemque in coelesti praesidio omnem collocaret. Saepe alias Tibaldus coelestibus visis dignatus dicitur, que si velim diligentius recensere, nimius sim. Cum denique janitorem ageret in eadem Professorum Domo, letali morbo correptus, pie uti vixerat obiit postridie Idus Martias, annos natus duos supra sexaginta.

At multo gravior Societati ac Provinciae praesertim Romanae accidit peracerba mors Alexandri Ursini Cardinalis, quem aliquo vero modo cooptatum in nostrum Ordinem et Romanae Professorum Domui adscriptum, alibi memoravimus. Decessit vir eximus Bracciani, in oppido paternae editionis, cum esset in ipso robore aetatis, quippe trigesimum tertium aetatis annum nondum egressus. At, quod aetati deera, supplebat magnitudo virtutum, in tantum, ut non minus vere quam argute affirmaverit Sfortia Pallavicinus itidem Cardinalis *, in exornando Ursino certasse quodammodo cum natura fortunam, utramque a virtute supererat fuisse. Primam adolescentiam egerat Florentiae in Ferdinandi Medicei, Magni Ducis Etruriae, avi sui materni, Aula. Jurisconsultos in Academia Pisana, Romae Philosophos audierat. Necdum annos confecerat viginti duos, cum a Paulo V. Pontifice maximo, eodemque hominum a estimatore aequissimo, inter Cardinales Diaconos adlectus fuit. Acre illi erat et praestans a natura ingenium, quodque in magnis ingenii vulgo rarum existimat, memoriae vis tanta, ut in hac laude vix parem haberet. His doctrinae praesidiis cum ab ipsa pueritia summa adhibuisset studii contentionem, in omni genere litterarum excellebat. At doctrinam, in tali viro admirandam, longe major obscurabat splendor christiana pietatis. Fidem pene supererant quea de ipsis innocentia, de animi demissione, de mansuetudine, de contemptu rerum omnium humanarum ac suimet, memoriae sunt proda: hoc etiam mirabiliora, quod juveni genere, opibus, ipsa oris dignitate conspicuo, in summa rerum affluentia, inter splendidas ac regias cognationes, quo cumque se verteret, aut voluptatum illecebrae aut incitamenta superbac objiciebantur. Indicatum est alibi, obstitisse parentem ejus Virginium, Bracciani Ducem, ne nomen daret Societati. Quod adolescentulo minus licuit, fecit quo licuit modo provocior, et Cardinalatus honorem jam consecutus. Quantum enim dignitatis ratio patiebatur, Societati se adjunxit vinculis quam arctissimis, et quea nostri sunt instituti ad perfectum expressit. Animi cupiditates, atque illas in primis, quea in magna fortuna dominari liberius solent, superbiam atque iracundiam, ita subegerat, ut videretur non in opulentissima domo natus educatusque, sed in religiosa palaestra multum ac perdiu ad patientiam exercitatus. Licebit conjecturam facere ex uno exemplo, quod ad specimen caeterorum subjicio. Provinciae Aemiliam cum potestate Legati Pontificii administrabat, cum nefarii quidam ex primoribus, offensi quod iniqua molientibus obstitisset, eum internecino odio insectari cooperunt. Eo prorupt hominum sceleratorum furor, ut satis jam non haberent Cardinali ac Principi optimo palam atque indignissime maledicere, sed ipsis etiam vitae per summum nefas insidiarentur, coitione clam facta, sicariisque ad eum interficiendum conductus. Rescivit Ursinus de machinatione impia, neque latuit eum de machinationis auctoribus: quaedam enim interceptae fuerunt litterae, quibus tota ratio patrandi facinoris explicabatur. Nihil tamen motus est tanta indignitate vir mitissimi ingenii. Et quamquam agere in reos legibus, ac vindicare scelus poterat; tamen, veritus ne in publica animadversione sensus aliquis privatae ultionis admiseretur, rem silentio premere maluit, proindeque parcidales litteras flammis, injuriam oblivione delevit. Affirmabat deinde P. Nicolao Zucchio, quo utebatur a Confessionibus, multum erigi se ejus facti conscientia, et sperare eas litteras futuras aliquando sibi pro litteris liberi commeatus in coelum. Diem extremum obiit Ursinus XI. Cal. Septembres. Moriens cor siuum transferri Romam, et in aede Professorum condi jussit prope ossa Cardinalis Bellarmini, quem parentis loco semper coluerat. Preces et Sacra, quibus nostri juvari post mortem solent, pro eo Mutius indixit.

Collegio interea Florentino gravissima exorta est perturbatio, quam modo breviter exponendam suscipimus. Rem eo tempore late vulgatam, multorumque vel inscripita vel odio alter ac gesta est litteris traditam, nos ita referemus, ut extat in actis publicis super eadem causa confessis. Primas tradebat in Collegio nostro Florentino litteras Belisarius Tassonus, juvenis integerrimae famae: ac forte litterariam exercitationem adornabat, publice, ut fert consuetudo, a discipulis exhibendam. Dum delectos e schola pueros ad apte pronunciandum exercet, jamque

^{4.}
Moritur Ale-
xander Ursinus
Cardinalis.
Quaedam de ejus
virtutibus indi-
cantur.

* De Bono, lib. I.
cap. 4.

^{5.}
Singulare e-
xemplum ejus
mansuetudinis.

^{6.}
Poeda contra
unum ex nostris
calumniam exori-
tur Florentiae.

hunc, jam illum hujus rei causa ad se vocat, serpere inter scholasticos rumor obscurus coepit, bonum ludimastrum, per occasionem recitandae orationis, abuti nequiter adolescenti quodam clarissimi generis, cum eoque flagitiose consuescere. Rumor cum increbresceret sensim, et ad aures Patrum accidisset, Rector (erat is P. Cosmus Pazzius) primo Tassonum admonuit, ne deinceps quemquam puerorum audiret declamantem, nisi in aperto et coram arbitris. Tum ad eliquam rei veritatem adjectum animum. Percutientibus multis ac variis, nihil admodum reperiebat, nisi probrosi sermonis auctorem vulgo haberi juvenem nescio quem humili ortum loco, Joannem Antonium Merlum nomine, qui turpitudinem vulgavisset primus, ejusque se testem oculatum diceret. Non erat Merlus e numero discipulorum, in Curia Archiepiscopali scriptum faciens: Collegium tamen identidem frequentabat. Eum Rector acciri adducere ad se jubet, ut ex ipsiusmet ore exciperet quae ab eo dicta ferebantur. Affuit ille nulla mora. Rector exceptum comiter, et in Sacellum prope Collegii januam introductum, adstantibus duobus Patribus, veluti testibus, rogat, ut, quae de Tassono cognoverit, aperiat libere ac sine ambagibus. Scial, quaecumque dixerit, nemini fraudi fore. Merlus pernegare omnia. Nihil a se visum, vulgatum nihil dicere. Mentiri autem eos insigniter, qui se tam indignae criminationis auctorem satorem facerent. Instante Rectore eadem ut confirmaret scripto, confirmat, chirographoque in eam statim sententiam exarato subscrivit. Sed cum abire parabat, uti qui satias ad omnia factum arbitrabatur, prohibuerunt Patres, cum dicentes, recognoscenda eadem coram adolescentibus calumnia imbutis. Cunctaretur proinde paululum, dum illi adesent: haud longam futuram moram. Ita solus in sacello Merlus relinquitur: Patres, in atrio Collegii inambulantes, discipulos quam mox afflutos opperiuuntur. At Merlus interea, qui sua se confessione teneri in aperta calumnia seque facile revincendum puerorum testimonio intelligeret, malum sibi opinari, prope se desperare. Ad extremum consilii inops, seu potius malis actus intemperis, vim sibi intulit, adacto in pectus gladio: quem cum eduxisset, ut erat furore amens, jugulum sibi etiam secuit, imposito tam alte vulneré, ut concideret statim, jacetique in suo sanguine sensibus destitutus, et mortuo quam simillimus. Primus rem animadvertis Tassonus. Dum enim per januae rimas explorat vultum calumniatoris sui, vidit in angulo sacelli jacentem juvenem, cruento perfusum. Tristi spectaculo terrefactus, tollit clamorem. Accurritur propere ex tota domo. Summa exoritur consternatio, ut in casu, quam gravi, tam nec opinato. Dum alii saucio morientis corpori, alii animae remedii querunt, accidit perincommode, ut juvenis conquirendi causa superveniret ipsis pater. Nam ab Archiepiscopi aedibus transgressum audierat ad Jesuitas. Is filium ut vidiit inter Patrum manus jugulatum, oppletum sanguine, nec ullum praebentem indicium vitae, ardens dolore et ira, neque sustinens veritatem doceri, proripit se in publicum, ejulansque miserabiliter, vociferatur, periisse sibi filium innocentissimum, Jesuitarum manibus crudeliter trucidatum. Non alias accidit, quod tantam nostris infamiam inureret, tantam confolare invidiam. Erat facinus per se atrox, facinoris causa foeditissima. Fama totam momento urbem pervagatur. Res, quia parum credibilis, pro certa traditur. Nam cui veniret in mentem tale quid comminisci? Fit undique ad Collegium concursus. Faex infimae plebis, tamquam lymphati discurrunt, et varia, uti fit, de modo, de causa caedis temere narrantes, invidiam criminis exaggerant tanto odio nostrorum, ut de injiciendis Collegio flammis agitaretur. Patres, obseratis aedium templique foribus, domi se tenebant, per momenta singula metuentes quo demum prorumperet concitatae multitudinis furor, cuius minaces voces et probra perstrepebant. Non iis tamen consilium, non fiducia defuit. Ubi humanae opis occurrebat nihil, ad divinam conversi, in aedem sacram convenere, et B. Parenti Ignatio conceptis votis supplicavere, ne sineret immerentes opprimi infamia non minus falsa quam turpi. Audivit preces dolentium filiorum amantissimus Pater. Vix absolverant precem, cum Merlus praeter omnium opinionem ad se rediit. Recepto mox usu vocis, coram idoneis testibus pronunciavit, nihil esse cur facti culpam quisquam rejiceret in homines Societatis, qui ejus facti ne

^{7.}
Calumniae
auctor eam re-
cantat, et voce, et
scripto.

^{8.}
Idem mox ju-
gulum sibi con-
fudit, metu pos-
natur.

^{9.}
Auctores ho-
mocidii fiunt no-
stri. Populus
contra eos conci-
tatur.

^{10.}
Saucius ope-
ratus, Ignatius con-
ficit, et de no-
strorum inno-
centia testatur.

consciū quidem fuissent. Culpam omnem residere in se, qui immani pavore cor-
reptus ultr̄ sibi mortem consicere voluisset. Nam quia Patres, inquit, non me
statim post acceptum chirographum dimiserunt, extimui ne puniendum fraderent
Magistratibus, tanquam calumniae compertum, et finire vitam malui interitu vo-
luntario quam poenae ignominiam subire. Haec semel, iterum, ac tertio, scriba
publico verba excipiente, atque interposito jurejurando, confessus est: qua con-
fessione in vulgus edita, plebs conquievit, atque omnis est seditio compressa. Ut-
que constaret de Ignatii beneficio, Merlus post haec, quamquam erat in nulla
salutis spe, quippe confosso tam alte jugulo ut ex hiato spiritus cum stridore
orribili periret, tamen, curatus domi nostrae diligentissime, intra paucos dies
omnino convalevit. Quod medici affirmabant, unice ad coelestis vim numinis re-
ferendum.

Haec nos in summa de negotio illo Florentino reperiebamus. Nam quales,
quam varii, quantum inter se dissentientes eodem super negotio sermones, non
Etruria solum, sed tota Italia voluntari, promptum est conjectare, cum ex natura
ipsa ingenioque famae, quae raro sibi in suis narrationibus constat, tum prae-
sertim ex diversis hominum studiis, quae vim praecipuum in ejusmodi exponen-
dis et interpretandis factis habent. Aequi rerum aestimatōres, et quicunque neutrarum
erant partium, facile sibi rem, ut tunc tradita a nostris, ut modo a no-
bis exposita est, persuaserunt. Nam de hominibus probis, aut certe probitatis
opinionem habentibus, nemo sapiens credit deteriora, nisi si fuerint exploratis-
sima. Ast alii, anteculta erga nos malevolentia occupati, vel post qualescumque
Merli confessiones, eum nihilominus a nostris percussum affirmabant: quod vero
admissum ab aliis crimen suscepisset ipse in se, factum id ajebant ingenti pecu-
nia. Quasi vero credibile sit, juvenem in extremo discriminē constitutum, et jam
prope morientem, allici quoquaque pretio potuisse, ut vellet falsum contra se te-
stimoniū dicere, *Unde* reus perjurii fieret apud Deum. Alii denūm, minus illi
quidem corrupti judicīi, sed pobiis nihilo aequiores, ut faternerunt Merlum suis
sibi manibus vim intulisse, eo tamen compulsum inquietabant metu minisque no-
strorum. Id potissimum, ut minus incredibile, vulgare ausus est famosus ille
Societatis convicator Gaspar Scioppius, edito in vulgus libello tenebrisco sub men-
tito nomine Alphonsi de Vargas. Quo libello praeclarus artifex, pro usitata male-
dicendi libidine texens fabulam, *Jesuitas*, ait, *vulgata per urbem fama flagitiū, omnia
extrema fecisse, ut auctorem infamiae Merlum adigerent ad palinodiam*. Hunc territum
exemplo alterius, quem illi ob similem causam triremī affigendum curaverant (calumnia
confirmatur scilicet per aliam calumniam, quam refellere non est hujus loci),
ad asylum loci religione sacrum configisse. Hoc designantur nomine aedes Archiepi-
scopales, quo Merlus, non ad quaerendum asylum configerat, sed ad scribendum,
uti solebat quotidie, venerat. Sed *inde blandiū ad se perductum* Patres repente
magno numero circumretisse (interfuere, ut diximus, duntaxat tres), trepidantique
palinodiae formulam exhibuisse, communiantes, ni statim subscriberet, perfecturos sese,
ut ad triremē dannaretur. Illam tot Reverendorum, vel potius tremendorum vultu,
convicio, minis, et malī denunciatione perterritum, scalpello sibi gulam pectusque sau-
ciasse. Pergit eadem confidentialia dicere, atque attestari: *Nullis cuiusquam votis aut
suppliciis, ac miraculo plane nullo, coaluisse vulnera, juvenem convalusse: satis vero
habuisse Jesuitas, nihil ab eo negotiī sibi porro exhiberi*. Addit, quod in magnis
mendaciis nunquam omititur, *Ea sibi Florentiae cognita ex hominibus nobilitate,
litteris, ac virtutis existimatione praeceps*. Haec ille: quae quidem temere ac falso
fuisse conficta, satis, ut arbitrator, documento est quod tam libere affirmat de sup-
pliciis et votis: nisi forte haec nulla fuisse Scioppius aliunde scire certius pot-
tuit, quam ex nostris, qui ea se adhibuisse dixerunt. Sed in his refellendis im-
morari non vacat, cum praesertim nemini mirum videri debeat, hominem ma-
levolentissimum, qui in omnem occasionem male de nostris dicendi immineret,
in hoc argumento quodammodo triumphasse. Illud enimvero dignum risu, quod,
postea quam gravissima de nobis crimina indicavit, et graviorum etiam suspicio-
nen movit, narrationem mendacissimam claudens, *Plura*, ait, *de rei totius exitu*

11.
*Diversa homi-
num iudicia de
tali eveniu.*

12.
*Fonoscri-
ptoris narratio
mentacissima
circa eandem
rem.*

se ab amicis non potuisse cognoscere, propterea quod tenerentur religione, ne, paucorum flagitia detegentes, universi Ordinis existimatione derogarent. Mira profecto isthaec religio est, ubi turpissima quaeque contra innocentes deprompsieris, id tantum obtegere, unde ipsorum innocentia demonstretur.

13.
*Testimonium
Archiepiscopi
Florentini at
Nunci Pontificis
de innocentia
nostrorum.*

Atqui rei totius exitum non reticuit Archiepiscopus Florentinus, Alexander Martius Mediceus, non Apostolicae Sedis Nuncius reticuit, Alphonsus Ziliolius Archiepiscopus Anglonensis, viri ambo et dignitate et virtute gravissimi: qui quidem, cause cognitione diligenter peracta, publicis litteris testati sunt, nihil actum a nostris, quod Merlo occasionem justam manus sibi inferendi daret, eaque propter eos, non solum criminis, sed omni etiam suspicione criminis liberaverunt. Eo non contentus Ziliolius, litteras dedit ad Mutium gratulationis officiique plenas, quibus litteris breviter executus quae nostri ob vesaniam juvenis furiosi pertulissent, haec verbis totidem subjiciebat: *Caeterum in hac rerum jactatione Patres se per quam prudenter ac moderate gesserunt, bonisque omnibus exemplo fuerunt. Eo jam producta res est, ut veritas universae pateat Civitati, fatue in dies illustrior. Confacta sunt acta causae, ex iisque liquido constat, Merlum dementer nullaque urgente occasione sibi vim intulisse. Patres non mediocrem ipsi benignitatem exhibuerunt.* Possem ejusdem exempli testimonian, nisi longum esset, proferre multa. Nam, ut adversariorum acerbitas, ita amicorum per hanc occasionem explicaverunt se studia erga Societatem, multique voce ac litteris pro nostrorum innocentia certarunt. Celebratum praecipue per Etruriam regiae virginis Margaritae Mediceae scite dictum, quae cum nonnullos audicorum de hoc eventu sermonem miscentes ac varia hominum judicia in medium afferentes audisset, *Mihil vero, exceptit, citius persuadebitur, homines Societatis reddidisse vitam mortuo, quam mortem cuiquam viventi intentasse.*

14.
*Societas Cau-
sam tuerunt
multi praeser-
tim Margarita
Medicea.*

15.
*Missiones per
agrum Florenti-
num instituae.*

16.
*Eas mali da-
mones aegre fe-
runt, ac distur-
bare conantur.*

Sed nullius ea de re certius judicium ac verius, quam Philippi Arrighetti, viri e primaria inter Florentinos nobilitate, nec pietate minus quam genere incliti, qui ad Alexandrum Ursinum Cardinalem, qui nondum e vivis excesserat, fuse scribens, quamque ipse putaret earum molestiarum causam veram atque unicam docens, excitatam inquit a diabolo foedam contra Jesuitas procellam odio sacrarum Missionum, quae paulo ante coepit in agro Florentino, tunc maxime cum incredibili fructu animarum peragebantur. Hoc sane institutum humani generis hosti plurimum incommodabat. Agrum Florentinum cum sacro ministerio percurribant duo impigi Operarii, Caesar Troilus, et Martinus de Monaco: rurales paroecias alias ex aliis adibant, villas atque oppida concursabant. Erat autem communis, nec falsa persuasio, quaecunque adiissent loca, in iis magnam morum commutationem fieri: redire pacem in domos, pietatem in tempa, inimicitias quantumvis inveteratas extinguiri, pravas consuetudines aboliri, piis denique supplicationes et alia religionis officia in morem induci. Quae cum fama praedicari audirent, laeto rerum successu mirum ut afficerentur optimi quique Florentini. Vel inde liceat conjecturam facere, quod aliqui ex nobilioribus se comites peregrinationum et operum adjutores addixerunt Patribus, cum iisque peragrare regionem instituerunt, exemplo pietatis novo, quo mentes rusticorum mirifice percellebantur. Alii vero, quo stabile fieret instituti adeo salutaris beneficium, alendis perpetuo Missionarii censum annum Collegio Florentino contulerunt. At his rebus urebantur inferni spiritus gravius quam ut moerorem taciti ferrent, neque sibi temperare potuerunt quin in aperta indignationis signa prorumperent. Matrona fuit admodum pia, quae cum audisset sacram Missionem ad certum esse pagum traductam ubi praedium ipsa possidebat, eo statim prooperavit Florentia, ut de fructu Apostolici ministerii participaret. Dum sedet sola domi, audit derepente pulsari immodico strepitu fores. Quaerenti quis sit, adstare mendicum respondetur. Accurrit, fores aperit. Mirum, non illico corruisse metu examinem. Stabat ante limen spectrum humanae formae, visu horribile, corpore giganteo, collutentibus igne oculis, qualis vulgo pingi diabolus solet: qui vocem intendens raucam horrisonamque, *Dicito, inquit, istis Presbyteris, ut aliquando mihi molesti esse desinant. Tantumne illis est otium, ut, nisi diem totum dia-*

bolo maledicant, nesciant quid agant? Quae locutus, distortquens monstrose buccas, digitosque in mulierem contumeliose intendens, evanuit, simul tetro locum odore complevit. Alio in oppido, cum Patres in diem proximum expectarentur, vir ignotus, votivae peregrinationis amictu, circuire ostiatim domos et commone re singulos oppidanorum coepit, venturos propediem errores duos in veste Jesuitarum, qui se divini verbi praecones dicerent. Homines esse facinorosos, impios, sceleribus coopertos, qui Romae damnati supplicium evasissent fuga. Ab iis caverent sibi: eorum autem dicta, etsi in speciem pia, non animis, non auribus recipieren. Sic ille: quem malum fuisse daemonem inde vulgo est persuasum, quod, mox toto quæsitus oppido, nusquam apparuit.

Caeterum, dum haec in una Etruria parte gererantur, in aliis quaedam evenerunt, ex quibus minime immunitam nostri nominis existimationem licuit agnoscere. Semis adolescens erat præclaræ indolis et magnæ spei, e patricia Chisiorum familia, Fabius nomine, qui postea sub nomine VII. Alexandri sumnum Pontificatum obtinuit, neque minus doctrina quam dignitate toti præluxit Ecclesiae. Is, cum theologica studia confecisset, statuissetque studiorum suorum publicum experimentum usitato more facere, non alium eruditæ concertationis sumere auspicem voluit, quam Praepositum Generalem Societatis Mutium Vitelleschum. Qua autem oratione suas illi theses nuncupavit, præfatus multa tum Ordini universo tum ipsi nominatum Mutio perhororifica, diserte profitebatur, quantum in theologica scientia profecisset, totum se debere doctori eximio Francisco Suarez, cujus opera omnia privato studio evolvisset, quemque unum sibi magistrum ac ducem elegisset. Eumdem Theologorum aetatis sua principem, scriptorem acutissimum, doctorem mire perspicuum, ac plane summum appellabat. Quod qualemque sit, eo tempore gestum in luce nobilissimæ civitatis, ad nostri nominis commendationem plurimum valuit. Eodem anno, cum quaedam essent orta dissidia inter Graecos Liburni commorantes et ipsorum Antistitem, iisque tollendis remedium efficax Romæ quereretur, Congregatio Cardinalium, quam vocant de Propaganda Fide, eo mittendos censuit duos ejusdem linguae Sacerdotes e nostra Societate, qui controversias cognitionem instituerent, eamque pro potestate componerent. Delecti ad id fuerunt Patres Staurinus et Athanasius. Qui Liburnum cum venissent, auditis partibus, ac statu rerum accurate perspecto, movendum loco Antistitem censurerunt. Esse namque in eo multa, quae caeteri merito reprehenderent. Graecorum deinde famulis circiter octoginta, quot Liburni degener, eodem esse omnes animo adversus ipsum, cuius tantæ consensionis magna habenda ratio videretur. Quibus in sacro Cardinalium conventu ex Patrum relatione cognitis, Romam est evocatus Antistes, et inde Graecorum multitudini quies redditæ. Extracta dehinc apostolica lustratione, mala, quæ inter Graecos plurima inoleverant, saluberrimis decretis sublata fuerunt.

Per idem tempus Biturgiae, quam Etruriae urbem vulgo Burgum S. Sepulchri vocant, novi Collegii fundamenta sunt facta, liberalitate Joannis Baptistae Monfalconii, qui quidem vir tantam adhibuit huic perficendo operi benevolenti, quantam de alio quopiam Collegiorum fundatore neque tradidimus ipsi, neque ab aliis traditam legimus. Civis cum esset Monfalconius e primaria inter Biturgienses nobilitate, neque spernendis opibus, vivere in caelibatu tamen, nullosque post se filios relinquere decreverat hac una causa, ut posset de suo patrimonio domicilium Societatis constituere. Cohortatione Principes adactus ad nuptias, eandem ob causam in loco beneficii habuit quod sterili conjugio uteretur: adeo defixerat animo nostros homines sibi adoptare pro liberis, et totam ad eos haereditatem transferre. In idem consilium consentiebat, quod mirere, Ludovicus ipsius frater, qui, cum uxorem duxisset prior, nullum similiter fructum matrimonii suscepserat. Parum est quod unum idemque esset utriusque propositum. Ambo praeterea rem familiarem tractabant, non tam ut domini, quam ut futuri Collegii procuratores. Parce victitabant, sumptum faciebant nullum nisi augendae rei necessarium: pecuniam seponebant, unum denique conjunctissimis agebant animis, ut, simul ac ipsi naturae concessissent, Collegio aperiendo cuncta sup-

17.
Specimen stu-
diorum a Fabio
Chisio editum
Senis.

18.
Liburni Gra-
corum dissida
componuntur.

19.
Mirari erga nos
benevolentia du-
orum fratrum
e familia Mon-
falconia Bitur-
giae.

^{20.}
Inchoatur Col-
legium Bitur-
giense.

terent. Prior occubuit Ludovicus: eo autem subtato, qui superstes fuit Joannes Baptista moram longiore non tulit. Collegii initium quoddam fieri cupiens vivo se, socios poposcit a Mutio Generali duos, qui Biturgiae habitarent, ac nonnullam navarent operam civitati. Quod eo etiam faciendum existimabat, ut, praegusta inter Cives opera Societatis, Collegium suo tempore libentius admitterent. Cunctante nescio quibus de causis Mutio, ejusque postulata ampliante, deprecatorum adhibuit Philippum Salviatum, nuperrime ejus urbis Episcopum inauguratorem. Qui quidem de negotio ita scripsit ad Mutium, ut verecundia huic fuerit talis viri preces repellere. Etenim praeter alia profitebatur, si vel unum haberet par sociorum, id sibi maximo praesidio solatioque in administrando Episcopatu futurum. Missi itaque sunt Biturgiam Patres duo strenui, neque minus sacra scientia quam studio animalium spectabiles, Petrus Paulus Martinus, et Bernardinus Ugolinus, mandatumque iis, ut per usitata Ordinis ministeria Antistitem adjutarent. Patres cum magna populi gratulatione excepti, divini verbi ministerium exercere, confitentes audire, plebem pariter ac nobilitatem publicis privatisque sermonibus ad pietatem cohortari cooperant, tam laetò successu, ut Episcopus primo, deinde Monfalconius, postremo boni quique cives eorum adventu magnopere delectarentur.

^{21.}
Biturgiensium
aliqui P. Martini-
nium calumni-
antur.

Verum inventi hic quoque, ut alibi passim, improbi, quibus aegre facerent ejusmodi incepta, et odio essent auctores. Totam offid molem sustinuit Martinus, ut qui corrigendis hominum moribus studiosius insisteret. Tres ex nobilium ordine juvenes, quorum vita solutior, offensi quod ab nefaria ipsorum consuetudine abducerentur subinde aliqui, neque dubitantes quin id eveniret opera atque auctoritate Martinii, deliberare coepérunt, si que possent modo hominem sibi molestum exigere. Ubi caetera nihil proderant, conspiratione facta, communibus eum litteris deferunt ad Generalem Praepositum, onerant immertem falsis accusationibus, ut hominem inquieti ac turbulenti spiritus describunt, qui negotiis ab instituto suo alienis immisceret se, discordias sereret inter cives, multorum offensiones incurreret. Rogant ad extreum, ut, pro eo quanti facerent nomen famamque Societatis, virum tales ne patiatur Biturgiae consistere. Praeter communem epistolam, quam suo singuli nomine consignarunt, alias fingunt ejusdem sententiae litteras, hisque civium diversorum, partim absentium, partim mortuorum, apponunt nomina. Mutius, tot uno tempore tam consentientibus acceptis litteris contra Martinum, tametsi hominem ob perspectam probitatem prudenteriamque magni faciebat, nullam tamen subesse fraudem suspicatus, rescripsit ad singulos, curae sibi fore, ne malum ultra gliceret. Tum, ne quid temere ac per inconsiderantiam statueret, Praeposito Provinciali mandat, Biturgiam ut excurrat negoti cuiuspiam obtentu, ibi inquireat diligenter in acta Martinii, ac, siquidem vere commiserit de quo merito conqueri quisquam posset, eum loco moveat. Nondum Provincialis fecerat imperata, cum sua quasi sponte calumnia in lucem emersit. Rescriperat, ut dictum est, Mutius ad singulas Biturgensium epistolam, quas contra Martinum scriptas tradidimus. Tot Praepositi Generalis litterae uno die, eodemque Tabellario Biturgiam allatae, suspicionem moverunt Magistratui, ad quem deferri omnes solebant epistolae prius quam inter cives dividenter. Auxit suspicionem una, quae tribus communiter erat inscripta, quippe viris pessimis in urbe nominis. Notatum praeterea, alias civibus pridem mortuis inscriptas esse, alias absentibus. Ut rem quam brevissime peragam, placuit resignare suspectas litteras, quo facto patuit conspiratio iniquissima. Non dicam quo obruti pudore fuerint improbi calumniatores, detecta vulgataque calumnia. Quod ad rem pertinet, Episcopus ac Magistratus urbanus litteras publici testimoniis dederunt ad Mutium, in quibus erat, Martinum nihil praeter instituti sui leges suscepisse: exceptis vero paucissimis, iisque deterrimis, in summa apud omnes opinionem et gratia esse. Quibus acceptis litteris Mutius, nihil de illo mutandum censuit. Atque haec fuerunt domicili Biturgiensis initia: quod tamen Collegii formam non accepit, nisi post annos decem, cum Monfalconius, morte obita, suos illi census et vacuam haereditatem reliquit.

^{22.}
Calumniae
praeter opinio-
nem deteguntur.

Provinciae Neapolitanae stationem hic annus peperit novi generis, neque spernendae utilitatis. Est prope Neapolim vicus coeli salubritate celeberrimus (Porticum vulgo nominant), unde in amoena planitiem ex una parte, ex alia in mare prospectus patet. Eo in loco placuit extrui domicilium, ubi recuperentur ex nostris quicunque labore studiorum debilitati, vel quacunque valetudine extabentes, otio et lenta curatione indigerent. Sumptum fecit Maria Bermudes, matrona in primis nobilis et religiosa, eumque in usum bona sua Collegio Neapolitanum transcripsit. Praeter domum Porticensem, agebatur de Collegio excitando Fundis: quod oppidum, intra fines Regni Neapolitani situm, venientibus per Appiam viam ab Urbe Roma primum occurrit. Nihil debeat, praeter consensum Praepositi Generalis. Quippe Joannes Baptista Migna, civis Fundanus, sine liberis moriens, millia minimum aureorum amplius quinquaginta in hunc usum reliquerat. At Mutius, reputans infrequentiam oppidi, metuensque ne collocati Fundis socii otio atque desidia remollescerent, haereditatem constantissime respuit.

Neapoli interea nostri corrigendis hominum moribus tollendisque scelerum incitamentis operam dabant, et novas augendae pietatis vias conquirebant. Hoc anno aperiendam curarunt pro mulierculis a meretricio quaestu desistentibus domum idoneam, ubi tandem custodirentur alerenturque, donec aptam invenissent matrimonii conditionem, aut alium quemlibet honestum vitae statum elegerent: opus cum primis utile, et ad purgandam nocentissimis pestibus civitatem aptissimum. Id nostri opus excoxitarunt, consiliisque provexerunt: ejusdem vero confecti laudem tulerunt pii Sodales, vulgo Communicantes dicti, quod Sodalitium ad B. Parentem Ignatium originem referit suam, omniumque quae Societas regit antiquissimum est. Neapoli itidem in mores inducta est Missio Urbana, res, si qua alia, foventae in populo pietati utilis, quam ante aliquot annos institutam vidimus Romae. Saepe antea tentaverant Patres Neapolitani hanc in urbe sua consuetudinem instituere, sed conatu irrito. Neque enim facultatem celebrandi conciones in alienis Basilicis, quod erat maxime necessarium, impetrabant. At cum nuperime Decio Cardinali Carafa successisset in Archiepiscopatu Franciscus Boncompagnus, itidem Cardinalis, is, praeclari instituti patrum fauoremque se offerens, primo perpulit nostros ut opus intermissum ex integro aggrederentur: difficultates deinde, quae ex adverso objiciebantur, explicuit: perfecit demum auctoritate, ut patarent deinceps nostris per totam urbem Ecclesiae, ad quas singulis in orbem mensibus Missionis officia transferrentur. Commodum erat Neapoli P. Bernardus a Ponte, concionator vehemens, et omnium opinione Sanctus. Huic demandatum, ut cum auxiliari sociorum manu primus solemnia Missionis aggredreter in S. Jacobi. Quod ubi fieri coepit, tantus populi concursus fuit, ut multititudinem aedes licet ampla non caperet. Concursum motus animorum, pietas, et morum emendatio consensit. Quo successu cum Antistites ac Civitas universa plurimum delectaretur, exinde Missio Urbana Neapoli in omne posterum tempus stetit.

Dum haec geruntur in urbe prima provinciae, Barii diem clausit extremum P. Joannes Satuel, magni operarius nominis, virtutisque tantae, ut eum Ven. Cardinalis Bellarminus, Provinciam Neapolitanam regens, soleret caeteris ad imitationem proponere. Admiranda plane sunt quae de ipsis charitate, patientia, mansuetudine, virtutibusque caeteris memoriae sunt prodita. Olim ob crimen falso impactum proxime absfuit, quin vetaretur sacras confessiones audire, quo in ministerio erat assiduus. In tanto famae periculo nihil perturbatus affirmabat, suavem fore sibi fructum obedientiae supra laetitiam quam in hominibus Deo reconciliandi maximam experiebatur. Detecta postmodum calunnia, gratulabatur sibi, non dispulsam nominis sui labem, sed facultatem utiliter laborandi redditam. Ut esset parator, si quis sacerdos noctu evocaretur ad quempiam morientium expiandum, ita se committebat lecto, ut vestem nunquam exueret. Paulo ante quam moreretur, instare sibi diem ultimam sentiens, quosdam monuit alumnorum suorum, ut, siquidem confessionem piacularum facere apud se

23.
RES NEAPOLITANA
Residentia
Porticensis consti-
tuitur.

24.
Collegium
Fundis oblatum
non recipitur.

25.
Domus insti-
tuitur Neapoli
pro mulierculis
resipiscientibus.

26.
Ibidem Missio
Urbana consta-
bitur.

27.
Obitus et elo-
gium P. Joannis
Satuelis.

vellent, adessent ad certam diem: non enim copiam habituros postea. Et instinctu plus quam humano locutum eventus demonstravit. Occubuit mense Junio, non tam morbo quam senectute confectus, ejusque funus totius Civitatis moeror et frequentia celebravit. Cadaver humi conditum, octavo post mense repertum est prorsus integrum, molle, atque flexibile: id quod intuentibus remque expenditibus indicium fuit pudicitiae virginalis, quam vivens integrum incorruptaque servaverat. Nihilo minore florebant sanctimoniae fama Patres. Joannes Andreas Samblasius et Ignatius de Julii, quorum ille Cosentiae in patria sua, hic apud Theates decessit. Samblasium ferunt adhuc tironem de se usque adeo triumphasse, ut aegroti purulentum uucus lamberet, et saniem ore avido sugeret. In reliqua vita, quam ultra annos quadraginta quatuor non produxit, nunquam destitut cilicio, flagris, somni cibique parcitate corpus subigere. Eo utebantur a sacris confessionibus multi: quorum autem ipse conscientiam moderaretur, ii dignosci a reliquis modestia ac probitate morum solebant. In supraea aegritudine, cum vehementi ureretur febri, aquam intestinis ignibus extinguendis nunquam petiit, et oblatam parcius hauriebat. Neque sacras Divorum Reliquias propulsando morbo adhibuit, ut a divina voluntate ac providentia magis penderet. In mortui corpore repartae sunt flagellarum vibices, ciliciorum et catenarum horrentes notae, et adhuc cruenta vulnera, quae sibi pius tortor imponebat, vestigia. Obiit IV. Cal. Octobres, cum Collegio Cosentino Rector praecesset. Quantam vero haberet sanctitatis opinionem, populus, direptis in funere vestibus, pictis tabellis, ac sigillis ejus honori datis, demonstravit. P. Ignatius de Julii, operarius summe laboriosus, tot simul obibat munera, ut unus instar multorum esse videbatur. Re ipsa post ejus obitum tres sacerdotes aegre pares fuerunt laboribus quos apud Theates exanthlabat solus. Sodalitia, nosocomia, carceres, urbem totam dies noctesque excolebat. Tribus sodalitiis praerat. Sexta quaque feria, in honorem Christi cruciatuum, agmen populi se pie diverberant ducebant. Quotidie matutinis horis in aede Collegii proponebat audienti multitudini contemplandam rerum caelestium materiam. Singulis hebdomadis publicas custodias et nosocomia lustrabat. Diebus Dominicis, post auditas mane confessiones, in celebriora urbis tempula se conferebat, ut Christianae fidei elementa rudibus tradiceret. Profestis diebus in sacrae penitentiae tribunalii sedebat assiduus, tractabatque animos arte tanta ac suavitate, ut ipsi Societatis nostrae adversarii ejus in sinum ac fidem omnia sua deponerent, neque mori nisi ab illo de totius vitae delictis absoluti sustinerent. Laboribus tam assiduis tam multis addebat corporis cruciatus voluntarios, quibus robustissimum quemque frangi necesse erat. Ter singulis hebdomadis jejunio se afflictabat, et sexta quidem feria contentus arido pane et aquae simplicis potu. Ferreas catenas, cilicia, flagella, aliasque hujus generis poenas sibi assidue imponebat. Deliciatoria, si quando in mensam irreperiret, edulia nunquam attingebat. Somnum carpebat vestitus in lignea tabula. Hieme perfrigida, qualis plerumque est Theati, ad ignem nunquam accedebat, nec aestivos calores lympha frigidore, cuius in Regno Neapolitano frequens est usus, mulcebat. Ardere totus videbatur, cum de Deo divinisque rebus haberet sermonem. Oranti aliquando ante sacrosanctam Eucharistiam allapsa vox est ad aures, monens ut festinaret. Quam ipse vocem probe intelligens, festinavit ad mortem se comparare, ac biduo interposito decessit. Ingens ad exequias est factus hominum concursus, magna vis lacrymarum fusa, cunctis communem urbis parentem periisse dolentibus. Cavensis patria erat, agebatque annum aetatis quadragesimum quartum. Incidit ejus obitus in Idus Februarias.

^{28.}
Obitum et elo-
gium P. Joannis
Andreae Sambla-
sii.

^{29.}
Obitum et elo-
gium P. Ignatii
de Julii.

^{30.}
RES SICILIAE.
Prima Socio-
rum consilia de
dividenda Pro-
vincia.

Provincia Sicula multum perturbata hoc anno est. Ac nos quidem hujus perturbationis causas, si leges Historiae sinerent, mallemus silentio tegere, quam litteris consignare, quippe sociorum Siciliensium nomini parum decoras. Sed ubi tam multa nitent in rebus caeteris, quis levi offendatur macula, eaque vitio humanae naturae potius quam mentis perversitati imputanda? Totam ergo rem sine ambigibus evolvemus. Ante annos fere sexdecim pauci aliqui Siciliensium sociorum agere cooperant cum Aquaviva Generali, eam ut Provinciam divideret,

et ex una geminam ficeret. Consilii causas practexebant graves, et in speciem honestas. Ampliorem nempe esse Provinciam, quam ut ab uno Praeposito administrari commode posset. Divisa tanto intervallo Collegia aegre posse in unum corpus coalescere: adiri certe omnia lustrarique, quoties lege praescriptum est, omnino non posse. Praeterea, cum eveniret saepe ut ex uno in aliud domicilium socii traducerentur, tam longis itineribus viaticisque Collegiorum vectigalia ex parte maxima deperire. Sic illi loquebantur. Caeterum aliud spectabant taciti, quod viris religiosis indignum velare obtentu publici boni conabantur. Est Messanensisibus vetus, ut constat, et quasi ingenita aemulatio cum Panormitanis: neque homines nostri quantumvis religiosae professionis vinculo inter se conjuncti, (ut difficile est communem patriae sensus et affectiones, quae nobiscum adoleverunt, exuere) hujus mali erant expertes. Quia vero Claudius per plures continenter annos ex sociis Panormitanis elegerat quibus maiores committeret Provincias praefecturas, aegre ferebant Messanenses se tam saepe subjici ac posthaberi iis, cum quibus de praestantia certarent. Ob hanc maxime causam consilium divisionis vehementer urgebant. Facile introspexit Claudius in eorum mentem, et ulcus latens detexit. Rejecto itaque imprudenti consilio, longiore ea de re fieri sermonem vetus. Illi, sua petitione dejecti, non propterea quieverunt. Magistratus Regni tum sacros tum civiles impulerunt, ut rem eandem partim precibus et auctoritate partim etiam minis exposcerent: pessimo id quidem exemplo, sed aequi inutili conatu. Claudius, quem nullus hominum terror ab officiis constantia dimoveret, persitit adversus omnium preces ac minas: obfirmavitque nunquam flecti, hoc etiam, ne bene verteret immorigeris, quod deprecatores externos adhibuerint, ac per vim quodammodo trahere in suam sententiam moderatores voluerint. Id ipsum modeste quidem sed tamen libere aperteque rescrispit Archiepiscopo Mamertino aliisque potentiorum, quorum acres accepérat super negotio litteras. Eos denique sociorum, qui rerum novarum studio turbas movebant, coercuit, et ad silentium adegit. Quibus quiescentibus, nihil ultra circa divisionem Siciliae motum est vivente Claudio Aquaviva.

31.
Sub Claudio A-
quaviva success-
su carens.

Eadem Vitellesco sententia stetit per annos decem: saepe res in deliberatione adducta, semper rejecta fuit. At novissime versa est rerum facies sic, ut mutanda etiam sententia videretur. Non Messanenses tantum Patres, sed etiam ex Panormitanis multi in consilium divisionis inclinabant. Et nuper cum placuerit de negotio referri in Provinciali conventu, vicerat sententia eorum qui divisioni favebant, et rogationem hac de re deferendam ad Praepositum Generalem censembar. Venerat quin etiam Roman P. Jacobus Dominicus, vir inter socios Sicienses aetate ac rerum usu gravissimus, habebatque in mandatis ab universa Provincia, cuius legatione fungebatur, ut divisionem urgeret impense, veluti rem momenti gravissimi ac publicae sociorum tranquillitatem unice necessariam. Quo munus injunctum strenue executo, Mutius, tantum tot Patrum consensionem pro merito reputans, magni praesertim faciens auctoritatem Dominici, qui scindenda Provinciae auctor fere praecipuus habebatur, concessit denique in divisionis sententiam, et secundum postulata rescrispit. Hinc, ne qua suboriretur causa querelarum in ipsa perficienda re, Visitatorem Siciliae creavit P. Decium Striverium notac prudentiae virum, eique negotium dedit, duas uti Provincias rite ordinaret, suis unicuique domiciliis, collegiis, sociisque ex aequo attributis: quod factum est. Jam ergo duae extiterent intra Siciliam Provincias Societas. Caput unius Messana, Panormum alterius. Non ab his tamen urbibus acceptum nomen, sed illa prior constitutum ut Orientalis appellaretur, altera Occidentalis: quod prudenter consilio cantum ad abolendam veterum contentionum memoriam, ne residet inter nosrnostros aemulatio quae inter urbes erat. Orientalis, praeter tria Messanae domicilia, Collegia complectebatur Catanense, Syracusanum, Netinum, Moenense, Caltajeronense, Platense, Melitense, cum Residentia Chiensi. Occidentalis tribus domiciliis Panormitanis constabat, tum Collegii Montis Regalis, Drepanitano, Marsalensi, Saccensi, Bivonensi, Caltanisettensi, Narensi, Thermitano, et Ennensi. Suus utrique Praeses Provincialis impositus est: Orientalem

32.
Mutius in sen-
tentiam divisionis
trahitur.

33.
Dividitur Sicili-
a in duas Pro-
vincias, Oriente-
lam, et Occiden-
talem.

Striverius ex designatione Mutii retinuit sibi: Occidentali P. Jordanum Cascinam praefecit.

^{34.}
Turbas ex divisione oriae, ac sociorum queriae.

Verum, his ita explicitis rebus, videre licuit, quam fallaces sint hominum cogitationes, quam vanâ humanae providentiae consilia. Quod remedium fere discordiarum putabatur, novae dissensionis alimento graviorumque turbarum et conquestionum causa fuit. Audiri statim tota Sicilia turbidi sociorum clamores, dolentium interceptam sibi veterem inter se communionem, et statum pristinum requirentium. Multi caeco fremitu obmurmurare, multi indignatione libera factum reprehendere. Nam cur angustiores sibi terminos circumscribi, assuetis Siciliam universam habere pro communi patria? Cur deinde dividi vires, quae tanto plus possent conjunctae? Ex una Provincia, quae florentissima semper fuisset, binas extituras posthac, sed peregrinas, sed omnium fere despiciatissimas. Tanti ne fuisse privatas paucorum cupiditates et prava studia, quae compesci oportuerit aut certe contemni? Cum haec crebris miscerentur sermonibus, manabat etiam ad externos domesticus dolor et aegritudo. Amici ad partes veniebant. Tollebatur in coelum constantia Claudi, Mutius ut parum sagax aut certe imbecillis carpebatur. Sermunculis et querelis omnia perstrepebant. Ipsi sibi jam displicebant, ipsi se accusabant divisionis autores. P. Jacobus Dominicus, facti invidiani et communis obtrectiones non ferens, in tantum devenit moerorem, ut extabuerit sensim, ac brevi interierit. Vir caeteroqui, cuius egregias laudes macula erroris unius obscurare non debet, cum praesertim errasse eum constet non pravo aliquo studio, sed conditione temporum, sed humanae mentis imbecillitate, nec certe alio proposito quam ut quibusdam Provinciae suae vulneribus mederetur. Natus erat Dominicus apud Thermae Himerenses. Societatem amplexus ab incunte aetate, statim inter aequales eminuit ingenio, pietate, litteris. Theologiam audiit Romae sub eximio Doctore Francisco Suarez: cumque vir orbem studiorum esset emensus, tradere Philosophiam est jussus in Collegio Romano. Hinc remissus in patriam, Collegii Panormitani Rector est renunciatus, anno actatis vigesimo septimo nondum expleto. Nam etsi Collegii ejus praefectura non solebat nisi grandioribus natu Patribus tradi; recte existimavit Cladius, non esse canos expectandos in eo, cui jam virtus et prudentia auctoritatem attulissent. Gravissimos deinde magistratus cum eximia laude gessit per annos quadraginta, nunc Provinciae Siculae, nunc Mediolanensis, nunc Domus Panormitanæ, nunc Collegii Romani Rector. Aliquandiu etiam Aquaviae a secretis fuit. Cum denique Domum Panormitanam iterum ac tertio regeret, moerore, uti dictum est, confectus occubuit III. Cal. Januarias, annos natus sexaginta octo. Dominici industriae debentur aedes ac templum Collegii Panormitani, quae duo aedificia a fundamentis extruxit. Idem Panormitanam Professorum Domum, adjectis quibusdam, aliis laxatis cubiculis, amplificavit. Domum praeterea pauperum satis amplam excitandam Panormi et apto censu constabiliandam curavit, viditque in ea domo collectum numerum mendicantium ingentem usque ad trecentos et si quid amplius: ut, etiamsi de Dominico tacent litterae, ejus tamen virtutem et praeclarę in Rempublicam merita satis praedicent tot monumenta soletiae ac pietatis, nulla unquam vetustate delenda. Sed ad narrationis ordinem revertamur.

^{35.}
P. Jacobus Dominicus moerore occubuit. Ejus clogium.

Tanta ob divisionem Provinciae perturbatio movit Striverium Visitatorem, ut de remedio cogitaret. At remedium adhibuit plus aequo violentum, et ipso malo periculosius, quo exulcerabantur, non mitigabantur animi. Circum missis enim per Collegia litteris, vetuit per obedientiae sacramentum nostris, ne ea de re conqueri aut omnino verba facere auderent sive inter se sive inter externos: quo efficiebatur, ut acerbius recrudesceret vulnus, omni doloris lenimento sublato. Rescivit de inopportuno praecepte Mutius: utque erat ingenio nitior ac rerum prudenter, id vinculum solvi jussit. Neque tamen planiores excogitare vias desisi ad sedandos animos reducendamque inter socios tranquillitatem. Sed frustra erant omnia, nisi perturbationis causa excinderetur. Anno saeculi trigesimo primo, post divisionem sexto, nondum vulnus cicatricem duxerat, instabantque nihil

^{36.}
Malo remedium queritur frustra.

secius socii Sicilienses rogare statum Provinciae pristinum. Quorum denique vi-
ctus querelis Mutius, abrogato divisionis decreto, omnia in antiquam formulam
restituit. Sed haec in aliud tempus excesserunt, et commodius a nobis alibi re-
ferentur. Anno de quo scribimus, ad caeteram Provinciam acerbitatem accessit
moeror de obitu P. Rutilii Scirottae, cuius praesentia virtutibusque viri domus
Panormitana plurimum illustrabatur. Is ab adolescentia forum terere aggressus,
ut erat perbono ad omnes artes ingenio, tanta civilis juris adeptus est scientiam,
ut non alias Panormi magis in ea facultate intelligens haberetur. Hinc, assumpta
toga, per amplissimos quosque honores ac magistratus maximam vitae partem
traduxit. Uxorem cum duxisset, eam vivendi formam praescripsit sibi, adeo in-
tegram pietatisque studis deditam, ut in matrimonio, inter domesticas curas
et gravissimas publicae procuraciones rei, a religioso parum differret. Regium
aerarium administrabat, quod munus est aequae splendidum ac quaestuosum, cum
orbatus est conjugi. Nec ita multo post filiae duae, qui unus supererat conjugi
fructus, in sacrarum Virginum septa transgressae, vacuum ab omni cura dome-
stica patrem reliquerunt. His ille exsolutus vinculis, quaesturam ultro depositus,
et initiari sacerdos voluit. Sed cum ne sic quidem liceret satis quieto esse, et
praeterea ad amplissimos Ecclesiae gradus publicis hominum judiciis destinare-
tur; hac re animadversa, ut praeccluderet honoribus aditum, recepit se in Societatem,
annos natus plus sexaginta. Mirari statim licuit, quantum ad corporis quo-
que valetudinem conferat honesta quies animi, seu potius vis gratiae caelestis.
Scirotta multipli fractam morbo senectutem ac podagra in primis debilitatem
attulerat in tirocinium. Brevi juvenescere visus quodammodo. Is itaque vir, qui
non soleret ante prodire domo nisi curru vectus nec vero posset, jam circuire
urbem onustus mantica stipemque ostiatim emendicare conspiciebatur, ita prorsus
ac si valeret quam qui optime. Annos post haec undecim fuit superstes, in
magnis honore habitus semper, et, ob insignem juris peritiam rerumque usum
maximarum, in publicis Regni negotiis consultissimus. Cui laudi cum accederet
virtus in omni genere non vulgaris, eum Mutius post quintum vitae religiosae
annum ad professionem votorum quatuor, raro admodum exemplo, admisit. Ob-
it XIII. Cal. Martias, anno aetatis secundo supra septuagesimum.

Anno eodem Provincia Veneta virum extulit in nostris annalibus nominatis-
simum, P. Joannem Argentum: et sors tulit, ut Mutinae in patria sua moreretur
is, qui longe a natali solo semper vixerat. Gubernandi arte cum excelleret,
primo Societatem in Transylvania difficillimis temporibus administravit. Expulsus
inde aum sociis ob causam religionis, aegre recepit se in Poloniam: ubi a
Sigismundo Rege atque ab Apostolico Nuncio exceptus humaniter, hominibus Ita-
lis, qui Cracoviae degebant, egregiam pro sacro suggestu navavit operam, donec
redire est jussus a Praeposito Generali in Transylvaniam, ut Collegium Claudio-
politanum eamque omnem Provinciam regeret. Ibi cum multa fortiter fecisset,
plura passus esset, expulsa rursus Societate, iterum abire cogitur. Tum Austriae
Provinciam, quae Bohemiam quoque tunc temporis complectebatur, rex. Inde
Poloniam ac Lithuaniae cum potestate Visitatoris lustravit. Accidit per haec obi-
tus Claudi. Cum ageretur de successore in septima Generali Congregatione, ad
summum totius Ordinis magistratum Argentus exposcebatur. Et quamvis abesset
ab ea longius, tamen suffragia tulit viginti novem, soli posthabitus Vitellesco,
quem inter atque ipsum divisa fuerunt aliquandis suffragatorum studia nutave-
runtque animi. Provinciae post haec Mediolanensi, atque iterum Polonicae pae-
ficitur. Mox iterum lustrare Austriam jubetur: quod cum faceret, Bohemicam ab
ea Provinciam sejunxit: deinde Austriacam Provincialis administravit. Postremo
senex emeritus, annis ac laboribus fractus, cum in Italiam redisset, dum Muti-
nensi praeceps Collegio, pie decessit V. Cal. Septembres, annos natus octoginta.
His in muneribus quot adierit Argentus pericula, quot labores pertulerit, quid
studii adhibuerit atque industriae divinam ut gloriam amplificaret, pluribus re-
ferre non vacat, et sparsim suis locis indicatum est in annalibus. Quantum vero
illi debeat Societas, nullis satie consequi verbis possim. Alicubi Ordinis famam,

37. *Obitus et elo-
gium P. Rutilii
Scirottae.*

38. *RES PROVINCIAE
VENETAES.
Mors et elo-
gium P. Joannis
Argentii.*

Lib. XII. n.º 144.

alibi rem fortunasque ab injuriis malevolorum defendit: disciplinam domesticam opportunis ubique praecepsis institutisque firmavit. In Comitiis generalibus Transsilvaniae sapienter idem atque intrepide pro Religione ac Societate peroravit, ipsis virtutem hominis admirantibus haereticis, ut fuse traditur in quinta parte*. Dueae prae caeteris in ipso doles felici nexus conjunctae spectabantur, prudentia in agendis rebus eximia, et mira animi fortitudo, quam in causis ad Dei gloriam pertinentibus non timor ulcus non gratia flecteret. Hinc ejus minime vulgaris estimatio tum apud populum, tum etiam apud summos Principes, imo apud ipsos quorum causa adversabatur, heterodoxos. Auctoritatem homini conciliabant aliae quoque virtutes, ut ita dicam, privateae, sed nihil minus in suo genere excellentes. Egregius mundi sive contemptor, nihil suscipiebat unquam ut aliis placet, nihil omittiebat ut indulgeret sibi. Cibo utebatur non solum tenui sed etiam vili, lecto aspero et incommodo. Flagro se quotidie cruentabat: quodque merito obstupescas, de hujus austeritate vitae nunquam remisit, licet agendis itineribus regionibusque disjunctissimis percurrendis magnam vitae partem insumperit. Orandi usu assiduo factus superis familiaris, illorum interdum alloquio et consuetudine fruebatur. Et fama est, ipsam Dei Matrem, ac parentem Societatis Ignatium ostendisse se illi palam ac spectandos praebuisse.

39.
RES PROVINCIAE
MEDIOLANENSIS.
Tirocinium
Paviranense per
occasione bellum
vacuum relin-
quitur.

In Provincia Mediolanensi, bellum Genuensibus inferente Allobrogum Duce Carolo Emmanuele, attigit belli calamitas nostros Tirones, quorum erat id temporis domicilium Pavirani in agro Genuensi, eosque suis sedibus expulit. Princípio cum inter alios diversarum gentium Novitios septem numerarentur patria Pedemontani, hos Senatus Genuensis eodem habendos numero censuit ac caeteros Sabaudiae ditionis advenas, quos, tamquam suspectos et dubiae fidei, solum vertere jusserat. Transmissi itaque sunt Novellariam juvenes, admixtique Tironibus Provinciae Venetae, ut una cum his reliquum probationis tempus exigent. Ac paulo post etiam eos, qui Pavirani substiterant, belli tumultus extrusit. Nam cum Allobrox, expugnatim montium praesidiis, in planitiam traduxisset exercitum, et Genuam bellum caput peteret; dum omnia circum loca direptionum et incendiiorum metu trepidant, ne injuriis militum pateret imbellis turba, recepti sunt propere intra Genuam Tirones et in secretore Collegii parte collocati. Sed neque hic biduo longius constituerunt. Reputantibus siquidem animo Patribus casus armorum varios et quae timebantur obsidionis incommoda, placuit tot adolescentes transmitti Aronam, Insulam urbem ad Verbanum lacum, Comitibus Borromeis obnoxiam, ubi pacate viverent donec meliora tempora redissent. Quo facto, tirocinium Paviranense vacuum relicturn est, consultumque Novitorum incoluntati ac quieti. At per eandem occasionem aliquot veterani, qui pro salute proximorum in omnem casum se dabant, pii laboris praeclarum exitum invenerunt. Genuensibus subsidio venerant ex Insulam legiones aliquot Germanorum. Hi vero, incertum qua causa, crebris periculosisque conflictari morbis cooperunt. Aderant in castris auxiliaribus duo de Societate sacerdotes ad ministerium sacrorum. Sed cum non essent aegrorum multitundini pareret, iis rogatu dicum additi sunt Patres alii duo, Datus Torellus et Antonius Paribellus, delecti ex tota Provincia, quod germanice scirent uni. Utrumque intra breve tempus moles laborum extensis. Pacatiore mortis genere decesserunt eodem anno Patres Marcellus Pallavicinus et Julius Negronius, viri ambo pietate illustres, ac de Societate insigniter meriti. Pallavicinus, amplio se exuens patrimonio, domum aedemque sacram Professorum considerat Genuae. Negronius, praeter virtutum exempla praeclara, multa reliquit ingenii monumenta eorum usui qui perfectionem christianam profitentur. Prior Genuae obiit ad Nonas Julias: alter Mediolani XVI. Cal. Februario.

40.
Aliquot socio-
rum pia funera.

Multis interea partibus aucta est dignitas Collegii nostri Taurinensis: quodque jam pridem cupiebat Carolus Emmanuel, Dux Allobrogum, ut in urbe regia Pedemontii extaret apud nos Lycaeum florentissimae juventutis, ipsius cura studioque perfectum est. Haec porro gerendae rei se opportunitas dedit. Guillelmus Baldesanus Carmaniola, quod nobile oppidum est Pedemontii, natus, idemque

41.
Collegium
Carmaniola ex-
citandum dimi-
titur.

in primaria Taurinorum aede Canonicus, ante annos sexdecim moriens, haeredem bonorum suorum scripserat Societatem ea lege, ut partem haereditatis haberet sibi Collegium Taurinense, alterius vero partis fructus tandem revolverentur in sortem, donec ex pecunia multiplicata excitari posset Collegium Carmaniola, ubi interea duos ali ut in statione fixa operarios jubebat. Creverat haereditatem Societas, operarios Carmaniola collocaverat, censum denique auxerat sic, ut iusta dos videretur pro Collegio confecta. At cum parabat Collegium ipsum ex testatoris praescripto inchoare, intercessit Princeps (proprio ne instinctu, an aliorum suasu, incertum), ac Praeposito Provinciali Stephano Menochio nunciari a se jussit, minus probari sibi Collegium Societatis Carmaniola, quin gratum fore si quod ibi degebatur par sociorum removeretur ac statio ipsa dissolveretur. Menochius, socii hand conctanter abductis, Principis ipsius arbitrio relinquebat, an etiam dimittenda esset haereditas? Negavit ille id ita fieri oportere. Non dimittendam, sed meliorem in usum transcribendam pronuncavit. Curae autem fore sibi, ut Pontifex Maximus, mutato Baldesani testamento, haereditatem integrum addiceret Collegio Taurinensi ad instituendum generale Gymnasium omnium disciplinarum, quas alibi Societas tradaret. Id Gymnasium in urbe Subalpinarum principe magis e re publica futurum qualicumque Collegio quod in oppido haud magnae celebritatis ponetur. Sic ille. Nec vero secus quam proposuerat fecit. Negotium per suum Romae Oratorem tractari jussit, impetravitque a Summo Pontifice ut tota haereditas Baldesani ad Patres Taurinenses deveniret, cum hoc tamen, ut deinceps alerent in Collegio suo Professores altiorum facultatum, ac nonnullos praeterea de Societate Scholasticos, qui theologici studiis operarentur. Conditionem cum magno assensu acceperunt nostri, actisque prolixe gratis benevolo Principi, rem post paulo exequi maturaverunt. Ac tanta fuit nobilissimae Civitatis approbatio, ut eo ex tempore scholae nostrae Taurinenses numero ac delectu discipulorum plerisque per Italiam scholis antecellerent, nullis secundae haberentur.

Dum haec geruntur in urbe Subalpinorum principe, unus quidam populus ejusdem gentis a B. P. Ignatio beneficium accepit insigne, nec tacendum. Mezzanili (oppidum id est Pedemontanae regionis in valle Lancia) gress luporum, e proximi silvarum latibulis subinde prosiliens, totum agrum habebat infestum. Regionem concursabant feri turmatim, neque solum pecudum et armentorum stragem edebant, sed in ipsis saepe homines irruerant. Pueros puellasque miserandum in modum discerpserant plures, et ex robustiore quoque aetate alios interfecerant, alios consuaciaverant. Diram ut exigenter pestem, prodierant saepius oppidanii cum armis, noxias exagitaverant belluas, paucisque interemptis reliquias in fugam egerant et in nemorum interiora compulerant. Sed nihil magnopere proderat. Aderant nihilominus praedabundae urgente fame, rursum matres familias habebant sollicitas, totum oppidum terrore complebant. Cum nullum malo remedium inveniretur, loci Parochus vocando auxilio superos censuit: utque erat ipse Ignatii studiosissimus, persuasit plebi, ut communibus suppliciis et votis opem ejus exposcerent. Placuit enimvero consilium. Erigitur statim rudi operae saculum in honorem B. P. Ignatii, veneratione publicae proponitur imago ejus, diversi generis piacula supplicationesque instituuntur ad dies continenter novem. Mirum dictu! Explete dierum numero, non dicam molestiae esse, sed videri omnino desierunt infestae belluae. At ne ambigeret quisquam Ignatii beneficio factum id esse, post illud tempus usque in praesens, per annos amplius centum, lupum nemo vidit in agro Mezzanensi, nedum incurrentem extimueris: seu excisa penitus eo loco talium belluarum specie, seu longe propulsata. Senserunt coelestis vim opis Mezzanenses: utque animum beneficii memorem liberatori testarentur suo, primo hanc sibi legem auctore Parochio praescripserunt, ut, qui cuique primus nasceretur filius, Ignatii acciperet nomen. Aediculam deinde in honorem B. Patris excitaverunt pro loco splendidam, quae extat etiam nunc Mezzanili, ad memoriam miraculi sempiternam. Atque haec de Provinciis Italicis.

42.
Eius loco au-
getur Gymna-
sium Taurinen-
se.

43.
Memorabile
miraculum S. P.
Ignatii apud
Mezzanenses.

44.
RES GERMANIAE
SUPERIORIS.
*Obitus Guillelmi
Ducis Bavariae,
ejusque mi-
ra benevolentia
erga nos.*

Ex Transmontanis gravissime affecta est ea, quam Germaniae Superioris vocamus, obitu Guillelmi Ducis Bavariae, quem nostri Principem prope ut parentem alterum venerabantur ac diligebant. Quanti ille faceret Societatem, nullis explicari verbis potest. Non modo unum semper aliquem ex nostris adesse sibi voluit conscientiae arbitrum ducemque consiliorum suorum, sed non aliud prae nostris erat hominum genus quo amicus uteretur aut familiarius. Ut Patrum consuetudine frui commodius posset, post abdicatum, ut infra referemus, imperium remque publicam filio commissam, aedes sibi struxit prope Collegium, in iisque per annos ferme triginta habitavit, nemine non agnoscente, placere hanc Principi sedem maxime propter vicinitatem nostrorum. Jam beneficia, veriora illa benevolentiae argumenta, tam multa Societati diversis largitionibus detulit, ut longum sit in unam summam colligere omnia. Ut nihil dicam de Collegio Ingolstadiensi, quod ab Alberto patre suo conditum ipse auxit aedificis et censibus, tanta liberalitate, ut ejus alter fundator appellari non immerito queat; Monachii collegium nobis et templum a fundamentis extruxit, duo aedificia sumptuosa, neque minus amplitudine molis quam operis structura nobilissimis adnumeranda. Templo addidit supellecitem ingentis pretii, vasa aurea atque argentea, vestiumque sacrificialium magnum numerum, quarum quae minimi pretii ex holoserico damasceno erant. Cautum quin etiam voluit, ne ullo unquam temporae sacrae uestes in illa aede adhiberentur ex viliore materia, constituto censu perpetuo, unde iis conficiendis renovandisque annui suppeterent sumptus. Postremo, ut, pro magnitudine aedis et populi concurrentis frequentia, semper esset ad manus copia sacerdotum, eos Collegio proventus attribuit, quibus capita fere centum non incommodè alerentur. Quis jam ullis consequi verbis possit, quanto efferretur gaudie optimus Princeps, cum labores Patrum eorumque fructum sua respondere cerneret spei? Audiebat identidem celebrari novam Monachiensem pietatem, Monachium urbem sanctam, alteram Germaniae Romam passim vocitari: idque omne tribuens Sociorum in novo Collegio desudantum industriae, laetiis omnibus incedebat, vinci beneficentiam suam nostrorum meritis profitebatur.

45.
*Quam pie Guillel-
mus vivebat
cum Renata con-
juge.*

At, si vera loqui fas est, tam felix et fausta civitatis commutatio non tam nostrorum industriae debebatur quam ipsius exemplo Principis. Ita nimurum Guillelmus vivebat, ut vita ejus ad omnem pietatem incitamento esset intuentibus, ac documento esse universae posteritati possit, honoribus opibusque non adeo adversari evangelicam professionem, ut sanctissimum vitae genus sectari vel in summa fortunae amplitudine, si velis, nequeas. Atque ut aliqua de ipsius virtutibus hoc loco interseram (quippe aliena a rebus nostris videri non debet Principis ita de Societate meriti commendam), post adolescentiam innocentissime traductam, matrimonio sibi junxit Guillelmus Renatam, Francisci Ducis Lothingorum filiam, feminam religiosissimam, sibique indole, voluntate, moribus quam simillimam, quae, viri pium ardorem aemulata, dubito acriores ne illi stimulos ad virtutem subjiceret, an vicissim haberet ex eo. Sane ambo in obeundis exercitationibus piis mirifice consentiebant. Florentes licet prima juventa, ac delicis omnibus circumfluentes, aulam mutaverant in domicilium religionis. Praeter privatas preces, quas ad plures quotidie horas extrahebant, ad sacram simul mensam accedebant octavo quoque die, idque modestia ac pietate insigni: quod cum publice ficerent Monachii, ubi tunc civium plerique non solebant nisi semel intra annum sumere Eucharistiam, mirum ut languentem populi religionem erga coeleste mysterium exemplo excitarent suo. Votivas subinde peregrinationes suscipiebant, jam ad aedem Virginis Oettingensem, jam ad Duntenhusianam, easque interdum pedibus peragebant, vitorio suffulti baculo, vulgari amictu, minimo comitatu: qua specie pietatis, ut magnam) habent vim exempla Principum, sacris illis locis frequentiam ac religionem pristinam, quae pene jam desuetudine exoleverat, restituerunt. Quoddam praeterea cerneret inter Guillelum et Renatam quasi certamen misericordiae erga pauperes. Ille senes septuaginta duos, haec totidem vetulas, pro numero discipulorum Christi, perpetuo

sustentabat. Uterque, reverentia duodecim Apostolorum, totidem sui sexus pauperes quotidie convivio excipiebat, et epulantibus ministrabat. Verum haec leviora. Guillelmus, simul atque annum aetatis attigit quadragesimum, incensus sanctioris vitae desiderio, caelebs agere instituit, consentiente libenter conjugé, cui par perfectionis Christianae votum: cumque ne sic quidem satis sibi videretur ad pietatis officia expeditus, post annos decem, praeposito rerum summae filio Maximiliano, imperio se abdicavit, uni in posterum Deo vacatus ac sibi. Jam si exequi diligenter velim quanta post haec contentionem in omnem se sanctitatem effuderit, nimius sim. Ab ipso adolescentia totius diei spatium sibi distribuerat sic, ut horas minimum quatuor fundendis precibus divinisque commentandis rebus daret. Ast ubi principales ex toto depositus curas, maximam diei noctisque partem exigere orando coepit, solitarius plerumque, ac tanto Superis familiarior, quanto ab hominum consuetudine remotior. Expletio precationum penso, quod fere supererat temporis, juvandis egenis, consolandis aegrotis, omnium calamitatibus sublevandis impendebat. Xenodochium aedificaverat Monachii, excipiendis pauperibus undecimque peregrinantibus. His abluere ac deosculari pedes, praeparare mensam, cibos accumbentibus inferre solebat. Post triduum pecunia donatos dimittebat. Saepius intra hebdomadam nonnullos ex faece mendicabulorum sibi adhibebat convivas. Assidebat ipse in novissimo loco, ciborumque quod esset optimum sua iisdem manu dividebat. Sed quamvis erga omne genus aerumnosorum mire beneficus, charitate praecipua complectebatur aegrotos. Conjunxerat suis aedibus domum, in qua tres semper aegroti de pauperioribus curarentur, suo non tantum sumptu, sed etiam ministerio. Hos bis terque in die perquam familiariter invisebat, et ad tolerandas aegritudinis molestias alloquisi humanissimis hortabatur. Quo commodius decumberat, sternebat suis ipse manibus lectulos. Cibos nauseantibus ingerebat: praebat supplicantibus verba, quibus divinam exposcerent opem, aut virtutes theologicas exercerent. Publicum etiam nosocomium adibat identidem, nec effreberat inde pedem, nisi lectos prius singulos obiisset, decumbentes verbis ac pecunia refovisset. Ubi rescribet jacere in suburbis aut in agro aegrotos, ad eos, ubicumque essent, sive in mapalibus sive in tuguriis, accurrebat, eosdem praesentia, alloquio, muneribus recreabat. Ac notatum est saepe, cum famuli graveolentiam locorum avertere opobalsamo aliquis id genus odoribus conarentur, Principem nullo adversus eam molestiam remedio uti. Mira haec sane vel in mortalium infimo: quanto magis in Principe munditiis omnibus innutrito! Neque vero intra Bavariae suae fines benignitatem hanc tantam continebat, sed ad remotissima quoque loca diffundebat sua beneficia, atque eo quidem laudabilius quo occultius. Ut alia omittam, anno piaculari, quo anno maximi ad Urbem Sanctam fieri concursus solent, in arcula ad stipem colligendam proposita inventa est Romae syngrapha, cuius beneficio exigerentur ab argentariis multa aureorum millia pro peregrinis in Xenodochium Sanctissimae Trinitatis confluentibus. Munificae largitionis auctor latuit diu, donec compertum est, Guillelmi manu syngrapham fuisse exaratam. Multa cogor ejusdem generis praetermittere, ne prolixior fiam: satis tamen haec pauca qualis Guillelmus fuerit declarant. Jam ergo Princeps tam eximia sanctitate, nobis ob insignem beneficentiam immortaliter memorandus, cum vitam produxisset ad annum usque duodecagesimum, VII. Idus Februarias finem vivendi fecit inter manus lacrymasque nostrorum, erupsum sibi patronum amantissimum dolentium. Ei Patres, non ut optabant ac porro debebant, sed ut ipse praescriperat, nempe ut uni de Societate, nullo apparatu ac pompa, justa persolverunt, excepto quod toto novendiali pro ipso sacrificarunt. At eidem paucis post diebus filius Maximilianus exequias regio cultu celebrari jussit. Quibus peractis, nostri corpus ad sepulturam sibi traditum pari celebritate ac moerore tumularunt.

Guillelmo vita functo, magnum pietatis exemplar ac stimulus defuit Monachii. Et nihilominus multum incaluit populi pietas per occasionem novi incitamenti, quod ab Urbe Roma submissum est. Duos nimurum continenter menses in illa regia Bavariae, ex indulgentia Romani Pontificis, eadem facta est remissio poe-

^{46.}
Notabilia
quaddam de i-
psius virtutibus
indicantur.

^{47.}
Res gestae Mo-
nachii per occa-
sionem Jubilaei.

narum, quae anno proximo saeculari fuerat in Urbe Sancta. Atque hoc spatio temporis operarii Societatis triginta, dies fere totos in tribunalibus poenitentiae assidentes, aegre multitudini affluentium satisfecerunt. Numerati ad octoginta milia circiter, qui in aede Collegii nostri ad sacram Christi mensam accesserunt. Contestabantur seniores, nunquam post hominum memoriam tantum animorum motum tamque insitamat speciem pietatis Monachii fuisse conspectam. Et causam adscribant plerique nostris concionatoribus, qui quinis in templis, partim intra urbem, partim in suburbis, excitare populum ad poenitentiam criminum non cessabant. Sed lactiores eodem tempore lectae sunt fruges inter Heterodoxos. Anno uno Protestantum bis mille ac centum ad Christi gregem reductos invenio, cuius numeri pars major fuerunt ex superiore Palatinatu. Dux enim Bavariae idemque S. R. I. septemvir Maximilianus, cum a brevi tempore provinciam hanc possideret, eti non dum audebat recentis dominii populos ad Catholicam fidem compellere poenarum metu, allicere eos tamen ad veritatem quibusunque poterat artibus studebat. Hac mente, ejectis superstitionis doctoribus, tempa curiasque commiserat sacerdotibus orthodoxis, quorum multi de nostra Societate erant, atque his stationes fixas certis in locis attribuerat. Patres duo, ut de aliis modo non dicam, Neumburgi considerant, quod oppidum ad silvam Bohemicam jacet. Alii totidem Turschenreutae, in ditione celeberrimi olim Monasterii Valdenses. His in locis purgatae sunt ab haereticorum sordibus sacrae aedes, refectae arae, restitutae Divorum imagines, quas Calviniani foede dejeerant, omnia ad nitorem catholicum revocata. Quod tamen maxime cupiebatur, ut cives ad partes Catholicorum transirent, id impetrari non potuit, nisi a decentis et quatuordecim. Paucitatis causa fuit, quod nondum satis firma Bavari dominatio sollicitos habebat populos, ne denuo mutare Principem, cum eoque Religionem cogerentur. Hinc, tametsi novis Pastoribus aures dabant non inviti, eorumque neque aspernabantur doctrinam neque consuetudinem refugiebant, tamen ob eam quam dixi causam transitionem facere cunctabantur. Solis Cambenisbus, etiam si recens subjectis Maximiliano, quod tamen fuerant olim Bavarii juris, denunciatum edicto Principis, nisi malent Catholicos ritus amplecti, solum continuo verterent. Qua illi denunciatione perculti, nostris hominibus docendos se permisérunt, pauci oblatam veritatem resperunt. Majus operae pretium est factum Ambergae, licet paulo serius maturerit fruges, cuius hoc anno semina jaciebantur. Seminarium ibi erat hac institutum lege, ut adolescentes in eo viginti sub calvinianis doctoribus educarentur et sectae erroribus imbuerentur. Id aegre ferentes nostri, persuaserunt Maximiliano, ut contubernium pueris ingenuis impleret, tradiceretque moderatoribus orthodoxis: quod factum est magno bono reipublicae. Exinde enim alumni sic erudiri coeperunt, ut ex Seminario Ambergensi prodierint suo tempore sacerdotes egregii et catholicae veritatis assertores invicti.

Per haec Episcopus Augustanus novam Societati stationem attribuit Memmingae. Verumtamen ea statio neque pacate adiri neque ad longum tempus possideri potuit: cuius rei nos initia atque exitum ordine referemus. Memminga Sivevia civitas est antiquissima, atque una ex iis, quae, quamquam sub imperio Caesaris constitutae, suis tamen vivunt legibus, ac vulgo Imperiales vocantur. Eam adeo corruperat haeresis-Lutherana, ut vix novem censerentur ibi familiae Catholicorum, nec his licet suas publice religiones colere. Praeter aedem Curiam cum Lutheranis communem, nihil Catholicici obtinebant. Heterodoxi contra, penes quos erat summa reipublicae, moliri multa dicebantur, ut illas etiam quantulascumque Romani cultus reliquias opprimerent penitus et extinguherent. His cognitis rebus Antistes Augustanus, cuius in Dioecesi sita est Memminga, collocandos ibi statut duos nostri Ordinis operarios, ac stabili domicilio donandos. Constare nimurum sibi ajebat, quantum contra haereticos valerer virorum talium industria. Erat Memmingae domus ampla, olim in usum Episcoporum structa. Hanc illis permittere habitandam decrevit. Prius tamen, praesentiens commovendam haud dubie Patrum adventu Civitatem, muniendo curavit litteris Caesaris quas tutelares appellant, ne arcerentur scilicet ingressu urbis aliave quavis injuria

^{48.}
Haeretici ad Ecclesiam retro-cessi in superiore Palatinatu.

^{49.}
Seminarium Ambergense ad transferetur Catholicos.

^{50.}
Statio Societatis collocatur Memmingae.

afficerentur. Quod verebatur, accedit. Memmingenses, admoniti adventuros propediem duos homines Societatis, tumultuari statim haud secus quam si publici imminerent hostes. Ferendum non esse, ut quisquam de natione Jesuitarum in urbe sua consideret, dicere. Excludendos vi mortalium nequissimos, reformatae Religionis hostes eversoresque impios: Turcas citius intra moenia recipiendos. Hoc habitu animorum, ad portas urbis custodes disponunt armatos cum acri mandato, ne quem Jesuitarum ingredi sinant. At custodum vigilantiam feffellit sagacitas Patrum, qui urbem inobservati subierunt, nec ante sunt deprehensi quam cum ex vehiculo in aedes Episcopales desilierunt. Hoc magis excandescere civium animi, execuente iram pudore, quod se probe ludificatos cernerent. Hora vix interlapsa, adest Senator cum Scriba, vocatusque ad se Patribus publico denunciat nomine, ut actutum abscedant. Nisi obtemperaverint, infortunium habituros sciant. Ad ea Patres diploma Caesareum obtulerunt. Senator, ut legit vetare Caesarem ne quis duos Jesuitas molestia afficeret, quippe viros probos et clientes Principis, obmutuit, nulloquo reddito responso ad suos collegas rediit. Re postmodum inter Senatores disceptata, quamquam erant qui adhibendam censerent vim, nihil amplius movendum existimarunt plerique, quam ut dicam scriberent Episcopo, et causam apud tribunal Caesaris instituerent adversus eum, utpote qui veterum pactorum fidem violasset. Ita nimurum convenisse olim ajebant inter Memmingenses et Episcopos Augustanos, ut in aedibus Episcopalis ejus urbis nemo habitat nisi cui esset jus civitatis: jus istud hominibus Societatis non esse ostendebant. Responsum est ab Episcopo, fuisse quidem in formula conventionis ut in illis aedibus habitat civis, sed non etiam ut praeter civem nemo. Modo igitur una cum Patribus Societas adesset aliquis civium, fidem conventorum nequaquam infringi. Quibus in Consilio Caesareo accurate discussis, post longam disceptationem vicit sententia quae favebat Episcopo. Mansere itaque Memmingae nostri Haereticorum ingratiss: sed ferme inutilis labor eorum fuit, nisi quod exiguum Catholicorum gregem in fide continuerunt, multisque subinde advenis salutis aeternae subsidia ministraverunt. Caeterum mitigari nunquam potuit acerbitas Lutheranorum. Sexto autem post anno Patres, a Svevo depulsi, sedem illam amiserunt, nec deinde, quantumvis conati, recipere potuerunt.

Augustae Vindelicorum vivebat, dum haec agebantur, P. Jacobus Pontanus, vir clarissimi nominis, neque minus religiosa virtute quam humaniorum litterarum scientia inclutus: sed finem anni non attigit, intercepitus morte VII. Cal. Decembris. Pontani eruditio multipliciter testantur libri, diversarum gentium typis recusi non semel, ac doctorum iudicio laudissimi. Eum Societas Germanica auctorem sibi et quasi parentem politioris doctrinae fuisse gloriatur, propterea quod arte Rhetorica nostram juvenutem excoluit spatio annorum paulo minus triginta, hujusque generis litteratura tam multos imbuuit, ut ejus deinde alumnis plena inveniretur Provincia. Praeter edita in publicum monumenta, plura reliquit in plateis, partim suo marte conscripta, partim ex graecis latine redita, omnia aut sovanda pietati aut augendae eruditioni utilissima. Quae in ejus scriptis amoenitas luceat, in ipsis moribus cernebatur. Haec tamen amoenitas nihil detrahebat de modestia, qua novitios ipsos superabat. Modestiam condiebat humanitas ac temperantia singularis in familiari sermone. Nunquam observatus est animum a quoquam alienum prae se ferre, nunquam praedicare suas lucubrations, aut alienas contemnere, quae vulgo labes eruditorum est. Ne quid inter profanas litteras detrimenti caperet virtus religiosa, duplice maxime cavebat via: primum usu piarum meditationum crebro: deinde accurata partitione temporis inter studiorum ac religiosae vitae occupationes. Vitam produxit ad annum usque aetatis octogesimum quartum, nec, quamquam senio fatiscens, legendi scribendi que laborem umquam intermisit. Bohemus gente erat: et ab oppido Bruggensi, quod latine Pons dicitur, cognomentum acceperat.

Provincia Rhenana, ad quam modo progredimur, divisa est hoc anno in duas, quarum alteram deinceps Rheni superioris, inferioris alteram appellabimus. Dividendam censuit Mutius ob eam maxime causam, quod latius jam pateret, quam

51.
Civium cona-
tus ad exclu-
dos Patres.

52.
Sedes Mem-
mingensis post
sex annos anfit-
titur.

53.
Mors et elo-
gium P. Jacobi
Pontani.

54.
Rhenana Pro-
vincia dividitur
in duas.

ut posset ab uno Praeposito commode regi statisque temporibus lustrari. Superiori cesserunt quaecunque extabant domicilia in Alsacia, Palatinatu, Turingia, Franconia, totaque ditione Moguntina. Domicilia reliqua, quae ad dextram laevamque fluminis Rheni erant a Moguntia usque ad fines Hollandiae, inferior accepit. Prior illa commissa est P. Joanni Coppero, altera P. Henrico Baringo relictia. Et quia, rebus ita divisis, deerat Rhenanae superiori Domus primae Probationis; donec ea pararetur, placuit ut Tirones utriusque Provinciae in Tirocinio Trevirensi communiter educarentur.

55.
RES RHENI
SUPERIORIS.
Sociorum fu-
nern Heliogesta-
dii tue saeiente.

56.
Memorabile
exemplum cha-
ritatis.

57.
Mors et elo-
gium P. Joannis
Alstorffii.

58.
Et P. Joannis
Falconii.

* Tom. I. lib. VII.
n.º 78. lib. IX. n.º 72.
et seq.

59.
Mors et elo-
gium P. Henrici
Follerii.

Jam ut de his separatim dicere incipiam, Provinciam Rheni superioris multae sociorum mortes hoc anno funestaverunt, pestilente late grassante. Heiligenstadtii Collegium non adeo frequens septem extulit Sacerdotes, praeter Fratres rei domesticae curatores duos, idque intra bimensem. Ex hoc numero digni praecipua recordatione Patres duo charitate praestantes, Joannes Kempis, et Gualterus Sanderus, qui, dum luc contactis famulantur, malum contagione traxerunt. Prior X. Cal. Septembres occubuit, alter X. Cal. Octobres. Simile mortis genus optavit frustra P. Antonius Borlerus, suscepta tabidorum per urbem cura. Sed quamquam innoxiam expertus inter sexcentos aegrotos luem, nihilominus victima charitatis cecidit in hunc modum. Viderat aegrotare lethaliter ex pestilentia P. Adolphum Clever, Collegii Heiligenstadiensi Rectorem, qui si moreretur, gravissima in uno capite fiebat jactura. Id reputans, petitum a Deo supplex, ut se potius toleret loco illius. Audivit orantem Deus. Rector, licet a medicis conclamatus, convaluit. Borlerus contra, etsi valeret tum quam qui optime, intra paucos dies peste afflatus interiit III. Nonas Octobres. Praeter ita mortuos, vehementer sunt desiderati Patres Joannes Alstorffus et Joannes Falconius, quos labores immodiici pro salute proximorum suspecti premerunt. Alstorffus Parochi gerebat vices in pago quadam corruptissimo prope Bruchsalam. Dum totus est in expensis ministerio sui partibus, post tertium laboriosissimae vitae annum, Lutheranorum inclemantium et molestarum magnitudinem ultra non ferens, naturae concessit pridie Idus Majas. Falconius Archidioecesis Moguntinam excolebat sacris Missionibus, ac propter laboris apostolici assiduitatem resquie praecclare gestas veluti Xaverius alter passim celebrabatur. Non raro sex aut septem una die conciones variis in locis habebat. Pagos villasque circumibat, fragmanto panis et frusto casei ad victimum instructus. Praeter caeteras domandas carnis artes, quibus prolixie indulgebat, statuerat apud se, in capiendo cibo soli servire necessitatibus, voluptati nunquam, idque sponsoe voti sanxerat. Inter occupationes Missionum tam laboriosas ac varias, nunquam sacrificare intermisit. Initio cujusque mensis solebat Rectori se sistere, ejusque nutus exciperre, instaurato ante ejusdem pedes quod primum emiserat obedientiae voto. Obiit Moguntiae VII. Cal. Octobres, annos natus tres supra quadraginta. De hujus viri laboribus ac virtutibus quaedam nos alibi indicavimus *.

Tam strenuis operariis non fuerat segnior, quamdui per vires licuit, P. Henricus Follerus, qui postridie Idus Majas finem vivendi fecit Molshemii. Et quamquam nunc ob devexam actatem otari cogebatur, ejus tamen obitum socii vehementer fleverunt, quod ipso exemplo vitae sanctissimae domesticam disciplinam tueretur, et ad religiosam perfectionem incitamento esset sodalibus. Extant de eo litterae, ex quibus singularem hominis virtutem licet interpretari. Bello Colonensi, quod sub finem saeculi superioris gestum est inter Gebhardum Truchsesium orthodoxae fidei violatores sacrilegum et Ernestum a Bavaria religiosissimum Principem, cum de Archiepiscopatu decernendum esset ferro, Bonnae Follerus degebatur. Accidit ut urbem ingredierentur Truchsesiani, dum forte ipse in suo cubiculo quotidianeae psalmodiae pensum persolvebat. Perstrepere momento omnia militari tumultu. Cunctis metu diffugientibus et salutem fuga quaerentibus, Follerus, etsi admonitus de praesenti periculo, perrexit in eodem haerens vestigio exequi religionis officium: quo placide expletto, tunc denum captavit fugam, divinoque fretus praesidio inter ipsas hostium tota urbe discurrentium manus evasit in tutum. Alias, Coloniae cum versaretur, contactos pestilentia cives omni ope curandos suscepit: et quia periculo superstes fuit, audiebatur magno doloris sen-

su conqueri, quod sua sibi peccata beatae mortis gloriam optatissimam invidissent. Plura de Follerio non reperi, nisi quod opinionem sanctitatis non vulgarem domi forisque habebat, eaque propter insolita celebritate et pari nostrorum luctu elatus est.

At domesticorum moerorem funerum incredibiliter cumulavit mors Archiepiscopi Moguntini, Joannis Svicardi a Crombergio: quo viro nescio equidem an studiosiorem Societas patronum, fautoremque in Germania post Ferdinandum Imperatorem haberet. Primam institutionem hauserat Romae in Collegio Germanico sub disciplina Societatis. Reversus in Germaniam, aut erat a nobis alienior, aut fecerat cur esse crederebatur. At post susceptum Episcopatum, nostrorum totus videri ac porro esse coepit. Adscivit statim sibi a confessionibus P. Joannem Reinardum Zieglerum, probitatem prudentiaeque perspectacum virum, nec praeter hunc alius fuit, cuius consilia audiret libentius, promptius perficeret. Auditus est olim in consessu Principum, cum liberrima voce profiteretur, se tanti facere Societatem, ut suas duceret injuries ejus. Quam voce testabatur benevolentiam, factis evidenter comprobavit. Aschaffemburgi, quae tunc ut plurimum sedes erat aulae septemviralis, Collegium a fundamentis extruxit, ac perpetuo censu firmavit. Collegia Moguntinum et Heiligenstadianum multiplici beneficentia sublevavit, ampliora largiturus, nisi aerarium exhausisset calamitates bellorum, quae multa in illud tempus incurserunt, eumque Germaniae tractum multis ac magnis cladibus desolaverunt. Reducendis ad Ecclesiam heterodoxis nostros duntaxat homines adhibebat: hisque ut conciliaret autoritatem, ventitabat subinde ipse in aedem Societatis; et ad poenitentiae tribunal publice, quasi unus de populo, accedebat. Diem vitae ultimum habuit optimus Praesul XV. Cal. Octobres, eique Patres Aschaffemburgenses, ut amantissimo. Fundatori ac Parenti suo, qua decuit pompa parentaverunt: ejus vero cor, linguam, cerebrum, et intestina, apud se in templo SS. Trinitatis condiderunt. Jacturam in Svicardo factam nonnihil lenivit successor ejus, Georgius Fridericus a Greiffencleau, ab Ecclesia Wormatiensi traductus ad Moguntinam. Nam et hic alumnus olim Societatis fuerat Romae in Collegio Germanico, et egregie animatus erga nos erat, neque decessori suo de studio Religionis amplificandae concedebat. Pari etiam in nostrum Ordinem beneficentia usurus videbatur, si viveret diu: sed vix biennium superfuit.

Tot inter funera quae hactenus recensuimus, solatio fuerunt Patribus uberes ac laetae fruges, quae eodem tempore per Provinciam colligebantur. Numerus Haceticorum, qui ad Ecclesiam redierunt, ad quatuor millia et ducentos excessit. Multi item Catholici, e caeno vitiorum educti, ad poenitentiam excitati et in viam salutis revocati fuerunt: sed eorum nemo iniit numerum. In Marchia Badensi, quaestione de magicis artibus instituta, damnati fuerant hujus sceleris viri pariter ac mulieres amplius centum. Iis priusquam cervices laqueo frangerentur, placuit vocare delectos de Societate Patres, qui assisterent morituri. Patrum autem cohortatione, mirum ut moliti sint homines nuper diabolo mancipati. Lacrymas ubertim fundebant, non horrore supplicii, sed criminum detestatione. Et quidam, cum ad patibulum processerunt, quod capitalem poenam luere cogerentur in loco beneficii habentes, pro eo gratias egerunt judicibus. Fuit ex eo praesertim numero femina præstigiatrix, quae testimonium Societati dedit plane honorificum. Copam egerat diu in quodam pago, hospitium et victimum mercede praebens viatoribus: utque ad eam divertere multi advenarum solebant, nostros etiam homines per eum saepe pagum praeterentes domi exceperat suae. Jam ista artium magicarum convicta, priusquam ad suspendum raperetur, ultró fassa est, eorum qui apud se pernoctassent plerosque fuisse ab se beneficiis et incantationibus interfertos aut male multatos: nunquam tamen venisse sibi in mentem tale quid intentare hominibus Societatis: quin potius istis benigne facere et libenter ministrare consueisse, tum propter eorum modestiam singularem, tum quod animadverterat, praesentibus iis, compesci diabolum, neque tam atrociter, ut solebat, saevire adversus se. Addidit, saepe sibi malum fuisse denunciatum a saevo spiritu, si iterum Jesuitis praebuisset ho-

^{60.}
Moritur Jo.
Savicardus Archi-
episcopus Mo-
guntinus. Ejus
elogium.

^{61.}
Successor illi
datus.

^{62.}
Multi capite
damnati poenam
pie excipiunt in
Marchia Baden-
si.

^{63.}
Cuiusdam sa-
gue testimonium
de hominibus So-
cietatis.

^{64.}
In Monasterio
Fuldensi. disci-
plina restituatur.

spiritum: se vero qualescumque ejus minas quantum ad hoc contemnere perrexisse. Sed quidquid id fuerit, multo sane illustrius ac certius quod eodem anno actum est ad utilitatem celeberrimi Monasterii Fuldensis. Tempore, de quo scribimus, conciderat fere eo in caenobio monastica disciplina, nec factu facile videbatur severitatem veterum institutorum inter Monachos restituere. Tamen Abbas idem ac Princeps Fuldensis, qui id magno optaret opere, rem conari statuit. Adhibito igitur in consilium nostro Osualdo Hegweinio, viro gravi docto que quo utebatur intime familiari, hoc auctore duo sibi decrevit facienda: primum, ut novam ac bene moratam sibi pararet familiam Monachorum: alterum, ut veteres Monachos sacris B. P. Ignatii commentationibus curaret exercendos, eos vero, qui disciplinae subjici nollent, dimitteret. His ita constitutis, migrare jubentur Fuldenses Monachi in Collegium Societatis, ibique divinis tantum rebus vacare ad decem dies, uno ex Patribus materiam piarum meditationum tradente, et singularum conscientiam moderante. Abbas interea, ad celebre Monasterium S. Galli profectus in Helvetiam, poposcit impetravitque ab Antistite Monachos veteranos septem ex probatoribus, ac decem praeterea selectos adolescentes qui ibidem ad militiam monasticam educabantur. Hisque sibi adjunctis reversus Fuldam, novam religiosae vitae formam una cum novis hospitibus suum in Monasterium induxit. Consilium successit ad votum. Ex prioribus Monachis tres, quod minime recusarent vitam ad S. Benedicti regulam instituere, retenti sunt, caeteri dimissi. Atque ab eo tempore, mirum ut Fuldensem Monachorum nomen ac dignitas refloruerit.

^{65.}
RES RHENI
INFERIORIS.
Warendorpia
haereticus profi-
gator.

Per haec in Rhenana inferiori, tum quod excurrit latius, tum quod plures complecetbatur Catholici nominis adversarios, multo uberior agendi patientique seges nostris hominibus offerebatur. De multis, quae incurrerunt in praesentem annum, selectiora quaedam nos attingemus. Warendorpia, quod Embolandiae oppidum est frequens in Diaecesi Monasteriensi, ejctis, ut alibi dictum est, superstitionis ministris, Pastoris munus gerebat P. Dithmerus Hakemburgus, neque cessabat populum contumacem pellicere ad veritatem. Suadendo hortandoque tantum profecit, ut hoc anno civitatem universam ad Catholicos transgressam laetus viderit. Itaque per dies Paschatis septem hominum millia ad Eucharisticam excepti mensam, ubi ante biennium vix unum alterum exeperat. Urbem ab haeresi purgatam corripuit mox lues dysenterica, qua multi passim prosterbantur. Neque huic malo defuit Pastoris amantissimi charitas. Neglecto capitisi periculo, concursare domos coepit, totum se juvandis aegrotis impendere. Cum nihilominus ingravesceret morbi vis, ad pacem Superum exorandam supplicationem catholicci ritus indixit. Et ea via peracta, morbus remisit. Bucholtiae, quae itidem ampla civitas est in Diaecesi Monasterensi, rem catholicam procurabat P. Henricus Ducutius. Anno uno Christi gregem auxit capitibus circiter mille. Quod quidem parum videri non debet in ea urbe, quae non solum erroribus haereticorum erat ex toto vitiata, sed semper antea veritati aures occluserat contumaciter. Ampliorem fructum capiebant Windemburgi in Diaecesi Osnabrugensi PP. Ludovicus Unverdorben, et Albertus Ostendorfius. Eo jam adduxerant rem, ut Haeretici paucis duntaxat capitibus a Catholicis dissident, in iisque etiam consensuri viderentur brevi. Excepto enim quod utramque exigent speciem in Eucharistia et piacularum Confessionem aversarentur, in reliquis Tridentinae Synodo vel assentiebantur palam vel non magnopere repugnabant. Deo itaque coepita secundant, spes erat, omnem quam mox Civitatem in partes Catholicorum transiit, nisi prosperos rerum successus subito Rex Daniae turbasset. Verum de hac re paulo copiosius agendum.

^{66.}
Fructus collec-
ti Bucholtiae, ac
Windemburgi.

Inter plurimos competitores Episcopatus Osnabrugensis, quem obitu Friderici ab Hohenzollern Cardinalis vacuum relictum dicebamus anno superiori, fuerat Christiani Regis Daniae filius natu minor: sed petitione dejectus similiter atque ali fuerat, electo, uti dictum est, Guillermo Comite Wartembergio, Ecclesiae Ratibonensis Praeposito. Offensus repulsa Rex Daniae, ingentem irarum molem concepit contra Canonicos, nec tenere se potuit quin ulciceretur injuriam. Ut

^{67.}
Rex Daniae Osnabrugian occu-
pat, et quare.

bellum adversus Caesarem administrabat circa Rhenum flumen, eratque non modo Principum Protestantium innexus foederi, verum etiam copiarum faederatarum summus Imperator; detractas ab exercitu legiones aliquot traduci Osnabrugum jussit, duce Bernardo Weimariensium Principe: qui nihil cunctatus, affuit repente intra fines Episcopatus cum multis armatorum milibus, terrorem sparsit, occupatis que prima irruptione quatuor munitoribus regionis oppidis, mox ante Osnabrugum castra posuit. Trepidatum est in urbe metu obsidionis. Nec defuit periculo Magistratum vigilantia. Scripti propere milites, munita quae magis paterent loca, urbanae militiae cohortes stare in armis jussae. Ille nihil amplius in speciem exigens quam pecuniam, certum sibi argenti numerum pendit jussit: quo accepto, cum nihil ultra moveret hostile, largitione placatum arbitrati cives, quos armaverant milites dimiserunt: roganti quin immo Principi, ut aliquot centurias equitum suorum peditumque reciperent intra moenia, fide bona portas aperuerunt. At postea quam recepti fuerunt milites, tum enim vero patuit perfidia. Weimariensis urgere caepit Canonicos, ut, siquidem Regis filium praeteriissent in eligendo Episcopo, eum saltem Episcopi coadjutorem, ut vocant, successoremque designarent. Repellentibus autem iis, ut decuit, petitionem iniquam, ferox Princeps, resisti sibi armato et urbem obtinendi non ferens, corripi subito duos sacerdotalis Collegii praecipuos, Praepositum et Decanum, jubet: comprehensos imponit curru, stipatosque militum globo transmittit in Daniam. Quo territi exemplo caeteri Canonici, imperata fecerunt, et jus successionis in regium Daniae Principem transtulerunt. Ut dimissi postea fuerint Praepositus et Decanus, quamvis nec probarent acta Collegarum suorum nec Dani Principis designationi subscriberent, longum esset expondere. Quod ad rem nostram pertinet, socii Osnabrugenses, dum haec agebantur, abdiderant se diversis intra urbem latebris, excepto omnium praeside P. Henrico Yphauseno, qui Monasterium aufugerat. Eorum tres, dum maxime captant in alieno amictu fugam, indicio nescio quo cogniti, capiuntur et in vincula contruduntur. His additi postmodum PP. Ludovicus Unverdorben et Albertus Ostendorfius, duo illi strenui operarii, qui, ut supra demonstravimus, opus Evangelicum faciebant Windemburgi. Namque hoc etiam oppidum Dani milites oppresserunt. At captorum non eadem sors et conditio fuit. Duo libertatem praesenti statim pecunia redierunt. Unverdorben, quod pecuniam non haberet in numerato, paulo diutius haesit in carcere. Tamen hic etiam haud multo post, pacto pretio datisque vadibus, dimissus est. Reliqui erant ali duoi, videlicet quem dixi Ostendorfius et Joannes Krasius humaniorum litterarum professor. Hi vero, quod pretium libertatis neque possent solvere neque vellent spondere, acerbe admodum atque indigne vexati fuerunt. Priore latrones inhumani, alligatum equo calcitranti, per loca sordibus lutoque oppleta ignominiose raptarunt, donec motus indignitate nobilis Centurio, qui huc secta Calvinianus non omnino humanitatem exuerat, solvi hominem innoxium ac dimitti jussit. Multo truculentius hostium ira desaevit in Krasium. Nam, quia ortum sciebant parente pecuniioso et Lutherano, experiri omnia voluerunt, ut vel regredieretur ad sectam in qua fuerat enutritus, vel certe magnam argenti vim sibi pendendam curaret a consanguineis: quorum alterum invictus juvenis se negabat velle, alterum posse. Catenis oneratum, et pedes aegre molientem, saepe verberibus urgebant ad cursum. Ejus interdum verecundiam mortalia impudentissimi cruciabant. Sed cum nihil dimoveretur fortissimi constantia juvenis, hunc etiam ad extremum, post duodecim dirae captivitatis dies, liberum dimiserunt. Nec ita post multo nostri, pulsis hostibus et pacata ut cunque repubica, ad sua singuli ministeria revocati fuerunt.

Redditus Collegio Osnabrugensi P. Henricus Yphausen, quem ei praesesse Collegio dicebamus, transiit eodem anno Windemburgum, adductus ab Episcopo, qui in adeunda possessione Episcopatus rebusque publicis componendis eum sibi adsciverat adjutorem et consiliarium. At ibi dum strenue laborat, ac reducendis praesertim ad Ecclesiam heterodoxis insudat, operis magnitudine oppressus occubuit IV. Idus Octobris. Talem sibi tam cito eruptum virum doluit vehementer Antistes Wartembergius, qui soleritiam integratatemque hominis haberet

68.
Vim inferit Ca-
nonicis.

69.
Danorum mi-
litum saevitia
contra nostros.

70.
Mors et elo-
gium P. Henrici
Yphausen.

^{71.}
*Et P. Bernardi
Hallerdingi.*

perspectam : neque veritus est affirmare , in illo uno capite magnūm rei catholicae praesidium ac firmamentum deperiisse . De ejus nos virtutibus ac rebus gestis nonnulla tradidimus libro superiore . Laboribus ejusdem generis feliciter immortuus est Paderbornae , ubi sexdecim extremos vitae annos posuerat . P. Bernardus Hallerdingus , nec minor in eo est facta jactura . Partes apostolici munera omnes Hallerdingus implebat . Tuguria pauperum , rusticorum mapalia , nosocomia , carceres , pagos vicosque confinenter obibat , operam suam mortalibus promiscue omnibus circumferebat . Tanto charitatis ardori consentiebat tenor vitae prorsus innocens et ingenui candoris plenus , quo non solum apud Catholicos verum etiam inter Catholicos nominis adversarios omnium sibi animos devinciebat . Olim a Christiano Brunsicensi (vulgo Alberstadiensem vocabant) , ut alibi narratum est , abductus in servitatem , inter celestissimos milites seu verius praedones , omne genus indignatum tulit , tam erecto animo ac vultu , ut virtutem ipsi laudarent ac mirarentur haeretici . Novissime cum Paderbornam corripuissest novum morbi nomen , lues Hungarica , Hallerdingus tabidorum obsequio totum devoverat se , segregatusque ab sodalium commercio urbem noctu interduque circuibat , in agrum subinde excurrebat , ubicunque jacere contactos morbo audivisset , eo provolabat . Accidit , quod erat expectandum , ut contagione contraheret pestem . Ne sic quidem retardari tamen vir apostolicus potuit , ne porro pergeret navare aegrotis operam . Ipsa obitus sui die , quae fuit XI. Cal. Decembres , surrexerat mane summo hac mente , ut ad consuetos ministerii labores prodiret . Sed repentina defectu virium coactus abjecere se in sellam , ibi momento horae laborum ac vitae metu attigit , annos natus minus quinquaginta .

^{72.}
*Nostrorum
molestiae et pe-
nivula Hildesi.*

Quo tempore vacuum relicum est ob irruptionem Danorum Collegium Os nabrugense , proxime absuit ab exitio Hildesiense : non ulla tamen externi militis incursione , sed veteri odio Civitatis , quae partem maximam Lutherana jam diu adversus Episcopum et Principem Ferdinandum a Bavaria , Coloniensem septemvirum , insolescerat , et nostros homines multis gravibusque molestiis afficiebat . Audaciorem effecerat nuper Dani propinquitas , et conspiratio , de qua dictum est , Principum Protestantum contra Ferdinandum Augustum , qua non tam Imperii quam Religionis jura convellebantur . Jam piget referre singillatim , quae nostri damna fortunarum , quae vitae pericula hoc medio tempore adierint Hildesi , frustra tuente eos Senatu , frustra protegente Principe . Perdiu in quotidiano meta caedis ac direptionum fuerunt . Nunquam tamen periculum incurserunt gravius praesentiusque , quam ad Cal. Augsti . Eo die frequentissimi confluxerunt in aream Collegii cives immixti Danis , ac prius caeco fremitu , deinde aperta seditione contra sceleratos , ut ajebant , Papicolas tumultuari cooperunt . Audiabantur voces dissonae , clamoresque inconditi adhortantium sese ad invadendas fores . Nempe homines furore perciti , neque minus avaritia quam odio verae Religionis flagrantes , expilare domum , mactare Patres constituerant . Ad primum concitatae multitudinis motum advolavit Consul , injectique se in medios furentium globos , quietem atque concordiam suadens . Aegre precibus infinitis impetravit , ut factiosi sine maleficio discederent . Atque illi quidem eo die a meditato scelere continuerunt manus , non tamen voluntatem mutarunt . Intenti in exitum belli quod contra Caesarem gerebatur , unum expectabant victoriae nuncium , ut furorem redintegrarent . Sed impiorum consilia discussit providentia Numinis . Mansfeldius et Pseudoepiscopus Alberstadiensis , qui Dano militabant , dupli commisso cum Caesariani praeflio , a Walsteinio Tilioque profligantur . Rex ipse Daniae , a Tilio tractus in pugnam ad Luteram in ditione Brunsicensi , re infeliciter gesta , amissio fere omni peditati ; impedimentis atque omni belli instrumento in potestate hostium relicto , salutem fuga querere cogit . Atque hac demum clade , quae in VI. Cal. Septembres incurrit , conciderunt Hildesiensium animi . Itaque modestiores effecti , Episcopi Principis imperium aspernari ac nobis molesti esse desierunt . Caeterum compertum est postea , si Danus acie superasset , consensisse jam civium plerosque , ut intra urbem exciperentur victores , iisque Catholici in praedam cederent . Quod si eveniret , minime erat dubitandum ,

^{73.}
*Ut compressi
fuerint Hilde-
sensium animi.*

quin gladiis haereticorum primi objicerentur homines Societatis. Sed aliter visum Superis.

Sociis etiam Collegii Embricensis pernicies imminebat, nisi periculum ope Numinis propulsatum fuisset. Sed interest scire, periculi quae causa fuerit. Guilelmus Wolfgangus Palatinus Neoburgensem Dux, cuius eximiam religionem saepe alibi commemoravimus, expulerat e ditione Juliacensi multos, propterea quod suspicere cultum Catholicum renuisserunt. Ut parum Juliano abest Embrica, huc miserabili agmine transfugerunt exiles, magno cum primis numero feminae, quae ulnis gestantes filios parvulos, flebiliter quirirabant, se nullam noxam commeritas, cogi tamen longe a natali solo patriisque laribus vivere malevolentia Jesuitarum, qui irrogandi exilii autores fuissent Principi. Erat res per se misera, haereticis autem odiosissima. Quare dici vix possit, quantam ea species invidiam nostris hominibus concitarit apud ministros septemviri Brandenburgici, qui rerum potiebatur Embricae. Fit rapta decretum nomine Principis, nisi Jesuitae revocandum curaverint Palatini editum contra reformatos Juliacenses edictum, pellantur ipsi Embrica, bona eorum Fisco addicantur. Iniqua postulabantur a nostris, utpote quae non erant in potestate ipsum. Tamen, ut nulla est satis idonea excusatio contra vim, eadem, Patribus frustra reclamantibus, denunciata fuerunt a Guillelmo Nassavio, Batavici militi Praefecto, nomine Ordinum foederatorum. Quippe urbs Brandenburgio parebat, sed eam militari praesidio tenebant Batavi. Dies quintam praefiniebatur Patribus, intra quam, nisi re ipsa inductum fuisset Palatini edictum, urbe excederent. Cum nulla supppererit vitandi mali ratio, venit in mentem Patribus innociae praesidium quaerere ad Oranii Principe Friderico, qui, licet secta heterodoxus, praecclare de Societate nostra sentiebat, et Collegii ejusdem patrocinium anno superiore, ut suo loco narratum est, suscepserat. Adeunt illum supplices, fidem aequitatemque ejus implorant. Successu non caruit fiducia. Princeps benigne susceptos auditosque bono esse animo jussit: se Collegii patronum, se defensorem fore. Pro ea deinde qua pollebat auctoritate perfecit, ut manerent Embricae Patres, etiamsi Neoburgicus edictum illud suum de pellendis Juliaco heterodoxis non abrogasset: quo facto laudem servati iterum Collegii Embricensis tuit.

Tot inter tempestates ac fluctus, non solum servata sunt antiqua Provinciae domicilia, sed, quod magis mirere, alia de novo acquisita. Id quemadmodum acciderit, paucis docebo. Est in limite diaecessos Paderbonensis, qua parte spectat ad orientem solem, oppidum (Falkenhagen vulgo nominant), non alia magis re celebre, quam Monasterio insigni, quod olim fureat Virginum Cisterciensium, deinde ad Crucigeros per venerat. Ineunte saeculo de quo scribimus, Crucigeris haeresi depravatus et ad liberiorem vitam dilapsis, vacuum domicilium cum suis proventibus invaserat Simon, Lippiae Comes heterodoxus, quippe conditum a majoribus suis, sibique jure haereditario, ut ajebat, debitum. Lippio obstitit tunc Theodorus Furstembergius, Antistes Paderbonensis, et bonorum partem, injusto possessori erectam, ad fundandum Paderbonae Collegium Societatis transtulit, probante summo Pontifice Clemente VIII. Partem tamen alteram, una cum Monasterii aedificio, vi retinuit quandiu vixit Lippius, frustra reclamante Episcopo, qui, hanc quoque pertinere ad jus Ecclesiae sua contendens, perfecit ad extremum, ut eam Pontifex Paulus V. Collegio pariter Paderbonensi attribueret. Pontificiam donationem, mortuo Simone, ratam habuit filius ejus natu major Hermannus, utpote Catholicam amplexus fidem, et nostrorum amicus. Sed prius desit vivere, quam Patres Monasterii possessionem adiissent. Quare novus Lippiae Comes, Hermanni frater, negans fas fuisse fratri de bonis paternae haereditatis diminuere, denuo invasit omnia, obfirmatus nec soli palnum dimittere. Sed, quod male occupaverat, non retinuit diu. Caesar, causa cognita, negotium dedit suis Ministris, Comitem ut exturbarent possessione iniqua, eamque Societati tradarent: quod factum est postridie Idus Septembres anni labentis. Hoc ergo die duo nostrorum in coenobio Falkenhagensi collocati fuerunt ut in perpetua statione, et ministerio Paraeciae, quae plures ex circumpositis pagis complecetbatur, fungi

⁷¹
Nostri exulari
Jubentur Embric-
ea, et quare.

⁷²
Eos tueri Fridericus
Oranius
Princeps.

⁷³
Ex Monasterio
Falkenhagensi
hi Residentia So-
cietales.

cooperunt. Continuo templum ab haereticorum inquinamentis repurgatum est, magna seniorum gratulatione, qui Catholicos ritus tam longo postlimio revocatos cernerent. Plures enim censebantur in oppido familiae, quae Religionis candorem illibatum refinebant, nullisque neque Calvinianorum rabularum vociferationibus neque Dynastarum imperii eum conspurcaverant.

^{77.}
Fundatur Col-
legium Sigenen-
se.

Multo facilius citiusque Sigenam est inducta Societas, nec qualicunque ibi domicilio, sed justo Collegio donata. Sigena caput est cognominis Comitatus, qui Nassavi paré. Sedes ad Sigam fluvium in limite Guestphaliae, millia germanica undecim a Colonia Agrippina. Oppidum, caeteroqui hanc ita magnum, cum propter haereticorum frequentiam tum propter populi inscitiam nostris ministeriis opportunum videbatur: et Societatem jamdiu depositabant pauci, qui supererant ex oppidanis, Catholici. Audit eorum vota loci Dominus, Comes Joannes Nassavi, qui nuper-Catholicam veritatem Patrum nostrorum opera amplexus erat in Belgio. Nec distulit diu, quod jamdiu poscebat. Dum Sigenam repetit, quatuor Societatis homines secum in urbem introduxit. Stupentibus autem rei novitate ac male sibi ominantibus Calvini assecitis, quid sui consilii esset aperuit. Erat in oppido monasterium vetus, a pluribus annis omnino vacuum. Id Patribus, anueniente summo Pontifice Urbano VIII., in omne posterum tempus ad habitandum attribuit. Addidit fundos eversi cujusdam Parthenonis, unde justa aleretur sociorum familia: quo Collegium extitit numeris omnibus absolutum. Quia vero Principes ex animo Catholicus, quantumvis recens ad Ecclesiam transgressus, eo spectabat maxime ut cultum Catholicum in sua ditione restitueret, edictum post paulo proponi jussit, cuius praecipua haec erant capita. Primum, ut Calviniana doctrinae praecones nunquam deinceps Sigenae privatum aut publice verba facerent de religione. Deinde, ut Sigenenses in posterum Kalendari Gregoriani emendationem sequerentur, diesque festos et reliquam rationem temporum ex ejus praescripto servarent. Postremo, ut aures animosque cuncti darent nostro Sacerdoti concionanti et doctrinam Catholicam exponenti. Quae leges cum ad supremos usque apices non in urbe solum sed etiam in circumpositis pagis exigenter, res verti sensim inclinarique cooperunt. Amotis procul aut obmutescentibus errorum magistris, doctrinam salutarem populus, ut ager siticulosus optatum imbre, accipiebat, multi ad partes Catholicas transitionem faciebant. Duae tantum res praeclara incepta nonnihil retardabant. Altera, quod putarent Sigenenses iterum se Calviniam ritus Principem habituros, Nassavio Comite liberos non habente. Altera, quod miles Batavus ex viciniis praesidiis minas subinde intentaret, nec paucos agrestium a consilio mutandae religionis absterreret. Sed illud primum brevi concidit, nato piis conjugibus haerede. Incursiones vero Batavorum pro imperio repressit quem supra nominavi Fridericus Orani Princeps, Nassavii cognati sui litteris exoratus. Quibus amotis impedimentis, perstantibus nostris haeresim modis omnibus insectari, brevi spatio refloruit Sigenae vera religio, quae erat ibi a longo tempore fere ex toto deleta. In ea itaque Urbe, ubi nostri initio Catholicos invenerant admodum paucos, biennio vix exacto, bis mille trecentos et si quid amplius numeraverunt. Neque levius operae pretium in agro factum. Rustici, non solum dociles se praebuerunt Patribus, sed praeterea certas sibi leges ad sarcenda religionis damna imposuerunt. Illud sibi praescripserunt primum, ut multam pecuniariam penderet quicunque desideraretur in templo cum Divinae legis mysteria explicabantur. Deinde, ut exularet quicunque esse Catholicus aut palam videri nollet. Ex quo capi conjectura potest, quam laeto successu nostri operarii semetem Divini Verbi facerent in eo nuper tam squalido et inculto novali.

^{78.}
Nassavii Co-
mitis studium
pro religione Ca-
tholica.

At enim nullibi laetior collecta seges, quam in Austria Bohemiaque. Haereticos ad Ecclesiam revocatos intra Provinciam Bohemicam non viritim, sed oppidatim recensent hujus temporis litterae. Nos exempla quaedam selectiora ad speciem referemus. Postquam Bohemia Ultraquistarum sive Hussitarum excussum jugum, et, fusi, fugatisque cum scenico Rege Federico perduellibus, religio libertatem pristinam recuperavit, nulla ferme fuit Regni pars, in quam Societas non excurreret ad sarcendas luctuosи temporis clades. Ut nulla prope modum Civitas gra-

^{79.}
RUS BOHEMICA.
Prostanienses
et Cassumbergens-
es, fuit Catho-
lici.

viori laborabat vulnere quam Prostanna (haec ad sextum ab Olomucio lapidem sedet), sic una maxime medicas Sociorum experta est manus. Jam inde ab ipsis Hussi temporibus asylum infausto Anseri (nam Hus, bohemica vox, Anserem sonat) ejusque pullis dederat. Nidum exitiale decussit dominus oppidi Carolus Princeps Lichtensteinius, et libertatem perniciosa credendi docendique mendacis hoc anno sustulit. Mandata Principis in frequenti Senatu exposuit Sacerdos Societatis, deinde populum concionibus quotidianis bohemice ac germanice docuit. Haeretici Senatores magistratum, Parochi vero curam Ecclesiarum abdicare sunt jussi, Catholicis eorum in locum subrogatis. Ita sensim in civitate ac vicinis oppidis haeresis jacuit. Simili fere modo Cossumbergenses, Guillelmi Slavatae Domini sui mandatis et nostrorum institutione, ritus Catholicos, quorum erant iis in locis pene omnia oblitterata vestigia, receperunt. Sobeslavia, quae urbs est Bohemiae haud multum infra primarias, ex receptaculo, ut tunc erat, omnium fere sectarum, mense uno facta est omnino Catholicis in hunc modum. Venerat Sobeslaviam regius Trebonensis Praefectus cum nostrorum Sacerdotum pari, attuleratque mandata Ferdinandi Imperatoris, ut, quicunque sibi consultum vellet, docendum se praebaret Patribus. Exarsit continuo ingens indignatio Civium, denunciationis acerbitate dolentium. Exaudiri passim querelas ac liberiores voces, praesertim quod suberat illa suspicio, ne Praefectus privata auctoritate adduxisset quos a Caesare missos ajebat Patres, privatisque consilio obtenderet Imperatoris nomen. Tamen hujus reverentia nominis compressae paulisper sunt irae Civium, habitu cum honore Patres, isque aedes Curialis ad docendum permissa. Quin, ut solebant Sobeslavenses epulum sumptu publico dare claris hospitibus, non haec omissa honoris significatio adversus eos. Exceptis convivio Patribus, lauta Procerum corona accumbente, sensim injicitur sermo de religione. Disputatur, disputatio incalescit. Tum unus quidam e primoribus, sive ut momentum adderet sententiae suaee, sive ut spem praecideret Patribus eximendae sibi persuasionis quam acerrime defensabat, pateram mero plenam ostentans: *Dispream, inquit, atque hinc mortem hauriam, nisi calix Hussitarum congruit doctrinae Christi.* Haec locutus, liquorem hausit. At momento eodem, quasi exitiale aconitum demisisset in viscera, diris torminibus correptus concidit, interque convivarum manus animam exalavit, juste oppressus malo quod sibi impie fuerat imprecatus. Funeris tam repentina tam horrific species, ut inquinavit epulas, ita convivas admonuit, diremptam videri praesenti Dei judicio controversiam. Manavit in vulgo fama, nulli dubium relinquebatur, quin staret a Catholicis veritas. Tamen sacramentum Catholicae religionis palam sumere audebat nemo. Ille obstabat scilicet metus, ne, qui faceret primus, caeteris notaretur: quasi vero in recte factis faciem praeficer pulchrum non sit. Patres, ut hanc dejicerent moram, nobilioribus persuaserunt, non esse ex ipsorum dignitate sequi populum, quem magis trahere post se deberent. Duces ergo se praebenter multititudini, remque maxime salutarem inciperent. Valuit oratio. Nobilitas in ritus Catholicos juravit prima. Secuti sunt honestissimi quique Patres Familiarum, postremo Civitas universa.

Veritatem Catholicam praefracte itidem ac superbe repulerant hactenus Commotovienses, parva Regni ejusdem Civitas in tractu Zateciensi. Aderat ibi a longo tempore noster Sacerdos, instabat operi, divinam doctrinam privatum ac propalam explicabat, sed nullo effectu. Edixerat propterea Caesar, ut, si contumaces esse pergerent, hibernis militum subjecerentur. Illi aspernabantur minas, et nihilominus in contumacia perstabant. At tandem, divina pellente gratia, ultro manus victas dererunt hoc anno: quodque lactissimum accidit et diuturnam abunde compensavit moram, ad obsequium Ecclesiae Romanae redierunt tanto consensu, ut ne unus quidem haeserit in errore. Acrius certamen, sed brevius, cum Hradistiensibus fuit. Munitum oppidum est Hradistium ad amnem Gizeram, iter horarum trium distans Gitzino. Eo cum venisset e Collegio Gitzinensi strenuus Sacerdos, adeo infensa omnia ac plena periculi nactus est, ut de exitu expeditionis suaee tantum non desperaret. Magistratus, ex toto haereticus, palam pro secta stabat. Cives, si novas colere religiones cogerentur, parati vim adhibere, tum principalia edicta, tum qui edicto-

80.
Sobeslavieuses,
terrifico exemplo
edociti, veritatem
agnoscunt.

81.
Commotoviens-
ses post longam
contumaciam
fundi Catholici.

82.
Hradistiens-
ses post longam
contumaciam
fundi Catholici.

rum custodiam exigebant regios Praefectos contemnebant. Coibant noctu patromi superstitionis, miscebant turbulenta consilia, importuno Jesuitae caedem, ejus sectatoribus damnum honoris ac fortunarum machinabantur. Contra ipsum Caesarem audiebantur identidem seditiosae voces, scripta maledica per urbem impune volitabant. Quorundam, quia Catholicó favebant dogmati, lapidibus appetitae fuerunt aedes et fenestrae confractae. Aliis ob eandem causam venenum in esca fraudulenter paratum. Ferociam prorsus indomitam, nec facile domandam prä se ferebant. Hoc tamen apparatu nequaquam infracta est constantia nostri Sacerdotis. Opposuit furori patientiam, temeritati modestiam, perstítuitque obniti contra, donec, Deo copta secundante, de errore veritas triumphavit. Hradistienenses paucis mensibus mitigati, consilia in melius verterunt, ac Romanae Ecclesiae sacramentum dixerunt. Neque id satis. Ut proum est in magnis conversionibus transgredi ad extrema, tanto exarserunt studio verae religionis, ut ad instaurando ritus veteres incredibili contentione adjecerint animum. Continuo id unum velle, id certatim conari omnes, ut forma Catholicí cultus apud se resfloresceret. Alii prostratas aras restituere, alii sacras Divorum imagines ac caetera ornamenti templorum, alii vestes sacerdotales curare. Sectarum Ministri ex urbe ejecti sunt, Matrimonia ad leges Ecclesiae revocata: atque haec tanta omnium consensione, ut ipsi se mirarent Cives, et aegre a lacrymis temperarent.

^{84.}
P. Burnatius
veritatem per-
suadet Dubensi-
bus.

Citius ac felicius P. Mathias Burnatius Catholicam fidem restituit Dubae, quod item oppidum paucarum horarum iter abest Gitzino. Urbem ingressus clam Burnatius, nemine omnium quis esset aut cur veniret monito, scrutatur primarium templum, et in latebroso quadam sacrarii receptaculo deprehendit abditos olim calices sacros, vestes sacrificales, et alia id genus priscae religionis monumenta. Laetus reperto thesauro, concionem vocat, monetque Cives ut frequentes adsint. Nemo Sacerdotem Societatis suspicabatur. Itaque frequentissimi converunt, de Lutherana fide locuturum arbitrai. Burnatius verba facit ex illo Prophetae Hieremiae loco * *Interrogate de semitis antiquis quae sit via bona, et ambulate in ea.* Producit sacra vasa, imagines, vestimenta, iisque testibus Catholicæ fidei vetustatem et sanctitatem demonstrant. Moti sunt oratione Dubenses usque adeo, ut nulla interposita mora retulerint se ad Ecclesiam. Simili ratione, ut ad Ecclesiam referrent se, persuasum est Budviciensibus in Moravia, ad quos lecta Sociorum manus e Brunensi Probationis Domo erat progressa. Locus erat Budvicii secretior, quatuor tantum proceribus notus, in quo sacri olim calices vestesque Sacerdotum et alia Catholicæ pietatis insignia fuerant abdita. Auditis Patribus, respexerunt se quos dixi proceres. Subiit majorum memoria, a quibus cultam Romanam fidem tristes illæ proculatae religionis reliquiae declarabant: neque continere se potuerunt, quin thesaurum tot annos male abditum in lucem proferrent. Ex omni Gaza admirationi praesertim fuit praegrandis ex argento theca, in cuius parte suprema, solis in morem radiata et chrystallo duplice tecta, proponi sanctissimum Eucharistiae Sacramentum solebat. Movit ea species populum. Patres praesenti habitu animorum usi, ostendunt oppidanis, magnum esse antiquitatis pondus ad commendationem. veritatis: nunquam suspicione falsi nòritatem non laborare. Deserendam ergo sectam recens invectam, ad ritus patrios et antiquissimos Ecclesiae Catholicæ redeundum. Vera dici senserunt Budviciensium plerique, eademque die in ritus Catholicos juraverunt, quibus deinde reliqui miro consensu se adjunxerunt.

^{85.}
Budvicienses
ab errore revo-
cantur.

Quod ibi mutis antiquitatis monumentis, alibi bonis atque utilibus libris confectum est. Documento sit quod subjicio? Oppidum est haud ita longe a Praga (Sobotkam vocant), ubi Cives tot erroribus erant infecti, ut iis mederi difficultimum ac desperationi proximum videretur. Ut caetera taceam, Baptismum vino aut lacte valide conferri putabant. Eum proli spuriae nequaquam arbitrabantur impertiendum: minime vero necessarium, si mater gravida paulo ante partum Lutheranam sumpsisset coenam. Obstetrics sibi persuadebant, infantem nullum post meridiem esse baptizandum: futurum enim, ut infans, senescente die renatus, numquam senesceret. Mitto alia ejusdem generis portenta, quae recensere

^{86.}
Sobotkenses, le-
ctio Canisii Ca-
tholicismo, veri-
tatem agnoscent.

longum esset. Tot depellendis erroribus nullum praesentius remedium est visum Patribus Collegii Pragensis, quam si boni utilesque libri populo in manus tradentur. Nullus autem visus utilior Canisii Catechismo, quem proinde recudi Bohemico sermone, ejusque quingenta exemplaria per oppidum spargi curarunt. Eo vix perfecto, aperuerunt oculos Oppidanii, seque hactenus a suis Doctoribus insigniter deceptos doluerunt. Ipsi Lutherani Ministri, recantatis erroribus, nihil se antea vidisse professi sunt. Atque haec de frugibus in Provincia collectus.

Glogoviae interea, quam vulgo majorem appellant, Collegium Societatis erectum est, per eamque occasionem eluxit multorum erga nos benevolentia singularis. Glogovia, de qua modo dicimus, Civitas est inter primarias Silesiae, ad flu men Oderam, in finibus provinciae, qua Lusatiam respicit Marchiamque Brandenburgensem. Georgius ab Oppersdorffio, Ducatum Glogoviensem pro Caesare administrans, quosdam è nostro Ordine in urbem acciverat ad exercenda quae Societas in sacris Missionibus solet ministeria. Illi orthodoxos, potiorem partem Civitatis, adeo sibi ac suo nomini conciliaverunt, ut inventi sint statim qui de condendo Collegio deliberarent, et partem annui census liberaliter de suo offerrent. Commodum irrogata fuerat Dynastæ, præpotenti perduellionis damno, multa gravis pecunia, fisco persolvenda. Aere hoc multatatio censebat Oppersdorffius suppleri non incommode posse quod censui deerat, in eamque sententiam scripsit ad Ferdinandum Augustum. At Caesar, tametsi consilium probabat vehementer, negavit integrum sibi esse ea de pecunia statuere, quam destinasset jam Comiti Carolo a Donavio, viro sibi cum primis fido, ac bene de re publica merito. Rescivit Donavius quid ageretur, suaque sponte significavit Caesari, multo sibi potiora esse rei publicae et religionis emolumenta quam sua. Siquidem ergo pecuniae sumnam, quam sibi elargiri decrevisset, conferre mallet ad extrendum Societatis Collegium Glogoviae, id malle etiam se, id ipsum fore sibi loco beneficij multo amplioris. Quod ubi accepit Caesar, collaudata viri pietate ac liberalitate, actisque ei prolixe gratiis, pecuniam sibi remissam in usum Collegii transcriptis, cum hoc tamen, ut titulus Fundatoris Donavio tribueretur. Constituto in hunc modum alendis Patribus vectigali, Civitas fundum in aedificandis aedibus tradit: atque interim, ne differretur publicum ac porro optatissimum scholarum beneficium, domum aere sue conductxit, in qua nostri habitarent ac ludum litterarium aperirent. Collegium, ita coeptum, confectum non est nisi anno post hunc tertio. Hoc autem medio tempore non commiserunt nostri, ut Cives tam bene de Collegio meriti parvos beneficentiae suaue caperent fructus aut nimis seros. Erecta passim pietas inter Catholicos, correcti mores, depulsae te nebrae. Depressi etiam conatus obloquentium haereticorum, et ora obstructa. Triennio minus, tum in urbe tum in duodecim circumpositis municipiis, haeresis omnino jacuit extincta. Vidi scriptas ad Mutium litteras P. Georgii Aquitani, qui primus Collegio Glogoviensi Rector fuit impositus, in quibus erat, a Calendis Novembribus ad pridie Idus Junii supra viginti hominum millia professio nem Catholica suscepisse.

Nondum exierat annus de quo scribimus, et iam Ferdinandus Imperator, qui semel animo defixisset domicilia Societatis quam posset plurima in suis Regnis constitutere, alia duo excitanda suscepserat intra Bohemiam, Kuttembergae unum, alterum Pragæ. Kuttembergae, quae Bohemiae urbs est nulli post Pragam secunda, placuit piissimo Caesari Collegium condi, tum ad extirpandam haeresim, tum etiam ad erudiendos accolaram greges, qui, diu noctu in subterraneis argenti fodinis occupati, mira divinae legis inscritionis laborabant. Bona erant quaedam Civitatis, nuper in poenam praeteritae perduellionis Fisco addicta. Ea Imperator, etsi justae alendae familiae minus idonea, in totum novi Collegii transtulit. Collegio addidit templum S. Barbaræ, in primis magnificentum, pulsis Ultraquistarum Ministris. Pauci habitabant initio Patres Kuttembergae, tum propter tenuitatem proventuum, tum præsertim quod erat domus plus nimio angusta neque satis nostris usibus opportuna. Ut plures habitarent, effecit paulo post Joanna Prusko-wikiana, vidua nobilis et opulenta, traditus nascenti Collegio aedibus suis amphio-

^{87.}
Collegium Glogoviae conditur in Silesia.

^{88.}
Collegii Glogoviensis primi fructus.

^{89.}
Collegium constituitur Kuttembergae. Patrum labores ibi.

ribus, quas etiam in nostros usus aptavit, et domestico instrumento instruxit. Accessit, quod merito admireris, beneficentia Gasparis Zterotini, viri nobilis, sed nondum Catholicici: qui quidem ita de nostris hominibus meritus est, totque in eos congesit ac tanta beneficia, ut secundum Caesarem fuerit nemo, cui Collegium Kuttembergense plus deberet. Sed neque defuit unde agnoscerent Kuttembergenses, fauste ad eos Societatem feliciterque advenisse. Exculta Sociorum labore civitas, biennio uno ita sui dissimilis inventa est, ut veterum errorum vix extarent vestigia. Ab urbe procursum in pagos vicosque circum positos, divinum ubique verbum felici sato sparsum. Et brevi rusticorum plerique haeresim dodecti, in ovile Christi transiunt. Atque haec de primordiis Collegii Kuttembergensis. Pragae obtinebat jam ante Societas Collegium a S. Clemente nuncupatum, sed uno nostrorum domicilio non satis provisum amplissimae Civitati Ferdinandus Augustus arbitrabatur. Nempe urbs tota dividitur in partes tres velut in totidem minores urbes, quarum quae minima magnum ambitu colligit spatium. Eas veterem, novam, et parvam Pragam appellant. Quae parva dicitur, dirimitur ab aliis interluente amne Moldava, neque cum iis nisi uno ponte, qui pulcherrimi est operis, jungitur. Jam haec urbis portio longius distabat a Collegio S. Clementis quod in veteri Praga situm est, quam ut posset Patrum in eo degentium ministeriis excoli: eaque propter censcat Ferdinandus e re Civitatis fore, si etiam Micropragae poneretur Ordinis nostri domus, cum praesertim in ea sedes Archiepiscopi, plurima Nobilium domicilia, et tribunalia Judicum insignia essent. His ergo de causis diploma dedit ad Magistratum urbanum, quo diplomate tradi Societati jubebat templum D. Nicolai, ab haereticis male usurpatum, cum domo curiali. Imperata fecit Magistratus: templi domusque possessionem adiere nostri hoc anno exeunte. Et quia nova sedes in formulam Domus Professae recipiebatur, in ea collocati Patres sua statim ministeria in templo obire, domi autem mendicato vivere, ut mos Domibus Professorum, caeperunt. Anni post haec fluxerant duo, cum Albertus Walsteinius Fridlandiae Dux ampliores coemit aedes, in quibus familia Professorum statueretur, domusque fundator est appellatus. Caeferum aedificandae, ut nunc cernitur, domui temploque Professorum Pragensi, amplam postea haereditatem addxit P. Wenceslaus Libsteinkius a Kolowrat, cui corollarium non contempndum adjectit Franciscus Libsteinkius a Kolowrat, supremus Moraviae Judex (Capitaneum vocant), et aurei velleris eques. Atque haec de Provincia Bohemica.

91.
RES AUSTRIACAE.
Seditio rusticorum ob causam religionis.

In Austria, atque in ea prorsus parte Provinciae quam Austriam superiore rem vocant, gravissime est perturbata res publica ob rusticorum foedam rebellionem, cuius ego initia vicesque varias atque exitum (quando rebus nostris in nixum id argumentum est) uno velut filo contexam. Ferdinandus Imperator religiosissimus plura, ut alibi dictum est, edicta promulgaverat de pellendis sectarum Ministris adipendis ad cultum Catholicum populis: neque cessabat urgere praefectos provinciarum ac ministros suos, ut edicta haud remisse exequerentur. Quibus strenue, uti par erat, imperata facientibus, quamquam aegre ferrent multi, nemo tamen in urbibus oppidisque celebrioribus Austriae insolentius commovetebatur contra Principem, nemo parendi necessitatem detrectabat. Sola, quod nemini veniret in mentem suspicari, coorta est plebs rusticana, haud dubie secretis Pseudopastorum consiliis concitata. Principio obloqui paulo liberius, et turbas clanculum commovere. Post ferocius insolescere. Ad extremum, nacta conspirationis duces fautoresque a potentioribus, arma rapit, et in aper tam seditionem effunditur. Pietas obtendebat sceleri. Omnium exaudiebatur una vox, se pro Dei verbo bellum justum ac necessarium gerere. Pars tamen pietatis praecipua spoliare tempa, res sacras diripere, persecuti mactareque Catholicos Sacerdotes, maxime religiosos, quorum ut quemque soror obtulerat, eum crudeliter trucidabant. Austriam superiorem possidebat hoc tempore Bavariae Dux atque septemvir Maximilianus: huic enim Caesar quasi fiduciarium dederat, donec ejus proventibus refecisset impensis Bohemico bello factas. Provinciam eandem pro septemviro administrabat Adamus Comes ab Horberstorfo, vir consilio

92.
Perduelles pri mo praelio victori

manuque promptus, ac belli peritus. Qui, ut cognovit de rusticorum tumultu, raptim eduxit expeditos milites quadringentos, procurritque in hostem. Futurum sperabat scilicet, ut, si acie certaretur, quantumvis exigua veteranorum manu deretur incondita multitudo, nequè consilio valens neque certa ratione rem gerens. At secus accidit. Rustici erant in armis ad duodecim millia numero, nihilque medium ponentes inter interitum et victoriam, studio sectae obfirmati ad omnem casum, venientem ferociter exceperunt. Quod itaque evenire in tanta virium inaequalitate necesse erat, fugatus est cum insigni clade Horberstorfius, recepitque se Lincium, amissis suorum fere ducentis. Hostes contra, successu elati audacioresque facti, munita regionis oppida occupaverunt, exercitum auxerunt, muralia tortinata sibi compararunt. Postremo, viribus praevalidi, cum omni bellico apparatu Lincium Provinciae caput excurrerunt, nullo negotio oppressuri urbem imparatam ac defensoribus pene vacuam, si modo facerent impetum. Sed, sive suas non respicerent vires, sive, communis fato multitudinis, consilio et aptis dubibus carerent, menses admodum quatuor urbem circumsidentes, eam nec obsidione cinxerunt, nec machinis castrensis appetiverunt, nec dolo saltem aut subita irruptione intercipere studuerunt, illa una contenti re, quod omnem circa regionem haberent obnoxiam, per eamque longe lateque grassarentur impune. Hoc interea tempore majores copiae tum a Caesare tum a Bavariae Duce submissae ac prope Lincium contractae fuerunt sub Godefrido Pappenheimo: qui, cum rusticis parvulis saepē factis praeliis fatigasset multisque cladibus attrivisset, una demum die, quae fuit VII. Cal. Decemboris, decretorio certamine profligatos coegit, si salvi esse vellent, arma ponere, ac clementiae Caesaris se permettere. Hoc exitu bellum illud furiale confectum est. Perduellibus data venia, hac tamen lege, ut exigerent Lutheri praecones impios, veraeque fidei magistris dociles se praeeberent.

Quod attinet ad res nostras, flagrante bello rusticano, nullus tota Austria superiori Sacerdos inveniebatur, praeter duos de Societate atque unum e sacra Cappuccinorum familia. Nam, quia rustici Catholicos Presbyteros venabantur acerime, si quos autem invenierant, tormentis dire cruciatos necabant, quicunque ex eo erant ordine hic illucque praedonum metu diffugerant. Ac Patres quidem Collegii Linciensis, adventante perduellium agmine, constituerant manere omnes Lincii, affuturi scilicet consternatae Civitati, quamque possent opem Civibus praebeant, si forte toleranda esset obsidio. Sed vetuit Gubernator Horberstorfius, satis fore arbitratus eorum duos. Et vero satis fuerunt. Partiti enim inter se laborem qui inter multos dividendus fuisse, toto quadrimestri spatio religionis pietatisque negotium soli procuraverunt, et sacra populo ministraverunt, magna caeteroqui pressi penuria, quod malum commune Civitati fuit, ob difficultatem annonae atque interclusam ab hostibus subvectionem utilium. Praeter navatam tam duro tempore operam Linciensis, in reliqua Austria nostri multa ex usu rei Catholicae conferuerunt. Ex heterodoxis agmen dum circiter millium ad Ecclesiam traxerunt: quo in numero enituit Comes Losensteinus, amplissimum bonorum haeres, et unus ex opulentissimis provinciae Dynastis. Hunc sequuti sunt praeaeuntem octo ex proceribus quos Romani Imperii Barones liberos vocant, et duas primariae nobilitatis feminae: omnes, quod caput est, pagos plures et oppida sub ditione habentes, ut spes magna esset dominorum suorum exemplis populos integros permovendos.

Dum haec agebantur in Austria, in Hungaria Petrus Pazmanius Archiepiscopus Strigoniensis novum juvenum instituenda campum Societati aperuit. Quod enim jamdiu pro salute Regni conceperat, ut extaret sub disciplina nostrorum Seminarij aliquod Hungaricae nobilitatis, hoc maxime modo perfecit. Jam primi Reges Hungariae certum vectigal Archiepiscopis Strigoniensis constituerant in omni metallo, infecto signatoque, quod ex fodinis inferretur in aerarium Regis: qui proventus, licet per annos ferme sexaginta, sive temporum injuria sive quaestorum fraude, pendì desisset, nunquam tamen abrogatus ullo jure fuerat, nec ab Archiepiscopis abdicatus. Pazmanius ergo possessionem antiqui juris

93.
Decretorio certamine profi-
gantur.

94.
Labores no-
strorum Linii,
flagrante bello
rusticano.

95.
Haeretici ad
Ecclesiam redu-
cti in reliqua Au-
stria.

96.
Erigitur Hun-
garicæ juveni-
tis Seminarium
Tyrnaviae.

reponscere statuit: utque reciparet facilius, significavit Ferdinando Imperatori, deliberatum sibi esse ex eo vectigali, si redderetur, partem non exiguum transcribere in dotem Seminarii, sub disciplina Societatis constituendi. Negotium, ut videbatur, difficilimi exitus, una litterarum significatione confectum est. Pius enim Caesar, qui nihil optaret avidius quam multiplicari in suis ubique Regnis nostri Ordinis domicilia, rem valde comprobans, suum reddi censum Archiepiscopo jussit. Neque secus Pazmani, quam proposuerat, fecit. Censu recuperato, impetratoque assensu Urbani VIII. Pontificis maximi, Seminarium instituit Tyrnaviae in has leges, quea publicis tabulis consignatae fuerunt. Exiturum deinceps Tyrnaviae Seminarium pro adolescentibus nationis Hungaricae: Ejus administrationem futuram ex toto penes homines Societatis Jesu: Archiepiscopos Strigonienses representaturos quotannis ei duabus aequis pensionibus florenos Hungaricos quinque mille: Alumnos tantum ex nobilitate recipiendos fore: Eosdem ab Archiepiscopo designandos, nullo religionis discriminé: Numerum judicio Patrum et fidei reliqui, augendum minuendumque, ut annona vilior aut carior fuerit: Si contigerit Societatem Tyrnavia cedere, Seminarium quoque amovendum, ac Viennam cum suis proventibus transferendum. Rebus ita constitutis, quaerebatur Tyrnaviae Domus, in qua Alumni collocarentur. Suam sine pretio concessit Archiepiscopus Colocensis, Joannes Telegdius, in eamque ad Cal. Januarii nobiles aliquot adolescentes primum inducti fuerunt. Aliis deinde atque alii accedentibus, intra septimum mensem numerati ferme trinta: quod in numero cum essent multi in haeresi educati, ex his quatuor eodem anno fidem Catholicam suscepérunt. At circa initium Septemboris mensis, Turca ex improviso bellum moveente, placuit remittere tantisper in suas domos Alumnos, ne Tyrnaviae opprimerentur. Caeterum belli turbo, qui puerorum contubernium ad tempus dissipavit, novum patefecit nostrorum industriae et charitati theatrum. Pervaserat in Hungariam Mansfeldius, agmen infestum agens eo consilio, ut cum Turcis jungere vires. Eum Dux Fridlandiae Albertus Valsteinus cum Caesarianorum exercitu insequebatur. Caesariani, cum prope Tyrnaviam constituerent, partim bellum calamitatibus, partim saeva lue quae Castra incessit conflictati, languere passim atque extabescere vi morbi pestilentis cooperunt. Sternebantur quotidie multi, nulla curatione, nulla ope, adeo rerum egentes omnium, ut neque morientibus solatium neque sepultura mortuis praaberetur. Vidissae jacentia late per campos cadavera, quodque visu miserabilis, permixta cadaveribus corpora aegrotorum. Rei indignitatem dolebant omnes. At Patres Collegii Tyrnaviensis, dolore inutili nequam contenti, aerumnam quo poterant modo levare instituerunt. Egressi in agros dispersique in omnem partem, alii insculpta corpora imponebant vehiculis et funus Christiano ritu ducebant, alii aegrorum suspiciebant curam, eosque lecto, dapibus, mendicamentis sublevabant. Ubi caetera minus prodessent, sacra morientibus ministrabant. Qua Patrum misericordia effectum, ut convalescerent multi, plures cum spe vitae melioris decederent.

^{97.}
Socii Tyrnavienses charitatem impendunt militibus lue contactis.

Eodem anno duo nobis Collegia accreverunt in Hungaria, Posoniense, et Javarinense, utrumque liberalitate Archiepiscopi Strigoniensis Petri Pazmani: qui quidem vir hac maxime causa mutasse vestem Societatis cum amplissima dignitate videbatur, ut matri et altrici olim suaene bene ac liberaliter faceret. Strigoniam obtinenteribus Turcis, sedem suam Pazmani transtulerat Posonium, urbem apprime nobilem in Hungaria: ubi cum juventutem cerneret florentissimam, magnam partem erroribus innutritam, excitandi Collegii consilium cepit. Difficile non fuit Praesuli opulentissimo pecuniam confidere, et perpetuos census coemere unde sustentarent Patres. At locum inquirent, in quo habarent, difficultas haud levis objiciebatur. Obstabant enim vehementer Cives a Societate alienissimi, nihilque non movebant, ut hospites invisos arcerent. Nihilo tamen minus perstantem in proposito Praesulem, Imperatoris fultum auctoritate, nulla prohibere potuit res ne coepita perficeret. Repertus est locus idoneus, domicilium constitutum, ejus possessio a nostris inita, idque vel ingratias eorum, quorum maxime saluti consulebatur. Nec ita post multo, studentibus nostris bene

^{98.}
Fundatur Collegium Posoniense.

de Civitate mereri, animi Civium paulatim molliti, ab odio ad benevolentiam tradi-
ducti fuerunt. Res interea accidit insolens et admiranda, quae, tunc litteris con-
signata, hoc loco nobis praeterunda non est. Posonium advenere par Conju-
gum, inopes, dira macie consumpti, squalore et illuvie obsiti, habitu peregrini,
secum adducentes praeclera forma puellam, communem filiam. Qui cum urbem
per aliquot dies obambulassen, quasi curiosius perquirentes aliquid, unum forte
e nostris in foro concionantem conspicati, haeserunt velut attoniti, ac visi ho-
minem diu quæsitum aliquando reperisse. Post concionem sistunt ei sese, ac
peccata confiteri volentibus ut aures præbeat, rogant. Audiuntur per otium, ex-
piantur. Quiaerenti deinde Sacerdoti, quid illis venisset in mentem piacularum
confessionem apud se facere? narrant, ante annos septem incidisse se in ma-
num praedabundam Turcarum, ab iisque in Bosniam fuisse abductos. Toto hoc
præterito tempore durissimam servitutem inter Turcas servisse. Sæpe ab im-
mitti hero conviciois, saepe verberibus appetitos, nunquam tamen ad impium
Mahometis cultum adigi potuisse. Venisse sibi tandem in mentem vitam adeo
aerumnosam finire interitu voluntario, ac de inferendis sibi manibus consilia agi-
tasse. Verum id cogitantibus adstisset in somnis virum venerabilis specie, pulla
amictum veste. Quis ille fuerit, latere se. At quicunque fuerit, inquiunt, nobis
certe parens amantissimus, ac Deus fuit. Nam et mocrentes verbis amicissimis
recreavit, et ab illa insanía deterruit, prænuncians futurum brevi, ut fugienti
opportunitatem haberemus: quod ita prorsus, ut ille prædixerat, factum est.
Hoc tamen præscripti nobis, ut recta tenderemus Posonium, et quem primo
invenissemus in hac urbe eodem atque ipse habitu sacerdotem, apud eum con-
scientiae onera deponeremus. Haec uteque Conjur sibi seorsum indicata testa-
bantur: quae cum dicerent, vim lacrymarum ingentem præ gaudio fundebant.
Sacerdos, multa percunctatus de viro qui se utriusque per speciem exhibuisset,
confecit ex indicis fuisse beatum Societatis parentem Ignatium. Monuit proinde
singulos, huic ut beneficium referrent acceptum, ac laetos dimisit.

Constituto, ut dictum est, Collegio Posoniensi, Pazmanius, vigiles curas in
omnem tuendae religionis modum intendens, simile opus aggressus est Javarini,
quæ urbs est Pannoniae inferioris ad Arrabonem fluvium, ubi is influit in
Danubium. Erat oppidum natura loci atque operibus contra Turcas, quorum
prope confinia attingit, munitissimum. Pazmanius, ut etiam contra pietatis ac
virtutis hostes muniretur optabat, eaque propter extrendum in eo domicilium
Societatis censebat. Facile assentiebatur Episcopus Javaricensis Franciscus Dalos,
praesertim quod in eandem rem anno superiori consenserant omnes Regni Ant-
titates, cum in generali conventu Ordinum versarentur Sopronii, et de curandis
religionis vulneribus, quæ multa accepérant Hungari, consilia agitarent. At circa
modum exequendae rei difficultas objiciebatur haud levis, quod nihil certi ve-
ctigalis esset in promptu ad sustentandam quantumvis tenuem nostrorum ma-
num. Placebat, ad Societatem transferri vetus ac desertum Javarini monasterium
S. Gothardi. Verum id minime licuit per Pontificem maximum, qui pro-
ventus illos alium in usum destinaverat. Cura nihilominus studioque Pazmanii
effectum est, ut, sin minus Collegium, Collegii quidem certe rudimentum Java-
rini poneretur. Ejus nimirum suas piissimus Imperator Ferdinandus aedes ad
habitandum coemit Patribus, et alendo Sacerdotum pari cibaria constituit. Col-
legio ita nascenti accesserunt post paulo bona deserbi cujusdam Parthenonis, ex
quibus cum rediret ad Societatem proventus amplior, auctus etiam est numerus
Sociorum et instituendis adolescentibus apertae scholæ. At demum post annos
sex Collegii fundati perfectique laudem Pazmanius tulit. Cum enim certum pec-
uniae numerum novo condendo Societatis Collegio seposuisset, ambigeretque de
loco ubi conditum mallet, dum alii pro Sopronio pugnant alii pro Scepusio,
ipse, ut praecideret contentionem, quidquid illud erat pecuniae Collegio Javar-
ensi transcripsit: qua largitione Collegium, quod ipsius praesertim industria
fuerat coeptum, stabili ac justo censu perfectum est.

99.
*Duo Conjuges
ope S. Ignatii a
servitate Turcica
liberati.*

100.
*Collegium Ja-
varinense consti-
tuitur.*

^{101.}
Bernardus a Thonausen in Societatem.

Quemadmodum domiciliis, sicut etiam capitibus Provincia augebatur. Et quamquam petiores Societatis in amplissima frequentissimaque Provincia multi semper essent, et exquisito cum delectu reciperenrunt; unus tamen est hoc anno receptus, propter generis virtutisque praestantiam nota dignus singulari. Bernardus a Thonausen fuit is, adolescens egregiae indolis et magnae spei, filius natu maximus Balthusaris Comitis a Thonausen, cuius beneficio habebat jam tum Societas Collegium Judemburgense, habuitque postea etiam Vitense. Praestantem ingenio atque virtute adolescentem Caesar, in argumentum benevolentiae, donaverat aureo torque et in Ordinem aureae Clavis cooptaverat, ampliora largiturus, simul ac actas maturior ad capessendam rem publicam fecisset idoneum. At ipse, Graecii cum esset in Seminario Nobilium, tot repente ornamenta, tot opes, tot fortunae blandientis illecebras Christo consecrare maluit in Societate. Ut id ini- ret consilii, motum se ajebat obitu peracerbo fratris sui, ornatissimi itidem adolescentis, qui similiter Societatem petebat. Nec nihil ad extimulandum ipsius animum valuit, quod frater mortuus videndum se praebuisse diceretur communia Amitiae, virginis religiosissimae, eique significasse, adscriptum esse se in Coelestem Societatem ob religiosa vota quae morti proximus edidisset. Quidquid id esset, Bernardus succedere in locum praerepti fratris statuit, ac Societati se trahere. Ille suberat metus, quo animo parentes, ubi resurcent, accepturi essent consilium ejus. Nihil enim expectabant minus, et erat res, cum per se acerba ob naturae necessitudinem, tum multum detinimentosa familiae. At pii Conjuges nuncium nec opinatum ita acceperunt, ut parentes decuit vere Christianos, qui sciant, in suos liberos multo potius praestantiusque jus esse Deo quam sibi. Professi, nihil accidere sibi potuisse quod magis vellent, non solum veniam filio caeteroqui carissimo non negarunt, verum etiam dederunt operam ut Societati quantocuyus inscriberetur, felices enim vero se beatosque praedicantes, quod filium posthac habituri essent Christo consecratum. Caeterum nobis tam caro capite frui non licuit diu. Annum tirocinii primum Bernardus exegit Leobii, alterum Romae, ubi etiam Theologiae cum eximia laude operatus est. At sue redditus Provinciae, dum Philosophiam tradit Graecii, anno post hunc octavo decessit ex pestilentia. Bene alioqui tam brevi tempore meritus de Societate, quam non solum virtutibus et exemplis illustravit, verum etiam fortunis auxit, extrato de bonis sibi testamento relictis Collegio Styrensi. Sed ea de re alibi nobis sermo redibit.

^{102.}
Mors et clausum P. Bartholomaei Villerii.

Ut quae hujus anni sunt exequamur, Graecii pie moritur P. Bartholomaeus Villerius, emeritus senex annorum ferme nonaginta, cuius obitu desideratus vir multis rebus gestis insignis, et virtutum magnitudine inclitus. Provinciam Austria- cam, ejusque primaria domicilia plures continentur annos administraverat. Perdiu Ferdinando Archiduci, mox Imperatori fuerat a sacris Confessionibus: quod munus cum gereret, nunquam commisit ut religiosae humiliatis ac simplicitatis videretur oblitus. Postremo, splendorem aulae insidiosum ac caeca pericula reformidans, cum primum honeste licuit, excusata senectute, missionem petit: cumque eam aegre impetrasset a Caesare, qui talem a se hominem invitussum dimittiebat, rursum in amicas ac tutas religiosi domicili latebras conjectit se, si bique deinde uni ac Deo vixit. Olim bello Forojuliensi captus ab hostibus atque inter vincitos abductus, per menses decem inopiam extremam aliasque miserrimae conditionis molestias tulit aequitate animi tanta, ut ipsi obstupescerent hostes admiratione virtutis. Villerium spectabant domestici ut religiosae perfectionis exemplar absolutissimum, laudabantque in eo praecipue studium orandi assiduum, rerum omnium humanarum, quae splendidissimae vulgo existimantur, mirum contemptum, et inexpiable odium sui. Natus erat in Belgio. Obiit XI. Cal. Majas, post confectos in Societate annos paulo minus septuaginta. Par sui desiderium ad V. Idus Octobres reliquit Viennae P. Christophorus Mayer, patria Augustanus, vir humana divinaque scientia clarissimus, neque minus virtutibus, quae sunt hominis religiosi laudes praecipuae, illustris. Philosophiam ac Theologiam Patavii, Brixiae, Graecii, ac Viennae per annos ipsos triginta docuit.

^{103.}
Et P. Christophorus Mayer.

Fidei dogmatum, quae ab haereticis in controversiam vocantur, consultissimus, plura de illis accurate scripsit, ediditque in lucem: quae cum refellere aggressus esset, Electoris Saxoniae jussu et Lipsiensis Academiae auctoritate, Joannes Hoferus inter Lutheranos insignis, in ipso molimine operis ita pressus est argumentorum pondere planeque devictus vi veritatis, ut profugerit Viennam, et insignem exinde operam Catholicis in Castris navaverit, non solum ad Ecclesiam Romanam verum etiam ad Societatem transgressus: in qua, praeter alia haud exigui momenti Religioni praestita, Christiano Willelmo Brandenburgico, Magdeburgensis Episcopatus administratori, auctor praeceps fuit ut Romana Sacra amplectetur. Tantam Mayeri doctrinam, cuius gratia in magno erat apud Ferdinandum Imperatorem pretio, pietas superabat atque obscurabat quodammodo. Modestiam singularem in ore, incessu, ac tota agendi ratione preeferebat. Pacis atque concordiae studiosissimus, cavebat quam maxime ne qua forte vulnus quempiam sodalium offendiceret, quae si quo casu exciderat imprudenti, continuo veniam rogabat. Cum esset domesticae disciplinae servantissimus, datus est moderator nostris Sacerdotibus qui post peractum orbem studiorum ad quamdam tyrocinii formam revocantur, ac tertium, ut loquimur, probationis annum decurrent, eumque magistratum per annos sex incredibili omnium approbatione gessit. Agebat, cum mortuus est, annum octavum supra quinquagesimum.

Haud absimili florebat sanctimoniae fama neque minore elati sunt luctu P. Nicolaus Jastkouski et Frater Jacobus Modzeleuski, quorum per funera ingredimur in Poloniam. Jastkouskius erat iam Sacerdotio initiatus, cum in Societatem fuit receptus, et Parochi gerebat munus, tanta probitatis commendatione, ut vix in eo repererit institutio religiosa quod emendaret. Ab ipso tyrocinio, quae sunt apud nos laboriosissima, quaeque minimum habent claritatis, ea sectari avidius atque exequi diligentius coepit. Vitam reliquam ita devovit proximorum saluti, ut, tametsi omnibus navaret operam, tamen apud infimae sortis homines laboraret frequentius libertiusque. Multus proinde in carceribus, multis in nosocomiis ac tuguriis pauperum erat, sive ut erudiret rudes, sive ut aerumnosos sublevaret, omnes ut Christo lucrificaret. In his obeundis officiis, deliciis coelestibus abundabant in tantum, ut stillaret perpetuo ex oculis suavisimum rorem, interioris indicem jucunditatis, praeque copia lacrymarum pene oculorum lumen amiserit. Novissime, cum atrox saevret pestilentia Lublini, aegrotantium curam suscepit, gessitque mensibus tribus: quo spatio temporis fuisse dicuntur amplius quadringenti, quos partim fame partim morbo periclitantes ab interitu vindicavit. Addunt, eo in opere diriguisse illi vehementia frigoris digitos usque adeo, ut eos amplius explicare nunquam potuerit. Tamen a contagione servatus, vitam produxit ad XI. usque Cal. Aprilis anni labentis, quo die vitam preeclare actam felici exitu clausit Lublini. Fratrem Jacobum Modzeleuskium, nobili ortu loco in Mazovia, sed litteris leviter tintatum, ita in Societatem cooperaverat Praepositus Provincialis, ut arbitrium ei relinquere eligendi gradus in quo mereri mallet, sive inter clericos, sive inter laicos quos Fratres adjutores Societas nominat. Ille, se gradu clericali indignum affirmans, posteriorem elegit studio humilitatis. Neque vero poenituit hominem aliquando consilii sui. Praefer demissionem simplicitatemque ejus ordinis propriam, quas virtutes alte defixas gerebat animo, si quando ab externis, vel errore vel respectu natalium, Patris appellatione salutaretur, monebat eos palam ac libere, sibi honorem ejus nominis non deberi, quippe Fratri familiaribus ministeriis addicto ac Sociorum despiciatissimo. Mitis supra communem modum, et laborum patientissimus erat. Nunquam justam subesse causam putabat declinandi oneris, quod Moderatores imposuissent. Febril laborans, aut alio quovis morbo debilitatus, tamen injunctum munus perinde exequebatur, ac si valeret quam qui optime: dicere solitus, febrim labore exagitatam citius depelli. At haec demum alacritas ei, ut frustra sunt animi vires fatiscente corpore, exitio fuit. Calissii cum esset, Sacerdoti ad aegrotum properanti comes datus; quamquam febricula tentabatur, non excusat valetudinem ne longiore festinanter conficeret viam. Reversus domum,

104.
RES POLONIAE.
Obitus et elo-
gium P. Nicolai
Jastkouski.

105.
Et Fr. Jacobi
Modzeleuskii.

aucta vi morbi, lecto se committere cogitur: nec ita multo post, morbo sensim invalescente, ad extrema deducitur. Supremis itaque morientium Sacris rite susceptis, animam Creatori redditit VI. Cal. Octobres, cum numeraret vitae annos octo supra septuaginta: hoc etiam felix, quod saevas Provinciae suae clades perturbationesque mox consecutas non vidit, quas modo breviter explicandas suspicimus.

106.
Gustavus Svecorum Rex Societatem totam exturbat Livonia.

Ante annos quinque Gustavus Svecorum Rex, Livoniā cum infesto exercitu ingressus, multas belli clades intulerat Polonorū Reipublicae, per eamque occasionem ex domiciliis Rigensi ac Vendensi Societatem, ut suo loco demonstratum est, exturbaverat. At tandem, pactis induciis, abduxerat inde exercitum, quo longe submoto, sedem Vendensem nostri recuperaverant. Ecce autem hoc anno, cum vix exiisset dies induciarum, adest iterum Svecus cum ingentibus copiis denuo Livoniā ingreditur, nactusque provinciam milite ac munitionibus destitutam, bimensi spatio totam occupat, confusis Polonis, qui ante hunc diem, pro eo ut defensionem pararent regionemque communirent, fidem habere maluerant rumoribus vel temere vel etiam fraude vulgatis, Gustavum ad pacis consilia prouin nihil minus velle quam bellum: quod non fuisse credendum, sero intellexerunt. Jam ergo potitus Livonia Gustavus Rex, nullam fere potiorem habuit curam, quam ut nostros iterum exulare cogeret. Praeter stationem Vendensem, sedem stabilem obtinebat Societas Derpati, sive, ut alii malunt, Torpati, quod parvum licet oppidum ad annum Becum, nostris usibus opportunissimum erat. Utrinque Patres immisit edicto Regis excedere sunt coacti, nulla relictā spe sedes pristinas repetendi in iisque iterum consistendi. Ita duo Societates domicilia, spem religionis in Livonia maximam, unus belli turbo prorsus extinxit. Neque id satis. Transgressus ab Livonia Gustavus continentis Victoriae impetu in Prussiam, recipitur clandestina haereticorum prodigie Brunsbergae. Restiterant in Collegio Brunsbergensi Socii haud plures sex: reliquos enim Rector, Philippus Frisius, cum omni sacra quam exportare poterant suppelletili, opportune dimiserat. Eos Rex victoria ferox admodum inclementer habuit. Domo extrusos, ac suis omnibus dispoliatos, ferro vinxit, totosque sex menses sub arcta custodia servari jussit, partim in Navibus, partim Elbingae, donec exilio multatos dimisit. Eadem conditio fuit Residentiae Mariaeburgensis: quod etiam oppidum, totius Prussiae munitissimum, haereticī Magistratus Sveco tradiderunt. Nemo tamen sociorum Mariaeburgi captus. Duo, paulo ante quam Urbs traderetur, elapsi erant in tutum. Alii, permixti Clericis, quos Rex inviolatos abire permittebat, oculos perquirentium feliciter fefellerunt, ac similiter excesserunt. Gedani quoque ac Toruni trepidatum est. Sed victoris impetum represserunt addita utrique urbi praesidia. Caeterū, ut hoc non praetereat, Collegium Brunsbergense, omnium quae Societas habet in ditione Polonica antiquissimum, receptum est post annos decem, cum Sveci, mortuo Gustavo, Prussiam Polonis restituerunt. At incredibilis in eo facta jactura, cum rei familiaris, tum omnium fortunarum. Amissa praelestim Bibliotheca ingentis pretii, quam Gustavus Rex cum reliqua statim praeda Stockholmiam miserat.

107.
Parem nobis cladem infert Brunsbergae, ac Mariaeburgi.

108.
Collegium Brunsbergense recuperatur.

109.
Initia celebris controversiae inter Academiam Cracoviensem et Societatem.

Molesta sane haec, et Polonicae Societati semper cum luctu memoranda. Veruntamen, ut tolerabiores ferme sunt quae ab hostibus quam quae ab amicis irrogantur injuria, haud equidem scio an his perinde angerentur nostri, ac turbis odiosisque gravissimis quibus eodem tempore impliciti inveniebantur Cracoviae. Totam molestiarum seriem, licet ad plures annos extractam, nos uno velut intuitu proponeamus spectandam, ne reverti saepius ad odiosam narrationem cogamus. Cum primum Societati sedes attributa fuit Cracoviae, obstitit ejus urbis Academia ne quem nostri instituerent ludum litterarium. Ea postmodum legē scholas permisit Societati, ut, quos nostri erudiendos suscepissent, ii cooptati censerentur in corpus academicum, ejusque Rectori ut membra capiti subderentur. At nostri, qui in urbe Regni principe Domum Professorum habere malent quam Collegium, perparum eo tempore laborabant de scholis, neque quibus conditionibus permetterentur magnopere pensi habebant. Accepto itaque

templo S. Barbarae cum virginis aedibus; hic ut in Domo Professorum mendicato vivere et sacris tantum ministeriis vacare instituerunt. Post annos quatuordecim Poloniae Rex Sigismundus eo nomine III., sentiens habitare Patres angustius ac perincommode ad S. Barbarae, novum illis obtulit laxiusque domicilium, ac regalis praeterea magnificientiae basilicam, Principibus Apostolorum Petro et Paulo sacram. Ea res effecit, ut tunc primum nostri de scholis ac de Collegio cogitarent. Nam cum regiam donationem acciperent libentissime, aedem vero S. Barbarae, quippe in urbe media sitam eoque ministeriis Professorum opportunitissimam, aegre desererent; venit illis in mentem rogare Regem, vellet jubere possideri a Societati utrumque Cracoviae domicilium, vetus ac novum, atque ita dividiri Sociorum familiam, et una pars¹¹⁰ habitare pergeret more Professorum ad S. Barbarae, pars altera ad SS. Apostolorum traduceretur, ibique Collegium institueret et scholas erudiendaes juventuti aperiret. Petitionem adeo non rejecit amantissimus nostri Ordinis Rex, ut collaudaverit potius consilium Patrum, sibique vehementer probari significaverit. Quod tamen rogabatur de scholis, id ita fieri oportere dixit, ut salva essent Academiae Cracoviensis jura, Currarent proinde Patres, si qua fieri posset, ut novi Collegii scholae in unum Gymnasii corpus coirent cum academicis, qua una re praeciderentur omnes dissensionum et querelarum causae. Id se pro sua virili parte conaturos adpromiserunt Patres, atque hoc animo in novas aedes immigraverunt. At dum maxime vias rimantur omnes demerendae sibi Academiae et conjunctionis negotium tractant, pauci quidam Academicorum, sive suopte ingenio a nobis alieni sive occultis malevolorum stimulis incitati, ad rem disturbandam totis coorti sunt viribus, easque moverunt turbas, quibus concordiae spes omnis est intercisa. Turbarum hacc fuit occasio.

Anno labentis saeculi vigesimo secundo, cum esset celebrandus Provinciae conventus tertio quoque anno apud nos celebrari solitus, eum Praepositus Provincialis cogi jussit in novo Collegio Cracoviensi, tum quod erat domus per se ampla et hospitum multitudinem capiebat, tum quod Cracovia ex omni parte Provinciae adiri poterat non incommodo, et quod demum mos obtinuit ut in urbibus celebrioribus, quoad ejus fieri possit, ejusmodi comitia habeantur. Ut affuerunt Patres, ad conciliandam conventu dignitatem, placuit instituere disputationes publicas de Philosophica ac Theologica facultate: id quod apud alias etiam Religiosorum familias passim usurpatum videmus. Evocantur itaque Posnania Professores, proponuntur theses, concertatio litteraria ad certam diem indicitur. Ea die cum frequentes adesent omnium Ordinum Religiosi ac disputatio in magna eruditiorum corona ageretur, juvenes Academicici tres, ex improviso in medium prosilientes, per publicum Tabellionem recitari contestationem jubent de violato iure Academiae. Simul denunciant adstantibus, ut actutum abscedant. Denunciationi nemo paruit. Quin nostri, prius quam coetus solveretur, disputationem alteram indixerunt in diem posterum. Major postridie concursus, laetior ex omni ordine consessus fuit. Et jam more scholastico certabatur: cum juvenes aliquot Academicici, globo facto, involant in folia thesium, ea furenter diripiunt discerpuntque. Tum egressi templo, conviciis onerant Patres, Collegii fenestras lapidibus petunt, aliaque multa per contemptum moliuntur dictu foeda, ac multo magis ipsis indecora quam nobis, quae nihil attinet recensere. Ad ea nostri conticescere. Ne tamen fraudi sibi esset quod nihil respondissent ad contestationem, libellum paulo post ediderunt, quo, rationem consilii sui prolixe explicantes, quae juvenes Academicici inceptassent, ea contendebant nec jure bono fieri nec honeste potuisse. Libello innoxio, et ad defensionem innocentiae necessario, fuit qui refutationem virulentam objecit, qua vix quidquam contumeliosius acerbiusque unquam prodidit adversus Societatem. Neniae veteres ac centies contra nos recociae hoc scripto continebantur omnes, et quedam erant de novo conficta crimina. Opus itaque tenebricosum merisque confertum calumniis ut infame damnarunt tum Episcopus Cracoviensis, tum Apostolicae Sedis Legatus, postremo Regni Magistratus, et ipse Rex Sigismundus, gravissimis propositis

¹¹⁰
Quidam Academicorum turbas movent per occasionem publicae disputationis.

¹¹¹
Famosus libellus contra nos editus, et damnatus.

poenis, si quis illud venderet, legeret, aut retineret. Et nihilominus, quae sors est fere omnium satyrarum, foedum libellum multi cum plausu exceperunt, ac per Europam late vulgarunt. Nec dum elapsi biennio, iterum typis Genevensibus productus fuit in volumine cui titulus *Mercurius Jesuiticus*: quasi vero magna esset ejus auctoritas libri, in quo damnando consenserant tot judicia gravissima civilis pariter et ecclesiasticae potestatis. Ac nostri quidem, proscripto, ut dictum est, pestilenti opusculo, nihil amplius contra illud movebant, tantumque maledicentiam aut ferebant patienter aut magno animo contemnebant. At, silentibus in sua causa nostris, non siluit alterius Ordinis Religiosus, vir quidem ille nobis amicissimus, sed cuius laudare solummodo voluntatem possumus. Scripto mendacissimo lucubrationem opposuit nervosam oppido ac luctulentam, qua, Societas patrocinium suscipiens, impactas ei calumnias valide repellebat. At simul, transiliens justae defensionis lineam, contra ipsam tot spectandam nominibus Academiam multa congrebat, que nec vere poterant dici, nec, si vera essent, promulgari fas erat. Hinc irritati vehementius sunt Academicci, neque tam contra ipsum nominatum lucubrationis auctorem, quam contra homines nostros, quorum ille instinctu putabatur locutus. Episcopus, ut exacerbatos leniret animos gravioremque antevertetur offensionem, quemadmodum antea libellum damnaverat Societati injuriosum, ita nunc scriptum istud proscriptis injuriosum Academiae, vetuitque ne quis voce aut scripto Cracoviensis Academiae nomen, estimationem, et famam quoquo modo violaret. Qua re effectum, ut mitigati videbant Academicci, aut vere essent. Sane annum post haec integrum, compositis ictucunque rebus, nihil turbarum ac conquestum eam ob causam fuit.

^{112.}
*Liberius alter
similiter proser-
bitur.*

^{113.}
*Re crudescunt
irae ob impru-
deniam nostri
Concionatoris.*

^{114.}
*Qui damnatur
a Proepiscopo
ab Episcopo ab-
solvitur.*

^{115.}
*Aperiuntur
Collegii Craco-
viensis scholae.*

At novam subito procellam movit, quod dissimulandum non est, imprudentia nostri Concionatoris. Dies agebatur B. P. Ignatii anniversaria, multique ea die ex omni Civitate convernenter in nostrum templum, tum ut peragerent religionis officia, tum etiam ut sacram celebratatem praesentia honestarent. Progressus ad frequentissimam concionem P. Christophorus Angelus, cum de beati Parentis laudibus copiose admodum ornataeque dixisset, inter perorandum quaedam attigit de superioris anni tumultu, de lapidatione Collegii, aliiisque id genus parum honeste factis adversus Societatem, ausus refricerare vulnera quae nondum plane duerant cicatricem. Aderant cum haec dicebantur aliqui ex Academicis, nec facile dixerim quam alte pupugerit eos mentio istarum rerum. Rati convicium sibi ab homine arroganti et inurbano factum, Concionatorem vocant in jus apud Proepiscopum (nam Episcopus aberat tunc Cracovia iter tridui), ac reum faciunt contumaciae contra Episcopum, cuius edictum infregerit. Laesisse palam Academiae famam, in eam contumeliosa jactasses verba contendunt. Proepiscopus, vir nobis aperte infensus, adesse continuo Angelum coram se jubet praefinito spatio horarum trium: intra quod spatium nisi sisteret se, contumaciae damnaretur. Perculsus nec opinata denunciatione Angelus, haesit aliquandiu incertus quid consilii caperet. Postremo, satis intelligens id agi unum per fas et nefas ut crimen aliquod Societati quaereretur, adire Judicem statuit, non tam ad dicendam causam quam ad opponendam exceptionem fori. At cum Proepiscopi subiit domum, fluerat jam hora tertia, in eumque propterea praeecepit Judex sententiam tulerat, atque inauditum subjecerat anathemati. Judicii properantiam aequi pariter iniquique damnarunt. Soli triumpharunt malevoli accusatores: non tamen diu. Itum est ad Episcopum, qui, audita non sine admiratione ac stomaco totius negotii relatione, Vicarii sui acta rescidit, Angelum anathemate liberum pronunciavit. Quae-stione quin etiam apud Nuncium Apostolicum instituta (erat is Joannes Baptistista Lancellottus), damnatus est Proepiscopus judicij injuste, perperam, et male peracti. Secundum haec, iterum Academicci quieverunt, ac nobis molesti esse desierunt.

Collegium interea Cracoviense, multorum beneficentia adjutum, stabili ac justo proventu firmatum videri poterat. Praeter amplas largitiones a Rege factas, multum ei contulerat urbis Praetor Gaspar a Turnovio, vir aequi pius ac locuples, rerumque nostrarum studiosissimus. Praeterea Societatem ingressus

Albertus Micynski, clarissimi generis adolescens, eidem patrimonium suum amplum et opulentum transcripserat. Unum modo deerat, ut, quemadmodum in ceteris Societatis Collegiis, sic etiam in isto publicae aperirentur scholae. Id porro multi e Civitate postulabant, id ipse Rex Sigismundus Collegii Fundator percupiebat. At apparebat, rem confieri ex aequo et bono nequaquam posse. Obstant enim acerrime Academicci, novas quotidie interserebant moras, nullas concordiae leges admittebant. Novissime ire in jus, remque deferre ad judicium Urbani VIII. Pontificis maximi constituerant. Hac re cognita Collegii Rector P. Nicolaus Lancetus, negotium cunctatione corrumpi sentiens, lite sibi nondum contestata, festinavit aperire scholas tum Philosophicas tum Theologicas aliasque Artium liberalium: idque non solum consentiente Rege, verum etiam approbante, uti qui diceret perspicua esse quantum ad hoc privilegia Societatis: quae vero Academicci obtenderent, ea non vetare quominus Gymnasium aliud Cracoviae existeter praeter Academicum. Nihil expectabant minus adversari, quam ejusmodi novitatem. Tum vero commoti sunt vehementius, cum Pontificis super negotio literae advenerunt. Jubebat iis litteris Pontifex, adesse Romae Procuratores partium ad agendam causam in duodecemvirali Collegio (sacram Rotam vulgo nominant): quamdui vero peracta non esset cause cognitione, vetabat ne quid novi fieret circa scholas. Quo decreto cum manere deberent immotae res ut inveniebantur ante litterarum adventum, consequebatur inde, ut scholae interea nostra invalescerent mora, ac Societatis jus possessione firmaretur. Neque id non viderunt Academicci. Quare seu pudore incensi, quod se probe ludificatos cernerent, seu diffisi causae, in qua magnopere adversarii sibi Regem sentiebant, seu demum longioris impatiences morae, relicta Procuratoribus provincia experiundi Rome juris, ipsi per vim ac tumultum grassari Cracoviae statuerunt. Non est ut referam singula quae contra nos incepérunt, oblivione magis digna quam litteris. Unum silere non debo, ex quo capi de reliquis conjectura poterit.

Cum patienter, uti dictum est, scholae nostrae Cracovienses, celebrioresque in dies fierent numero ac dignitate discipulorum, hos aliqui ex audaciioribus Academicis, quoties in Collegium itare cernerent, qua procacibus verbis conviciisque, qua etiam lapidibus hostiliter insectari cooperunt. Eo deducta res est, ut omnes circa Collegium vias haberent infestas: qua de re multi e Civitate ac nostri in primis querabantur. Urbis Gubernator, querelis pro eo ut aequum erat commotus, opportunis apponi locis jussit milites praetorianos cum mandatis, ut defenserent ab injuriis innoxios adolescentes, ac tutos iis itus ad scholam redditusque praestarent. Quod tamen solo efficiendum terrore ac sine cujusquam noxa arbitrabatur: futurum sperans, ut protervi juvenes, conspecto minaci apparatus, temerario ab incepto desisterent. At secus accidit. Efferati Academicci ac pene in furem acti, ipsam ferociter invadunt militum stationem, lapidibus igneisque missilibus exigere eam conantur. Milites intra minas se continebant initio, et vim sine maleficio repellebant. Ast ubi serio agi rem seque cominus peti vident, dirigunt tormenta adiunguntque in seditionis tela. Unum ex omni multitudine necant, pluribus sauciatis. Quod militari more factum, tametsi in ejusmodi casu reprehendendum non fuit, tamen incredibilem nostris hominibus conflavit invidiam, quod non sine ipsorum consilio aut assensu id factum videbatur. Ea sane re dici vix potest, ut abusi nequiter fuerint adversarii ad concitandos contra nos animos Civitatis. Rumorem urbe dissipant statim, juvenem innocentissimum Jesuitarum scelere crudeliter fuisse interfectum. Tum facto agmine, cadaver sanguinolentum circumferunt per celebriores urbis vias, clangeribusque horribilem in modum tubis, convocant populum: qui ubi frequentior affluerat, ostendebant imposta juveni immerenti vulnera, superum atque hominum fidem ejulatu querulo implorabant, sonentes ad poenam deposcebant. Ad exaggerandam illatae necis invidiam, post dies septem supremos honores juveni, non pro conditione ipsius (nam plebejus gener erat) sed pro magnitudine odii, persolverunt, ac funus cum insigni apparatu ac pompa duxerunt. Exequiali celebratissimi coronidem imposuit laudatio funebris, seu verius oratio acerbissima

^{116.}
*Delata Romam
causa, Pontifex
quidquam mu-
tari vetat.*

^{117.}
*Urus ex Aca-
demici nostros
discipulos inse-
cantibus interfici-
tur.*

^{118.}
*Magna inde
nobis conflatur
invidia.*

ac seditionis, in qua, quia de occisi laudibus dici paucia potuerunt, itum est effuso cursu in crimina Societatis, omnesque eloquentiae nervi ad eam exagitandam adhibiti. Quantum his rebus exarserit contra nos credulum ac rude vulgus, quea contra Societatem exortationes et dirae per eos dies fuerint tota Cracovia jactatae, supervacaneum sit exequi pluribus. Vitae pene suae diffidebant Patres, continebant se domi, nec prodire in publicum audebant.

^{119.}
Societas criminis
ne liberatur.

^{120.}
Litterae Sigis-
mundi Regis ad
Pontificem maxi-
mum de inno-
centia Patrum.

^{121.}
Tentus contro-
versiae exercitus.

At calumniis malisque artibus adversariorum non ita oppressa est innocentia, ut non exureret aliquando. Acta est apud delectos ex utroque foro Judices causa de caede, plures interrogati testes, ne unus quidem inventus qui vel minimam ejus facti suspicionem aspergeret Patribus, quos proinde Judices crimen liberaverunt atque injuste accusatos pronunciaverunt. Accessit patronus ac testis innocentiae locupletissimus ipse Rex Sigismundus, qui, cum audisset de tumultu Cracoviensi longe his diversa Romam fuisse transmissa, litteras ad Pontificem maximum exaravit in haec verba : « Societatem Jesu apud Sanctitatem vestram « injuste accusatam, caedisse ac tumultuum insimulatam accepi, graviterque « pro eo ac par erat tuli. Ejus ut consulerem famae, quam bono publico ne- « cessariam existimo, negotium indagandae veritatis dedi viris gravibus ac de- « lectis, quorum accepta relatione compori, multa in hoc negotio per furorem « fuisse suscepta ad opprimendam falsis criminibus innocentiam. Nam quod ju- « venem protervum audacemque miles provocatus occidit, Academias Cracoviensis « sis alumni reos homicidii facere ausi sunt homines Societatis nihil tale com- « meritos : idque tubarum sono, praeconis voce, et oratione quadam funebri « contra jus fasque proclamarunt, haud equidem sine offensione bonorum om- « nium maxima. Tantae ego audacie ac temeritatis auctoribus meritas inflixi- « sem poenas, nisi pars eorum praecipua exempta esset a foro saeculari, et Apo- « stolicis privilegiis munita. Majorem tamen in modum peto a Sanctitate vestra : « ut, nisi velit praeberti alii ansam audendi similia, pro merito animadvertis in « eos jubeat, nec fidem ullam adhibeat his quae innocentia ac piae Societati « per summam injuriam obiciuntur. Addo, Cracoviensibus Academicis minus « jam probari modum legitimum experiendi circa scholas juris in Romana Rota : « cuius rei argumentum est, quod, pendente adhuc Romae causa, maximo ege- « runt opere apud Regni Ordines ad comitia congregatos, ut occluderentur Col- « legii mei Cracoviensis scholae, cogereturque Societas a docendo desistere : « quod tamen perficere non potuerunt. Restiterunt enim eorum conatibus plu- « rimi tum ex senatorio tum ex equestri Ordine : nec pro sua in Sedem Apo- « stolicam observantia id ad me petere ausi sunt, quod ad Sanctitatem vestram « pertinere intelligebant. Erit jam Sanctitatis vestrae haec Academicorum molli- « mina Apostolica auctoritate reprimere, graviora praeverttere, et istorum auda- « ciam, qui publicam tranquillitatem impune perturbant, compescere. Quod ad « ipsam attinet controversiam de scholis, eam quam primum definiri velim. At « interdicendum interea esset Academicis sub ecclesiasticis poenis, ne quid mo- « liantur novi, neu Jesuitas impedian quo minus suis ut libere juribus et Apo- « stolicis privilegiis queant. Haec dum expectantur a Sanctitate vestra, quatuor « ego Episcopos misi Cracoviam cum mandatis, ut pacem inter utramque par- « tem componere student, salvo tamen Apostolicae Sedis supremo ac decretorio « judicio. Id a me Regni Ordines petierunt ». Sic de negotio Cracoviensi scri- « bebat hoc ipso anno vertente Poloniae Rex Sigismundus : cuius gravissimum tes- « timonium opponimus tot illis calumniosissimis nuncius ac litteris, quibus eo- « dem tempore per eandemque occasionem malevoli famam Societatis obterere comabantur. Caeterum, ut seriem inchoatae narrationis absolutam, item Romani Judices secundum privilegia Societatis diremerunt, ac jure boni apertas in Collegio Cracoviensi scholas pronunciaverunt. Cui judicio quamquam non ut par fuerat Academicis acqueverint, perrexit tamen Gymnasium Societatis numero ac delectu discipulorum florescere usque ad annum ejusdem saeculi trigesimum se- « cundum. At eo anno magna est facta rerum commutatio. Mortuo siquidem Si- « gismundo Rege, Regno potitus est ejus filius natu maximus Uladislaus : qui cum

semper antea fuisse Cracoviensis Academiae magnus propugnator et sautor, vix inito imperio, ea movit contra Collegium tum in Polonia tum Romae, ut appareret contra ejusmodi adversarium: nihil futurum praesidii in jure. Id repudians Mutius, juri, quod tueri non poterat, ultro cessit, remque totam permisit arbitrio ipsius Regis. Nec ita post multo allatae sunt in Poloniā litterae Urbani VIII., quibus litteris Pontifex, resciso superiore decreto, jubebat scholas Collegii nostri Cracoviensis occludi. Quae mandata facientibus obedienter nostris, omnis est controversia composita.

Redeo iam ad ordinem temporum, unde me Cracoviensis negotii ratio longius abduxit: utque rebus molestis attexam molestiores, narrationem transfero in Galliam, ubi haud paulo turbidior Societati hic annus fuit. Molestiarum non unae extiterunt causae, nec leves. Principio repartae cum fuissent apud Odinum nescio quem Parisensem litterae P. Joannis Arnulphi, qui ante triennium, uti diximus, Regi desierat esse a Confessionibus, in iis aemuli Societatis videre sibi visi sunt quiddam, unde coargui posset Arnulphus violatae fidei et regii arcani per summanam perfidiam detecti. Crimen prope persuaserant Regi: utque erat flagitiū summa atrocitas et par turpitudine, inde nobis apud vulgus ingens invidia neque minor infamia conflabatur. At, re accurate discussa, patuit ad liquidum innocentiam Arnulphi, calumniatoribus obstructa fuerunt ora, quodque malevoli spectabant maxime, ut arcerentur a nostris ministeriis homines, non successit. Nondum haec plane resederat tempes, cum alia nihil mitior est coorta Rothomagi. Attinebatur in vinculis Sacerdos gravissimum compertus scelerum, qui ante annos plures in familiaritatem nostrorum irrepsérat. Is, dum per tormenta interrogatur, quaeriturque nominatim ex eo num quid nosset de Jesuitis quod ad rem publicam pertineret? auditum sibi ait P. Ambrosium Guiotum cum diceret, nunquam bene Societati futurum in Gallia nisi cum rerum poterent Hispani. Calumniam ille quidem recantavit statim, verutamen indicium non est contemptum. Adesse jubetur in Senatu Guiotus, ac de seditiosa voce purgare se. Afluit fiducia conscientiae intrepidus, sibi vero tale quid excidisse aliquando pernegasit. Sustinetu sententiam Senatu, defertur causa ad Consilium Regis. In eo Guiotus omnium suffragiis absolvitur. Adhuc negotium istud in anticipi erat, cum vulgati sunt lateque per Galliam disseminati libelli tres, in Cardinalem Richelium Regni primarium Administrum et in ipsum adeo Regem procuraciter insultantes. Continuo, ut erant tempora, pervagatur aulam malignus rumor, non alibi quaeri seditiosarum lucubrationum autores oportere quam inter Jesuitas. Suspicio in quosdam nominatim cadebat. Alii, fallacissimis ducti conjecturis, in crimen vocabant Patres Franciscum Garassum et Andraeam Eu-daemon-Joannem, qui tum Parisis versabantur cum Legato Pontificis. Alii in ejusmodi scriptis sibi videbantur agnoscerre stylum ipsum atque indolem P. Caroli Scribani aut certe P. Joannis Reinardi Zeigleri, quorum alter in Provincia Flandrobelgica non vulgari florebat opinione virtutis, alter in superiori Rhenana piis tantum vacabat negotiis et Archiepiscopi Moguntini conscientiam regebat. Singuli quos dix Patres, admoniti de suspicionibus, dolebant enim vero tantam de se indignitatem cuiquam venire in mentem potuisse, crimenque vel interposito jurejurando depellebant: sed in eorum dictis haud satis esse momenti putabatur ad purgandam labem. Protracto demum in lucem, ut sors tulit, vero unius lucubrationis auctore, quae de nostris concepta fuerat suspicio concidit.

Dilutis in hunc modum tot criminibus et criminum suspicionibus unde occasiōnem captabant malevoli vexandae Societatis, periclimode venit in Galliam liber de haeresi et schismate, ab nostro Antonio Sanctarello nuper editus Romae, ejusque adventus novis gravioribusque Societatem objectit fluctibus. In hunc Sanctarellus librum bona fide contulerat quae Theologi multi tradunt de potestate summi Pontificis, quatenus scilicet animadvertere possit in Principes, si forte, prolapsi in haeresim, contra Ecclesiam vires et arma convertant: parum ille quidem caute, propter conditionem temporum, sed tamen mente non mala, non pravo rerum novarum studio, nec certe ut turbas in Republica commoveret,

Tom. II.

6

122.
Res FRANCIAE.
Suspiciones
motae contra P.
Arnulphum, ac
disfatae.

123.
P. Guiotus se-
ditiosae vocis ac-
cusatus absolu-
tur.

124.
Calumniae
contra alios Pa-
tres confictae di-
luntur.

125.
Defensori Par-
tios liber P. An-
tonii Sanctarelli
de haeresi et schi-
mate.

126.
Curiae nostrae
rum ad eum oc-
cultandum irri-
tare.

quod aequi pariter iniquique postea agnoverunt. Tamen procella hinc orta est extialis ac periculosa, quae scriptores nostros in omne posterum tempus admovere debet, ne quam ejusdem argumenti partem unquam attingant. Rei totius seriem nos per summa capita expediemus, ne monumento in primis celebri nostram fraudem historiam. Quaedam ejus libri exemplaria cum fuissent Lutetiam advecta prostarentur apud Bibliopolam venalia, vidit ea forte unus nostrorum, paucisque pervolutus paginis facile intellexit, si spargerentur, graves inde turbas exorituras contra Societatem. Namque iis temporibus ita erant erga nos animati multi, praesertim e sectatoribus Edmundi Richerii, ut occasionem istam exagrandiae Societatis praetermissi non viderentur. Reversus itaque domum, de re certiore fecit Provinciale Praepositum P. Petrum Cotonum, monuitque eum, videret pro sua prudentia quid facto esset opus. Cotonus, malum praesentiens, ut ingruentem averteret tempestatem, misit e vestigio qui libri exemplaria omnia quantovis emeret deferretque ad se: quod tamen serius quam oportuit factum est.⁴ Librum pervolutaverat jam Doctor Sorbonicus nescio quis, propositum operis omne persperxera, nonnullas etiam ex eo propositiones, quibus maxime laedi videretur regium nomen ac jus, excerpserat emiseratque in vulgus: quae cum multorum sermonibus jactarentur, facile ad Curiam Parisiensem pervaserunt. Protinus adversus Societatem exarserunt aliqui Senatorum. Sed quia legibus agi non poterat, nisi extaret ipsem Sanctarelli liber, in quo delicti summa vertebat, ejusque exemplaria nulla inveniebantur Parisiis; ejusdem conquirendi causa cursorem expeditum properare Lugdunum jussérunt, qui millia passuum amplius septingenta magnis itineribus pervolans, redit intra octavum diem, ac librum publico judicio subjiciendum attulit. Tum vero velut in manifesto criminis teneri Societas visa. Continuo Servinus, vir eloquentiae laude celebris, neque minus notae in nostrum Ordinem acerbatis, ut erat regiarum causarum patronus, rem deferre ad Curiam acri ac meditata oratione parat, diemque eligit quo die norat Regem ipsum alii de causis adventurum in Curiam. Illuxit praestituta dies, Senatoris considerant. In eo consessu Rex, pauca praefatus, caetera Regni Cancellerio commemoranda reliquerat, usitato more. Cum assurgens Servinus, et Cancellerii vocem extremam excipiens, paratam in orationem ingreditur. At in ipso actionis ardore, vir pauca contra nos prolocutus, subita apoplexia tactus interit.

127.
Commemoratur
ob eum librum
Curia Parisien-
sis contra Soci-
etatem.

128.
Servinus con-
tra nos perorans
subita morte in-
tercipitur.

129.
Vocatur in Cu-
riam P. Cotonus
Provincialis cum
aliis Patribus.

130.
Eius pruden-
tia ad postulata
Praesidis.

Sublato tam potenti adversario, sperabant nostri cuncta sibi fore in posterum pacatoria. Ut bene sperarent movebantur praesertim eo, quod Sanctarellus, quae demum cumque esset ejus doctrina, in urbe Roma scripsérat, Romano more atque instituto: tum quod aequum non videbatur, si qua culpa Itali scriptoris esset, eam lueret Gallicae Societatis homines, qui ejus facti participes nullo modo ac ne conscií quidem fuissent. At felilit eos sus spes. Qui Servino successit Regius Advocatus, causam prosecutus eodem ardore, post dies paucos de libro Sanctarelliano ac de tota Societate ita disseruit in Senatu, ut commoti vehementer inflammaticue fuerint Senatorum animi. Igitur, post multa ultra citroque jactata, haec de communis sententia decernuntur. Primo comburendum manu carnificis librum. Vocando deinde in Curiam Praepositos Jesuitarum, quot Parisiis essent, ac certis legibus subjiciendos. Nisi obtemperaverint, jubeatur iterum Societas exultare Gallia. Aberat Rex Parisiis cum hoc Senatus Consultum editum est, nec redditus putabatur nisi perendie. Patres, hoc rerum suarum patrono unico ac summo destituti, tametsi aduersa omnia verebantur, affluere postridie, ut jussi fuerant, in Senatu, quatuor numero, tres videlicet Rectores totidem Parisiensium domiciliorum, praeter Provinciae Praepositorum Petrum Cotonum. Intro admissos, interrogationibus multis ac variis detinuit initio Praeses: quibus cum nomine omnium satisficeret Cotonus, quererit ad extremum Praeses, quid sit, quod cum tam multi prodierint a Societate libri pro potestate summi Pontificis, nemo adhuc de Societate scripto defendendam suscepserit Regiam auctoritatem. Cui Cotonus, ut erat prompto ingenio nec imparatus, plenos esse respondit Societatis libros egregiis fidei et observantiae sensibus erga Reges.

Caeterum; addidit, odiosas comparationes inter Pontificiam Regiamque potestatem instituere, nec utile nec fas nobis est. Quod si aliter alii de Societate faciunt extra Galliam, id nos dolere magis possumus quam vetare. Ita ne vero? exceptit Praeses commotior. Post quam pro Pontifice tam multa tam diserte scripsistis, jam Regiam potestatem defendere nec utile nec fas vobis est? Sit ne utile nec, parum moror. Fas certe ac necessarium est, nec effugere potestis hodie, quin hoc Regi exhibeat obsequium. His dictis, innuit Scribae, ut paratam recite formulam, eique Patres adscribere suum singulos nomen jubar. Erant in formula quidam articuli, quibus ut subscriberet Cotonus inducere non poterat animum. In uno alteroque haeretab praecipue, quibusque causis eos non putaret sibi approbandos, concessum admonuit. Senserunt Senatores vera dici. Jussis itaque Patribus in conclave proximum tantisper secedere, articulos eosdem modice castigaverunt. Mox adesse jubentur iterum, denunciaturque iis minaciter, nulla ut interjecta mora subscriptant. Cotonus, recognita cursim formula, parendi necessitatem deprecari. Rogare modeste Curiam, ut spatium consultandi daret. Rem talem tam subito deliberari tuto non posse. Non audiebatur. Quin actum inter Senatores de conjiciendis in carcere Patribus: quod tamen aversati quidam ex gravioribus, ne fieret prohibuerunt. Profitente demum Cotonu, se suosque minime recusaturos subscriptere ei formulae, quam Episcopi, quam Academiae Gallicanae, et antiquiores Religiosorum Ordines recepissent; Praeses, eti petitioni non acquiesceret, quia tamen parum supererat dici, nec perrogari sententiae poterant, nostros nulla re confecta dimisit, ac coctum solvit. Sic transactum illa die, quae fuit pridie Idus Martias. Scio equidem, de actis ejus diei multo his diversa fuisse vulgata. At haec ego descripsi ex relatione satis prolixa et accurata, quam nocte proxima Cotonus ipse ad Generalem Praepositum exaravit: nec derogandam tali viro fidem puto ob scriptores ignotos, quorum saepe alii inanes vulgi rumores, alii etiam confictas a se fabulas venditant historiae nomine. Quae sequuntur, in nostrorum litteris aliisque monumentis fide dignis reperiebam.

Die sequenti, cum redisset Lutetiam Rex, adiit eum mature Cotonus, expostisque quae pridie acta fuerant in Senatu, nutantem Societatis causam commisit patrocinio ipsius. Rex clementer, ut solebat, exceptum auditumque, bono esse animo jussit. Sibi curae fore, negotium ut conficeretur sine strepitu et sine cuiusquam injuria. Neque secus quam promiserat Princeps amantissimus fecit. Uno vix interlapso die, vocat ad se Patres Joannem Armandum et Carolum a Turri. Nam Cotonus, laboribus, senio, et recentibus animi angoribus debilitatus decumbebat. Sedebat in secreto consilio Rex, cum vocati affluerant Patres. Aderant Regina mater, et Cardinalis Richelius, cum regni Cancellario Stephano Aligrio, et Magistro Militiae Schombergio, et Michaele Marilliaco Praefecto aerarii. Rex, Patres benigne alloquens, Cujus, inquit, rei causa vos hoc vocandos censuerim, audiatis ex Richelio. Sub ea Cardinalis, praefatus favere quidem Societati Regem, sed eo tamen loco res esse, ut aliquatenus satisfaciendum esset Senatus Parisiensi, formulam protulit, cui octo vel novem Patres ex gravioribus cogerentur subscriptere. Formulae tria omnino erant capita, quae nostri profiteri jubebantur. Primo, damnare se Sanctarelli doctrinam, quatenus injuriosa esset Principibus eorumque ditionibus. Deinde subscripturos censurae libri Sanctarelliani, quam vel Clerus vel Collegium Sorbonicum edidisset. Postremo, de ejusmodi arguento non aliud doctruos in posterum, quam quod docerent communiter in Gallia Episcopi, Academiae, Collegiumque Sorbonicum. Paginam, in qua haec erant descripta, suis ipse manibus Rex tradidit Patribus, edixitque ut rite consignatam quantocuyus deferrent ad Regni Cancellarium. Rgressi domum Patres, post brevem consultationem, benevolo parendum Principi censuerunt. Formulam suo singuli nomine obsignaverunt, et in aulam celeriter transmiserunt. Quod ut acceptit Rex, tantam prae se laetitiam ferre conspectus est, ut nostri negotium haberent pro confecto, sibique insperatum ejus exitum gratularentur. Et erat plane confectum, nisi Senatorum plerique maluissent Regis

^{131.}
Recusat, sub-
scribere subdi-
formulae.

^{132.}
Rex Societatis
patrocinium sus-
cipit.

^{133.}
Et mitiorem
proponit formu-
lam, cui nostri
subscriptunt.

auctoritatem, quam ab Sanctarello laesam arbitrabantur, ulterius tueri, Regi etiam invito' ac repugnante.

^{134.}
Fit Senatus
Consultum Socie-
tati gravissi-
mum.

Dies erat Martii mensis decima septima, cum factum est Senatus Consultum gravissimum conceptum verbis in hanc sententiam: Jesuitae Parisienses subscrivunt censuram nuper a Sorbonistis editam circa seditionem libellum cui titulus *Admonitio ad Regem*, eidemque censuram subscriptam in cunctis Provinciae Collegiis sex delecti Patres. Socii praeterea Parisienses scripto profiteantur, improbari sibi perniciosum Sanctarelli librum, hujusque rei authenticum documentum ad Curiae Tabularium mittant. Postremo in singulis Provinciae Collegiis designantur Theologi duo, quorum unus latine, alter gallice, profiteatur sententiam suam de Pontificia ac Regia potestate. His perficiendis rebus spatium praeferuntur dierum octo, quod tamen deinde, nescio cujus depreciatione, prolatum est usque ad tres hebdomadas. In extrema parte decreti clausulae legebantur acerbissimae, atque illa in primis, nisi Jesuitae peronum parvissent, actum iri in eos lege Majestatis ut contra Reipublicae perturbatores. Decretum istud die sequenti ad Provincialem Cotonom transmittitur. Aegrotabat gravior Cotonus cum allatum est, eratque adeo destitutus viribus, ut Medici negarent hominem sic affectum posse molestis sermonibus interpellari sine pernicie. Tamen ipse, ut nunciatum est adesse missum a Senatu apparitorem, reverentia publicae potestatis assurgens parumper et in lecto considens, hominem introduci jussit. Eo decretem legente, perstitit animo peraeque ac vultu immotus, donec ad novissimam clausulam ventum est, qua nostri homines, nisi obtemperassent, rei Majestatis Regnique perturbatores appellabantur. Hic enimvero aegritudinem continere ultra non potuit. Ingemuit, ac manantibus ubertim lacrymis, Me ne, inquit, qui duobus Regibus tandem omne genus officiorum cum eximia fide praestiti, nunc reum fieri Majestatis, et cum hac infamia mori? Moerentem consolari studuerunt circumfusi lectulo Patres, et quicunque aderant ex externis, Regius praesertim Medicus, qui Regis ipsius missu ad eum salutandum curandumque venerat. Is, satis superque constare fidem ejus egregiam dicebat, attestaturum se toti Aulae de praeclaris ipsius sensibus promittebat. Sed nihil magnopere profuit. Noctem proxime consecutam optimus senex totam habuit insomnem: utque illuxit, ita defectus viribus est inventus, ut, vix caelesti refectus Viatico, dum sacro inungitur Oleo, expiraverit.

^{135.}
Moritur P. Co-
tonus moerore
confactus.

Vulgato Cotoni obitu, tunc demum Parisiis quanti eum summi infimique facerent, patuit. Statim ad aedes Professorum incredibili omnium ordinum atque aetatum frequenti concursum est, atque id inter afflentes certamen visendi ac venerandi fuit, ut prope miraculo visum sit, ex tanta multitudine periisse neminem turba compressum. Archiepiscopus Parisiensis, Joannes Franciscus Gondius, ex villa, ubi tunc aberat, S. Clodoaldi, sejungibus provolavit Lutetiam, ut supremum honorem funeris persolverat viro non solum amicissimo, verum etiam, ut ipse loquebatur, sanctissimo. Et quamquam peracta jam ferme erat, cum pervenit ad templum, caeremonia funebris, et perrumpere obluctantem populum aegre poterant famuli; tamen, his magno conatu viam aperientibus, accessit ad ferestrum, thuribulum de manu Sacerdotis sumpsit, thus ritu usitato dedit, ac supremas exequiarum preces recitavit. Sublatum deinde e ferestro cadaver composuit ipse in sarcophago, deduxitque in paratam scrobem, et injecta humo primus operuit: quod officium pietatis ideo est executus, ut testatum publice faceret de tali viro quid sentiret. Parem de Cotono opinionem ostenderunt spectatissimi quique proceres Civitatis ac primores Aulae, particulam ex ejus reliquiis certatim flagitantes. Regina Maria Medicea, Regis mater, servari sibi jussit numisma aereum, quod precariis appensum globulam gestare consueverat, acceptumque reposuit inter Sanctorum Lipsana, quae habebat apud se plurima et exquisita. Multae ex illustrioribus feminis, quod frustulum ex ejus vestibus, ex capillis, ex unguibus impetrassent, id in loco beneficii longe maximi habuerunt. At vulgus infimum multa rapuit per vim: et quamvis appositi custodes summovere conarentur turbam, cadaver nudum relinquebatur, nisi ocyus tumulo fuisse inclusum. Cotonom denique tali tempore

^{136.}
Honor Cotona
habitus post ejus
mortem.

extinctum reputantes rerum prudentiores viri, haud secus doluerunt, quam si vulnus gravissimum publicae accidisset rei. Nostri praecipuum columen rerum suarum, externi religionis pietatisque defensorem validissimum requirebant. Ut augeretur commune studium erga eum, effecere prodigia quaedam, quae post dies paucos tota urbe pererebuerunt. Multis redditis ferebatur praeter naturae ordinem salus, vel Cotonii invocato nomine, vel ejus reliquiarum attactu. Quibusdam ostensa divinitus gloria, quam inter Caecilites maximam obtineret. Ab his ego abstineo, satis caeteroqui gnarus, de tali viro nullam rerum earum esse incredibilem quae de hominibus eximiae sanctitatis praedicantur. Ejus tamen vitam virtutesque cursim attingere abs te non erit, praesertim quod longiorem fieri narrationem sentio de negotio Sanctarelliano, eamque rebus laetioribus paulum interscindere operae praeatum est.

Ortum habuit Petrus Cotonus ex illustri familia Nerondae, quod parvum opidum est apud Segusianos, in provincia Lugdunensi. Litteris humanioribus Rodomiae printum, deinde Parisiis institutus, ut erat praestanti ingenio et ab otio nugisque puerilibus alienissimus, progressus fecit in iis vix credibiles. Biturgias missus ut Juris prudentiae sub Jacobi Cujacii disciplina vacaret, quamquam hanc scientiam libenter feliciterque condisceret, brevi tamen fastidire caepit locum, quod erant condiscipuli magnam partem ludis licentiaeque dediti, ipse autem, pietati integratitudine morum praeccipue studens, valde metuebat ne prava sodalium consuetudine inquinaret animum. Ob eam rem impetravit a patre ut in Italiam mitteretur, conseditque Augustae Taurinorum, ubi florebat jam tum Academia Juris disciplina celebris. Fuerat a prima pueritia Cotonus, ob quasdam opiniones male praesumptas, alienior a Societate. Taurini mutavit mentem usque adeo, ut uni ex nostris arbitrium conscientiae sua detulerit. Hoc duce atque hortatore sanctioris vitae cursum ingressus, sensim rerum caelestium aestuare desiderio, terrena omnia fastidire aversarique coepit. Ad extremum, frequentes in mundo syrtes et quotidiana innocentiae naufragia expavescens, portum quaequivit in Societate, ac facile tenuit. Probatus enim rite et receptus, Aronam ponendi causa tyrocini est missus, annum agens actatis vigesimum. Tyrocinio perfecto, plures adhuc annos in Italia posuit. Philosophiam audit Mediolani. Verellis politiores litteras docuit. Studia Theologica erat exorsus Romae, sed, longaevi patris depreciation remissus in Galliam, ea Lugduni confecit. Statim atque Sacerdotio est iniciatus, sacram eloquentiam per quadragesimam jejuniorum proficeri instituit in aede maxima Lugdunensi: quod institutum cum eximia laude sequens, brevi famam adeptus est tantum, ut Orator haberetur sui temporis nulli secundus. Cum itaque, ob incredibilem dicendi vim atque copiam, secundissima ubique approbatione et magno animorum motu audiretur, jamque per primaria provinciae Lugdunensis oppida sacrump ministerium circumulisset, fama tam excellentiis Oratoris movit Henricum Regem, ut eum sibi adsciceret a sacris concionibus. Annos post haec viginti versatus est in aulae splendore ac luce, Henrico magno, cum propter aureum eloquentiae flumen tum propter prudentiae magnitudinem eximiamque vitae integratatem, charus in tantum, ut non aliud esset, quicum magnus ille Princeps, atque hominum aequissimus aestimator, amicus ageret libertusque. Amabat eum sane Rex majorem in modum, ac multo familiarius quam Regum consuetudo ferat admittere in colloquium solebat. Eo carere vix ad tantulum tempus sustinebat. Quocumque proficeretur, sive in vilam sive in bellicas expeditiones, Cotonus ut esset in comitatu videbat. Hominis vero probitatem atque prudentiam mirari, praedicare, contra obrectatores defendere non cessabat. Fuerat initio Cotonus Regi tantum a concionibus. Post etiam a sacris Confessionibus et ab intimoribus Consilii fuit. Nec eo contentus Rex, cum viro in primis probo docto quoque committenda esset educatio Regiae prolis, non alterum Ludovico Delphino religionis pietatisque praceptorum dari praeter Cotonum ipsum voluit: quod fuit regiae in eum voluntatis et egregiae cuiusdam opinonis indicium luculentissimum. In tanta Regis gratia Cotonus, ut sunt artes aulicae, apertis omnium obsequiis, multorum occultis insidiis petebatur.

137.
Prima Cotonii
adolescentia.

138.
Societatem in-
greditur, sacrum
eloquentiam pro-
ficitur.

139.
In aulam in-
troducitur.
Quam carus es-
set Henrico Regi.

^{140.} *Missionem ab aula impetrat, et concionari pergit usque ad extremum.*
Ipse, qui praeter Deum nihil magnopere quaereret aut timeret, nec illis in superbiā elatus est unquam, nec his de recto dimotus. Unam optabat maxime rem, ne in aula attineretur diu, eaque propter missionem saepe enixeque rogabat. Roganti negavit semper Henricus, negavit post Henrici mortem Maria Medicea Regina, ad quam, ob teneram aetatem filii, translata fuerat rerum administratio. Quod negatum ab iis fuerat, aegre tandem concessit Ludovicus tutela egressus: atque ab eo tempore Cotonus, velut ex procelloso mari reductus in portum, religiosa quiete fruens, per annos quot superfuit novem mera Ordinis ministeria tractavit. Regendis nostris adhibitus, Collegio Burdigalensi primum, deinde Provinciae Aquitaniae, postremo Parisensi praeceps. Semel etiam Roman Procurator Provinciae suaे Lugdunensis venit. Neque tamen inter haec a sacris concionibus unquam abstinuit. Eo ipso quo abruptus est anno, per majora junia concionum cursum peragebat Parisis in S. Pauli, et pridie ejus diei quo recessit, viribus licet multum attritus, concionem habuerat. Incidit ejus obitus in XIV. Cal. Apriles, diem S. Josephi, cujus erat studiosissimus, sacram, cum annum aetatis decurreret tertium supra sexagesimum. Sed de ipsis virtutibus pauca distinctius videamus.

^{141.} *Quaedam de Cotonī virtutib⁹. Ac primo de contemptu rerum humana⁹.*
Virtutes in Cotonō summae omnes fuerunt. Vel illud documento sit, quod turbidis iis temporibus, cum odiosissimum Parisis erat Jesuitarum nomen, hunc tamen passim dilaudabant plerique, utque hominem vere sanctum praedicabant. Mirabantur in eo praecipue animum excelsum, atque omnī humana cupiditate majorem, quod in summa Regis familiaritate, inter profusa aulicorum obsequia, a quaestu superbae alienissimum cernerent. Vulgo constabat, nihil Cotonum non posse apud Henricum, at, praeter salutem ipsius sempiternam et veram gloriam, nihil omnino velle. Nec erat falsa persuasio. Sibi quidem ipse nihil petit unquam, multa saepe respuit, licet splendida ac sponte oblata. Infulas Arelatenses destinaverat ei primum Rex, dein usitata nominatione efficere constituerat ut sacro Cardinalium Collegio adscriberetur. Honorem utrumque deprecatus est Cotonus tanta constantia, ut etiam religionem injecerit Regi, nisi ab ea mente discederet. Quare Rex, tametsi nefas arbitrabatur quodammodo virum talem relinquere in privata fortuna, ne tamen homini modestissimo molestus esset, mutavit propositum vel invitus, neque ultra cum eo de Ecclesiasticis dignitatibus verbum fecit. Cum resciretur id, atque ab ipso vulgatum esset Henrico, mirabantur aulici temperantiam plane singularem, quippe opum, honorum, atque potentiae contemptricem, eoque mirabantur justius, quo rario in Aula haec virtus est. Qui deinde propius conspiciebant hominem, mirari satis non poterant serenitatem oris atque animi, quam nullo unquam vapore infuscatam, quaecunque incidenter, praeferebat. In maximis negotiis, inter multiplices rerum vicissitudines, otiosum diceres. Et circumferebatur nescio cuius scite dictum, Cotonō nihil esse occupatus, nihil otiosius videri. Haec illi perpetua ac stabilis quiescens ab orandi studio, cui sic erat adductus, ut, praeter praescripta apud nos precandi spatia, totos pene dies ac noctes in Coelestium meditatione transigeret. Assiduus meditandi exercitatione id consecutus dicebatur, ut etiam inter dormendum, recursantibus imaginibus earum rerum quibus vigilans insueverat, gemitus subinde ad Deum ac voces precantis indices funderet. At supra caeteras ejus laudes eminuit mansuetudo, quam virtutem partim hauserat à natura, partim labore et exercitatione multa comparaverat. Cotonum inexpiabili odio prosequerant Calviniani, utpote quem sciebant suis consilii unum acerrime ac porro valide adversari. Eum ut exturbarent Aula, saepe vocibus criminosis, saepe libellis in vulgus editis conabantur odiosam Regno facere ejus operam, suspectam Regi fidem. Ut ipsius detererent famam, commentis non minus falsis quam probrosis identidem grassabantur. Quod olim structum legitimus ab Arianiis contra magnum Athanasium, ut vilem mulierculam subornarent quae dicteret stuprum sibi ab eo intentatum, id Calviniani similiter contra Cotonum struxerunt aliquando: nec absimili modo a Cotonō atque ab Athanasio difflata est fabula impudens, et conatus adversariorum elusi. Cum nihil magnopere

^{142.} *De tranquillitate et orandi studio.*
In maximis negotiis, inter multiplices rerum vicissitudines, otiosum diceres. Et circumferebatur nescio cuius scite dictum, Cotonō nihil esse occupatus, nihil otiosius videri. Haec illi perpetua ac stabilis quiescens ab orandi studio, cui sic erat adductus, ut, praeter praescripta apud nos precandi spatia, totos pene dies ac noctes in Coelestium meditatione transigeret. Assiduus meditandi exercitatione id consecutus dicebatur, ut etiam inter dormendum, recursantibus imaginibus earum rerum quibus vigilans insueverat, gemitus subinde ad Deum ac voces precantis indices funderet. At supra caeteras ejus laudes eminuit mansuetudo, quam virtutem partim hauserat à natura, partim labore et exercitatione multa comparaverat. Cotonum inexpiabili odio prosequerant Calviniani, utpote whom sciebant suis consilii unum acerrime ac porro valide adversari. Eum ut exturbarent Aula, saepe vocibus criminosis, saepe libellis in vulgus editis conabantur odiosam Regno facere ejus operam, suspectam Regi fidem. Ut ipsius detererent famam, commentis non minus falsis quam probrosis identidem grassabantur. Quod olim structum legitimus ab Arianiis contra magnum Athanasium, ut vilem mulierculam subornarent quae dicteret stuprum sibi ab eo intentatum, id Calviniani similiter contra Cotonum struxerunt aliquando: nec absimili modo a Cotonō atque ab Athanasio difflata est fabula impudens, et conatus adversariorum elusi. Cum nihil magnopere

^{143.} *De manuactudine in condonandis injuriis.*
In maximis negotiis, inter multiplices rerum vicissitudines, otiosum diceres. Et circumferebatur nescio cuius scite dictum, Cotonō nihil esse occupatus, nihil otiosius videri. Haec illi perpetua ac stabilis quiescens ab orandi studio, cui sic erat adductus, ut, praeter praescripta apud nos precandi spatia, totos pene dies ac noctes in Coelestium meditatione transigeret. Assiduus meditandi exercitatione id consecutus dicebatur, ut etiam inter dormendum, recursantibus imaginibus earum rerum quibus vigilans insueverat, gemitus subinde ad Deum ac voces precantis indices funderet. At supra caeteras ejus laudes eminuit mansuetudo, quam virtutem partim hauserat à natura, partim labore et exercitatione multa comparaverat. Cotonum inexpiabili odio prosequerant Calviniani, utpote whom sciebant suis consilii unum acerrime ac porro valide adversari. Eum ut exturbarent Aula, saepe vocibus criminosis, saepe libellis in vulgus editis conabantur odiosam Regno facere ejus operam, suspectam Regi fidem. Ut ipsius detererent famam, commentis non minus falsis quam probrosis identidem grassabantur. Quod olim structum legitimus ab Arianiis contra magnum Athanasium, ut vilem mulierculam subornarent quae dicteret stuprum sibi ab eo intentatum, id Calviniani similiter contra Cotonum struxerunt aliquando: nec absimili modo a Cotonō atque ab Athanasio difflata est fabula impudens, et conatus adversariorum elusi. Cum nihil magnopere

succederet improbis, ejus tandem vitae clam insidiari caeperunt, certi de medio tollere invisum caput, a quo graves quotidie clades accipiebant, graviores in posterum metuebant. Fuit Gratianopoli, qui, ex insidiis repente in eum nihil tale suspicantem involans, praechudere ipsi spiritum conatus est, obstrictis fauibus. Nemausi immissus ad eum percussor cum sica, haud dubie homicidium pergebat, nisi stupore subito corruptus diriguisset. Novissime Parisiis, dum reddit domum sub vesperam, nihil adversi metuentem invasit sicarius ferox, immerso prope jugulum gladio, perfusum sanguine ac seminectem reliquit. In tanta injuriarum atrocitate vir mitissimus nunquam auditus est conqueri. Unam omni ope studioque curabat rem, ne sontes pro merito plecterentur. Caeterum, ubi id impetraverat, nullo impediebatur metu, ne tueri Catholicam veritatem atque haeresim insectari pro viribus pergeret. Quam multa Rege suscipi decernique curaverit ad compescendam Calvinianorum factionem, longum esset exponere. Multum ei sane Religio debuit in Gallia, nescio an turbulentis illis temporibus alteri plus debuerit. Non contentus Galliae finibus, usque in Americanum studium propagandae divinae Fidei protulit, instituta, ut alibi dictum est, Missione Canadensi, cui constabilienda tunc maxime dabat operam cum morte est interclusus. Praeter tot virtutum exempla, reliquit post se Cotonus ingenii monumenta praeclara, quorum indicem videre est in nostra Bibliotheca. Eius ossa, anno post quam obierat quinto, Rodunnam transtulit ipsius germanus frater Jacobus Cotonus, Dominus Chenevoussi, intulitque sepulchro eidem quod sibi ac familiae construxerat in aede Collegii a se fundati. Atque haec habui dicere de viro praestantissimo, quo nemo fortasse magis usque ad hoc tempus Societatem illustravit in Gallia. Plura legi poterunt in ipsis vita, gallice edita ab celebri Societatis nostrae scriptore Petro Josepho de Orleansio, ex qua nos de negotio Sanctarelliano multa excerpsumus. Jam negotii ejusdem exitus explicandum.

Sublato, uti dictum est, Cotonu, cuius non exigua erat apud Regem auctoritas, metuebant, nec immerito, nostri, ne res satis jam proclinatae in deterius ruerent. Auxit vehementer metum nova offendisionis occasio, quam Curiae Parisiensi per summam temeritatem obtulit alterius Ordinis Religious. Nam cum de Cotonu obitu passim mentionem e loco superiore facerent sacri Oratores qui ea tempestate concionabantur Parisiis, et de ipsis laudibus multa commemorarent, unus quidam fervidior, satis non habens hoc peregisse honoris officium, prae-postero abrupte studio, ausus est palam dicere, virum adeo praestantem non naturalibus causis sed aliena vi oppressum interisse, autores vero ejus mortis debitas poenas ulti or Deo datus. Quibus verbis Senatores, non impudenter minus quam aperte notati, nostris imputabant convicium sibi factum, quippe animo praesumentes, non illum talia fuisse locuturum, nisi de consilio nostrorum. Et nihilominus, Deo innocentiam protegente, ac forte Societatem de Coelo tuente P. Cotonu, nihil inde nobis accidit gravius. Imo, quod nemini venisset in mentem opinari, brevi negotium omne confectum est, satisfactum Senatu, Societati quies reddita. Quod quemadmodum acciderit, extremo hoc loco est declarandum. Jam delecti ex nostris Patres, ut fuerant jussi, censuram Sorbonicam approbaverant seditionis libelli qui *Admonitus ad Regem* erat inscriptus. Librum etiam Sanctarelli, quatenus opponeretur Principum auctoritati, damnaverant. Reliqua erat illa decreti pars, ut scripto ederent sententiam suam de Pontificia ac Regia potestate. Hic vero angebantur graviter, quod viderent rem exigi difficultiam et periculi plenam, nec facile occurrebat modus quo suos sine cujusquam offensione sensus explicarent. Instante tamen Senatu ut facerent imperata, formulam exhibuerunt, in qua potestas rerum omnium sacrarum Pontifici, civilium Regi tribuebatur, nullaqua facta utriusque comparatione, tantum dicebatur, ad publicam felicitatem pertinere eas esse inter se conjunctissimas. Formulam videbat Legatus Pontificis Cardinalis Spada, viderant alii docti et rerum prudentes viri. Nemo futurum sibi persuaserat, ut ea Senatus contentus foret. Fuit tamen: quodque magis mirere, non solum exigitare Societatem desit, verum prae-cipua deinde benevolentia complecti eam ac fovere instituit. Caeterum, ne quid

^{144.}
De studio pro-
pagandae reli-
gionis.

^{145.}
Nova offendis-
onis occasio Cu-
riae Parisiensi
oblata.

^{146.}
Omnis prae-
ter spem controver-
sia componitur.

147.
*Eam finiri ju-
bet Rex, et quare.*

*Concord. Sacerd.
et Imp., in Admon. ad
Lect.*

praeterem, tam insperatam tranquillitatem debuimus potissimum Regis pietati ac prudentiae. Ludovicus enim Rex, praeter quam quod diligebat Societatem impense, ejusque finiri molestias cupiebat, facile intellexit, difficilimum prudentissimo cuique esse (quemadmodum longo post tempore de eodem arguento scribens affirmabat Petrus de Marca Archiepiscopus Parisiensis*) quo pertingant fines utriusque potestatis certo constituere. Extimuit proinde, ne, si nostri sententiam super hac controversia pronuncianter suam, graviores suborirentur offensiones, quea viam paulatim munirent schismati. Et opportune hunc malo ut occurreret, admonuerat eum nuper Cardinalis Rupefocaldius, vir piissimus doctissimusque, libello in lucem edito per occasionem alterius dissensionis quea eodem tempore inter Clerum Curiamque intercedebat. Accessere postremo loco Urbani VIII. gravissimae ad Regem litterae, quibus Pontifex litteris significabat, modestum accidisse sibi quod audierat de quaestionibus in Gallia excitatis, et valde cupere ne ultra glicerent. His ergo de causis Rex, verius putans controversiam extingui quam cum periculo Christianae Reipublicae longius protrahi, Senatum admonuit ut quiesceret, neu ullam ultra partem attingeret causae Sanctarellaiae. Quo jussa faciente, tempestas illa omnis consedit: qua non alia periculosa, post receptam ab exilio Societatem, nobis incubuit in Gallia.

148.
*Mors et elo-
gium P. Carolo le
Rœ.*

Dum haec agebantur Parisiis, Collegium Ambianense jacturam carissimi capitis fecit, extincto P. Carolo le Roë, cuius praeuersit fruebatur, laboribus apostolicis ac virtutum exemplis illustrabatur. Venit in Societatem Carolus proiecta aetate, Sacerdotio jam insignitus. Et prius etiam quam nostris se aggregaret, florebat Ambiani in patria sua non vulgaris sanctimoniacae opinione. Vir siquidem genere illustris, opibus abunde instructus, et primariae Ecclesiae Canonicus, minime alienum a se putabat Christianae Doctrinae elementa pueris explicare, in tribunali poenitentiae considere, aliaque obire hujus generis ministeria, id ferme agens unum, ut populares suos ad pietatis studia excitaret. Hoc maxime consilio oblatam ab Episcopo procurationem Seminarii Ambianensis accepit, geseratque ad plures annos sedulo ac diligenter, nullam omittens earum artium quibus juvenis ad clericalem militiam apte instituitur. At metuens, ne sensim intercederet fructus curarum suarum, quem esse stabilem ac perennem cupiebat, auctor Episcopo ac Civitati fuit vocandae in urbem Societatis, cui Seminarium primo, mox etiam se ipsum tradidit, annum vitae agens quadragesimum primum. Tredecim post haec annos fuit superstes: quo spatio temporis addens gradum, eoque magis festinandum sibi dictitans, quo serius religiosae vitae stadium esset ingressus, in omni virtutum genere mirifice se exercuit. Nemo illo humilior, obedientior, pauperior. Saluti omnium, sed maxime inopum ac proletariorum studebat. Missionem instituit ruralem, eique contribuendum curavit a fratre suo Joanne le Roë certum vectigal, quo facilius nostri operarii agrum Ambianensem concursarent ac villicis navarent operam. Missionem deinde a se institutam primus suscepit obeundam. At ea dum perfungitur immoderatus quam vires ferrent, nullamque sibi requiem in excolandis gregibus rusticorum indulget, operis magnitudine fractus occupabuit pridie Nonas Aprilis. Ut innotuit de obitu Caroli, advolaverunt Ambianum ex omni circum agro rustici magnis agminibus, supremum visuri Apostolum, ut ajebant, suum, ac pedum osculo veneraturi. Funeri interfuerunt Gubernator Urbis et Provinciae Prorex, cum omni fere nobilitate. Et quia multitudo populi irruerunt seque circa feretrum comprimitis exequiarum ordinem disturbabat, vocandi milites atque opportunis locis disponendi fuerunt. Tanta vulgo invulnerat opinio de sanctitate ipsius.

149.
*RES CAMPANIAE.
Seditio orta
Altissiodori con-
tra Collegium.*

Collegium interea Altissiodorense procella non minus gravi quam subita conflictatum est in Provincia Campaniae, nihilque aegrius factum quam ut ea nostrorum familia exitio eriperetur. Procellae, quae causa, quod initium exitusque fuerit, breviter demonstrandum est. Cum primum vocata fuit Societas Altissiodorum, redditus Collegii ex parte fuerunt constituti in trecentis fere libris Gallicis, quae capitulationis nomine colligerentur in annos singulos una cum tributo Regis. Perviderunt sane nostri jam tum, odiosam Societati esse, ac decursu

temporis gravem Civitati fore perpetuam hanç exactiōem: sed ut aliter statuere-
tur, efficere non potuerunt. Accidit hoc anno ut extraordinarium tributum impone-
retur a Rege, cuius exactio erat ob anni sterilitatem difficilis. Cum id aegre ferret
populus, et multorum querimoniae tota exaudirentur urbe; fuit qui maligne com-
monefecit plebem, pecuniam exigi non inferendam in aerarium Regis, sed ces-
suram in commodum Jesuitarum. Scilicet ut boni Patres laetus vivant, opprimi
intolerandis oneribus Civitatem. Ea vox, in vulgus sparsa, feralem seditionis flam-
mam accendit. Fit raptim nefaria coitio tum contra Jesuitas tum contra Regios
Ministros, Insana plebecula, aere campano et vocum clamore dissono concitata,
dividitur in duo agmina. Pars ad domum Praesidis, pars ad Collegium Societas-
tis pro voluntate. Primi, imparatam nacti domum, omnia diripuerunt. Alteri, objectu
forium prohibiti ne occuparent limen, tollendis clamoribus inconditis jaciendis-
que contra parietes lapidibus explebant iram: cum subito ac largo imbre deci-
duo coacti sunt ad sua quisque tecta confugere. Sic transactum illa die. Po-
stridie mane iterum sonus editur aero campano, notum factiosis signum. Eo per-
strepente, male feriata plebs, furiali velut face inflammata, concurrit, unoque ac
maximo agmine in Collegium tendit. Praeverterat instantis periculi celer nuncius.
Itaque, cum subierunt seditionis, forces occluserant Patres in tempore admoni-
tati, atque aditus Collegii omnes repagulis communierant. Hoc magis illi freme-
re, vociferari, summa vi forces moliri. Afflit inter haec Senatus cum sue digni-
tatis insignibus, si forte ipsa specie publicae potestatis reprimerentur furentium
animi. Ac principio quidem Senatores, silentium poscentes manu, mulcere tu-
multuantem multitudinem verbis humanissimis conabantur. Ast ubi vident ne-
que precibus neque promissis contumaces flecti, rejecta toga, distringunt gladios,
ac facessere omnes pro imperio jubent. Unum quin etiam e populo ferociorem,
qui forces urgebat proprius et jam pene dimoverat, in omnium oculis contruci-
dant. Eo casu versae momento res. Factiosi, confossum jacenteque ut viderunt
e suo numero unum, hac illuc propere dilapsi, locum deseruerunt: sed ira an-
metu, incertum. Eos plerique suspicabantur ad rapienda armis discurrere, mox
in ultionem patratae caedis ferocius reddituros. Quae cum valerer persuasio, vi-
sum e re praesenti, ut nostri urbe tantisper cederent, periculi declinandi causa.
Discesserunt itaque eadem omnes hora, vacuo relicto Collegio. Urbe digressos
excepit vir nobilis et amicus in suo suburbano. Quod tamen timebatur, adeo non
accidit, ut immo ira populi deferuerit statim, et locum sanioribus consiliis de-
derit. Parum est populum fuisse mitigatum. Plerique, mutata subito voluntate,
Patres optimos requirebant, eorum absentiam acerbe cerebant. Ipsi seditionis au-
tores, pudore oppleti, accusabant se, quod immerentibus, imo verius optime de
se meritis, molestiam intulissent. Ita cum appareret, iracundia magis quam odio
contra nos actum fuisse, et iracundiae nullum superasset vestigium, die postero
nostri, luce palam, deducentibus civium honoratissimis, in suam sedem remigra-
verunt, neque solum sine noxa, sed cum magna Civitatis gratulatione excepti
fuerunt.

Motum Altissiodorensim laetae reductiones haereticorum exceperunt in Comi-
tatu Salmeni. Est ea Lotharingiae parva Provincia, ad fines Alsatiae inferioris,
millibus passuum viginti quatuor ab Argentina. Franciscus Lotharingus, Valde-
montis Princeps, ad quem uxor e Rhengraviorum familia dimidium ejus ditionis
in dotem transtulerat, regionem erroribus Calvinianorum foede corruptam dolens,
immisit in eam nostros operarios, qui veritatem errantibus commonstrarent. Nec
eum consilii poenituit sui. Trecentae amplius fuisse dicuntur familiae, quae se
Patribus catholice instituendas permisere. Princeps, ea re maximopere delectatus,
stable post haec domicilium Societati offerebat Bandovillerii, quod oppidum est
Comitatus praecipuum: sed ejus liberalitatem nostri Moderatores, certas ob cau-
sas, maluerunt gratis animis prosequi, quam admittere. Atque haec de rebus
Campaniae.

Sociorum in Provincia Tolosana desudantium laborem multae haereticorum
transitiones commendaverunt. Tolosae gregalium amplius quinquagenos operarii

Tom. II.

7

150.
*Unius e sedi-
tiosis caede com-
primitur.*

151.
*Fruges colle-
ctae in Comitatu
Salmeni.*

152.
*RES TOLOSANAES.
Fructuosi la-
bores in variis
Provinciae locis.*

Societatis ad obedientiam Romani Pontificis reduxerunt. Biterris conciones haberat per majora jejunia P. Alexander Rigordus, orator vehemens, et in refellendis haereticis disertissimus. Peracto concionum cursu, Calvinianos quadraginta in Ecclesiae sinum recepit. Par operae praetium in iis etiam locis factum, ubi Societas domicilium non erat. In Collegio Biterrensi numerabantur Sacerdotes dumtaxat tredecim. Ex hac tamen operariorum paucitate dati sunt vicinis urbibus divini verbi praecones et sacrorum ministri, Agathæ, urbs Episcopalis, unum accepit adeo laboriosum, ut, praeter concionandi laborem, Cives ad unum omnes audierit pro confessione, ex iisque multis a prima usque aetate peccata recensentes. Qui Florensacum ex eodem Collegio venerat concionator, litterario certamine instituto, victoriam luculentam de uno quodam ministro Calvinianorum tulit. Peracta est disputatio in foro, propterea quod confluente ad id spectaculi populum parietes templi non recipiebant. Quater decernatum est diversis diebus. Postremo adversarius ita pressus est vi rationum ac pondere, ut obmutuerit. Quod cum cedentis esset indicium, ex adstantibus multi, continuo erroris revicti, Calvini sectam cum Ecclesia commutaverunt. Illustriorem habuit exitum disputatio Gignaci acta, quod oppidum est Dioecesis Biterrensis. Doctor Calvinianus, cum ad publicum certamen lacescisset nostri Ordinis Sacerdotem, jactaverat palam, se totos quatuor dies certaturum. Die tertia, ne descendere in aciem cogeretur, turpiter profugit ex oppido. Qua sectae ignominia moti quidam e Calvini grege, ad Catholicas partes transfugerunt. Quae quidem nos, non per Jacobitiam, ut non nemo nobis objicit, exponimus, quasi vero in certamine ingenii atque doctrinae praejudicata Jesuitæ disputatoris victoria sit, sed ut causæ bonitas, quam nostri contra haereticos defendebant, ex ipso disputationum exitu commendetur, in quibus scilicet, etiamsi minus ingenio valerent nostri, tamen doctissimos quosque adversarios superabant. Ut vel inde appareat, veram doctrinam tuentibus adesse coelestem spiritum, et omnino implendum illud oraculum *: *Dabo vobis os et sapientiam, cui non poterunt resistere et contradicere omnes adversarii vestri.*

Luc. 21.

^{153.}
Mauriaci pri-
mum exponitur
sacra Hostia per
ferias bachana-
les.

^{154.}
RES LUGDU-
NENSSES
P. Petri Fabri
memoria illu-
stratur insigni
miraculo.

Mauriaci hoc primum anno instituerunt nostri, quod caeteroqui usu fere communis Societatis receptum erat, ut per dies ultimos Bachanalium sacrosanctam Hostiam haberent propositam in sua aede, cum ingenti luminum copia et apparatu quam posset splendidissimo. Novitatem, per se augastam, augustiorem fecerunt Cives, tum assiduo concurso, tum sacris publicisque supplicationibus, in quibus nihil neque ad pomparam neque ad pietatem desiderares. Haec tacite observans Calvinianus e nobili familia, reputare secum coepit, aut vere Corpus Christi latere in Eucharistia, aut graviter insanire tot Catholicos, qui sic eam venerarentur. Cum hoc alterum aegre persuaderet sibi, ad illud primum inclinavit. Adeo cultus ipse exterior rerum sacrarum, si cum dignitate fiat, speciem verae religionis offundit incredulus!

Inter acta Provinciae Lugdunensis illud cum primis videtur nota dignum; quod insigni miraculo illustrata est memoria P. Petri Fabri, viri apud nos immortaliter memorandi, qui inter novem beati P. Ignatii socios primus fuit. Est apud Allobroges in Genevensi Dioecesi oppidum, Villaretum vocant, Fabri natale solum. Oppidanus, qui hoc Cive plurimum nec immerito gloriantur, tempore de quo scribimus, eum prope ut Sanctum Ecclesiae fastis adscriptum colebant. In paternis ejus aedibus altare visebatur a S. Francisco Salesio consecratum, quod ex tota circum vicinia frequentabatur magno concurso. Votivæ tabellæ plures, et anathemata, loci religionem augebant. Fabrum præ cunctis venerabatur Sacerdos spectatae pietatis, Petrus Critanus nomine, senex idem annosus, et Parochus Thonensis, qui pagus est exiguis haud ita longe a Villareto. Is autem in suo maximo periculo expertus est, non coli eum frustra, nec sine fructu invocari. Nox erat concubia, ac forte Critanus strigoso jumento ferebatur per abrupta ac confragosa Alpium juga, ausus tam devexa aetate viam carpere periculi plenam, idque noctu ac nullo itineris comite. Cum subito, fallentibus vestigia lubricis saxis, jumentum prolabitur, unaque sessorem abripit in praeeeps, haud dubie

peritum; interque praeacutus scopulos, nisi ope plus quam humana servaretur, disperendum in frusta. At in ipso lapsu Fabrum inclamans et auxilio vocans, hunc sibi adstantem vultu hilari ac sereno manumque porrigitem vidit: `qua sustentatus manu, constitut in rupis crepidine illaeus omnino, ac ne periculo quidem exterritus aut conturbatus. Beneficium quo excepit animo Sacerdos pius, primum est opinari. Ut se collegit, gratias egit amantissimo liberatori suo, cui deberet posthac incolumentem et vitam. Progressus hinc ad Antistitem Genesensem, Joannem Franciscum Salesium, rem omnem ita ut acciderat retulit, ac jurejurando confirmavit. Qua relatione perpulit eum, ut de sanctitate Fabri, quod saepe antea multi rogaverant frustra, quaestione legitimam institueret. Quod praesens beneficio Faber, hoc mirabil ostento impetravit P. Petrus Peguetus, ut suo venerationem nomini conciliaret. Decesserat Peguetus ante annos ferme triginta quinque Mormeorne, quod oppidulum est agri Carpenteractensis: cumque opinionem sanctimoniac ingentem reliquist, egerant saepe nostri ut ejus ossa in Collegium Carpenteractense transferrentur, sed nullo effectu. Idem negotium urgebat vehementius hoc anno Patres apud Collegii Rectorem Franciscum Maillardum, neque tamen impetrabant ut tam diurni tam justi voti fierent compotes. Rem denique Peguetus ipse confecit. Dies erat III. Idus Martii. Ea die, dum Rector ad aram templi maximam Sacris operatur, affuit ex improviso ante gradus altaris ignotus senex in veste Societatis, venerabili specie, ore hilari lucentique in tantum, ut proxima collustraret, constitutque provolutus in genua, sacram suppliciter adorans Hostiam. Senem viderunt ex iis qui adstabant saltem undecim, partim inferiorum classium discipuli, partim grandiores natu viri. Sed quamquam formam hominis ac splendorem insolitum singuli mirarentur, tamen de re sermonem intulit nemo, quod unusquisque unum aliquem crederet sociorum peregre advectum, eam vero lucem vano ludibrio adscriberet oculorum suorum. Ecce autem postridie species eadem, iisdemque in circumstantiis loci, temporis, sacrificii, quodque notabilius, perspicua tantum iis qui pridie eam conspicerant. Enimvero mirum videri id atque insolens: tum vero maxime, cum quaerendo cognitum est, hospitem in Collegium advenisse nullum. Multus inde sermo ac varius, tum inter nos, tum inter externos. Interrogantur testes oculati undecim: descriptio ignoti sensis etiam atque etiam exquiritur. Qui Peguetum de facie cognorant (et erant Carpenteracte multi), huic congruere omnia confirmabant. Cum ergo in aliis suspicio non caderet, probabili conjectura confectum est, voluisse Peguetum hoc ostento indicare, quid fieri suis osibus et quo condit ea loco vellet. Prior in hanc sententiam iit Rector Maillardus, neque ultra restitit Patribus, Pequeti mortales exuvias depositibus. Eas itaque cum assensu Episcopi conquistas Mormeorne, atque ex loco ubi jacebant effossas, in templum Collegii Carpenteractensis deportari jussit, ac prope aram maximam quo decebat honore condidit.

Dum ita reflorescebat Patrum mortuorum memoria, viventibus laudis materia accrescebat. Est Lugduni celebre Prochodochium, ubi singulis diebus dominicis innumerae prope multitudini egenorum viritim dividuntur panes. Institutum hoc anno, ut iis nostri panem frangerent divini Verbi, et Christianae Doctrinae praeceptiones explicarent. Avenione injuncta est Societati provincia concionandi identidem ad Hebraeos: sed hujus operis qui fuerint successus, non invenio. Supicor, cum natione hominum pervicacissima nihil admodum aut parum fuisse confectum. Multo certe felicius alibi acta res cum heterodoxis. Diae, quod oppidum est Galliae Narbonensis, Sociorum ibi degentium ministerio haeretic ferme centum ad partes Catholicas reverterunt. Ebreduni primores sectae suam condixerant, ut ipsi loquebantur, synodus. Cum ad eam frequentes superstitionis ministri convenissent, qui e nostris ibi concionabatur, ne quid inde detrimenti caperet res Catholica, doceri studebat accurate de iis quae per dies singulos in profanis conventibus agerentur: utque audierat aliquid pronunciatum contra Romanam Ecclesiam, id ipse e loco superiore refellebat, atque ita singula ad vulgi captum explicabat, ut vanitatem adversae doctrinae ipsimet persicerent riderentque

155.
P. Petrus Pe-
guetus priden
mortuus viden-
dum se praebet
Carpenteracte.

156.
Eius ossa in
aedium Collegii
Carpenteracteu-
sis transfer-
tur.

157.
Res gestae in
variis Provinciae
partibus.

pueri. Res adeo incommodavit Hugonotis, ut nihil supra. Audiebantur malum precantes suis ministris, qui eam in urbem indixissent Synodum, ubi degerent Jesuitae, genus hominum sectae exitiale. Quare ministri, publicam ignominiam et suorum objurgationes non ferentes, Synodum nulla re gesta dissolverunt, et in aliud tempus negotiorum deliberationem distulerunt. Atque haec ad specimen rerum in Provincia Lugdunensi gestarum.

158.
RES AQUITANIAE.
*Fructus per
Provinciam col-
lecti.*

Etiam in Aquitanica varias haeresi vitisque clades nostri homines intulerunt. Petrocorii supererant de Calvini grege admodum pauci. His errorem dedocit, nullum superstitionis vestigium hoc anno relictum est. Episcopus Vasatensis, Johannes Jambertus, suam ut purgaret Diaecesis, cum alii vitiorum pestibus, tum praesertim intolerandis fraudibus foeneratorum qui grassabantur impune, miserrat in eam duos nostri Ordinis operarios e Collegio Burdegalensi excitos. Eorum sedulitate et industria, superatam prope suam spem laetus aspergit. Vedit enim, quod vulgo rarum, suis restitutam dominis magnam vim aeris iniquo foenore conquisi, neque paucas recensuit iniquioris pacti tabulas aut scissas aut igni traditas. Ex quo potuit agnoscere, foenerandi licentiam excisam penitus, aut certe repressam plurimum et castigatam fuisse. Lemovici scindebant Civitatem factiones, non minus numero praefidentes, quam odio invicem implacabiles. Factionum capita familiae erant due ex potentioribus. His, ut suae quemque moverant necessitudines ac privatae rationes, reliqui se aggregaverant Cives. Ea deducta res erat, ut sui utrinque essent in morem belli duces signiferique constituti, ac justis pene praelitis interdum certaretur. Malum, ut videbatur, insanabile, quodque saepe multi curandam suscepserant frustra, concione una depulit Orator de Societate. Ea concione, quae de bonis concordiae fuit, usque adeo commoti sunt dissidentium animi, ut idem fuerit orationis finis ac simultatum. Qui pacis mentionem antea repulerant contumacius ferociusque, ii pacem rogaverunt primi. Concionator quem dixi et Collegii nostri Rector, pacis arbitri ac sequestri de communi sententia delecti, leges concordiae dixerunt, remque omnem cum magno partium assensu transegerunt. Secuti amplexus mutui, oscula, aliaque redintegratae benevolentiae signa. Sed jucundum in primis accidit, quod paulo post uno omnes agmine, praeceutibus factionum ducibus, perrexerunt ad S. Martialis Lemovicensem patroni, ad ejusque aram pacem solemni ritu firmarunt.

159.
*Mira constan-
tia cuiusdam
pueri ad Eccle-
siam transgres-
si.*

Ex iis, quos ad Ecclesiam retraxit nostrorum labor, admirationem praeci-
puam habuit Pali in Bearna puer tenerae aetatis, qui, primis imbutus in Colle-
gio nostro litteris, una hauserat veram fidem, haustamque mordicus retinebat. Mater haeretica, atque haeresi perdite addicta, filii ut molliret animum, machi-
nas multas movebat, sed nullo effectu. Submisserat ad eum redargendum dele-
ctos sectae ministros. Puer ministros excepterat cum contemptu, corum dictis nec
aures dederat. Efferata mulier intentat puerō innocentī minas, incutit verbera. Cum neque sic de proposito dimoveretur, ei demum surripit indumenta, optio-
nemque dat, ut vel redeat ad sectam, vel dies totos in lecto contabescat. Risit
puer legem impiam, paratisque aliunde integumentis, in Collegium Societatis pro-
ripuit se. Ibi cum esset, scripto executus rationes quas habuisset transfugiendi
ad Ecclesiam, lucubrationem suo marte confecit: quam qui legerunt Theologi,
negabant fieri quidquam posse nervosius. Lucubrationem transmisit ad matrem,
nec ita multo post Societati dedit nomen, non alia magis adductus causa, quam
ut gregalium quam posset plurimos ad Christi ovile revocaret. Hoc generosae
constantiae exemplum vidit Palensis Civitas, laudavitque. Exemplum longe diversi
generis Pictavii conspectum est. Vir nequam, seu verius furiosus, nulla licet re-
a quoquam nostrorum laesus, statuerat apud se quoscumque de Societate posset
interficere. Hac mente venit quadam die in Collegium parricidali succinctus gla-
dio: sed vix limen ingressus, terrente sceleris magnitudine, retulit pedem, ac
cessim abit innoxius. Paulum abscesserat, cum, obfirmato ad facinus animo, re-
flectit subito gradum, Collegium subit, penetratque se in aedium interiora. Sors
tulit, ut ex omni Sociorum numero primus occurreret subeundi Ludimagister, ju-
venis animo ingenti ac prompto. Qui, tametsi nihil suspicabatur adversi, ut ruere

160.
*Aproz facinus
contra Patres
Collegii Picta-
vieni.*

improbum districto ferro ac peti se vidit, non abjecit animum. Primum ictum fefellit feliciter objectu brachii. Novos deinde ictus prohibuit, ferrum infestum impavida retentans manu. Captato demum tempore sublatoque clamore, prorupit se, manu leviter saucia. Ad clamorem accurrebat Janitor. Involat in eum latro, adigitque ensem in latus. Tum eductum ex vulnere, ferocius dirigebat in pectus, cum supervenire multi, quorum ille accusu exterritus, se conjectit in fugam. Ita reliqui Sociorum periculo exempti fuerunt. At improbo non fuit innoxium suum scelus. Captus damnatusque, frustra Patribus clementiam Judicum implorantibus, capite supplicium luit. Quos vero sauciaverat, brevi convaluerunt.

Provinciae Flandrobelgicae duae prae ceteris res laboriosum hunc annum ac porro frugiferum effecerunt, pestilenta quae in aliquot regionis urbibus etiamnum saeviebat, et poenarum remissio generalis quam Urbanus VIII. Pontifex maximus toti Belgio concesserat ex formula anni saecularis. Quae tamen per occasionem utriusque rei fuerint gesta, non commemorabo fusius, quippe ex eorum genere quae in nostris annalibus passim occurunt. Alia quaedam sunt ad ejusdem anni memoriam insignia, quae praetermitti non debent. Mechliniae florerat olim, sicuti uspiciam, ea religio, qua transfixam septem doloribus Beatissimam Dei Matrem venerari solent Catholicci. At novissimi temporibus, haereticorum late grassantium iniquitate, sensim conciderat. Nam quae *cunctas haereses sola intermit in universo mundo*, cam praecipua malevolentia insectantur falsorum sectatores dogmatum. Id reputans concionator de Societate, ut collapsum Deiparae cultum restitueret, coepit singulis sabbatis de ipsis doloribus verba facere ad populum, qui ad concionem frequentissimus concurrebat. Atque ubi vidit commiserationis et pietatis sensu tactos audientium animos, mentionem intulit de ergunda seu potius instauranda pia Sodalitate, cuius praecipuae essent partes recolere ac pie venerari septenos dolores Virginis: remque, animis ita affectis, spe citius conflectam habuit. Sodalium albo primus adscribi voluit Episcopus. Secuti sunt alii certatim, usque ad quatuor millia et septingentos. Sacris religionibus in honorem transfixae Virginis peragendis designatum sacellum in basilica post primariam amplissima, eidem Virginis dedicata. Quo primū die aperendum fuit novum Sodalitium, placuit celebratatem adhibere. Dispositis itaque circa basilicam pictis tabulis dolorum argumenta referentibus, simulacrum dolentis Virginis, mole et ornatu spectandum, magno populi ac nobilitatis concursu ex templo S. Rumoldi in sacellum de quo dicibam devectum est. Aderat unus nostrorum, qui aptam temporis orationem ad confertissimam multitudinem habuit, ac tum demum Hierarcha, Pontificio induitus Syrmate, Sodalitatem rite ac recte institutam pronunciavit. Jam ab eo tempore, mirum ut refloruerit Mechliniae vetus religio erga Deiparam. Illud praeter alia in mores inductum, ut quotidie multi e Civitate, viri pariter ac mulieres, primo diluculo accederent ad templum, cui appositae dolorum imagines pictas diximus, hasque obirent venerabundi, et quidam pedibus nudis. Sancta, etiam lex, ut deinceps, per menses inter ferias Paschales et Calendas Octobris intercurrent, secunda quoque Dominica de doloribus Virginis sermo haberetur. Postremo Regius Quaestor recepit ultro onus, ut singulis mensibus solemne Sacrum exquisitiore ritu fieret in obsequium ejus, idque non sua tantum cura, sed etiam sumptu: quea res ad hanc usque actatem pervenerunt. Restituto in hunc modum cultu Deiparae, etiam sanctissimo ejus spenso Josepho novos clientes dedit Patrum Mechliniensium industria, conflata in ipsis honorem Sodalitate, cui similiter multi ex utroque sextu se adjunxerunt. Sodalitatis sedes est attributa in aede S. Catharinae. Caeterum ex binis, quas dixi, Sodalitatibus neutrana nostri administrandam suscepere, contenti suis domesticis Congregationibus quas in omni Domo Collegioque Societas habet B. Virginis titulo insignitas et Congregationi primariae Collegii Romani adnexas.

Quarum Congregationum quoniam incidit mentio, septem hujus generis numerabantur hoc tempore in Collegio Lovaniensi, singulae adeo florentes numero, ut sodales censerentur ad mille et sexcentos. Aegre faciebat id quibusdam Academicis, qui animo erant a nobis alieno: utque tantos Civium concursus a nostro

161.
RES FLANDROBEL-
GICAE.
*Restituta et Me-
chliniae cultus
erga B. Virginem
septem doloribus
transfixam.*

162.
*Ibidem erigi-
tur Sodalitas in
honorem S. Jose-
phi.*

163.
*Quales flo-
rent Sodalitates
in Collegio Lova-
niensi.*

Collegio averterent, persuaserunt nonnullis aliorum Ordinum Religiosis, ut similes ipsi quoque Sodalites apud se instituerent: quod factum est. Institutio nem tamen Societatis ne unus quidem sodalium deseruit. Sed sodalium non tam numerus, quam pietas in pretio erat. Quicunque piis frequentabant coetus, sive pueri sive grandes natu viri, modestia ipsa et vitae castigatoris exemplo spectabantur. Unus porro e majori Civium Sodalitio pietati debuit suae, quod in summo vitae discrimine non periret. Dies erat anniversaria, qua se olim Sodalitio divinae Matris adscripterat, eamque ipse diem vitae suaे auspiciatissimam faustissimamque habebat. Hac die, egressus animi causa domo cum filio parvulo, dum forte ambulat praeter ripam Dylae fluminis, seu mente aberrante seu fallente vestigio, praeceps repente decidit in subjectum amnum. Haustus aqua abruptus que impetu undarum, perire cogebatur nulla salutis spe, cum neque enatandi facultatem haberet, neque quisquam mortalium inveniretur in ripa, praeter filium, amiso patre pueriliter ejulantem. Rebus adeo perditus, precem fiduciae plenam concepit ad beatam Virginem, ne pateretur tali die tam misere interire clientem suum. Audivit orantem Virgo beatissima. Qui jam absorbebatur, momento extrahitur ex mediis aquis, et in ripam unde exciderat restituitur: qua manu incertum, sed certe non humana.

^{164.}
Sodalis Marianus in summo periculo servatur ope Deputata.

Plus habuit admirationis ac multo majori strepitu vulgatum est toto Belgio miraculum, quo Deus illustratum B. P. Ignatii nomen voluit Mechliniae. Anna de Witte, virgo honestissimi generis, multis variisque morbis implicita, post annos irritae curationis quatuordecim, ad extrema devenerat. Corpus totum hydrope insanabilis intumuerat enormem in modum. Accedebat foeda viscerum effusio, ex disruptione peritonaei. Febris deinde fere perpetua, assidua vomitio ac vehe mens, sitis inexplicabilis, dirae convulsiones nervorum, defectiones animi crebrae ac diuturnae, macies denique summa, et ex longa jacendi consuetudine debilitas tanta, ut nec unam movere tibiam posset sine ope. Toto quadrimestri spatio nihil fere sumperat cibi, quod non illico nauseans rejectasset. Novissime, desperata curatione, medici ut proxime moritaram commiserant Sacerdotum curae, ac supremis muniendam Sacris curaverant. Illa tamen spem recuperandae valetudinis non abjeciebat. Ignatii reliquias, cuius erat studiosissima, curavit sibi a nostro Sacerdote deferendas, votumque nuncupavit, si revaluisset, celebraturam quotannis diem ejus anniversariam pridiano jejunio et cerei libralis dono. Dies erat, cum votum istud concepit, Julii mensis secunda. Die eadem commoveri interne sensit viscera, quasi colliderent concuterentque sese intestino tumultu. Simul in usitato est correpta languore, ut videretur a supremo discrimine propius abesse. Non remisit propterea de fiducia, quam in Ignatio habebat depositam. Reliquias manu tenens, Patronum suum ardentius invocabat. Horae momento facta est voti rea. Quae totum fere mensem nihil urinæ excreverat, repente assurgens, magnam ejus humoris ejicit copiam. Nec ita post multo, hydrope abstergo, sanata hernia, malis caeteris omnino deletis, paternas aedes atque hortum domesticum ob ambulavit, ea firmitate virum, ac si nunquam aegrotasset. Miraculi fama, totum quam maturime Belgium pervagata, pervenit ad Annæ matrem, quae Antuerpiæ degebat, mulierem Calvinò perdite addictam, atque ita pertinacem in errore, ut spem faceret nullam resipiscendi. Haec, ut audivit de valetudine filiae tam insperata, tam subita, tum enim vero se fore Catholicam dixit, si filiam cerneret ex toto persanamat. Vedit, ac promissa servavit, ad partes Catholicas trans gressa. Quo testatior fieret miraculi fides, res alia mox evenit miraculo quam simillima. Mulier, cui secretiora Annæ incommoda fuerant longo usu perspecta, aegrotabat graviter ex pestilente. In eo statu, cum mentiendi pretium esse nullum poterat, rogata ut testimonium diceret de modo quo Anna convaluisse, non solum id quod a nobis narratum est prolixè affirmavit ac jurejurando interposito confirmavit, verum etiam addidit, se quoque brevi persanandam Ignatii ope. Quod, qualicunque fiducia dictum, eventu est comprobatum. Mulier enim, etsi in nulla prospera curationis spe, paucos intra dies recepit valetudinem. Sed a pa rente sanctissimo stylum reflectamus ad filios.

^{165.}
Celebre miraculum S. Ignatii Mechliniae.

^{166.}
Plura ad miraculi contestationem secura.

In Provinciis Ordinum Foederatorum fructu non pigendo Socii desudabant. Catholicis bene multis hoc anno subventum est ministerio Sacrorum, multi item ex haereticis ad veram fidem traducti. Hornae moriebatur puella in primis pia, angebaturque vehementer quod parentes relinquere haeresi mancipatos. Hi, filiae morientis precibus supremis et lacrymis exorati, ejus ut lenirent moerorem, Patri Robaeo, qui rem ibi Catholicam procurabat, se permiserunt, atque una cum aliis quadraginta in verba Ecclesiae juraverunt. Roterodami Sodalitas sub tutela Deiparae nascens est instituta, cuius eximiam pietatem ex una tantum re aestimare licebit. Appulerant ad eam urbem Piraticae Turcarum duae, in quibus captivi censebantur Lusitani septedecim. Sodales, qui erant tringita omnino, miserati aerumnosam captivorum vicem, ad eos liberandos appulerunt animum, pecuniaque partim de suo collata, partim ab aliis Catholicis corrogata, summam conseruerunt quatuor millium florinorum, quo pretio praedonibus representato, Lusitanos redemerunt et viatico instructos in Brabantiam transmiserunt. Sodalitati praeerat P. Joannes Rainierius, cuius praeuersa industria sensim augebatur religio Roterodami. Hunc in medio laborum cursu mors oppressit, virum, si quis alius, impigrum et animarum studio flagrantem. Jacturam doluerunt Catholici multis ac veris lacrymis: fuitque omnini una vox, haud facile sarciri damnum in eo factum posse. Rainierii sane dexteritatem sive in reducendis ad veram fidem heterodoxis, sive in Catholicis excolendis et ad optimae quaque incitandis, pauci aequabant. Alios interea Socios diversi casus exercuerunt. Lugduni Batavorum P. Nicolaus Borleustius, dum commissum sibi gregem sedulo pascit, occulto scelere ac profidione falsi cujusdam fratris, in manus haeretici Magistratus traditur. Idem contigerat P. Augustino Van-Teilingen Amstelodami, nisi amicos haberet plurimos ac multarum opum, quorum interventu dimisso ad labores ministerii sui rediit. Similes insidiae nostris ubique operariis strebantur, ut mirum sit, in tanta delatorum ac perquisitorum frequentia, tam paucos fuisse interceptos. At multorum instar fuit Praepositus Provincialis, P. Florentius Montmorancyus, ab insidiatoribus intercepitus, cum abesse longius a periculo videbatur. Trajecto Ruremondam deferebatur Mosa flumine, cum subito ad oppugnandum navim, qua vehebatur, coorti sunt Batavi. Navis, praesidio fulitum satis instructa, diu pugnacissime restitit. Sed, praevalente hostium numero, post acre certamen, ad deditonem coacta est. Montmorancyus una cum tribus Sociis abductus Graviam, primos dies duodecim exegit in publica custodia inter fures et maleficos, ut unus e multis. Postea vero quam innotuit conditio ejus, jussu Principis Arausiensis, quicum aliqua cognatione generis jungebatur, eductus inde, honestius apud Catholicum hospitem haberi coepit, donec, pactus de summa preti certo dierum spatio solvendi, fidejubentibus Catholicis, libertatem recepit.

Eodem anno liberati tandem sunt bienni carcere Patres ii Brasilienses decem, quos a Batavis captos ostendimus volumine superiore. Libertatem eorum redemit Isabella Hispanica, Belgii Gubernatrix, facta captivorum permutatione. Nec est dictu facile quibus ob eam rem laetiis incesserint homines nostri, quanto cum nostris gaudio externi certaverint. Jacobus Scapius, vir inter Catholicos Amstelodamenses facile princeps, missos e carcere exceptit domi, beatum se praedicans, cui tales habere licet vel ad tantulum tempus hospites. Paraverat iis convivium splendidum, sed, non ausus accumbere eidem mensae, adstitit praecinctus linteo, ut aquam infunderet manibus et pocula ministraret, vixique viri pietas modestiam Patrum, honorem talem frustra deprecantium. Scapio vix Catholici reliqui concederunt, a quibus nulla est honoris ac benevolentiae significatio praetermissa adversus eos. Discessuris pecuniam obtulerunt multi, discedentibus plerique supremum vale perfusi lacrymis dixerunt. Amstelodamo devecti sunt recta Brugas, quae urbs Regiae ditionis prima occurrebat. Sed praevertat eorum adventum fama incredibilisque expectatio. Urbem itaque subeuntes proclinata jam die, affusos ad portam invenerunt proceres fere omnes tum sacri ordinis tum civilis, qui adventantibus magna obviam itione occurrebat. Secutae benignae invitationes, nihil omissum ex iis quibus nobiliores suscipi

167.
*Missionis Hol-
landiae fructus
memorables.*

168.
*Mors et elo-
gium P. Joannis
Rainierii.*

169.
*Capiuntur e
nostris aliqui, ac
prae caeteris
Praepositus Pro-
vincialis.*

170.
*Liberantur
carceri decem
Socii Brasiliens-
es. Honor iis
habitius ab Ca-
tholicis.*

^{171.}
*Maxime vero
ab Isabella Hispanica Belgii
Gubernatrix.*

hospites colique solent. Caeteris praecevit exemplo Antistes Brugensis, viros, ut ipse ajebat, Apostolicos, nulloque suo merito diram captitatem passos, praecepsu honore colendos dictans. Sed nihil aequo confudit Patres, ac humanitas singularis qua Bruxellis excepti fuerunt ab Isabella Gubernatrix. Regia mulier, pisisima eadem et Societatis nostrae amantissima, quae toto eos biennio liberandos curasset frustra, ut liberos et incolumes vidit, gratulata sibi laetum exitum curarum suarum, aegre a lacrymis temperavit. Redibat tum forte dies magni Xaverii anniversaria. Ea die Gubernatrix in aedem Collegii nostri venit, rei divinae interfutura: quam tamen fieri ab uno Patrum Brasiliensium voluit, quod eos diceret peculiari quodam jure filios Xaverii appellandos. Postremo honoribus cumulatos, et quatuor florenorum millibus viatici nomine donatos, in Lusitaniam

^{172.}
*Mors et elo-
gium P. Guel-
mi de Pretere.*

<sup>Liber. I. n.^o 75.
et liber. VIII. n.^o 32.</sup>

Inter haec finem vivendi fecit Antuerpiæ P. Gulielmus de Pretere, operarius mire strenuus, cuius est alibi a nobis facta * mentio: eoque accedit acerbior viri obitus, quod erat in ipso robore aetatis, annum quadragesimum octavum nondum supergressus. Moriendi causas contraxit ex laboribus immodiciis, quos pro salute animarum exantlabat. Nam cum id temporis regio omnis arderet bello Batavico, frequentesque inventarent copiae secus Schaldim fluvium per castella dispositae; iis ipse tantum tribuebat operae solus, quantum vix plures operarii possent. Stationes et contubernia militum invisebat identidem, ex uno ad aliud castellum excurrebat, ubique milites rerum coelestium incuriosos ad pietatis studia excitabat, peccata consitentes audiebat, Sacris reficiebat, idque interdum ne minimo quidem spatio temporis ad quietem sumpto, jejonus saepe, saepe vigilia, frigore, inedia prope enectus: ut mirarentur multi, in tanta laborum assiduitate ac magnitudine constare illi tandiu vitam ac valetudinem posse. Plures continententer menses perseveravit haec agere et pati, donec, vir inexibilis charitatis, non ex aere tamen aut ferro, succubuit oneri, eademque die, quae fuit IV. Idus Novembres, laborum simul ac vita cursum abruptit. Mortuum nostri pariter et externi fleverunt. Flevit præ caeteris Joannes Malderus, Episcopus Antuerpiensis, qui eum sibi adsciverat conscientiae arbitrum, habebatque omnium fere consiliorum participem. Ortum habuit P. Gulielmus Bruxellis. Partem vitæ maximam posuit Antuerpiæ, cui Civitati quantum opera consilioque profuerit, majus est quam ut consequi verbis queam. Nullum subterfugere laborem solitus, operariorum multorum partes implebat unus, unus quae multi ferre vix possent onera sustinebat. Quatuor regebat diversi generis Sodalitia, eodemque tempore militibus praesiadiariis operam fere assidua impendebat. Alibi vidimus institutas ab eo scholas catecheseos pro vagis iis adolescentibus, quibus ob pauperiem aut parentum incuriam decesset necessaria cultura. Has ille scholas, quae brevi usque ad viginti quatuor excreverunt, nunquam destitut procurare ac fovere. Ad ipsarum utilitatem adhibuit non solum vocem, sed etiam calatum, editio libellis piis, quos pueri, rejectis anniis ac liberioribus, lectitarent. Praeter haec, quasi multum adhuc haberet otii, aegrotis, pauperibus, vinctis, in publicis nosocomiis, in privatis domibus, in custodiis dies ac noctes praesto erat. Prodire ad concessionem, confessiones audire, morientibus assidere, reos capitales ad supplicium deducere, nunquam recusabat. Quidquid ageret, pietatem meram spirabat. Is vero emicabat ex ejus ore plus pene dixerim quam humanus pudicitiae nitor, ut vulgo Angelus vocaretur.

^{173.}
*Obitus et elo-
gium P. Antonii
Sucqueti.*

Non erat illi inferior pietate P. Antonius Sucquetus, hoc superior fortasse, quod insigni etiam prudentia, quam in regendis aliquandiu nostris probavit, spectabatur. Tironum institutioni praeceps annos novem. Collegium Bruxellense ac totam deinde Provinciam cum eximia laude administravit. Novissime, cum Romanum vénisset Provinciae suaे Procurator, Belgium repetentem mors interceptit Parisis XV. Cal. Martias. Natus erat Sucquetus Mechliniae ex domo senatoria. A puero virtutis plusquam puerilis dedit indicia, cum in omni vitae instituto pietatis gravitatisque pleno, tum præsertim in componendis quae forte suborirentur inter condiscipulos ac domesticos famulos rixis, quas saepe consilio, precibus interdum

et lacrymis sedavit. Societatem ingressus anno aetatis vigesimo secundo, totum ad divinam contemplationem adiecit animum: sed p[re]ae contentione mentis assidua magnos jam tum contraxit dolores capitis, quibus quamdui vixit perpetuo est cruciatu[s], nunquam tamen ne coelestia meditaretur prohibitus. Super-nas illustrationes, quibus inter orandum afficiebatur, referebat in adversaria: ex iisque duo confecit volumina, quorum alterum *Viam aeternae vitae*, alterum *Testamentum hominis Christiani* inscrisit. Nihil illi sapidum, nisi de Deo cogitare, loqui, ac scribere. Caeteris mitis et blandus, severitatem erga se maximam exercet. Inopum aerumnis tangebatur perinde ac suis. Nullus mendicorum, ubi praeesset ipse, sine stipe dimittebatur. Proprios habebat pro pauperibus loculos, solebatque ex omni Collegii proventu pecuniam seponere inter pauperes dividendam, hanq[ue] in quaestu collocatam dictitas, utpote quae manibus pauperum in caelestes thesauros deportaretur. Ut vivens Belgis, ita moriens Sociis Parisiensibus exempla virtutum maximarum reliquit. Ex Sociis viginti sex, quot anno uno Provincia desideravit, dignus etiam memoria posteritatis est Fr. Henricus Hoymaker, domesticae adjutor rei. Cum esset honesto ortus genere, ac litteris politioribus non leviter tinctus, non propterea locum quaequivit sibi, uti poterat, inter Scholasticos Societatis, sed inter Fratres infimis ministeriis addictos. Ita deinde per annos amplius quadraginta vixit, ut scientiae nullum p[re]ae se ferret indicium, neque sibi ob eam rem plusculum quam Fratres caeteri arrogaret. Obedientiam humilitatemque ejus ex hac una re licet agnoscere. Fuerat, cum viveret apud se, professione Architectus, struendisque aedificis dederat operam. In Societate jussus curare fabricas, quas vel fieri ex integro vel sarciri contingeret, si quid in ipso opere minus probarent moderatores, iis quantumvis architectonicae artis imperitissimis obtemperabat, eo eorumque praescripto mutabat structurae formam adeo obediens, ac si radis ipse talium rerum, illi apprime experientes essent. Morti proximus quaedam aperuit Moderatori conscientiae suea, quae ad Fratrum caeterorum utilitatem vulgari cupiebat. Atque haec fuerunt: Sibi morienti jucundissimum esse, quod Ordinem Sacerdotii a majoribus oblatum respuisset. Nunc plane intelligere se, quam vere olim affirmaret P. Jacobus Lainius, non facile repertum iri genus hominum, cui plura suppetant adjumenta salutis semipertnae, quam Fratribus Societatis, si tamen suis uti bonis sciant. Memores proinde sint Fratres conditionis suae, humilitatem colant, Sacerdotibus subservire omni ope ac diligentia studeant. Id se Sodalibus suis optatissimis unice commendatum velle. Id si fecerint, non solum sine molestia, sed cum ingenti tranquillitate ac fiducia mortem excepturos. Hos ille animi sensus in extremo vitae discrimine constitutus explicuit, qui ex praescripto ipsius vulgati ac per Provinciam circummissi fuerunt. Decessit vir optimus Gandavi IV. Idus Novemboris. Atque haec de Provincia Flandrobelgica.

Socii Gallobelgi labor insolens ac porro gravis incubuit, ob eam quam dixi Pontificis maximi Indulgentiam toti Belgio communem, cum incitandi p[re]aparendique essent ad oblatam expiationem desides mortalium animi. Nusquam sibi defuerunt Patres. Concionibus habendis Sacrisque ministrandis institerunt, uberem ubique frugem legerunt. Delectavit praesertim eos successus operae, quam militibus legionis Italicae Namurci hybernatibus impenderunt. Dederant his suae concionatorem linguae, dicendi facultate praestantem, per quadragesimam jejuniorum verba facturum. Perorantem audierunt quotidie milites summo concursu, ejus dicta pronissimis animis exceperunt. Atque his homines militares incessit ardor pietatis, qui vel inter religiosos laudaretur. Quidam reprimendi fuerunt, ne flagris jejunisque plus aequo macerarent corpora. Plerique, quod antea vi erant licentius, confessionem piaculari totius vitae noxas a prima aetate repetentes peregerunt. Audit multi, qui plures continenter annos conscientiam eluerant nunquam. Omnes demum de sacra mensa participarunt, ac ne unus quidem inventus qui non uti largitate Pontificis suo maximo bono vellet. Hujus laetitiam rei cumulavit repentinus ad Ecclesiam reditus Batavi unius pertinacissimi, qui proxime aberat ab interitu semipertno. Deprehensus in territorio

Tom. II.

8

174.
Et Fr. Henrici
Hoymaker.

175.
RES GALLOBEL-
GICAE.
Labores Socio-
rum per occasio-
nem Jubilei.

176.
Haereticus
proxime ante
supplicium Ec-
clesiae jungitur.

Namurcensi praedas agere, cum non probaret, quod obtendebat, se legitima militia fungi, damnatus fuerat capite. Priusquam ad supplicium produceretur, plaeuit experiri, num in eo saltem vitae mortisque confinio vellet Calvinus nuncium remittere, atque iterum in sinum Ecclesiae, hinc ad beatam immortalitatem transiturus, recipi. Ille preces peraeque ac suasiones, quibus a nostro Sacerdote urgebat, superbe repellebat. Perrexit pii hortatoris industriam eludere usque ad extremum, adeo contumax, ut, cum maxime ad patibulum rapiebatur, elatiore voce reos iniquitatis fecerit Judices, qui se nullam noxam commeritum poena plecterent capitali. Ventum erat ad arborem infeliciem. Carnifex trahere hominem per scalas caeperat. Neque dum tamen ille a contumacia discédebat. At cum inservisset laqueo fauces, instante vehementi Sacerdote, sucllamante simul ac vociferante multitudine spectatorum ut respiceret se, quae tandem Dei benignitas fuit, emollitus, spati non nihil petiti: quo impetrato, ex ipsis patibuli scalis ejuravit Calvinum, et Ecclesiae Catholicae sacramentum dixit. Tum peracta apud Sacerdotem cum magno doloris sensu criminum confessione, et adstantium pia culis imploratis, plenus optimae spei, Jesum ac Mariam compellans, cervices carnifici frangendas dedit, laetis successu Namurcensibus, qui de ipsius salute jam desperaverant.

177.
RES ANGLICAE.
*Hac crudelissimam
persecutionem contra Catholicos.*

Dum haec in Belgio gerebantur, in Anglia res Catholica iterum, contra quam sperabatur, exigitari coepit. Meliora sane tempora portendebant initio nuptiae Caroli novi Regis cum Henriqueta, Ludovici Galliarum Regis sorore. Ferebatur namque esse inter pacta nuptialia, ne leges contra Catholicos latae exercerentur: quod cum fide bona sibi persuasissent Catholicis, religio paululum respirabat. At vanam spem verus nimium moeror exceptit. Regni Ordinibus congregatis, Legati Civitatum, quos secundum Ordinem vocant, pars conventus ut inferior dignitate ita potior numero, adeo non sunt passi quidquam remitti de veteri legum acerbitate, ut imo novas paraverint prioribus crudeliore. Ac Carolus quidem Rex eas ut juberet leges, inducere non potuit animum. Tamen, Ordinis offensam metuens, facturum se receipt, ut caro staret Catholicis sua, ut ipse ajebat, perfidia. Neque secus quam promiserat fecit. Volitarunt confessim ad Magistratus ac Judices Provinciarum Regiae litterae cum mandatis, ut obtruderent Orthodoxis juramenti formulam, quam Romanae Sedis judicio damnatam diximus: eorum, qui jurare recusarent, alios conijerent in vincula, alios dimidia bonorum parte multarent. Quae cum multo inclementer exequerentur Judices quam Rex imperaverat, perquisitoribus concessa potestas est irrumpendi pro libito in domos Catholicorum, nullo nobilium ac plebeiorum discrimine: propria delatoribus praemia opima, cuilibet permisum, ut, quos nosset jurare recusantes, traheret in ius principali auctoritate. Quanta hinc seges molestiarum Catholicis orta sit, primum est intelligere. Parcebatur nunc quidem eorum sanguini: at excubantibus ubique delatoribus, factaque sibi potestate insolenter abutentibus, nullus erat perquisitionum ac dirarum quaestionum modus. Artifices, aliisque manu victimum quaerentes, multabantur duodenis assibus, octavo quoque die in regium fiscum inferendis. Qui solvere ad constitutum non poterant (poterant vero paucissimi) eorum bona quantumvis frivola sub hasta venabant: qua exactionum acerbitate multi fortunis eversi, et ad mendicandum adacti fuerunt. Erant, quibus tolerabiliora viderentur quae cruentis Elisabethae temporibus experti fuerant. Rebus adeo perturbatis, nostri, qui toto erant Regno distributi ad centum et octoginta numero, pio aderant gregi, ne poenarum metu succumbret immitti persecutioni, idque agebant praecepue, ne quis illo se obstringeret jurjurando quod erat decreto Pontificis maximi repellendum ut impium.

178.
*Fa'so quodam
libello decipiuntur
multi.*

Verum accidit perincommode, ut afferretur per hoc tempus in Angliam libellus Parisii editus, quo nihil pestilentius. Titulum praeferebat Censurae, spectabatque opus, de quo supra dictum, nostri P. Antonii Sanctarelli. Eo libello imperium Ecclesiae penitus subvertebatur, potestas Pontifici maximo nulla relinquebatur. Ad conciliandam falsae doctrinae auctoritatem, libelli titulo adscriptum legebatur nomen Theologiae Facultatis Parisiensis, quasi hinc profecta esset

virulenta censura. Falso id fuisse confictum, postea compertum est. Ipsa quippe Facultas Parisiensis opus tenebricosum, ut sibi falso suppositum, rejecit reprobatique: quodque suo sub nomine prodisset, id factum nolle declaravit, missis ad Regem Oratoribus qui hac de re quererentur. Tamen, cum haec non constarent initio, libellus Parisiis fraudulenter editus, ac temere exceptus in Anglia, multos Catholicorum Anglorum, praesertim e nobilium ordine, perduxit in fraudem. Erant jam ante de Clero, ut alibi demonstratum est, qui formulam Anglicani juramenti tuerentur ut innoxiam, per quamque fas esse arbitrarentur obstringere Regi fidem. Non enim satis perspiciebant, quae admixta essent falsa veris, aequis iniqua. Ii nunc triumphare quodammodo, ut in re penitus explorata. Libellum Parisiensem Catholicis oggerere: consentire sibi gravissimum sanctissimumque Theologorum consilium gloriari: minime vero audiendos in posterum Jesuitas dicere, homines Romano Pontifici plus nimio addictos, et in opinando rigidiores, qui vanis religionibus implicarent hominum mentes. Quibus sermonibus ab alienati sunt a nostrorum disciplina multi, plures, quod deterius, paratis juramentis laqueis irretiti. Tamen major numerus perrexere constantia qua decuit vetus jusjurandum repellere, fidemque Deo debitam fortunis et libertati prae-tulerunt. Constat, ex omnibus qui nostrorum opera utebantur, neminem fuisse prostratum. Apud Devonenses unus e primoribus, rogatus a Magistratu, an non vellet Regi obedientiam profiteri ex prescripta formula, ac templo Protestantium adire? utramque rem indignanti similis repulit: scriptisque ad Regem litteris, facti rationem reddens, aperte professus est, propositum sibi fixumque esse, ut morti proximus vellet vixisse, ita vivere. In Provincia Lancastriensi senex erat decrepitus, ob infirmitatem corporis lecto affixus, qui tamen textrinam habens domi, hoc opificio vitam sat commode tolerabat. Jurare jussus ex formula Anglicana, negavit se facturum, paratus cacteroqui sacramentum fidelitatis Regi dicere, quoad posset religione integra. Id satis culpae visum, ut bonis omnibus spoliaretur. Irrumpunt saevi satellites, diripiunt domum, opificii instrumentum auerunt. Nihil misero relicum fuerat, praeter uxorem, cuius utcunque sustenabatur opera, consuetudine et alloquio levabatur. Hoc etiam solamen senectutis inopiaeque unicum illi inviderunt Judices immansueti. Juramentum exigunt ab uxore de industria, quod eam scirent viro consentire suo. Renuentem, cum nihil esset quo spoliaretur, exurbant domo, contruduntque in vincula: quod, crudeliter in eam factum, viro potissimum incommodabat. Et nibilominus contra tantam immanitatem ambo immoti perstiterunt. Mulier item fui Eboraci, quae, propterea quod concipere jurisjurandi verba recusabat, inclusa fuerat carceri. Urgebant eam amici et consanguinei, ut faceret imperata. Ne qua tangeretur religione, quorundam et Clero judicium, aliorum e nobilitate exemplum proponebant. Ipsa de proposito nihil dimota, ut praecideret expugnandi spem, unum respondere, unum diserte profiteri, nec si altera suaderet Angelus coeli delapsus, commissuram se quidpiam Romanae Ecclesiae judicio damnatum. Sed longum esset exempla hujus generis singula recensere. Quod ad rem maxime pertinet, ante anni exitum venerunt in Angliam litterae Urbani VIII., quibus Pontifex litteris Catholicos Angliae omnes paterne alloquens, eorum sublevare aerumnas, moerorem abstergere, virtutem pristinam contra quascunque temporum adversitates excitare studebat. Deducto inde ad Anglicanum juramentum sermone, sic eos ad constantiam cohortabatur: « Quod si eo usque vis progrediatur, ut vos ad noctum illud et illicitum Anglicanae fidelitatis juramentum adigat, mementote orationem vestram ab universo Angelorum consessu audiri, et adhaereat lingua vestra faucibus vestris, priusquam auctoritatem B. Petri ea jurisjurandi formula imminutum eatis. Non enim ibi id solum agitur, ut fides Regi servetur, sed ut sacrum universae Ecclesiae sceptrum eripiatur Vicariis Dei omnipotens. Quod fel. rec. Paulus V. praedecessor noster in tam gravi deliberatione decrevit, id omnino tamquam edictum veritatis servare debet. Dilecti filii, tributum hoc Principe Apostolorum debitum nullae hominum minae aut blamitiae a vobis unquam extorqueant. Qui secus suadent, ii visionem mendacem

179.
Multorum
constantia in re-
plicando velito
juramento.

180.
Litterae Urba-
ni VIII. ad Ca-
tholicos Anglos.

« et divinationem fraudulentam prophetant vobis. Citius enim viro Christiano potest tentium gladius vitam eripere debet, quam fidem. Quod si Angelus etiam de coelo descendens vos aliter quam veritas Apostolica doceat, anathema sit. » His litteris, quae toto statim Regno fuerunt circummissae, nutantibus Catholicorum mentibus omne dubium exemptum est, nostris vero operariis multum acrevit animi. Jam ergo fidentius Patres quounque vocaret necessitas circumire, vacillantes Catholicos confirmare, prostratos ergere. At his rebus dum insistunt studiosius, capti aliqui et in carcera tenèbriscosos detrusi fuerunt.

181.
Plures ex nos-
stris in vincula
contrahenduntur.

Agmen duxit P. Thomas Flintus, a filio viduae, cui sacramenta ministrabat, proditus circa Vigorniam, abductusque in carcere Gloucesterensem. Eum tradunt littere annales, dum Gloucesteriae custodiretur, ob doctrinæ copiam morumque integritatem, ipsis in honore fuisse hostibus: saepe proinde ab urbis Pseudoepiscopo exceptum mensa aliquis benevolentiae signis honestatum. Secutus est in regione Eboracensi P. Eduardus Bentlaeus. Sed huic vincula non tam ademerunt libertatem, quam occasionem rei bene gerendæ praebuerunt. Nam cum in eadem custodia plures servarentur Catholicæ religionis nomine comprehensi, et quam mox ad juramentum, de quo dicebam, adigendi, ii Bentlaei sermonibus, exemplis, praescient ipsa adeo confirmati fuerunt, ut maluerint omnes in eodem ergastulo contabescere, quam vetitum sacramentum dicere. Tertio captus est loco P. Joannes Tarlerus, quem captum credidere multi indicio. abs Caeto usque ad unum aliquem Anglorum missò. Sane is, cum vix appulisset in Angliam ac Dumbri excedisset, cognitus et in vincula abreptus est. Non aliena fraus, sed suus ipsius ardor prodidit P. Thomam Aldingtonum, qui vincitorum numero quartus accessit. Annos quindecim Aldingtonus numerabat missionis Anglicæ, totoque hoc praeterito tempore per vicos pagosque discurrere, Catholicos ministerio Sacrorum juvare nunquam intermisserat, perquisitorum sagacitatem semper fefellerat. At hujus anni autumno ineunte, dum apud unum quemdam Catholicorum securior degit prope Conventriæ, oppressus, in custodiā traditur. Paucos haesit dies in carcere Conventriensi. Abductus inde Londinum, certamen eruditum habuit de religione cum heterodoxo Archiepiscopo Cantuarensi, ejusque arrogantiā egregie confutasse dicitur. A congressu missus ad carcere quem Neugatem appellant (ea vox anglie novam portam sonat), mansit in vinculis usque ad anni exitum, cum Oratoris Gallici interventu solum vertere est jussus. Eodem demum anno captum reperio P. Franciscum Webbum, cui cognomen Gardinerio. Sed in ejus capture quiddam accidisse tradunt insolens ac miraculi simile, quod silentio tegi non debet. Lastonem advenerat, oppidum provinciae Devonensis, sacram morientum Viaticum secum ferens ad Catholicum graviter decubentem. In aditu urbis, curiosus interrogatus a custodibus, suspicionem fecit Romani Sacerdotii. Eo capitū nomine, et ad urbanos Magistratus dicitur. Hi primum querere ex eo multa, de patria, de genere, de vitae conditione ac statu. Cum nihil ad rem excusperent, jubent Regi fidem obstringere Anglicana formula. Negabat Gardinerius se facturum, multa ne faceret causabatur. Hoc magis auctae suspiciones de Sacerdotio, quod caeteroqui revinci nullo certo documento poterat. Vocantur apparitores, qui excutiant hominem. Nam si vere Catholicus Sacerdos esset, haud dubie aliiquid inveniendum indicium existimabant. Jussa fecerunt mortalium audacissimi, non dicam accurate, sed plane impudenter. Omnes indumentorum sinus tentaverunt, corpus ipsum, detractis usque ad interulam vestibus, exploraverunt. Neque tamen argenteam viderunt pixidem quam collo appensam gestabat, aut certe visam praeterierunt. Sic, reus tantummodo negati jurisjurandi, in publicam arcis custodiā est traditus. Atque post aerumnas fere anni carceris missus Londinum, cum non posset ullis documentis Sacerdos coargui, libertate donatur.

182.
Capitur
P. Gardinerus,
sed non aquosci-
tur.

183.
Unus Patrum
perquisitores
suis egregie lu-
dit.

Id si miraculo adscribendum videatur, de quo nihil affirmo, proximum certe est quod de tot Sociis in Anglia commorantibus comprehensi fuerint duntaxat quinque. Vix enim in tanta delatorum copia ac vigilantia fieri videbatur posse, ut unus aut alter insidias evaderet. Sed exceccabat interdum Deus oculatissimos

hominum, ne viderent quos praesentes ac prope in oculis habebant. Multa hujus generis exempla tradunt litterae. Unum alterumve ego subjicio. In agro Londinensi subierat unus de Societate domum viri nobilis et amici, in eaque securus considebat. Res certis indicis subolut perquisitoribus. Disponunt continuo insidias, diem atque horam condicunt, qua nihil metuentem occupent. Forte solus domi erat, cum crepuere iactae vehementius fores. Advolat ad fragorem, recludit ostium. Conspicatus apparitorum frequentem globum, percunctabatur quid sibi velint? Se Regis Ministros esse respondent: quaerere Papisticum Sacerdotem latenter in illis aedibus. Ad ea Sacerdos, non animo, non vultu perturbatus, Herus quidem hinc abest, inquit: veruntamen, si perscrutari domum libet, per me licet. Quin ego ipse vos per omnia circumducam. Et vero circumduxit, nullo omissio domus angulo, aut secretriore latibulo. Cum nunquam appareret qui quaerebatur Sacerdos, fessi satellites abiur nulla acta praeda. Sic ille tunc, sic alii alias ex ipsis pene manibus perquirentium erexit. Quod etsi peculiari ope Numinis ac providentia eveniebat, debebatur etiam Patrum industriae, qui nullas omittebant artes ut se occultarent. Mutabant subinde sedes ac vestes, aliam quotidie conditionem vitae praeferebant, nunc splendide ornati, nunc plebejo amiculo tecti, saepe habitu famuli, saepe rustici. Ita sibi semper dissimiles, falcebant exploratores, perque medias insidiatorum catervas in domos Catholicorum se insinuabant. Hoc maxime modo in agro Vigorniensi pluribus subventum est familiis, ad quas propter periculi magnitudinem toto anno nullus Sacerdotum accesserat. Venit ad eas Sacerdos Societatis rusticano coopertus sagulo, domosque obire singulas coepit, Ecclesiae Sacra circumferens. Haeretici, cum inaudissent de Sacerdote, de Sacris, venari hominem cubilibus omnibus instituerunt. Die quadam facto agmine cingunt domum, ubi rem fieri sacram certo norant, Sacerdotem intercepti simul ac inde efficeret pedem. Sed vicit eorum improbitatem Sacerdotis industria, qui, resumpto post peractum Sacrum indumento villici, prodiit luce palam, nescio quid de aratro, de bobus disserens cum sodali, abiitque impune. Viderunt abeuntem satellites, at, villicum rati, Sacerdotem opperiebantur adhuc, cum ille iam multum processerat atque in tutum evaserat.

Multo felicius ex eorum evasit manibus P. Thomas Wortingtonus, patria Lancastriensis, quippe ad superos eodem anno transgressus. Cultor Anglicani soli Wortingtonus fuit inter paucos illustris: et quamquam sex tantum menses in Societate versatus, totius tamen vitae laudem, et egregias quibus excelluit virtutes, acceptas Societati semper retulit, cuius in seminaris ac sinu adoleverat. Ab ineunte aetate, patrem habens Catholicum illum quidem, sed qui metu amittendum cum antiqua nobilitate opum tempa haereticorum frequentabat, nihilque in Anglia tutum Catholicis, nihil quietum videns, navigavit in Galliam, ac Duacum primo, mox Rhemos adiit. His Philosophica donatus laurea, sacris imbutus litteris, ac Sacerdos factus, sic divinae charitatis igne exarsit, ut tenere se non potuerit quin repeteret Angliam, eodemque igne succenderet populares suos. In Anglia latendum sibi statuerat initio, metu Elisabethae Reginae, tunc maxime in Catholicos saevientis: eaque propter religionis negotium agebat caute, ignotus haereticis ac parenti etiam suo. Filium illuc reversus rescivit Pater: cumque audisset, Sacerdotem praeteresse esse et pietatis Catholicae defensorem, actum de se ac familia sua putans si id manaret in vulgo, antevertere statuit, et filium ipse met accusare, ut se innocentem probaret. Quid non avaritia et metus amittendae rei suadet? Delatus ad Judices, diu perquisitorum ac satellitum insidias elusit Thomas, sedem subinde ac vestem commutans, P. Edmundi Campiani comes, ejusque laborum et apostolici muneri particeps. At demum paratis tendiculis irretitus, in horrendum Londinensis carceris specum (lacum vocant) deturbatur, inedia, siti, aestu, mephiti enecandus! Revixit tot calamitatum aspectu paternus amor. Pater, absolutum se filii poena existimans, perfecit ut adjungeretur aliquot Sacerdotibus, quos Reginae ambitiosa benignitas, post exhaustas in iis torquendis omnes suppliciorum formas, exilio multabat. Ita deportatus iterum Wortingtonus in Galliam, suis Anglis, qui plurimi Rhemis degebant, Theologiam tradidit. Hinc

184.
Alius medios
inter satellites
in tutum elab-
itur.

185.
Mors et elo-
gium P. Thomae
Wortingtoni.

denuo se ad procriptionem animarum convertens, Anglis ibidem, qui in exercitu Belgico sub Guillermo Stanlejo stipendia faciebant, navavit operam. Ex Belgio Romanum venit ad Summum Pontificem, ab eoque Protonotarii Apostolici munere ornatus, rediit in patriam, ubi gregem Catholicum tum voce tum piis ac doctis lucubrationibus erudire nunquam destitit, donec aetate jam grandaevus, ut suae pietati cumulum quedammodo imponeret, impetravit a P. Riccardo Blondo Provinciali, ut in nostram Societatem adscriberetur. Voti potens factus, dum sextum tirocinii mensem decurrit, pio decessit in comitatu Darbiensi.

^{186.}
RES CASTELLANAE.
In urbe S. Sebastiani Collegium restituatur.

^{187.}
Novae exco
tinuntur turbae
quae fuerit occasio.

^{188.}
Discernitur o
xillum Patrum,
coritur sedatio
et sedatur.

Ab rebus Anglicis progredimur ad Hispanienses, atque ab iis quae pertinent ad Provinciam Castellanam exordium ducimus. Diximus alibi de turbis in urbe S. Sebastiani excitatis ob Collegium Societatis ibi conditum, utque aegre tunc fuerit impetratum ut unus altere Sociorum ibidem relinqueretur vidimus. Nunc, quo pacto negotium confectum sit, breviter exequendum. Delata Matriatum causa ad plenum Consilium Regis, mire consensu censuerant aequissimi Senatores, nihil obstare quominus Societas domicilium figeret Sebastianopoli, quin etiam ex usu publico futuram in ea urbe mansionem hominum nostrorum pronunciaverant. Quod decretum approbante Rege, Societatemque expetente meliori parte Civitatis, principio hujus anni apertum est denuo Collegium Sebastianopoli adversariorum ingratias, nemine auso palam obsistere, licet multorum adhuc infestarent animi. Et jam pacate habitabat ibi Sociorum familia, cum venit illuc P. Didacus Sosa Praepositus Provincialis, Iustraturus pro ratione sui muneric Collegium recens. Dum statum rerum explorat, audit convenisse a principio inter Civitatem et nosdos, ut, si quando Societas dedisset Collegium urbi, vicissim acciperet ab ea templum S. Annae, quod novissimis temporibus extructum fuerat pubblico aere. Re cognita, admonendos censuit Alcaldes (hoc nomine summum urbis Magistratum incolae vocant), ut, siquidem Collegium esset rite atque ordine constitutum, statuerent ipsi de templo, fidemque conventorum implerent. Illi, tametsi aqua postulari dicenter, nihil tamen novare ausi inconsulta Civitate, rem ad majus Consilium rejecerunt. Constat id Consilium Civibus amplius centum, quos Electos appellant, neque ad deliberandum cogi solet nisi cum aliquid inciderit negotii gravioris. Ergo Electorum conventus indicitur ad XVII. Cal. Decembres: at, quo die decernendum sibi templum nostri sperabant, proxime absuit quin ipsi pellerentur urbe. Eo enim die magnus seditionis numerus, in aedes publicas convolantes, januam occuparunt, scalas obsederunt, praeter suae factionis homines neminem in Consilium admiserunt. Ingressus deinde curiam Procurator Civitatis, praefatusque novam Jesuitarum familiam esse cunctis civium ordinibus perincommodan, postulat nomine publico, ut quam primum excedere oppido jubetur. Praesides, qui nihil expectarent minus, iniquae petitioni resistere. Non id agi in praesentia, sint ne retinendi nec ne Jesuitae, neque porro deliberandum ipsis esse quod decreto Regis semel constitutum confectumque fuerit, sed tantum de templo consultandum, dicere. Succlamante nihilo modestius multitudine, ac nostrorum exilium minaciter exposcente, quod unum licuit, res in aliud diem extrahitur. Iterum consedit Senatus XII. Cal. Decembries. Hoc die major tumultus, manus armatorum frequentior, minae ferociores. Inter districtos gladios et seditiones tumultuantium voces cum perrogarentur sententiae, vicit pars quae nostros homines exulare jubebat intra triduum, abigendos vi, nisi sponte abiissent. Alcaldes, ne resistendo faces adderent seditioni, siluerunt. Nam quo fructu leges obtenderent furentibus et armatis? Hinc, ut est concitatae multitudinis libido inexplibilis, et quo plura contra jus fasque vis popularis extorserit, eo ferri solet licentius in omne nefas, plerisque nimis jam longum videri praestitutum tridui spatium. Eadem hora, momento eodem extrudendos urbe Jesuitas vociferantur. Hisque dictis incitantes sese, accurruunt ad Collegium quasi lymphati. Viris se agglomerant pueri petulantiae fere quingenti, atque hi lapidibus fenestras, illi sudibus fores infestant. Omnia clamoribus inconditis, sibilis, contumeliis, verbisque praetextatis circumstrepunt. Ad primum ingruentis tempestatis fragorem, convernerant Patres in sacellum domesticum, sive ut mortem exciperent fortiter in loco

sacro, sive ut pacem superum exorarent, provolutique ante incurvantam victimam precibus insistebant. Cum, praeter omnium opinionem ac spem, furialis ille ardor populi deferuit: quodque erat minus sperandum, seditionem compressit vir ejusdem factionis. Qui, sive moveretur facinoris indignitate, sive male sibi metueret a Rege ob conscientiam sceleris, injectit se medium inter furentes armatorum globos, lenivitque animos tam apposita oratione, ut continuo tumultus omnis, alius alio dilapsis, resederit. Dissipata in hunc modum seditione, pacata Urbe, Patribus metu liberatis, relinquebatur ut Societati satisficeret de injuria, tum ut ejusdem in posterum quieti consuleretur. Utramque in se curam Praesides Civitatis receperunt. Primum omnium, convocato Senatu, inducendum curarunt decreum in illo tumultuario consilio factum de exilio Patrum. Mox legatum ad Aulam miserunt, qui exposceret a Rege atque ab Apostolicae Sedis Nuntio Judices ad instituendam de praeterita conspiratione quaestionem. Affuerunt ab Aula rigidi cognitores, et, quod erant Ecclesiasticae potestate muniti, non in Laicos solum, sed et in Clericos atque adeo in Religiosos inquisierunt: multos noxaea compertos in vincula conjecterunt, quorum tamen plerique, nemine eos legibus persequente, multam evaserunt. His rebus adversarii paulo modestiores sunt facti, non omnino quieverunt tamen. Rogarunt enixe Regem, ut, quando arceri ab urbe non posset Societas, saltem ne haberet sedem intra moenia. Angustias oppidi, quod novam Religiosorum domum non caperet, obtendebant. Rex, non temere credendum ratus iis qui se Societatis inimicissimos praebuissent, negotium Proregi Navarrae dedit, ut accederet Sebastianopolim, rebusque coram inspectis, eum designaret pro sua prudentia locum novo Collegio, ubi posse consistere quam minimo Civium incommodo videretur. Quae jussa Prorex fideliter executus, locum elegit in urbe fere media, in ejusque possessionem nostros immisit. Sic stetit Collegium S. Sebastiani: contra quod licet successu temporis iterum consurrexerint adversarii, nunquam tamen praevaluerunt, tuentibus illud bonis quibusque Civibus, quibus antiquior publicae utilitas rei quam privatae cupiditatem.

Etiam in Provincia Aragoniae submolestus hic Societati annus fuit, sed alia de causa. Jamdiu Episcopus Gerundensis magno molimine impetendum sumpserrat illud nostri Ordinis privilegium quo a solutione decimatarum eximitur, neque cessabat ob eam rem nobis molestus esse. Novissime sentiens, nihil sibi praesidii esse in jure, etsi causam in judicio prosequebatur Romae, quedam militari potius quam sacerdotali more suscepit, quae non referrem, nisi fuissent publicis litteris consignata. Dum maxime frumenta erant in areis, misit ad praedium Collegii nostri Gerundensis Clericos armatos duodecim, qui Ecclesiae, ut ipse ajebat, jus repeterent. Illi, ad summam, injuriam progressi, fustibus percusserunt villicos: Collegii Procuratorem, admotis pectori brevioribus sclopis, exegrerunt: tritici partem fere quartam asportaverunt. Quasi parum id esset, paucos post dies, dum plastrum frumento onustum ex praedio in Collegium veniebat, Clerici, oblatam sibi praedam arbitrati, circumstinent rursum magno agmine, plastrum intercipiunt, nostros qui assecabantur Fratres afficiunt contumelia, Collegii famulos, propterea quod stare jussi non continuo paruerant, acri fustigatione mulcent. Satis intelligebat Antistes, qui haec mandaverat, talibus offenditi aequos pariter iniquosque, et nocitura causae, si ad tribunal summi Pontificis deferrentur. Hoc itaque validius urgere actionem statuit contra Societatem. Ac ne fraudi sibi essent quae parum moderate, ne quid gravius dicam, incepterat causa pendente, plerosque Catalauniae Praesules in partes traxit, persuasitque iis, ut una secum jungent vires, deque communi negotio communes scriberent ad Pontificem maximum litteras. Eas esse litteras voluit gravissimis conceptas verbis, plenas roboris, precum, et querelarum. Exaratae fuerunt ex ipsius praescripto litterae summa conspiratione et consensu. Nihil tamen confectum minus, quam ut Societatis privilegium abrogaretur. Pontifex, auditis quea in utramque partem afferebantur, damnavit acta Episcopi Gerundensis, et jus Societatis valere jussit.

189.
Nostrorum
quieti prospici-
tur regia auto-
ritate.

190.
Res Arago-
nenses.
Molestias no-
bis illatae ab E-
piscopo Gerun-
densi.

191.
Eiusdem co-
natus ad abro-
gandum Societati-
s privilegium
irritu.

192.
RES SARDINIAE.
*Calaritani in
suam Academiam depositi
nostros Profes-
sores.*

Generis longe diversi litterae eodem anno ad Praepositum Generalem venerunt ex Sardinia. Calaritani, cum statuissent Academiam omnium disciplinarum apud se instituere, rogabant enixe Mutium, vellet juberet in ejus corpus cooptari Professores Societatis, et ex privatis Collegii sui scholis transferri ad publicas. Id si fieret, conditiones proponebant Collegio Calaritano commodissimas. Prima erat, alendis novis Professoribus tribus habiturum deinceps Collegium a Civitate annuos census nummuum aureorum mille. Altera, si quando augerentur redditus Academiae, triuentem omnium Collegio cesserum. His multa addebat, ad honestamentum dignitatemque Professorum pertinentia. Erat omnino res, non solum Ordini nostro decora, sed etiam Collegii rationibus consentanea, apparetatque sola moveri benevolentia Cives ut id regarent. Fecit postulata Mutius: ita respondit tamen, ut ostenderet, prae qualicunque vel commodo vel honore, sibi curae esse mores et instituta Societatis. Se quidem, rescripsit, gratificari velle amantissimae Civitati, veruntamen nullo mutuae pactionis vinculo. Professores Societatis tradituros in posterum Theologiam ac Philosophiam in publicis Academiae aulis, hac tamen lege, ut nunquam ad id censerentur obstricti, semperque arbitrium ejus rei penes Collegii moderatores esset. Neminem praeterea de Societate suscepturum gradus litterarios, neminem petitorum examini praefuturum, aut solemnes Academicorum pompas assectaturum. Quaedam adjectit de potestate, quam in scholis administrandis habituri essent Professores Societatis, nullius externi magistratus imperio obnoxiam. Propositas demum conditiones, quae ad Collegii emolumentum spectabant, prorsus rejecit. Quae ut cognoverunt Calaritani, animum ejus facilem simul ac rectum, ab omni quaestu remotum, ac solius disciplinae tenacem, magnopere laudaverunt.

193.
Quibus legi-
bus id permis-
vit Mutius.

Provinciam interea Toletanam vis morbi pestilens aequa ac contumax exercebat. Anno uno Socii obierunt undeviginti, et ex his aliqui in aegrorum ministerio laborantes suuem traxerunt. Desiderati prae caeteris Patres Franciscus Portocarrerus et Carolus de Moya, pietate praestantes ambo, ambo actatis exactae viri, quorum prior Provinciae antiquissimus majorque annis octoginta erat, alter octogenimus prope attingebat. Toleti uteper obierunt. Atque ut de singulis pauca dicam, Portocarrerus, vir mira erga alios mansuetudine ac charitate, unum se pie sancteque oderat, severiusque interdum quam vires ferrent corpus puniebat. Cum serviendo erat proximorum saluti, nullis fatigari laboribus videbatur. Sacris Missionibus praecepit dabat operam, et anno proxime superiore, quamquam id aetatis et fracto morbis corpore, tamen impetraverat ut ad Vetttones cum sacro ministerio mitteretur. Incidit ejus obitus in XII. Cal. Aprilis. Moya, ante annos ferme sexaginta cooptatus in Societatem, majorem hujus temporis partem egredit in diversis magistratibus ac praefecturis. Has cum gereret, aequali semper tenore utebatur. Severitatem lenitatem temperabat sic, ut de disciplina nihil remitteret, et nihilominus familiam omnem sibi mirifice devinciret. Sibi porro imperabat in primis, omnesque animi perturbationes ita habebat in potestate, ac si nullo earum sensu percelleretur. Est id in Praeside religiosi praecepit. Difficile enim contineat in officio quos regis, nisi primum ipse te continuueris. Matriti rarum patientiae exemplar amissum est in P. Gonzalo Marino, quod ex una tantum re existimari volo. Cujus laboris patientiaeque sit, praesertim in proiectore aetate, docere pueros rudimenta latinitatis, experti norunt. Hoc Marinus ministerium obiit per annos ferme quadraginta: quodque vix credas, eadem post tam longi temporis spatium, qua primum cooperat alacritate ac solertia, atque omnino tam accurate, quam si negotium ageret gravitatis supremae. Marini gymnasium vulgo habebatur pro quadam veluti sacrorum ordinum seminario: tam multi subinde pueri ex ipsius disciplina in religiosa septa transibant. Ita quippe primas tradebat litteras Magister pius, ut in primis odium peccati, et amorem rerum caelestium teneris mentibus instillaret. Fama est, paucis ante obitum mensibus adstitisse oranti perspicuum magnum Xaverium, et supremam diem praenunciasse: monuisse etiam eum benebole, ne angeretur de futuro post mortem statu, vita fruiturus immortali ac beata. Quo tam insigni

194.
RES TOLETANAE.
*Obitus et clo-
gion P. Fran-
cisci Portocar-
reri.*

195.
Et P. Caroli
de Moya.

196.
Et P. Gonzali
Marini.

beneficio credibile est Indiarum Apostolum remunerari voluisse benevolentiam ejus singularem erga socios in Indiis desudantes. Istorum enim laboribus mirifice afficiebatur Marinus: utque levamentum iis aliquod afferret, pias utilesque rerum Europeanarum narratiunculas, quascunque poterat, exscribebat, et ad eos, cum dabatur facultas navium, transmiscebat. Obiit V. Idus Decembris.

Compluti et vis morbi acrior, et plus funerum quam uspiam alibi fuit. E sociis extinti novem. Reliqui per suas vices decubuerunt omnes ad unum, ita ut coacti fuerint Sacerdotes interdum curis muneribusque Fratrum adjutorum perfungi. Non ideo tamen extermorum procuratio intermissa. Ut quisque Patrum convaluerat, aegrotantium domos circumbat, huic aeternae vitae praesidia, illi levamen quod poterat egestatis et morbi deferebat. Per hanc occasionem excitata vehementer est populi pietas erga illas Eucharistici Panis formulas, quas in aede nostra Complutensi incorruptas asservari suo docuimus loco *. Nam quia vulgo increbuerat, ad valetudinem recuperandam prodesse oleum lampadis ante eas collocutens; ut quis in morbum inciderat, hoc liniri oleo cupiebat. Hinc ad Aram crebri concursus ex incolis accolisque. Hinc vota aegrotantium assidua, quibus subinde aliqui tenebantur. Inter elatos Compluti socios Scholasticus fuit, nomine Ludovicus Gaona, in quo occultas divinae providentiae leges admirari licuit. Juvenis, haud quaquam malus, amabat Societatem quam qui maxime: quia tamen erat mentis vel inconstituta vel aegritudine, sacrae deserendae militiae consilium caeperat. Consilii non aliama praeferebat causam, nisi imparem esse se perfectioni virtutis, quam vitae religiosae ratio postularet. Porro redire ad suos obfirmaverat adeo pertinaciter, ut amico dehortanti non dubitaverit respondere, nisi forte miraculum intercederet, frustra fore omnia ad se retinendum in Societate. Et jam missionis impetraveral litteras a Praeposito Generali, cum auditus repente est in suo cubiculo clamorem ingentem ac ploratum tollere. Accurrit confessim ab iis, qui proxime habitabant, sodalibus. Ille metu examinis, aegre reciprocans animam, narrat, occurrisse sibi spectrum visu horribile, rictu, oculis, toto corpore perniciem spirans. Quid illud monstri fuerit, ignorare se. Unum certe fuisse de malis geniis, ideo fortasse immissum a Deo, ut cogitatione desertionis exigeret ab se poenas. Sed jam certum sibi fixumque esse in Societate perpetuo vivere. Quae cum diceret, religiosam osculabatur vestem, attonitus circum sodalibus ac prae laetitia collachrymantibus. Mansit idem habitus mentis ad plures dies, quo medio tempore oblatas missionis quas dixi litteras non solum constanter rejecit, verum etiam ut flammis absumerentur rogavit. At paucis mensibus interlapsis, refrixerat ille ardor spiritus. Miser angu denuo ac fluctuare. Mala demum victus perturbatione, repetit quas antea rejecerat, quas comburi rogaverat litteras: quae cum adhuc extarent, poscenti haud gravate fuerunt redditae. Parantur mox indumenta, dies qua discederet praestituitur. Verum inter haec febricula tentari coepit, levi quidem illa, sed assidua ac permolesta: qua coactus decubere, seu occulto pulmonis vitio, seu qua alia peste, copiose rejectavit ore sanguinem. Hoc juvenis indicio admonitus non abesse procul supremam diem, sensit enim vero tunc, non esse consilium contra Dominum. Providentiam Numinis erga se benevolam admiratus, cuius nutu moriendum sibi esset in Societate, idque in loco beneficii multo maximi ponens, ad excipiendam pie mortem totum adjectit animum, nec ita multo post, lenta tabe consumptus, occubuit. Atque haec de rebus Toletanis.

Inter memorabilia Provinciae Baeticae primum sibi vindicat locum calamitas inopinata, quae et Societatem ex parte attigit Hispalii, et nostris hominibus occasionem bene de multis merendi praebuit. Baeticis, ob copiam aquarum quas decurrenti plures addunt amnes, fluviorum totius Hispaniae maximus, auctus paulatim vel frequentia imbrum vel nivium aquescientium accusu, nec ob aestum proximi oceani facilem inveniens exitum, excrevit repente in tantum, ut, qua parte Hispalim interluit, superaverit ripas, ac sese in urbem effuderit. Non est ut referam, quae secuta sit mortalium pernicias, quae aedificiorum ac rerum omnium utilium clades. Disiectae passim domus, domuum instrumenta aut

Tom. II.

9

Res gestae.
Compluti tue sae-
viente.

Lib. IV. pag. 202
num. 405.

198.
Juvenis. Socie-
tatem deserere co-
gitans, in ea pie
moritur.

199.
Res Baeticae.
Fœda elatio
Hispalii. Nostro-
rum charitas in
ea aerumna.

imperio undarum abrepta, aut humore corrupta. Rei familiaris jactura incredibilis facta. Nihil simile post hominum memoriam accidisse Hispalenses affirmabant. Quod attinet ad res nostras, Collegium S. Hermenegildi, totius Provinciae maximum, itemque alterum B. Virginis sine labore conceptae, eluvies occupavit inundavitque. Pervasit etiam in Anglorum Hibernorumque Seminaria, nostrosque pariter et externos alumnos iis sedibus depulit: qui, ne in suis perirent domiciliis, partim in Domum Professorum, partim in Tirocinium navigio deportati fuerunt. Dies fere quindecim tenuit foeda inundatio. At eam non otiosi spectarunt homines nostri. Etsi enim suo satis premebantur incommmodo, moti tamen alieno malo, ad ferendam quam poterant Civitati opem accurrerunt. Conspecti Patrum gravissimi, atque ipse Provinciae Praepositus Georgius Hemelmanus, plures continentur dies circumire naviculis per oppletas aquis vias, pauperum familiias quaerere ostiatim, omnibus cibaria et reliqua vitae praesidia benigne distribuere: quae species misericordiae mirum ut affecerit intuentium animos.

Sed charitatis exempla illustriora exhibuerunt socii amplius quadraginta, quos eodem anno Provinciae Praeses Hemelmanus in evangelicas expeditiones circummisit. Eorum ego labores apostolicos resque pro animarum salute gestas, non exequar diligentius, ne eadem saepius iterando satietatem legenti afferam. Quaedam tamen cursim leviterque attingere, otiosum non erit. Est in ditione Granatensi oppidum satis frequens, Alhamam vocant, ubi praeter clericorum multitudinem, aderat ad sacra ministranda Caenobium Carmelitarum. Huc cum venissent duo de Societate operarii, non sine fastidio excepti fuerunt, propterea quod oppidanii videbantur sibi externis Sacerdotibus non indigere. Verum ut audiri cooperunt concionantes, fastidium in aviditatem vertit. Concionibus primi intererant Carmelitae cum suo Caenobiarcha, et populum exemplo trahebant. Ea deinde viri religiosissimi ad commendationem Societatis praedicabant serebantque in vulgo, quae ego ne referam, verecundia prohibeo. Ut eorum magna apud populum erat auctoritas, crevit inde Patribus frequentia, materies operis, et labor. Et respondit labori fructus in tantum, ut ejus magnitudinem admiratus unus e Presbyterorum Collegio, spoderit Patribus, si quotannis redire vellent Alhamam, se quamdui viveret praebeatur ipsi hospitium, ac censem praeterea annum duum aureorum millionum in eundem usum legaturum. Quo stabilior fieret fructus missionis, pia Sodalitas est instituta, adeo consentientibus Civium animis, ut nomen ei dederint viri circiter octinginti. Qui quidem Sodales non alium sibi patronum quam beatum Societatis parentem Ignatium elegerunt. Alhamae, non minus loco quam dignitate proximi sunt Ilorcenses. Hi vero quanti facerent sacra nostrorum hominum ministeria, aliter demonstrarunt. Delati ad eos duo ex Collegio Granatensi Patres, cum usitatim temporis spatium in sacra Missione posuissent, parabant abire, praesertim quod missis ab Rectore nunciis revocabantur Granatam. Cives, qui nondum apud eos piacularem Confessionem pergeissent omnes, ne discederent intercesserunt. Et quia illi parendi necessitatem excusabant, tabellarios ad Rectorem miserunt, summis rogantes precibus, ut diem redeundi proferret Patribus, donec saltē in foro poenitentiae omnibus satisficerent. Id nisi impetrarent ex aequo et bono, vi consecuturos profitabantur. Sed aquiōra postulabant, quam quae a Rectore negari prudenter possent. Fortunam longe diversam experti sunt alii duo, qui ex Collegio Astigitano Cazallam (oppidum id est Vandalicæ provinciae in montibus Marianis) cum sacro ministerio venerant. Excepti summa Civitatis gratulatione, magno aggressi opus animo, fructum laboris non pigendum ceperunt ex omni Civium ordine, et longe maximum ex quodam Coenobio sacrarum Virginum, quae non pro sua professionis modestia vivebant. At, quod veterem in eo disciplinam, quae fere ex toto conciderat, restituerunt, id ipsis pene fuit exitio. Nimirum juvenes aliquot scelerissimi, non ferentes praecepsam sibi quam cum Virginibus habuerant hactenus consuetudinem, ejusque rei auctoribus successentes, utrumque de medio tollere statuerunt. Placuit rem veneno agere. Dapes, quae apponenda ipsi erant, infici clanculum lactali succo curarunt. Quas cum comedissent bona fide Patres, eadem die

200.
Fructuosa
Missio Alhamae.

201.
Ilorcenses
prorogari sibi
sacram Missio-
nem postulant.

202.
Duorum Pa-
tronum periculum
ob rem bene ge-
stom Cazallae.

eodem morbi genere correpti, per similes omnino vices nunc remittentis nunc ingravescētis mali ad extrema deducti sunt. Quae tamen fuit benignitas Numinis, cum maxime desperabatur ipsorum salus, revaluerunt, non tam Medicorum diligentia, quam precibus Civitatis, in qua vix fuisse dicitur qui non pro eorum valetudine vota conciperet.

At laetum prae ceteris habuit exitum missio Patrum Petri de Urtiaga et Andreae de Ayora ad praenobile oppidum, quod latine Fanum Luciferi, vulgo Sanlucar dicuntur. Situm est id oppidum ad ostia amnis Baetici. Portu gaudet capaci ac tuto, ubi considere tunc solebant classes ultro citroque in Americam commantes. Hinc magna loco frequentia non tantum civium, sed mercatorum nautarumque, et certis anni temporibus etiam militum classiariorum. Nemo hactenus de Societate excolendum susceperebat istud oppidum, forte quod Dux Methinæ Sidoniae, cuius hoc erat patrimonii caput, vulgo ferebatur a rebus nostris alienor. Sed hac qualicunque difficultate non est absterritus Hemelmanus, ne duos eo mitteret quos dixi operarios. Quippe sapienter existimabat, qui averso sint animo, non esse refugendos nobis, sed magis obsequio demerendos. Nec eum consilii poenituit sui. Stātim atque Patres primam exhibuerunt laboris apostolici speciem, rerum pia novitas maximo delectavit opere Principem talium omnium insuetum. Tum vero incredibili perfusus est volupitate, cum reductam vidi concordiam in domos, pietatem in templo, populum ad leges christianaæ modestiae compositum, alios demum in urbe mores, ac pene alios homines. Continere se non potuit, quin scriberet ad Provinciale Praepositum plenissimas officii litteras, tum ut gratias ageret pro navata urbi suae opera, tum etiam ut perpetuum Societatis domicilium exposceret. Ac sibi quidem, ajebat, non suppetere in praesentia census Collegio constituendo necessarios: si qui tamen mitterentur socii ad imbuendam litteris bonisque moribus teneriorem aetatem, curae sibi fore ne quid illis ad vivendum deesset. Non est nostri moris scholas alicubi aperire, citra nomen formamque Collegii. Tamen, quae erat postulantis auctoritas, Hemelmanus collocando censuit in oppido Sanlucensi Sacerdotes tres, qui munia obirent sacerdotalis Ordinis propria, atque iis addidit Fratres adjutores totidem, quorum unus rem curaret domesticam, duo reliqui primis litterarum rudimentis informarent pueros. De re deinde, uti acta fuerat, perscrispsit ad Mutilum: qui quidem non mutavit factum, veruntamen Provinciale admonuit, Collegio nondum fundato scholas injussu Praepositi Generalis non fuisse concedendas. Atque haec fuerunt initia domicilii Sanlucensis: quod perdiu inter Residentias habitum, paulo antequam haec scriberemus formam nomenque Collegii accepit.

Multo adolevit citius felicissimus, quod eodem anno coeptum est, Collegium Moroniense. Quod Moronium vocant, oppidum est ditionis Hispanensis nobile et copiosum, in amena planitia situm. Laurentius Diaz, minoris ordinis Clericus, indidem civis, genere illustris ac multarum opum, ante annum moriens, ita de suis bonis testamento statuerat, ut pecuniae numerum non contemnendum haberet Societas legati nomine, reliquam vero haereditatem in usus pios pro arbitrio dispensarent ii quos Curatores Testamenti nominabat. Jam vero Curatores, in communī deliberantes quos in usus impenderent haereditatem, id summo consensu statuerunt, ad testatoris mentem implendam nihil videri convenientius, quam si in ipsis patria Collegium Societatis conderetur. Multos videlicet in hoc uno opere contineri usus pietatis, magnos eosdem, varios, atque perpetuos. Quare Collegium nostris moderatoribus obtulerunt: qui tam benevolae voluntati obsecundantes, quod ultro offerebatur hac praesertim causa acceperunt, quod inteligerent, eo in oppido, propter religiosorum paucitatem, Societatis operam non futuram inutilem. Moronium itaque traducta est hoc ipso anno labente manus sociorum, qui statim ad ea quae sunt nostri Ordinis aggressi, Gymnasium frequentissimum et magnos in aede concursus habuerunt. Eodem anno, quod jamdiu condi cooperat domicilium Biatiae (Baezam nunc vulgo nominant), in Collegii formam receptum est, ac S. Patri Ignatio nuncupatum. Est id oppidum

^{203.}
Missio Sanlu-
censis, ejusque
fructus.

^{204.}
Collegii San-
lucensis ini-
tia.

^{205.}
Fundatur Col-
legium Moro-
niense.

^{206.}
Collegium
Baezae consti-
tuatur.

Hispaniae Baeticae antiquissimum, haud ita longe a Baeti flumine, in dioecesi Gien-nensi. Antonius de Raya, Episcopus Cusquensis, certam Societati summam assi-gnauerat, cum hoc, ut vel Collegium vel Tironum Domus Biatiae poneretur, pro Praepositi Provincialis arbitrio. Hemelmanus, rebus omnibus accurate per-pensis, Collegium maluit, statuitque collocandos in eo juvenes Societatis qui post exactum tirocinium Rethoricae operantur. Quo facto aucta est novo Collegio Pro-vincia, et qui Montellae communibus Provinciae sumpibus alebantur juvenes, Biatiam translati, suo post haec proventu sustentari coeperunt.

Mors et elo-gium P. Mel-chioris Gadea.

207. Granatae vivere desit. P. Melchior Gadea, cuius eximiae virtutes locum in his annalibus meruerunt. Solemne illi fuit tres quotidie horas ante lucem, ac ferme totidem sub vesperam, orando transigere. Ter annis singulis amicos et sodales valere jubebat ad decem dies, eoque temporis spatio ab omni hominum com-mercio abstiens, meris rerum divinarum commentationibus, exercebat se, quam-vis podagrae chiragraeque doloribus immaniter torqueretur, et in senectute extrema ita esset captus manibus pedibusque, ut lecto haerere affixus cogeretur. Quamdui per vires licuit, quotidie incutere sibi flagra in more habuit. Ast ubi tractandis iis inhabilem efficerunt morbi, novas et, si fas ita loqui, commodi-ores excogitavit afflictandi corporis formas. Hujus generis fuit lignea crux, praec-acutis cuspidibus introrsum armata, quam pectori appressam perpetuo gestabat, comprimebatque identidem manu sic, ut scinderentur carnes ac cruento largo dif-fluerent. Cibo utebatur paucissimo, nunquam exquisito. Pridie vero feriarum B. Virginis, corumque caelitum quos sibi prae caeteris patronos elegerat, ac singulis praeterea sabbatis, ad panem ac gelidam nihil adhibebat obsonii. Pau-peritas religiosae custos rigidus, nihil pati poterat sive in victu sive in vestitu, ultra quotidianis usibus necessaria. Gaudebat silentio ac solitudine majorem in modum, vitabatque quantum poterat hominum otiosa colloquia, nec patriam aut cognatos, quamdui vixit in Societate, per annos quinque supra quinquaginta, unquam revisit. Decessit, non minus annis onustus quam meritis, pridie No-nas Maji. Mortuo nostri pariter et externi non usitato moerore ac luctu paren-taverunt.

RES LUSITANIAE.
Obitus et elo-gium P. Francisci de Mendoza.

208. Parem sanctimoniae opinionem habebat in Lusitania P. Franciscus de Men-doza: qui Romam cum venisset Provinciae suae Procurator, dum revertitur in Lusitaniam, gravi morbo interceptus Lugduni, ibi, post edita patientiae caetera-rumque virtutum exempla praeclara, vitae cursum peregit III. Nonas Junii. Vir plane dignus elogio, quo eum paulo ante Mutius Generalis ornaverat, cum di-ceret, in Mendoza quatuor haec inveniri: magnum Concionatorem, Scriptorem egregium, Praesidem incomparabilem, hominem vere sanctum. Parentes habituit Mendoza ex primaria apud Lusitanos nobilitate, patrem ex familia Acosta, matrem et Sosa: nec habeo dicere, cur cognomen paternum mutaverit. Puberi vix aetate, cum primas discret litteras in Collegio Ulissiponensi, adjectit animum ad Societatem, hujusque rei causa grave certamen sustinuit cum fratre natu ma-jore qui administrabat familiam. Perdiu prodire in publicum est prohibitus, in-clusus domi atque arce custoditus, sed frustra. Occasionem nactus, evasit per fenestram, evolavitque recta Conimbricam, ubi receptus in Tirocinium, ut curis caeteris expeditus, uni posthac Deo ac virtutibz sibi vivendum statuit. Quod statuit Novitus, id in reliqua vita egregie praestit. Neque tamen humanarum di-vinarumque litterarum studia, quibus maxime placere Numini ac publicae pro-desse rei nostri possunt ac porro debent, neglexit. Emensus orbem studiorum, altiores disciplinas Conimbricæ atque Eboracæ tradidit, non minori ingenii fama quam scientiae. Praecipuum vero laudem tulit in sacrorum Codicum explanatio-ne, ut testantur tria in libros Regum erudita volumina, quae non tam sua quam majorum voluntate in lucem edidit. Inter quotidianas dictandi scribendique oc-cupationes, vacationem a caeteris Ordinis ministerijs nec quiescivit unquam nec ultro oblatam accepit. Si habenda concio, si in tribunali poenitentiae considen-dum, si vincitis aut aegrotis navanda opera; anteibat caeteris, idque tum ma-xime, cum Rectoris munere fungebatur. Hanc enim Religiosi Praesidis partem

praecipuam ejebat esse, ut in communibus oneribus comportandis submittere humeros debeat primus, et portionem laboris maximam in se recipere. Religiosam militiam, quo mentis ardore suscepserat ab initio, eodem exercere perrexit usque ad extremum. Eadem seni emerito oculorum modestia, idem orandi studium, idem in rebus omnibus agendi tenor, ac tironi fuerat: quod vulgo rarum et mirae cuiusdam stabilitatis indicium est. Innocentiae ejus illustre testimonium dedit, qui adstitit morienti, et totius retroactae vitae labes recensente addidit Sacerdos, sancte testatus, nihil ab eo unquam admissum noxae gravioris.

Cacterum intra fines Provinciae Lusitanæ omnia ex more Societatis gererant, quae distinctius commemorare non vacat. Quaedam acciderunt tamen, non tam ob magnitudinem quam ob insolentiam, digna mentione singulare. Conimbricæ amnis Munda, pluviarum insana copia intumescens, nec potis alveo contineri, magnam repente effudit molem aquarum in planiora urbis, quo prorsus modo factum nuper tradidimus Hispali, Bacti exundante. Eo casu, cum multi civium intra suas domos aquis circum stagnantibus obsiderentur, cogebantur plerique inopia necessariorum perire, nisi quis opem ferret. At piorum benignitas non defuit. Episcopus, familiae Religiosorum, civiumque opulentiores, suas per hanc occasionem arcas non inviti recluserunt, et pericitantium necessitatì large subvenerunt. Laudata cum primis pia nostrorum liberalitas, qui, donec depulsa non fuit calamitas, per plures continentier dies, quam habebant convectam multiplicis annonae copiam, in usum publicum erogarunt. Ex Collegio Eborense itum est cum sacro ministerio ad Oliventinos: quodque saepe alibi notatum a nobis est, initia parum prospera lactissimi eventus exceperunt. Oliventiam, munitam urbem ad Anam flumen, plures ante annos excoluerat P. Ignatius Martinus, vir laboribus apostolicis tota Lusitania clarus, frugemque ex ea legerat uberrimam: sed post illud tempus, seu culturæ inopia seu vitio ipso humanæ naturæ, accisis quodammodo quas ille reliquerat stirpibus christianaæ pietatis, sensim priora vitia recreverant. Rapinae iterum, iterum mutua civium odia et simultates, libido in primis, atque omnis morum licentia gliscebat. Huc igitur delati duo strenui operarii, quamquam nec labori parcerent nec industriae, perdidi oleum, ut ajunt, atque operam perdiderunt. Non eos audire civium plerique, non cernere sustinebant. Patres, experti multa incassum, ubi humanæ nihil valebant artes, piis precibus negotium agere, benignitatem Numinis per diversa genera suppliciorum exquirere. Nec vero frustra. Secunda divini Spiritus flante aura, omnia post haec ad votum successere. Nemo fuit civium, qui non conscientiam confessione piaculari purgaret. Multorum pellicatus justo Matrimonii foedere fuerunt commutati. Multi, sublati in quibus conseruerant inimicitias, ad concordiam reducti. A noxiis consuetudinibus abstracti plures: quodque plerumque difficillimum, non paucis persuasum, ut male parta restituerent dominis. Sic ibi gesta res per duos veteranos Patres. Alibi parem laudem tres Novitii tulerunt, et plus admirationis habuerunt. Obire menstruum peregrinationem jussi nostro more, venerant forte in oppidum diaeccesos Ullisponensis, omniaque armorum plena et quasi tumultu bellico perstrepentia offendenter. Nimirum oppidani, ob veteres duarum praepotentium familiarum inimicitias distracti in partes atque hostiliter dissidentes, parabant causam irarum ferro decernere. His cognitis rebus, provolant e vestigio pii adolescentes quo plures videbant conglobari armatos, de pace verba facere instituunt. Cum nihil proficerent, propterea quod fremitus furentis multitudinis obstrepebat, non despondent animum. Capita factionum aggrediuntur seorsum, rogan obsecrantque per Christi charitatem, ut incepto absistant. Bis terque ferociter repulsi, nihil tamen minus rogar atque obsecrare insistentes, tandem hominum contumaciam frerunt, iis arma de manibus extorserunt. Secuta ipsis sequestribus adolescentibus, quod plane mirum, pacificatio insignis. Omni sedato motu, redierunt in mutuam gratiam, qui paulo ante invicem implacabiles videbantur: et Civitas, recepta tranquillitate, ab instantis exitii metu respiravit. Sed de rebus Europæ satis multa.

^{209.}
Charitus impensa Conimbricensibus in magna clivione.

^{210.}
Missionis Oliventinae fructus.

^{211.}
Atriz dissidium a nostris Tirouibus compotitur.

^{212.}
RES GOANA.
Duplex desi-
gnatio Praeposi-
ti Provincialis.

Progradimur jam ad Provincias transmarinas, quas vulgo Indicas dicimus: ductoque initio a Goana, dissidium quoddam domesticum, quo graviter hoc tempore conflictabatur, et dissidi causas expondere aggredimur. Ignoscet mihi Provincia tot nominibus inclita, si quaedam cogor expromere ipsius nomini parum decora. Namque et id ratio Historiae postulat, et quae referam utili documento esse poterunt iis, qui partem aliquam publici regiminis attingunt, ne temere prodant arcana. Tam multa deinde nitent in ea, quae et commemooravimus alibi, ac deinceps executuri sumus, ut, quidquid id est exempli sequioris, caeteras ejus laudes extenuare non debeat. Provinciam Goanam administrante P. Francisco Vergara, Mutius successorem illi designaverat P. Valentimum Carvallium, probitatis expertae virum, qui nuper ex Provincia Japonica fuerat evocatus Goam. Designationis porro litteras miserat ad Visitatorem Indianum, Andraeam Palmérium, committens ei, ut, simul atque triennium exiisset legibus constitutum, praefecturam a Vergara dimittendam Carvallio tradiceret. Litteras Palmerius accepérat: at rem caute continentam sinu, quod de tali viro vix videatur credibile, parum considerate vulgaverat. Itaque Carvallio, tanquam Provinciali Praeposito designato, gratulabantur multi novum honorem, nec ipse officia respuebat, quippe designationis suaee conscius. Ecce autem, sub ipsis triennii exitum, aliae ex inopinato afferuntur Roma litterae, quae priorem abrogabant designationem, aliamque afferebant. Quas habuerit Mutius causas mutandae voluntatis, non vacat inquirere. Novo certe diplomate jubebat, quas anteal misisset pro Carvallio litteras flammis aboleri, Provinciae vero Praesidem salutari P. Antonium de Andrada, atque huius loco, si forte abasset longius, P. Gasparem Fernandium. Discesserat Palmerius Goa, cum haec pvererunt Praepositi Generalis mandata, Macauum profectus. Vergara, qui ejus gerebat vices, ab eoque priores accepérat Mutii litteras ut Carvallium suo tempore in possessionem novi Magistratus immitteret, resignatis hisce posterioribus, vidit Fernandio tradi Provinciam opotere. Namque Andrada, qui primo appellabatur loco, id temporis longissime aberat in Thibeto. Verum, ut erant res, fieri id sine injuria manifesta Carvallii non putabat posse. Jam enim percrebuisse domi forisque de designatione ipsius. Si quisvis alias provinciae praefericeretur, id viro ejus aetatis, rebus gestis ac Magistratibus spectatissimo, ignominiosum fore. Non esse dubitandum, quin ipse Mutius, si adesset, et res coram perspiceret, caeteris praelatum vellet Carvallium. Innuere id ipsum verba quaedam recentiorum litterarum subobscura et ambigua, quibus Mutius non tam abrogare videretur designationem pristinam, quam vereri ne esset ob Carvallii absentiam irrita, nec aliud demum velle quam ut ne omnino Provincia relinqueretur sine Rectore. In omni summa, videre sibi multa videbatur, quamobrem verius esset hoc statu rerum jussa Praepositi Generalis prudenter interpretari, quam per inconsiderantiam exequi. Quare, adhibitis in consilium Provinciae Consultoribus, hisque serio praemonitis ut arcani religionem servarent diligentissime, de ipsorum sententia Praepositum Provinciale salutavit Carvallium, posteriorum litterarum prorsus ignarum. Tum de re tota Mutium per litteras docuit. At, qui silentium in re tali summopere necessarium indexerat aliis, non servavit ipse. Mensem jam fere decimum Carvallius bona fide Provinciam administrabat, cum Vergara, offensus quod non impetrasset ab eo rem nescio quam momenti levioris, in aestu doloris quaedam cum amico quodam suo attigit de litterarum negotio, parum erga se gratum coarguens Carvallium, cui tamen ipse summum detulisset Provinciae Magistratum, posthabito Fernandio. Ita plerunque fit, ut quae occulta fuerunt diu, si qua hiare coopererit rima, cito effluant. Amicus rem sibi arcano commissam, amico similiter patescitur sub arcani fide, atque hic alteri, sic ut brevi a summis ad infimos et ad Provinciam universam manaret notitia, quam esse occultissimam oportebat. Rescivit omnium fere ultimus Carvallius, ac vehementer dolens id se fuisse celatum, quod si novisset ab initio, utique Magistratum non accepisset, deliberare secum coepit quid facto esset opus. Observabantur menti multa in utramque partem periculosa, seu retineret praefecturam, seu dimitteret. Tamen,

^{213.}
Posterior desi-
gnatio certis de
causis occulta-
tur.

^{214.}
Res manat in
publicum ob im-
prudentiam u-
nius e Patribus.

^{215.}
Dubitatur de
jure Praepositi
Provincialis.

ut eam retineret, graviora quaedam rationum momenta suadebant. Ut non ita certo jure traditam accepisset ipse, esse jam neminem, cui committi posset jure meliori, quippe reliquis Mutii litteris, quas patentes vocant, igne corruptis. Rebus ancipitibus, valere jus possessionis debere, ac melius Provinciae consuli dubio aliquo moderatore quam nullo. Post longam accuratamque deliberationem, hoc demum inclinavit, scribendum de negotio ad Praepositum Generalem, nihil interea movendum injussu ipsius. Eandem in sententiam consulti Patrum graviores consenserunt. At erant in Provincia non pauci, seu suopte ingenio rerum novarum cupidi, seu Carvallio privatim infensi, qui diserte negabant expectandum Praepositi Generalis oraculum in ea re, quae esset per se explorata atque perspicua. Non enim dubio, non probabili aliquo jure Carvallium infisse Provinciam, sed aperte nullo; nec interea temporis fas illi esse potestatem exercere, a qua, detecto vitio institutionis sua, penitus excidisset. Alii moveri se ajebant nonnulla religione, ne quaecumque ageret praeciperetve, sive in foro externo sive in interno, vana essent atque irrita, utpote quae a legitima potestate non prodirent.

Sed quaecumque praetexerent causae, illa, si fas vera loqui, apud pleros que erat potissima, quae olim nascentem perturbavit Ecclesiam, cum querebantur Graeci adversus Judaeos *, quod despicerentur in ministerio quotidiano viduae eorum. Nam cum Provincia Goana hominibus constaret partim in India natis, partim peregre advectis ex Europa, et maxime ex Lusitania, priores illi querebantur saepe, filios Indiae, ut ipsi se appellabant, negligi, ac nullo numero prae externis haberet. Quae splendoris aliquid haberent, ea semper attribui Europeis, sibi relinqui laboriosissima atque infirma. In divisione munerum non servari aequitatem dolebant. Haec noxiae dissensionis causa, haec incendi scintilla. Quae quidem studio industriaque Mutii compressa saepius, nunquam extincta, latens alioqui velut cineri supposita, nunc denique, opportunam nacta materiam, emicuit flamمامque concepit. Hinc Indiae quidam filii, at non item filii Societas, cum intelligenter, dejecto semel Carvallio, futurum in Magistratus Fernandum suae nationis hominem, contra illum aperte conspiraverunt. Et quaedam moliri sunt ausi, ex quibus licuit agnoscerre, utrum recti studio, ut ipsi profitebantur, an prava ducerentur cupiditate. Fernandum hinc, inde Vergaram adiunxit litteris seditiosis: illum, ut, redacto in ordinem Carvallio, magistratum suscipiat sibi debitum: hunc, ut proferat Mutii diploma, quo Provincia Fernandio committebatur. Cum neuter ejusmodi denunciationibus moveretur, litteras multo impudentiores mittunt ad Carvallium ipsum, cum acri comminatione, nisi magistratum male susceptum abdicaverit sponte, facturum cum dedecore. Atque ubi has quoque contemni senserunt minas, obfirmato ad omnem audaciam animo, causam ad Proregem Indiae detulerunt, flagitantes ut Carvallium regia potestate exuctoraret. Erat Prorex certis de causis Carvallio subinfensus. Tamen, satis intelligens ejus generis controversiam non nisi Praepositi Generalis judicio finiri oportere, petitionem iniquam repulit sine responso. Non proinde factiosi quieverunt. Ajunt Goanum quoque Antistitem et Fidei Quaesidores occultis fuisse litteris sollicitatos, ut causae cognitionem ad se traherent: at similiter noluisse rem istam, utpote alieni juris, attingere. Postremo contumaces, quos tamē constat fuisse paucissimos, ignari quo se ultra verterent, sua dejecti spe, ab incepto destiterunt. Venere interea Mutii responsa, quibus Carvallio firmabatur potestas, atque omnis contentio praecidebatur. Nam quod in tali negotio decreverat P. Vergara, id scribebat Mutius habuisse causas, non quidem certas omnino, sed tamē probabiles, eoque ratum esse debere pronunciabat. Caeterum hoc maxime loco ac tempore, si uspiam alibi, patuit quid institutio religiosa, quid mores valeant recte informati. Toto spatio fere annuo, quod inter initia finemque tam odiosae disputationis intercessit, quamvis multi ratione in speciem recta existimarent Carvallio nihil inesse legitimae potestatis, tamen haud minus parvum est ei, quam si nulla esset controversia de ipsius jure, neque ob id Provinciae compagem unitatemque, quod erat maxime pertimescendum, discordia laxavit.

216.
Gravis exori-
tur perturbatio.
Vera ejus causa.
Act. 6.

217.
Quo prorupe-
rit aliquorum
audacia.

218.
Multi respon-
sum, et totus
contentio exi-
tus.

^{219.}
Acto in Aethio-
pia. Celebratur
Regni conventus.

^{220.}
Operatio
viciniae
conventum

^{221.}
Imperatoris
responsionem.

^{222.}
Imperator sa-
cramentum ob-
tinet dicit
Rom. Pontifici.

^{223.}
Caeterorum
pius ardor in
proficienda Fide
Catholica.

Dum ita res jactabantur domi, in Aethiopica Missione laeto successu labor sociorum procedebat. Indicta fuerant, uti libro superiore narratum est, ab Imperatore comitia totius Regni, ad dicendum Romano Pontifici sacramentum ex formula quam Patriarcha Alphonsus Mendez praescrivisset. Dies Aethiopiae felix et faustus, si quis unquam, illuxit III. Idus Februarii. Hoc die convenere in aedes regias Coenobiarachae Monachorum quamplurimi, decem Prorege, Praefecti oppidorum, quos Xumos nominant, Ducesque militiae permulti, quotquot denique partem aliquam publici ministerii attingebant, praeter Patriarcham, et duos Regis liberos actate grandiores. Pratus fuerat locus, amplitudine et ornato dignus tanto concessu. Extabat suggestum magnifice instratum pro Principe et Patriarcha, qui affuerunt indui ambo suae dignitatis insignibus, ac paribus sellis consererunt. Silentio facto, vocem intendit Patriarcha, et oratione eloquenti, quid ageretur, quorsum indicta comitia, quae mens Imperatoris et Procerum esset, exposuit. Delapsus inde ad praeincipu doctrinæ Catholicae capita, a quibus pridem Aethiopia desciverat, de una Christi persona duabusque naturis erudit disseruit. Nonnulla subiectum de primordiis Ecclesiae Aethiopicae, quae cum Apostolum ac parentem suum agnosceret S. Frumentum a S. Athanasio illuc missum, alius initio non potuit credere, quam quod credebat, docebat, ac litteris consignatum reliquit ipse Athanasius. Ad extremum revocavit in memoriam conventui missas ab Imperatoribus Aethiopiae ad Romanum Pontificem legationes, et data toties promisse regibus Lusitanis amplectendae Fidei Catholicae: qui quidem Reges tot sumptuum in tutanda Aethiopia factorum, ac tanti sanguinis pro ipsius salute profusi, mercedem banc unam postularent, ut salva ipsa et Catholica esse vellet. Ubi finem dicendi fecit, respondit Imperator nomine Melcha-Christus, unus ex Proregibus, vera commemorans Patriarcham, nec certe aliam ob causam tot attritam fuisse cladibus infelicem Aethiopiam, nisi quod datam superis hominibusque fidem toties tam indigne violasset. At Seltano Seguedo, vix Imperium adepto, primam curarum fuisse, ut Religionem veram inquireret. Eam, Deo propitio, inventisse in Ecclesia Catholica, inventam promptissimo suscepisse animo, ac late spargi curasse. Unum superesse jam, ut Fidei sua publicum daret testimonium, ac Romano Pontifici, Catholici gregis Pastori summo, et Christi in terris Vicario, sacramentum fidelitatis et obedientiae diceret. Id praestare in praesentia velle. Sperare etiam, secuturum exemplum Principis florem Aethiopiae, quem praesentem in conventu cerneret. Haec cum diceret Melcha-Christus, erumpabant subinde lacrymae Imperatori, nostris vero, qui multi aderant, large manabant.

Ut ille peroravit, surrexit e suo loco, sedente Patriarcha et apertum codicem Evangeliorum prae manibus habente, Imperator, progressusque ante ipsius genua, sacramentum in haec verba dixit: « Ex animi mei substantia credo et profiteor, S. Petrum, Principem Apostolorum, totius Ecclesiae Christianae caput a Christo Domino constitutum fuisse, cum illi dixit: *Tu es Petrus, et super hanc Petram aedificabo Ecclesiam meam, et tibi dabo claves regni caelorum:* atque iterum cum ait: *Pasce oves meas.* Credo praeterea et confiteor, Romanum Pontificem, legitime electum, esse vere Petri successorem, et super universam Ecclesiam obtainere eandem quam Petrus habuit potestatem, dignitatem, et primatum. Tandem sanctissimo Patri Urbano Domino nostro, divina Providentia Papae VIII., ipsiusque successoribus, spondeo, voveo, et juro veram obedientiam ac fidelitatem, ejusque pedibus me et Imperium meum substerno. Sic me Deus adjuvet, et haec sancta Dei Evangelia ». Imperatorem secuti sunt filii primo, deinde Proreges ac Dynastae, tum Monachorum Praesides et alii e Clero, eadem postrema verba singillatim repetentes: *Sic me Deus adjuvet, et haec sancta Dei Evangelia.* Eo nequaquam contentus Imperatoris frater Cela-Christus, adstantem multitudinem ad servandam jurisperandi fidem est

cohortatus, et gladium vagina eductum attollens. Si quis, inquit, hodierni foederis et juramenti religionem violare ausus fuerit, sciat se isto vindice peritum. Quod eo dixit, quia suspicabatur e praesentibus nonnullos, veteri odio Romanae Sedis imbutos, ore tenus duntaxat et ingratius juravisse. Cela - Christo non concessit de pio ardore Facilidas, Imperatoris filius natu major atque haeres imperii. Testes superos hominesque palam vocavit, se in paterna ac Romana Fide mansurum dum viveret. Cui talia dicenti Cela-Christus: Vide, quae so, Princeps, ne quo casu excidas a promissis. Tibi hic gladius militi, si Deo servas fidem: sin vero, quod Superi avertant, deficis, in tuam perniciem exurget. Conditionem, bona mente propositam, qualisunque ea esset, accepit Facilidas. Assenserunt copiarum Duces praecipi, et eandem sacramenti formulam pronunciaverunt. Imperator sub haec poenam capitatis constituit iis, qui aliam sequerentur credendi regulam, quam Catholicam et Romanam. Patriarcha in haereticos eorumque defensores ac factores anathema solenne vibravit. His demum ita peractis, primus conventus dimittitur. Die sequenti, coacto iterum coetu, placuit ad Fidei firmitatem haec decernere. Primo, ut dies celebrandi Paschatis servaretur in posterum in Aethiopia ad normam Calendarii Romani. Deinde, ut formula juramentorum nuper editi transmitteretur ad Imperii Provincias, omnesque urbium Magistratus in eadem jurare verba compellerentur coram aliquo ex Patribus Societatis. Tertio, ut si quis auderet Religioni Catholicae adversari, illum Patriarcha trahere ad suum tribunal posset, ac debita poena coercere ex norma Canonum. Postremo sancitum, nemini Clericorum licitum posthac ullam sacri ministerii partem attingere, injussu Patriarchae. Quae totius conventus approbatione et consensu decreta, eademque die praeconis voce populo denunciata, vim legis habuerunt. Haec videntes nostri, atque in memoriam redeuentes quanta nuper ferocia Aethiopis Fidem Catholicam repulissent, tantam animorum conversionem mirari satis non poterant. Aspirantem suo labore auram gratiae coelestis sentiebant, seque enimvero beatos praedicabant, qui fractam aliquando cernerent inveterati schismatis contumaciam, id quod antea desperationi proximum erat. Quam laeta post haec facies rerum in Aethiopia fuerit, alibi exequum.

Nunc, ut in Asiam narratio redcat, res Provinciae Malabaricae breviter expediemus. In Ceylano recens erectae fuerant aliquot Societatis Residentialiae, Collegio Columbensis obnoxiae. Suam singulæ frugem, Deo adjuvante, protulerunt. Caimeli Ethnicorum septem supra centum ad Christi ovile traducti fuerunt: paulo plures Chilami: Navacari bis mille: plures pauciores alibi. Sed nulla pars insulae semen Evangelicum copiosius reddidit, quam regnum Japhanapatani. Quartus fluebat annus, cum primam ibi sedem Societas fixerat, et jam Neophyti censebantur ad quadraginta amplius millia. His excolendis Ecclesiac erant decem diversis Regni partibus constitutae, quarum procurationem Patres quatuordecim gerebant. Sed dum pastorum numeros omnes ac partes implent, ex iis duo fervidiores labori immodico succubuerunt. Praeivit P. Sebastianus Andreatius, gente Italus, patria Lucensis. Is, cum numeraret annos ab inita Societate tres supra quadraginta, hujus temporis fere dimidium exeggerat in Ceylano, et quidem sic, ut passim Apostoli nomine designaretur. Obiit Idibus Junii anno aetatis suaæ sexagesimo quarto. Andreatium uno secutus est mense P. Emmanuel Acosta, cuius eo acerbior jactura accidit, quod erat in ipso robore aetatis, annum trigesimum sextum nondum egressus. Vir ingenio praestanti, et ad ediscendas linguis barbarorum in paucis habili, Cingalensem callebat adeo perfecte, ut ejus Artem conscripserit. Multa etiam edidit vernaculo gentis sermone, ad redarguendam Ethnicorum impietatem usui futura. Ingenii ornamenti pretium addebat pietas singularis, in primisque studium animarum inexplibile, quo futurus putabatur Apostolus Cingalarum, si diutius viveret. Natus erat Columbi. Decessit Idibus Julii, paulo post emissam votorum quatuor professionem.

At nusquam alibi luctuosior Provinciae Malabaricae annus fuit, quam Golimi in sinu Gangeticu. De sociis omnino sex eam stationem obtinibus, quatuor intra bimensem elati fuerunt. Una omnibus moriendo causa charitas christiana.

Tom. II.

10

^{224.}
Decreta quae-
dam ad Fidei fir-
mitatem edita.

^{225.}
RES MAJABARI-
CAE.
Sociorum la-
bores in Ceylano.

^{226.}
PP. Sebastiani
Andreatii, et Em-
manuelis Acosta
obitus et Elo-
gium.

^{227.}
Socii quatuor
aegrotis famu-
lantes intereunt.

228.
pp. Elogium
Ferreirae, et An-
dreas Gomez.

229.
pp. Elogium
Benedicti
Ferreirae, et Si-
monis Sequeira.

230.
Nostrorum
charitas in ora
Piscariae, fame
saeiente.

231.
Singulare be-
neficium P. Ru-
binus erga Para-
vas.

Nam cum inter indigenas grassaretur lues exitialis multosque prosterneret, Patres opitulari misero gregi quibuscumque poterant modis aggressi, dum id ardenter nulloque respectu sui faciunt, pestem contagione hauserunt, atque alias post alium occubuerunt. Primo interit loco Gaspar Ferreira, deinde Andreas Gomez, tertio Benedictus Rodericus, postremo Simon Sequeira, Sacerdotes omnes, viri omnes excellenti virtute, quod satis indicat obitae mortis genus, eoque annalium memoria quam qui maxime digni. Ferreira egregia domi forisque florebat fama. Praeter commune precandi spatum, horam quotidie solidam solebat exigere immotus ante aram templi maximam, nec prius abibat quam se flagris acerrime concidisset. Ad excipias sive morientium sive aliorum confessiones semper praesto erat, nullo die noctisque discrimine, hujusque rei causa somnum nonnunquam ter quaterque per noctes singulas abrumpebat. Obiit annorum quadraginta, quamque sibi pepererat vivens sanetimoniae opinionem retinuit mortuus, cum praesertim cadaver ejus, sesquianno postquam humi conditum fuerat, incorruptum prorsus atque integrum est repertum. Gomezius, ob plura cum naturae tum gratiae dona quibus erat instructus, Praeses Residentialiae Golimensi fuerat, datus, licet plerisque domesticorum inferior aetate, eamque praefecturam administrabat sic, ut disciplinam religiosam non imperio magis quam exemplo tueretur. Benedictum Rodericum qui propius norant, affirmabant, nullam in eo desiderari laudem ex iis quae cadere in hominem religiosum queunt. Erant qui testarentur, non diffuisse illi altioris ordinis dona, quibus illustrari eximia sanctitas solet. Prophetici quidem certe spiritus documentum dedit illustre uno ante obitum anno, cum ad Sodales Marianos verba faciens de communi lege moriendo, oratione praeter morem abrupta, censeri jussit quotquot invenirentur in conventu capita, initio a se ducto. Quod ubi factum est, aperte ac sine ambagibus pronunciavit, intra annum defuturos ex eo numero quindecim, ac nominatim se. Vaticinum affirmavit eventus. Decesserunt enim eodem anno Sodales quatuordecim, ipse numerum mortuorum postremus clausit. Sequeira denique, licet trigesimum aetatis annum nondum attingeret, tamen, ut tradunt litterae, contempnu si ac rerum omnium humanarum oblitione, inter veteranos eminebat.

Ut in colonia Golimensi lues, ita fames in ora Piscariae saeviebat. Invaluit dira calamitas menses continenter decem, magna mortalium clade. Multi, ut vitam tuerentur, libertatem minimo vendiderunt pretio: alii filios parvulos venales habuerunt, alii humanis vesci carnibus sustinuerunt. Quod vero miserabilius, vi mali omne remedium exuperante, expirabant passim homines inedia consumpti, et in viis publicis inseulti jacebant. Quos in uno tantum oppido Tutucurino peremit fames, fuisse dicuntur mille et quingenti. At non relanguit tam saevo tempore charitas Patrum. Miserati Neophytorum vicem, ad eam sublevandam pro viribus incubuerunt. Tutucurini, Punicali, ubique domicilium habebant, perrexere aliquandiu certum quotidie farris mensuram pauperibus viribus dividere, subtrahebentes sibi quod iis largirentur: qua benignitate, quamvis non potuerit omnium inopiae subveniri, effectum tamen ne omnino regio in solitudinem verteretur. Illud provisum facilius, ne, quibus deerant praesentis vitae subsidia, aeternae etiam deessent. Constat, intentis in hanc curam Patribus, obiisse neminem nisi expiatum: qui vero cladi superfuerunt, eos hortatu nostrorum abstersisse conscientiae maculas, caelestium irarum piacula exquisivisse, et emendatiorem vitam instituisse. Ethnicorum quin etiam quatuor fere millia, versa calamitate in occasionem salutis, Baptismo consignari voluisse. Paravae, id genti nomen, tantam beneficentiam Patrum tam suo tempore experti, diligere posse haec eos impensis et audire studiosius cooperant, cum novum insperatumque beneficium P. Antonio Rubino, Collegii Tutucurinensis Rectori, debuerunt. Venerat Rubinus ad aulam Regis Madurensis, cui obnoxii sunt Paravae, negoti cuiuspiam causa: quod cum feliciter confecisset, redditurus propediem erat Tutucurinum. Rex, ut liberaliter exceperat venientem, ita discedentem effari jubebat libere si quid vellet. Cui ille, Non aliud, inquit, peto a te, Rex, nisi ut, miseratus inopiae Paravarum, partem anni tributi remittas iis, neque id exigas.

Singulare beneficium P. Rubinus erga Paravas.

miseris cui solvendo non sunt. Equam censuit petitionem Princeps non malus. Laudavit postulantis charitatem, deditque ei regium diploma, quo immunitatem omnium tributorum Paravis concedebat ad triennium, et praeterea statuebat, ne, triennio evoluto, in regium aerarium inferrent ultra quingentas argenti uncias, cum antea penderent octingentas. Beneficium non leve, eoque pluris faciendum, quo minus videbatur a Rege barbaro, Christiani Sacerdotis deprecatione, expectandum.

Non hac sane indole neque tam miti ingenio Imperator Japoniae erat, ut placari ullo modo posset erga Christianos. Post breves inducias, non tam misericordia quam defatigatione saeviendi concessas, iterum contra eos hoc anno ac ferocius exarsit. Quaecunquè barbarus ad perniciem Christiani gregis incepit, longum esset consequi verbis. Ea nos potissimum perstringemus, quae quadrantus pertinent ad Societatem. Successerat in locum P. Matthaei de Couros, cuius saepè alibi facta mentio, Provinciamque pariter et Japonensem Episcopatum administrandum suscepserat P. Franciscus Pacieus, notum aulae caput, et ubique ab impiis satellitibus conquisitum. Atque is quidem perquiruentium sagacitatem, latebras alias ex aliis mutando, fallebat. Cum tamen saepè consulendus a Christianis Sacerdotibus, saepè ob religionis negotia conveniendus esset, eligen-
dum sibi denique locum certum, ubi fixam haberet sedem, putavit. Nullus comodior visus portu Cochinetzuo, quippe ubi rerum potiebatur Bungodonus Rex Arimensis, miti hactenus natura Princeps, et Christianis non iniquus. Huc itaque domicilium trāstulit. Sed accidit perincommodo, ut sub idem fere tempus Yedum ad Regiam Imperatoris proficeretur Bungodonus, committereturque, absente se, Regni administrationem Tangamondo, homini truculento, et Christianis inimicissimo. Siquidem Yedi cum esset, videns atrocissima edicta quibus in Christi gregem saeviebat Imperator, metuensque ne reus apud eum fieret nimiae lenitatis nisi documentum aliquod crudelitatis ederet erga Christianos, scripsit ad Gubernatorem suum, ne vivere pateretur quemquam qui profleri nomen in aliqua Idolorum secta recusaret. Quibus incitatus litteris Tangamondus, ut erat Christiani sanguinis appetentissimus, in omnem occasionem explendae crudelitatis imminere coepit. Oblata nec opinanti est omnium optatissima. Christum haud ita pridem ejuraverat Cochinotzui sceleratum Japon, Cumata Cusayemon nomine, qui Pacieci latibulum hospitesque ejus intime cognitos et perspectos habebat. Is, quaestum ingentem sperans si hominis tandem frustra conquisiti daret indicium, excurrit Ximabaram, et Tangamondo nunciat, Ducem Christianorum in ipsis fore potestate, si velit. Ubi diversetur, et apud quos, docet. Tangamondus, prae laetitia vix compos sui, advolat continuo Cochinotzum cum tribus lembis plenis milite, ac Domum, in qua latebat Sacerdos, obsidet. Pacieus, auditio militum strepitu, se proditum sentiens, procedit foras, seque ultra vincendum offert militibus vociferantibus. Qui, praeda laeti, non contenti tamen, ejus quoque socium Gasparem Sadamataeum, rei domesticae adjutorem, praetereaque Petrum Rinxuem et Paulum Xinsuchum, ejusdem in explicanda divina legi administratos, intercipiunt. Repertus fuerat in vicinis aedibus cum Gaspare Sadamataeo Joannes Kisacus, juvenis annorum viginti. Quaesivere milites, quisnam esset? Gaspar, servatum adolescentem cupiens, illum velut ignotum curiosius aspectare: cumque vocem tantisper sustinuisse, casu eas aedes ingressum respondit, negotiis cuiusquam causa. Simul oculos ac sermonem alio detorsit. At Joannes, Ego vero, exclamat, Christi Fidem profiteor, meque jampridem his addixi Patribus in spem Societatis et martyrii. Haec locutus, vinculis oneratur, ac militibus traditur, Ximabaram una cum vincitis reliquis abducendus. Per eandem occasionem capti sunt Mancius Araquius et Mathias ejus frater, Pacieci hospites, cumque suis uxoribus, liberis, famulisque pariter Ximabaram devecti. Neque id satis. Versabatur per eos dies Kimabarae P. Joannes Baptista Zola, nostrorum in Arimensi tractae Praeses, andebatque eadem cum Provinciali Praeposito Pacieco indure vincula. Rogatus tamen a Christianis, ut tempori atque adeo divinae providentiae serviret, statuit, licet aeger, descendere ad vicinum mare ac celeri

232.
RES JAPONIAE.
Comprehenditur P. Franciscus Pacieus.

233.
Cum eo capiuntur alii plures.

234.
Postremo P. Io. Baptista Zola cum aliis viginti.

fuga salutem quaerere. Et jam, collectis propere sarcinulis, se proripiebat, cum, oppressus in ipso fugae apparatu ab armatorum cohorte, catenis oneratur, trahiturque in carcерem. Una cum Zola vincuntur Vincentius Caunus, ipsius Techista, Joannes Naisenus, hospes et amicus, totaque Naiseni familia, capita omnino viginti numero.

^{235.}
P. Mattheus
de Courus iterum
cludit perquisi-
tores suos.

At P. Mattheus de Courus quem miris saepe modis elapsum ex impiorum manibus vidimus, licet Ximabaræ itidem versaretur ac curiosissime perquiretur, perquisidores nunc etiam elusit suos. Quo pacto id evenerit, narrat ipse in quadam epistola, cuius verba subiicio: « Quo dic, inquit, captus P. Joannes « Baptista Zola fuit, domum, ubi degebam, improvisus militum globus cinxit. « Ut in conspectu fuerunt equites, continuo in genua procidens, totum me Deo « obtuli paratisimum ad omnes casus. Rosarium deinde collo circumponens, « foras egrediebar, ne periculum hospiti crearem meo. At ille, injecta manu, « me attinuit. Tum, equites succedere admonens, me per posticum emisit in sil- « vulam vicino monti impositam, unde in proximi tugurii stabulum, Deo me ac « denso imbre protegente, evasi. Ibi delitui usque ad IV. Idus Februarias, in « tanta rerum omnium inopia, ut hunc mihi locum fore pro tumulo non dubi- « tarem. Haud quaquam tamen abjicio spem diuturni voti consequendi, nempe « ut istas corpusculi, morbis et senio fracti, reliquias in flamnis aliquando de- « ponam. » Ita scribebat vir martyrii cupiditate succensus. Sed aliter visum superis, qui hunc Japonici agri agricultorem eximium inter sexcenta tela satellitum et quotidiana mortes ad extremum usque spiritu protexerunt. E stabulo translatus est Courus ad subterraneum cavum, quod verius sepulchrum dixeris. Loci formam et modum sic ipse describit: « Latus erat palmos quatuor, longus « duodecim. In his angustiis tres eramus conclusi, ego et alii duo Neophyti. Os « antri obturatum stramine, et admittendae tantum scutellæ capax, nunquam « reserabatur, nisi ad inferendum cibum, id est paululum oryzæ, aut faculam « recitandis sacris precibus scribindisque litteris necessariam, quae statim ex- « tinguebatur. » Narrare pergit isdem litteris, quemadmodum, oborto insidiarum metu, in alterum ejusdem ferme generis spelaeum transierit, in eoque steterit octo ipsos menses, ignotus omnibus praeter quam unum, a quo necessaris vitæ subsidiis juvabatur. Spargebatur interim Ximabaræ rumor de industria, Matthaeum de Couros longissime profugisse. Sed rumor, utcunque invalescens, non faciebat Gubernatori fidem, qui, praedae vestigia subodoratus, eamque excidere sibi tan- diu et e manibus eripi furens, vestigandi curam in dies intendebat. In tantam devenit desperationem, ut parietes domorum intermedios, quibus alias ab aliis sejungebantur, everti jusserit, appositis militibus, qui uno velut obtutu obser- vare intus possent quid ageretur. Sed quaecunque moliretur improbus, nefaria ejus consilia artesque omnes felicit fides Neophytorum egregia, qui Courum in tanto reliquostrum Sacerdotum strage incolumen servaverunt.

^{236.}
Inter innume-
ras insidias ser-
ratur.

Haud absimili fide industriaque Neophyti Nangaschienses tutabantur P. Balthasar de Torres, qui intra urbem latebat. Sed eorum curas superavit ad extreum sagacitas exploratorum. Domus erat Nangasachii, secretore quadam in- structa latibulo, quod heri Christiani struxerant de industria ad occultandos Sa- cerdotes. In eo cavo Balthasar plerumque consistebat, nulli notus praeterquam suis hospitibus. Quadam die, post peractum Sacrificium, irrepsit in vicinam domum, non occultato prius, uti solebat, instrumento sacrificali. Vix autem exie- rat, cum irrumpit, seu sponte sua seu delatoris cujuspam indicio, satelles: sa- crisque repertis vestibus, quaerere Sacerdotem ac totam excutere domum in- stituit. Balthasar, proximæ domus, tumultum audiens, seque unum queri non dubitans, conject continuo se in vacuum quoddam spatium, quod erat duos in- ter parietes excavatum. Os latibuli eadem obstruktebatur materia, qua constabant parietes, cannis scilicet levi tectorio illitis. Quo tamen minus patret, ei lectum applicuerunt domestici. Unus quin etiam, simulato morbo, lecto se commisit. Ecce autem transgressi in hanc domum lictores, totam similiter perscrutantur. Lu- dere se operam sentientes, colligunt domesticorum nomina, dein cubiculis omnibus

^{237.}
P. Balthasar
de Torres pericu-
lo imminentem ter-
ritur.

excubias apponunt, ut cogeretur Sacerdos, aut sponte erumpere ac prodere ipse se, aut, si latere obstinaret, fame perire. Utrumque infortunium ingeniosa Neophyti unius charitas dispulit, qui erat latebrarum et periculi conscius. Dum enim excubiae vigilant domi, ipse parietem exteriorum, qui e cannis, ut dictum est, erat confectus, facilis negotio aperuit, detractumque e cavo Torresium in mapale agricultae cuiusdam Christiani ab urbe longius deduxit. At ubi maxime videbatur ejus ^{238.} vitae consultum, inventa pernicios. Ad mapale concurrere Christiani cooperunt, ut se ad sacram resurgentem Christo lucem, quae instabat, Sacerdotis ministerio compararent. Movit suspicionem insolentia concursuum. Exploratores, rusticano amictu tecti ac turbas Christianorum immixti, tugurium pariter adierunt, quid in eo ageretur observarunt, ac paratos milites admonuerunt. Quibus celeriter advolantibus, Torresius una cum Joanne Tanaco ac Michaelae Tozo capitur ac Nangasachium pertrahitur. Sacerdotem vinculis onustum incredibili plausu et insanis vociferationibus excepertur Ethnici ex ima plebe. Contra urbis Gubernator benigne habuit, detinuitque aliquandiu in liberiore custodia, humanitatem simulans, ut excusperet ex eo quae de Christianis rescire cupiebat. Sed ubi se sua spe falsum vidit, tanquam unum aliquem e sclestissimis ac mille cruce promeritum, in carcere Omuranam transmisit.

Ximabarae interea Petrus Rinxeus, Vincentius Caunus, Joannes Kisacus, et Paulus Xinsucus, quos cum Patribus Pacieco et Zola comprehensos docimus, cum fuissent usque ad hoc tempus Patrum fidei comites et auditores, Societatis vestem, ut unicam laboriosae vitae mercede, flagitabant. Irritae non fuerunt preces. Pium illorum desiderium non ultra differendum putans Provinciae Praeses Pacieus, omnes in Societatem recepit. Additum iis voluit Michaelam Tolum, qui jam antea simillimi laboris eandem mercedem summis expetierat votis, et nuper cum Torresio, ut dictum est, fuerat captus. Tirocinium posuerunt beati juvenes in carcere, professionem in flammis, ut mox referemus, ediderunt. Ac sane dignos se nomine Societatis, quo maxime gloriabantur, praebuerunt in ipso carcere. Gravissimis tentati incommodis, modestia ac patientia sua illatas ab improbissimis custodibus molestias atque ipsos adeo custodes vicerunt. Namque hi carcere cum viderent in sacram velut aedem mutatum, divinisque labyrinthus diu noctu personantem audirent, cum pios vinctorum sermones, summam concordiam, et inusitatam in tot aerumnis hilaritatem animadverterent, facile persuaserunt sibi, veram et omnino divinam eam esse legem oportere, quam viri tales profiterentur. Nihil obstabat ne Christiani fierent, praeter suppliciorum metum. Ac ne id quidem prohibuit unum animi robustioris, ne palam Christi Fidem ac Baptismum susciperet. Ceteri, humaniores effecti, et innocentium commiseratione tacti, ergastulum custodiare benignius cooperunt. Neophytis accendi propius colloquendique cum Patribus potestatem faciebant. Ipsi interdum litteras a Patribus ad amicos atque ab his vicissim ad Patres deferebant. Haec ut cognovit Tangamondus, infrenuit, et, custodibus graviter objurgatis, carceri praefecit Cagicavam Denzajemone, virum natura asperum, sibique affinitate ac scelerum imitatione conjunctum. Sed non proinde vinctorum conditio deterior, quod ille spectabat, facta. Cagicava, tanto observans diligentius eos quanto plus oderat, verissima esse vidit quae de ipsis pietate jactabantur a custodibus. Hinc adeo mutatus est, ut e vinctorum tortore praecco publicus et laudator fieret, e tetterimo Ethnico prope Christianus. Non id Tangamondum latuit. Furit improbus, et, affini suo levitatem reprobrans, dignitatem abrogaturum minatur. Cui Cagicava, Quemlibet, ait, isti custodiae praefeceris, si ille modo audiat quae loquuntur Patres, si vitam ipsorum inspiciat, non sane poterit idem non sentire mecum, istorumque hominum vel invitus legem et instituta laudabit. Hos ego antea belluis ipsis putabam deteriores. Jam plusquam homines arbitror, caeterosque mortales tantum specie tenus homines prae Christianis puto. Efferatus hac oratione barbarus, rabie exaestuans, Cagicavam pariter militesque caeteros amat loco: cumque alios durioris ingenii substituisse, vetuit his sub acri comminatione, ne miscerent sermonem cum Patribus, neu loquentibus praebherent

*Mox incidit in
insidias prope
Nangasachium.*

^{239.}
*Quinque ex
vinctis Neophy-
tis recipiuntur
in Societatem.*

^{240.}
*Eorum mode-
stia custodes car-
ceris mitigan-
tur.*

aures. Nec eo contentus, adjecit animum ad convellendam, si qua posset, vincorum constantiam, ducto ab iis initio, quorum actas magis patere insidiis videbatur.

^{241.}
Vincentius
Cauus direcru-
catur. Eius mi-
ra constantia.

Erat inter vinctos, uti tradidimus, *Vincentius Cauus*, juvenis patria Coreanus, quae natio mitissimi ingenii fertur esse. Hunc prae reliquis a Christo abducere Tangamondus cupiebat, cum alias ob causas, tum ob eam maxime, quod in caracteribus sinicis exarandis, quibus Japones plurimum delectantur, pollebat arte praecipua, hujusque rei gratia habere eum domi loco librarii cogitabat. Eductum igitur e custodia, molli primum oratione aggreditur. Minas deinde intentat, et cruciatus denunciat acerbissimos, nisi peregrinam et commentitiam, ut ipse loquebatur, religionem abjeceret. Cum minas aeque ac promissa fortissimus juvenis rideret, inflammatus iracundia Tyrannus, nudum in area patenti sterni, jacentique manus ac pedes forcipibus concerpi jubet, rogans identidem, num in sententia persisteret. Persistentem impleri jubet aqua, plenis situlis per os ingesta, quam mox tortores inhumani, incussis ventri ac stomaco pedibus, erumpere cum sanguine per omnes corporis exitus cogebant. Defecit in immitti cruciatus juvenis, jamque intercluso spiritu moriebatur. Cum subita de coelo ope, quam tacitus imploravit, est recreatus in tantum, ut atrocissimi tormenti vim placide sedateque ferret, ita prorsus, ac si omni carceret seruus doloris. Tangamodus, novam tranquillitatem contemptum interpretatus suum, trunco arboris alligari nudum jubet (*tempesetas erat frigidissima*), ut perire fame enectus ac friore. Sed constantiam admirati milites, illum cum bona Gubernatoris venia solverunt, atque in carcерem reduxerunt. Post dies quatuordecim producitur iterum ad tribunal, ut nomen suum scriberet in charta, nescio quem in usum parata. Cum movere manus luxatas congelatasque non posset, permisit Judex ut ei vestes redderentur quibus fuerat spoliatus, neque recusavit quin igni paululum admoveretur. Parabat post haec Tangamondus alias ingeniosae crudelitatis artes expromere, sed absistere incepto coactus est altioris imperio potestatis. Nam cum venisset Nangasachii et regia Civitate novus Gubernator, Midzunus Cava-chius nomine, haberetque ab Imperatore mandata cruciandi necandique quosque posset Christianorum magistros, ordiri carnificinam volens, suam in umerum transferri continuo jussit Religiosos tum qui Omarae tum qui Ximabarae in vinculis attinebantur, id quod nulla mora interposita factum est.

^{242.}
Producuntur
ad rogum no-
vem de Societate.

Adfuerunt itaque Nangasachii ad XII. Cal. quintiles Patres Franciscus Pacieus, Joannes Baptista Zola, et Balthasar de Torres, cum sex Fratribus, quos una captos diximus, capita omnino novem de Societate. Sacerdotes lectici, laici juventis devecti fuerunt, omnes eadem die ad supplicium locum perducti. Collem delegerat Gubernator, in conspectu urbis editum, ac multorum Martyrum triumphis nobilitatum. In eo stipites cernebantur tredecim, aggesta circum materia ad totidem cremanda corpora. Nam praeter novem, quos dixi, nostri Ordinis homines religionis causa damnatos, idem supplicium sumi placebat de Hispanis quatuor, qui cum ante biennium ejecti fuissent ex Japonia, poena capitis proposita si iterum intra fines Japonici Imperii deprehenderentur, illuc nihilominus mercimonii causa redierant ex Philippinis Insulis. Verum isti, ut audierunt, aut moriendum in flammis esse aut Christi Fidei ejurandam, metu victi, hoc alterum maluerunt: ac vitam, quam pro Christo ponere pulchrum erat, turpi flagitio redemerunt, magna Christiani nominis ignominia, at eo maiore gloria nostrorum, qui collem sereno ac remidente vultu, quasi deambulandi causa in apricum procederent, concenterunt, suosque singuli palos adierunt. Haec tanta hilaritas miro in promiscua spectatorum multitudine excivit motus, Christiani gratulabantur detersam iterum fortitudine macalam, quam divinae religioni asperserat defectio Hispanorum. Ethnici, quid hoc esset gaudii minime percipientes, obstupescabant, virtutemque hominum inauditam tantum non laudabant. Per haec injectus ignis in extantem lignorum struem, fumi nubem sustulit densam, quae aspectum intuentibus interciebat. Ea mox flammis relalentibus dissipata, iterum apparuerunt beati pugiles, ad suum singuli palum stantes, corpore immoto,

^{243.}
Quatuor Hi-
spanorum lu-
ciuosa defectio.

^{244.}
Nostris leno i-
gne comburun-
tur.

vultu placido, ac sereno, quasi vim ignis e proximo saeuentis non sentirent. Si-
mul audiebantur, cum Iesu et Mariae nomina suaviter ingerminarent. Ita cum
stetissent horae fere quadrantem, alius post alium defecti spiritu conciderunt. Et
nihilominus intra ardenteum rogum, donec penitus absumerentur, relicti fuerunt.
Cineres, jussu Gubernatoris collecti, in mare projiciuntur. Edixerat Gubernator
impius, ut una cremarentur sacre Reliquiae, Imagines, Rosaria, Cruces, et pii
libri, quibus fides Christianorum et pietas fovebatur. Istarum rerum ingentem
numerum, undique conquisitum, lictores unum in acervum congesserunt atque
igne consumperunt. Cineres similiter in mare dejecti, magno Christianorum do-
lore, at inutili. Non aboleri tamen ex hominum mentibus potuit fortissimorum
memoria Martyrum, de quibus quaedam ad nos pervenerunt dictu praeclara,
quae hoc loco subjicimus.

P. Franciscus Pacieus, ortu Lusitanus, in oppido Pontis Limae natus, puer
cum esset annorum tredecim, Societati se devovit ea maxima spe, ut nostrorum
in Indiis labores ac triumphos, quos saepe narrari audierat, aemularetur. Ab
ipso Tirocinio virtutis exemplum edidit non vulgare, quale de magno Indiarum
Apostolo memoriae proditum est. Siquidem obire piam peregrinationem jussus,
quo experimento probari nostri Tirones solent, et Compostellam, ad sacros D. Ja-
cobi Cineres missus, per Pontem Limae natale solum transiens, neminem affi-
nium, qui Civitatis erant principes, salutavit. Ausus quin etiam est, sive ita jus-
sus fuerat sive tulit causus, instar mendiculi unius e multis corrogare stipem a
matre, quae, nihil minus quam filium cogitans, eum in religiosa ac detrita veste
non agnovit. Cum esset ita comparatus, non aegre Europam cum India com-
mutavit. Macaum appulsus, quod Imperii Siensis ac Japonici velut ostium est,
ibi substitit annos ferme duodecim, partim ut disceret Theologiam, partim ut
alii traderet, donec in Japoniam, quo sua illum ferebant vota, transgressus, Sa-
crai consedit, in urbe majoris insulae fere media, ubi stabilem Societatis resi-
dientiam instituit, et gregem Fidelium pietate ac numero multum auxit. E medio
laborum cursu revocatus Macaum ut praeesset nostris, delatum regimen quam
aegre suscepit, tam prudenter ac laudabiliter gessit. Hinc in Japoniam renaviga-
vit accitu Ludovici Cerqueirae, Japoniae Episcopi, qui eum habere secum vo-
luit in consortium curarum Episcopalis adscitum, et Vicarii generalis appellati-
one insignitum. Biennio post, exorta illa atrocissima tempestate quod Societatem
omnem Japonia depulit et Episcopum dolore confecit, saevi turbine abre-
plus est etiam Pacieus, atque iterum Macaum delatus. At, interjectis aliquot
mensibus, desiderium cari gregis subiit adeo vehemens, ut tenere se non po-
tuerit quin illum reviseret. Vultum ac vestem immutat, et, institorem praeferens,
quaestuosam animarum negotiationem in Japonia repetit. Undecim post haec an-
nos furias Imperatoris, crudelitatem satellitum, exploratorum insidias pertulit,
vitam in silvis, ut plurimum, montibusque trahens. Anno integro jacuit in latebroso
prope Sacajum specu, quo nullus patebat aurae liberiori aut luci aditus. Pro-
hibebat intempesta nocte ad impertinenda Neophytis sacra, eorumque animos eri-
gendas. Diem totum retrusus, et e vivorum prope numero expunctus latebat.
Demum regendas Provinciae praepositus, Ecclesiae pariter Japonicae gubernan-
dae curam, quae huic muneri absente Episcopo juncta erat, sumpsit. Dumque
utraque procuratione sedulo strenueque perfungitur, vitam praeclarę actam glo-
riosu, ut diximus, fine clausit, annos natus sexaginta et unum, post initam So-
cietatem quadragesimo primo. Magna erat de Pacieci virtute apud omnes, etiam
religionis hostes, opinio. Spectabatur cum primis ob humilitatem, modestiam,
tolerantiam laborum, despiciuntiam rerum humanarum et sui, quibus virtutibus,
totidem quasi gradibus, ad coronam pervenit.

P. Balthasar de Torres, Granatae in Hispania natus, primis litteris operam
dedit Ocaniae, eam urbem gubernante ejus patre. Dum frequentat Collegii Oca-
niensis scholas, nostrorum mores atque instituta considerans, in primisque stu-
dium ardens divinae gloriae in ultimas Orientis oras deportandae reputans, ex-
arsit amplectendae Societatis desiderio: in eamque acceptus, non ante queivit,

^{245.}
*Elogium
P. Francisci Pa-
cieci, ejusque vi-
tae compen-
diuum.*

^{246.}
*Elogium
P. Balthasari de
Torres.*

quam facultatem in Indias transmittendi obtineret. Opportunitatem optatae navigationis obtulit classis Lusitana, quae Japoniae Legatos ab urbe Roma, post obsequium Christi Vicario delatum, reducebat in patriam. Goam cum illis delatus, sacram de Deo scientiam in hac urbe didicit: eandem postmodum per annos continenter octo Macai docuit. Japoniam denique, votorum suorum metam, sacculo ineunte attigit. Flagrante inter Daifusam Imperatorem et Gubernatores Imperii bello, aegre per stratos cadaveribus et incendiis undique colluentes campos effugit in paludem, in qua deprehensus a militibus, spoliatus, ac verberibus male mulctatus est, interfecto in ejus oculis Japone Christiano, qui laborum comes et operis evangelici adjutor erat. Ingravescente persecutione, quamquam Religiosi exulare omnes Japonia cogebantur, mansit ipse mutata teste. Etsi quidem aditu urbium prohibebatur, recessit in desertam solitudinem, ubi loci vastitas et horror illum aliquandi texerunt. At inde velut in solem rursus et pulverem prodiit, ubi cognovit de Neophytorum Nangasachiensem pericolo, in quo inimicorum Christi rabies acris saeviebat. Suppetias venit: et quamvis commodiores ipsi latebras offerret moderatorum benevolentia, stationem periculi plenissimam nisi flammis consumptus non deseruit. Confecrat vitae annos sexaginta tres, in Societate septem et quadraginta, Elucebant in ejus vultu ac moribus comitas et modestia, conciliatrices animorum blandissimae. Mens, corpore bene constituto firmior vegetiorque, inconcussum in rebus vel desperatissimis tranquillitatem retinebat. Solo contentus Deo, et nuda paupertate dives, regna integra peragrabat, nihil secum ferens praeter Breviarium, Rosarium, et necessariam sacrificio suppellecitem, onera dulcia et aliorum onerum levamenta. Caeterum ita positus in potestate ac manu moderatorum, ut eorum levissimo quoque nutu circumageretur.

^{247.}
Elogium P. Jo.
Baptistae Zolae.

P. Joannes Baptista Zola, gente Italus, patria Brixiensis, unus fuit e Sociis sexaginta, quos anno hujus saeculi secundo P. Albertus Laertius in Indiam deportavit. Philosophica spatia Goae, Theologica Macai emensus, Japoniam petuit, ac Ximabaram, urbem Ariminensis Regni tunc omnino Christianam, accepit excolandam. Annos ibi posuit sex, donec Regulus, e Christiano carnifex Christianorum factus, eum pariter ac caeteros Evangelii praecones expulit. Ximabara egressum vicinae exceperunt insulae, quibus in percurrendis biennium egit. Proposito inter haec edicto Daifusamae ne cui Religiosorum liceret in Japonia consistere, Macaum se recepit. Sed anno proximo reversus clam in Japoniam, iterum Ximabarae consedit, neque hinc am overi nisi post annos decem potuit, cum productus fuit ad rogum. Qui Zolam observabant Patres, mirabantur tot durare labores posse hominem morbis debilitatum fere assiduis; duasque res in eo junctas felicissimo nexus praedicabant, fortitudinem solidae virtutis, et miram ingeni suavitatem. Ut erat Japonicae linguae scientissimus, affabilis idem et commis, facilime indigenas adjungebat sibi, deinde ad Christum adduciebat. Miram adhibebat solertia in excogitandis pietatis promovendae artibus multis ac variis, praesertim in propagando cultu divinae Matris, cuius in omni vita studiosissimus fuit. Nihil optabat impensis, quam pro Christo mori: beatos, quibus id continget, pronunciabat. Olim cum audisset Patres Carolum Spinulam et Petrum Paulum Navarrum proxime necandos odio divinae Fidei, pia ardens invicta, scripsit ad eos litteras fervidissimas, enixe rogans, ut, simul ac delati essent in coelum, similem sibi exitum a Deo impetrarent. Quibus illi postulatis cum respondissent se enimvero facturas quod rogabat, eorum litteras, tanquam obligatae fidei synraphas, custodiebat in Breviario, ut illarum aspectu quotidiano recrearet sese, et spe beatae sortis erigeret. Diuturni voti potens est factus anno aetatis sua quinquagesimo primo.

^{248.}
De Fr. Gaspar.
Sadamataeo.

De sex Fratribus, qui participes ejusdem sortis et gloriae fuerunt, praeter ea quae sparsim indicavimus supra, haec in monumentis Japoniae reperiebamus. Gaspar Sadamataeus, Fasami ortus in Regno Omurense, et in Seminario Societatis educatus, in nostrum Ordinem adlectus fuit annum agens aetatis undevigesimum. Quamvis autem rem familiarem curaret domi, Sacerdotii expers;

tamen, nativa pollens facundia, et in sectis Japonicis, quas egregie callebat, refutandis copiosus ac felix, partem hanc sacerdotalis munieris non incommodo administrabat: caetera humili, laboriosus, et in obēundis quae sui erant gradus diligentissimus. Praepositus Provincialibus ac nuper Francisco Pacieco propter industriam additus comes, non levi adjumento illis fuit. Annos vixit unum et sexaginta. Vincentius Caunus oriundus erat, ut dixi, e Corea (*Corajum vulgo appellant*), ingenti peninsula, Imperio Sinico ad orientem solem objecta, cuius Reges Imperatorj Sinarum vectigales ac stipendiarii sunt. Ejus pater aliam equitum ducebat in exercitu Coreano, quo tempore Taicosama Imperii proferendi avidus, et bellum Sinis inferre meditans, gradum sibi ad eos per Coream struere tentavit, ut alibi in nostris annalibus narratum est *. Ambitionem vesani Principis Deus ad multorum Coreanorum salutem vertit, qui capti hoc bello, et in Japoniam abducti, lumen Evangelicum asperxerunt in terra aliena, quod forte nunquam aspexissent in sua. Fuit ex hoc numero Vincentius noster. Parentem secutus in castra, ac forte ostilem Japonum aciem eminus contemplatus, exarsit juvenili cupiditate eam cominus speculandi, et promovit incaute gradum. At stationes inimicas lustrans proprius quam hosti tutum erat, capitur, et ad unum e Ducibus exercitus Japonici vincitus perducitur. Erat hic religione Christianus. Itaque adolescentis liberali et ingenua delectatus indole, illum vera pietate curavit imbuendum. Baptizatus a Patribus Societatis, eorum institutum adamat, frequentavit domum, et operam rei domesticae sic navavit, ut quaedam etiam Sacerdotum munia exercebat, Christum ubique praedicando, et populares praesertim suos, qui per belli causam plurimi in Japoniam abducti fuerant, Fidei praecepsit ac moribus informando. Dum Evangelicum strenue ministerium exequitur, venit in suspicionem Japonibus tanquam explorator, quippe Coreanus, et in agendis rebus navus atque impiger. Ob eam rem transgressus in Imperium Sinense, annos ibi fecit quatuor, donec exolevisse sui apud Japones memoriam putans, reddit in Japonium, atque iterum propagandae fulciendaque rei Christianae totum se adjecit. Id agentem regii satellites cum P. Zola, ut supra ostendimus, intercepserunt Ximabaracae. Adscriptus in ipso carcere Societati, vitam per annos quadraginta sex pie utiliterque ductam gloriose fine clausit in flammis. Petrum Rinxeum, Paulum Xinsucum, Michaelem Tozum, et Jannem Kisacum Japonia genuit. Rinxeus, latinis excultus litteris in Seminario nostrorum, sectarum Japonensis fabulas, ut erat ingenio peracri, mira facundia refellebat. Societatis impetranda studio, totos octo annos operam Provinciali Praeposito navavit. Cooptatus inter Socios in ipsis vinculis, dignum se Ignatii filium ignis experimento probavit, annos aetatis octavo supra trigesimum. Xinsucus, nostris Patribus a puer deditus, fidus eorum comes diu fuit, itinerum particeps et laborum. P. Hieronymum de Angelis secutus est primum, deinde P. Paulum Navarrum, hoc demum extincto, P. Franciscum Paciecum: a quo Societati aggregatus, cum eo pariter in rogum conjectus est, annum agens vitae quintum supra quadragesimum. Trigesimum octavum decurrebat Michael Tozus. Fuerat olim P. Hieronymi de Angelis, tum P. Sebastiani Kimurae in procuranda animarum salute socius impiger. Postremo P. Balthasaris de Torres et socius et praeclarus imitator fuit in oppetenda pro Christo nece. Omniminim aetate erat Joannes Kisacus, quippe annos unum duxtaxat et viginti natus: nulli tamen virtute et constantia secundus, qui ne ipsa quidem in morte deserere sustinuit, quos in omni vita sequi studuerat, Patres Societatis.

His ita uti dictum est interfectis, supplicium de ipsorum quoque hospitibus erat sumendum. Torresium occultaverat domi suea Joannes Tanaca. Zolam Paulum Uciborius habere solebat apud se, sed apud Joannem Naisenum satellites comprehendenderant. Fratrem Sadamataeum Petrus Araquius, P. Paciecum Mancius et Mathias fratres item Araquii, hospitio exceperant. Hi omnes cum liberis et conjugibus attinebantur in vinculis Ximabaracae, propediem mactandi. Prius vero quam ad supplicium producerentur, lis orta est admodum nova inter duos Zolae hospites, Paulum Uciborius et Joannem Naisenum. Uciborius, habere domi suea

Tom. II.

11

249.
De Pr. Vincen-
tio Cauno.

* Part. V. lib. XX.
n. 6.

250.
De reliquis
quatuor Fratri-
bus.

251.
Novum genus
contentiones in-
ter Paulum. Uci-
borium, et Jo-
Naisenum.

Zolam, ut dixi, solitus, illum tantisper deposuerat apud Naisenum, donec inventetur cymba in quam impositus fugeret. Hoc medio tempore in domo Naiseni capitur Zola, proindeque occultati Sacerdotis reus fit ipse Naisenus, et contra eum capitalis sententia dicatur. Indoluit graviter Uciborius carere se hospitiu tam diuturni praemio, idque alteri tradi propter bidui triduique hospitium. Intentit Naiseno item apud Judices. Se multo potiori jure dicendum Zolae hospitem clamat, qui longo illum tempore habuisse domi, quam Naisenum, qui habuerit ad paucos dies. Sibi propterea, non illi necem deberi. Pugnabat contra Naisenus, legem pro se facere, quae reum pronunciaret civem, cuius in aedibus comprehensus foret Sacerdos, non apud quem alias habitasset. Apertissima esse verba legis, et omnem interpretationem respuere. Judices, mirati novum et ante inauditum in foro litis genus, causas ad Praetorem Nangasachiensem detulerunt, qui secundum Naisenum pronunciatavat, Uciborium tamen attinuit in carcere, donec Imperator moneretur. Cacterum ex tam insolenti certamine intelligentes Judices, quantae molis futurum esset expugnare suppliciis homines, qui mortem in votis haberent, alia eos via oppugnando censuerunt, atque in uxoriibus, quae virorum pars debilior, torquendos statuerunt. Prima producitur ad Tangamondi tribunal Susanna, Petri Araquii conjux, femina nobilitate, forma, pietate insignis. Post adhibitas frustra cohortationes et minas, spoliatur vestibus, ac procacis populi sannis contumeliosque palam exponitur. Inde per celeberrima urbis loca, obligatis capistro faucibus, circumducitur. Mox capillis ex arbore suspenditur, exorrectis oblongo tigno brachii, alioque simili tigno divaricatis cruribus: tormentum non minus cruciatu, quam ignominia, nobili praesertim feminae, acerbissimum. Aderat spectaculo ancilla, filiolam Susannae trimam ulnis gestans. Eam conspicatus Tangamondus, rogat cuius puella sit? Ancilla, novam atrocitatem suspicans, et salvam puellam cupiens, suam inquit esse. Imo mea est, exclamat Susanna. An vero aliiquid commareret talis aetas et innocentia potuerit, vide. Excanduit voce tam libera barbarus, et ad matris pedes spoliatam pariter transverso corpusculo colligata distendi jussit infantulam. Pueriles ejulatus, summo frigore ac duro nexus vinculorum expressi, maternum pectus totidem vulneribus laniabant. Nullus tamen matris auditus gemitus. Tantum immanitatem exprobavit impuro Judici, qui nobilem feminam tam indigno cruciati afficeret. Steterat jam in immitti suspedio horis octo, cum affuit e Tangamondi familia mediastinus, et funibus exolutam abduxit in Culinam, ubi operam navaret coquo. Ibi paucos cum fecisset in vili ministerio dies, Nangasachium, ut mox referemus, delata, et interfacta est.

^{353.}
Jo. Naisenus a
priori constantia
excidit.

^{354.}
Mox resipescit,
atque ultra sistit
se Judici.

Idem tormentum caeteris piorum hospitum uxoriibus parabatur. Verum istae, quas erigere debuit exemplum Susanna recens, opprobrii metu victae, Christum exuere quam vestes maluerunt. Sola Naiseni uxor Monica, caeteris fortior, Mili vero, inquit, Tangamondum respectans, non vestimenta modo, sed vitam prius quam Fidem extorseris. Quibus dictis, ipsamet se suis vestibus spoliabat. Spectatores incessit pudor, et clamorem circumfusa multitudo sustulit, quo territus Tyrannus, amoveri illam ab oculis hominum, in eumque duci locum jussit, ubi ejus pudicitiae vis et labes inferretur. Hic enimvero se non continuit Naisenus. Rapi ad lupanar carissimam uxorem videns, vi ille nuper vitae prodigus, quem cum Uciborio de adeunda nece litigantem vidimus, animo concidit. Exclamat dolore amens, Imperatori se consensurum. Reclamare nequidquam Monica, et vir flagitium objectare. Laetus Victoria Tangamondus, utrumque abire liberum sinit et quasi de Christianis omnibus triumphasset in uno, scribit ad Imperatorem Joannem Naisenum in ejus deinceps futurum potestate. At reversus domum Naisenus, perturbationis aestu sedato, admissi sceleris magnitudinem reputare cum animo suo coepit. Simul cohorescere, plangere, non cibum, non somnum capere. Ad extremum, oblatrantis conscientiae vocem haud amplius ferens, per ingenti animo ad Tangamondum. Is hominem accedentem ut vidit, accurrit et porrecto ad laetitiam vultu, quod meliora ceperit consilia gratulatur. Enim vero meliora, subiect Naisenus. Hesternam detestor vocem, Christianum esse me at-

porro fore profiteor. Exarsit ira impius: tamen, represso tantisper furore, illum dimisit. Dein, habitu cum Judicibus consilio, rursum tentare viri constantiam qua cooperat via statuit, satis gnarus quantas habeat vires castus conjugum ac liberorum amor, que debilem parte Naisenum ex ejus recenti lapsu cognoverat. Monicam ejusque duas filias, alteram septem, alteram duos natam annos, nec non famulas ejus Christianas adduci ad se jubet. Ut affuerunt, spoliatae vestibus, aqua per os ingesta oppletae, pedibus proculatae, forcipibus laceratae, per humum tractae fuerunt: at conatu irrito. Vicerunt Tyranni rabiem feminae generosae: amorem omni tortore saeviorem Naisenus vicit. Tangamondus, nullis concutis machinis posse tam fortis animas sentiens, spe exedit, ac multa in Christianos debacchatus discessit. Mulieres semivivae in carcere reducuntur. Pauci post haec fluxerant dies, cum Gubernator Nangasachiensis Cavachius, accepta relatione eorum quae Ximabarae gerebantur, mitti sibi ad capitale supplicium jussit non ipsum modo Naisenum, quem multi servatum cupiebant, sed quotquot in eadem causa tenebantur, et inexpugnabilem contumaciam praeferebant: quae jussa faciente Tangamondo, ad VI. Idus Julii Nangasachium deportantur viri quatuor, Mathias et Petrus Araquis, Joannes Tanaca, et Joannes Naisenus, praeter hujus filiolum Ludovicum. Additae iis feminae tres, Susanna, de qua dictum supra, Catarina Tanacae, et Monica Naiseni uxor. Reliquorum, qui capti simul fuerant, alii a Fide defecerant, alii in carcere retenti fuerunt. Impositum in eamdem onerariam cadaver Mancii Araquii, qui biduo ante obierat lenta tabe consumptus in carcere. In terram expositi Christi milites haud ita longe a loco supplicii, quod viae reliquum erat confidere malebant pedibus. At compulsi iumentis uti, iter pia inter se colloquia conferentes peregerunt. Ludovicum puerum, propterea quod equitare nesciebat, ulnis detulit unus militum. Mancii cadaver, oblonga porrectum tabula, duo milites extulerunt. Ingressis forale septum praesto fuit poena, sed non idem omnibus poenae modus. Quatuor quos dixi viri lento igne combusti sunt. Feminis, et Ludovico infanti amputatae cervices. Omnium cadavera in ardente rogum projecta.

Afflictae tot cladibus Ecclesiae Japonicae haud leve damnum accessit, sublatis duobus ejus agri Cultoribus praestantissimis, P. Joanne Baptista Baeza et P. Gaspare de Castro, quos aerumnosae vitae incommoda consumpsérunt. Ut de singulis agam separatum, Baeza, cum nemo in hac temporum atrocitate recipere Sacerdotes vellet, undique exturbatus, ac saepe sub dio morari coactus, molestissimam contraxit et ipsis prope acerbiorē flammis paralysim, qua decumbere in lignea cista cogebatur, omnibus membris captus. Et nihilominus, caro prodesse gregi pro viribus studens, si quo vocaret pietas, illuc sandapila exportabatur. Id cum latenter fieret, mortem licet optatissimam diu fugit. At morbos doloresque, quibus perpetuo premebatur, neque fuga neque latebris declinare diu potuit. Succubuit tandem oneri immenso misericarum, post vitæ annos sexaginta octo, quorum septem supra quadraginta posuerat in Societate, in Japonia tringita sex. Lucem hadiserat Ubetae in Provincia Baetica. Ingressus Societatem, post consueta litterarum studia transmisit in Indiam, et quadriennio post in Japoniam. Quanto foeno acceptum a natura singularis eloquentiae talentum multiplicaverit, declarant amplius septuaginta capitum millia, quae salutaribus perfudit undis in solo Regno Fingensi. Eum narrant Baptismo conferendo saepe sic fuisse defatigatum, ut essent adhibendi qui languentia brachia sustinerent. Ejectus inde ab impio Dynasta, Ximabaram excoluit pari labore, nec dispari fructu. Ludovico Cerqueira Japoniae Episcopatum obtinente, munus Vicarii generalis per aliquot annos cum egregia prudentiae laude sustinuit. Nec minori fama Nangasachii nostris praefuit, qua in urbe rogata Christianorum mansit in latebris etiam tum cum omnibus religiosis indictum erat exilium, ac porro manere perrexit donec miseriis, ut dixi, oppressus occubuit: vere ut possit dicere, martyrium illi, non illum martyrio defuisse. Magnam vulgo habebat sanctimoniae opinionem, et miris interdum signis est comprobata. P. Joannes Baptista Zola, multo antequam lento deflagraret igne, prefecturus nescio quo, Baezam

255.
Eius constan-
tia in saevō crū-
ciatū uxorū et
filiarū.

256.
Eiusdem ali-
rumque illustre
martyrium.

257.
Mors et eb-
gium P. Jo. Ba-
piastae Baezae.

rogabat ut sibi bene precaretur. Baeza, oculos ac manus in coelum tollens, *Ab illo, inquit, benedicaris, in cuius honore cremaberis.* Quibus uti verbis solet Sacerdos, cum imposito in acerram thuri benedicit. At proxime cremandus, propheticō pronunciātū spiritū et praemonstrātū sibi iis verbis mortis oppetendae genūs, minime dubitavit. Obiit Nangasachii ad Nonas Maji: cumque ejus mors, nescio quo pacto, ad aures Ethnicorum pervenisset, cadaver omni ope quæsiverunt Magistratus, flammis abolendum scilicet, ut ne saltem mortuus elaberetur, qui toties illos fellerat vivus. At Christiani collocandum in tuto, atque honorifice sepeliendum curarunt.

^{258.}
Obitus et elo-
gian P. Gaspa-
ris de Castro.

Eodem prorsus die iisdemque consumptus aerumnis periit P. Gaspar de Castro, Lusitanus. In Societatem admissus fuerat inter domesticæ Adjutores rei, eumque P. Sebastianus Morales Japoniae Episcopus, ex Europa in Indiam solvens, socium adsciverat sibi, juvenem scilicet impigrum, et in arte medendi non rudem. At qui Moralio successit in Episcopatu P. Petrus Martinez, perspecto Gasparis ingenio atque indole optima, humanioribus disciplinis operam dare jussit Macai: atque ubi scientia morum, quantum ad Japonium culturam opus esset, instructum sensit, Sacris initiatum in Japonicam messem induxit. Respondit Praeius expectationi novus Sacerdos. Proiectus ad altiore gradum, inferioris tamen retinuit humilitatem modestiamque, et proprias utriusque virtutes felici nexus conjunxit. Operarius indefessus, ut consuleret Christianorum saluti, in sexcenta quotidie pericula se conjiciebat, mortem in conspicu positam semper provocans, semper Deo protegente effugiens. Labori cuiilibet parem faciebat optimæ constitutio corporis et validæ viræ, quas tamen vehementer attrivit jejuniu, cilio, quotidiana verberatione, aliisque poenis voluntariis. Crudescente persecuzione, delitescere coactus est per hyem accerrimam in subterraneo cavo, tam angusto, ut scriberet ipse ad amicum, plus loci mortuo sibi fore. Cum ne ibi quidem satis crederetur tutus, transit in vicinae insulae solitudinem, quo nullus patere perfidiae aditus putabatur. Sed eo quoque insidiae ac satellitum arma pervaserunt. Itaque a Christianis revocatus, et impositus crati vimineae, tamquam mortuum cadaver in dumetum est deportatus non procul ab urbe Arima, ubi morbo, inedia, frigore semianimis, supremam instare sibi horam sentiens, unum e nostris accivit, cuius in complexu, novissimi morientium praesidiis munitus, animam efflavit, actatis anno sexagesimo sexto. Morti proximus id unum doluit, quod non inter flammas securesce moreretur. Sed ita, opinor, a Deo fuerat paratum, ut ei parceretur morienti, qui vivens nulla in re sibi pepercera.

^{259.}
RES PERUANAE.
Mors et elo-
gian P. Didaci
Martinez.

De Provinciis Americanis pauca in monumentis hujus anni repori, vel quod litterae non fuerunt scriptae, vel quod in itinere, ut saepe accidit, perierunt. Quae tamen cumque reperi seitu digniora, quam brevissime expediam. Peruana plures exultit Socios annulum memoria dignissimos. Primo censendum loco P. Didacus Martinez, vir moris innocentissimi, quem tradunt exemplo vitae sanctioris toti quamdiu vixit Provinciae præluxisse. Natus erat Riberac in Extremadura, parentibus genere rusticis, sed admodum honestis ac piis. A prima adolescentia cooptatus in Societatem, humanarum divinarum litterarum scientia inclarebat. Sed in Peruviam translatus, totum juvandis proximis se addixit. Ac principio quidem solis navabat operam Hispanis in urbe Cusquo, cum visus sibi est inter orandum audire delapsam coelo vocem, qua ad culturam indigenarum vocaretur. Deo vocanti respondit ad nomen: progressusque cum bona moderatiorum venia in oppidum Julium, quod erat Neophytis frequentissimum, Parochi assumpsit munus. Vix annum ibi posuerat, et jam pietas Juliensem tota Peruvia celebrabatur. Hinc missus ad oppidum S. Crucis, totos annos tredecim in excolandis circumpositis Nationibus barbarorum insumpsit, labore summo, et aequo utili. Collegia Platense et Cusquense rexit, neque interim destitut in salutem Indorum incumbere, simul Rectoris et Operarii partes omnes ac numeros implens. Postremam vitae partem exegit Limae in septo S. Jacobi, quod meritis habitur indigenis, atque ibi, quod optaverat diu ut inter caros Neophytes

moreretur, est consecutus postridie Cal. Aprilis septuagenario major. Martinii virtutes multis supra usum naturae donis illustratas ferunt. Illud prae caeteris ad memoriam insigne, quod in aede Limana unus domesticorum, conspicatus forte sacelli unius parietem quasi repercessu micantis flammæ collocutem, incendium creditit: at propior factus, aliud nihil reperit, praeter Martinium nixum genibus, ac toto corpore radiantem. Martinii comes et adjutor aliquandiu in sacris expeditionibus fuerat P. Didacus de Samaniego, cuius vitam, ultra octogesimum annum productam, Nonae Martiae finiverunt in oppido S. Crucis. Hac in statione Samaniegus et diutissime vixit, et fructuosissime usque ad extremum spiritum laboravit. Solebat hinc ad montanos finitos per quascunque itinerum difficultates excurrere, ac familias barbarorum in suis latibulis perscrutari, nec unquam sine lauta praeda silvestrium Indorum redibat. Contra Castimoniae pericula, quae nuda hominum corpora objiciebant, muniebat quotidie se multa prece, voluntario cruciatu, arcta oculorum custodia, ac salutari praesertim pavore: hisque artibus medias inter sordes velut solaris radius incessit, intaminatus semper ac purus. Paupertatis religiosae studio, per annos ipsos triginta tres una tantum ueste usus dicitur. Linguae Chiriguanae, quae in illa Americae meridionalis parte usitatissima est, tantam erat peritiam adeptus, ut ejus vocabularium conscripsit. Natus erat Talabracae in Hispania.

^{260.}
Obitus et elo-
giu[m] P. Didaci
de Samaniego.

Oriundus ex Hispania, sed natus Limae, erat P. Joannes Perez de Menacho: vir hic etiam sanctitatis opinione inclitus, cuius obitus in XIII. Cal. Februarias incurrit. Praeter Theologiae et Pontificii Juris exquisitam scientiam, virtutes illum ornavant omnes, quae cadere in hominem Societatis queunt, mira in primis despiciencia rerum suarum ac suimet. Nunquam impetrari ab eo potuit, ut typis ederet quae per annos viginti quinque dictaverat in scholis, quamvis id enixe cuperent multi e doctioribus, et futurum ex usu publico affirmarent. Unus quidam ex opulentioribus miserat Joanni uncias argenti quater mille, cum hoc ut suas imprimi lucubrationes sineret. Ipse, actis prolixe gratis munifico amico, argentum remisit, et repulsam ab insigni modestia profectam excusare varis rationibus studuit. Notabile exemplum atque utile documentum iis, qui, quaecunque scriperunt, continuo divulgata volunt insana laudis cupidine, quaque via aucupantur famam, saepe inopiam ingenii atque doctrinae produnt, cogente nomine. Inferior illi doctrina, sed non humilitate aliquis virtutibus religiosis, fuit P. Didacus Serranus, qui Guamanga diem obiit extremum Februarii mense in eunte. Ad Societatem accesserat grandaevus annorum sexaginta sex, cum insigni dignitate potiretur in Ecclesia Cusquensi. Vir ejus aetatis, adeo factus est religiosa institutione parvulus, ut ipsos majorum nutus, nedum voces et imperia, promptissimo sequeretur animo, nihilque videretur malle quam quod illi praecepissent. Vitam actuosam, et vario ministeriorum genere exercitam produxit ad annum usque nonagesimum. Vix attigerat quartum supra sexagesimum P. Ferdinandus de Monroy, extinctus Limae ad III. Cal. Octobris. Huic, in piis meditationibus dies noctesque persistenti, divinitus communstratum ferunt modum predandi facilem aque ac fructuosum, quo ipse se saepius intra diem exercebat, ac mirabiliter affici sentiebat. Eum ipse modum cum explicaret suaderetque aliis, agendas ajebat aeterno Patri gratias, quod per Filium suum Jesum tam multa humano generi beneficia ac nominatim altaris Mysterium contulisset. Quod preceptionis genus, per se plenum pietatis, ob ejus maxime auctoritatem invaluit, ac late per Peruviam propagatum est. Ortus erat Lucilii, in Dioecesi Tolletana, ex familia prænobilis: sed splendorem originis in postremis habens, solis studuit virtutibus inclarescere. Tot funerum moerorem cumulavit P. Alphonsus Cortes, patria Bilbilitanus, e vivis eruptus XV. Cal. Decembres in Collegio Platensi: Operarius magnitudine animi, divinae gloriae amplificandæ studio, ac tolerantia laborum nulli secundus. Conquirendis erudiendisque barbaris, quorum ingentem numerum ad ovile Christi perduxit, nunquam defatigari videbatur. Doctrinam, qua valebat plurimum, quoad ejus fieri poterat, occultabat, unum habens in votis, pro Christo pati et contemni. Laboravit aliquando per molesta mentis anxiate,

^{261.}
Mors et elo-
giu[m] P. Joannis
Perez de Menach-
cho.

^{262.}
Et P. Didaci
Serrano.

^{263.}
Et P. Ferdi-
nandi de Mon-
roy.

^{264.}
Et P. Alphon-
si Cortes.

cum videretur sibi per momenta singula, quidlibet factitaret, obstringi aliqua noxa: morbi genus viro innocentissimo, ac legum metuentissimo, intollerabile. Rogavit opem Deiparae, ab eaque aegritudine momento est persanatus: at simul admonitus caelesti voce, ut deinceps pro animabus piaculari igne detentis precaretur studiosius. Aspectu Christi interdum et superororum alloquio dignatum multi crediderunt. Certe, in extremo vitae discrimine constitutus, vidi occursum sibi laeto vultu Virginem beatissimam, ejusque voce ad praemium laborum vocatus placide expiravit, annum vitae agens quadragesimum septimum.

^{265.}
RES NOVI REGNI.
Tres Novitiū ad
alium Ordinem
occulte transfu-
giant.

Dum sic Peruvia viris praestantibus minuciebatur, in Novo Regno tres Societatem deseruerunt Novitiū, majore tamen suo quam nostro, ut opinor, damno. Factum per se insolens, et propter varias quae intercurrerunt res utili documento futurum, juvat a suis initis expondere. Quiti in Societatis Tirocinio educabatur adolescens optimae indolis, nomine Alphonsus Zapata. Huic consanguineus erat in alia quadam religiosa familia, titulis ingentibus honoribusque fruens, et tunc maxime Provinciam sui Ordinis administrans. Ut est naturae bonitas opportunitior insidiis, Alphonsum consanguineum admodum reverendus P. Provincialis crebris et occultis sollicitare litteris coepit, ut, relicta Societate, suum in Ordinem immigret. Si faceret, pro ea qua valebat apud suos auctoritate, multa et grandia promitterebat. Tandiu instituit teneram Novitū mentem urgere, donec spe blanda illeetus adolescens in casses incidit. At non incidit solus. Alphonso tradebat occulte litteras alter Novitus negoti conscius: qui, iisdem captus tendiculis, abire pariter statuit, consilioque cum alio quodam sodalium communicato, hunc similiter ad affectionem impulit. Tres igitur Tirones, coitione summo silentio inter se facta, captato concubiae noctis tempore, repente dilapsi sunt e Domo probationis, et ad eam quam dixi Religiosorum familiam transfugerunt, nemine domesticorum quid molirentur praemonito. Excepti Fratrum eorum incredibili gratulatione, ne spatiū haberent mutandi propositi, hora eadem novae professionis insignia jubentur assumere, attonso in coronam capillo, mutata veste, imposito eucullo. Quo facto Novitis ejusdem Ordinis aggregantur. Die postero percrebescere tota urbe rumor de fuga ac transito Tironum. Ea de re omnes, ut sua quemque affecterant studia, existimare ac loqui. Religiosi, ad quos erant transgressi, idem quam mox facturos reliquos Societatis Tirones gloriari. Nostri, jacturam modice ferentes, unum queri, clandestina esse factum fuga, quod luce palam et honeste poterat. Coeterum Provincialis Praepositus P. Florianus de Ayerbe, dissimulata injuria, remitti continuo ad eos jussit quaecumque secum extulerant et paterna Domo in Tirocinium, ut Societatis consuetudo fert. Menses post haec effluxerant ferme tres, cum audiri nocte intempera ictus ad Tirocinii januam crebri, et miserae comprecantiae voces. Accurrit. Aderant adolescentes iudem transfugae: sed longe alia mens habitusque animorum. Seminudi, oppleti lacrimis, in genua projecti, per Christi charitatem, per quidquid sanctum ubique est, recipi denuo in Societatem rogabant, si minus inter clericos, at saltem inter Fratres rei domesticae adjutores. Id si impetrarent, sibi loco beneficii longe maximis profitebantur futurum. Obstabat aperte eorum votis lex inter nos inviolabilis, ne recipientur aliorum Ordinum desertores, eoque repellendos putabant Patrum plerique. At Provincialis Ayerbe, miserabilis supplicum specie commotus, lamentis ac fletu victus, oppositam in sententiam inclinabat. Ne quid tamen statuere arbitrio magis quam legibus videretur, rem veluti dubiam ad Provinciae consilium censuit deferendam. In consilio, post multa in utramque partem jactata, ad extremum, magis ex insita misericordia quam ad normam juris expense re, vicit sententia benignior, quae censebat, non excludi per legem eos qui ad Societatem revertentur semel initam, multo minus tres istos adolescentes, quos constaret alienis potius sollicitationibus quam sua sponte in alium Ordinem transisse. Sententiam probavit Ayerbe, ac de communi Patrum consilio duos ex peccatoribus recepit: hac tamen imposta lege, ut Tirocinium peragerent in publico Urbis nosocomio, aegrotis diu noctuque inservientes. Tertium, quod litterarum internunciis et desertionis auctor praecipuus fuerat, constanter repulit. Facti

^{266.}
Redeant, ac de-
novo in Societ-
atem recipiuntur.

deinde relationem Roman transmisit ad Praepositum Generalem. At de receptis adolescentibus longe alter visum procul ab ipsorum conspectu Romae. Mutius, omnia suis expendere momentis solitus, adeo non probavit factum, ut imo diserte rescriperit Provinciali, id fieri nullo modo potuisse salvo jure Societatis. Mirari vero se vehementer, latere potuisse consiliarii Provincialiae rem, quae per se esset exploratissima. Acrem objurgationem acriori praecepto claudebat, praeceps injungens Provinciali ut corrigeret errorem, atque iterum Novitios perperam receptos dimitteret. Forte ex iis, cum allatae sunt Roma litterae, supererat tantum unus. Nam Alphonsus Zapata, cuius praesertim causa haec acciderant, contracto inter Nosocomii sordes morbo pestilenti, et vivis excesserat. Ille ergo, qui unus erat superstes, sua sibi habere jussus, confessum dimittitur.

Provincia etiam Mexicana praestantibus est viris orbata, quorum suppleri jactura haud facile posset. Praecipua recordatione dignus P. Martinus Perez, quem Christiani Cinaloenses ut Patrem et Apostolum suum colebant, utpote qui in eas terras cum P. Gonzalo de Tapia penetraverat primus, primus Genti alta errorum caligine demersae lucem intulera Fidei. Oriundus ex Hispania, sed natus in nova Cantabria, parentibus totius Provinciae locupletissimis, Societatem amplexus est admodum adolescens Mexici: neque dum annum aetatis confecerat vigesimum primum, cum ob prudentiae opinionem dignus est habitus, cui regendum Hispanorum adolescentium Collegium committeretur. Ea cura perfunctus, ut ad salutem praecipue barbarorum rapi se sentiebat, Apostolicae vitae tirocinium apud Chichimecas posuit. Hinc ad Cinaloenses Evangelio subjiciendos una cum Gonzalo de Tapia, ut dixi, se transtulit: ubi quantum exhauserit laboris, quot pericula adierit, majus est quam ut ulla consequi verbis queam. Annos contingerent viginti sex perrexit institutum exequi: nec, quamvis Gonzalum Barbari crudeliter trucidassent, tali privatus sodali et adjutore, deseruit opus, nisi cum valetudo laboribus morbisque contra immae pondus ultra ferre non potuit. Tunc in Collegium Cinaloense recepit se, ut, quando in acie non poterat, saltem in castris meretur. Decem reliquos habuit vitae annos: et quemadmodum prius Apostolos, ita nunc sanctissimos Egypti solitarios aemulari visus. Multiplici valetudine laborabat. Aeger pedibus, lingua impeditior erat. Usus aurium pene ex toto, oculorum ex magna parte amiserat. Jam ergo se proximis juvandis inutilem sentiens, uni sibi vivebat ac Deo, ab hominum commercio remotus, omnique rerum humanarum non desiderio tantum sed etiam cogitatione prorsus abstractus et alienatus sic, ut nihil versare animo nisi coelestia videretur. Anno vita ultimo acrioribus corporis doloribus conflictatus fuit, nec idcirco alio quam ridentis ore unquam conspectus. Eadem denique et oris et animi tranquillitate supremam horam oppetit VIII. Cal. Maji: et mortuo Cinaloenses, ut viro de se optime merito, non minus multis quam veris lacrymis parentarunt.

Perezio par sanctimonia, sed copia litterarum multo superior habebatur P. Petrus de Hortigosa, qui VI. Idus ejusdem mensis obiit Mexici, octogenario major. Ocaniae natus in Carpetania, linguam latinam puer didicit incredibili felicitate. Transgressus in Societatem, tantam ad altiores disciplinas attulit indolem, ut adhuc conditione discipulus ultrro reciperetur in publicos Doctorum consessus, et doctissimis quibusque par olim futurus putaretur. Hac persuasione eum tradendae Compluti Placentiaeque Theologiae Moderatores admoverant, cum Provincia Mexicana recens constituta virum idoneum petiti ex Hispania, qui rem ibi scholasticam ordinaret. Nemo aptior virus Hortigosa, qui proinde in Mexicum est transmissus. Eo discedente, affirmasse dicitur eximus Doctor Franciscus Suarez, nihil fore posthac quamobrem Theologos Europeos desiderarent Mexicanii. Nec inscite unus quidem e Proceribus pronunciavit, prima Sociorum navigatione importatam fuisse Mexico Societatem, altera Theologiam. Expectatione de se conceptam vir praeclarus non aequavit modo, sed multis partibus vicit. Quinquaginta ipsos annos vixit in Mexico, ex iisque plus quadraginta in tradenda scientia Theologica posuit, tanta ingenii fama atque doctrinae, ut Archiepiscopus Mexicanus, Petrus Moya de Contreras, civilis licet sacrique Juris consultissimus vir,

^{267.}
Facuum im-
probat Mutius,
ac Novitios di-
mitti jubet.

^{268.}
RES MEXICANAE.
Obitus et elo-
gium P. Martini
Perez.

^{269.}
Obitus et elo-
gium P. Petri de
Hortigosa.

eum divinitatis arcana explicantem audiret ut Magistrum, ut Duxem in rebus dubiis sequeretur. Sed non idcirco solidae virtutis hominem ulla unquam afflavit aura superbiae. Hortigosa^m quisquis aspiceret, sive domi sive in publico, nihil minus quam tanti Doctorem nominis aestimaret. Is vultu eminebat modestiae color, ita se ad insima interdum ministeria demittebat! Molli ad res divinas animo, etiam in speculandis enodandisque rerum maximarum difficultatibus mentem facililime erigebat in Deum, et sacram ardorem media inter studia, quod paucorum est, concipiebat. Scrispsit Cathechismum, qui nomine Concilii Mexicani typis prodiit, et duo lucubrationum volumina in S. Thomam, opus luce dignum sed adhuc ineditum. Sed quae Paraguariae sunt, postremo hoc loco videamus.

270.
RES PARAGUA-
RIAE.
*Exstruitur op-
pidum S. Nicolai
a P. Rocho Gon-
zalo.*

P. Rochus Gonzalus, cum ad Urvaicam flumen, ut supra ostendimus, per vasisset, instituissetque dispersas ea regione familias barbarorum colligere, ac socialis vitae primum, deinde Christianae legibus informare, copta feliciter promovebat. Condiderat, ut dictum est, apud Ibitiraquenses oppidum frequens, cui ab Immaculata Virginis Conceptu fecerat nomen. Hisce oppidanis paulatim mansuetatis, neque solum ad humanitatem sed etiam ad Christianorum sacra traductis, animosior factus, in ulteriore fluminis ripam ejicit se, novosque Indorum greges ex iis qui secus flumen palabantur quae situm iit. Multos reperit hic illicque ferarum ritu vagos, et quibusdam ut ad formam civitatis coire in unum civilisque vitae commidis frui vellet persuasit. Locus erat praepingui gleba ferax in primis, et in amoena planitiem pateiens, qua Piratinus amnis evomit se in Urvaicam. Eo collectam deduxit turbam, cumque praealtam subvixisset in puro ac patenti campo crucem, circum e ramalibus arborum stipulisse extrui mapalia more gentis jussit. Quo celeriter facto, alterum stetit ad Urvaicam oppidum, quod, caput initio paucorum, brevi familias numeravit supra quingentas. Id Rochus oppidum a S. Nicolao denominavit, et P. Francisco Aragonio regendum commisit. Hinc ad inferiorem fluminis partem excurrens, venit ad Jaguavaitenses, gentem in primis effugerat, et Hispano nomini implacabilem. Venientem adeo non refugerunt barbari, ut imo, quod sperandum non erat, magnis agminibus processerint obviam, seque quoconque vellet deducendos ultro permiserint. Nam quia audierant fama, quam pacate, quam commode vivebatur in oppido Conceptionis, illecti ejusmodi utilitatibus, convivere similiter more civium cupiebant, dominibus animisque conjunctis. Delectatus hoc habitu animorum Rochus, nec differenda arbitratu suis occurrentia votis vota, opportunum in locum contraxit multitudinem. Ei formam atque ordinem aedificiorum praescripsit, et quasdam vivendi leges, quae humanitati congruerent, dedit, ut, hoc praestructo velut aditu, facilius deinde induceretur in oppidanos cognitio veri Numinis, ac tandem instituta religionemque Christianorum admitterent. Oppido, quod in tractu Urvaciensi tertium fuit, a Divo Xaverio impositum est nomen, licet aliud esset ejusdem nominis in Guairana.

271.
*Itinque aliud
a D. Xaverio nun-
cupatum.*

272.
*P. Rochi peri-
cula a barbaris.*

Haec ad Urvaicam agebat Rochus Gonzalus: at non sine magno labore ac quotidianis vitae periculis, quae adire auderet nemo, nisi virtute esset ingenti et animo adversus omnes casus prorsus invicto. Eum sane implacabili odio insectabantur mali daemones: cumque, ut se dabant initia, certo praesagirent quod evenit, se quam primum ex omni ea ragione cum suis impurissimis superstitionibus exterminando; ut averterent impudentem cladem, ejus opprimere autorem conabantur. Nequitiae suae administris utebantur maxime iis, qui alieniore ab Hispanis erant animo. Hi, serentes passim in vulgo religionis obtenu profiri sensim Hispanorum imperium, totidem poni arcus hostibus quot oppida condenserent, et affuturos quam mox cum balystis ferreis igneisque missilibus milites quo primi subiissent praeflata cruce Sacerdotes, gentem omnem odiosis suspicionibus implebant, et in pernicem innoxii Sacerdotis identidem concitabant. Contra oppidum Conceptionis coorti saepe sunt seditionis in morem Ethnici circumpositi, coeuntesque incondita multitudo cum armis, incendere tecta, oppidanos exigere conati sunt. Saepe Rochum nominatim, impia conspiratione facta, ad necem quaeviserunt. Fuit cum armatos in suum caput globos

barbarorum, ac naviculis praeterlabentes conspexit e ripa cespititio protectus agere, auditque voces adhortantium sese ad mactandum proditorem nefarium, quo nomine unum designari se sentiebat. In oppido S. Nicolai irruperat jam in ejus tugurium ferox Ethnicus, jam elata immani ac ponderosa clava parricidium peragebat, nisi stupore divinitus immisso repressus primum Carnifex, dein Rochi ipsius comitate et alloquo delinuit fruisset. Adde his inopiam extremam, di-
ram saepe esuriem sitimque, aliasque laboriosae vitae aernumas, quas in ea lo-
corum barbarie fingere animo promptum est. Adde iterum longinquitatem asper-
ritatemque itinerum, quae vehiculo nullo, nullo jumento peragere cogebatur. Et
cundum erat plerumque per anfractus viarum formidolosos ac latrociniis infames, saepe per vastas et arenosas solitudines, per nemora interdum inaccessa, avia, et horrendis obsessa feris, aut hominibus ferarum saevitiae aemulantibus. Accidit iter habenti res dictu horribilis, quam ipse sua manu conscriptam reliquit ad commendationem providentiae coelestis. Nocte intempsa coeloque summe nymbosum, dum vagatur in amplio saltu, qua pedem figeret non internoscens, inferebat ultra se in duas proxime cubantes tigres, haud dubie lanianthus si vel unum practerea promoveret gradum. Profuit fulgetri intermicantis amica lux, qua opportune viam collustrante, vidiit vitavitque periculum. Per haec vitae discrimina vir apostolicus Christianam augebat rem inter Urvaicenses.

Eodem tempore P. Antonius Ruizius de Montoya, cum sibi excolandam prae-
cipue desumpsisset Guairanam Provinciam, coepitis naviter insistebat. Prima illi
cura de adducendis ad Christum Tajobensis, quorum inexpiable in Hispanos
odium et odii causas explicimus alibi. Ad eos semel progressus, tametsi irri-
tus, ut sug loco dictum est, imo inhumaniter repulsus redierat, tamen negoti conficiundi neque cupidinem neque spem abiciebat, et novam animo expeditionem coquebat. Commodum accidit, ut Ruizium de facie nosse percuperet ipse
Tajoba, motus fama ancipi, sed tamen magna, quae de ipso ferebatur. Nam variabant hominum judicia vehementer. Praestigatores, qui in regione multi, ut
caput abominandum et noxiae superstitionis auctorem nefarium traduebant.
Alii ut hominem mira innocentia, sanctitate insigni, et plusquam humana ornatum
doctrina praedicabant. Inter opiniones adeo adversas sententiam sustinebat
Tajoba, intueri eum coram et alloqui cupiens, quo certius judicaret. Nec tenere
se diu potuit. Degebat in oppido D. Xaverii Ruizius, ac tum maxime in Tajo-
benses cogitabat, cum adest ex insperato nunciis, Tajobam Casiquorum potentissimum
habere quae cum ipso communicet, et, nisi grave sit, rogare ne re-
euset Christianorum Sacerdos sui copiam facere benevolo Principi et amico, qui
colloquium ejus expeteret. Ruizius, qui nihil optaret avidius, se vero presto
fore respondit. Dies ac locus ad colloquendum condicitur. Ad praestitutam diem
Ruizius, precatus Deum O. M. ut res bene ac feliciter eveniret, ad destinatum
congressui locum cum delectis Neophytis vadit. Eodem progreditur e suo terri-
torio Tajoba, cum ingenti ac splendido comitatu. Haerebat lateri conjux cum tribus
liberis. Apparitores magno numero sequabantur, arcubus, verutis, ac pae-
longis hastilibus instructi. Quidam, tubas cornuaque inflantes, nemora circumposita
ac sinuosas convales lacto sono complebant. Ut fuerunt in conspectu Sa-
cerdos hinc, inde Casiquius, constiterunt parumper, se mutuo aspectantes. Dein,
data et accepta invicem salute, dextras junixerunt. Demum consideretur, ac variis
de rebus institutur sermo, qui sensim ad religionem deductus est. Ruizium de
uno ac summo Numine, de animae immortalitate, de futura post hanc vita di-
spitantem, intentissimo animo audiit Tajoba: utque erat ingenio haud quaquam
malo, nec adversus judicia rationis contumaci, doctrinæ veritatem agnovit pro-
bavitque. Addidit gratissimum fore sibi, si doctrina eadem imbuerentur popula-
res sui, et, quemadmodum in aliis Guairanae locis, sic etiam intra ditonis suae
fines oppida conderentur, Christiana colerentur Sacra, gens omnis in clientelam
Hispani Regis reciperetur. Operam in id auctoritatemque suam non defuturam.
Ruizius, mutatam tam subito barbari voluntatem admiratus, et satis sciens fu-
gacia occasionum momenta esse, minime comperendinandum censuit. Ducendum

Tom. II.

12

273.
*Atiae ejus mo-
lestiae, et singu-
lare periculum a
tigrius.*

274.
*P. Ruizius de
Montoya collo-
quiatur cum Ta-
joba.*

275.
*Christianum
religionem ei
persuadet.*

se praebebat jam tum invitanti, eoque praeente in inferiora regionis cum suis Neophytis tendit.

^{276.}
*Oppidum exci-
tatur inter Tajo-
benses.*

Ventum erat ad collem leniter accivem, haud procul Huijajo flumine. Breve spatium ambitu colligebat is collis, sed coeli salubritate ac soli feracitate humanae vitae usibus maxime opportunum. In summo aequata planicie campus patet. Circum laetae plantarum silvulae, virgitorumque sponte nascens copia glebam indicabat inclytæ fertilitatis, aptam protinde, si coleretur, fundendis omnis generis frugibus. Placuit hoc loco oppidum constituere. Metata igitur area, in medio Crux praefulta defigitur. Tum Neophyti pariter ethnicique comportare materiam, turgura certatim extruere, templi in primis fundamenta ponere. Et siquidem rebellaturos e suis contribulibus multis, atque in id oppidum datus, impetum praesentiebat Tajoba, ad propulsandas, sicunde fierent, irruptiones, valum praetereret est jactum, munitionesque perductæ, idque tanta festinatione et ardore, ut paucis diebus oppidum steterit, pro modo regionis, satis munitum.

^{277.}
*Ethnici contra
Tajobam conspi-
ravit.*

Tajoba, dux oppidi ab Ruizio regia auctoritate appellatus, huc filios tenerae aetatis viginti octo, ex variis secundi ordinis uxoribus susceptos, adduci jussit, qui aqua salutari intincti, ac Christo initati, prima velut gentis fuere libamina. At his rebus, quac meliorum initium ac semini erant, gravius afficiebantur mali daemones, quam ut spectarent otiosi aut moerorem taciti ferrent. Tajobae nec opinata transitio statim atque fama divulgari coepit; praestigiatores, daemohum administrí scilicet et interprétes, regionem quam maturimne pervolantes, furialem faciem circumulerunt, cessantes indigenas ad rapienda pro aris ac focis arma incitarunt. Irent secum, ad excutiendum quod suis cervicibus imminaret jugum indignissimæ servitutis, Hispanorum nefaria consilia anteverterent, oppidi insanam molitionem opprimerent, Sacerdotem imprimis Christianorum, a quo tanta esset illata pernicies, dederent neci. Agi de religione patria, de libertate, quibus rebus nihil cuiquam carius antiquiusque esse debeat. Bellum pium ac necessarium magno susciperent animo. Affuturos pugnantibus tutelares Guairanae Deos, quorum ipsi jussu nutuque haec nuncierant. Sic mortalium nequissimi loquebantur. Quibus vocibus tanta, tam subito conspiratio ethnicorum est facta, ut primis diebus in armis fuerint conjurati ad tria millia. Hi, cum ad oppidum recens conditum convolassent, clamorem insanum tollere, Tajobam, ducem et Casiquium suum, contumaciter objurgare, nisi loco cederet, vim parare. Ille, etsi longe-impar numero, minis haud quaquam territus, oppugnationem fortiter sustinere statuit, loci opportunitate et suorum virtute fatus. Prius tamen, ut in gravi periculo constitutis, Baptismo initiari voluit una cum conuge et tribus liberis natu grandioribus. Actum id silentio noctis, Tajobae nomen Nicolai inditum. Ut diluxit, ab utraque parte hostiliter agi coepit. Rebelles, fiducia numeri vallum supervadere aggressi, semel, iterum, saepius cum magna clade repelluntur. Quippe oppidanæ subeuntem nullo duco consilioque hostem, ipsi in ordines distributi ac protecti aggere, destinatis e superiori loco jaculis figebant, multosque prosternebant. Exstimalabat eos praesentia Princips, qui inter primos acerrime micabat. Et nihilominus perstabant rebelles inferre se furiosius, sauciis cadentibusque integri succedebant, donec obstinatione tenuerunt ut Tajoba fugae consilium caperet. Cujus consilii non ea tantum causa fuit quod suorum paucitate diffideret, sed potissimum quod audierat magna properare ad hostes auxilia, et multorum accessu augendas postridie eorum copias, ipse autem, in arco conclusus atque undique circumseptus, nec supplementa conquerire nec utilium copiam comparare ullo modo poterat. Igitur, cum diem totum pugnacissime restisset perduellibus, eorumque omnes impetus feliciter repressisset, captato demum noctis concubiae tempore, cum hinc inde quies et silentium erat, ejecit se in apertum silenti agmine, et in avia silvarum se proripiuit, vacuo relicto oppido, quod postridie ab hostibus dirutum et incensum est.

^{278.}
*Qui baptiza-
tur, et oppidum
repugnie defendit.
Deinde aufugit.*

Priusquam haec agerentur, aufugerat noctu Ruizius in vicinam silvam, secum agens tres Neophytes, praeter egregiae indolis adolescentulum, quo in sacrificiis ministro solebat uti. Dum addit gradum, in condensa nemorum penetrare

^{279.}
*Ruizius effu-
git. Capitur ado-
lescentis ejus co-
mes.*

festinans, deesse e suorum numero sentit quem dixi adolescentem. Asum vide-
licet retro pedem ferre, ut relictam in oppido effigiem B. Virginis recipere,
barbari interceperant. Quid misello factum sit, dicam inferius. Ruizius interea,
tam cari capitisi jactura gravissime affectus, Villaricam versus, coloniam Hispano-
rum, iter facere intendit. Ibat qua via erat nulla, per loca virgultis rubisque
obsita, alicubi pingui uligine lubrica, praecipiti alibi, alibi annibus e montana
regione decurrentibus intercisa. Locorum solitudinem ac triste silentium solae in-
terpellabant identidem ferae, quarum erat tamen occursus minus quam hominum
perturbescendus. Victum radices herbarum quas sors obtulerat, potum succus e
foliis arborum expressus praebebat. Ita cum Villaricam labore ac fame prope-
modum enectus devenisset, ad cumulum moeroris, omnia tumultu bellico per-
strepentia reperit. In armis erant coloni Villaricani, ac bellum inferre Tajo-
benis constituerant. Alque illi quidem honestam praetexebant belli causam, san-
cte profitentes aliud nihil velle se quam illatas Christiano Sacerdoti injurias ultum ire. At satis intelligebat Ruizius quo ea valerent arma, Tajo-bensium scilicet
pueros puellasque in praedam quaeri, unde novae existenter dissidiorum causae,
et vetera gentis odia, quae paulum refrixissent, iterum contra Hispanum nomen
incenderentur, magno et irreparabili damno religionis. Quas non adhibuit sua-
siones, quibus pepercit precibus lacrymisque optimus Pater, ut Hispanorum Prae-
fectum a tam praecepiti consilio deterret? Demonstrabat, insanabile rei Chri-
stianae vulnus hoc bello infligi. Esse plures, praeter Tajo-bam jam Christianum,
Casiquios haud male animatos, quibus ab alienatis, periret haud dubie laboris hac-
tenus suscepti fructus, nec quidquam spei deinceps reliquum foret. At surdo
cecinit. Ubi obfirmatum videt, comitem se addit agmini proficiscenti, ut fraenos
quosdam injiceret licentiae militari, ac saltem ab amicis propulsaret injurias.
Inqui belli infelix exitus fuit. Admoniti de Hispanorum adventu barbari, conve-
nerant incredibili multitudine ad angustiores viarum fauces, qua iter iis erat, et
insederant opportuna insidiis loca, parati dare se in omnem casum tutandae
causa libertatis. Atque hostem ut conspexerunt incautius subeuntem, irruerunt
tanto impetu, tam densum sagittarum nymbum miserunt, ut Hispani, obruti nu-
mero, consilium ceperint recipiendi celeriter se in collem editum, muniendique
locum vallo. Ibi consistentibus, ac ferreas circumquaque fistulas obvertentibus,
ad invadendum remque proprius gerendam barbaris non erant animi. Tantum
ex intervallo missilium procellam in castra effundebant, hostemque conviciis la-
cescebant. Cum tandem defuerunt ad jaculandum sagittae, ne inermes ab armatis
oppimerentur, praecipitem in fugam aversi, locum deseruerunt, seque in sua
latibula subduxerunt. Tum Hispani, eruptione facta, fugientes insequi, postremos
concerpere. Non ausi tamen ulterius quam tutum esset inferre se, laeti quod ho-
stem ferocissimum ac tanto superiore numero terga dare compulissent, nulla
admodum gesta re, cessim abeuntes, Villaricam repetierunt.

In regressu Dux expeditionis, cum simul ira pudorque versarent animum, ne tanto conatu nihil egisse diceretur, quoscumque invenerat indigenarum crude-
liter trucidabat, domos corum pagosque succendebat. Accidit ut sponte offerent
se duo Casiqui, Christianis antea infensi, nunc amici, qui, cum audissent esse
Ruizium in castris, ejus salutandi causa veniebant. Fide bona venientibus inje-
cit vincula immisit Dux, parabatque ita captos agere in patibulum, ni facinus
impium Ruizius prohibuisset. Qui quidem ostendens, eo facto violari publicam
fidem, et sacratori gentium jura perfringi, persuadere non potuit perfido ut in-
nocentes dimitteret, sed, elusa custodum vigilantia, clam exemit eos vinculis, et
facilem utrique fugam aperuit. Res interim evenit, quae pri Sacerdotis animum
gravius exulceravit. Occupato paucarum familiarum vico, considerant Hispani
Duces cum Ruizio ad mensam, jusserantque apponi quas sibi paraverant vicani
dapes. Nam urgebat fames. Et vulgo pulchrum habent victores in hostico
convivari alieno sumptu. Dum servet convivium, illata est olla ingens, decoctis re-
ferta carnibus. Venaticas arbitrii convivae, invertunt ollam, carnes in suppositas
lances effundunt. Horribile dictu! Excidit inter informia membrorum frusta

280.
*Villaricani
bellum inferunt
Tajo-bensibus,
Ruizio frustra
dehortante.*

281.
*Repelluntur
primus, dein
nulla re, gesta
descendant.*

282.
*Praefecti Vil-
laricani crudeli-
tas et perfidia.*

283.
*Ferale epithum
carnibus
Christiani ado-
lescentis.*

manus et caput hominis. Eo aspectu cunctis pilus inhorruit. Ferale epulum exerantes, assurgunt horrore perfusi, ac removeri mensam conceleratam jubent. Cognitum deinde ex captivis, quas vidissent carnes reliquias esse adolescentis illius, quem in nocturna fuga comprehensum a barbaris, et ab Ruizio amissum demonstravimus supra. Eum videlicet non continuo interfecerant inhumani lurcones, sed probe saginatum reservaverant ad geniale epulum, confecto bello celebrandum. Nunc vero solemni caerimonia mactatum et in frusta dissecutum elixaverant, diram ingluviem hilariter suo more expleturi. Casum miseri adolescentis acerbissime Ruizius tulit, nec a lacrymis temperavit. Tamen, rebus tam adversis nequaquam dejectus, ad Tajobensem salutem iterum adjectit animum, ut anno sequenti referemus.

^{284.}
P. Simon Ma-
zeta oppidum
condit S. Pauli.

Rochi Gonzali Ruiziique de Montoya labores apostolicos aemulabatur P. Simon Mazeta, qui in oppido S. Josephi, ut alibi indicatum est, curabat. Is oppidum cum fecisset ex toto Christianum, deducere Neophytorum coloniam statuit ad Inientes, gentem ad Iniam amnem-sitam, mediumque inter Incarnationis oppidum ac Tajobes terras, quatuor ferme dierum itinere ab oppido S. Josephi. Illuc igitur post immensas viarum asperitates cum delectis Neophytis venit, natusque familias indigenarum plures secus oram fluminis dispalatas, non refugas tamen, ut ferme aliac, sed facilis potius ac sequacis ingenii, earum ad octingentas in unum adegit locum, et in formam civitatis, quibusdam constitutis legibus magistratibusque, coniunxit. Nascenti oppido a D. Paulo indidit nomen. Guiraverae fines attingebat id oppidum; Casiqii praepotens ac ferocissimi, qui tantum novi oppidi vicinitatem iniquissimo animo concoquebat. Illud aperta vi appetere non audens in praesentia ob suorum intestina dissidia factionesque, Mazetae tamen diu noctuque struebat insidias, certus de medio tollere invisum caput, quo sublato, casurum per se oppidum totamque illam hominum compagem dissolvendam confidebat. Ac ne dubium esset quid Christianorum Sacerdote factum, si caperetur, vellet; statuerat jam de ipsis cadavere. Amico uni brachium, alteri armum ad epulandum promiserat. Suras, quod hanc corporis humani partem aviditate praecipua liguriebant illi vultures, pellicibus sponderat suis. At excubantibus egregia fide Neophytis ad tuitionem Patris ac Sacerdotis sui, nequissimi insidiatoris artes elusae omnes fuerunt, donec ipse felici eventu captus est insidiator, et Christianus ex acerrimo hoste Christianorum factus. Verum aliquanto serius id accidit, et a nobis infra narrandum erit. Quod attinet ad praesentem annum, eo vixdum exacto, censita in recenti oppido S. Pauli capita ad quatuor millia, et oppidanii plerique jam Christo se aggregaverant.

^{285.}
Ex oppido S.
Guiravera, sed
conatu irrito.

Caeterum parus prope negotii erat novas condere in ea terra colonias, ac semel conditas conservare. Ut enim mobilia sunt Indorum ingenia, quavis oblate causa facile dispergebantur, et ad priora latibula recurrebant. Id maxime expertus est P. Claudius Ruyer in oppido, cui a S. Maria Majori nomen, apud Iguazuinos. Agebatur annus ob inopiam pluviarum sterilis, nec tellus siticulosus usitatam frumenti fundebat copiam. Metu famis exterriti oppidanii, pro eo ut aliunde sibi compararent, uti decuit, annonam, et importatis frugibus vitam tuerentur, respicientes ad antiqua nemora, ubi ferina in dies singulos conquisita victimare consuevissent, pars maxima occulte dilapsi sunt, seque in retrusos saltus propuerunt. Sed eos perire non sivit provida Ruyeri cura. Pastor vere bonus, oves profugas insecurus, ac tandem magno suo labore assecutus, quadringentis persuasit primum ut in ovile pristinum se referrent. Post, cum puellam contumacem, pia Sacerdotis hortamenta obstinate repellentem, laniasset saeva tigris, ea res admonuit caeteros ut sponte regredentur: quo redditia oppido pene vacuo prior frequenta. Hos inter Sociorum labores quietem semipternam ex urbe Assumptionis adiit P. Thomas Fildius, vir natione Hibernus, patria Limovicensis, moribus adeo incorruptis, ut senex annorum octoginta fateretur arbitrio conscientiae suaee, quam haussisset in Baptismo innocentiam, constare sibi adhuc, Deo propitio, integrum, nullaque gravi noxa, quod ipse sciret, laesam. Romanum ab ineunte aetate venerat, patriam fugiens erroribus involutam. Ibi dum litteris

^{286.}
Ex oppido S.
Mariae Majoris au-
fugientis Neophy-
ti.

^{287.}
Kos reducit P.
Claudius Ruyer.

^{288.}
Obitus et elo-
gium P. Thomae
Fildii.

caeteros ut sponte regredentur: quo redditia oppido pene vacuo prior frequenta. Hos inter Sociorum labores quietem semipternam ex urbe Assumptionis adiit P. Thomas Fildius, vir natione Hibernus, patria Limovicensis, moribus adeo incorruptis, ut senex annorum octoginta fateretur arbitrio conscientiae suaee, quam haussisset in Baptismo innocentiam, constare sibi adhuc, Deo propitio, integrum, nullaque gravi noxa, quod ipse sciret, laesam. Romanum ab ineunte aetate venerat, patriam fugiens erroribus involutam. Ibi dum litteris

operatur, incensus desiderio Societatis, ab Everardo Mercuriano recipitur, neque dum peracto tirocinio,mittitur in Brasiliam. Plures apud Josephum Anchietam, Brasiliorum Apostolum, confecit annos, rerum ab eo gestarum testis et ex parte aemulator. Hinc migrare in Paraquariam inter primos de Societate jussus, dum argentei fluminis subit ostium, incidit in piraticam Anglorum. Captum inhumani praedones et vinculis oneratum perdiu huc illucque per ea maria deportaverunt, fame sitique torserunt, omni indignitatum genere affecerunt. Ad extreum, lege *maiestatis* damnatum, suspedio necandum putabant eo nomine, quod, cum Regi Angliae obnoxium fecisset conditio naturae, ipse tamen Romano obtempore Ponfifici Romanamque religionem et profiteri et pro viribus propagare maluisset. Sed valuit sententia aliquantò mitior. Impositus navi lacerae, velis remisque ac navalii omni instrumento destitutae, permititus arbitrio maris atque ventorum, certum in naufragium deferendus scilicet. At cursum gubernantibus superis innocentiae patronis, portum Boni aeris feliciter tenuit. Jam labores ejus resque in Paraquaria gestas singillatim execui, longum sit. Tucumaniam excolluit primo, deinde Guairanam, utrobique multis Indorum millibus aquam salutarem infudit. In urbe Assumptionis, tetra cum saeviret lues, et miserandam mortalium ederet stragem, aegrotis expandis efferendisque ad sepulturam mortuis ita totum devovit se, ut eum tanto superfluisse periculo mirarentur omnes, idque in coelestis vim opis unice referendum dicerent. Multa hujus generis cogor praetermittere, brevitatis studio. Illud non omiserim, Fildium, etsi a litteris inopem, ad professionem trium votorum fuisse proiectum, quia una re per amplum virtuti ejus testimonium Moderatores reddiderunt.

HISTORIAE SOCIETATIS JESU PARTIS SEXTAE

LIBER DUODECIMUS

ANNUS CHRISTI 1627. SOC. 88.

RES ROMANAEC.
*Pribus Japo-
nidie Martyribus
decernitur cul-
tus publicus.*

Aperit se annus saeculi septimus supra vigesimum, Societati laetus ac fatus ob decretos Beatorum Martyrum honores Paulo Miki, Joanni de Goto, et Jacobo Kisai, illustribus de nostra Societate viris, natione Japonibus, qui una cum aliis viginti tribus et sacra Minorum familia primi Christianae pietatis Fidem in Japonia sanguine consignaverunt, eodem omnes die eodemque prope Nangasachium loco cruci suffici ac lanceis transverberati. Eos ut veros Christi Martires, sola Religionis causa interemptos, privato honore venerabantur non solum in illa ultima Orientis plaga, verum etiam in orbe nostro multi, praesertim quod signis caelestibus et miraculis inclarescerat in dies memoria ipsorum. Cum itaque rem nostri pariter ac Franciscani apud Pontificem Maximum pergerent, disceptata primum est causa in duodecemvirali Collegio, quod vulgo sacram Rotam appellant, tum in Congregatione Cardinalium qui sacris ritibus praesunt, donec post longam accuratamque deliberationem consensu pronunciaverunt Judices, constare de *Martyrio et Miraculis*. Ac tum demum Urbanus VIII. Beatorum appellatione honestavit quos dixi Haeroes viginti sex, nostrisque pariter ac Franciscanis Sacerdotibus potestatem fecit, ut, recurrente quotannis ipsorum natali die ad nonas Februarii, suos singuli colerent Martyres tum sacra liturgia, tum Officio, ut loquimur, de communii Martyrum. Proprium pro nostris diploma edit XV. Cal. Octobris, quo diplomate profitebatur, ut id decerneret, motum se multis fuisse causis, risque gravissimis, nec parum apud se valuisse iteratas multorum preces, praesertim Regis Hispaniae ac Praepositi Generalis Societatis. Non dicam quanta gratulatione ac laetitia exceptum ubique fuerit istud decreatum, maxime in Ecclesia Japonica, quae, diro jactata turbine et exitio proxima, coelestium praesidio nunc ut cum maxime indigebat, et novos sibi Patronos tam suo tempore dari sentiebat. Inde etiam novum solati genus, nec leve virtutis incitamentum accessit nostris operariis, qui agrum Japonicum inter infinitos

labores et quotidiana vitae pericula excalent, ab Majorum suorum gloria non degeneres.

Jam ut de rebus in Provincia Romana gestis pauca delibem, Missionis per agrum Florentinum institutae, de quibus anno superiore dicere institui, uberiore in dies fructu peragebantur, multum ad pii laboris successum conferentibus nobilibus iis viris, qui Patribus, ut dictum est, comites adjutoresque se addixerant. Vix credibile sit, quanta inde utilitas manaret in publicum. Utilitatis ea pars praecipua, quod rurales Parochi nostrorum exemplo et frangere suis populis panem divini verbi, et rudes per sacram catechesim erudire, et contumaces ac refractarios emollire, allicerere ad poenitentiam condiscerant. Sublatae multis locis pravae consuetudines, quae inveteraverant, multae etiam errorum detectae labes et abolitae. Alicubi haec plebi rusticanae insederat opinio, pueros ad sacrosanctum Sacrificium non esse adducendos, ne festis quidem diebus, ante tertium decimum aut decimum quartum aetatis annum, puellas vero nunquam, nisi desponsas. Quae ante hoc tempus divinae rei interfuisset puerilla, nullam matrimonii conditionem inventura putabatur. Hinc virgines adultae plures, et jam duodevigesimum annum vivendo supergressae, quae nunquam tempora frequentaverant, multo minus de sacra mensa participaverant. Coloni praeterea, quis erant armenta et greges, bubulcos et opiliones suos, etsi natu grandiore, divina sumere non sinebant, ne, si semel fecissent, plus exigerent salarii. Haec errorum portenta, quae in agro Florentino, regione aliquo cultissima, sensim radices egerant, quoquaque advenerunt Patres, hominum mentibus exempta fuerunt, et inde usus Sacrorum frequentior in morem inductus. Menses omnino septemdecim prima Patrum peregrinatio tenuit, quo tempore Sacramentum Poenitentiae administrantium duas piae caeteris evenerunt res, quas et notarunt ipsi, et nos hoc loco ad legentium utilitatem interserendas censemus. Mulier, malo pudore victa, nescio quid noxae turpioris reticuerat in confessione, et nihilominus, scelus scelere cumulans, ad sacram mensam accesserat. Vix demissa in stomachum sacra dape, ardore sensit viscera intestino velut incendio, quo sensim gliscente, cum simul intus ureretur, et ad singulos prope anhelitus odorrem Eucharistici panis halaret ore, post aliquot dies in nulla corporis animique requie traductos, tenere se ultra non potuit quin rediret ad nostrum Sacerdotem, eique omnia nudaret conscientiae ulcera. Neque dum plane confessionem peregrinal, cum omni molestia liberata est. Alias ad Sacerdotis ejusdem pedes accidit vir, magno, ut lacrymis singultibusque testabatur, dolore compunctus: pafatusque se professione Medicum esse, narravit, per annos ipsos septem ab omnibus Sacris abstinuisse, totoque eo tempore necem esse machinatum uxori suae, quippe quam suspicaretur thori fidem non servare. Deliberatum sibi fuisse eam, si posset, in ipso adulterio deprehensam confidere una cum amasio, eoque animo in omnem occasionem excubasse. Et quamvis nihil unquam certi flagitii detexisset, ei nihilominus exitiale toxicum quinques propinasse: quare si bos glutiusset, bovem ipsum brevi casurum examinem. Nihil tamen adversi inde accidisse uxori. Hoc demum tam evidenter miraculo ad liquidum probatam sibi esse innocentiam ejus, jamque damnare se amentiam suam, qui temere ac sine causa talia contra imberentem consilia agitasset. Quae largo cum fletu elocutus, rogavit omnime Patrem, non solum ut se tam grandi absolveret piaculo, verum etiam ut id factum, quoties collibitum esset, evulgaret, ad curandam eorum, ut ajebat, insaniam, qui, vanis suspicionibus agitati, se conjugesque suas assidue discruciant.

Alibi interea quaedam praeter usitatum rerum ordinem acciderunt, mortaliibus utilia, superis gloria, quorum interire memoriam nefas ducimus. Spoleti unus Patrum, dum prodire ad concionem parat, de laudibus B. P. Ignatii verba factus (dies ipsa erat B. Patris anniversaria), doloribus choliceis repente corruptus est adeo vehementibus, ut versare se in omnem partem cogeretur, nulla relicta spe recitandae ea die orationis, cuius audiendi causa frequens jam convenerat in templo populus. Vocatis medicis, curatio longa parabatur. Ille, moram non ferens, Ignatio invocato, nescio quid ex ejus reliquiis admovet corpori. Quid

^{2.}
Missionis Flo-
rentinae laeti
successus.

^{3.}
Poena Crimi-
nis in Confessio-
ne occultati.

^{4.}
Vir male su-
spicax uxoris in-
nocentiam divi-
nitus agnoscit.

^{5.}
Duplex S. P. I-
gnatii benefi-
cium Spoleti.

plura? Reliquarum attactu primo, adeo omnis depulsus est dolor, ut post paulo ascenderit in suggestum sanus quam qui optime, et majori quam solebat vocis contentione ac laterum firmitate peroraverit. Neque hic Divi beneficentia constituit. Inter perorandum quiddam attigerat Orator de accepto a se nuper tam praesenti, tam subito Ignatii beneficio. Audiit notavitque rem faemina, quae a longo tempore permoesta stomachi aegritudine laborabat. Erecta in spem similis beneficii impetrandi, voto se obstrinxit Ignatio. Nec frustra. Die postero rediit in templum, et tabellam argenteam, accepti beneficij testem, ad aram Beati Patris appendit. Votivam itidem ex eadem materia tabellam ad Imaginem B. Francisci Borgiae attulit Tarquinia Romana, nobilis inter Sopletinas foemina: et afferendae causa haec fuit. Accidit prandenti, ut ossiculum transversim inhaereret faucibus, quod cum extrahi nulla arte posset, irreparabile videbatur exitium. Jam horis viginti inter dolores acerbissimos traductis, gutture foedum in modum lido turgidoque, ac praeclosu spiritu, misera moriebatur. Cum venit illi in mentem auxilio vocare Borgiam, cuius tum forte natalis agebatur dies. Fecit, ac dicto citius, os infestum expuens, ab ipso mortis limine revocata est. Verum haec minus fortasse speciosa beneficia, quia privata. Splendidius certe, quis publicum, quod de beato Parente Ignatio tradunt annales litteraç Collegii Viterbiensis. Casu nescio quo factum est, ut incendium repens excitaretur in sacrum Virginum Monasterio, cui a S. Dominico nomen. Dum huc illucque flammea discurrunt, dum foemineo clamore ac tumultu omnia perstrepunt, Antistita delectis aliquot Virginibus in illa communi trepidatione proposuit de exposcenda superum ope, ac nominatim Ignatii, cuius in restinguendis incendiis alias spectata virtus fuisse Viterbiæ. Enimvero exposcendam clamant: pro voluntate omnes in genua, Ignatum suppliciter comprecantur, ut in tanto Coenobii conflagrantis periculum numenque suum ostendat. Irritae non fuerunt preces. Resederunt statim flammae, subita velut aquarum vi compressae, et ex tanto incendi appuratus nihil praeter densam fumi nubem relictum est. Quod Ignatii beneficio singulari contigisse adeo persuasum habuerunt piae Virgines, ut die postero agendas illi solemní Sacro gratias censuerint, quod in aede Societatis augustiore ritu celebratum est. Sed, omissis prodigiis, quaedam inter nos usitatoria videamus.

8.
RES PROVINCIAE
VENETIÆ
Juvenis Ducus
Catholicum veritatem amplexetur
Ferrariae.

In litteris Provinciae Venetiae heterodoxi unius mentio fit, cuius ad Ecclesiam transitio, magno tunc hominum plausu celebrata, paulo diligentius a nobis exponi postulat. Juvenis fuit is, gente Dacus, de secta Sabbatariorum, ingenio praestantis, et cum humanioribus litteris, tum naturali philosophia non leviter excutus: qui cum multum posuisset operae in cognoscendis librandisque rationum momentis, quibus diversae Acatolicorum sectae ab Ecclesia Romana discrepant, nulla admodum inventa re cui aquiesceret, novissime peragrade regiones Europæ varias instituerat, si forte alicubi inveniret, qui abstrusiora quaedam sacrarum literarum oracula sibi declararet. Brixinonem delatus, monitusque ab ejus urbis Episcopo, quod quacrebant facile inventum iri in Italia, et maxime inter homines Societatis, Venetas se transtulerat. At in urbe ceteroqui cultissimâ reperit neminem, qui sibi faceret satis. Quin, colloquio de Religione instituto cum quibusdam Coenobitis, qui non ea erant rerum sacrarum scientia ut possent propositas ab homine non indocto quaestiones dissolvere, excessit inde multo quam venerat perturbator. Venetiis egressum, ac Romam ad ipsum Catholicae veritatis fontem properantem, exceptit Ferraria. Ibi dum paulum subsistit, percunctatus de viris qui in urbe tantæ celebratissimi haberentur, audit praedicari fama cum primis nostrum Nicolaum Cabeum, qui Philosophicam tradebat scientiam in Collegio Ferrarensi. Adit illum continuo, cuiusque rei causa tam peregre adveniret docet. Cabeus juvenem, perhumaniter exceptum, bono esse animo jubet. Se auditurum libenter quaecunque attulerit, et sperare non eas allaturum difficultates quae facile dissolvî non possent. Tum quaedam velut concertatio institutur, quae ad plures dies extracta est. Juvenis objectare subtiliter multa ex sacris petitâ paginis. Ea Cabeus perspicue admodum nervoseque refellere, nulli doctoris officio deesse. Ut rem paucis absolvam, disputationis is fuit exitus, ut juvenis

demum, velut reperto post longam jactationem portu, omnino quiesceret, omnesque sibi exemptas dubitationes affirmans, Catholicis aggregari flagitaret. Baptismum ex pravo instituto sectae, in qua natus educatusque fuerat, nondum suscepserat. Cum itaque salutari lympha esset aspergendorus, ut ex ipso caeremoniae splendore intelligeret fauste se ac feliciter in ovile Christi introire, placuit in ea re celebratatem adhibere. Sacro fonti admotus est ab Julio Sacchetto Cardinali, Legato Ferrarensi, qui, magna Nobilium manu stipatus, sponsoris sustinuit partes, et Neophyton familiae suae cognomine honestavat. Ei nomen Ignatii inditum. Quod nomen cum ipse elegisset sibi, rogabat praeterea ut in nostrum Ordinem cooptaretur. Verum id tunc quidem impetrare non potuit. Mutius siquidem, ad quem ea de re scriptum, reputans affinem Judaicae superstitioni esse Sabbatariorum haeresim, juvenem ab ea recentem censuit differendum. An postea voti compos fuerit factus, nusquam reperi.

Evangelicas expeditiones, quales hodie apud nos suscipi obirique multae solent, consulte praeterire solemus, quia nimis crebras. Una tamen, ob insustitiam magnitudinem fructus, mentionem praeccipuum meretur. Bononia missi duo Patres ad Fanum Marini, (oppidum est celebre, inter Romandiolam et Ducatum Urbinatensem, parvae Reipublicae caput) primum omnium incredibili oppidanorum gratulatione, et magna omnium ordinum obviam itione excepti fuerunt. Quippe Marinenses Societatem, etsi fama tantum atque auditione cognitam, in magno habebant pretio, et jamdiu summis precibus istos ad se mitti Patres rogarunt. Tum ad solemnia Missionum aggressi, populum adeo per omnia docilem ac morigerum habuerunt, ut nihil supra. Concionibus, quae nulla non die binae habebantur, intererant, non solum ex civitate, sed ex omni etiam vicinia frequentissimi. Concionatorem, e suggestu domum revertentem, sequebantur ex ordine Sacerdotali, familiisque Religiosis permulti, piacularum confessionem peracti apud eum domi, dum Socius in Templo turbae promiscuae confidenti aures dabant. Si quid in urbe dissidi, si quid publicae offensionis, ad Patres deferebatur, ipsorum arbitrio finiendum. Diebus septendecim, quot sacra Missio tenuit, supplicationes habitac plures, plures ad fovendam pietatem, augendumque sive sacrosanctae Eucharistiae, sive Divinae Matris cultum instituae, atque usu receptae religiones. Cum placuisset, una die omnibus rite expiatis Eucharisticum panem distribui, ea die numerati ad sex milia qui de sacro epulo participarunt. Tota demum civitas metu Numinis adeo subacta, ad eamque modestiae ac pietatis formam composita, ut ipsi se mirarentur cives; et Patres, quorum charitati et industriae haec tribuebantur, laudare satis ac venerari non possent. Movebantur praeципue eorum singulari abstinentia, quibus cum dono militarentur identidem cibaria condititia, atque etiam pecuniae, ipsi tamen, parcissimo contenti victu, omnia respuebant. Hinc certatum obsequiis erga eos, velut homines virtute prae signes et sua majores fama. Et in discessu, quem frustra Patres occultare studuerunt, tantus deducentium numerus, atque ea comploratio fuit, ut agre tandem flentes a flentibus divelli potuerint. Atque haec de actis nostrorum.

Quaedam rerum memorabilium exempla in monumentis Collegii Mutinensis reperi, mira quidem illa, sed fide non majora, quibus fraudandam non putamus historiam, cum maxime his excitari foeverique pietas erga beatissimam Dei Matrem queat. Mutinae Juvenem ingenio praeferoem, ac saepe armis jurgari solitum, post auditam ipsius confessionem, monebat noster Sacerdos, ne ultra gestaret arma, malorum instrumenta scilicet, et rixarum causas. Reponente ad ea Juvene, se vero paritum; at metuere, ne, si inermis incederet, facile ab armatis inimicis, quos esse sibi multos, sibique insidiari certo sciebat, opprimeretur: Pone hunc metum, inquit, teque in tutelam Beatae Virginis confer: haec tibi contra quoscunque insidiatorum incursus pro clypeo, haec pro lorica erit. Quibus ille verbis acquiescens, morem gessit. Ecce autem paucis post diebus, dum sedet in foro omnis securus periculi, luce palam irruit sicarius ferox, directo in eum manuali tormento, cui plumbea glans tergemina erat indita; atque ubi propior factus, binis tantum passibus distans, funereum laxat rotam, incenditque

Tom. II.

13

^{9.}
Baptizatur, et
recipi in Societa-
tem poscit, sed
frustra.

^{10.}
Missio ad Fa-
nnum Marini su-
cepta, ejusque
fructus.

^{11.}
Deiparare pa-
trocino Juvens
in evidenti peri-
culo scrutatur in-
columis.

^{12.}
Religio Rosarii
insigni beneficio
venenata.

pulverem. Certa videbatur in tanta propinquitate caedes. Nulla tamen e tribus displosis glandibus Juvenem Mariae nomen inclamantem laesit: plane ut videtur quadam velut impenetrabili tectus lorica, qui magnae patrocinio Virginis tegebatur. Ibidem latro fuit ob patrata facinora insignis, qui inter sexcentas scelerum formas et quotidiana flagitia, hoc tamen habebat in more, ut nulla non die Deiparae Rosarium decurreret, quod illi pensum ideo potissimum persolverat, ne sibi in extremo vitae decesset, neu se sineret sine Ecclesiae Sacramentis decedere. Non lusit illum sua spes, et qualisunque obsequii mercedem, quam sibi animo proposuerat, modis insperatis tulit. Primo ab armatorum infesto globo quæsus ad necem, cum non alia occurseret periculi declinandi via, dejecti se in patentem fossam, si forte inter nocturnas tenebras inobservatum praeterirent inimici insequentes. Qui quidem rem subdorati, accurrerunt cum accensis fabricis, locum ipsum diligenter scrutari instituerunt. Cumque haberent in oculis quem quaerebant, humi stratum, ac totis artibus contremiscentem, eum tamen nunquam conspexerunt, utique excaecati, ut ipse postea affirmabat, a Deipara, in cuius tutela ipse erat. Accidit post haec, ut a litoribus intercepitus, in carcere raperetur. Quæstiōni admotus, quamquam intelligebat haud dubie se agendum in furcam, si capitalia, de quibus interrogabatur, flagitia fateretur, ea fassus est tamen, non vi tormentorum virtus, sed ne, recepta libertate, casu aliquo interiret, ut saepe istis accidit, repentina oppressus infortunio, et Christianorum præsidii ultimus destitutus. Agnovit in sua præsenti aerumna beneficium Divinae Matris, quac, levissimo obsequio exorata, se mori sine scelerum expiatione non permitteret. Praetor, si tantum nescio quid maleficii, quod sciri multum intererat, aperiuisset, ipse silere maluerit, unam modo affirmans rem, deberi sibi supplicium, et in loco beneficii longe maximi habere quod ita mori contingere. Haec ex ipsis ore noster Sacerdos, qui audiit peccata confitentem, excepit. Eadem ipsem et patibuli scalis palam explicuit, ac plenus optimæ spei cervices carnifici frangendas dedit.

^{13.}
RES PROVINCIAE
NEAPOLITANAE
Missiones variae
curvæque laeti
successus.

Neapoli intreagum erat inter Apostolicos operarios nomen P. Francisci Pavonii, totaque Provincia fructuosi ejus labores celebrabantur. Hoc anno Salernitum, tamquam Picentinorum regionem excolare aggressus sacra Missione, quina diversis locis instituit Presbyterorum sodalitatem, quorum præcipuae partes essent, pietatem in populo voce pariter et exemplo provehere. Quod ubincunque posset, faciebat eo consilio, ne cito desperderetur fructus Missionum; satis sciens, in hac humanae naturae perversitate facile regerminare vitiorum mala gramina, nisi cultura assidua adhibeat. Sodalitius leges prudentiae plenas Pavonius idem dedit. Idem locis omnibus simultates dissidiaque multa composuit. Mulierculas plures, quaestum sceleratum facientes corpore, aut tutis septis inclusit, aut honestis viris collocavit, aliaque hujus generis multa confecit. Quibus permoti Salernitanî, ut non nullam rependerent Societati gratiam, cuius alumnis tantum se debere profitebantur, beatum ejus Fundatorem Ignatium, itemque Xaverium, et Franciscum Borgiam, tutelares patriæ suae Patronos solemni ritu consulutarunt. Idem B. Parenti honor est habitus Nolæ; quea tamen civitas, non eo contenta ut Ignatium celebritate qua potuit maxima sibi Patronum adscisceret, Divi præterea sacellum, quod in aede Societatis erectum fuerat, suo nomine erectum voluit, sumptu publico adornandum promittens, intereaque in usum cerea numeros illi aureos decem assignavit, annis singulis ex aerario persolvendos. Per Capuanam quoque Dioecesim nostri homines cum Evangelico ministerio excurrebant, ex eaque itidem excursione uberrimi, ut solent, fructus provenere. Praeter alias bene multos, Deo per Sacramentum Poenitentiae conciliatus est unus, tam petulanti in Deum Superosque omnes lingua, ut, exhaustis atrocissimis quibusque execrationum formulis, novas identidem horridioresque efflagitaret a-malo-Daemone, quibus Caelites enormous violaret. In tanta tamen impietate igniculus quidam pietatis lucebat adhuc, licet intermortuas, quod Deiparae Virginis nomen nunquam sacrilego ore pollueret; et inde fortasse id illi datum a Deo, ut

respiceret aliquando se, ac resipisceret. Per haec vivere desit P. Archangelus Belbonus, vir plane dignus cuius memoria posteris commendetur. Campaniae natus, quae urbs haud ita multum Salerno distat, perdi omnem movit lapidem, ut Collegium Societatis in patria sua conderetur, quem in usum suas opes non mediocres offerebat. Spe longa dejectus, hoc saltem solabatur dolorem, quod prætereuntes illac nostros homines excipiebat domi, ac secum amantissime detinebat, nec eorum quemquam alibi hospitium sumere patiebatur. Cum ne sic quidem amori erga nos suo faceret satis, ad extreum semetipsum tradidit Societati, licet annum vitae decurrentis quartum supra quinquagesimum, neque solum Sacerdos, sed multorum annorum Parochus. Annos post haec duodecim in Societate cœfecit, tanta omnium approbatione, ut mirarentur domestici ea aetate virum, qui tandem arbitratu vixisset suo, tam facile se ad omnem domesticam disciplinam formam componere potuisse. Praecipua pollebat arte in pertrahendis ad poenitentiam hominibus, quantumvis contumacibus et refractariis. Deiparam Virginem et colebat ipsé impensissem, utque ab aliis coleretur, omni ope studioque curabat. Ob eam rem compendium miraculorum B. V. Mariae, opus haud multae quidem doctrinae, sed magnae tamen pietatis, edidit, suo licet suppresso nomine. Mire etiam afficiebatur erga animas mortuorum piaculari igne detentas, quibus ut opem aliquam ac poenarum levamentum afferret, vias exquirere omnes solebat. Obiit Salerni postridie Cal. Februarii, die scilicet Purificatae Virginis sacra; et constans multorum fuit opinio, morienti perspicuum adstisset Virginem amantissimam, ejusque supremum spiritum excepsisse.

At enim funera multo notabiliora contigere in Provincia occidentali Siciliae. Initio anni finem vivendi fecit Panormi P. Josephus Scamacca, divini verbi praecotta Sicilia nominatissimus, vir idem fama sanctitatis non vulgaris, quam tenore vitae innocentissimo, exemplisque virtutum maximarum sibi comparaverat. Concionatorem egit per annos ipsos quatuor supra quadraginta; utque erat in dicens vehemens, et hominum via libere aperteque carpebat, offendit alicubi nonnullos potentiorum ex iis, qui et licenter vivere, et morum censuram pati nullam volunt. Sed non propterea deseruit unquam studium populorum, ad eum audiendum avidissime concurrentium. Vulgo persuasum crat, virum talem, inter perorandum agi instinctu coelesti, nec tam quae vellet, quam quae de coelo injicerentur, proloqui. Suffragabatur huic hominum persuasiōni quod constaret, esse eum a fastu, ab arrogantia, atque adeo ab omni humana cupiditate alienissimum, nihilque praeter divinam gloriam et animarum salutem, magnopere pensi habere. Hinc, quaecumque e loco superiore dicret, non tam ut propria Concionatoris sensa, quam ut oracula de coelo missa, et afflata Numinis pronunciata accipiebantur. Quid quod ipse interdum Deus vocem Ministri sui, totamque eam in concionando severitatem, ostentis manifestissimis comprobavit? Est illud ad memoriam insigne, visam aliquando candidissimae speciei columbam, ei dum verba faceret incidentem, ejusque velut aures leniter vellicantem: quod saepius a se conspectum affirmabant viri graves, nec sublestae fidei. Dono Prophetiac insignitum multa rerum eventa probaverunt, quo ex genere exempla duo subjiciam. Gerebat uterum Joanna a Cerda, Duci Medinae Coeli filia, Antonii Moncadae de Aragonia, jamque Montis Altii Ducis uxor, octavum graviditatis mensem ingressa, foctum nescio quibus indicis examinatum creditit. Idem bona fide credentibus Medicis et Obstetricibus, jubetur mulier certum sorbere medicamenti genus ad abigendum foetum. Paratum erat efficax poculum, cum adest ex improviso Scamacca; sive ita tulit casus, seu de industria veniebat, ut prohiberet indignum facinus, quamvis non mala conceptum mente. Atque ubi quid ageretur didicit, consilii temeritatem coarguens, amoveri exitiale poculum jubet. Vivere in utero prolem, eamque masculam, clamat. Nasciturum ope B. Ignatii filium, matre incolumi: victurum diu; parentibus apprime charum ob indolis bonitatem futurum: cum adoleverit, nomen Societati daturum. Ei per baptismum renascenti nomen faciant Ignatio. Sic ille sine ambagibus. In quo praesensisse eum divinitus quod erat futurum, secutus eventus docuit. Haec, ut a nobis tradita sunt, post

^{14.}
Mors et elo-
gium P. Archan-
geli Belboni.

^{15.}
RES SICILIAE.
Obitus et elo-
gium P. Josephi
Scamacce.

impletum vaticinium ipsamet narrabat Joanna conscientiae suae arbitro P. Erasmo Marottae. Quae quidem femina, non virtute minus quam genere nobilissima, ex tempestate ad Virgines Theresianas erat transgressa; vivo licet conjuge, sanctissimumque vitae genus in summa austeritate atque inopia profitebatur. Sed futuri praescius nunquam luculentius apparuit Scamacca, quam per occasionem obitus sui. Sub exitum anni praeteriti leviter aegrotabat in Domo Professorum Panormitana P. Jacobus Dominicus, de quo multa commemoravimus libro superiore. Scamacca moriturum ex eo morbo affirmavit, brevi tamen intervallo secuturum se. Quod ita prorsus, ut praenunciaverat, accidit, decem tantum diebus inter utriusque obitum interlapsis. Decessit porro ipse VIII. Idus Ianuarii, nulla prævia corporis aegritudine, unde periculum timeretur; proindeque sacrum Viaticum, ac caetera morientium præsidia, magis voluntati ejus ac precibus, quam necessitatibus data fuerunt. Ut increbuit Panormi rumor de Scamacce interitu, videre licuit, quanto in honore apud homines omnium actatum atque ordinum sit sanctitas vera. Solebat ipse a longo tempore latere præ senio domi, vitamque solitariam procul ab hominum conspectu agere. Quae res sensim oblivionem viorum, quantumvis illustrium, parit. Tamen ad visendum venerandumque ejus cadaver incredibili frequentia concursum est, nec ulla vi coerceri potuit impetus multitudinis, ne sandapilam pene omnem deriperet, certantibus imis ac summis, ut ex ejus reliquis aliquid decerperent. Ortus erat loco nobili in Leontinis, ante annos septuaginta septem, quorum sexaginta meruerat in Societate.

^{16.}
Novis et elo-
giis Fr. Simo-
nis Buccherii.

Maiori adhuc celebritate in Tirocinio Panormitano elatus est Frater Simon Buccherius, rei domesticæ adjutor veteranus, cuius incidit obitus in XV. Cal. Quintiles. Fidem pene superant quea de hujus viri pietate, humilitate, mansuetudine, temperantia, ac voluntarii afflictionibus memoriae sunt prodita. Honestissimo licet natus genere Moenis, et litteris haud leviter excultus, in Societate familiaribus addici ministeriis maluit, quam ad sacerdotalem Ordinem, uti poterat, provchi. Nihil deinde illo demissius, nihil patientius. Quac infima existimantur apud nos munia, quaque maximo sunt cum labore conjuncta, ea capessebat libentius. Quae tamen cumque committerentur, naviter gerebat. Perdiu coquum egit Messanae. Translatus inde in Domum Professorum Panormitanam, tergendas pavimenti sordibus operam dedit. Dein circuire urbem cum mantica, et corrugare pro familia stipem est jussus. Mox Sacerdoti ad familiaria officia comes, et administer datus. Panormo prefectus majorum imperio Chium, cum ibi primas litteras, et fidei christianaæ elementa pueris tradidisset per quadriennium, reddit in Siciliam, perque annos octo quoddam Tirocinii Panormitani præmium curavit. Tandem ex agri cultu traductus ad curandos infra Magistrum Tiromes, ac Magister socius renunciatus, in hoc perdifficili ministerio consenuit, ac vitam clausit. In tanta munerum multitudine ac varietate, sibi semper Buccherius mire constitut. Par domi ac rure pietas, par tolerantia laborum, idem odium sui. Veruntamen rure, occasionem nactus ampliorem macerandi corporis, huic studio liberalius indulxit, nullam omittens rusticæ operis partem, fossor idem atque olitor, messor ac vinitor, omnino laboribus, victu, ac vitæ asperitate villicus. Nihil omnium odisse videbatur præter se ac corpus suum innocentissimum, in quo cruciando modum omnem excedebat. Flagrorum usu assiduo id ad extremum consecutus dicitur, ut nullo doloris sensu concideret se. Indusio linteo nunquam est usus. Ejus loco pressum ad carnem gestabat cilicium setis hispidum. Extremis vitæ annis cilicio catenam addidit ferreis instructam cuspidibus, quae, circa pectus et latera saepius recurrens, ad motus fere singulos corpus sauciabat. Parcissime vescebatur, nec ferme ad panem ac gelidam quidquam adhibebat cibi, præter malum aureum. Alterius generis poma nunquam gustavit, licet multa suis ipse manibus in eo quod dixi prædio consevisset. Somno tres duntaxat horas dabant, idque vel in nudis asseribus, vel in brevi scanno, semper vestitus, plerumque sedens tantum, et procul a pariete, ut ne applicare quidem posset caput. Sexagenarius cum esset, beneficij loco impetravit a Deo dolorem dentium acerbum, quo dies noctesque cruciabatur, neque-hac molestia, nisi moriens, caruit.

De paupertate Buccerii nihil attinet dicere. Quid enim illo pauperius, qui ne cubiculum quidem certum in Domo habebat, solitus in angustum apertumque sub scalis angulum se recipere, cum dormiendi necessitas postulabat? De rebus suis adeo abiecte existimabat, ut nihil infra se duceret, et nequissimos quosque mortalia anteferret sibi. Nunquam induit vestes, nisi breviores, et longo usu detritis. Quadratum pileum Clericorum, id temporis etiam Laicis permisum, capiti nunquam admovit. Etsi latine sciret, loquenti verbum latinum excidit nunquam. Acrius aliquando increpitus a Majoribus, bis terque ob falsas suspiciones amotus ab officio, nullam misit vocem, qua se defenderet. Non conqueri auditus, non tantulum commoveri visus. Erat Buccerius constitutione naturae paulo fervidior, et ad iracundiam pronus; sed usque adeo subegerat animum exercitatione virtutis, primosque irae prosilientis impetus ita continebat, ut iratum viderit nemo. Olim e praedio revertentem invasit ex insidiis latro, appetitque manuali tormento, vitam simul ac pecuniam, quam habere grandem rebatur, erupturus homini inermi, ac soli. Cum ictus febellissem improbum, ipse ut excussas e silice scintillas, neque tamen conceptam a nitato pulvere flammam vidit, divina se ope protectum sentiens, scelestum compulit in vicinam Collegii villam, atque ex equo delapsus, atrocia minabatur. Sed adeo nullam tentati maleficici poenam, ut poterat, sumpsit, ut imo latronem dimiserit pecunia donatum, satie habens monuisse eum, ut ab ejusmodi coepitis in posterum abstineret. Supra caeteras Buccerii virtutes miraculo prope fuit exercitatio precandi assidua, interque multiplices curas conjunctio mentis cum Deo tanta, ut major esse in summo otio vix posset. Divinis meditationibus octo quotidie horas tribuebat. Quoties ad orandum adiucaret mentem, rapiebatur continuo extra se, nihilque omnium quae circa fierent sentiebat. Iam quibus eo tempore rerum divinarum intelligentias illustraretur, quantam, quam liquidam animo voluptam hauriret, majus est quam ut ullis consequi verbis queam. Caelestis felicitatis quoddam veluti specimen praegustabat. Quid quod aspectu Angelorum fruebatur interdum, et colloquio suavissimo? Christus ipse, eiusque Mater beatissima, Stanislaus Kostka, aliique Coelestium ei se videndos aliquoties exhibuerunt, horasque cum eo solidas familiarius colloquendo consumpserunt. Sed quae sunt hujus generis persecuti longum esset, propterea missa etiam facio prodigia, quae ejus mortem consecuta dicuntur, numero plurima, magnitudine singularia. Decessit Buccerius, ut vixerat, sanctissime, annum decurrens aetatis tertium supra septuagesimum, a suscepta Societate quinquagesimum primum. Cadaver area lignea inclusum, communis tunc quidem sepulcro conditum est. At anno proximo Rector Tironicci Panormitanii, Hieronymus Tagliavia, honore praecipuo dignum tantae sanctitatis hominem ratus, transferendum curavit in arcam elegantiorem primo, deinde in tumulum separatum, ac marmorato tectum, ubi decentius jaceret. Per eam occasionem, recluso priore sarcophago, indumenta quidem situ corrupta inventa sunt. Corpus vero perinde integrum atque flexibile, ac si recens expirasset. Quo facilius motus est Archiepiscopus Panormitanus, Jannettinus de Auria Cardinalis, ut daret Judices, qui de Buccerii virtutibus ac miraculis acta conficerent.

In Superiore Germania, ad quam modo transgredimur, laetae, si usquam alibi, reductiones haereticorum hoc anno sunt factae, Donaverdae in primis, ubi, rem agentibus strenuis de Societate militibus, cum haeresi debellatum est. Hanc civitatem, etsi jure suo liberam, suisque vivere legibus solitam, quod tamen Imperii leges contumaciter ac superbe violasset, Caesar anno labentis saeculi nono privaverat libertate, permiseratque loco pignoris Maximiliano Duci Bavariae, donec ex ejus preventibus refecisset impensas in eadem expugnanda factas. Bavarus, compulsis ad deditioinem civibus, ac praesidio Urbi imposito, tres ibi collocaverat, velut in statione, Operarios Societatis, qui Religionem penitus collapsam erigerant, atque e suis quodammodo excitarent ruinis. At per aliquot annos Patres, etsi nihil sibi reliqui ad laborem industriamque facerent, fructum ceperant nullum, aut perexiguum. Diurnam sterilitatem compensavit aliquando tandem annus de quo scribimus, quo anno nemo est inventus haereticus, ubi

17.
RES GERMANIAS
SUPERIORIS.
Donaverda ab
haeresi libera-
tur.

18. *Trium Sociorum praecellara funera.* ante annos viginti cultus Catholici vix reliquiae, et intermortua quaedam vestigia inveniebantur. Prostratae haereseos palmam tulerunt tres Operarii insignes, Mathias Rom, Christophorus Rhelinger, et Laurentius Bracfeldius, quibus id negotii fuerat datum, ut Donaverdam excoletor. Et ne quid iis decesset ad summam laudem, eodem anno viri strenui palmam alteram, eamque illustriorem sunt consecuti, morte fortiter obita in officio charitatis. Dum enim contagiosis, qui multi erant in oppido, pie famulantur, contracta hue, intra sesquimensem, aliis post alium, interierunt. Agnovit Civitas quantum iis deberet Patribus, qui et errorem ab se depulissent, et, suae levanda causa calamitatis, animam posuissent. Neque id satis habuerunt optimi Cives, ut viris ita de se meritis, cum quanto potuit maximo honore, justa persolverent, sed praeterea lapidem iis sepulcralem in Aede sacra posuerunt, sumptu publico, cui lapidi erat inscriptum, quo quisque Patrum appellaretur nomine, quo die, qua causa singuli obiissent, ac testatum universae posteritati relinquebatur, istorum praecipue Patrum opera Donaverdam ex Lutheri erroribus feliciter emersisse. Sublatis in hunc modum Sociis omnibus Donaverdanae stationis, eam nostri sedem non putabant sibi repetendam; cum praesertim Civitas esset jam omnino Catholica, et satis consultum ei videretur, amotis errorum magistris, eorumque in locum substitutis Parochis apprime idoneis. Sed alter visum Duci Bavariae Maximiliano. Piissimus nimirum Princeps, qui non minus conservari Donaverdae Religionem cuperet, quam antea restitui cupiisset, recentes ab haeresi Cives tam cito destituti Societatis ministerio noluit, ejusque jussu submissi in locum demortuorum Patres alii tres, stationem Donaverdanam denuo occuparunt.
19. *Prohibentur nostri stationem Donaverdanam deserere.* Iisdem ferme gradibus Religio procedebat in Superiore Palatinatu, postea quam ibi quoque rerum potiri coepit Bavariae Dux atque Septemvir Maximilianus. Pulsis Pseudopastoribus e Lutheri grege, plerasque regionis Curias administrandas suscepserant delecti e nostris Sacerdotes circiter quadraginta. Novos Parochos observabant haeretici, mores eorum et instituta laudabant. Doctrinam amplectebantur admodum pauci. Dociliores fiebant tamen in dies, et Ecclesiae ritibus caeremonisque castissimum magno delectabantur opere; ut viderentur consilium mutandae Religionis non tam respuerre per contumaciam, quam per ignaviam differre. Certa erat transitio eorum, si modo edicto Principis adigerentur. At Maximilianus, fiducario magis nomine, quam stabili ac certo jure Provinciam obtinens, adhibore vim cunctabatur, donec possessionem ejus integrum perpetuamque esset adeptus. Quod ubi accidit (accidit autem hoc ipso anno vertente), circummisit continuo edictum gravissimis conceptum verbis, quo contumaces hibernis ac statvis militum onerari jubebat, levari contra dociles ac morigeros, qui testimonium catholicae professionis afferrent. Principale decretum secuta confessum rerum incredibilis commutatio. Qui multiplicem nostrorum operam tandem sefellerant, adire nunc illos ultro, salutarem doctrinam exposcere, se docendos offerre. Semestri spatio conciliati Ecclesiae sunt hominum amplius quatuordecim milia, et ducenti. Non ausim equidem affirmare, quo quisque animo sacramentum catholicae fidei dixerit, Romanoque Pontifici obedientiam juraverit. Credibile est, in tanta multitudine non neminem externa tantum specie, ac simulare fecisse, ad redimendam hibernorum molestiam. At plerosque sincere fecisse, et ex animo, indicio fuit mira animorum inclinatio, quam perspicere statim licuit erga Societatem. Sane multi, qui antea Jesuitarum ne ipsum quidem ferre poterant nomen, eos jam amabant unice, eos in deliciis habebant. Atque hos enimvero christiani gregis pastores idoneos praedicabant, qui non, ut sectae ministri, nobilioribus tantum ac potentioribus navarent operam, non humiles ac plebeios pharisaico supercilios despicerent, sed pari charitate complectenterent omnes: qui deinde eximia temperantia modestiaque viverent, qui Curiarum proventus, non in sua commoda, sed in subsidia pauperum, in cultum Divini Numinis, in sacrarum Aedium splendorem ac sarta tecta converterent. Eo usque devenit multorum favor, ut alicubi vim paraverint, ne nostrorum praesentia ac consuetudine privarentur. Ut de aliis modo non dicam, Neostadiani, cum
20. *Laci Religionis progressus in Superiore Palatinatu.*
21. *Mira populorum inclinatio erga Societatem.*

increbuisset urbe rumor excessuros propediem inde Patres, custodes ad portas collocaverunt cum mandatis, eos ut obductis repagulis, exitu prohiberent. Quae res persuasit moderatoribus Societatis, ne tam cito revocarent in Collegia, uti constituerant, Socios toto Palatinatu dispersos, et Curiarum administratione occupatos. Etsi enim ferebant iniquius, tam multos tandem a suis claustris abesse, idque alienum a nostris moribus institutisque arbitrabantur, ferendum tamen adhuc ad plures annos censuerunt, tum quod iis aegre carebant novi Catholici, tum etiam quod curiale munus ita a nostris administratum, magno esse usui ad Religionem vel propagandam, vel constabiliendam, experimento constabat.

Dum haec in illo Norici tractu geregabant, dure admodum atque inclementer Societas tractabatur in Vallesia, quodque in adversis rebus solatii genus est, nullo suo merito. Venerant in Vallesiam nostri ante annos viginti, et Aragni primum, deinde Ventonae domicilium fixerant. Urbes eae sunt, post Sedunum, Provinciae caput, fere praecipuae. Annis interiectis octo, stationem Aragnensem ob inopiam extremam deseruerant. Ventonensem, etsi pari laboraret incommodo, retinebant adhuc anno superiore, cum, penuria invalescente, hinc etiam excesserunt, migraveruntque Brigam, urbem opulentiorum, ubi Cives aptam iis domum, et pensionem annuam offerebant. Per hanc occasionem Episcopus Sedunensis, Hiltprandus Jodocus, qui solebat Operarios Societatis e proximo Ventonensi domicilio subinde arcessere, demptam sibi facultatem iis utendi dolens, ut acceptum incommodum quoquo modo sarciret, duos secum retinuit Seduni Patres, Petrum Marium, et Joanhem Vagnerum, illum Gallicis, hunc Germanicis habendis concionibus, atque ita retinuit, ut certam iis assignaret domum, et sacram Aedem, quasi perpetuo mansuram in urbe. Collegium videlicet moliebatur amicus Praesul, atque haec initia praestrebat, invito licet Magistratu, multumque obnitentibus contra haereticis, qui erant Seduni plures, et magnis opibus. Jam ergo Seduni ac Brigae nostri, ut in Domicilio stabili, considebant. Utrobius usitata Ordinis ministeria tractabant, Religionem ac pietatem augebant, saluti marinarum publice privatimque haud segniter allaborabant. Et siquidem Sedunum Mediolano distat tantum bidui, spes erat, si Collegium aliquando perficeretur, ad id Collegium, non ex Helvetia solum, verum etiam ex Italia concursuros magno numero adolescentes, studiorum commoditate illectos. At laeta adeo rerum initia, ac laetiores spes, exorta repente inter Episcopum ac Sedunensem Magistratum nescio quae juris controversia corrupit, totaque Vallesia Societatem exigit. Nam quia Antistes nostris hominibus utebatur amicissime, inde in eos ingens exarsit Civitatis invidia, perinde quasi discordiae auctores, satores certaminum, quae inter sacram civilemque potestatem intercedebant, ipsi essent. Animis ita affectis, nostrorum exilium tacite moliri cooperunt multi. Contra Episcopum Societatis patrocinium aperte suscepit. Atque amantissimus quidem Praesul nihil intentum reliquit, sive ad placandas adversariorum iras, sive ad declarandam tuendamque innocentiam Patrum. Praeter alia, litteras publici testimonii vulgavit, quibus vix concipi quidquam possit nostro ordini honoroficentius. Sed nihil manopere profuit. Sopitae non nihil sunt irae, non extinctae.

Novam ansam adversariis ad maturanda consilia praebuit P. Marius, is quem habendis Gallico sermone concionibus destinatum ab Episcopo dicebamus. Dum enim verba facit ad populum, ausus de suprema Episcopi in Vallesiam potestate, invidioso id temporis argumento, apertius quam par erat fidientiusque disserere, Civium animos exacerbavit in tantum, ut non occulete jam, uti prius, sed palam, sed libere de pellenda Societate agendum existimaverint. Indicuntur ergo extra ordinem Comitia: iis habendis designatur Leuca, haereticorum ea tempestate receptaculum. Coacto Conventu, perrogatisque sententiis, fit decretum, ut intra dies tredecim Jesuitae tota excedant Provincia. Gravis imponebatur multa Civibus, si quis decreto intercederet. Decretum per apparitores Brigam ac Sedunum transmissum est, denunciatumque publico nomine Patribus, ut abscederent. Ultra definitum spatium morantibus poenae graves proponebantur. Perculti subita denunciatione Patres, nihil rogarunt aliud, nisi, quod nemini quantumvis reo

²²
Status Societatis
in Vallesia
ante hunc an-

²³
Sedunenses
contra Societatem
concilianter.
Quae fuerit cau-

²⁴
Indicatur no-
stris exilium ex
tota Vallesia.

^{25.}
Irrogati exilii
tres afferuntur
causae.

negari solet, sibi ut explicarentur causae, q̄b quas exilio digni putarentur. Responsum per delectos a Conventu viros, causas esse tres. Primo, quod institutum olim fuisset a Majoribus suis, ne ulli Religiosi peregrini in Provinciam admittentur. Deinde, quod satis magna doctorum et experientium Sacerdotum copia suppetret ex popularibus. Postremo, quod per occasionem scholarum, quas Patres aperuissent Brigae, confluere eam in urbem coepissent plures ex Italia adolescentes, quorum consuetudine corrupti facile possent ingenui ac nativi popularium mores. Caeterum, addidere interpres, nulla prorsus malevolentia dimitti Patres Societatis, qui annos continenter viginti sine cuiusquam querala in Vallesia vixissent, suis quin etiam laboribus egregie meriti de Republica fuisse. Easdem attulerunt irrogati exilii causas ad Oratorem Christianissimi Regis, qui deprecator accesserat, negantes factum id esse odio Catholicae Religionis, aut Patrum. Qua attestacione, qualis demum cumque ea esset, obloquentibus inclusa vox est, nostrisque hominibus satisfactum. At non tam facile sibi verba dari passus est Alexander Scappius, Apostolicae Sedis apud Helvetios Legatus. Vir nostri Ordinis studiosissimus omnia movit, tum privatum suo, tum publico Pontificis nomine, ut decretum contra nos factum induceretur, sed conatus irrito. Perstitit in sententia Conventus, nisi quod invidiam facti a se amoliri, et in Episcopum Sedunensem ambages transferre conatus est. Ita demum nostri, causa non satis explorata, in exilium ierunt. Salutato novissimis verbis populo e suggestu, iter ingressi sunt postridie Idus Martias, haud equidem sine moerore multorum ac luctu, qui abeuntes ad plura passuum millia magnis agminibus deduxerunt. At discessu eorum nemo affectus gravius, quam Episcopus Sedunensis. Priusquam abirent, provolutum in genua Marium, ac supremum vale dicentem arce complexus, cum multo fletu affirmavit, ex omnibus maximisque molestiis, quibus eo tempore afflictaretur, hanc sibi esse acerbissimam, ac porro fore, quod agi in exilium cerneret viros innoxios, sibi carissimos, publicae utilissimos rei, quodque instar mortis duceret, sua praesertim causa. Quibus prolixè commemoratis, fausta prece abeuntes est prosecutus. Vallesia digressi, Aronam se receperunt, quod primum occurrebat in Ducatu Mediolanensi domiciliū Societatis, inde Mediolanum: moesti illi quidem exilio, at exilii causa, et conscientia sua laeti, nec dejecti spe repetendae aliquando cum honore ejus terrae, unde nullo suo merito pellebantur. Quod quemadmodum re ipsa evenerit, alibi disseremus.

^{26.}
Nostrī excede-
re & Provincia
cognitū.

Quo anno Vallesiam deserere Societas coacta est, in alia quaedam Germaniae Superioris oppida fuit introducta. Quod qua ratione factum sit, breviter explicabimus. Est in inferiori Bavaria Burghusium, Civitas ad Alazam amnem sita, qua prope is cadit in Oenum. Huc cum venissent Oettinga duo Patres, ut operam populo navarent festis diebus, et consueta Societatis munia velut obiter exercerent, accidit ut Oettingam invaderet pestilentia: qua re efficiebatur, ne illi ad suum reverti Collegium possent, quippe sublato inter utrumque oppidum commercio, et commeandi facultate interclusa. Coacti itaque Burghusii consistere ad plures menses, hoc tempore magnam sibi ac suo Ordini opinionem laboribus Apostolicis pepererunt. Ad eos e superiore dicentes loco tanti fiebant concursus, ut, dato ad concionem signo, vix quisquam continere se posset domi. Impensus pariter peccata confidentibus, itemque aegrotis labor assiduus, nec periculo propter pestilentiae metum vacuus. Quam charitatem admirata Civitas, Societatem universam ex hoc velut specimine aestimans, flagitavit a Principe Electore Bavariae vellet perpetuam Patribus sedem Burghesii esse, ac facile impetravit. Assignatum est e fisco vectigal, quo justa sociorum familia aleretur. Aedes ad habitandum designavit Magistratus Urbanus, in iisque ornandis instruendisque plebecula cum Proceribus certavit. Patuerunt biennio post scholae, quaeque fuerat initio simplex Residentialia, ad conditionem et formam Collegii erecta est. Ad hunc statum perduci nunquam potuit, quae eodem anno posita est Residentialia Kaufburae. Est ea Civitas Svevia libera, ad amnem Wertacum, in Dioecesi Augustana. Urbem id temporis promiscue Lutherani ac Catholici habitabant. Henricus Episcopus Augustanus, restitutam Abusiaci Religionem per aliquot Societatis Operarios, quos

^{27.}
Fundatur Col-
legium Burghu-
siense.

^{27.}
Kaufburae Re-
sidentia consti-
tuitur.

ibi alebat de suo, videns, sibique persuadens, idem eventurum Kaufburae, si
huc iidem Operarii traducerentur, rogavit enixe eos, ut, siquidem confecta feli-
citer esset ipsorum procuratio inter Abusiacenses, ne gravarentur migrare ad
Kaufburanos, atque id novale, quod incultissimum esset, pari sedulitate solertia-
que subigendum sumere. Dicta audientes fuerunt Patres, (erant hi Elias Graff,
et Christophorus Etlinger), nullaque interposita mora, relicto Abusiaco, Kaufbu-
ram petierunt. Eos Catholici cum ingenti gratulatione, Heterodoxi non pro more
sectae illiberaliter, suscepere. Magistratus, etsi partem maximam Lutherani, do-
mum illis ad inhabitandum, fundum ad extruendas scholas, Templum ad sacra
ministranda tribuerunt. Curae deinde fuit Ferdinandus Imperator, ut Lutheri
praecones eiicerentur Urbe. Quo rerum successu elatus Episcopus, qualicumque
Societatis domicilio non contentus, Collegium ex Residentia facere cogitabat. Sed
Sveco Provinciam pervastante, atrox belli calamitas consilium ejus ac copta in-
tervertis. Et nihilominus manet etiam nunc Kaufburae Residentia, post clades
belli Suecici restituta. Binis ita constitutis in Provincia domiciliis, tertium mo-
liebatur vir nobilissimi generis Joannes à Wolkestein, idque Leontii, in oppido
suae ditionis quod est Carinthiis Venetisque confine, et incolis satis frequens.
Et jam hortatu P. Viti a Wolkestein, sui germani fratris, duos e nostris ibi col-
locaverat Sacerdotes, futurum sperans, quod evenit, ut praezugata Sociorum
opera, habendae Societatis cupidine incenderentur Leontini, et justae magnitudi-
nis Collegium libentius admitterent. Sed quamquam Patrum consuetudine capi
cives, piisque ministeriis delectati, nihil mallent quam Collegium, et loci dominus
crebris urgeret literis Provincialem Praepositum ut secundaret, copta res con-
fici omnino non potuit. Obstitit paucitas Sociorum, qua per id tempus Provincia
laborabat. Tot quippe, ac tam assiduis missionibus in Noricum Collegia pene
erant exhausta.

Provinciam Gallobelgicam eventus illustravit ad pietatis commendationem in-
signis, quem nefas silentio tegere. Instituta nuper fuerat in Collegio nostro In-
sulensi Sodalitas puerorum ex iis, qui prima legendi scribendique elementa con-
discunt. In hoc numero censebatur puer annorum decem, Julianus nomine, spec-
tabaturque inter sodales morum innocentia, pietatis ardore, ac mira praes-
ertim erga Deiparam religione sic, ut miraculo prope esset Patribus, aequalibus
vero ad exemplum proponeretur. Is morbo pustularum correptus, in lectulo
jacens, nihil ingeminabat frequentius, quam patronam sodalitii Virginem, atque
Angelum sibi ad tutelam divinitus datum. Opem utriusque pene per momenta
singula implorabat, ac certam in id precem subinde repetebat: mira caeteroqui
hilaritate ac patientia terti molestiana morbi, pustularum pruriginem ac graveo-
lentiam, foedamque totius corporis corruptionem perferens. Accidit, ut ingressa
ad eum mater, suaviter colloquente audiret velut cum quadam matrona. Nam
dominam identidem appellabat. Rata errore mentis affici aestuantem febri pue-
rum, intendit nihilominus animum atque aures. Adstantem rogabat Virginem
beatissimam Julianus, ut quem gereret sinu filiolum, sibi proprius spectandum
admoveret. Ita loquentem interfata mater, suadere ut quiescat: nullam adesse
praeter se mulierem, dicere. Negavit id ita esse puer. At tu quidem, inquit,
modo advenisti; haec alia, quam alloquor, multo antea. Ecquid praesentem, ac
laeto vultu residentem non vides? Haec locutus, in aliam partem flectens oculos:
At saltem, adjecit, intuere Angelum tutelarem meum, ut me hinc secum
educat praestolantem. Tum novum sermonem exorsus, parentem rogare, si qua
re aliquando molestus ei fuerit, ignoscat sibi, hora noctis duodecima morituro.
Ad eas voces cohibere non potuit lacrymas moesta parens; ac tametsi delirium
emotae mentis crederet, mirata delirii genus in tantula aetate novum atque in-
solens, solari eum, erigereque in spem valetudinis recuperandae studuit. Quid-
quid Superi constituisserint, sedato expectaret animo: spem ostendi prosperae cu-
rationis. Forte intra paucos dies surrectum, Deo propitio, incolumem. Tam
brevi certe spatio minime decessurum. Re ipsa puer, etsi febri ureretur haud
levi, longe abesse videbatur ab interitu, et omnino extra mortis periculum in

^{29.}
Leontii
Collegium
inchoa-
tum successu ca-
ret.

^{30.}
RES GALLO-
BELGICAE
Pietas erga Dei-
param insigne
miraculo illu-
strata.

praesentia putabatur a Medicis. Tamen, vi morbi subito crudescente, qua prorsus hora praedixerat, animam exhalavit. Quo vero certior vaticinio esset fides, corpus exanime, quod modo ex pustularum fabe foetebat majorem in modum, statim suave quiddam et fragrans olere coepit, summa domesticorum admiratione, ad coeleste prodigium, divinique vim Numinis id referentium. Eo facto, quod late vulgatum est, multum frequentiae ac pii fervoris nostris Sodalitatibus addidit.

^{31.}
RES PROVINCO-
BELGICAE.
*Bruxellis re-
tus B. Virginis
simulacrum in-
stauratur.*

Non has modo Sodalitates naviter promovebant Patres Flandrobelpici, sed in omnem praeterea occasionem augendae erga Deiparam pietatis impingeant. Bruxellis simulacrum erat Divinæ Matris perverus, quod per plura retro saecula habitum in magno honore, summaque populi religione frequentatum, nunc neglectum penitus et inhonorablem jacebat. Maria Pacis vulgo nominabatur, ducto inde nomine, quod saepe ad id signum Brabantini Grimberganique Principes convenirent, ut pacem inter se foedusque perceruter. Retroactis temporibus semel intra annum e suburbio inferri in Urbem solebat cum insigni pompa, quam longi supplicantum ordines deducebant. Sed ab annis pluribus, communis rerum optime institutarum fato, exoleverat pia consuetudo: et ipsum simulacrum foedum in modum rude ac vetustate abrosum deformatumque erat. Haec nostri reputantes, ne interiret avitae pietatis monumentum adeo illustre, novum ejusdem formae signum, sed operis multo elegantioris, elaborari curarunt, quod in foro publice dedicatum est. Pecuniam in hunc usum Eugenia Isabella Belgii Gubernatrix contulit. Sanctorum quoque venerationem, quod item magnum publicae pietatis incitamentum, nostri aut restituere collapsam, aut vigentem amplificare studebant. Maldercii, qui pagus est agri Lovaniensis, non alia magis re quam Virginis Hermelindæ tumulo celebratus, per annos amplius mille venerationem ingentem habuerat Hermelindæ ipsius sacer tumulus, confluentibus ad eum non tantum accolis, verum etiam remotioribus Belgis, Divae ut reliquias colerent, eamque sibi conceperit votis propitiant. Sed labentibus annis adeo haec refrixerant studia populorum, ut jacerent nunc sacra ossa vix non ex toto abdita, ac sine nomine. Visum id nostris indignum, nec ferendum. Praemonitis itaque Ecclesiae Magistratibus, ac rebus in id multis rite comparatis, dederunt operam ut rursum in publico collocarentur sacra lipsana, idque cum quanto potuit maximo apparatu ac pompa. Quo die acta res, eo dii ex omnibus circum locis Malderciu mera frequentia concursum est, illectis apparatus splendore multis, pluribus religiose ductis, quod celebritatem per se sanctam Pontifex Maximus majoris indulgentiae largitione fecerat sanctiorem. Undecim Collegii Lovaniensis Patres, audiendis confitentibus occupati, pauciores fuerunt, quam ut possent omnibus satisfacere.

^{32.}
*Maldercii reli-
quias B. Herme-
lindæ cultus re-
stitutitur.*

In provinciis Ordinum foederatorum nihil nobis quietum hoc tempore, nihil tutum erat. Versabantur ibi Socii tantum viginti tres, per stationes septendecim distributi. Iis retegendis opprimentisque sexcenti ubique excubabant exploratores mercede conducti; nec perquirendi finem ullum modum faciebant. Quae causa fuit ut Patres, assidua inter pericula insidiasque versantes, raro se darent in publicum, minus frequentes celebrarent Catholicorum conventus, nec jam temere se in domus hospitiale committerent. Sed quamvis occultare se studerent diligenter, ut nullus est inaccessus perfidiae locus, parum ac prope nihil absfuit, quin P. Gherardus Carbonelus, qui rem catholicam procurabat Leowardiae, caperetur. Dies erat sanctioris hebdomadae quinta, Christo pro salute humani generis morienti sacra, eaque Sacerdos die, peracta circa meridiem re divina, concesserat in vicinum Poenitentiae tribunal, nonnullos Catholicorum, qui expiandi supererant, auditurus. Cum irrumpit ex improviso minister publicus, satellitum manu stipatus, aram extantem invadit, sacrificales vestes, et omne sacrificii instrumentum diripit. Tum stare jussis qui aderant Catholicis ferme triginta, singulorum exquirit nomina, et accurate describit. Ad strepitem irruentium lictorum advolaverat propere ad Carbonelum puella annorum quindecim, eumque periculi instantis commonefecerat. Sed quid faceret? Nullæ in promptu latebrae,

^{33.}
*Status rerum
in provinciis Foo-
deratis.*

^{34.}
*P. Gherardus
Carbonelus ac-
gre ex manus
satellitum elabi-
tur.*

fugae exitus patebat nullus. Omnia circumspicienti puella fenestram monstrat in proximo, qua tantum posset evadere. Ille nihil moratus, etsi erat fenestra vicenos minimum alta pedes, per eam magno ausu deiicit se. Consilium, quamvis necessario magis quam considerate susceptum, Deo adjuvante, non improspere cessit. Dilapsò Sacerdote, Catholicorum, qui inventi fuerunt, neminem Magistratus multarunt, quod eorum nemo revinci potuit conventiculi apud hominem Societatis (namque id unice criminosum erat) celebrati. Carbonelus interim ipse, quamquam in tam praecepiti lapsu costas et genu coliserat graviter, statim a lapsu surgens, perruperat objectam sepem, et in aedes proximas penetravera. Tres ibi menses delituit, curationis causa affixus lecto. Ut convalluit, traejicit in Amelandiam, insulam brevi freto a Frisiae continentem direptam, ubi commoratus aliquandiu, multa e re catholicâ gessit inter incolas omni sacrorum ministerio destitutos. Regressus inde in Frisiā, cum non nemini audentior videretur, ac notior, quam ut fallere diutius oculatissimos insidiatores posset, stationem Leowardensem deserere est jussus, in ejusque locum duo Patres submissi fuerunt.

Quae tamen cunque nostros pericula circumsisterent in Batavia, ea aut vinci fortiter poterant, aut contemni. Multo deteriore conditione res erant in Anglia, ubi ad truculentas proscriptiones et leges, ad vim, ad quotidianas haereticorum insidias, accedebat, quasi malorum cumulus, ferale dissidium, inter catholicos Sacerdotes, laetis Ecclesiae hostibus, quod mutuis odii ac dissensionibus ipsi ultro se perderent ii, quorum pernicies et ruina machinis omnibus urgebatur. Mortuo Guillermo Bishopo, Episcopo Chalcedonensi, de quo dictum volumine superiore, missus in Angliam fuerat cum eodem titulo Episcopi Chalcedonensis, et delegata similiter potestate, Richardus Smithenus, vir ingenio fervidus, nostraque Societati, ut minime dicam, parum amicus. Is, decessoris sui vestigiis insistens, et Episcopale tribunal fidentius erigens, quam turbida ac periculosa tempora possent ferre, potestatem sibi ordinariam vindicabat, idque non in saecularem duntaxat clerum, verum etiam in Religiosos, quos licet ab ipso approbatos Pontifice maximo, contendebat a se nihilominus examinando iterum, et approbando; alioquin irritam, et invalidam absolutionem fore, quam confitentibus impertirent. Negabat praeterea, sacram Viaticum, et Unctionem extremam ab aliis, quam a Sacerdotibus per se approbatis, conferri posse, licet constaret, Sacerdotes omnes a Pontifice in Angliam missos, ac nostros nominatim, cunctis Parochorum facultatibus instructos esse. Et quia his rebus, quae quidem moveri a Bishopo coepit, gravissime commoveri sciebat cum omnes universe Catholicos, tum Religiosos in primis, quorum jura ac privilegia convellebantur, ex his alias vi opprimere, alias suas trahere in partes conabantur, sumnum alioqui amorem pacis atque concordiae pree se ferebant. Cum primum venit in Angliam, vocatum ad se Societatis Praepositum Provincialem, Richardum Blondum, admonuit amissimis in speciem verbis, siquidem pacisci vellet de conditionibus, quibus radices omnium dissensionum inter saecularem Angliae Clerum et Religiosos prae-ciderentur, ne gravaretur traicere in Galliam. Esse Parisiis Pontificium Legatum, esse certos Cleri Procuratores, cum quibus posset ex aequo et bono transigere. Miratus ita loquenter Blondus, negavit primum ullam esse ex parte Societatis discordiam: sperare imo se, perpetua futuram pacem, nisi illam rerum novarum molitionibus turbatam ipse vellet. Rogavit deinde eum, ne se ad iter Parisiense frustra compelleret, cui praesertim nefas esset, injussu Praepositi Generalis, exceedere suae Provinciae finibus. Visus acquiescere responso Praesul. Certe nihil habens quod contra diceret, sermonem abrupti.

Anno post haec integro quiete, absterritus, ut opinor, conditione temporum iniquissima, et minime novandis rebus idonea. Verumtamen anno praesenti, etsi nihil meliore res erant loco, causatus animarum periculum, et objectam sibi gravissimam, nisi malo occurreret, religionem, vulgare palam coepit, ratas non esse Confessiones apud eos Regularium factas, quos non ipse approbasset. Id ipse per se, id per suos ubique Vicarios et administratos disseminare. Quibus vocibus haud facile dictu, quanta inter Catholicos perturbatio exorta sit. Movebantur

RES ANGLIAE.
Richardus
Smithenus Epis-
copus Chalcedo-
nensis res novas
molitor contra
Religiosos.

Ejus primus
congressus cum
P. Richardo Blou-
do.

Quodam ejus
edicto mulier
perturbantur
Catholicci.

multi eo, quod sacrorum ministros in posterum habituri essent difficilis, quando Regularium ministerio uti ultra nequirent. At plerosque angebat vehementius mota suspicio; ne irritum esset beneficium absolutionis, quod haec tenus fide optima perceperint. Hos populo scrupulos ut eximerent Regularium nonnulli, opinionem Episcopi scripto refellendam sumpserunt: bono illi quidem, ut opinari fas est, proposito, sed parum prudenti, quemadmodum usus monstravit, consilio. Hinc enim certamen multo gravius, quam expediret rei catholicae, inter Ecclesiae ministros exarist. Blondus, qui viderat id unum agere, id velle Chalcedonensem, ut Episcopi ordinarii jura auctoritatemque ad se traheret, brevissimam ingressum finiendae controversiae viam, unum quaevis ex eo, ut vel traditae sibi potestatis authenticum documentum proferret, vel ab incepto desisteret. Ille satis habens affirmare, quod probare non poterat, communem epistolam ad omnes Angliae Scotiaeque Catholicos circummisit, qua profitebatur, tantundem se habere ab Apostolica Sede potestatis, quantum cuivis esset Episcopo in sua Dioecesi. Unum proinde esse se in Anglia, cui parere omnes, ad quem causas deferre, a quo regi, et, si quid peccarent, plecti deberent. Ea epistola, quae omnes utriusque Regni provincias celerrime est pervagata, maiorem in modum exterriti consternativa sunt Catholici, nemine non intelligente, extremam importari perniciem Religioni, ejusque cultoribus, si paritum esset Episcopo. Nam quis tolerandum speraret eo tempore Pontificium tribunal in Anglia? Ubi odiosissimum erat Romani Pontificis nomen, ubi capitale dignitatem ejus ac praerogativas agnoscere, ibi ne futurum impune, ut ipsius quisquam nomine jus palam diceret, judicia legesque exerceret? Id perinde Episcopo, ac Catholicis ei se subiicientibus, irreparabili futurum exitio. Quid quod praebetur Pseudoepiscopis ansa expostulandi de laeso jure Ecclesiarum suarum, consurgendique ferocius contra Romanum nomen? Quam non immerito haec timerentur, brevi compertum est. Ut auditum in Aula de auctoritate, quam sibi Chalcedonensis Episcopus arrogabat, ad eum opprimum omnes Regni ordines consurserunt. Rex atrocissimus illum edictis, et ejus ministros proscriptis. Quicunque illi gererent morem, qui eum decto, hospitio, cibo, aut quavis alia committante juarent, libertate, opibus, vita spoliando denunciavit.

^{38.}
*Ipsius a Rege
proscribitur.*

^{39.}
*Urbanus VIII.
dissensionem
supprimere co-
natur, et causam
adjudicat Regu-
laribus.*

^{40.}
*Brevis Pon-
tifici particula.*

Summus interea Pontifex Urbanus, multis Anglorum nobilium litteris de Religionis et ipsorum periculo certior factus, facile intellexit, ultra quam res ac tempus posceret, Chalcedonensem esse progressum. Tamen suopte ingenio alienus a properantia, controversiam diligenter agitari, ut Romana fert consuetudo, jussit. Auditis autem quae in utramque partem afferebantur, ut amputaret noxae dissensionis causas, litteras ad ipsum Chalcedonensem Episcopum, ad utrumque Clerum, et ad laicos Angliae dedit, quibus et animarum quieti consulebat, et causam Regularibus adjudicabat. Conceptae in hanc sententiam erant litterae, ut loquimur, in forma Brevis. Primum omnium laudabat prolixe Pontifex Catholicorum in tuenda avita fide constantiam. Tum eos ad pacem concordiamque mutuam gravissima orationehortabatur. Postremo, ad motam controversiam deducto sermone, haec totidem verbis subiiciebat. « Omnes igitur et singulas controversias, inter Chalcedonensem Episcopum, et Regulares Sacerdos Missionarios, et Catholicos laicos Angliae, quoconque titulo aut praetextu exortas, motas, aut agitatas sedari volumus, supprimi, et extinguiri, si cut per praesentes litteras sedamus, supprimimus, et extinguimus. Earum vero omnium, tum etiam illarum, quae ex nostrarum litterarum interpretatione germinare possunt, cognitionem et judicium ad Apostolicam auctoritatem pertinere volumus, et decernimus. Vobis autem in universum sub pena excommunicationis latas sententiae praecepimus, ne ulterius litem super praedictis controversiis, praeter quam apud Apostolicam Sedem, intentetis, aut easdem quoconque modo urgeatis, aut lovere progrediamini..... Ne autem ambigentis conscientiae fluctibus jacentur, et caecae suspicionis tormento vexentur iudicia fidelium, declaramus, confessiones a Regularibus Sacerdotibus hactenus auditas, validas fuisse, et in posterum fore. Cum enim eas auctoritate Apo-

« stolica exceperint, excepturique sint, ordinaria facultas vel approbatio eis nec est, nec futura est necessaria. Porro singuli Missionarii suis facultatibus ac privilegiis utentur eadem ratione et auctoritate, quibus ante has controversias, et temporibus fel. rec. Gregorii XIII., et Pauli V. gavisi sunt. Locupletio rem autem horum omnium explicationem, si quid in disceptationem vocabitur, jubemus a nobis, et a Sede Apostolica expectari. » Haec scribebat Pontifex ad VI. Idus Majas, anno MDCCXXXI. Cui si utrinque obtemperatum, ut decuit, fuisse, nihil dissidii supererat. Sed de hac re alibi nobis sermo redibit. Non omiserim hic, per occasionem Anglicae dissensionis, prodiisse multas et invidiosissimas adversus Societatem calumnias, pluresque volitasse diversis linguis libellos nostro Ordini contumeliosos, qui quidem eo vulgabuntur audacius, quod a nemine refellebantur. Sed tantam maledicendi impunitatem non tulit aequissimus Pontifex. Suscepito Societatis in sua causa tacentis patrocinio, tenebricosa scripta damnavit omnia, vetuitque sub poena anathematis, ne quis ea retineret aut legeret, neu similia scriberet, aut evulgaret. Quo Apostolicae Sedis decreto calumniam detracta est fides, et nostrorum innocentia, ut licuit, vindicata. Sed gradum ad alia faciamus.

Camberii in Provincia Lugdunensi Collegium Societatis, nocturno correptum incendio, ad extremum prope casum repente perductum est. Magna ex parte jam deflagraverat aedificium, totumque absumbant voraces flammae, nisi ad eas restinguendas certatum frequentissimi accurrissent cives, non periculo absterriti, non, incommodo, licet hiems esset frigidissima, et nox intempsa. Quibus proinde nostri servatam Collegii partem debuerunt. Praeter hanc benignitatem, primores Urbis, aliquie ex copiosioribus civium, parentibus tecto Sociis hospitium perhumaniter praebuerunt. Neque minus eluxit in eo casu singularis erga nos liberalitas Caroli Emmanuelis, Allobrogum Ducis, qui, ut accepit de Collegii clade, professus pertinere ad se, ne Urbs Sabaudiae primaria tali careret pictatis bonarumque artium domicilio, restitui quam primum jussit exustas aedes, iisque reficiendis, etsi bello Genuensi exhaustum pene erat aerarium, sex nummum aureorum millia est elargitus. Ad res gestas Sociorum quod attinet, ex plerisque Provinciae domiciliis in sacras expeditiones de more itum est, ubique pretium operae ingens factum. Qui Gratianopoli egressi sunt Patres, Calvinianos duodecim ad Ecclesiam traxerunt. Parem ferme numerum Socii Carpenteractenses, Dienses capita plus quadraginta ab errore ad veritatem reduxerunt. Ebredunenses, praeter haereticos viginti tres una peregrinatione ad Ecclesiam aggregatos, pictatem multis in locis jacentem exererunt, et mala vitiorum germina sustulerunt. Sed istorum praecipue laborem commendavi eventus memorabilis, quem abs re non erit hoc loco exponere. In oppido nescio quo minister sectae Calvinianae, gente Helveticus, vitam agitabat inquinatissimam. Praeter alia portentosa flagitia, mulierculas sibi adjunxerat duas matrimonii nomine, iisque nequierer abutens, liberis operam dabant. Adierunt illum Patres, adhortatique frustra hominem ut nefariam abrumperet consuetudinem, ubi caetera nihil proficiebant, coelestes iras interminari cooperunt. Cum neque his moveretur, in digressu longam orationem clauerunt, disertissimis verbis denunciantes, quamprimum poenas ulti Deo daturum. Ac veri nimium vates fuerunt. Post dies paucos, homo contumax in suo lectulo est repertus examinis, fracto gutture, incertum qua manu, vultu livido, lingua foedum in modum exerta. Quo spectaculo multi salubriter conterriti, nostros festine convenerunt Patres, eorumque advoluti pedibus conscientiae onera deposuerunt.

Marianae Sodalitates, jam ubique terrarum apud nos magno pietatis compendio institutae, alicubi impetebantur hoc tempore, Rhodumnae praesertim, Vesulii, aliisque in locis Provinciae Lugdunensis. Et erant qui id instituti genus, non privatis tantum sermonibus, verum et concionibus publicis reprobarent. Vanos obrectatores, ne dicam impios, ipsa ad silentium adegit Virgo Sodalitatum patrona, hoc edito ostento. Vesulii unus quidam civium, gravi afflatus morbo, ac prope a Medicis conclamatus, metu suadente nuncupaverat votum,

41.
Scripta per
hanc occasionem
contra nos edita
proscribuntur.

42.
RES LUGDUNENSIS.
Collegium Camberiense invenit
cenditur, et Principis munificen-
tia reficitur.

43.
Fructusae per
Provinciam mis-
siones.

44.
Terrificum
irae celestis
exemplum in
hominum flagi-
tiosum.

45.
Marianae So-
dalitates insigni
miraculo com-
probatae.

si convaluisset, religiosam peregrinationem suscepturum ad Aedem Virginis Grayensem, loci religione toto illo tractu celebrem. Convaluit praeter omnium opinionem ac spem. At voti damnatus, non servavit fidem. Quod igitur aequissimo Numinis judicio usvenire solet, iterum decumbere cogitur, febri subita et immitti corruptus. Miser, qui haud dubie poenam hanc esse perfidiae, conscientia interprete, intelligeret, angui, pene se desperare. Et nihilominus beatissimam Deiparentem iterum auxilio vocare, sibique ut etiam num, quantumvis immerenti, volens adsit ac propitia, rogare. Irritae non fuerunt preces. Dormienti visendam se per speciem exhibuit Virgo clementissima, subirato simul vultu ac benigno, laesamque voti fidem paulo acerbioribus verbis exprobrans: Verumtamen, adjecit, si persanari cupis, mitte jam nunc ad Aedem Grayensem unum aliquem e sacerdotali ordine, qui pro te votum exsolvat: te vero quam primum in meam Sodalitatem, quae apud Jesuitas est, cooptandum curabis. Atque his dictis, visideri desit. Aeger, ut diluxit, cum animo suo reputans quae in somnis vidisset audissetque, pendebat animi, divinitus ne factum id crederet, an magis per imaginem vanam ludibriorumque somni. Cum audit, eandem uxori speciem objectam, eandem auditam vocem. Hac re cognita, de coelesti monito haudquaquam ambigens, priorem mandati partem, quae de Sacerdote Grayacum mittendo erat, exequi festinavit. Et mirum dictu! Quo puncto temporis Sacerdos attigit limen Templi Grayacensis, ipse convaluit. Quare, ut partem alteram impletret, venit eadem die in Collegium, atque in Marianam Sodalitatem recipi petuit. Quo impetrato, multiplici deinde virtutis exemplo inter Sodales claruit.

⁴⁶
Obitus et obituaria P. Thero-
fridi Parande-
rui.

Eodem anno Patres Theofridus Paranderius, et Petrus Rossileus, viri duo in paucis egregiis, naturae debitum persolentes, magnum sui desiderium Provinciae reliquerunt. Prior ille, ortu Ebredunensis, numerabat ab inita societate annos quadraginta, cuius temporis partem maximam cum posuissest in percurrendis Sebusianorum Sequanorumque pagis ac villis, earum gentium Apostolus passim audiebat. Congruebat id viro nomen, cum ob inexpibile animarum studium, tum quod dignos eo nomine preferebat mores, religiosos, rectos, omnino exactos ad normam Evangelicae sanctitatis, quam apostolico inesse viro par est. Decessit Burgi in Bressia X. Cal. Novembres. Rossileus, gente Allobrox, perdiu regensis Provinciae domicilis ob prudentiae famam adhibitus, bis in magistratibus praeconceptam de se opinionem non exaequaverat modo, sed multis partibus vicerat. Nemini gravis imperio erat. Alienis incommodis perinde affici videbatur, ac suis. Collegium Turnonense administravit difficillimo tempore, cum saeviret nempe civilium bellorum turbo, omniaque humana ac divina jura impune proculcarentur. Per eam occasionem direptis ex parte maxima Collegii vectigalibus, rei tamen familiaris angustiam Rector providus ita sublevavit industria et charitate, ut eorum, quae sunt ex vita usu, nihil domestici desideraverint. Pauperibus etiam externis subvenire liberaliter solebat, sentiebatque quotidianis experimentis, reddi sibi ab immortali Deo cum foenore quidquid levanda illorum inopiae contulisset. Obiit Carpenteracti V. Idus Februarias.

⁴⁷
RES CAMPANIAE.
Mors et obituaria P. Huberti
Boette.

Pareat jacturam fecit Provincia Campanica, subtalo P. Imberto Boette, patri Arverno, dum maximo Collegio Senonensi praeerat. Nemo hunc studio deprimenti sui superabat. A primo Societatis aditu, etsi intelligendi facultate multum praestabat, elegat abjectus esse in Domo Dei; occultatoque ingenio, perfecterat de industria, ut inter hebetiores censeretur. Itaque, ut minime capax altiorum disciplinarum, exclusus a subtilioris Theologiae arcanis, doctrinam moralem audire fuerat jussus, si forte tantum assequeretur scientiae, quanto opus erat ut saltem Sacerdos fieri, et nonnullam impendere operam proximorum saluti posset. Sed quaestiones de moribus difficillimas mira explicans evidentia, salebrasque hujus facultatis omnes facile feliciter percurrentes, occultatum ingenii lumen prodidit vel invitus. Cognitus ergo, ac de insigni modestia laudatus, mittitur ad Theologos. Divinam scientiam ita perdidicit, ut eandem postmodum cum eximia laude in magna auditorum corona tradiderit. Verumtamen ipse, non laudem doctrinae captans, sed divinae tantum gloriae, et alienae salutis appetens, ad

ministerium divini verbi, quo valebat apprime, traduci petuit impetravitque. Quod dum perfungitur, simul ad domesticas praefecturas ob prudentiae magnitudinem fuit admotus, duas jungere res valde diversas jussus, Rectoris curas, et Concionatoris laborem. Utrumque munus, alterum voluntate, alterum necessitate susceptum, felicissimo nexus Imbertus junxit. Hujus Rectoris in tractandis negotiis soleritiam, in hominum voluntatibus conciliandis dexteritatem, domestici pariter et externi laudabant. Quos regebat imperio, cosdem ad omnem virtutem exemplo dutebat. Duas circiter horas ante praescriptum evigilabat, orandi studio; atque ubi horam solidam preicationi dederat, excitatum ibat domesticos, aliquaque mox horam cum illis orando transigebat. Ad preces redibat interdiu, per breviora quidem intervalla, sed tamen crebro, ut cum Deo conjunctissime viveret. Rexit Collegia Divisionense, Altissiodorensse, ac Senonense. Designatus etiam fuerat Campanicae primum, deinde Lugdunensis Provinciae praeses, sed hujus honorem magistratus valide est deprecatus, credo, ne intermitteret fructuosum concionandi laborem, quem ad extremum usque produxit. Hoc ipso anno, vitae suaे ultimo, in Aede Senonensis primaria per adventum et quadragesimam jejuniorum conciones habuerat, nescias utrum majore assensu Civitatis, an fructu. Aetate adhuc ac viribus, cum mortuus est, florebat, annum vix transgressus septimum supra quinquagesimum. Morti proximus, in cinere et cilicio deponi voluit, eoque poenitentis habitu spiritum Creatori reddidit, Idibus Junii.

Denique ex Provinciis Gallicis etiam Tolosana gravi affecta damno est obitu P. Joannis Francisci Suarez Avenionensis, quem inter Patrum gravissimos sanctissimosque Socii numerabant. Plures continenter annos Philosophiam ac Theologiam docuerat. Plura rexerat Domicilia; bis Provinciam universam. Privatus perinde ac Praeses, ob singularem vitam sanctimoniam, venerationi omnibus fuerat et exemplo. Qui confessionem eius ultimam, a prima usque aetate repetitam, exceptit Sacerdos, sancte testabatur vixisse Suarium mira innocentia, quam nullus unquam afflasset vapor impudicitiae, nulla paulo gravior noxa violasset. Ore ipso et aspectu pietatem meram spirabat. Alloquio moerentes recreabat, anxios et meticulosos pacabat, omnes, eodem quo ipse aestuabat ardore, inflammabat. Defixerat semel animo, conandum sibi omni ope studioque, ut fieret in dies sanctior, et aliquo quotidie gradu ad perfectionem progredetur. Hoc mentis habitu, quaecunque se daret occasio exercendae virtutis, eam cupidissime arripiebat. In morbo extremo, ut sensi abesse propius migrandi horam, laetitiae omnibus incessit, quod fruiturus tandem esset Dei immortalis aspectu, et Beatorum consortio jucundissimo. Id se in omni vita spectasse, id habuisse unum in votis affirmavit. Tum supremis morientium sacris Christiano ritu expiatus, placide exspiravit, sexta, ut optaverat, feria, anno aetatis sexagesimo sexto, post susceptam Societatem quinquagesimo. Quantum haberet sanctitatis opinionem Tolosae, in eius maxime compertum est funere, quod magno omnium ordinum concursu ac moerore ductum est. Conspecti Senatorum gravissimi flores iniicerere in cadaver, ac velut ejus attactu consecratos recipere.

Dicturus jam de rebus Hispaniensibus, principio motum in Provincia Castellana turbinem, qui totam Hispaniam Societatem vehementer concussit, ejusque causas et modum breviter explicabo. Ab annis quinque Philippus Rex Catholicus eo nomine quartus, cum statuisset, ut alibi dictum est, excitare Matriti generale Gymnasium omnium disciplinarum, simul statuerat id regendum committere Societati. Quod tametsi certas ob causas, a nobis suo loco indicatas, tam cito confidere non potuerat, omnino confectum volebat nunc, intentus in eam curam, morisque omnes impatiens ferens. Res diu clanculum agitata ut manavit in publicum, extitere confestim ad eam intervertendam adversarii, nec pauci numero, neque viribus contemendi, quos partim odium nostri, partim rerum suarum studium extimulabat. Nam quia vulgo persuasum erat, si ejusmodi Gymnasium poneretur Matriti, huc omnem ex Hispania juventutem, pellectam scilicet regiae Urbis splendore, studiorum causa concurserunt, in caeteris vero regni Gymnasiis triste silentium, ac meram solitudinem relictum iri;

Res TOLOSANA.
Obitus et slo-
gion P. Fran-
cisci Suarez.

50.
RES CASTEL-
LANAE.
Commoveantur
multi contra nos
ob excitantum
Matriti Acad-
emiam.

ea nequaquam vana suspicio movit Academias quasdam, ut mature prospicerent sibi, et ad negotium disturbandum totis coorirentur viribus. Turbarum auctor praecipius, et quasi fax tetricae conspirationis fuit Cornelius ille Jansenius, tunc Lovaniensis Doctor, postea Yprensis Episcopus, cuius celebrius est nomen, quam ut plura de eo commemorare hoc loco necesse sit. Is cum venisset Salmanticam Legatus Academiae suae Lovaniensis, habetque a Collegis mandata ac litteras ad Academiam Salmanticensem, impetrata facultate dicendi in publico

Doctorum conventu, quae vellet, queaque sentiret, legationem peregit acerrima oratione, cuius haec fere summa fuit. Doctrinam Jesuitarum moribus perniciosa, novitatis suspectam esse. Eam tamen, quod esset dolendum maxime, diffundi latius in dies, atque unam modo in scholis Hispaniensibus regnaturam, ni periculum imminens propulseatur, quodque agitari coepit sit de novo Matritensi Gymnasio, tempestive prohibetur. Idcirco aequum videri, ut Hispaniae Academiae jungant in id vires ac studia, simulque conspirent. Supplicandum Regi, ne favore perget Gymnasia Jesuitarum, juventuti noxia, reique publicae calamitosa: rogandum Pontificem maximum, ut abroget concessa iis docendi privilegia, quibus ad animarum perniciem, ad ignominiam Religionis ac dedecus jamdiu abutuntur. Pugnandum ex composito, veniendum ad extrema, nihil intentatum relinquendum. Negotium agi gravitas supremae, in quo connivere sit nefas, ac decursu temporis exitiale futurum. Jansenium ita perorantem taciti audierunt Doctores, quodque merito admirere, orationem subdolam accipere assensu tanto, ut horae momento consensus in ejus sententiam omnis ierit. Fit raptim de ipsis consilio decretum, ut ad singulas Hispaniae Universitates publico nomine perscribantur litterae. Iis litteris de funestis progressibus doctrinae Jesuiticae, deque periculo rei communis exponatur: postremo ad coëundam pii justicie belli societatem invitentur omnes; omnes ad agendam pro viribus communem causam incitentur.

Atque his quidem litteris, quae exaratae statim ac circummissae fuerunt, aque omnium affecti sunt animi. Academicci Complutenses et Hispanenses ad foedus protinus accesserunt. Granatenses et Batienses nihil admodum mutarunt de pristica in nostrum Ordinem voluntate. De aliis in neutram partem habeo quod affirmem. Verumtamen, canente contra nos ferale classicum Salmantica, tractis in partes Complutensi, Hispanensi, aliquis fortasse Academicis, reliquum per Hispaniam vulgus earum auctoritatem secutum est. Nam quis e populo ambigeret, magnas omnino justasque esse causas oportere, ob quas ea sapientum collegia, arces illae Christianae Religionis, tantopere in Societatem commoverentur? Itaque proscindebatur impune Societas per Hispaniam. Privatum ac publice, in circulis otiosorum, in Templorum suggestis, in scholarum exedris, omnia Societatis criminibus perstrepebant. Magna in primis aliquorum Salmanticensium fuit audacia. Unus quidam, quo certius alienaret a nobis hominum mentes, libellum edidit pestilentissimum, cum perpetua insectatione doctrinae quam Societas proficitur. Eo Doctores nostri libello, satores errorum, S. Thomae inimici, licentiae fautores, et si quid pejus, appellabantur. Nec puduit effrontem scriptorem de novo Matritensi Gymnasio, quod Rex pararet, inferre sermonem, nullaque regii nominis reverentia id consilium liberius carpere. Ulterius ventum est. Offensus indignitate Rex, doctores Salmantica arcessiverat duos, qui propudosissimi scripti ferebantur auctores. Dum ii ad dicendam causam commorantur Matriti, coetus omnis Salmanticensis se libelli auctorem aperte professus est, aliamque vulgavit ejusdem generis lucubrationem, sed contumeliarum ac maledicentiae pleniorem, qua priorem defendere conabatur. Neque id satis. Ita ab annis pluribus fuerat institutum, ut duo Collegii nostri Salmanticensis Professores binas artium liberalium Cathedras obtinerent in Gymnasio Academiae, quod nostrorum jus consuetudo longa ac possessio roborabat. Academicci, nullo juris possessionis respectu, eos utraque privarunt schola, et e suo corpore tanquam membra putrida execuerunt. Denique, cum unus e Conventu Academicico proposuisset de nova condenda formula, in quam jurare omnes in posterum Academicci cogerentur,

itum est frequentissime in sententiam ejus: et quaedam composita jurisjurandi formula, hujus sententiae: Sanctis Doctoribus Augustino ac Thomae unumquemque adhaesurum sic, ut eorum apertae testataeque sententiae contradiceret numquam: sicubi vero incidet locus obscurior, et dubia mens eorum esset, non aliam secuturum interpretationem, quam quae communiter apud veros ipsorum discipulos recipetur. Huic novitati restiterunt acriter Franciscani, quippe Scoto sibique injuriosam rati. At responsum est, nihil detractum iri rationi Scotistarum ea lege, quae ad evertendam duntaxat doctrinam Jesuitarum spectaret. Adeo mentes hominum occupaverat, si non odium nostri, parum certe aqua de rebus nostris opinio!

Nostri tot lacessiti injuriis, tot calumniis conviciisque onerati, nihil neque ad atrocissimos libellos, neque ad confictas voce ac litteris criminationes responderunt. Et id quidem prudenti, ut res erant, consilio. Nam quo fructu diluerent objecta, ita animatis adversariis, ut justa defensione irritandi viderentur acerbii, ac forte materiam inde sumerent novas cvidendi accusations? Neque tantum prudens, sed necessarium id consilium fuit, cum amici ipsi fautoresque Societas primum quasi gradum revocandae concordiae constituerent in dissimulatione, patientia, silentioque nostrorum. Sane Matritensium Senatorum plerique, in illis quas supra nominavi Academiis olim educati, easque veluti parentes alticesque studiorum suorum venerari soliti, etsi favebant Societati, ita favebant tamen, ut ei pacem dari quam victoriam malent, salvamque imprimis vellent Academiarum dignitatem. Super haec Mutius, non humanis rationibus, sed exemplo Christi, et praeceptis Evangelii perpendens rem, diserte scriperat cunctis per Hispaniam Socii, ne de Salmanticensium inceptis voce aut scripto quererentur: injurias et conficta crima repellerent: quantumvis provocati, obticescerent, neu putarent defensionis genus esse ullum religiosis viris modesto silentio praferendum. Curae fore Numini, ne quid detimenti Societas ex sua patientia modestiaque caperet. Ita scripserat pro innata moderatione ac prudentia Mutius, alii licet aliud ex adverso sentientibus, quos naturale jus defensionis, tuendae famae necessitas, aliaque id genus speciosa nomina permovabant. Et plus eum in hoc negotio vidisse quam cacteros, exitus docuit. Quippe nostris obedienter, uti decuit, imperata facientibus, omnemque injuriarum atrocitatem silentio ferentibus, per se resedit dira tempestas, citiusque quam videbatur sperandum, irae adversariorum deferbuerunt, Societate prorsus incolumi. Ac Philippus quidem Rex, nullis cujusquam dissuasionibus victus, quod pridem constituerat de novo Matritensi Gymnasio, circa anni finem confirmavit regio diplomate, ac ne quis intercederet, vetuit. Qua cognita re, Academicis Salmantenses, velut praeccipua dejecti spe molitionum suarum, de reliquis dissidiiorum capitibus non admidum pugnaverunt. Hinc et priores Cathedras nostris Professoribus restituerunt, et recente invectam juramenti formulam abrogarunt, ac demum, mutatis paulatim animis, perperam de nobis loqui ac sentire desierunt. Quorum seculi exemplum Complutenses, et Hispalenses, amicitiam nobiscum concordiamque pristinam redintegrarunt. Adeo, prae quacunque defensione, magna est modestiae ac mansuetudinis vis ad emolliendas placandasque mortalium, qui non iniquissimi sint, mentes! Non hic omiserim fuisse inter libellos contra nos divulgatos unum Religiosi cuiusdam Theologi, quo non tam Societas, quam beatus Societatis Fundator laedi videbatur. Eo spectabat lucubratio impudens, ut apertae iniquitatis coargueretur illa e nostris regulis, qua jubemur nostrorum Sodalium noxas Moderatoribus, cum ita ipsi praescriperint, aperire, neque repugnare, quominus iis invicem aperiantur nostrae. At legem sanctissimam, saepe alias a nostris obreceptoribus, semper conata irrito appetitam, valide propugnaverunt Quaesidores Fidei Matritenses, damnato cum acri censura opusculo virulento, quod etiam ex vulgi manibus eripere studuerunt. Proscriptionis decretum, ne ibi lateret, ubi esse compertissimum oportebat, in cunctis Academiae Salmanticensis aulis affixum est.

Tom. II.

15

55.
Nostris acer-
bam insecratio-
nem silentio fe-
runt.

56.
Constituitur
Gymnasiu Matri-
tense, ac pro-
cella omnis per
se defervescit.

57.
Dammatur li-
bellus contra
unam ex nostris
regulis editius.

58.
Domus Profes-
sorum Valliso-
letani veritatis in
Collegium.

Caeterum, dum maxime Salmanticensis procella saeviebat, solatio fuit Patribus, quod in multis per Hispaniam locis nihil imminutam cernerent Societatis existimationem, cuius rei non una documenta habuerunt. Ut modo non egrediar Castellanae Provinciae finibus, Vallisoleti Domus erat Professorum, quam, una cum sacra Aede, nobis communis sumptu extruxerant pii conjuges, Comes et Comitissa Fontis Saldaniae; sed eam nostri domum deserere cogebantur, nisi alio cunde levaretur inopia, qua maxima laborabant. Nimurum mendicato vicitantes, Professorum more, non tantum colligebant stipis, ut tolerare utcunq; possent vitam, nedum laborem durare ministeriorum suorum. Et apparebat, ut erat conditio temporum, nunquam ei familiae melius fore. Decesserat tum Comes Fontis Saldaniae. Uxor superstes, professa quidlibet prius passuram se, quam ut considerere pateretur opus ad publicam Urbis utilitatem institutum, certas in annos singulos largitiones offerebat Patribus, modo ne excederent urbe, suam simul obligans fidem, nunquam defuturum iis quo viventer. Cum reponerent Patres, alienum id esse a ratione Domus Professae, quae speciem omnem fixi provenitus excluderet, id saltem postulavit, ut quando alter ea sedes retineri non posset, ex Domo Professae in Collegium verteretur de suo dotandum. Quod factum est. Matrona siquidem non minus opulenta quam pia, ut forte a viro moriente fuerat arbitra testamenti relicta, ex familiae vectigalibus censum perpetuum domicilio Vallisoletano addixit, atque ita dotatum ut in Collegii formulam à Praeposito Generali recuperetur, evicit. Novo Collegio a S. Ignatio inditum nomen. Sed jam ad ea, quae Toletanae Provinciae sunt, veniamus.

59.
RES TOLETANAE
Matriti donus
Professorum in
commodiorem
locum transfer-
tur.

Matriti non nihil turbatum est ob dimotam et suo loco Professorum familiam, translatamque in alium commodiorem: verum, ut justa transferendi causa fuit, ita facilis negotio omnis est perturbatio composita. Fundatorem habuerat dominus Professorum Matritensis, ut alibi narratum est, Franciscum de Sandovalio, Ducem Lermae, postea Cardinalem, qui Regis Hispaniae primarius administrator tum erat: sed inchoata verius ab eo fuerat, quam condita. Re sane ipsa nihil Lermaeus dederat Societati, praeter aedes quasdam veteres, ac male materialias, amplum caeteroqui aedificium, suaque opulentia dignum pollicitus. Incidit haud multo post obitum Philippi III. Regis, quo casu Cardinalis, ut saepe fit, ab summa potentia dejectus, redactus in ordinem, magna etiam fortunarum parte spoliatus, promissa praestare toto quod superfuit quinquennio non potuit; nisi quod aliquam tamen pecuniae summam diversis largitionibus dedit, in usum aedificii quod promiserat conferendam. Novissime ad extrema deductus, fidem ut liberaret moriens, supremis tabulis haeredi mandaverat, ut ex asse haereditatis tantum tribueretur Societati, quanto opus esset ad excitandam Domum idoneam, et congruentem domui Basilicam. In quo nihil certi definiens, solummodo respici ad animum ac promissa fundatoris jubebat. Ea formula cum legati summa relinquerebatur incerta, nec nisi prudenti judicio definienda, ex aequo et bono transactum est inter haeredem et noscos, qui quidem cum acciperent beneficium, de summo jure contendere noluerunt. His ergo ita explicitis rebus, ex accepta pecunia grandis cōempta est insula in loco Urbis opportunissimo, cumque eam nostri tacite ad suos usus aptassent, ac domestico instrumento ornavissent, praemonito, uti decuit, Nuncio Apostolico et Cardinali Zapata, qui id temporis Toletanam administrabat Ecclesiam pro Hispaniarum Principe Ferdinando, itidem Cardinali adhuc impubere, e veteri domo in novam immigraverunt. Actum id silentio noctis, vitandi causa strepitus. Sed clandestina ipsa transitio strepitum ac tumultum excivit. Die posterius, ad Jesuitas clam in novas aedes transgressis, rumor adversus serpere tota urbe coepit. Adversari, qui plerumque in ampla civitate multi, factum reprehendere. Viros religiosos in loco tam frequenti habitare (erat locus ad forum Urbis celeberrimum) superbum dicere. Commoti in primis ex ordine Sacerdotali complures, itemque Magistratus Urbani, negabant ejusmodi novitatem incipi, insciis inconsultisque se debuisse; dicam itaque scripserunt Patribus, et item de loco intentarunt. Quam actionem etsi civiles Magistratus, ubi primum facta rationem edocti sunt, deposuerunt, Clerici tamen haud minus acriter sunt prosecuti,

60.
Nonnihil mo-
lestiae ob com-
pactum accidit no-
stris.

quam si de rerum summa ageretur. Clericorum contentio plebem concitavit infimam, et quidem sic, ut praeter insitam Hispanae genti erga sacros ordines observantiam, probra in nos passim et maledicta jactarentur. Plures tenuit menses clamorosa disceptatio, donec tandem regius Senatus, factam loci mutationem comprobans, Societatem ab ea molestia quietam praestitit.

Gravius affecti sunt Socii Matritenses obitu P. Roderici Ninni de Gusmano, viri gravissimi sanctissimique, in quo uno magnum habebant rerum suarum firmamentum ac columen constitutum. Toleti natus ex perillustri gente Comitum Villae-Viridis, primam adolescentiam egit apud patruum Ferdinandum Ninnum, Archiepiscopum Hispalensem et Cardinalem, egregie educatus, ut nobilium consuetudo fert, crescebatque in magnam familiae spem, cum rerum coelestium desiderio in census, militare Christo in evangelica humilitate maluit, quam caducas opes, et insidiosas fortunae blandientis illecebras consecrari. Petita itaque Societate, ac facile impetrata, in Tirocinium Villaregiense recepit se. Qualis quantusque esset futurus aetate grandior, ab ipsis religiosae vitae primordiis monstravit. Nihil appetebat avidius, quam contemni; nihil studiosius curabat, quam naturae cupiditates frangere, earumque vel primos impetus cohibere. Corpus inedia, vigilia, flagris duriter castigabat. Quo in genere longe ultra valetudinis modum esset progressus, nisi majorum imperio coerceretur. Neque vero relanguit aliquando, ut saepe fit, primus ille ardor in Tirocinio conceptus. Eadem seni emerito pietas, eadē legum vel minimarum custodia, idem corporis afflictandi studium, ac tironi fuerat. Quod cum vulgo rarum ac prodigo proximum habeatur, scite dictum est a non nemine, certasse olim Ninnum tironem cum veteranis de perfectione virtutis, eundem postea veteranum cum tironibus de ardore animi diligentiaque certasse. Peractis studiorum spatiis, totum se ad dixerat puerorum institutioni in schola latinitatis infima Bellmontii, eam obiturus provinciam usque ad extremum vitae spiritum, nisi si aliud statuissent Moderatores. Hanc nempe suam Indianam non illepide vocitabat, ac tanto meliorem carioremque, quanto abesset longius ab inani gloria ac superbiae periculo, laborum caeteroque patientiaeque feracissima. Sed ex hoc velut umbraculo eductus in solem, ac Toletum translatus, graviora Ordinis ministeria tractare cogitur, primo audiendis expiandisque poenitentibus, dein sacrīs habendis concionibus, postremo Sociis regendis adhibitus. Haec ita suscepit gessisque Ninnus munia, ut alterum alterius gratia non abdicaret, in omnibus inereditabilem quamdam integratam, solertiam, sanctitatemque praestaret. Omnium ille quidem mortalium confessiones summa excipiebat assiduate, nulli se denegabat. Tamen pauperibus copiam sui faciebat libentius, cum diceret, ditoribus nunquam deesse cultores. Neque satis habebat expectare venientes, sed per fora, per compita, in carceribus, in nosocomiis, ubi demum cunque invenirentur, sordes hominum conquirebat, utque peccata confiterentur urgebat. Sacerdos proinde inopum vulgo appellatus. E loco superiore dicebat adeo simul apposite ac copiose, ut, eo perorante, inusitati fierent motus animorum, ac multum lacrymarum funderetur. Paulo ante quam ad concionem prodiret, flagris concidere solebat se, idque tam acriter, ut plagarum strepitus ad viciniam pervaderet. Hinc salse aliqui e finitimis dictabant, etiam si signum aere campano daretur nullum, satis se de concione commoneri flagrorum icibus, quos sibi concionator imponeret. Jam eloquentiae tam nervosae, tam piae, quis pro merito aestimare fructum queat? Toleti, Nino concionante, occlusa sunt aleatorium publica receptacula, in theatris solitudo facta, coacti histiones suas scenas ac fabulas alio transferre, urbs tota in officinam pietatis, sive, ut passim loquebantur, in monasterium versa. Quarum rerum fama permotus Philippus IV. Rex, oratorem adeo praestantem accivit in Regiam, sibique esse a sacris concionibus jussit. Onus splendidū muneris, non honorem accepit Ninnus; nullaque re magis illustrari existimans dignitatem Regii concionatoris, quam religiosa humilitate, nihil minuit de opera, quam infinitae sortis hominibus impendebat. Parem in domesticis praefecturis modestiam, neque remissius animarum studium retinuit. Domui Toletanae primum, tum

Obit. et Elo-
gium P. Roderi-
ci Ninni de Gus-
mano.

Provinciae universae, ad extremum Collegio Matritensi impositus, cum posset excusare curarum multitudinem et varietatem, perrexit aequa ac privatus concionari assidue, atque inopum greges audire pro confessione, donec non tam senio, quam labore, ac voluntaria afflictationibus debilitatus, mortalitatem exuit Matriti, VII. Cal. Decembris, annos natus quinquaginta septem. Vir natura ipsa facilis, ingenuus, et grata supra quam dici possit alloquo, neminem alloquebat, quem non mirifice devinciret sibi, nec sibi deviniebat quemquam, nisi ut meliorem efficaret. His de causis eximie diligebatur domi forisque, ac colebatur, ut in ejus praesertim interitu compertum est; quo vulgato, accurrerunt ex omni ordine Cives, nec minori frequentia quam moerore funus celebraverunt. Et aliqui, esse jam Ninnum sedibus Beatorum receptum pro certo sumentes, non tam mortuo, uti mos, requietem, quam ipsius opem ac patrocinium sibi appreocabantur.

^{62.}
RES BAETICAE.
Cordubae Religiosi plures alienantur a nobis, et quare.

Sui non defuerunt Provinciae Baeticae fluctus: verumtamen nec indecora causa, nec exitus poenitendus fuit. Episcopus Cordubensis edixerat, ne qui Religiosorum in sua Dioecesi concionarentur, aut confessiones exciperent, nisi rite examinati a se, approbatique fuissent. Ea re commoti plurimi sacrorum Ordinum Sacerdotes, qui approbati semel ac pro idoneis admissi, novo tamen experimento probare scientiam cogebantur, edicto, quod sibi injuriosum rebantur, intercesserunt, et ad Sedem Apostolicam appellaverunt. Interim, sive ut aegre facerent Praesuli, seu quod sperarent necessitate vincendum, omni abstinere usu sacrorum ministeriorum statuerunt. Contra nostri, etsi multum sollicitati ut in ejusdem societatem consilii consentirent, parere Episcopo maluerunt. Quin per majora jejuna parti inter se laborem, qui anteas inter caeteras Religiosorum familias dividebatur, cessantibus iis, uni sustinuerunt pondus immensum, et quidem sic, ut veteres sacrorum ministros nemo magnopere desideraverit. Pupugit ea res contumaces Religiosos, quod viderent nostrorum hominum effectum industria, ut ne ipsorum adjumento indigeret Episcopus. Itaque conquesti palam et acerbe de Jesuitis, tanquam communis cause proditoribus, quoddam inter se foedus percusserunt adversus eos, cuius inter caetera pacta haec erant. Ne usum deinceps ullum fraternae communicationis exercerent cum hominibus Societatis. Ne ad eorum actus litterarios accederent ipsi, nec vicissim illos invitarent ad suos. Praeterea nostrorum scriptorum ne emerent libros; ne denique ullam in scholis opinionem Societatis defendenter. Quibus, etsi parum aequis, nonnullam recti speciem conabantur imponere. Hisce legibus septem sacrorum Ordinum Praepositi Provinciales subscripserunt. Jam mitto dicere, quae post haec contra mores doctrinamque Societatis in vulgus sererent foederati. Unum agebant ex compagno, ut variis quaesitis criminibus nostro nomini conflarent invidiam, alienarentque a nobis hominum quoconque modo possent animos. Ad ea nostri nec vocem mittere. Tantum privatis identidem sermonibus veram irarum, ac dirempiae pacis causam percunctantibus aperiebant; qui visus pro tempore aptissimus defensionis modus. At silentem Societatem opprimi non permiserunt Ecclesiae Praesules, ad quos maxime ea causa spectabat. Ad ejus defensionem prae caeteris, ut aequum erat, exarsit Episcopus Cordubensis, ac praeter innocentiae testimonium locupletissimum nostris hominibus publice redditum, Regiam opem auctoritatemque ad ipsum praesidium per literas petit. Cujus deprecationi acceditibus officiis Augustini Spinulae Cardinalis, Archiepiscopi Granatensis, Rex rescindendam male initam contra nos conspiracionem ratus, adesse jussit Matriti e septem Ordinibus iis, quorum Praesides subscripsisse foederi dicebamus, delectos viros ad integrandam cum Societate concordiam. Nulla intercessit mora. Affuere Religiosi legati sexdecim, Majo mense ineunte. Designatus ex nostris, qui cum negotium tractaretur, P. Joannes Pineda, mitissimi vir ingenii, at rerum usu limatus. Conventu autem habito apud regij Consilii Praesidem, Gabrielem de Trecho Cardinalem, hoc pacis arbitrio ac sequestro, foedus de quo dicebam abrogatum est. Secuti amplexus, et mutua verborum officia inter Pinedam ac caeteros Religiosos, ad abstergendum si quid acerbitalis esset ex practerita

^{63.}
Quoddam interventu nobis reconciliantur.

^{64.}
Regis interventu nobis reconciliantur.

contentione residuum. Instabant illi tamen, ut nostri partem caperent in actione, quam adversus Antistitem Cordubensem, uti dictum est, instituerant Romae. Sed petitionem constantissime repulit Pineda, praecise negans consentire se posse in eam rem, quam Praepositus Generalis diserte vetusset. Nec suae poenituit eum constantiae, quam et bonorum fere omnium assensu et ipse litis exitus commendavit. Venero enim haud multo post Romana responsa, quibus Pontifex maximus causam adjudicabat Episcopo. Et nihilominus mansere in priore proposito Religiosorum plerique, dumque illi a concionibus habendis, excipiendisque populi confessionibus abstinent, totum hoc onus hominibus nostris incubuit.

65.
Constans nostro-
rum obsequium
erga Episcopum
Cordubensem.

Temp̄stas alterius generis, ac minoris quidem illa molis, sed deterioris eventus, contra Societatem coorta est Lucenae, frequenti in oppido, Duci Cardonae obnoxio. Sorores ibi fuerant tres e Cerratorum familia, pro loco divites, quae, relicto sibi invicem usufructu patrimonii sui dum viverent, haeredem ex asse scripserant Societatem ea lege, ut simul ac ipsarum ultima cessisset e vita, Collegium conderetur Lucenae, aut, si quo casu id minus licet, bona haereditatis transcriberentur vel Cordubensi Collegio, vel Montellano pro Praepositi Generalis arbitrio. Mortua sororum ultima, crevit haereditatem Societas, et Collegium ex testamento praescripto condidisset statim, ni inopportunum esset visum eo tempore, cum et loci dominus, et oppidanorum plerique abhorrente a rebus nostris ferebantur. Dilato igitur in aliud tempus Collegio, tantum collocati fuerunt in aedibus Cerratarum Socii aliquot, non ut in sede stabili, sed tanquam in temporaria statione, magis more hospitum, quam ex disciplina religiosae familie victuri. Et jam constiterant Lucenae Patres fere quinquennium, non dicam sine querela, sed prorsus nemine, quod constaret, aegrius ferente. Cum hoc repente anno pervagari Urbem coepit infestus rumor, Jesuitas arbitratu suo, ac privata auctoritate consedisse in oppido. Eos jus domicilii sensim arrogare sibi, jamque habere Collegium numeris omnibus absolutum. Multi nimirum rerum nostrarum imperiti, haud absurdis conjecturis confidere sibi videbantur, nihil eam domum a Collegio differre. Nam quid sibi velle sacram Aediculam, quae intra domesticos parietes aperta populo confluenti esset? Quid aes campanum summo vertici impositum? Quid ministerium sacrorum, quo Patres quotidie perfungentur? Quid vita ipsa Patrum, ad omnes religiosi domicilii leges exacta? Sed quidquid demum id esset, adversis incitatus vocibus Magistratus Urbanus, primo denunciat Patribus ut Aedem sacram occludant. Dein expromit a regio Senatu decretum, ne liceat Jesuitis sedem habere fixam Lucenae. Id ubi accepit Praepositus Provincialis P. Joannes Munniz, probe intelligens nondum senuisse priora Lucenensium odia, sed recruduisse potius, metuensque ne Patres cum ignomonia pellerentur, eos, nulla interposita mora, convasare, ac cedere loco jussit. Factum probavit Mutius; et quando nulla relinquebatur de Collegio Lucenensi spes, Cerratanam haereditatem addixit Collegio Montellano, cum hoc, ut in posterum alerentur in eo nostri juvenes, qui humaniores litteras proxime a Tirocinio reputant. Sic ea portio nostrae juventutis, quae ante annum Biatiam, ut supra tradidimus, immigraverat, apto preventu dotata in sedem pristinam rediit.

66.
Inchoatum
Lucenae Colle-
gium dissolvi-
tur.

Dum haec ibi gerebantur, in Provincia Aragonensi redditae sunt Collegio Caesaraugustano scholae inferiores, quas anno ante hunc nono cives nostris Professoribus admindendas, et ad alias transferendas censuerant. Mutati consilii causam nunc reiiciebant in bonum publicum, cui consultum vellent. Vulgo enim ferebatur, non eadem morum integritate, neque pari literarum scientia flore sub conductis ludimagistris juventutem, ac soleret antea sub disciplina nostrorum. Beneficium cumulavit Lupercius de Arbissū, Eques ille ordinis Hierosolymitani, locuples aequo ac pius, nostrisque Ordinis cupidissimus, eujus munificentia stabat, ut suo loco demonstratum est, Collegium Minoressanum. Is cum status set quaecunque possideret bona conferre ad amplificandum divini Numinis cultum, praeaciperetque animo, Collegium Societatis Caesaraugustanum, si modo non deesset Professorum copia, quoddam velut emporium artium optimarum fore, ad scholas quas dixi inferiores addi voluit altioris ordinis disciplinas, collata

67.
Eius bona ad-
dicuntur Colle-
gio Montellano.

68.
RES ARAGO-
NIENSES.
Collegio Cae-
saraugustano
redduntur scho-
lae.

69.
Beneficentia
Luperci de Ar-
bissū erga idem
Collegium.

70.
Conditum Collegium Segobricense. Mira Numinis providentia in ea re.

eum in usum sorte pecuniarum idonea. Neque eo contentus vir summe beneficus, Seminarium quoque nostrorum juvenum, qui superioribus facultatibus operarentur, suo sumptu constitui in eodem Collegio curavit, utque latius proferrentur Collegii spatia, summas ingentes in aedificationem impedit. Imitatorum habuit tam effusa benignitas Petrum Miralles, cuius liberalitate conditum est Collegium Segobricense. Hoc tamen accidit gratior beneficentia Mirallii, quod visa immortalis Dei providentia non usitato modo ratam eam grataisque habere. Profectus ille a prima aetate in Indiam, ac diu in Peruvia, in Mexico, in Philippinis versatus insulis, Societatem ubique coluerat incredibili voluntate ac studio. Cum in Europam multo quam abierat locupletior redisset, de collocando Segobrica in patria sua Collegio agere cum nostris instituit, idque ardore tanto, ut videretur quantocius admoturus operi manum. At rem, nescio quibus subnascentibus moris, extrahens, diemque ex die dicens, seu nunquam voluerat serio, seu primus ille ardor benevolentiae refrixerat, certe id efficiebat cunctatione, ut alienissimus a priore consilio putaretur. Ecce autem pluribus interlapsis annis, cum nulla de Collegio Segobricensi reliqua erat spes, vocari subito scribam jubet ad conficiendas tabulas, quibus opportunam condendo Collegio summam assignaret. Vix fecerat, et lateris dolore corruptus, lecto se committere cogitur, ac, die post factam donationem quinta, pie moritur: ut non minus pie quam vere liceat opinari, validiore aliquo de coelo impulsu motum fuisse, ut rem tamdiu dilatam, tam subito, tam in tempore conjectam vellet. Cacterum Segobricense Collegium dilatum est adhuc ad annos quatuor, tum quod de jure donationis motae sunt lites, tum praezerosim quod de solutione decimarum fuit transigendum cum clericis, id quod nonnisi post longam disceptationem finiri potuit.

71.
Martini Lanayae tironis constantia in Societate mirabilis.

Inter anni memorabilia exemplum est constantiae singularis, qua generosus Tiro locum in his annalibus meruit. Martino Lanaya nomen adolescenti fuit. Exceptum Tirocinio Tarragonensi impotenter ferebat Pater, qui tali invitissimum careret filio, spe magna domus scilicet, et solatio unico senectutis suae. Aeger animi ac mocrore confessus, deportandum curavit primum ad Archiepiscopum ejusdem Urbis, nempe ut de ratione sui propositi interrogaretur ab homine neutrarum partium, eodemque summae pariter auctoritatis ac perspicacie. Post longam et accuratam quaestione, cum rigido cognitori per omnia fecisset satis, remittitur ad Tirocinium adolescens; Patri ut exploratae Numinis voluntati acquiescat, injungitur. Menses post haec viginti pacate vixerat Martinus: jamque appetebat dies, quo post evolutum rite biennium probationis religiosa nuncuparet vota, obstringeretque se sacris vinculis Societati. Hoc loco Pater angi denuo amissi filii desiderio, atque eo quidem acerbius, quod nunc omnem praeccludi sibi spem ejus recuperandi cerneret. Dolore amens, instare apud nostros, filium vehementius reposcere. Adolescentulum immaturae actatis, nullius experientiae, vix potentem sui, usitatis Praeceptorum artibus deceptum, ac facile tendiculis irretitum dicere. Etiam atque etiam explorandam voluntatem ejus contendere. Cum haec minus attenderentur a nostris, Matritum volat ad Apostolicas Sedis Nuncium, exculpitque ab eo mandata ad Rectorem Tirocinii Tarragonensis, mittat e vestigio Tironem, vel ad Patres Dominicanos, vel ad Proepiscopum Caesaraugustanum. Utrumlibet maluerit, externorum judicio dirimi causam oportere. Censurae Ecclesiasticae denunciantur Rectori, nisi confessum paruisse. Satis intellexit Rector, longiore capiti ambitum de industria, ut circumactum adolescentem paulatim vinceret taedium, ac tandem constantia deficeret. Quare, ad praeccidentias ambages, eum Matritum usque mittere ad ipsum Pontificis Nuncium maluit, ipsius arbitrio permittens quid de Tironi factum vellet. Nuncius comiter exceptum, deponi apud Patres Trinitarios, ac diligenter interrogari iussit. Post diēs vero novem, certior factus, suopote illum instinctu ac voluntate, non alieno impulsu dedisse Societati nomen, collaudato vehementer ipsius proposito, laetum Societati restituit, utque ad sacramentum religionis admitteretur, permisit.

Eodem anno Minoressae diem B. P. Ignatii anniversariam insigne miraculum illustravit. In illo olim antro, nunc eximiae religionis Sacello, ubi B. Pater tirocini um posuit vitae sanctioris, signum est Christi in Cruce suffixi ex lapide. Et fama est, ante id signum Ignatum, cum solitariam degeret vitam, et precari assidue Deum, et se flagris acriter deverberare, saepe etiam divina pati consuesse. Cujus recordationis gratia, rudi licet opere effigies, in honore est longe maximo, et ingenti hominum concursu frequentatur. Dic igitur Ignatio sacra, dum maxime in Aede speluncae imposta populus frequens vespertinas solemnitiates decurrebat, accidit ut Christi signum, de quo dicebam, copioso ac vivo manaret sanguine. Stillantes eis vulneribus humoris cruenti guttas primae observarunt mulieres quaedam piae, quae forte in subterraneo Sacello divinam effigiem adorabant, eoque ostento conte rritac, progressae propere in superiorem Aedem, de tota re multitudinem admonuerunt. Irent secum, si qua fides: prodigiū post hominum memoriam inauditi spectatores ac testes essent. Accurritur confestim magno impetu. Spelunca, quae paucos admodum capiebat, momento impletur. Qui primi pervenerunt ad locum, haerentes immoti, attoniti, densatique, certam miraculi veritatem confirmabant. Urgebat a tergo, compremitaque se turba, penetrandi ac visendi studio. Sed stetit repente liquoris fluxus, nec nisi vestigia superfuerunt, cruentae nimirum lineae, quales in nudo corpore relinqueret sanguis guttatum missus solet. Has tantum exsudati crux notas qui postea sunt ingressi, perspicere ac per otium contemplari potuerunt. Quae cum perspicuae cuivis intuenti essent, ac late fama celebrarentur, Episcopus Vicensis, ad augendam sacri reverentiam loci, quaestionem accuratam instituit de miraculo, remque omnem, ut acciderat, publicis tabulis consignandam curavit.

Et siquidem Minoressae sumus, prius quam hinc excedamus, corrigenda mihi hoc loco sentio quae de ortu Collegii Minoressani perperam scripsi ad annum saeculi decimum sextum. Fefellerunt quippe me, quod fateri non piget, quaedam litterae, in quibus Collegium a Residentia, quae ibidem posita est, haud satis distinguebatur. Jam ut de his agam separatis, quod modo Minoressanum Societatis Collegium est, fuerat olim civitatis publicum Nosocomium, ferebaturque in eo B. P. Ignatius primo conversionis suae anno illustria charitatis et patientiae documenta praebusse, ministrando aegrotis. Fenestra quin etiam ostendebatur, e Nosocomio in finitimatam aedem S. Luciae spectans, ad quam Beatus Pater totos dies octo constitisse precabundus, et a sensibus alienatus dicebatur, mirabili extasi, de qua fuse traditur in ipsis vita. Id postea Nosocomium civitas, alio exstructo coquodiore, vendiderat uni cuidam civi, a quo in usum private Domus fuerat versum. Cum tamen adventantes subinde homines nostri eam invisiere curiosius Domum, et ob memoriam beati Parentis venerari solerent, nec diffiterentur, ex omnibus quae usquam sint domiciliis illud fore sibi longe gratissimum, ea res movit civitatem nostri studiosissimam nominis, ut redditio possessori pretio, redimeret venditam pridem domum, ac Societati mancipio traderet. Actum id sub initium saeculi de quo scribimus, atque ab his initiis paulatim Collegium exiit numeris omnibus absolutum. Nimirum, annis interjectis octo, Onuphrius de Rearth Episcopus Vicensis, Minoressam cum venisset, hanc Dioeceseos suae partem pro officio inspecturus, reputans quantum commodi provenire Civitati posset, si Societas, non eam duntaxat Domum, sed Tempulum praeterea proprium, usumque haberet ministeriorum suorum, addiccam ei voluit quam dixi Aedem S. Luciae, quae proinde in jus Societatis similiter transiit. Binis in hunc modum paratis rebus omnium maxime necessariis, Domo ac Templo, anni saeculi sextodecimo, nullo licet certo proventu, habitari coepit est domus Minoressana, paryam familiarium collatis eleemosynis sustentante piorum liberalitate civium. Nec aliis illi census ad annum usque saeculi undevigesimum fuit, cum Lupercius de Arbissū, Eques Hierosolymitanus, assignato idoneo vestigali, qualcumque illud domicilium, ut suo loco narratum est, in Collegium verit, et Fundatoris titulum ac laudem tulit. Sic natum est, sic

^{72.}
Minoressae signum Christi Crucifixi sanguinem emittit.

^{73.}
Corrigitur qui supra irrepit error de ortu Collegii Minoressani.

^{74.}
De Sacra Ignatii spelunca prope Monebrassam.

adolevit Collegium. Residentiae, quae passibus ferme quingentis ab Urbe distat, multo posterior ortus fuit. Spelunca ibi est loci religione celebris, de qua dictum supra. Eam nostri, quippe Parentis ac Fundatoris sui hospitio nobilitatem, percupiebant. Possessores (erant hi Mauritus Cardona, et Catharina, conjuges), eamdem ut quantovis traderent pretio, animum non inducebant. Quod precibus officiisque non licuit, auctoritate perfectum est, anno ejus saeculi secundo. Nam cum Lucretia de Gralla et Moncada, Marchionissa Aytonis, matrona praeponens ac multarum opum, de votis nostrorum aequis⁷, at irritis cognovisset, speluncam poposcit sibi, ac dono acceptam Societati transcripsit. Prior post haec cura nostrorum fuit, ut cõempto circum quod satis esset loci, Sacellum exstrueretur, speluncam ipsam ambitu mûrorum complectens. Exstructum est quam citissime, sumptum faciente Franciso de Rovunst Episcopo Vicensi. Et quia tunc B. Pater nondum erat fastis Beatorum adscriptus, Ignatio Martyr est dedicatum. Ad ejus custodiam designati probi aliqui e populo viri. Nondum enim Minoressae Societas habitabat. At anno saeculi decimo sexto, quo anno positum in ea urbe Societas domicilium diximus, Sacelli curam ad se nostri traxerunt, et parvam in propinquum domum, corrogata ab amicis pecunia, struxerunt, quam domum utendam permittebant Aedituo, nullo dum ipsorum in ea commorante. In hoc statu persistenter res annos amplius centum, donec memoria nostra stabilis eodem loco Residentia Societatis est constituta in hunc modum. Anno saeculi hujus vigesimo primo, cum placuisse ad sacram Ignatii specum custodiendam adhiberi Sacerdotem e nostris unum, apud eamque una cum socio e Fratrum ordine perpetuo degere, qui primus eam curam suscepit Sacerdos, rem summa gerens industria, non modo Sacelli ornatum cultumque partibus multis auxit, sed etiam aedificii spatio laxavit in tantum, ut si quando suppetent opes, ali in eo justa Sociorum familia posset. Accidit inter haec ut rediret ex Mexico Josephus Marchio de Villapuente, vir in primis locuples, ac tantae erga Ignatum pietatis, ut cum primum appulit ex tam longo itinere in Hispaniam, adire recta hanc speluncam voluerit, nec aliter quam flexis genibus ob loci reverentiam ingredi sustinuerit. Is, cognito ad ponendam eo loco stabilem Sociorum familiam nihil desiderari praeter censem, ut erat animo ingenti ac splendido, talem pecuniae summam dedit, quae dotando justae magnitudinis Collegio par esset. Id etiam, ut postea compertum est, moliebatur, ut ad Ignatii specum, quippe loco in primis idoneo, totius Provincie Tirocinium collocaretur, quod tamen perfidere interceptus morte non potuit. Sic demum anno MDCCXXXI, auctoritate Praepositi Generalis Francisci Retz, Domus ea, quam vulgo sanctae speluncae nominant, in Residentiam erecta est, ubi qui degunt Patres, confluenti religionis causa populo non infructuosam operam navant. Haec nos, tametsi a tempore de quo scribimus remotiora, commemoranda hoc loco duximus, tum ad emendationem erroris, qui supra irrepsit, tum etiam ut quoddam grati animi testimonium redderemus Villapuente, ita de nobis merito viro, quem ipsi in hac domo Professorum romana familiarissime hospitantem agnovimus.

^{75.}
Ut ad eam constituta fuerit Residentia Societatis.

^{76.}
Insignis pietas Bernardae Benedidiae erga Ignatii effigiem Monebricensem.

Jam ad seriem temporum revertentes, ab uno Ignatii sanctuario ad aliud gradum facere cogimur. Ignatii imago Monebricensis, de qua fuse alibi narratum est, illustrioribus in dies miraculis inclarescet. E multis unum ego subiiciam, cum per se satis insigne, tum magno legentibus usui, ut opinor, futurum. Bernarda Benedidia, matrona illa nobilis, quam praesenti Ignatii beneficio ab ipso mortis limine revocatam demonstravimus, liberatorem suum colere instituerat tanta sedulitate, eum ut cogitare unum, ac prope parentis habere loco videretur. Nihil mulieri dulcius, quam perstare ante sacram ejus effigiem, atque horas solidas orando transigere. Ignatii gratia Societatem plusquam materna charitate complectens, nullam praetermittebat obsequii genus adversus eam. Si quos nostrorum audierat Monebrica iter facere, eos domi excipere, neque solum liberaliter, sed cum ingenti honore habere solebat, prorsus ac si beato Parenti praebret hospitium. Exultare gaudio cernieres piam feminam, cum aliquid de

Societate paeclarum afferebatur in medium: moerere contra, deici, extabescere, si quid nunciaretur adversi. Tantae ejus benevolentiae vicissim respondebat Ignatius multis maximisque beneficiis, ac serebatur nihil unquam petenti denegasse. Una erat tamen res, quaque mulier optima, ut vehementer et enixe peteret, nondum exorabat, nempe ut filium, quem habebat unicum, Societatis nostrae adscriptum cerneret. Bilbili degebat tum filius, ac litteris operabatur. Philippo nomen adolescenti: liberalis indoles, ingenium cuiusvis disciplinae apprime capax, actas idonea; sed voluntas a religiose vitae proposito alienior. Mater, flecti ejus mentem posse non desperans, id assidue rogabat Ignatium; quod vero rem, ut putabat, aequissimam non impetraret, leni identidem ac familiari querela apud ipsum expostulabat. Sed non sine causa difficilem se praebebat Ignatius, quam ipse causam mulieri aliquando tandem aperuit in hunc modum. Die quadam oranti, eamdemque iteranti querimoniam ac precem, adest clara luce perspicuus Beatus Pater, ac blande subridens: Vide, inquit, quid velis: multas gravesque tibi molestias imprudens quaeris: voti si compos fias, saevum experieris virum, nihil domi quietum, nihil pacatum erit. Ad ea mulier, nihil tristi denunciatione perculsa: Atqui ego, respondit, frama libenter omnia, modo filium hunc meum videam tuorum numero aggregatum. Cui rursus Ignatius: Faciam ergo, ut video. Nec plura elocutus, evanuit. Dies post haec fluxerant pauci, cum oranti de more Bernardae iterum se visendum praebebat Ignatius, eademque hora Philippum recipi in Societatem docet. Quin age, inquit: Flecte illam in partem oculos. Simul digito monstrans locum paulo remotorem, novo ostenti genere, quasi praesentem, subjectumque oculis ostendit Philippum cum in Tirocinium Tarragonense recipetur. Apparebat ipso in ingenti aula laetus atque alacer, tunica pulla indutus. Frequentes circumstebant tirones, eumque et cupidissime amplexabantur, et fratris appellatione consulabant. Quo spectaculo, affirmabat deinde mulier, nihil sibi in omni vita jucundius accidisse. Neque id vanum somni ludibrium fuit. Re ipsa Philippus, mutata subito voluntate, transierat in Societatem, atque ita prorsus uti demonstratum fuerat matri, eodemque temporis puncto, in Tirocinium fuerat cooptatus. Ut porro voluntatem mutaret, efficerat miro modo Beatus ipse Pater Ignatius. Namque aegrotanti speciem objecrat sui, Societatisque incundae consilium dedecrat, simul valetudinem praeter humanam opem restituerat. At matris jucunditatem vix credibile quanta aerumnarum moles exceperit. Ut cognovit de Philippi nec opinata transitione pater ipsius Philippus Gomez, dolore ac luctu perditus, ereptam sibi sobolem, spem domus unicam, impotenter ferens, prope amentiam debacchari, ac fremere in Jesuitas coepit. Tum omne genus contumeliarum effundere in piam conjugem, quae tales ita coleret, et in amoribus haberet viros, filii sui raptores, ut ajebat, inhumanos ac perfidos. Momento eodem uxori ac sibimet omni nostrorum hominum commercio interdicit. Jurat cum horrendis execrationibus, nihil sibi commune posthac cum ejusmodi hominibus fore, ne filio quidem excepto. Extrema omnia interminatur domesticis, si quempiam de natione Jesuitarum excipissent domi. Nullum denique modum jurgii, amaris conquestionebus facere, asper semper atque inquies, plane ut malis agitari intemperie videretur. Angebatur his supra quem dici possit Bernarda. Et quamquam futurum id praesciverat, immo in hanc ipsa conditionem, ut dixi, consenserat, tamen non cessabat Ignatium cum lacrymis interpellare, ut aequo-rem marito suo iniiceret mentem. Tandiu rogare atque obsecrare institit, donec hujus etiam voti potens est facta. Ante anni exitum placatus repente est Gomezius, nec uxore modo, sed nostros etiam homines recepit in gratiam: quodque unum maxime cupiebat pia femina, denuo suam nostris hospitibus patere domum voluit. Caeterum ejus filio nobis frui non licuit diu. Anno enim vix quarto in Societate confecto, adolescens optimae spei caelo maturus interrit.

Sassari interea in Sardinia ad Collegium, quod jamdiu ibi erat extstructum, Domus addita est Professorum. Anni fluxerant plus quindecim, cum domui aedificandae fuerat collata pecunia, sed res lente procedens, ad hoc usque tempus devenerat. Cum denique ad culmen eductum consummatumque esset

Tom. II.

16

77.
Suum recipi
in Societatem fe-
lium - impetrat
insigni mira-
culo.

78.
Ob id dire ve-
zatur, mox ope-
ratur Ignati omni
molestia libera-
tur.

79.
RES SARDINIAE.
Sassari domus
Professorum
constituitur.

aedificium, visum Patribus, propter opportunitatem loci, scholarum usibus quam Professorum ministeriis aptius id domicilium fore. Placuit idecirco verti vices sic, ut ex veteri Collegio domus Professorum, ex recenti ista domo Collegium fieret. Quod consultum approbante civitate, in novum aedificium demigraverunt aliqui Patrum cum literarum magistris, et scholas, ut in Collegio, aperuerunt. Qui vero in antiquis relictii sunt aedibus, ii stipe emendata vivere more Professorum, et sacris tantum vacare ministeriis cooperunt. Sed quamquam unica haec esset tota Sardinia Domus Professorum, decursu temporis, justas ob causas, iterum versa est in Collegium.

80.
RES LUSITANIAE.
Socii Conimbricenses singulare ope Aumenti ab interitu liberantur.

Rebus ita fluentibus in Provinciis Hispaniensibus, Socii Conimbricenses in Lusitania praesentissimum vitae periculum ex improviso adierunt; quodque serui sint, singuli divini Numinis providentia acceptum retulerunt. Secesserant plerique in praedium Collegii suburbanum, qua praeterlabitur annis Munda, ut modica quiete reficerent animos; cum intumescere largi imbris, solutisque in montana regione nivibus coepit fluvius, donec elatus paulatim in summam altitudinem, nec jam copiam humoris continens alveo, in circumpositos campos effudit se. Eo casu, natante late omni circum planicie, villa, in qua nostri degabant, ab omni terrae commercio discludebatur in modum insulae: cumque excresceret in horas singulas moles atque impetus torrentium aquarum, nihil aberat proprius, quam ut domus e suis convulsa sedibus rueret. Certa omnino erat, vel ab aedium ruina, vel ab utilium penuria perniciies Patrum, nisi inde transvehentur. Atqui posse transvehi, non apparebat. Rector Collegii Conimbricensis, admonitus de ingruente periculo, queri toto littore jusserset navicularios, qui Patribus subsidio ircent. Ne unus quidem inventus, qui quantavis mercede induceret animum, alienae salutis gratia, suam objectare manifesto discrimini. Ut multum rogarept, negabant constanter omnes remigio vinci posse rapiditatem interflui humoris, qui esset necessario traiciendus. Ita, cum nihil in humanis rebus praesidiis inventaretur, ut in re prope desperata, ad exorandam opem Superum, quod unum supererat, conversi sunt, tum qui domi erant Socii, tum qui rure; illi pro salute Sodalium, isti pro sua. Dum utrique preces in communi fundunt, mirum dictu! moti repente, non pretio, non cujusquam horatu, sed naturali commiseratione sex juvenes robustissimi, condescendunt expeditum luctrem, magnoque conatu, et pari audacia, in ripam usque fluminis contento remigio transmittunt. Tum scapham per omnia aquis oppleta circumactam applicantes ad villas parietes, receptos ad se Patres metu exsangues, ac prope modum exanimatos, Conimbricam devehunt. Iis venientibus, affusa est ad spectaculum magna pars civitatis, stetique partim metu, partim admiratione defixa. At Collegii Rector, ceterique Patrum, incolumes ut viderunt praeter expectationem Sodales, aegre lacrymas prae gaudio continuerunt, et liberatori Deo gratias solemni carmine persolverunt.

81.
Mors et elo-
gium Fr. Anto-
ni Joannis.

Sic illis ab interitu liberatis, grave nihilominus damnum in uno factum est capite, extincto Fratre Antonio Joanne, adjutore domesfico, cuius exempla Socii Conimbricensibus incredibili ab virtutem incitamenta erant. A prima juventute, cum statuissest Christo stipendia facere in Societate, hac mente Eboram ab natali solo petebat. Iter facienti comites se adjunxerunt aliquot solutionis vitae juvenes; cumque percunctando cognovissent consilium ejus, quantum usquam est religiosorum Ordinum exercati, de omnibus, ac de Societate nominatim sermones tam adversos serere instituerunt, ut ipse a pio dimotus proposito, ad liberioris vitae consilia mentem retulerit. Et jam retro flexerat gradum; cum oblatus repente alter ignoti oris, sed insigni modestia juvenis, ire porro, quo iter direxerat, quodque mente conceperat, re exequi jussit. Quae jussa obedienter faciens Antonius, Eboram, ut instituerat, venit, seque Societati tradidit. Hunc deinde juvenem meliorem suasorem impulsoremque, tutelarem fuisse Angelum minime dubitabat, cui propterea se, dum vixit, obsequentiissimum semper praestit, ei debere se dictans, quod ad interitum properans, in viam salutis revocatus fuisset. Nulla est fratrum propria virtus, qua non Antonius praecellerebat.

Obedientiam tamen colebat in primis, et ostentis interdum comprobatam divinitus vidit. Hujus generis est quod subjicio. Ex Collegio Angolensi, ubi degebat, venerat missi Rectoris in densum nemus ad lignandum. Dum opus exequitur, ad fragorem ponderosae bipennis, dissectorumque ramalium, prodit e cavernoso latibulo horrenda Tigris, tetenditque hianti rictu in lignatorem. Ipse nihil exterritus, stetit in suo gradu immotus, et feram libera compellans voce: Huc ego, inquit, veni majorum imperio: jam ergo abi protinus, et vide ne mihi molestia sis. His vocibus mutatum diceres ingenium belluae. Adeo mansuefacta momento est, et in suas latebras retrocessit innoxia. Natus erat optimus Frater Silvae Obscurae, in Dioecesi Visensi. Decessit Conimbricæ VI. Cal. Augusti, et, quod erat domesticis mire gratus, cum ingenti luctu elatus est.

Extra Lusitaniae continentem plura sunt in variis Africæ, Americæque plagiis domicilia Societatis, ad Lusitanam Provinciam pertinentia. Prae caeteris erat hoc tempore Collegium Congense, de quo dicturus, multas ac varias explicare cogor rerum commutationes, quæ spatio annorum quatuor, quot a constituto Collegio numerabantur, in Congo inciderunt, earumque simul causas et seriem ordine referam, omnia uno ac perpetua narrationis contextu, quo commodius intelligantur, absolvens. Principio; vita functo Petro Alphonso, Rege eximie pio, nostrorumque amicissimo, regni administrationem accepit ejus filius Petrus Garcia, juvenis annos natus haud amplius duos et viginti, qui multum dissimilis parenti erat. Praeter mores in omni genere corruptissimos, natura ipsa ferox, et in iram præceps, impotentissimam ac plane intolerandam dominationem exercet. In laicos perinde ac Clericos, nullo Ecclesiasticae immunitatis respectu, herile jus usurpabat. Tributa a singulis exigebat, publicam rem arbitrio magis quam legibus administrabat. Idem, assentatorum turba semper stipatus, nostros homines, quia vera atque utilia loqui assuetos, pessime odrat, arcebaturque, nec sui copiam faciebat iis, nisi munericibus aditum sibi aperirent. Id quod astute excoxitaverat improbus, non tam habendi cupiditate, quam ne molestos monitores audire saepius cogeretur. Census praeterea in usum Collegii a parente suo constitutos, per summam clementiam denegabat Patribus, satis caeteroqui gnarus, aliud esse nihil, unde sustentari possent. Neque hic finis malorum. Populus, ad indolem Principis suo more se fingens, nostros similiter aversabatur instantum, ut cum iis nemo habere quidquam negotii vellet. Hisce de causis multa fuit inter Patres deliberatio de relinquendo Collegio, ubi et aegre traherent vitam, et ministeriorum suorum fructum nullum, imo nec usum haberent, cum opportune venit in Congum P. Matthaeus Cardosus, novus Collegii Rector designatus; cuius adventu res in melius versae, et ad perseverantiam confirmati Patres fuerunt. Eum sane Rex perquam benigne excepti, multaque de sua in nostrum Ordinem benevolentia prolocutus, bono esse animo jussit. Futuros deinceps eodem apud se loco homines Societatis, quo apud Petrum Alphonsum parentem suum fuissent. Quod adeo persuasit tum nostris, tum etiam indigenis, ut mirae continuo extiterint animorum inclinationes, atque aliam momento faciem induerint res. Iterum frequentari colique vulgo Patres. Ad eorum Aedem crebri iterum concursus fieri. Nostri, qui spem ostendi cernerent rerum in dies meliorum, animum sumere, non sibi, non officio deesse. Secum attulerat Ulyssipone Cardosus christianæ disciplinae summam Congensis redditum litteris, et typis impressam. Haec ut audiri coepit, mirum quantum pia novitas delectaverit cives, ejus rei adhuc insuetos. Magna cum primis voluptate perfundebantur, cum pueros consiperent longis ordinibus circumeuntes Urbem, et symbolum Apostolorum, aut dominicam precationem lingua patria concincentes. At cito clanguit assuetudine haec voluptas. Et praeterea rerum satis belle fluentium cursum casus inopinatus abruptus. Cardosus, quem unum Rex utcunque verebatur, altero quam venerat mense moritur. Eo vix sublato, redit ad ingenium perfidus Princeps, quamque assumpserat larvam benignitatis abjecit. Patres qui omnia in tempus posterum deteriora praeciperent animo, rursum stationis deserenda consilia agitare. Non ausi tamen facere inconsulto Generali Praeposito, eum prius per

^{82.}
ACTA IN CONGO.
Rex Petrus
Garcia iniquum
se præbel no-
stris.

^{83.}
Adventu P.
Matthaei Cardosi
mediorem induit
mentem.

^{84.}
Mortuo Carbo-
so, redit ad in-
genium. Nostro-
rum consilia de
deserendo Congo.

litteras docuerunt quo res essent loco, quasque ob causas putarent non expedire Societatem in Congo diutius immorari. Rescripsit ad ea Mutius, nulla humana causa deserendum videri locum, quem semel excolendum divina voluntate sum-
pssissent. Sperarent meliora, spem in coelesti praesidio collocarent, et contra quas-
cunque temporum difficultates magno ac forti essent animo. Omnia demum su-
perari constantia. Nihil deesse, nisi virtus et consilium desit. Sic ille animum
vacillantibus faciebat. Sed prius etiam quam haec in Congum responsa perfer-
rentur, mutaverant sententiam Patres, novamque illis spem injecterat subita re-
rum publicarum conversio, hoc modo secuta.

^{85.}
*Petrus Garcia
e regno extur-
batur.*

Congenses, eti duris Regum suorum imperii assueti, fessi tamen superbo et crudeli dominatu Garciae, ad Emmanuelem Jordani Sundensium Ducem, unum ex opulentioribus regni Dynastis, repente se vertunt, sollicitantes occulte eum, ut e populi fatiscens cervicibus exuteret indignum jugum, et contra Tyrannum arma sumeret. Quod ille prompte ac feliciter executus, collecta subito magna armatorum manu, eduxit exercitum, et ad Urbe regiam infesta signa convertit. Nihil eorum quae agerentur persenserat Rex, otio nimurum luxuriaque diffusens, rerumque publicarum penitus incuriosus, neque prius de conflata seditione, quam de appropinquantibus seditiosorum copiis cognovit. Tum vero, ut in subito ac certo malo, perturbari, trepidare, aequre impotens animi, ac consiliis inops. Quod unum circumsipienti occurrebat, legatum de pace mittere ad hostem statuit. Eligit e nostris P. Petrum Paivam, virum industrium, et exper-
tac fidei. Huic, ut aedat infestum Ducem, ejusque, si qua possit, iram mitiget, impetum remoretur, mandat. Mandata ex fide peregit Paiva, sed nullo effectu. Atque cum quidem Sundensis exceptit in castris perhumaniter, audivitque; quod tamen robagatur arma ponere, atque ab incepto desistere, id praeceps negavit integrum sibi esse, postquam semel gladium contra Principem eduxisset. Quo redditio responso, frustratum exitu legationis dimisit. Garcia duro responso exanimatus, cum nec haberet in armis militem, et civium fidelitati diffideret, ut in re ad extremum perducta casum, proripiuit se celeriter ex Regia, profugitque cum uxore, ac paucis domesticorum ad patrum suum, Sunensium Ducem. Fu-
turum sperabat miser, ut consanguinei tam potentis opibus, amicorum auxiliis in primisque temporis beneficio, seditionem comprimere, pacare regnum, aut trahere saltem bellum posset. Sed lusit illum sua spes. A patruo parum libera-
liter, propter veteres quasdam offensiones, acceptus, atque intra angustum procul a aula oppidum commorari jussus, intra tres menses, vel moerore, vel qua alia peste absumptus, occubuit. Sundensis interea in urbem regni sedem admis-
sus sine certamine, vacuam nactus Regiam, Congi Regem salutat Ambrosium, regiae stirpis virum, aetate proiectorem, quem utpote moribus integerrimum, ac vitac instituto alienum ab arrogantia, populus eximie diligebat. Potitus regno Ambrosius, nullam priorem habuit curam, quam ut imperii possessionem sibi firmaret pietate primum, deinde amicitia Lusitanorum. Loandam e vestigio mi-
sit nuncium et interpretem voluntatis suae P. Franciscum Jattinum, qui dum Praetore Loandensi Fernando de Sosa foedus societatemque sanciret. Tum nostro-
rum suasu professionem christianaec fidei de scripto edidit, in eandemque profes-
sionis formulam jurare praecipios regni proceres jussit. Quod chirographum Ulyssiponem ad Fidei Quaesidores transmissum est. Simul nostros homines aper-
te colere, favere, summis benevolentiae significationibus honestare coepit. Eos
passim amicos ac familiares suos nominare, fidem ipsorum solertiaque in coe-
lum tollere, non alios magis de gravissimis regni negotiis consulere. Ambrosii
propensionem, ut solet populus ad nutum regiae voluntatis sua studia affectio-
nesque moderari, secuta totius propensio civitatis. Jam ergo Patres, conqueri
prius soliti deesse sibi in Congo materiam operis, nunc rerum gerendarum ma-
gnitudini impares, labore obrui, Sociorum auxilia exposcere. Et nihilominus onus
immodicum impigo ferre animo, laboriosae vitae solatium reponentes partim
in praesenti fructu, quem satis amplum capiebant, partim in expectatione futuri,
quem ampliorem sperabant. Favor etiam Principis, approbatio populi secundissima,

^{86.}
*Congi Rex sa-
lutatus. Ambro-
sius. Eius egre-
gia mens erga-
nostros.*

^{87.}
*Patrum fru-
ctuosi labores,
ac summa ino-
pia.*

omnium ordinum benevolentia, laborum solatia quaedam ac lenimenta erant. Caeterum sub illo sterili et insalubri coelo aerumnas tolerabant gravissimas. Ut tantum de inopia dicam, summa rei familiaris angustia premebantur, non tam vitio gentis, quam soli natura. Nullum enim auri argentique, aut metalli cuiuspiam signati usum Congenses habent. Invectae peregre merces mancipiis commutant, quorum est in illa Africæ ora negotiatio ingens et quaestuosa. Inter indigenas pecuniā supplet conchylii genus, quo abundat mare. Hinc nostri, qui nec omnia ad vitae usum necessaria intra regni fines invenirent, nec mancipiorum permutatione, sed praesenti argento illata ab institoribus emerent, nihil interdum pecuniae habentes, pauperiem ferre cogebantur extremam.

Ad caeteras vitae molestias accessit post paulo veluti cumulus, quod Ambrosius Rex de fide Patrum suspiciones concepit aequē indignas ac falsas. Ansam his dederunt Marianae Sodalitates duae, altera pro adolescentibus, pro grandibus natu altera, quas PP. Paiva et Jattinus apud se instituerunt. Nam cum Sodales ad usitata pietatis officia frequentes convenirent, fuit qui Regi insurserat in aurem, iis in conventibus rerum novarum consilia agitari, quae in apertam seditionem aliquando prorumperent. Prospiceret proinde sibi in tempore, nec tumescere in visceribus regni atque in suis adeo oculis foedam rebellionem per socordiam sineret. Lusitanis ne nimium fideret, metuendis, etsi amicis. Multo minus crederet Jesuitis, qui saepe per eas artes incautis Regibus praecclare imposuissent, et propaganda pietatis obtenuit nefarias coniurationes fovissent. Hisce maxime horribilis esse usos Hispanos ad occupandas tot extra Europam provincias. Eorundem astu et calliditate plures Regum Indorum aut suis depulsos regnis, aut Lusitaniae vestigiales effectos fuisse. Quibus aliquis ejusdem generis sermunculis, mirum ut commotus concitatusque fuerit Ambrosius, vir quidem ille ingenio haudquam malo, sed, ut fert nationis commune vitium, maxime suspicaci. Et proprias habebat causas, cur in hoc negotio nulla contemnenda suspicio videbatur. De regno agebatur, eoque recens acquisito, nec tam jure sanguinis, quam populi favore et arbitrio ad privatum translato. Igitur immanni pavore correptus, populo ad concionem vocato nunciari jubet, non latere Regem quo spectarent instituta apud Jesuitas conventicula. Quid factiosi per occultam consiliorum societatem molirentur, exploratum plus nimio esse. At non cessurum impune conjuratis, nisi de se ulti fatentur, indicarentque conscos. Perculit multitudinem denunciatio minax. Mariani Sodales, etsi nihil in ea re sibi conscient, quippe a conspirationibus remotissimi, hanc tamen eximendam Principi suspicionem arbitrari, Sodalitiis abstinere, imo Patrum fugere congressum cooperunt, ac ne accedere quidem propius ad Collégium audebant. Mirari factam subito circa se solitudinem Patres. Statis vero atque causam percunctionibus didicerunt, conscientiae fiducia impavidi adeunt Regem, et irrogatam sibi injuriam oratione libera expostulant. Quae tanta credulitas? Adesse jubeat fictae coniurationis delatores, et coram interrogari. Testem saltem unum, unum ejus rei indicium, si possunt, proferant. Qui si tenebuntur in manifesta calumnia, non petere se, quod tamen esset acquissimum, ut pro merito plectantur iniqui calumniatores, at saltem ne patiatur ipse invidia falsi criminis opprimi innocentes. Valuit oratio apud Principem, ut dixi, non malum. Professus falsa ac fraudulenta se relatione deceptum, ut quam promptissime satisfaceret Patribus, vocato consilio Procerum, his coram eorum integritatem, fidem, et praeclarę erga se merita prolixè laudavit, et conceptas temere suspiciones damnavit. Quo tam luculento Principis testimonio in vulgus emissio, Collégio ac Sodalitiis frequentia prior constituit. Caeterum, ut hoc non omittam, haeserunt nihilominus Regis animo semel fixi suspicionum aculei, nec quamdiu vixit revelli penitus potuerunt. Quare, etsi per annos, quot regnavit, septem, multis magnisque beneficiis homines nostros ornavit, varium tamen semper ac lubricum se exhibuit iis, nunc dignos existimans quibus fideret, nunc indignos, quippe positus inter perspectam ipsorum integritatem, et assiduas adversariorum obtrectationes.

88.
Rex falsis im-
buitus suspicio-
nibus alienatur
a nostris.

89.
Eductis veri-
tatem, eos denio
in gratiam recipi-
vit.

^{90.}
ACTA IN REGNO
ANGOLANO. An-
næ Regiae per-
fidiam Lusitani
delegant.

Dum haec in regno Congensi gerebantur, varia itidem rerum facies ac fortuna fuit in Angolano, quod ei adjacet a meridie. Rerum ibi potiebatur regii sanguinis femina, superba eadem et astuta, ac magnae praesertim audaciae, quae paucos ante annos Loandam advecta, et a nostris rite instituta, baptismum, quocumque tandem animo, et Annae nomen accepérat. Praetor Loandensis Ferdinandus de Sosa, tum quod christianam Reginam dignissimam arbitrabatur amicitia ac societate Lusitanorum, tum etiam quod e rationibus commercii et maxime Religionis fore prospiciebat, si gentis utriusque coalescerent animi, offrendum Annae foedus, sub certis tamen conditionibus, censuit. Verum ut ad istas ventum est, quaedam ejus detegendo animo patuit rima. Conditionem prima erat, ut Anna Sacerdotibus Societatis locum apud se daret, potestatemque faceret praedicandi Evangelii. Tum ut Lusitanorum servos fugitiivos, quorum ingenus numerus in ejus terris inveniebatur, redderet Loandensi Praetori, qui viçissim Angolanos tueretur in posterum, et multa iis bello capta restitueret. Omnia probavit initio mulier subdola. Quod vero de nostris hominibus praesciebatur, id adeo gratum sibi fore dixit, ut nihil supra. Hinc, perinde quasi omnem impatientius ferret moram, Praetorem enixe rogare, mitteret quantocius Patres. Nihil sibi longius videri, dicere, quam ut istos haberet apud se homines, quos intueri coram affarique percuperet. Ubi advenissent ii, quod de fugitiis exigebarunt, et si quid reliquum esset pactorum, se cum fide praestitüram. Sperabat nimirum perfida, si semel tales habuisset in manu obsides, nullam recusatorum conditionem Lusitanos quantumvis iniquam, arma quidem certe Angolensis nunquam illaturos. Sed malam ejus fidem subodoratus Sosa, ita composuit rem, ut si quid subasset doli, cognosci in tempore prævertique posset. Duos proficisci jubet Angolam Patres, Hieronymum Vogadum, et Franciscum Pacconium. Monet eos tamen, Imbacæ ut subsistant in Regni finibus, ubi Lusitanorum praesidium esset, nec porro progrediantur ad Regiam Angolensem, nisi redditu prius fuerint fugitiivi. Simul Legatum ad Reginam praemittit, qui doceat de adventu Patrum, cogatque eam secundum priora foederis conventa transigere. Hic demum illa, probe elusam se, præclusumque simulationi locum videns, abjecit larvam. Instabat Legatus, ne a pactis temere resiliret. Nulla esse pacta, ferociter respondit mulier: leges dare se multis, a nemine mortalium accipere: sibi nec animi robur deesse, nec vires: transfugas Lusitani suos si volunt, bello repeatant. His Loandam nunciatis, Sosa perfidiam superbae mulieris ulcisci statuit. Et aliae suberant causae, cur eam vellet e suo fastigio dejectam. Nam et imperium vi magis quam jure occupaverat, fratris filio, regni haerede legitimo, clam interfecto, et superstitionem pristinam cum summa baptismo injurya retinebat. Ergo ad Imbacam, quod munitum erat oppidum Angolani imminens, contrahit copias, et Aivem Quiloangam, regiae cognitionis Dynastam, ad capessendum debitum sibi regnum invitat, ea lege, ut futurus in clientela Regis Lusitaní perpetuus sit. Ad apparatum belli ingruentis, sibi Aja non defuit. Scripsit militiē, opportuna occupavit loca, aditus regni omnes sepsit. Cum multa armatorum militia sub signis essent, et bellum periti administrarent Duces, fortunam aliquandiū ancipitem Angolani fecerunt, dum parvulis præliis pro tactis ac focis egregie dimicant. Ast ubi ventum ad decretorium certamen, prævalentibus virtute Lusitanis, impressionem non sustinuerunt barbari, sed tota proclinata acie, præcipiti fugae se mandaverunt. Deleto Angolensium exercitu, redigitur in ordinem impotens femina, Quiloanga Rex salutatur, et in regni possessionem immittitur.

^{91.}
Perfidiam ex-
tubant regno,
ne Regem novum
constituant.

^{92.}
Novus Angolen-
sium Rex chri-
stiana suscipit
sacra.

His ita e sententiis confectis, nihil fuit morae, quin Angolae homines nostri reciperenetur. Et lacta continuo affulsit spes subiiciendi aliquando legibus Evangelicis gentem efferam, et Lusitano pariter ac christiano nomini hactenus implacabilem. Novus Angolensium Rex, vix rerum potitus, se P. Francisco Pacconio tradidit christianis dogmatibus imbuendum, nec ita post multo aqua salutari tingi voluit. Ei per coeleste lavacrum renascenti nomen Francisci inditum. Regis exemplum secuti e populo ac Proceribus bene multi, intra eundem

annum eruditus, et baptismo pariter consignati fuerunt. Neque his contentus Rex, educationi propiciens filii et haeredis unici, adhuc impuberis, eum Loandam misit christiano rito instituendum sub discipline nostrorum. Ut paucis omnia complectar, pulcherrima jam tum luxuriarri coepit seges in regno Angolano. Quod quidem novale nostri Operarii excolere, quamdiu copta prosequi permisum est, perrexerunt incredibili alacritate, licet vitio coeli Europei infesti contabescerent multi, multi etiam, statim atque illuc appulerant, extinguenterunt. Primus omnium extinctus P. Antonius Machadus, de quo scribens ad Mutium P. Hieronymus Vogadus, virum appellat ad sacras expeditiones unice natum factumque. Venerat huc Machadus cum exercitu Lusitano, praeliusque omnibus, quae cum Angolanis commissa diximus, interfuerat, ausus sexcenta adire pericula, ne sacrorum ministrum desiderarent milites. Et valde ad belli summam profuerat homini Apostolici labor. Ubi cumque castra fierent, primis se intendentibus tenebris circumire militum contubernia, eos tintinnabuli sonitu in unum cogere, et ad pietaatem cohortari solebat. Hoc autem sonitu, affirmabant hostes, quadam velut excantamenti genere fascinari se, suis missilibus vim nocendi eripi. Illud constat, collatis saepe signis, cum nimbum sagittarum efflunderent barbari, plures evolasse in Machadum sagittas, sed, contacta leviter veste, in terram innoxias cecidisse. Cui tamen pepercerant hostium tela, eum denique sua peremit charitas. Accidit ut christianum exercitum dira corporeret lues, quae dum grassatur in castris, Machadus juvare aegrotos, vel praesentis vel aeternae vitae praesidis studens, nullamque sibi moram ad accurrendum quo vocaret necessitas inferens, eodem contracto morbo occubuit VIII. Cal. Decembris. Natus erat in oppido Lusitaniae, quod Villamregalem nominant, eique frater germanus fuit Franciscus ille Machadus, quem, in itinere Aethiopico, odio christiana fidei interfectus vidimus libro hujus historiae nono.

Et quando Aethiopiae casu incidit mentio, res ipsa me admonet, hujus ut Missionis acta prosequar, quaque hoc anno acciderunt, cum iis quae narrata sunt libro superiore, contexam. Post solemne illud Imperatoris ac Procerum jumentum, de quo dictum, vir credibile quanta frequenta in sinum Romanae Ecclesiae undique concurri cooperit. Extant Patriarchae litterae ab Imperatoris castris ad Mutium scriptae, quibus narrat, se, quoque secum ex India deportaverat Patres, ita ad dies aliquot schismaticis excipiendis fuisse occupatos, aegre ut possent omnibus satisfacere, ac saepe ad dicendum vox, saepe ad peragenda mysteriorum solemnia deficerent vires. Addit, par operae pretium in cunctis Sociorum stationibus factum esse, cum eadem jurisjurandi formula per regni Provincias circumferretur. Vix fuisse in Aethiopia angulum laetae frugis expertem. Ubique Patres rem praedclare gessisse, vel per se, vel per comites adiutoresque ministerii sui Monachos, aut Presbyteros. Censu facto, summan omnium qui primo anno haeresim ejurarunt, excessisse ad millia capitum ducenta et viginti quinque. His anno proximo alia fere centum millia accessisse. Ex quibus constat, benigno Divini Spiritus aspirante flatu, copiosam oppido segetem ex illo olim sterili in cultoque solo collectam, et in Christi horrea convectam fuisse. Sed juvat de nostrorum inceptis quaedam paulo distinctius exponere.

Templum erat in regno Gojamensi, prisca religione, ac vulgi opinione prae caeteris commendatum. Quippe ita persuasum erat omnibus, si quis in eo pejare templo ausus esset, statim inflicta divinitus poena puniendum. Hinc ad illud crebri ex omni parte concursus, litigantium in primis, quorum editio ante aram jurejurando, lis omnis praecidebatur. Hac vulgi persuasione utendum existimat P. Brunus, quem Brunnun a S. Cruce appellabant Aethiopes, ut nonnullorum in retinendo schismate contumaciam expugnaret. Eo itaque se contulit, et, re divina peracta, ad frequentissimam concessionem, quam celato de industria consilio vocaverat, ita coepit. Quicumque in hoc templo pejeraverit, eum vos affirmatis praesentem ultoris Numinis manum non effugere. Deum ergo immortalē, et hujus sanctitatem Templi ego contestor, ac juro, nulla in Ecclesia, praeter quam in Catholica Romana, veritati ac saluti sempiternae locum esse.

93.
Obitus et elo-
gium P. Antonii
Machadi.

94.
ACTA IN AE-
THIOPIA.
Laetae schi-
smaticorum con-
versiones.

95.
Qua ratione
multis veritatem
persuaserit P.
Brunus a S.
Cruce.

Ad ea schismatici, silentio ac stupore defixi, exspectare, si forte concionator exanimis in vestigio caderet. Cum nihilo minus vivus ac valens post aliquod tempus esset, fere omnes veritatem amplexi sunt. P. Hyacinthus Franceschius ex

^{96.}
Multa p. Hyacintus Franciscus se dedunt.

Regno Begamedreno, ubi considere solebat, penetraverat in Amahram, Provinciam nostris hominibus hactenus inaccessam; cumque ad radices editi cuiusdam montis substitisset, ad eum audiendum tanta multitudine confluxit, ut quae ab indigenis excitata fuerunt circum tuguria, prope ad speciem urbis accederent. Sed non tam numerus audientium, quam docilitas in pretio fuit. Quos errorem dedecuit, traxitique ad partes catholicas fuisse dicuntur ad viginti millia. In regno Tigrensi vestigia remanent celebres et ampliae urbis, quae Aethiopici quondam caput Imperii, sique vulgatae apud eam gentem famae credendum est, Reginae Sabae, cui sacrae litterae nomen fecere, regia ac sedes fuit. Auxumum indigenae vocant. Visitur ibi Templum mole operis structuraque totius Aethiopiae magnificissimum, quod a Candace Regina, quam nominant Acta Apostolorum, extructum prohibent. Huc peregrinationem cum suscepisset P. Thomas Barnetus, aedem abominandis pollutam superstitionibus solemni caeremonia repurgavit, consecratique. Tum aggressus de divina fide pro concione dicere, intra sesquimensem schismaticorum plus quatuor millia gregi catholicis adjunxit. In regno Dambeano P. Didacus de Mathos, praeter haereticorum millia fere quindecim, Ecclesiae conjunxit amitam Imperatoris, feminam genero, opibus, doctrina spectatissimam, quae sacris litteris supra sexum exculta, oblatam hactenus veritatem contumaciter ac superbe repulerat. Et facilis, quod mirere, fuit talis expugnatio feminae. Ei quidam Monachorum insigni mendacio persuaserant, quibus nostri uterentur ad rem divinam azymi formulas, non ex tritico, sed ex cerebro medullisque leporum et camelorum esse compactas. Hinc niveau candorem ducere. Exemit illi errorem Didacus, nonnullis formularum ex simplici simila confectis excoctisque, ipsa inspectante: ac deinde ad omnia docilem et obsequentem habuit. P. Emmanuel de Almeida, qui inter Damotas, ut alibi dictum est, versabatur, excursione una in castra Bucoi Prorogis facta, milites mille et ducentos in album Catholicorum transtulit. E popularibus vero ad octo millia, in sua statione consistens, expugnavit. Sed utilem in primis operam Religiōni navavit in Ganetensi statione P. Ludovicus de Azevedo. Vir senio laboribusque confectus, cum minus jam posset opus evangelicum concursationibus facere, scripto faciebat. Hoc anno ad usum Parochorum, volumen edidit utilitatis eximiae in Symbolum Apostolicum; et librum de Fide orthodoxa, egregium Patriarchae opus, aethiopicè reddidit. Sic isti, sic alii per Aethiopiam distributi Patres, pro suis quisque viribus desudantes, maxima Religiōni incrementa afferebant.

^{98.}
P. Didacus de Mathos ad fidem reducit amitam Imperatoris.

Veruntamen, quod fatendum, tot tantorumque successum laus debebatur ex parte iis Monachorum, quos nostri a schismate revocatos, et in operis societatem adscitos, ad salutarem doctrinam late disseminandam circummittebant. Audiebant isti libentius, quia vernacula sermonis peritiores; et quod paulo ante mordicus defensaverant schisma, plus hortando suadendoque apud schismaticos valebant. Unus, ut de aliis modo taceam, in Provincia Olcaitia, oppida sexaginta cum evangelico ministerio peragravit, et schismaticorum plus septemdecim millia catholicis castris adscriptis. Praeter doctiores Monachos, auxilio vocaverant nostri delectos quosdam ex ordine Sacerdotali viros, quorum exploratori fides atque doctrina. Ex his duo, quod modo unum deesse ad ornamentum resplendens Ecclesiae Aethiopicae videbatur, felices Apostolicae doctrinae satus, non sudore tantum, sed etiam sanguine rigaverunt. Nomen uni Emana-Christus, Tensa-Christus alteri. Excolenda iis obtigerat Segadea Provincia, in parte regni Tigrei occidua. Post animas mille ac trecentas Christo partas, quoddam adiere fanum, ubi schismatici antiquo ritu operabantur. Emendare morem pravum, et rem divinam catholicō ritu facere parantibus, obstitūt Dynastes praepotens, patrem suum in eo Templo conditum dictans, nec passurum se, ubi ille priscam Abissinorum fidem secutus jaceret, novas caeremonias invehi. Simul illis pecuniam offerri jubebat, cum hoc ut abscederent. Animas a se quaeri, non pecuniam,

^{99.}
Fruges collectae a P. Emmanuel de Almeida.

^{100.}
P. Ludovicus de Azevedo libris utilibus edit.

^{101.}
Monachorum opera utitur nostri ad fidem disseminandam.

^{102.}
Duo sacerdotes religionis causa interficiuntur.

responderunt Sacerdotes egregii. Et quoniam templo excludebantur, aram in ejus vestibulo adornarunt, ubi citra tumultum ac seditionem litarent, docerentque populum. Ubi vidit Dynastes improbus, nec minis, nec donis a proposito dimoveri fortissimos viros posse, irrupit noctu in eorum aedes cum famulis armatis, nihilque tam atrox metuentibus contudit nodosis fustibus caput, pectus pugionibus confudit. Sed non impunita illi fuit immanitas. Re cognita, Imperator sacrilegum interfectorum, missis continuo militibus, comprehendi, et ad patibulum rapi jussit. Deprehensus est in ipso fugae molimine, et abductus in castra. Cum jam factor in sceleratum caput securim expediret, invitatus a Patribus, ut in eo saltem extremo discrimine Catholicam amplectetur Fidem, quae una aperire morienti aditum posset ad vitam sempiternam, ille in perfidia contumax, serum esse dixit eam profiteri fidem, cuius odio duo innoxios Sacerdotes mactasset; nulloque edito ad bene sperandum signo, cervices carnifici dedit.

Eiusmodi Presbyterorum, quibus Apostolicum munus, et Paroeciarum administratio tuto committi posset, haud exiguo sibi comparaverat manum ex ipsis indigenis. Patriarcha, hanc curarum suarum gravissimam, ac fere praeципuam putans, ut idoneos rerum sacrarum administros populo daret. Nihil proinde agebat studiosius, quam ut mores Clericorum doctrinamque penitus haberet perspectam. P. Antonius Fernandez libellum aureum consisperat de officio Sacerdotis. Hunc Praesul edixit, ut omnes minoris ordinis Clerici descriptum haberent apud se, mandarentque memoriae, interrogandi scilicet de summis ejus capitibus, nec ad sacros Ordines admovendi, nisi apte respondissent. Sacerdotes praeterea ipsos identidem ad se vocatos interrogabat, in eorum vitam tacite inquirebat, nulli potestatem exercendi Ordinis faciebat, nisi justam rerum divinarum scientiam cum eximia morum integritate conungeret. Super hacc, in omne posterum tempus prospiciens, instituendis ad clericalem militiam adolescentibus erigendum regio sumptu curavit Seminarium, idque prope sedem Patriarchalem, ut semper esset in oculis Praesulis, collocari jussit. Porro hoc primum anno fixa Patriarchae sedes est attributa. Nam hactenus in regiis castris ad Dancazium habitaverat. Deliberanti Imperatori quo potissimum loco eam figeret, placuit prae cunctis Anfrasium, vicus regni Dambeani, qua parte jungitur Gojamensi. Et eo potissimum placuit nomine, quod ex omni parte Aethiopiae facilem haberer accessum. Commendabat locum coeli praecipua salubritas, et fertilitas soli, quod ferme totum olea constitutum erat. Ad hacc, concursus ingens ad celebres ibi nundinas quotannis fieri solitus, et quinque Coenobiorum propinquitas, loci opportunitatem augebant. Hic ergo ad confluentem duorum amnum extructa est in usum Patriarchae domus, pro modo regionis satis magnifica, sumptu faciente Principe. Domui adjuncta Basilica insignis, et ornata spectanda. Excitatum pariter, ut dixi, Seminarium, quod sexaginta statim pueri, partim ex Abissinorum, partim ex Lusitanorum delecti familiis impleverunt. Aedibus Episcopalibus imminebat magnae altitudinis collis (rupem verius dixeris), non clementer assurgens, sed ab imo subrectus, abruptusque, et tamquam ferro circumsectus. Eo difficultius ascensus erat; sed in summo jugo lata planities porrigebatur, riguo solo, et frugifero. Collem Imperator, una cum circumposito agro, Patriarchis in perpetuum attribuit, tum ut ex praepinguibus ejus arvi glebis proventum idoneum compararent sibi, tum etiam ut param habenter receptum, si quando ingrueret bellum, aut rursum haeretici turbas in re publica commoverent.

Proxima his cura fuit multiplicare Societatis domicilia, eaque aptis per Aethiopiam locis disponere, ut extarent Religionis totidem velut propugnacula contra schismaticos. Stationes octo numerabat Societas ante Patriarchae adventum. Additae hoc medio tempore aliae quatuor. Primam in ipsa Gorgorana peninsula, quam lacus Dambeanus facit, non mediocri sumpta erexit Imperator. Adjunxit praeclari operis Templum, cuius visendi studio ex remotioribus quoque partibus multi veniebant. Erat enim concameratum pulchre, et ad omnes Architecturae regulas exactum. Aedificium curaverat Fr. Joannes Martinus, ejus artis peritissimus. Statio altera in interiore Gojamae regno condita est, ad montem

Tom. II.

17

103.
*Intersector
supplicio affici-
tur, moriturque
in schismate.*

104.
*Curae Patriar-
chae circa mores
et doctrinam
clericorum.*

105.
*Sedes fixa tri-
butur Patriar-
chae.*

106.
*Quatuor deho-
ro stationes col-
locantur in Aethiopia.*

Nabessaeum. Exstabant ibi rudera Templi perquam magnifici ac sumptuosí, quod ante annos centum, accitis usque ab Aegypto artificibus, structum ab Helena Davidis Imperatoris avia, postmodum Adelenses Mauri, cum Aethiopiam omni belli clade vastarent, incenderant. Hunc locum Sociorum ministeriis peropportunum arbitratus P. Brunus a S. Cruce, ex ipsis ruderibus Domum Aedemque sacram excitavit. Totum quin etiam aedificium munimentis quadrato lapide confectis protexit, ad arcenos Galas, qui saepe, superato Nilo, regionem excursionibus infestabant. Pecuniam huic quoque constabiliendae stationi Imperator dedit. Tertiam inter Damotas constituit, quem saepe nominavi, Bucous, vir eximie catholicus, amicus Patrum, ejusque Regni administrator. Atque cam quidem inchoaverat Gabramae, ut in oppido frequenti et magnae celebritatis; sed deinde reputans, patere id oppidum incursionibus Agarum, coeptum Gabramae opus perfecit Lignegi, quod oppidum longius distabat a Barbaris. Quartam denique stationem, in Regno Gojamensi positam, Proregi Cela-Christo debuimus. Mons erat natura ipsa permunitus, a Nabessaco distans iter bidui. Adaxam indigenae vocabant. Cacumen in amplam fundebatur planitiem, ad quam aditus non nisi per duas fauces angustissimas patet. Ibi solebant Gojamenses Proreges, propter opportunitatem loci, hyberna militum collocare. Cela-Christus domum Societatis collocare maluit. Quod tamen consilium, ne quid dissimulem, agre probavit Imperator, veritus, ne, si eum semel insedissent Lusitani montem, arcem sibi struerent, ea que velut fraeno totum continent Regnum. Quatuor, quas recensui, stationibus quintam addere moliebatur P. Emmanuel Barradius in regno Tigre, et jam locum elegerat Debaroae, quod oppidum est medio ferme itinere inter Fremonam, et Mazuam. Placebat hacc sedes Patribus, cum alias ob causas, tum ob eam maxime, quod facilis inde fieret hominum ac litterarum commeatus in Indiam. Et oppidanis praeterea, quos Barradius catholicos ad unum omnes fecerat, dominium Societatis percupiebant. Sed cum Debaroae soleret degere Praefectus maris (Barnagazium appellant) videlicet magistratus qui tota ora maritima commercio ac bello praestet; accidit perincommode, praefecturam ut obtineret hoc tempore Tecla-Georgius, Imperatoris gener, occultus haereticorum patronus. Is, ut negotium interverteret, graves suspiciones injicit Principi. Non Patribus dominium, sed arcem Lusitanis queri scilicet. Recepit intra oppidum Patribus, subituras ex India bellicas naves, militem facili negotio exposituras. Ubi vero locum occupaverint armatae cohortes, eas haud facile dejectum iri. Quibus ministri ac generi sui vocibus permotus Imperator, ne quid Debaroae aedificaretur vetuit.

^{107.}
Quintam mo-
liuntur nostri,
sed conatu ir-
rito.

^{108.}
Corpus An-
dreæ de Oviedo
in tumulum de-
centiorem trans-
fertur.

^{109.}
Idem honor
habetur corpori
P. Francisci de
Angelis.

Tot de novo conditis in usum Patrum domiciliis, fuit qui etiam ossibus Andreæ de Oviedo, viri ac Patriarchæ sanctissimi, tumulum decentiorem providit. Fremonæ jacebant in aedicula, seu verius casa, nullo externi apparatus splendore, nisi quod ad sepulcrum crebris illustratum miraculis multi conveniebant, alii ut beneficia flagitarent, alii ut pro acceptis vota persolverent. Id reputans vir nobilis et eximie pius, Aptæ-Jesus, ut Antistiti insigniter de Aethiopia merito honorem debitum conciliaret, Aedem excitavit ex lapide, pro loco magnificam. In Aede tumulum opere eleganti struxit. Atque ubi praestituta illuxit dies, supplicatione indicta, rebusque omnibus comparatis, Venerabilis viri corpus cum quanta potuit maxima celebritate ac pompa novum in tumulum deportatum est. Idem honor Colelac est habitus P. Francisco de Angelis, cuius ante quinque annos obitum virtutesque memoravimus. Aedem sacram in honorem B. P. Ignatii extruxerat Prorex Gojamensis Cela-Christus, atque ipsa Ignatii die anniversaria dedicandam curaverat. Postridie ejus diei corpus Apostolici viri, cuius laboribus industriaeque magna pars maturescens hodie frugis debebatur, novam in Aedem exportari placuit. Neque vero impetrari potuit, ut magis ex modestia Societatis ea res fieret, quam ex desiderio populi, suum illum olim Doctorem patremque amantissimum grata recordatione prosequentis. Pompam funebrem ipse Prorex, tum Regni omnes Proceres, omnium denique civitatum Magistratus, cum accensis singuli facibus sarcophagum assectantes, deduxere. Affuit populi multitudo infinita. Atque ubi, peractis rite supremorum solemnibus, tumulo condi-

coepit corpus, tanta omnium coorta est comploratio, ut agnosceres quanti eum viventem praesentemque fecissent virum, quem tam multo ante sublatum ita lugerent.

Has inter lacrymas Operarium alterum in primis utilem ager Aethiopicus consideravit, P. Emmanuele Lameiram. Annos viginti in India, tres in aethiopica Missione vir egregius confecerat, illic Ethnicis, hic Schismaticis expugnandis multa cum laude exercitatus. Dum porro pergit institutum exequi, et ampliora sperare jubet in posterum florens ipsius aetas, (annum quinquagesimum octavum non supererabat) laetam spem obitus immaturus praecedit. Alio per idem tempus capite minutus est numerus Sociorum in Aethiopia, siquidem P. Thomas Barnetus, cuius supra est facta mentio, ita censemte Antonio Fernandio, Societatis aethiopicae Moderatore, in Indiam fuit remissus. Remittendi hominis, caetera impigri laboriosique, et magnis in rei catholicam meritis, non una causa fuit. Principio cum statuisset Imperator legare Romanum cum magno nobilium comitatu fratris sui filium, ut Urbano Pontifici obsequium et obedientiam deferret suo nomine (successu caruit, aliis ex aliis suborientibus impedimentis, haec legatio), visum praemitti Goam oporteret virum industrium, qui ea de re ageret cum Prore Indiae, nempe ut is legationem adjutaret navibus, atque in Europam tuto devehendam curaret. Agendum deinde erat cum regis in India Ministris de augendis pecuniarum subsidiis, quae pro aethiopica Missione ex Regis aerario pendebantur. Nisi enim augerentur, aegre sustentari poterat ipsa Missio, quod erant nunc in Aethiopia Socii quadruplo plures, quam initio fuissent. Porro hujusmodi de procuratio nemini potius committenda videbatur, quam Barneto, viro eloquentia, dexteritateque sermonis multum valenti, et inopiae, qua Patres in Aethiopia premebantur, experientissimo. Postremo, ne quiddam omnium praeteream, etsi Barnetus Apostolico ministerio cum laude fungebatur, tamen ut erat ingenio asperior, et suo iudicio plus aequo tribuere videbatur, metuebat Fernandius, ne ipsius vito laxaretur aliquando inter Socios complices illa animorum, de qua scribens ad Mutium ipsem Patriarcha, se, ajebat, *Patresque suam excolentes Dioecesis, tanta voluntatum sententiarumque consensione vivere, ut omnium unum esset cor, et anima una: nec vero in aedificio illius mystici templi malleum, aut securim audiri ullius vel discordiae, vel offendit.* Atque hac potissimum causa, quantum assequi conjectura possum, Barnetus, vir caeteroqui laudabilis, per speciem honoris renavigare Goam est jussus.

Rebus ita fluentibus in Aethiopia, etiam apud Madurenses prospero successu Religio propagabatur. Instabant operi Patres Societatis, atque omnium maxime Robertus Nobilius, et Antonius Vicus, par hominum insigne, quorum saepe alibi facta mentio. Eos cum vidisset anno superiori P. Antonius Rubinus, ad Regiam Madurensem e Tutucurinense Collegio profectus, scribebat ad Mutium, fidem exceedere quae pro salute animarum tales agerent ac paterent viri. Aptum cum primis agendi ratione, et mira quadam ad Ethnicos subiiciendos arte Nobilius utebatur. Non idola Gentis insectari statim solebat. Non comburi eorum statuas, non aboleri profanos ritus, non proiici tesseras superstitiones jubebat. Tantum explicabat initio summi verique Numinis naturam ac dotes, idque ea verborum gravitate ac vi, ut ipsi per se conficerent auditores, non ergo plures inveniri Deos posse, multo minus divinos deberi honores iis, quorum multa ferrentur vel insipienter, vel nequierer, vel impudice facta. Cum id semel evicerat (et facile evincebat ab hominibus docilius et sequacis ingenii), tum enimvero contra falsos, quos illi colerent, Deos intendebat vocem, impetrabatque nullo negotio, ut inanis incenderent eorum formas, abiicerent impuros ritus, insignia superstitionis deponerent. Nimirum, ut olim Arca Foederis Dagonem sola majestatis suea praesentia prostravit, communiquete, ita cultum Idolorum, ajebat, percepta tantum unius veri ac summi Dei specie, dispergi. Hujus utilitatem consilio usu ipso, et experientia didicerat. Narravit aliquando ipsi pius Neophytus, si audisset ab initio Idolis aperte maledicentem, vetantemque eorum gestari tesseras et insignia, futurum haud dubie fuisse ut iratus abscederet, nec amplius de-

110.
Obitus et Elo-
gium P. Emma-
nueli Lameiras.

111.
P. Thomas
Barnetus remit-
titur in Indianam,
et quare.

112.
RES MALABA-
RICAE
P. Nobili inter
Madurenses.

113.
Novam statio-
nem Tirichali-
pali Nobilis fi-
git.

114.
Decorinatur ex-
peditione in Cata-
ja.

115.
Mittuntur in
eam PP. Sie-
phanus Cacella
et Jo. Caprals.

116.
Patrum irri-
tus labor in re-
gns Cambira-
ensi et Urani-
ensi.

Religione disputanti aures daret. Tanq̄ refert, ad persuadendam Idololatrias doctrinam Christi, quo quaeque ordine proponantur! Quo deinde latius divina Religio funderetur, certa subinde Nobilis loca, quae viderentur opportuniora, fixis Sociorum stationibus occupabat. Stationes hujus generis duas jam collocaverat, ut suo loco tradidimus, inter Madurenses, Chilani unam, alteram Chandemangali. Tertiā hoc anno addidit Tirichalipali, quam in urbem Rex, sive, ut illi loquuntur, Naiches, hanc ita pridem transtulerat Regiam. Huc cum venisset Nobilis, multosque Neophytorum invenisset aulam secutos, iis primo sacra ministrare coepit. Tum aggressus apud Ethnicos verba facere de Religione, facili negotio persuasit pluribus, ut Christiani fierent. Jam ergo sentiens semen divini verbi cadere in terram bonam, sedem ibi stabilem sibi sociisque ponere statuit. Contra Europaeum doctorem coorti sunt Pandarae, gentis sacrificuli, viresque omnes ac machinas ad eum extrudendum adhibuerunt. Verum ipse, Regis patrocinio, multorumque e Proceribus favore tectus, locum non deseruit.

Pr̄fepositum interea Provinciae Malabaricae Albertum Laërtium urgebat assiduis ab Urbe litteris Mutius, Socios ut mitteret in mediterranea Asiae, atque in Catajam nominatim, notissimam majoris Scythiae plagam, sed adhuc auditione ac fama quam re notiorem. Jussa facere, propter locorum imperitiam, cunctabatur Laërtius: cum opportune Coccinum adeucti ex interiore Asia negotiatores, haec nostris percunctantibus retulerunt. Ultra montes, qui ditionem Mogolicam finiunt a septemtrionibus, regionem amplam diffundi, Thibeto conterminam. Quo designaretur nomine, ignorare se; minime vero dubitare, quin pars ea esset Catajæ. Quod tamen cunque nomen regionis esset, mitissimi quidem certe ingenii esse incolas, hospitales, urbanos: eosdem in colendis religionibus prope Christianos accedere. Nuncio nec opinato Laërtius erectus in spem reperiundae aliquando tandem regionis tandiu frustra quaesitæ, per eamque disseminandæ Evangelii, duos ad se vocat ingentis animi Patres, Stephanum Cacellam, et Joannem Capralem: iis de expeditione in Catajam suscipienda exponit. Patres, nullum refugere pro divina gloria labore periculumve soliti, oblatam provinciam cum magno assensu exceperunt. Nec ita multo post, uno assumpto comite regionem perito, viam longam ac difficillimam ingrediantur. Post infinita itinerum ac latrociniorum pericula, quae recensere longum esset, superatis tandem abruptis Caucasi jugis, septimo quam discesserant mense, in apertam planitatem devenerunt; cumque regioni congruere viderentur quae mercatores nunciaverant, ibi constiterunt. At Catajæ nec nomen indigenæ norant. Cambirasim hunc terræ tractum vocabant, quod unum est e pluribus Regnis, quae Mogorem inter et Sinas obtinent Tartari. Ad ejus plagam occiduum situm est Thibetum, de quo alibi scripsimus. Patres, errore cogniti, etsi sua opinione decepti, ne tamen frustra esset tam longa peregrinatio, nuncios de adventu suo ad Regem Cambirasensem miserunt. Rex vocatos in Regiam, et benigne supra quam sperarent exceptos, hortatur, laeto erectoque sint animo. Velle se, velle populum cognoscere, quae de cultu veri Numinis tam peregre afferrent. Dent interea operam addiscendae regionis linguae: post nihil futurum morae, quominus et novam explicare doctrinam possent, et cupidissime audiuntur. Fecerunt illi quod fuerant jussi menses continenter septem. Et jam, industriam acuente spe, quae maxima ostendebatur, nonnullam ejus linguae facultatem erant adepti, parabantque dare se in publicum: cum audiunt, alia omnia Regem quam novas religiones velle. Peregrinas eum merces quaerere ab extraneis, non vitæ leges, non doctrinam. Pari mentis habitu populum universum esse. Patres nihilominus ad opus aggressi, inanitatem regnantium ibi superstitionum popularibus demonstrare, iis tum privatim, tum publice, divinae fidei lumen ingerere. Sed cum docentes audiret nemo, re ad extremum penitus desperata, solum divinae sementi contumax deseruerunt, et in finitimum regnum Urangiese transierunt. Neque hic tamen quidquam profectum, seu quod incolae Christianum aversabantur nōmen, seu quod unice curis augendae rei distenti, Religionem in postremis habebant. Ut cumque esset, his rebus Coccini nunciatis, Laërtius, qui Provinciam Malabaricam

pene exhaustam, partim funeribus, partim expeditionibus Sociorum cerneret, doloreretur, relicta ea Missione Patribus Provinciae Goanae, Cacellam et Capralem, manipulis illos quidem vacuos, sed tamen ingenti ausu commendatos, ad se revocavit.

Hoc medio tempore gravissimum vitae discrimen Laërtius adierat, certissime periturus, nisi allata divinitus ope conservatus fuisset. Coulano egressus, Malabaricam legebat oram inermi oneraria, pone sequens regiam Lusitanorum classem. Vehabant una Patres Franciscus Gonzales, et Emmanuel Silveira, cum rei domesticae adjutore Fr. Vincenio Carruba, Praepositi Provincialis socio. Cum satis commode navigassent aliquandiu, coorta subito procella, inhorruit mare sic, ut oneraria, non solum ab regia classe longo intervallo disjuncta, sed fracto vi tempestatis gubernaculo, dum istud reficitur, coacta fuerit immorari in anchoris, suum interea cursum tenentibus bellicis navibus. Haec eminus consipiciati Piratae Mahometani, qui forte post tergum projectae rupis latebant, captata occasione, prosiliunt repente ex insidiis cum armato parone, factoque remis incitatis impetu, destitutam bellicarum praesidio navim impune intercipiunt. Soli in ea reperti sunt homines nostri. Vectores enim caeteri nautaeque, ad primum hostium irruentium conspicuti, ejecerant se in mare, et in littus proximum enataverant. Idem effugium in communis trepidatione tentaverat P. Silveira, utque erat nandi peritus, feliciter evadet. Sed ad multos passus progresso subiit miseratione Praepositi sui Laërtii, qui praeter quam annis gravis, dolore calculi afflictus jacebat in ima navi; eique ut ferret opem, seu potius ut comes periculorum ac mortis esset, reflexit ultro sese, totumque remensus spatium quod nando confecerat, navigio jam a barbaris capto se restituit. Quo facto, omnes ac soli ex omni comitatu nostri in hostium potestatem venerunt. Iam supervacaneum sit dicere, quanta non dicam asperitate, sed inhumanitate verius atque inconstitutio, captivos Religiosos, eoque nomine odiosissimos, exercendos suscepserint latrones impii, hac etiam re efferati, quod ex lauta hominum praeda, quam prope in manibus habuissent, quatuor solummodo relicta sibi cernerent capita. Deliberatum erat Archipiratae cervices omnibus frangere, faciebatque haud dubie, nisi monitus a sodalibus, magno utique pretio redemptum iri homines ejus Ordinis, qui esset omnium opinione ditissimus, crudelitatem avaritia superans, consilium mutasset. Eos ita servavit tamen, ut tantum non occideret. Adeo nullum est citra mortem genus aerumnarum, cui non eosdem subjecerit. Plures continentur dies huc illucque erravit navis piratica; totoque hoc temporis spatio nostri, sub dio positi, seminudi, catena vincti, fame propemodum enecti, hiemem frigidissimam, et effusum quandoque imbrex excipere coacti sunt. Saepe etiam verberibus, alisque indignitatibus appetiti, ut mirum sit, homines talium inexpertos, Laërtium praesertim, ea acetate virum, et tam incommoda valitudine, tot superesse incommodis potuisse. Verum haec leviora. Post longam per ea maria circuitionem, evaserant ad ostia Pananis fluminis. Navarchis in ea statione consistentibus edicitur, Regem Calecutanum, cuius esset ille portus, praedae parte exposcere. Denunciationem adeo insolenter accepserunt avari Piratae, ut quamvis saeviret tempestas vehemens, sectis continuo anchoralibus, navim in altum expulerint, citius perituri scilicet, quam ut vel numnum solverent Regi. Patres, qui se certum in naufragium actos viderent, comprecari suppliciter Deum, piacularum inter se confessionem peragere. Vix ad duo processerant passuum millia, cum eversa est navis, vectores in undas effusi. Gonzalam cito fluctus absorbut. Fr. Carruba satis feliciter natabat; sed conantem trahere ad se Laërtii scriniolum, quod unus Piratarum prae se agebat, is calcu capituli impacto sub aquas detrusit. Silveira ad natandum habilis, perruptis magna lacertorum vi undis intercursantibus, tabulam arripuerat fluitantem, eique haerebat. Tabulam candem, quod mirum, arripuit Laërtius, licet natandi omnino rufus, et senio morboque debilitatus. Dein ambo, quantum connoti manibus pedibusque poterant, ad littus tendere. At nimis multum aberant, et eos impetus refluxus Oceani repellebat. Itaque jactabantur huc illuc nulla salutis spe, nunc in insanis

^{117.}
P. Laërtius
Provincialis ea-
pitur a Piratis
Mahometanis.

^{118.}
Socii unius
eximia charitas
erga ipsum.

^{119.}
Patrum in-
credibiles acru-
mnae ab impiis
Piratis.

^{120.}
Facto naufra-
gio, duo fluctu-
bus absorbentur.

^{121.}
P. Laërtius et
Emmanuel
Silveira Xaverio
invocato servan-
tur incolumes.

undarum moles elati, nunc dejecti in profundos gurgites, semper fluctibus ex omni parte contusi. Octo ipsas horas in tam praesentis mortis discrimine persistere, tabula numquam dimissa; donec Silveira, magnum Xaverium Indiarum Apostolum auxilio vocans, vovit, si terram ambo incolumes attigissent, iturum se supplicem ad ejus Aedem Cotatrensem toto illo tractu percelebrem. Ecce autem, mirum dictu! vis concepto voto, occurrit opportune navicula, quam agebant remiges robustissimi, subsidio venientes naufragis; eaque Patres excepti, ad Pananis ostium, unde solverant, reportantur. Res ipsiis Ethniciis visa miraculo similis, eoque magis, quod postea compertum est Piratas viginti octo, quamvis viribus valentissimos, et ab ipsa infanta pelago innutritos, nando periisse omnes ad unum. Expositos in terram Patres aliae saeviores molestiae exceperunt. Eos enim Calecutanus Rex, obtendens belli jus, quod sibi cum Lusitanis esset, retinuit aliquandiu inter captivos. Sed pretio demum persoluto, vinculis exempti fuerunt, et in Provinciam sospites redierunt.

^{122.}
RES JAPONIAE.
Rex Arimensi-
sis Christianos
deinde insecta-
tur.

Per haec in Japonia, sublati brevi tempore plerisque Sacerdotibus, et adhuc Imperatore ad Religionem penitus abolendam intento, Christiana res labare vehementer inclinarique coepit. Inventi quidem heroes, qui vitam inter acerbissimos cruciatus profundere maluerunt, quam obligatam Deo fidem fallere, sed multo plures terrore victi prostrati sunt. Illorum numerus, censu facto, ad centum et octo excessit. Istorum nemo iniit summam, sed fuisse quam plurimos plus nimio constat. Nos illustriora quaedam priorum exempla ad specimen referemus. Nullibi desaevitum atrocius, quam in Regno Arimensi, eo videbilet in Regno, ubi Matauntra Bungodonus imperitabat, vir antea Christianus non iniquus, vel amicus potius. Hunc Imperator regno et vita spoliare decreverat, quod anno praeterito plurimi fuissent in ejus terris Sacerdotes Christianorum inventi. Fulmen jam prope libratum in suum caput infelix Regulus vix tandem amicorum opibus, et deprecatione declinavit; hac tamen declinavit lege, ut emenaret delictum. Quod ille se facturum recipiens, immane concepit odium, tum contra Christianorum sacerdotes, tum contra Christianos universe omnes, statuitque omnia in posterum experiri, ne quod in sua Provincia vestigium ejus nominis resideret. Hoc animo ab urbe regia Yeddo reversus Ximabaram, non solum veteres suppliciorum formas maxime horribiles et inhumanas instauravit, verum etiam novis excogitatis superare studuit, conspirantibus in idem Regni administris, sive assentandi studio, seu quod illos par odium et furor contra Christianos incendebat. Placuit in primis sibi de crudeli quodam invento suo, quo ignominiae dolor iungebatur. Eam vocem *Christianus* inuri jubebat candente ferro Christianorum ori. Comparata fuerant in hunc usum tria ferramenta. Unum primas quinque litteras in fronte signabat forma grandiori, ita ut frontem totam occuparent. Alterum tres medias vocabuli ejusdem litteras imprimebat uni genae, tertium alteri genae reliquas. His characteribus, non, ut ipse putabat, dishonestati, sed insigniti sunt bene multi, viri pariter ac mulieres, perque omnes Regni fines ad terrorem circumducti. In quo spectaculo unam maxime dolebant rem beati pugiles, quod cum incidere cogerentur a lateribus ac deorsum nudi, procacis populi impuris obtutibus, et lascivis scommatis feriebantur. Institutum pariter ut Christianorum corpora admotis torquentur facibus, membraque semiustulata, eoque paulatim sanie ac tabo fluentia, vermis depascenda relinquenterunt. Hoc tormenti generu cruciatus est, praeter alios, quidam Reguli ephibus, praestanti forma, praestantiori virtute adolescens, neque tamen a constantia dimotus. Ei ambusta cum fuisse ardentis titione facies, putrefactae sunt foedo ulcere nares atque oculi adeo deformem in modum, ut indignitatem ipsimet exhorrescerent ac miserarentur Ethnici. Sed nullo humanitatis sensu tangebatur immitis Regulus, et usque usque saevire pergebat. Quibusdam digitorum articulos, in quibus doloris sensus est acerrimus, concerpi jubebat, interjecto de industria temporis spatio, ne dolore dolor opprimetur ac languesceret. Adhibebant saevi tortores ad hanc lanianam cudentes forfices, ut, immisso inter digitorum commissuras et nervulos igne, fieret poena crudelior. Eluxit in tam horrendo

^{133.}
Verio tormento
torum genera-
tum coexcogitata.

cruiciatu multorum patientia, maxime vero Alexii cuiusdam, lectissimi adolescentis, cui cum digiti omnes singillatim truncarentur, ne una quidem vocula doloris index, aut gemitus excidit. Ad haec, pueris interdum ac feminis includebantur pedes inter duo ligna arcete compressa, et adhibitis machinis ergatisque obterebantur. Cogebantur alii corpora transmittere per angustum ostiolum. Stabant ex adverso carnifex robustissimi, atque ubi vi summa collum humerumve produxerant, fustibus certatum saeviebant, suffringebant crura, membra omnia dirum in modum communiebant. Sed quaedam paulo distinctius videamus.

Suos Japonia Laurentios non desideravit. Beato sane Levitae similes, et generne supplicii et constantia, Neophyti duo fuerunt, Thomas Soxinus, ejusque filius Joannes, Fucal, quod oppidum tribus tantum milibus distat Ximabara, capti quia Christiani, eoque nomine rapti ad tribunal Reguli. Sollicitati blandis primum verbis, deinde minis, ut nomen inscriberent corum indici, qui a Christo defecrant, cum omnia incassum cederent, ventum est ad tormenta. Ingens parata fuerat e ferro crates, subiectis prunis ardens. Huic Thomas insternitur, senex annorum septuaginta, nudato prius corpore. Duo lictores, alter manus, pedes alter corripiunt, non ut inhibeant fugam, nihil enim minus quam fugam cogitabat senex, sed ut commodius vivum spirantemque torreant. Versabant nudos artus modo in hanc, modo in illam partem: jam pronum, jam supinum sternebant. Cum arderet totus fumantis more titonis, nec tamen vocem ullam querulam aut gemitum ederet, Joannes filius, qui paterni supplicii spectator ac testis aderat, gesticbat ad cari parentis latus emori. Non diu pulchro frustratus est voto. Amovetur semianimis pater, imponitur craticulae adolescentis, nescias majori ne hujus gaudio, an illius dolore. Augent focum saevi tortores, susflant ignem languidum, quem adeps liquatus et stillatim decidens pene restinxerat. Volutatus in omnem partem Joannes, et jam torridus, educitur e craticula, cum adeo flammea ima in praecordia pervaserant, ut mixtas fumo favillas ore spiraret. Ea species nihil mansuefecit immitem Regulum. Furit bellua, ac sentiens non posse homines ita ustulatos, atque aegre jam animam reciprocantes, superesse diu, festinal alios, dum vita suppetebat, cruciatu addere. Rescindi illis aures, amputari digitos, frontem probroso notari stigmate, si qua pars in corpore superesset poenae recentis patiens, canum crudeliter lacerari jubet. Postremo vivos adhuc et spirantes in mare demerit. Quae dum nihil mitius quam imperata fuerant agebantur, multi adstantium Christianorum exterriti, candem subire aleam recusantes, misere defecerunt. Veruntamen unus animi robustioris, procedens incredibili audacia in conspectum Reguli, liberrima voce contestatus est, daturum se citius pellem, Divi Bartholomaei, cuius cerebat nomen, exemplo, quam ut Christi fidem exueret. Quem ita loquentem Regulus, immanni elatus iracundia, invasit ipsumet canna Indica crassiore, quam forte habebat prae manibus, ac tamdiu, tam atrociter cecidit, ut humi stratum reliquerit seminecem, animo tamen erectum adhuc, et mori pro Christo gestientem.

Sed nullius aequa spectata est fortitudo, ac Pauli illius Uciborii, viri inter Ximabarenses locupletissimi, quem beatae necis appetentissimum, de eaque tanquam sibi debita apud Judices contendentem, demonstravimus libro proximo. Haeserat per annum integrum in carcere cum uxore, ac tribus liberis. Eductus inde Februario mense excunte, una cum aliis tringita quatuor Christianis, defertur ad arcem mari imminentem, tanquam ad theatrum, ubi omnis expromenda saevities, et quaedam crudelitatis exhibenda tragœdia erat. Primi in scenam prodiere tres ejus liberi, ornatissimi adolescentes, et priscis illis Machabaeis, non numero, sed virtute et constantia merito comparandi. Singulis jussu Tyranni amputandi erant digitii. Porrigente manus ambas Antonio (erat is fratum natu maximus), quaesivit a patre Gubernator arcis, quot praecidi digitos illi vellet? Id sua nihil referre, respondit Paulus. Ageret pro arbitrio. Quidquid collibitum ipsi foret, perinde futurum sibi. Gubernator tres ex unaquaque manu evelli digitos jussit. Evulsi sunt, non uno tamen singuli ictu, quod erat mitius, sed articulatum. Nempe, ut articulis tribus constant digitii, ter unusquisque excarnificatus

^{124.}
Cruciatu S.
Laurentii reno-
vatur in duobus
Christianis.

^{125.}
Bartholomaci
cuiusdam mira
fortitudo.

^{126.}
Paulus Ucibo-
rius filiorum la-
nienam intrep-
dus spectat.

sectusque est, idque lente, ac per intervalla, ut esset poena in uno supplicio multiplex et acerbior. In tam diro cruciatu, tam longo, non vultum, non colorem mutavit fortissimus adolescentis, cui Deus tantum in corde, et coelum ante oculos. Eandem laniationem eodem tuit animo frater minor, ipsis mirantibus, ac pene commiserantibus carnificinae ministris. Ventum erat ad minimum. Nomen huic Ignatio, actas annorum quinque. Non coactus, ac ne rogatus quidem, obtulit puer manum. Digitulum unum cum secuisset carnifex, ipse stillantem sanguinem sustulit alia manu, adinvovit oculis, respergit hilari ac reincidente ore, ut pueri solent sua crepundia. Tum alios similiter digitos cruento cultro praecidendos obtulit. Spectabat Paulus Uciborius pater; et quamquam in filiorum corpore gravius tortus, quam si cruciaretur in suo, stetit immotus, et lacrymam nullam fudit. At lacrymis et vocis non perpercit populus. Multi crudeliter aversati, indignatione libera frementes recesserunt. Neque hic tam barbare tragoediae finis. Duabus imponuntur naviculis, et longius a littore deportantur, quos huc adductos dicebam, Christiani triginta quinque numero. Atque ubi constiterunt in alto naves, torquendis tentandisque singulis initium fit. Spoliati ad nudum vestitus, revincti manus et pedes, in aquam hyberno saevam frigore demittebantur per funem. Educebantur postmodum, tum ut respirarent, tum etiam ut responderent, an non mallent aliquando, ejurato Christo, vivere? Mersi hoc modo eductique sunt omnes iterum atque iterum. Cum nemo expugnaretur, delecti ex iis quindecim, appenso ad collum molaris, deiiciuntur in mare. Fuit in hoc numero, quem supra nominavi, puer quinquennis Ignatius, ac miranda plane accidit ejus constantia. Ter demersus fuerat salo, cumque obrigesceret totus, et aegre animam spiraret, Jesum nihilominus et Mariam moribundo ore invocabat. Puis esferati vocibus lictores, corripiunt semianimum, et ad navis malum transverso corpusculo sublimem colligant, ut urente frigore conficeretur. Horae spatio evoluto, vivebat adhuc, et Jesu ac Mariae nomina ut prius ingeminabat. Quod carnifices inhumani impotenter ferentes, cum denique in mare proiecserunt. Restabant Christiani viginti, ac prae caeteris Paulus Uciborius. His prorogari tantisper vitam, seu potius longiore parari mortem placuit, ut haberent spatium mutandi consilii. Reductis itaque in littus, eadem die reciduntur digiti, frons crudeli stigmate notatur. Dein imposita a tergo inscriptione, quae reos Christianae religionis declarabat, vetabatque ne quis illos tecto, victu, aut alia quavis ope adjutaret, dimittuntur. Quod factum eo consilio, ut palantibus iis, et existantes suppliciorum notas circumferentibus, terror latius spargeretur. At secus accidit. Exclusi domibus beati pugiles, errare conspecti sunt ad urbis Ximabarae portas, tetro squallore obsiti, tabo ac sanguine diffuentes, egeni omnium rerum, laeti atque hilares tamen, ac sua sorte contenti. Audit etiam, et maxime Uciborius, cum nihilo segniss Christi nomen et cultum praedicarent. Ea vero specie adeo non sunt coerciti Christiani caeteri, ut imo tam illustribus patientiae documentis, quae in tot heroum corporibus conspiciebantur, erecti magnopere confirmatique fuerint plerique, et inusitatam alacritatem conceperint. Hoc magis Tyrannus furere, desperare, disrumpi. Capi iterum jubet homines, raptosque in carcere, novo quodam, et post hominum memoriam inaudito supplicii genere tentare statuit.

^{127.}
Christiani
quindecim in
mare deliciun-
tur.

^{128.}
Quinquennis
pueri fortitudo
singularis.

^{129.}
Viginti alii
crudeliter tor-
quentur, sed fra-
stra.

^{130.}
De aqua but-
tientibus Unigeni-
montis.

Est in regno Arimensi, qua parte spectat ad orientem solem, mons in immensam eductus altitudinem, omni ex parte praeruptus. Unigenum indigenae vocant. In summo jugo, quo non nisi per angustos calles est iter, tres quatuorve se tollunt sublimes vertices, quasi totidem montes parvuli e grandiore nati. Quod his interjacet soli, in plures et horrendas aperitur voragini, sulphureis aquis cum horrisono stridore bullientes; si tamen aquae dici possunt, ac non potius tetra cinerum ac liquidi sulphuris colluvies. Ora Tartarea vulgo appellant. Et congruit nomen, cum ardori bituminosi gurgitis, tum etiam graveolentiae. Prorumpt enim ater fumus, qui mephitum intolerandam exhalat. Ignes vero subterranei foententes undas incidunt ardore tanto, ut carni vel leviter aspersae, totam momento exurant. Nondum quisquam in Japonia Tyrannus ad plectendos

homines vel sceleratissimos aquas ejusmodi adhibuerat, quantumvis tota gens atrox in expetendis poenis et saeva sit. Primus, post exhaustas frustra reliquas nocendi artes, adhibere instituit Bungodonus contra Christianos, ejusque atrox inventum deinde in morem abiit. Huc igitur Christiani illi viginti, de quibus modo dicebam, jussu Reguli deportantur. Constituti in ipsa voraginum crepidine viri fortissimi, earum vastam altitudinem despere oculis minime caligantibus, neque tartari fauces, sed coeli ostia reputarunt. Unus erat e felici agmine Ludovicus Zinzaburus, vir quidem illo pio fervens ardore, sed nullius excultus litteris. Is ad primum Centurionis nutum, vel ignorantia legis, vel instinctu superiori, insiliū ultiro, deditque se in sulphureum barathrum praecipitem. Caeteros, idem haud cunctanter facturos, tenuit Paulus Uciborius, quippe divini juris scientior, et expectare dum impellerentur, admonuit. At citius quam vellet Regulus, nec quanta vellet sua voluntate, crudelis tragocedia cludebatur, si uno singuli deiicerentur impulsu. Ut totam supplicii acerbitudinem guttatum sorberent quodammodo viri fortissimi, longiorem, iniri viam jussit, quae fuit hujusmodi. Corripiebant a lictoribus, ac ducto circa pectus fune incineti, infundebantur paulatim in stagna ardentia, donec excoxi tostique exquirerent. Quod ubi evenerat, cadavera in imum demittebantur. Ita ad unum omnes fortiter periere. Extremo mersus est loco Uciborius, et inverso quidem capite, quia caeteros animare ad constantiam numquam cessaverat. Incidit istorum beata mors pridie Cal. Martias, quarta post die quam alii quindecim eorum comites fuerant, ut dicebam, projecti in mare. Noctibus consecutis, tum supra illum maris tractum, tum hic in Ungeno monte, conspectas perhibent faces mirabiliter coruscantes, quae sibi invicem ex utroque occurrentes loco, coibant in unum maximumque splendorem, ac circum omnia collustrabant. Addunt, ostenti spectatores ac testes fuisse mulitos, atque ipsum Regulum, et expavisse.

Sed quidquid id fuerit, de quo nihil pro certo constituo, saevire quidem certe Regulus inhumanus non desiit. Quin multum sibi placens, quod dignum ingenio et crudelitate sua supplicium aliquando excogitasset, circa Idus Maii ferentibus Ungeni aquis addixit alios Christianos decem; qui tamen, ut facile est inventis addere, exquisitiore quadam modo, multo scilicet lentiore cruciatu, et acerbiore doloris sensu, mactati fuerunt. Raptos ad marginem horrendi lacus coepérant feri carnifices paulatim per funes demittere in aestuentes aquas; sed quia duea, a quibus coeptum, feminae, vix pectori tenus demersae, moriebantur, consilium mutarunt. Supinum unumquemque sternunt humi. Tum haustam scutulis calidi humoris copiam stillatim superinfundunt nudis artibus, soli parcentes capiti, ne sentiendi vis obstupesceret. Visu miserable! Membra, quaenque sulphureus proluerat latex, hiare statim corrosa cute, aut subalbidis pululis intumescere cernereres. Illi excoctas carnes asperabant superinfusa frigida: mox ferventem affundebant denuo, ut per istas vices dirum cruciatum extraherent. Quibusdam, quia doloris nullum prae se ferebant sensum, cultris incidentibant latera, dein vulnera lymphis urentibus aspergebant. Sex ipsas horas tenuit immane tormentum. Neminem tamen patientia prius quam vita defecit. Martyrum corpora, praegrandibus alligata saxis, in ima stagni detrusa sunt, ne a Christianis colligi possent.

Hacc e suppliciorum ingenti acervo decerpta paulo diligentius exposui, quia visa piae reliquias notabilia. Cacterum anno uno, in uno Arimensi Regno, interfecti sunt ad quinquaginta: citra mortem vero cruciatu propomodum innumera-biles. Contra teneriorem praeceptum acetatem saevitum est. Ubi desperata erat de viris gandioribus victoria, parentes in liberis torquebantur: tormenti genus opione crudelius, ut periculo suo docuerunt nonnulli, qui filiorum charitate victi, abjecerunt turpiter fidem, quam in membrorum suorum laniatione fortiter retinuerunt. Quo magis mirandi alii, qui nec his machinis deiici de constantia potuerunt. Juvat hujus generis exempla quaedam carpitum attingere. Infantem trimulam saevi carnifices, e complexu matris evulsam, projecerant in ardente rogom. Vedit desflagrantem filiolam mater, vagitus audivit lamentabiles, neque

Tom. II.

*His aquis de-
merguntur Chri-
stiani viginti.*

*Ostentum in
locu supplicii
conspicitur.*

*Necantur ibi-
den alii decem,
sed modo quo-
dam exquisitio-
re.*

*Parentes in li-
beris crucian-
tur.*

aliud petiit, nisi ut eodem ipsa igne deflagraret. Duo conjuges, facibus jam perrusti, fustuário contusi, sexcentisque aliis confecti malis, ad extreum videre coacti sunt vix cunis egressum communem filiolum, loro pedibus inserto raptum per humum, sequentibus pone tortoribus, qui eum acutis sudibus fodabant. Clamitabat pusio, et manus tenellas ad Parentes tendebat. Illi solo fixos oculos dolore oppressi tenerunt. Puella duodennis, summis naturae et gratiae dotibus ornata, quod recusaret Christo maledicere, subli mibus vestigis e palo suspensta est, et ardentibus taedis exusta in oculis amantissimi patris. Nescias acrior ne dolor filiae ita cruciatae, an patris spectantis fuerit. Par certe utriusque virtus fuit. Illa crematis artibus, animo stetit immoto. Hic nec conqueri auditus, nec ingemiscere. Fuit adolescens tredecim annos natus, qui admotas nudis corpori faces pertulerat diu, neque dum vinciebatur. Efferatus constantia Tyrannus, solvi sinistram ei manum iubet (namque erat ar bori alligatus), tradique vasculum fictile igne candefactum. Id si abiiceret, aut pateretur excidere, signum fore mutatae fidei, declarat. Aderant spectaculo trepidi parentes, anxiique, neque cessabant voce, nutibus filio vires et animum addere. Ille tenuit tandiu, donec ardore sensim deficiente, vas refrixit. Non cessit isti alter, tribus duntaxat annis major, Andreas nomine. Jussus stratum accensis carbonibus pavimentum nudis premere pedibus, ultro insiliit, in iisque diu immotis vestigis constituit, quia denunciatum antea fuerat, si se paululum commovisset; id signum fore animi a Christo descendentis. Postremo sorores fuerunt duae, virtute et forma praestantes puellae, quarum labefactare constantiam crudeli admodum modo Tyrannus tentavit. Nudas raptrali jussit per pedes in praetaltam fossam, limosis opterat aquis. Stabant in margine diri satellites, easque desuper impellebant conto, quandiu viderentur continere spiritum posse. Mox eductas, perstantesque impia Tyranni jussa repellere, denuo mersabant. Id saepius cum fecissent, una demum defecta viribus, clementiam Judicis imploravit. Victam credidit Judex, ac subscripturam putans eorum catalogo, qui Religionem abjeccerant, porrigi continuo chartam jussit. Nihil illa cogitabat minus, atque acerrime resistebat. Et nihilominus coacta est, diductis per vim digitis, quos in pugnum arce compresserat, chartae qualemcumque signum imprimere, quod Tyranno pro voluntaria deditione fuit. Vis eadem multis, et maxime feminis, inferebatur. Earum dexteras apprehendebant validi lictores, et quamvis relutantes cogebant apponere indici abominando nomen. Sed, ut vere dicam, multo plures ultro subscribebant, vel solo poenarum metu conterriti, vel etiam, quod dolendum magis, malorum, quae jam multa pertulerant, impatientia superari. Quidam atrocissimis defuncti suppliciis, misere ceciderunt, eo miseriabiliori casu, quod patientiae mercedem ac metam ultimam prope jam attingebant. Istrom ego luctuosas defectiones non referam singillatim, ne nimius sim. Unum dico, fuisse hanc Arimensem procollam omnium quae ante id tempus sacerdiant, funestissimam non tam caedibus Christianorum, quam eorum qui prolapsi sunt multitudine. Civitas ipsa Arimensis, alterum in Japonia post Nanagachium rei Christianae caput, fere tota defecit, quamvis invenirentur in ea multarum palmarum pugiles, quorum virtuti nihil deesse praeter coronam videbatur.

^{135.}
*Eempla fortitudinis admira-
tura ab adolescentibus edita.*

^{136.}
*Puella cogitur
vel invita subscribere lapsorum catalogo.*

^{137.}
*Urbs Arimen-
sis fore ex tote
defecta a Christo.*

^{138.}
*In regno Omurensi
atrox expiatur
procilla.*

Paulo mitius actum in reliqua Japonia, nec tanta Religionis pernicie. Tamen vis tempestatis, qua concussi sunt Arimenses, etiam ad accolas transiit. Quiescere videbatur Regulus Omurensis, Christia nisi itidem quiescentibus, suasque cautæ ac sine strepitu religiones colentibus. Repertæ casu litteræ, ad unum quemdam Religiosorum furtum transmissæ, horribile momento turbinem excitarunt. Erat in iis de mittenda propediem ad Philippinas insulas cum Japonicis mercibus navi, quæ cum ingenti Religiosorum numero reverteretur. Hisce ad Regulum delatis litteris, capta est navis suspecta cum suis oneribus, et incensa. Vectores quadraginta conjecti in carcere, donec Imperator, causa cognita, quid iis fieri vellet respondisset. Tum contra Christianos iterum quaestiones severissimæ exerceri coepit. Et fuit ibi quoque virtutis ignaviaeque discrimin. Saevitiae cesserunt

multi, multi fortiter restiterunt. Interfecti sunt, partim gladio, partim igne, virilis muliebrisque sexus plus triginta. Tres collo tenus sepulti scrobe, aggestisque supra caput rami virentibus, et incensis, non tam igne consumpti, quam fumo praefocati. P. Ludovicum Bertramum, e sacro Praedicatorum Ordine Sacerdotem, cum suo Catechista, tribusque hospitibus, vivum combussere. Nangasachii Gubernator Cavacius, cui nefas quemquam Religionis causa perimere, practerquam Religiosos, corumque fautores atque hospites, Christianos caeteros, non igne aut ferro, sed exiliis multisque pecuniaris vexabat, et ad defectionem cogebat. Ipsorum quin etiam Religiosorum interdum parcebat sanguini, famam clementiae captans. Ast ubi cognitum de Omurensibus quas dixi litteris, omnem severitatis modum excessit. P. Franciscum a S. Maria Franciscanum, ad quem litterae deferebantur, comprehensum, ardore vivum jussit cum Fr. Bartholomaeo, ejusdem Ordinis laico. Eodem absumpsit rogo octo ejus hospites. Alios novem Christianos, commercium cum illis habuisse compertos, capite truncavit. Una die, quae fuit XVII. Cal. Septembres, capita undeviginti sustulit. Cum caeteros Christianos, quibus nihil cum Religiosis negotii erat, interficere prohiberetur, multos, eosque ferme ex honestissimo ordine civitatis, intra suas inclusit domos, januis ab exteriore parte confixis. Quosdam misit ad urbem regiam Yedum, eam habituros conditionem, quam Xongunus Imperator statuisset. Opificibus omni artium suarum interdixit usu. Ex turba pauperiorum viros et mulieres amplius quadrungentos urbe expulit, et in vicinum saltum relegavit, custodibus circum dispositis, qui tectum omne incenderent, si quod sibi exules paravissent.

Postremo ad XVI. Cal. Octobris igni addixit Societatis nostrae Sacerdotem, Thomam Tzugi, cum duobus ex honorarioribus civium, apud quos fuerat deprehensus. Sed de hoc, qui unus de Societate hoc anno in theatrum Japonicae crudelitatis prodiit, paulo copiosius agendum. Tzugius, gente Japon, patria Omuranus, genere nobilis erat. A prima pueritia in Seminario nostro educatus, neque minus litteris quam pietate imbutus, Societatem adolescens iniit, quamque fecerat ab initio maximam expectationem sui, natu grandior implevit. Perdiu tractum Omurensem excoluit; utque hauserat a natura singularem dicendi facultatem, eam ad salutem popularium suorum contulit. In illa atrocissima tempestate, quae omnes omnium Ordinum Religiosos Japonia expulit, Tzugius recepit se tantisper Macaum. At teneri diu non potuit, ne Japoniam repeteret, quo cumque suo periculo latus opem patriae laboranti. Nangasachii, ingravescente licet persecutione, constitit, ac plures continentier annos exploratores fecellit, amictu plerumque utens bajuli, solitus per celebriores urbis vias ingredi demisso sub grandi lignorum fasce vultu, ne agnosceretur. Is tamen vir, atque ita de christiana re meritus, quod merito obstupescas, cum vixisset apud nos annos ferme tringinta, seu taedio vitae religiosae, seu qua alia mentis aegritudine, Societatem deseruit. Quo die rediit ad suos, eodem poenituit eum probrosae levitatis, et emendare factum studuit, petitam iterum ac summis precibus Societate. Difficiles se praebuerunt petenti, Moderatores, ejusque ad plures annos vota ampliarunt. Cum tamen hoc medio tempore et vitae integritate, et laboribus apostolicis, quos nunquam intermisit, atque ipsa precum assiduitate, prioris inconstantiae maculam satis eluisse videretur, voti demum compos est factus, atque iterum Societati adscriptus. Accidit haud multo post, ut ab uno quodam civium Nangasachiensium invitaretur ad celebrandam domi suea diem Mariae Magdalena sacram. Domum occulte subiit Tzugius, rem divinam peregit. Vix fecerat, cum affuit ex improviso satelles, ipsumque pariter atque ejus hospitem, nec non alium in eadem repertum domo Christianum, vincitos pertraxit ad Judicem. Conditionem suam minime dissimulavit, etsi facile posset, Tzugius. Se et Sacerdotem Christianorum, et Religiosum Societatis Jesu, et Evangelicae doctrinae praecomenem sine ambagibus professus est. Quin ipsi libere exprobravit perfidiam Judici, qui secutus olim divinam fidem, ad superstitionem patriam turpiter descivisset. His de causis amandatus in carcerem Omurensem, annum in eo integrum posuit, ac praeter aerumnas loci, de quibus alibi dictum, longam ac permolestam

^{139.}
Eliam Nangasachii persecutio
recruat scilicet.

^{140.}
Rogo addic-
tur P. Thomas
Tzugi. Ejus elo-
giun.

luctationem sustinuit cum propinquis, rogantibus illum assidue, ut si minus vitae suae, at saltem saluti suorum, fortunis, ac dignitati consuleret. Constantissime repulit preces impias vir fortissimus, quaque animi constantia ita loquentes semper rejecerat, eadem nuncium sententiae capitalis exceptit. Laetus denique processit ad rogam, nec vehementius uberiusque unquam pro Christo peroravit, quam in ipso incendio. Ambeso flammis corpore, ajunt diffissum repente esse ejus pectus in duas partes, ex eoqe hiatu emicuisse flammarum ingentem, ac lucidissimam, quae omnium in se traxit oculos, et Christianis indicio fuit animae in coelum evolantis. Sed de rebus Japonicis satis multa.

^{141.}
Missionis Tunkinensis initia.

Est id naturae legibus institutum, ut quo tempore sol uni regioni occidit, oriatur alteri, perque istas vices omnis quantumvis inhospita terra e plaga beneficis sideris luce et calore pr弗ratur. Idem ferme usu enit Evangelicae luci, quam raro videmus apud unam gentem extingui, quin simul apud alteram extinatur: ut hoc ipso evidenter appareat, aeternae mentis numine atque consilio rem talem ac tantam gubernari, nulli mortalium caelestem providentiam deesse. Dum ergo Japones divinam Christi religionem, jam tot annos florentem, sensim abigebant, feliciter illata est in Tunkinam, cuius soli nemora ac dumeta hoc primum anno interlucari coepit. Et divino pariter factum nutu, ut quam Japoniae lucem primus intulerat magnus Xaverius, eam Xaverii successores Tunkino inferant primi. Quod qua ratione contigerit, nunc explicare aggredimur. Sed prius de Tunkino ipso, ejusque gentis indole, moribus, atque institutis, pauca praefari abs re non erit.

^{142.}
Tunkini ritus, aedificia, mores, fructus.

Tunkinum pars olim non exigua fuit Imperii Sinici, quemadmodum et Cocincina, quae ei adjacet a meridie. Communi nomine Anam, id est meridianam regionem, appellabant Sinae remotores istas Imperii Provincias, propterea quod omnium maxime ad austrum vergerent. Tunkini latitudo, ut Geographi loquuntur, borealis a decimo octavo gradu ad vigesimum tertium porrigitur. Ab ortu clauditur Oceano Sinensi. Cocincinam, ut dixi, attingit a meridie. Spectat a septentrione Provincias Sinenses, Yunanam, et Quamsiam. Ad occasum surgunt montes altissimi, quos Rumoi habitant barbari, hosque ultra, per vastas et arenosas solidines ad Laorum usque regnum protendit. Circa millesimum ab ortu Christi annum Tunkinenses pariter et Cocincinenses, oppressi Sinensium magistratum avaritia rebellaverunt ab Sinarum Rege, cui tamen tertio quoque anno quoddam tributi genus etiam num pendunt. Cum exinde per tot saecula vixissent sub uno Rege conjuncti, novissimis demum temporibus, suborto intestino dissidio, in duo regna discesserunt, ac proprium sibi quique Regem creaverunt. Caerulum communis utrique genti lingua, quam vulgo Anamiticam vocant, simillima indoles, fere iidem mores legesque, quas a Sinis acceptas retinuerunt. Tantum animis plusquam hostiliter dissident. Nihil apud Tunkinenses magnificentia in aedificiis, nihil in cultu vitae splendidum, aut elegans. Non stratae urbium viae, non dispositae certis locis plateae, non practenta oppidis moenia, vel propugnacula. Sparsae hic illic, ut casus tulit, domus, ut pauciores pluresve fuerint, oppidum conflant, aut urbem. Urbes tamen sunt crebrae, ac populosae. Cechium, regni caput, hominum decies centena millia numerare dicunt. Operc lateritio sola extrahunt tempora, in quibus etiam quiddam artis et dignitatis videre est. Ad habitandum, saxis grandioribus in terram alte depressis ligneas imponunt columnas. Eas probe statuminatas nectunt confibulatae et valida materia trabes transversae, quibus tabulae erectae, aut cannae crassiores incumbunt. Hac materia parietum, quos creta non indecora oblinunt. Parietibus imponunt culmen et stramine. Pavimentum ex asseribus apte compingunt, et stoiris insternunt. Domos in plura tabulata non erigunt, una contignatione contenti. Cur domos columnis suffultas et extantes ab humo velint, ea causa est, quod exundant identidem solutis montanis nivibus aut crebris imbris flumina, quae arvis patentibus superfusa, everterent procul dubio ligneas domos, nisi inter columnas aquae dilaberentur innoxiae. Eadem de causa cymbas expeditas, si repentina diluvies ingruat, semper habent. Vestitu utuntur, ut Sinae, oblongo

et serico: hoc dissimiles, quod comam, non ut illi collectam nodo, aut involutam reticulo gerunt, sed in humeros solutam effundunt; neque caligas, aut pedum indumenta ulla adhibent. Lectum praebent crates ex cannis, aut reticulatis confectae funibus, tegeliculae cooptatae, sine culcita aut lodice. Pars praecipua domesticae supellectilis, corbes, et cistae variis coloribus illitae. Intus oryza, gentis opes, qua ut quisque abundant, eo ditor habetur. Vilis caeteroqui ejus annona frugis est. Ex ea liquorem stillatium igni eliciunt, vino quadrantus similem. Nam vitibus regio caret, nec non frumento, oleo, et aromatis, quas merces e proximis insulis mercatores convehunt. Habent alioqui domi ciborum condimentum excellens. Nidi sunt certarum avium, et littoreis rupibus decidentes, qui sole durati, et in pulverem communiti, saporem referunt salis, zingiberi, piperris, et cariophylli. Aceti et olivi locum obtinet garum, e piscibus sale maceratis confectum, quod qui gustarunt, esse affirmant saporis longe scitissimi. Inter fructus, quos fertilis humus parturit, eminent Areca. Pomum est nuci castaneae simile, cuius virtus, ut ajunt, multiplex et mira. Eam in frustilla sectam involvunt certa fronde, quae virentem formam refert hederam. Betelem vocant. Areacam ista fronde involutam dentibus paulatim terunt: hospitibus domi, foris occursanibus amicis porrigunt. Ea pars urbanitatis est. In convivis, remotis dapibus, quasillus cum areca offertur convivis, laudanturque famuli, quorum industria in hoc fructu apparando emineat. Utuntur etiam Chiao, rarius tamen quam Sinae, quia deterius in Tunkino provenit. Folium id est arbuſculae oblongum, et denticulatum, ut rosarum frondes. In umbra exsiccatum immittunt in calidam, quae vim ab eo mirabilem velut exigit, ad malignos et viscosos corporis humores desicandos, ad fumos, qui somnum, gravedinem, et marcorem important capitū, discutiendos, ad fugandos articulorum et calculi dolores. Bibitur aqua ejusmodi quam fieri potest calidissima, ac ferme altera post sumptum cibum hora. Chiaum ex arbore recens decerpunt, longe optimum est. Vetus tamen conservatur non incommode in fistilibus plumbatis, bene obturatis, neendum odore ullo imbutis, ne foli salubris virtus exolescat, aut adulteretur, ac degeneret. In mensis, non mappis utuntur, non mantilibus. Omnia fercula frustillatim concisa inferuntur. Ea carpunt bacillis duobus, ut plurimum, eburneis, in quo cum Sinis congruant. Avidi lurcones et egregii potores in honore apud Tunkinenses sunt. Cruda perinde ac cocta carne se ingurgitant. Canibus, colubris, vespertilionibus, muribus non modo sine nausea, sed etiam cum voluptate vescuntur. Laudant etiam ebrietatem, modo absit crudelitas et furor. Equos bene multos, et generosos, neque ad domandum difficiles, alunt lacta pascua. Porcorum numerus incredibilis, caro tenerrima, neque stomacho gravis. Uros magnitudine insignes et viribus aratro subiiciunt, ac mensis aequae ac boves inferunt. Columbaria ubique sunt frequentissima. Turtures vero tam multi, ut quindecim aut viginti non pluris sex septemvę assibus veneant. Par piscium bonitas et vilitas. Totum litus mire piscosum. In eo degit hominum multitudine prope infinita, quae oryza tenui et largo piscatu, mensam facile parabilem et opiparam sibi instruit. Ad hanc piscium venationem cymbas quotidie decies millenas prodire narrant. Huc alludens Rex, cum audisset aliquando ex nostris, Christianos abstinere carne per Quadragesimam: Evidem, subjecit, nullus dubito, quin multis hic persuadere possitis ejusmodi abstinentiam: at vereor ut unum reperiatis, cui vester iste coelibatus et matrimonium uni addictum uxori arrideat. Id eo dixit Ethnicus, quod gentem noscens natura mulierosam, et in libidines pronam, quid supra naturam valeat coelestis gratia, nesciebat. Regis Tunkinensis vix credibiles opes sunt, et subiectorum respondentis numero. Singuli enim ab anno aetatis undevigesimo ad sexagesimum usque, vectigal ei pendunt capitacionis nomine, et qui minimum, duos aureos. Vires terrestres navalesque huic opulentiae pares. Exercitum param semper habet bellatorum ad centum millia: triremes, forma et ornato insignes, plus quingentas. Elephants praeterea trecentos ait magno sumptu, non tam ad usus bellicos, quam ad pompam, e Laorum regno adductos. Incedunt vastae belluae per urbem regiam impune, et operam domesticae rei navant man-

cipiorum instar, praesertim cum ignis ligneas domos, quod frequens ibi malum, corripuit. Tunc praesentius malo remedium est nullum, quam si jubeantur Elephanti vicina aedificia diruere, in quo industriam singularē adhibent. Assignatas domos invadunt terni, quaternive: tecta, parietes, tabulata, ordine demoluntur, omnia celeritate summa, velut ludibrii, prosterunt. Multum illis, ut inter bellus, ingenii ac solertiae. Aderat forte unus Patrum, quem hujus rei auctorem habeo, cum Elephantem ligatum audaculi magnō numero pueri lapidibus certatim incesserent. Ille conjecta saxa tacitus colligebat proboscide, et quasi aliud agens in cumulum extruebat. Patientia et insidiosa facilitate illexit pueros, ut succederent propius. Quos intra teli jactum ut vidit, repente saxorum grandinem in imbellē et incautum agmen effudit. Sed jam ad id, quod propositae narrationis caput est, aggrediamur.

143.
*Primum in
Tunkinum mit-
titur P. Julianus
Baldinottus.*

P. Hieronymus Rodericus, Japoniae Visitator, et Nangasachensis Rector Collegii, saeviente in christianos Hungono Imperatore, coactus Japonia cedere, Macau se receperat. Ibi dum consilia sarcendi clades Japonicas agitat, Evangelium regionibus Asiae nondum lustratis inferre statuit. Nam esse plures audierat, ad excipiendos Evangelicae doctrinae satus optime comparatas. Hac mente, usus opportunitate navis Lusitanæ Tunkinum petentis, illuc P. Julianum Baldinotum, gente Italum, virtute praestantem virum, misit anno superiore, sub initium mensis Februarii. Profecti Macao Lusitani, portum Tunkinensem paucis post diebus tenuerunt. Eos Tunkini Rex, eorumque dona splendida lactissimus accepit, quippe lucrum ex commercio sperans, neque pia Baldinotti munuscula respuit. Quin hunc cum videret, licet in vili tunica, a Lusitanis valde observari colique, cum e modestia responsisque virum probum et eruditum judicaret, habuit in honore ac pretio. Nec ita multo post ad ipsum allegavit unum e gentis Doctoribus, (Sajos appellant), virum magni inter suos nominis, quo ipse Rex magistro utebatur. Brevi Baldinottus hominem sibi conciliavit. Sed cum vernacula sermonis esset rufus, nec suspetteret interpres idoneus, cuius opera lucem Evangelicae doctrinae mysteriis afferret, nihil admodum promovit. Solummodo ex bonitate soli magnam frugis ostendi spem vidit, si adessent apti cultores. Quare satius dicens, ut e vicino Cocincinæ regno mitteretur hoc unus aliquis Sociorum linguae Anamiticæ peritus, ipse, qui Japonicam calleret egregie, referre se in Japoniam maluit. Ita post menses quatuor Macau cum Lusitanis institutis rediit, nulla re in Tunkino gesta, nisi quod baptizavit aliquot moribundos infantes, ac velut ejus Missionis primicias coelo intulit. Sed neque in Japoniam, Deo aliter statuente, pervenit. Illuc enim navigantem vis adversa ventorum repulit Macau, ubi tertio post hunc labente anno excessit e vita. Vir caeteroqui bene de Tunkino meritus, in quod primus ex Evangelicis operariis, quasi tentandi vadi causa, pervasit, atque iis, qui subsecuti sunt, aditum patefecit.

144.
*Nulla re gesta
redit Macau,
ne pte moritur.*

Quod Baldinotto ob imperitiam lingue non successit, ut Christi fidem serret in Tunkino, id perquam feliciter perfecit P. Alexander Rhodes, patria Avenionensis, qui proinde Ecclesiae Tunkinensis fundator et parens merito est appellandus. Eodem jure nos fundatae Ecclesiae Sinicae laudem tribuimus nostro Matthaeo Riccio. Esto enim alii ante ipsum Religiosi, sive de Societate, sive ex alio quovis Ordine, in Sinam penetraverint, ut eruditus quidam recentioris memoriae scriptor contendit, id quod de nostris ultro concedimus, de aliis non admodum laboramus; at illud constat, ante Ricciū nemini Europaeorum licuisse palam in Sina consistere, nedum Evangelii promulgandi habere facultatem. Hunc vero et Tempia immortali Deo erexisse, et laetam Neophytorum sobolem peperisse scimus: ut quidquid christiana rei hodie in Sina est, merito suam illi originem, formam, stabilitatemque ferat acceptum. Rhodius ergo in locum Baldinotti suffectus, cum jam biennio degeret in Cocincina, et linguae Anamiticæ peritissimus esset, Tunkinensem expeditionem magno suscepit animo. Macau primo venit, ne, si recta Tunkinum e Cocincina peteret, suspicionem Tunkensi moveret Regi, bellum Cocincinensis tunc inferenti. Inde in omnem profiscisciendi occasionem imminebat. Cum nulla se offerret, propterea quod

145.
*P. Alexander
de Rhodes Mis-
sionis Tunkinen-
sis Fundator.*

146.
*In Tunkinon
profiscitur
cum P. Petro
Marques.*

mercatores, belli tumultum et adversa commercio tempora metuentes, solvere in Tunkinum recusabant, Deus Joanni Pinto Fonsecæ, nobili Lusitano, mentem injecit adornandæ navis, et vela in Tunkinum dandi. Occasionem arripuit Rhodus, adjuncto que sibi expeditionis comite P. Petro Marquesio, paratam navim consedit. Pintus acceptos benigne Patres, post superatam feliciter gravem proclam, Cuambungum, Tunkinensis orae portum, advexit. Incidit adventus Patrum in XIV. Cal. Apriles, quæ lux divo Josepho sacra. Hinc portui, ac vicinae orae nomen S. Josephi inditum. Conspecta navi Lusitana, confluxit ad portum visendi studio populus frequens. Rhodus, conversa ad multitudinem oratione: Non usitatas merces vobis haec nivis affert, o Cives, inquit, sed alias quasdam pretii longe majoris, quas qui comparaverit, aeternum felix et beatus vivet. Ad eas voces turba succedere in orbem proprius, conglobarique, quippe incensa studio videndi genus, ignotæ meritis. Multo tamen exarsit magis, cum illam sibi datum iri gratis, et inemptam audit. Circumstant crebri, mercem ut ostendat rogan. Ille de Divina lege, de anima, ejusque immortalitate disserere aggressus, coetum omnem admiratione complevit. Veruntamen plerique, etsi rerum novitate perculsi, nondum tamet ad credendum adducti, responderunt, ut olim Apostolo gentium Areopagitæ: *Audiemus te de hoc iterum.* Duo duntaxat divina luce illustrati, se plenius erudiendos tradiderunt, ac paucis diebus probe instituti, cum sua singuli familia in familiam Christi per baptismum adoptati fuerunt.

Fama Europæi Doctoris late pervagata, multos e remotioribus quoque locis excivit. Omnes incredibile studium novae cognoscendæ legis tenebat. Quibus instituendis cum par esse Patrum duorum labor et valetudo nequiret, adjutorem illis divina Providentia obtulit, quo nemo melior. Erat in oppido S. Josephi Ludi magister publicus, vir præcipuae inter suos auctoritatis. Is brevi vanitatem Idolorum edoctus, baptismo initiatus, ac Petri nomine insignitus, ex erroris magistro factus est præaco veritatis. Diebus quindecim baptismò consignati fuerant ex popularibus triginta duo. Eos identidem Petrus in amplam domum cogebat, et novas Religionis officiis exercebat. Idem Catechumenis tradens summa institutionis christianaæ capita, quasque a Patribus accepérat pias preces, operam Evangelii ministris utilissimam navabat. Rebus tam belle fluentibus, cum Patribus multum accessisset animi, quiddam paulo fidentius susceptum est, quod exitio esse poterat, nisi propitius affluisse ac praesens Deus. Agebatur forte per eos dies hebdomada, quam caeteris sacratiorem Christi Reparatoris mors et cruciatus effecere. Ea res monuit Patres, attollendam aliquo loco præaltam crucem, ut hoc velut trophaco constituto, Christus possessionem in iusse regionis censemetur. Placuit præ caeteris vertex editi cuiusdam montis, qui littori scopoloso incumbens, subjectum aquor longe lateque despectabat. Consilium Neophyti collaudarunt vehementer, cum ob causam modo dictam, tum etiam quod signum istud in posterum præterevertur alliceret Lusitanos, et amicam esse stationem commoneret. Re igitur summo consensu deliberata, ipsa hebdomadae sanctioris feria sexta, itum est magno agmine, ac piae supplicationis ritu, in eum quem dixi montem. Parata fuerat e ligno Crux magnitudine insignis. Eam Patres in iugo summo, cum quanto potuit maximo caeremoniarum apparatu, collocaverunt, candens proni circum Neophyti adoraverunt. Regem ferunt, cum forte prætervcheretur mari Cocincinam petens, crucem in monte sublimem vidisse, eoque aspectu nonnihil stomachatum Lusitanis fuisse, perinde quasi jam usurparent imperium in Tunkinensi portu, hujusque rei causa suum ibi vexillum constituerent. At subiiciente adstantium uno, non Lusitanorum id insigne, sed Christianorum esse, quo illecti Europæi facilius in posterum suas naves ac merces in Tunkinum appellerent, non modo iracundiam posuisse, verum eam interpretationem laetissimo animo accepisse.

Misi fuerant initio ad Regem nuncii, qui de Lusitanorum et Patrum adventu cum facerent certiorem. Post certum dierum numerum affuit ab eo Eu-nuchus cum mandatis, ut gratos advenas ad regiam classem deduceret. Nam tunc Rex, uti dixi, Regi Cocincinæ bellum terra marique inferebat, et cum

147.
Prima ejus ora-
tio ad Tunkinen-
ses.

148.
Plures fidem
christianam su-
scipiunt.

149.
Attollitur
præalta Cruz in
summo montis
vertice.

150.
Rhodus ad
Regem deferatur:
cujusmodi esset
classis regia.

valida classe Cocincinam petebat. Igitur conscientia celoce, quam regio sumptu paratam invenerunt, ad Regem devehuntur. Jam cujusmodi esset classis regia, non alienum, puto, erit exponere. Primum agmen constabat e ducentis justi alvei tremibus. Arma, et armamenta omnia auro pigmentisque variis micabant. Miles insigni vestitu fulgebat. Remiges ad celeusma haud secus attenti, quam apud nos symphoniaci ad nutus Phonasci concentum moderantis. In medio navim praeioriam, in qua Rex, stipabant triremes viginti quatuor ampliores et ornatiore, quarum vela et vexilla et pura carbaso, funes sericae, tabulae auro minioque pictae. Sequebantur amplius ducentae triremes, et liburnicarum ingens numerus. Postremum claudebant agmen onerariae ad quingentas. Praeter hanc tantam virium navalium molem, terrestri itinere secundum litus gradiebatur alter exercitus, cum trecentis Elephantis tormenta bellica portantibus. In utroque exercitu centum viginti armatorum millia censemabantur. Rex, ut adesse cognovit cum Lusitanis mercatoribus Patres, vocatos in praeioriam, comiter ac benigne, supra quam sperarent, accepit. Tum traditos in curam Eunocho potenti, subsequi classem jussit in Tinoam usque, provinciam Regni maritimam, ubi parumper considerent, dum ipse ab expeditione Cocincinensi vitor, quod brevi futurum sperabat, et Bonzii superis auctoribus promittebant, rediisset. Res interea contigit, unde commendatio Christianae Religioni et ejus Praeconibus non levis accessit. Exscenderat Rex ut Idolo sacrificaret, cuius celeberrimum visebatur in vicino promontorio fanum. Descendentis et monte post sacrificium peractum, duo oblati sunt Elephantes, quos Laorum Rex in praesentis belli usum mittebat, mole ac viribus insignes. Placuit experiri, an satis erudit ad militarem disciplinam essent. Itaque umbratilis in aperto campo instituitur pugna. Sed eorum alter, mutato in cruentum certamen ludicro spectaculo, perfractis repagulis, extra campum erupit, perniciem obvio cuique inferens. Cunctis, qui conferti spectabant, hac illac diffugientibus, duos timor et summa crepidine in subjectam monti vallem praeccipites impulit, ubi pro mortuis relicti jacuere. Cum miseris opem ferret nemo, accurrerunt Patres, admotisque nescio quibus odoramentis, refoverendos sumpserunt. Nec ita multo post utrumque in pedes, praeter omnium expectationem, exererunt. Diditur continuo rumor toto exercitu, ad vitam fuisse revocatos; quod prodigium multi potentibus ac peregrinis remediis, complures Patrum sanctimoniae assignabant. Riscere nostri errorem, et mortuos fuisse pernegarunt. Efficere tamen minime potuerunt, quin ipsorum charitatem populus in coelum ferret, quod abjectis et ignotis hominibus ultra succurrere non dubitascent. Illud mirabantur aliqui vehementius, quod praeclari facinoris laudem, quo cunque tandem modo res contigisset, modeste abdicarent, quod sui certe non facerent Bonzii. Charitatem modestiamque Patrum prolixie laudavit ipse Rex, hujusque maxime rei causa nec petentibus dedit, quod vix petere ausi essent, ut quandiu et ubivis mallent, in regno suo consistenter, et divinam Christi legem pro libito promulgarent.

^{151.} *Benigne exco-
pitur a Rege.*

^{152.} *Edito charita-
tis exemplo, fa-
cilitatem impe-
rat promulgan-
di Evangelii.*

Tribus mensibus consedere Patres Noae, quae urbs est provinciae Tinoac primaria. Hoc autem spatio temporis omnia illis ad votum, ac supra spem successere. Crucem praecaltam pro foribus domicelli sui defixerunt, tum ut eam venerarentur ipsi, tum ut insolens et ignota res traheret populum, atque inde occasio praebetur divini explicandi mysterii. Ut speraverant, accidit. Accurrit perculta spectacula novitate civitas. Omnes quid istud rei esset, quid sibi vellet, avide percunctari. Praesto erat Rhodius. Subeuntes comiter excipiebat, interrogantibus satisfaciebat, cupide audientes in cognitionem Christi deducebat. Latentia in salutari signo mysteria, non tantum infima plebs, quae vulgo ad fidem proclivior, sed etiam civium splendidissimi promis auribus audierunt, et professione publica complexi sunt. Ipsimet Saui (ita vocari Tunkinensium superstitionum antistites dicebamus), natio hominum ubique albi odium Evangelii profiteri solita, vel novitatis gratia capti, vel nihil ab ignotis et externis sibi metuentes, favere tum quidem novae religioni, ejusque praeconibus visi. Ipsi populum turmatum ad crucis vexillum vocabant, et Christi ministros, ut se, ut domos suas

^{153.} *Lacti sima re-
vna initia in
urbē Novi.*

sacris caeremoniis expiarent, urgebant. Ipsi aras cum statuis et imaginibus Daemonum convellebant, quaeque pridie adoraverant simulacula, in unum congesta acervum, meliore quam solerent sacrificio, comburebant. Unus ex eo numero, senex annorum amplius octoginta, cum baptismum et Joachimi nomen accepisset, non id habuit satis ut popularium quam posset plurimos ad audiendam coelestem doctrinam pelliceret, sed insuper videns angustiores nostrorum esse aedes, quam ut capere multititudinem concurrentium possent, ut forte aream ingentem in proximo possidebat, eam donavit Patribus in usum Templi, summo coeli terraeque Domino excitandi. Donationem cum magna gratiarum actione acceperunt Patres, atque operam conferentibus certatim Neophytis, Templum intra pauros dies excitatum est, quod, qualemque fuerit, primum in Tunkino fuit immortali ac vero Numini consecratum. Id Templum Patres ad V. Nonas Maii, quae lux inventae sanctissimae cruci sacra, cum magno caeremoniarum splendori humani generis Reparatori Christo dedicaverunt. Qui vero dederat sacro extruendo aedificio locum Joachimus, ejusdem custodiendi curam desumpsit sibi, ejusque in perpetuum aeditus refunctori voluit.

Aucta est non mediocriter existimatio Patrum, et novae ad Christum accessiones factae per occasionem rei, quam subjicio. Est Tunkinensis pietas, itidem ut Sinarum, quam sedula erga mortuos, tam in aegrotos illiberalis et negligens. Curationis molestias et sumptus pertaes, aegrotos, licet amicitia et sanguine conjunctos, exportant procul ac deserunt, nec lamentabilis jaecitum clamor, tristesque gemitus aliud proficiunt, quam ut admoniti quicunque illac praeterirent, reflectant gradum, et quam celerrime refugiant. Inhumanitatem excusant metu, ne aegrorum animae post mortem redeant in amicas domos, easque nocturnis spectris ac larvis infestent. Jam ergo accidit, ut prope mortem aegrotaret unus e populo ethnicus, professione miles. Eum in publico jacentem, fame confectum, ab omnibus destitutum conspicatus Neophytorum quispiam, excurrit continuo ad Rhodium, ac de acrumnos militis moribundi statu retulit. Pater, nulla interposita mora, ad locum provolat; utque habebat circa se delectos Neophytos, praescribit viritim iis quae quisque obeat charitatis officia. His languentem ut transferant in vicinam domum, illis ut lectulum parent, alii cibos aptos, sorbitiunculas, fomenta uti provideant mandat. Quibus injunctas partes haud minus sedulo exequentibus, quam si suum singuli curarent patrem fratremve, ipse de semperita hominis salute sollicitus, ei per quam amanter assidens, divinae legis elementa tradebat. Irritae non fuerunt curae, quae praecipuae. Aeger probe eruditus, invalescente morbo, baptismum petuit, vixque salutari proluces latice, purgatam ab omni labore animam feliciter exhalavit. Neque hic finis rei. Rhodius secum reputans, primum hunc esse in Tunkino Christianum christiano ritu efferendum, retulit ad Lusitanos, placeret ne mortuo justa funeraria persolvi cum exquisito apparatu ac pompa, sic ut superstitionis Ethnorum caeremonias multis' partibus superaret splendor Christiani funeris. Quod eo suadebat, ut occurreret improborum calumniis, quas non dubitabat, ut olim in Sina, et nuper in Cocincina, sic etiam in Tunkino spargendas de impietate Christianorum, qui mortuus honorem nullum deferrent, aut perexiguum. Consilium Religioni decorum cum magno assensu probavit, et egregie juvit pietas Lusitanorum. Indicta supplicatione funebri, processit per celebriores urbis vias longum et atratum agmen. Lusitanae Magister navis crucem praeferebat summa in hasta sublimem. Sequebantur in ordines distributi Neophyti. Singuli colubentes manu faces gestabant, oculis in terram conjectis, tam modesta gravitate, ut populus haereret circum silentio et admiratione defixus. Intercurrebant vexilla decem, pulcherrime picta, ac lemniscata, quae Neophyti totidem ex primariis attolabant. Feretrum succollabant honestissimi quatuor Lusitani, in pullo amictu, ad talos promiso. Pone subiabant alii duo, peculiari quadam veste insignes, quorum unus ritualem ferebat librum, alter vasculum aquae consecratae. His proxime succedebant Patres, linea fulgentes amiculu, cum sacerdotali stola e collo demissa. Claudebat agmen omnis aetatis ac sexus multitudo promiscua. Quacunque

Tom. II.

19

154.
Primum in
Tunkino tem-
plum vero Nu-
mini erigitur.

155.
Ethnicus ac-
grotans benigne-
juvatur, et su-
cepto baptismo
moritur.

156.
Efferuntur Chri-
stiano ritu, et fu-
neri apparatis
simos.

^{157.}
Rhodus perorat, ac multos ad fidem pertrahit.

itum est, cantu psalmorum alterno viae personuerunt. Ut ventum ad locum sepulturae destinatum, Rhodius exequiales solemnii ritu preces ac caeremonias peregit circa cadaver. Prius vero quam paratam in scrobum demitteretur, vocata concione, de ineluctabili necessitate moriendi, quae lex serius ocyus cunctos mortales urgeret, copiose disseruit. Hujus tamen quem viderent militis mortem, non luctu, sed gratulatione prosecundam ostendit, uti qui meliore parte sui superstes adhuc et salvis, beatissima frueretur vita, quam in coelis animas Christianorum vivunt. Accepta est oratio, non sterili tantum frequentissimae coronae plausu, sed etiam multorum accessu ad fidem, quam omnino esse divinam persuadebat hacc tanta benignitas, homini ignoto abjectoque impensa.

^{158.}
Soror regis crudiri postulat, sed non fluctuat.

Movit prae ceteris ea charitas sororem Regis, quae cum magna nobilium seminarum manu Noae substiterat. Rege ulterius ad hostem progresso. Arcessit Patres, multa de christianis institutis rogat. Illud sciscitur in primis, cur ignoto militi tantam impenderint misericordiam? Cur ejus funus tanto celebraverint sumptu? Negarunt illi spem ullam mortalis lucri sibi in ea re fuisse propositam. Quid enim sperant ab homine, quem neque vidissent antea, et egenissimum scirent? At christianam charitatem caduca in terris praemia spernere, exspectare in coelo sempiterna. Tanti deinde esse animam vel unicam, ut ejus salute tot labores suos, tot emensa maria, tot exhausta pericula bene pensata ducrent. Postremo nomen ipsum Christiani satis esse causae, cur in honore ac pretio quilibet etiam infirmae sortis homulus habeatur. Fieri per baptismum homines Dei filios, et certum jus ad aeternum in coelis regnum adipisci. Caeteris vero, subjecit illa, qui exortes baptismi intereunt, quid spei relicturn est ad beatam immortalitatem? Nihil relicturn, Patres responderunt. Posse, dum vita suppetit, errantes in viam reduci; emendari, si quid peccatum fuerit, posse. At confecto vitae stadio, regressum non dari, cursum in meta esse. In ea, quacunque deum fuerit, consistendum aeterno tempore. His auditis, ingemuit mulier, ac vim lacrymarum profudit. Obierat nempe haud ita pridem maritus illi carissimus, utque mortuo bene esset, impense laborabat. Quaerit iterum, numquid illi afferri opis queat? Patres conticescere. Quorum silentio consternata, lamentis denuo lacrymisque se dedit. Neque tamen quam viro frustra poscebat, afferre sibi opem studuit. Meliore consilio nobiles matronae, quae eam assuetabantur, saluti suaem sempiternae consulere dum viverent statuerunt, cui nullum esse locum audierant, morte obita. Una praesertim audita, cum sic loqueretur. Bonzis istis nihil erat facilius, quam demererit sororem Regis afflictam, et ab ea quidlibet impetrare, promiso quod petebatur mortui mariti levamento. Quis nostratum Sajorum non exclamasset statim, effecturum se ut vel ab imo Tartari eductus, in lucidas beatorum sedes transferretur; satis gnarus, hac una vocula se consecuturum quantum honorum et opum optasset? Plus apud istos tamen veritas, quam humana quaevis cupiditas valuit. Omnino ergo sanctam ac divinam oporet esse legem, quam praedicant. Quibus permota mulier, baptismum flagitavil, ac Monicæ nomine insignita, complures alias ad illum pariter deposcentem perpulit.

^{159.}
Matrona quaedam Baptismum, ac Monicæ nomine suscipit.

^{160.}
Bonzi contra dicinari religiinem consurgunt.

At Saui, quos initio benevolos demonstravimus, postea quam christianis institutis vitia sua reprehendi, prodi Evangelii luce sua mendacia, discipulos ac sectatores ab se avocari animadverterunt, immutata subito voluntate, peregrinam religionem execrari, Patres innoxios fictis criminibus in invidiam adducere, eos publice privatiisque maledictis lacerare atque proscindere instituerunt. Illa potissimum urebantur re, quod Neophyti passim aquae lustralis usi depellerent morbos. Inde enim perire sibi videbant ingentem quaestum, quem, venditando aegrotantibus vanam salutis spem, faciebant. Cum nihil audenter gravius, quod esse advenas in tutela Regis sciebant, incitant Provinciae Gubernatorem, eos ut certa die adesse jubeat domi suae, compellatque ad concertandum de religione cum quodam insigni Bonzio, quem nominatim cum Patribus commissum cupiebant. Aeditius erat is maximi et notissimi delubri, tanta apud omnes auctoritate, ut ejus responsa velut oracula de coelo missa exicerentur. Ipsemet Rex

nihil gravioris momenti suscipere, eo inconsulto, solebat, ac nuperrime prefecturus ad bellum, adierat prius hominem, seque ac sua omnia illi majorem in modum commendaverat. Placuit Gubernatori consilium, neque Patres certaminis aleam detrectarunt. Indicta disputatione, affluere ad praefinitam diem: inde praepotens ille Bonzius cum lauto procerum comitatu, hinc Rhodius cum Neophytorum lecta manu. Sed non pugnatum est diu. Bonzius, in ipso ardore certaminis divina collustratus luce, submisit fasces, ac de vanitate suorum Numinum adversario consensit. Neque id satis Christiana palam amplexus sacra, Idolorum aras et simulacra destruxit, abjecit instrumenta superstitionis, cervicem sacro humori suppôsuit. Hoc magis furere iniqui Bonzi, qui non solum se sua spe frustratos, verum etiam talis transitione viri debilitatas plurimum erroris partes cernerent. Neque animum, tam insigni accepta clade, abjecerunt. Rursum post dies paucos coorintur in pugnam, et ad concertandum lassessunt Patres. Non aegre provocationem Rhodius accepit. Elegant Bonzii doctorem quendam suum, subtilis ingenii virum, in dicendo exercitatum, et patriae theologiae scientissimum. Ei dignitatem Ordinis sui, atque adeo Numinum enixe commendaverant. Ejusdem freti eloquentia, victoriam, tamquam certo sibi despontam, praecinebant. Parem fiduciam ipse de se ostendebat ab insita superbia Doctor. Non utique se, uti priorem illum, male excitandum verbis Europaei praeostigiatoris, dicebat. Et vero in aciem prodiit cum eo supercilios ac fastu, qui magis ad triumphum afferendus, quam ad pugnam incerti exitus videretur. Principio codicem protulit a se conscriptum, meris contra divinam legem convicis onustum. Mox, ut imponeret rudi adstantium turbae, eduxit ex eleganti sacculo detritas vetustate chartas, et illuvie multa venerabiles; cumque mensam ante se positam implesset, his monumentis dirimendam controversiam clamabat. Mussare ad haec turba, Rhodium tacentem respectare. Sensit ille veteratoris artem, et arte simillima eludendam ratus, afferriri ad se domo jussit sacra Biblia, itemque librum, quo Sacerdotes utuntur in re divina facienda, codicem quotidianaem psalmodiae: tria ingentia volumina, intus eximiis exarata litteris, extra omnibus ad pompam ornamentis culta. Ut aspecta primum fuere, huc omnium conversi oculi atque animi. Laudant alii membranas terdas pumice, ac politas: alii frontem librorum auro minioque pictam: tegmen alii coccineum ex aluta, flosculis hyacinthinis bellissime conspersum. Plerique mirantur summam in grandi mole elegantiam, foliorum inter se juncturam, subtilem oppido ac delicatam, quo in artificio Europaei bibliopole longe Tunkinensis praestant. Disrumpitur istis laudibus senex, et sinistram admurmurationem non ferens, proferre tandem aliquid e lutulento suo codice gestiebat. Prior occupavit Rhodius, et e sacris Biblis eam recitavit contenta voce sententiam: *In principio creavit Deus coelum et terram.* Multis ut haec sibi verba explicarentur depositentibus, tollitur Bonziorum confusus clamor, frementum, ac prima^s deferri adversario partes quiritantum. Solvitur coetus discors. Recedunt cum suo magistro Saui clam immurmurantes, non defuturam rei melius gerendae occasionem. Rhodius de uno ac summo rerum omnium conditore per otium, ac, nemine interpellante, dissecurit.

At paucis interjectis diebus, scelerati Bonzii aliam iniure ulciscendae cladis viam. Concurrunt ad Mandarinum regionis Praefectum, accrimamque accusationem instituunt contra Patres. Sexenta congerunt crimina, Fidem accusationi muneribus magnis faciunt. Venalis Judex, et alienae minister cupiditatis, Patres indicta causa damnavit, sententia in haec verba concepta: *Homines esse improbos, exitiam illorum doctrinam.* Velle proinde ac jubere se, nemo ut eos aeat, nemo audiat. Iniquum edictum praeco per urbem circumferebat, transibatque forte praeter domum Monicae, matronae illius spectatissimae, quae nuper, uti demonstratum est, ad Christum se aggregaverat. Non tulit indignitatem pia mulier. Vocat ad se praeconem, et fustuarium interminata, vetat ne impium edictum promulgare perget. Simul in ipsum Praefectum graviter, multis audientibus, invecta: Unde nobis, inquit, iste novus, et Rege major Judex, qui consuetudine civium eos interdicat advenas, quibus illam Rex jussit esse licitam—et liberam?

161.
Aliam concer-
tationem Rho-
dius suscepit, et
Bonzius arro-
gantem praeclo-
re evitavit.

162.
Gubernator a
Bonziis incitatus
Patres danuit.

163.
Sententiam
promulgari ve-
lat Matrona chri-
stiana.

Quid deinde potest de illorum doctrina moribusque judicare is, qui nihil nisi cibellis accusatorum cognovit? Sub haec, recitatis ad circumfusam multitudinem decem divinae legis praeceptis: En, ait, en exitiale doctrinam a sapiente Judge condemnata! Haec viri graves cum renunciassent Praefecto, metiens ille, nec immerito, grande aliquod a potente matrona infortunium, revocavit praecomen, edictum antiquavit. Patres, dissimulata injuria, populum publice privatum que instituere perrexerunt.

^{165.}
Rex bello infi-
liciter gesto re-
vertitur ex Co-
cincina.

Dum haec geruntur Noae, urgebat bellum Cocincinense Rex, sed non ea, quam Bonzii adpromiserant, fortuna. Rex Cocincinac contra ingruentis belli mollem egregie munierat sese, terrestres aeque ac maritimos regni aditus operibus militibusque praecepserat. Virtuti addiderat dolos, ac praeter ceterum apparatum, rudentes alios alii intertextos, sudes ac murices abdiderat intra portum, in quem subituram hostium classem prospiciebat. Progressi huc per imprudential Tunkinenses, cum insuper eos tormentis e superiori loco verberarent hostes, extricare se, nisi multis amissis navibus ac militibus, non potuerunt. Inde Rex, adversum expertus mare, copias terra deportabat, si forte martem nancetur in acie feliciorem. Dum traicere parat flumen, et ad ripam, praemissa parte militum, consistit, pons, seu quod erat male materialius, sive its de industria rem composuerant hostes, repente corruit. Qua re Princeps superstiosus, velut sinistro omne, deterritus, receptui confessim cecinit, seque per Tinoam provinciam retulit in suum regnum, non solum expers victoriae, quam Saï certi promiserant, verum ob rem male gestam plenus ignominia, ac pudore suffusus. His de causis, et quod Regem Cocincinensem eo bello juuisse dicebantur Lusitani, dubitabant Patres, quo demum animo essent a Rege excipiendi Noae, (namque hue appropinquabat), haerebantque anxx, juberet ne eos discedere cum mercatoribus Lusitanis, an factam remanendi potestatem confirmaret? Sed primo alloquo metum hunc disputit benignitas Regis. Patres ad se accedentes accepit in regiam navim placidus; ac caeteros quidem Lusitanos ut Macaum redirent, quippe distractis jam mercibus, et hyeme appetente, monuit; ipsos vero perendie reverti ad se jussit. Nec dum unus fluxerat dies, cum eos iterum ad se vocat. Vocandi causa fuit, quod curiosius inspiciens manuale horologium, a Patribus ante quam Cocincinam peteret dono acceptum, quid sibi vellent tot illae aliae alii consertae rotulae denticulatae, quis machinulae tam elegantis eset usus, edoceri cupiebat. Id sibi ut explicaretur quaequivit, simulque horologium alterum ex arena, sibi pariter ab illis datum, protulit. Rhodius distingui earum rotarum motu perpetuo certa temporis intervalla docuit. Quod ut probaret, composuit ad sonum edendum rotulas, efficitque ut vocem mittret arguta machina, et horam, quae tunc agebatur, appellaret. Dein arenariam invertens clepsydram: Statim atque, inquit, haec arena, quam fili in morem decidentem per angustum foramen vides, in vitreum vasculum inferius elapsa omnis erit, hora sequens ab horologio declarabitur. Visum Regi periculum facere. Ne vero otiaactur interea, cum accepisset pridie a Patribus Euclidis de Sphaera commentarium, sinice scriptum, et mathematicis ornatum figuris, compagm illam ordinemque circulorum sibi explicari jussit. Quod dum Rhodius, longum de coelo astrisque sermonem exorsus, facit, ipse ad deciduum subinde pulverem reflectebat oculos. Hora per haec prope evoluta: En, ait Rex, pulveris nihil restat, et horologium silet. Non dum loqui desierat, cum horologium negavit se silere, horamque indicavit. Delectatus hac fide Princeps, laudavit Europaeam in eo opere solertia, Patresque secum ut manerent uno saltem alteroque anno, rogavit. Esse nimirum multa, quae vellet ex ipsis per otium discere. Rhodius, occurrentem sibi tam suo tempore Numinis providentiam demiratus: Tui sumus, Rex, inquit. De nobis statuere pro arbitrio potes. Neque uno tantum alteroque anno, sed quamdiu vita suppetet, operam tibi navare parati sumus. Placuit Regi responsum, utque se in Urbe regiam sequerentur, imperavit.

^{166.}
Nostros ite-
rum benigne sus-
cipit Noae.

Miratus horo-
logij artificium,
Patrii sequi se
jubet in Regiam.

Id sibi ut explicaretur quaequivit, simulque horologium alterum ex arena, sibi pariter ab illis datum, protulit. Rhodius distingui earum rotarum motu perpetuo certa temporis intervalla docuit. Quod ut probaret, composuit ad sonum edendum rotulas, efficitque ut vocem mittret arguta machina, et horam, quae tunc agebatur, appellaret. Dein arenariam invertens clepsydram: Statim atque, inquit, haec arena, quam fili in morem decidentem per angustum foramen vides, in vitreum vasculum inferius elapsa omnis erit, hora sequens ab horologio declarabitur. Visum Regi periculum facere. Ne vero otiaactur interea, cum accepisset pridie a Patribus Euclidis de Sphaera commentarium, sinice scriptum, et mathematicis ornatum figuris, compagm illam ordinemque circulorum sibi explicari jussit. Quod dum Rhodius, longum de coelo astrisque sermonem exorsus, facit, ipse ad deciduum subinde pulverem reflectebat oculos. Hora per haec prope evoluta: En, ait Rex, pulveris nihil restat, et horologium silet. Non dum loqui desierat, cum horologium negavit se silere, horamque indicavit. Delectatus hac fide Princeps, laudavit Europaeam in eo opere solertia, Patresque secum ut manerent uno saltem alteroque anno, rogavit. Esse nimirum multa, quae vellet ex ipsis per otium discere. Rhodius, occurrentem sibi tam suo tempore Numinis providentiam demiratus: Tui sumus, Rex, inquit. De nobis statuere pro arbitrio potes. Neque uno tantum alteroque anno, sed quamdiu vita suppetet, operam tibi navare parati sumus. Placuit Regi responsum, utque se in Urbe regiam sequerentur, imperavit.

^{167.}
Discedit Noae
Rhodius, ac Neo-
phytos consola-
tur.

Prius quam discederent, moerentem et collacrymantem pusillum Neophytorum gregem (plus ducenti numerabantur), consolari Rhodius studuit, fide data

curaturum se, si quando id consequi posset eos ut coram reviseret. Designavit spectatae probitatis ac prudentiae viros, qui rem christianam administrarent in ea Provincia, curarentque omnia, quae ad augendam pietatem, et conservanda Religionis semina pertinarent. Et quia hoc medio tempore Lusitani mercatores discedebant Macaum, iis dedit litteras ad Societatis Praesides perferendas, cum relatione eorum quae in Tunkino geregabantur, gravissima obtestatione adjuncta, ut submitterent auxilia Sociorum, et quando mite solum videretur et fera, in id novale multi Operarii succederent. Lusitanis itidem vela explicantibus epistolam obtulit Mandarinus, Visitatori Societatis Andreeae Palmerio reddendam Regis nomine. Ea Rex epistola gratias agebat Visitatori, quod Alexandrum Rhodium, virum, ut vocabat, magnum, in Tunkinum misisset. Eidem ac Societati universae suam benevolentiam prolixie promittebat. Praecularum porro id honoris genus fuit, tum quod iis conceptaे verbi erant litterae, tum quod litteras exaraverat Rex, non in charta, ut ibi mos, auro pigmentisque illita, sed in argentea bractea, quae in se molliter convoluta, panno serico tegebatur: quod numquam Reges Tunkinenses faciunt, nisi cum ad insignes viros scribendum est. His demum ita explicitis rebus, post tres fere menses Noae per quam utiliter positos, digressi inde sunt Patres, ac Regem secundo amne proficiscentem secuti. Nameque, ut hoc obiter notem, Tunkinum annibus ad evocationem subvectionemque scinditur multis, atque ita comparatum est regio sumptu, ut qui amnes patientes sunt navium, alii in alios influant, unde facilis per eos decursus toto Regno sit. Non aberant procul a regia civitate, cum nunciatum est Regi, insignem quemdam rebellem (Civacanum appellabant) audita ejus expeditione in Cocincinam, e suis latibilis in Provinciam cultissimam prorupisse, omniaque igni ac ferro vastare praedabundum instituisse. Eumdem, cognito ipsius nec opinato reditu, dedisse se in fugam trepidum, et eodem prorsus amne antegredi cum multis navibus. Eo nuncio, protinus lectae biremes in fugientem immissae. Capti e perduellibus, qui minus fuerant ad fugam expediti, tantum quinquaginta. De his sumendum cum esset gentis more supplicium, impositi primum sunt vilibus plastris, ac per vicina loca circumducti ad exemplum et terrorem. Sequebatur Tribunus capitalis cum lictorum ac militum manu, et lito canens identidem, sententiam recitari jubebat. Tum plautra consistebant, et carnifices perduellibus digitum, auriculam, nasum, aut aliam quamlibet corporis partem novaculae abscondiebant. Ea carnificina toties instaurabatur, quoties ad sonum feralis buccinae sententia legebatur. Ubi ventum ad locum supplicio destinatum, deposita sunt e plaistris corpora sexcentis deformata vulneribus, et ad praecidenda eorum capita expedita secures. Ita fert consuetudo regionis, ut morte plectendis, si nobiles sint, quodcumque tandem admiserint scelus, ferrum non adhibeat. Necantur intercluso spiritu, aut incusso graviter capiti fuste e pretioso aliquo ligno. Plebeja tantum capita acinace decutuntur. Rationem hanc consuetudinis, seu legis edunt, quod nobilium sanguis fundi nequeat sine majorum injuria, quippe per eorum ductus venas, ipsorumque virtutibus nobilitatus. Jam ferro mactandae cum essent quinquaginta infelices e plebe victimae, in patentem campum productae fuerunt. Unii ex illis applicuit se se Rhodius, hac una causa egressus navi, explicique breviter necessaria christiana doctrinae mysteria. Omnibus assentiri se dixit Ethnicus, et baptismum oravit. Deerat aqua; eamque unde peteret, Sacerdos non videbat. Et verebatur, ne si abcederet paululum, qualemcumque moram lictores non ferrent. Dum circumspectat, et tacitus Dei opem implorat, animadvertisit in orbita aquilam ex pridiaco relictam imbre. Laetus haurit, aspergitque homini. Vix sacramenti formulam peregrerat, cum lictor, ferro utraque manu correpto, felicem reum capite amputato stravit. Accurrebat ad alios Rhodius, sed jacentes jam extinctosque reperit.

Sexto nonas Quintiles, qui dies Virgini Matri Elisabetham invisenti sacer, Checium cum Rege Patres attigerunt. Et opus Evangelicum facere exorsi, ea haberunt initia, quibus post beati Xaverii tempora nihil uspiam simile in India vixum. Simul atque auditum in civitate novos ex occidente ultimo Sajos, novae

^{168.}
Regis litteras
ad P. Andream
Palmerium.

^{169.}
Rebelles quin-
quaginta suppli-
cio ultimo affi-
ciuntur.

^{170.}
Unum ex illis
Rhodius bapti-
zat.

^{171.}
Checi satis fr-
ticiter inchoau-
tur res.

doctores legis advenisse, incredibilis ad eorum domum concursus facti. Viri promiscue cum mulieribus, cum populo nobilitas attentis avidisque auribus bibebant inauditam hactenus de uno atque immortalis Deo, de mortalium prima origine, de poenis praemissisque sempiternis doctrinam: auditam probabant plerique, nec pauci completebantur. Dolore conficiebatur Rhodius, quod unus omnibus satisfacere nequaquam posset (non dum enim Marquesius gentis lingua callebat), querebaturque non esse sibi in promptu adjutores, quos ad explicandum populo Evangelium adhiberet. Auxilium istud, quae vis divinae providentiae est, unde minime sperandum videbatur, affuit. Regis soror, non ea de qua dictum supra, sed altera litteris Sinensis et Tunkinensis per quam erudita, quae secundum a Regina locum obtinebat, ut est natio mulierum cuiusvis novitatis praeceps curiosa, flagrabat audiendi novi Doctoris cupiditate, neque tamen prodire in conspectum audebat. Mutat proinde vestem, plebejum induit cultum, et cum duabus matronis arcani sui consciens immiscet se auditorum turbae. Rhodium ut primo audit docentem, vix continuit sese, quin vera dici exclaimaret. Repressit tunc quidem hunc impetum sapienter; sed cum iterum, tertio, saepius ad eum audiendum accessisset incognita, deposito demum pudore malo, redit cum ea pompa, quae Regis sororem deceret, professaque se palam Christianae legis sanctitatem captam, planeque convictam veritate baptismum rogat. Vix fuit quod ad ipsius institutionem Rhodius adderet. Praefinita igitur die baptizatur cum exquisito apparatu, et Catharina appellatur. Congruebat id mulieri nomen. Alexandrinam quippe virginem et Martyrem nobilitate, ingenio, eruditio referebat, ac deinde ipsius etiam aemulari pietatem studuit. Sajos, qui Tunkincium Philosophi, institutis concertationibus coarguebat, obvios quosque erudiebat; nihil praeter Christum scire videbatur. Eadem Apostolicum munus exequi, quatenus per sexum licet, gestiens, novum ac facilem excoxitavit Religionis disseminandae modum. Ut erat amoenioribus litteris perpolita, et versus elegantissime fundebat, christianam doctrinam complexa est carmine, numerosque et modos musicos addidit. Consilium successit ad votum; vulgata per Tunkinum quam late patet carmina, cantata in urbibus passim, in agris, in circulis, et magno ubique in pretio propter auctoris dignitatem ac nomen habita, regnum omne cognitione Divinac legis impleverunt: id quod a multis simul Catechistis, neque tam brevi tempore, neque tanta auctoritate fieri potuisse.

^{172.}
Regis soror
baptismo initia-
tur, induit Ca-
tharinam nomi-
nem.

^{173.}
Catharina
rem christianam
mirifice adiuvat.

^{174.}
Cujusdam
Bonziū conversio-
ac nostra deinde
constantia.

^{175.}
Item rei chri-
stianae operam
naval perutilem.

Catharinac exemplum illustre secuti sunt ex primaria nobilitate complures, omnis actatis ac sexus, quodque magis est, etiam Bonziis. Iстorum vero unus admiratione pree cunctis fuit. Custos erat Templi, quod Regis pellex condiderat, non ulli privatim Deo, sed sibi. Intus nulla Idolorum simulacra. Aedicula duntaxat in medio, pictis tabulis, et magnificis quibusdam ornamenti visenda. Hoc domicilium superba meretrix paraverat spiritui, ut ajebat, suo, cum cessisset e corpore; id opinor sperans fore, ut aliquando ritu Numinis coleretur. Quid non audet muliebris insanias? Bonzius fanum impium magna mercede custodiendum accepérat; sed auditio Rhodio, detestatus impurae mulieris ambitionem, aegre temperavit sibi, quin delubro faces iniiceret. Quod licuit, occulsi fore, et populum videndi studio ventitare solitum abigebat. Rescivit improba mulier, et excanduit. Furore amens, vocat ad se Antonium (id Bonzio recens baptizato nomen), Templi custodiam ut recipiat, praecepit. Negantem id sibi christiano licere, caedi publice virgis jubet. Dein multis oneratum indignitatibus dimittit. Antonius illustri contumelia factus animosior, domum suam Christianis ad fundendas preces, velut templum, addixit. Ejus uxor, cui Paulae nomen impositum, pari pietate foeminas ad baptismum incitabat, magnum uteque Neophytis exemplum ac stimulus. Hoc magis debacchari quam dixi furia. Ubi videt frustra esse caetera, cui vocem et vitam eripere non poterat, eum exilio multitudinem curat, ac fortunis omnibus spoliandum. Neque sic tamen infracta viri constantia. Cessit cum uxore gloriosus exul, egens omnibus rebus, satis virtute sua ac fide dives; contulitque se vicinum in opidum, ubi facultatem rei bene gerendae nactus, scholam christianaē institutionis

aperuit. Saepe inde excurrebat Checium ad Patres, adducebatque baptismi candidatos modo viginti, modo triginta, interdum ad octoginta, atque ita institutos, ut ad suscipiendum fidei Sacramentum uberiori disciplina non indigerent.

Longum jam sit numerare singulos, non dicam e populo, sed ex Aula, ex Magistratibus, ex ordine litteratorum, ex ipso Regi cognitione ac familia, anno minus uno ad Christum traductos. *Mandarinus christianus templo addicit partibus.* Mandarinum praeterire nullo modo possum, qui baptismi consignatus cum uxore ac filio, Templum ingens opere magnifico a se construunt, et adhuc ab profano Idolorum cultu intactum, donavit Partibus vero Numini consecrandum. In id Templum, quod multititudinem majorem caperet, maiores fieri concursus coepit. Effundebant sese homines tanta simul assiduitate ac frequentia, ut sexies quotidie verba fierent, auditoribus semper novis, et in locum priorum subeuntibus. Molestiae nonnulli ac perturbationis ortum est ex ipsa affluentium turba. Aliqui namque assurgebant in ipsa concione, et explicari sibi quaedam distinctius postulabant. Opponabant alii multa, quae difficultia per sese, non ita brevi tempore dissolvi poterant. Nec deerant qui malignitate adducti, facessere negotium Rhodio dicenti conarentur, objectisque argumentorum futillum quasi tendiculis, cursum sermonis instituti retardarent, magna temporis et optatae frugis jactura. *Nonnulli originis perturbationis, eaque occurritur.* Incommodo ut occurreret Rhodius, hinc foribus Templi legem inscripsit, nemini licitorum deinceps objicere quidquam, nisi per octo minimum dies christianam doctrinam auscultasset. Legi paritum est, atque ex eo tempore imperitorum tenebrae per otium sedateque discussae. Baptismo administrando dies erant intra hebdomadam assignati duo. Iis diebus Catechumeni ut minimum quadrageni solemnni ritu abluebantur. Quae porro statim a baptismo fieret in Neophytis morum ac vitae commutatio, nullis consequi verbis queam. Novam derepente cerneret integritatem, castitatem, temperantiam. Mirabantur Bonzii; et causam tantae, tam subita conversionis ignorantes, inde crimen artium maleficarum inferabant Partibus. Nec enim nisi quodam incantamenti genero, fieri putabant posse, ut qui semper antea truculent, furaces, ebriosi, libidinosi fuissent, jam ejusmodi vitiorum nec vestigium retinerent, prorsus ac si cum baptismo aliam induissent naturam, aut suae quisque indolis habitum exuisset.

At enim nulla re magis capiebantur Ethnici, quam christiana in curandis aegrotis charitate. Hinc Religionis paeclarlam opinionem hauriebant: seu quod vere mutua isthaec inter mortales misericordia divinae specimen quoddam benignitatis est, sive quod divinam fateri eam cogebantur virtutem, cuius ipsi exortes erant in tantum, ut nihil carorum morbis tangerentur, ac velut alienas a se calamitates humanas ducerent. Eam ob causam ardebat Patres Nosocomium aliquod in Tunkino condere, quod officina quodammodo et schola istius charitatis esset. Id animo voluntibus, Deus fabros, architectos, operarios, unde minime sperabant, obtulit. In agro prope Checium amplio et amoeno degebant Saii complures, in unum collecti quasi coenobium, ac virtutem profitebant vulgo ignotam, studium scilicet bene merendi de omnibus. Reficiebant pontes, vias complanabant, hospitia viatoribus adornabant, se demum totos publicis commodis devovabant. Idem pro ratione sexus praestabant separato in coenobio mulieres, Vajae dictae, ipsae itidem, uti Saii, deditae publicis utilitatibus, non lucri cupiditate, sed studio pietatis, et spe felicitatis post mortem consequendae. Ea coenobia cum adiissent Patres, viris pariter ac feminis, numero fere quingentis, illud persuaserunt primum, ut Christi legem, quae lex charitatis est, susciperent. Quo facile impetrato, iisdem sacro fonte mersis inculcare cooperunt, ut eadem, quibus assueverant, misericordiae officia multo in posterum obirent sanctius ac diligentius, sola Christi charitate ducti. Postremo de valetudinario instituendo sermonem intulerunt, ostendentes, ex omnibus officiis, quibus publicae commodarent rei, hoc maximo futurum usui, ac Deo pae caeteris gratum. Exceptum est cum magno assensu consilium Patrum; cunctisque certatim curas et manus ad pium opus convertentibus, brevi spatio extructum est publicum Nosocomium, cum apta divisione sexuum, in quod aegroti confessim plures deportati fuerunt. Rem ejus generis, in

Mandarinus christianus templo addicit partibus.

Nonnulli originis perturbationis, eaque occurritur.

Quae morum communatio fieret in Neophytis.

Christianam charitatem paeclarum admiratur Ethnici.

Publicum Nosocomium erigitur quod in Tunkino primum.

^{181.} *Rex novam Checii domum temporumque extruit Patri- bus.* conspectu regiae civitatis confectam, imi pariter ac summi laudarunt. Laudavit vehementer ipse Rex, hujusque praesertim rei causa munificum se exhibuit Patribus. Utebantur ii quarto jam mense civis opulentii domo, apta illa quidem ad habitandum et commoda, sed multitudini confluentium Christianorum, quae quotidie augebatur, angusta. Ampliorem suo sumptu condidit Rex, eamque in loco urbis opportunissimo, nec ita procul a Regia, ut facilis tutusque ex omni parte esset accessus. Praeterea, etsi nondum inducebat animum amplecti quam laudabat Christianorum fidem, suis misere viitiis ac libidinibus irretitus; tamen ut ostenderet se eam legem, non tam aspernari, quam majorem suis viribus duere, Templum Christo Deo amplum ac sumptuosum posuit, Patrum domicilio conjunctum. Quac Regis liberalitas, ut multum ad persuadendum valent exempla Principum, majorem in modum populi animos inclinavit erga divinam Religionem saioresque ejus, atque hos vicissim ad agendum alacriores effecit.

^{182.} *Infernī spiri- tus ex aedibus corporibusque exiguntur.* Caeterum est illa magni Gregorii verissima vox: *Ut ad fidem cresceret multitudo credentium, miraculis fuerat nutrienda.* Quod de primis Ecclesiae temporibus dictum, ad posteriores quoque actates, ad omnesque regiones, in quibus Evangelicam primo sationem fieri contigerit, est referendum. Hunc sane de celo imbre non desideravit Tunkinensis ager. Rigatus imo est adeo large, ut miracula quaedam in morem usumque prope quotidianum viderentur inducta. Ut aliqua de multis attingam, regnabant in Tunkino Daemones mali adeo impune, ut istis spiritibus nulla ibi esset nocentior pestis, aut crebrior. Non hominum duntaxat corpora, sed totas etiam domos prope ut Domini insidebant. Quidam humana induiti forma hominum coetus se immiscebant, tanquam domestici et familiares: nec eos exigendi ratio ulla suppetebat. Tamen inventa est ratio, qua facilime pellerentur. Aspersum corporibus aedibusque levem aquac consecratae rorem adeo reformidabant tetrici tenebriones, ut vetusta possessione confessim cederent. Iudem ad sacrosanctae Crucis aspectum, ad sanctissimum Jesu nomen, ad sacrarum Reliquiarum contactum, subito vertebantur in fugam, sive haec a Sacerdotibus intentarentur, sive a quolibet Neophytorum, sive etiam ab Ethnicis. Ex quo duo colligebantur ad commendationem christianae Religionis illustria. Primum, hanc vim non humanae esse artis, sed potentiae Divinac, quae summum in res creatas jus et imperium obtinet. Alterum, Religionem eam, in qua vis ejusmodi haberetur, plane esse divinam. Illud etiam sequebatur inde, ut jacent Venefici et Praestigiatores, quorum illic numerus ingens, et ars admodum quaestuosa. Disrumpabantur improbi, cum sua contemni sacra, sua ludibria veris miraculis vinci, se ipsis a populo, atque adeo a pueris derideri cernerent. Nec moerorem tulerunt taciti, sed quidquid arte stygia possent experiri contra Christianos, et eorum magistros statuerunt. Conveniunt in densum nemus frequentissimi, diras suo more concipiunt preces, funesta jactant carmina. Horribile dictu! Contremuit derepente solum, totumque horrifico remugitu insonuit nemus. Simul extitit, incertum unde, haec vox: *Frustra estis miseris. Nihil contra Christum, ejusque famulos valent nostrae artes. Nunquam posthac quisquam nostrum, licet milies vocatus, aderit, aut, ut adsit, opem vobis ullam feret.* Extrema verba secutus est clamor dissonus, qui Magos attontos et metu consternatos reliquit.

^{183.} *Daemonum notabile responsum ad Magos.* Neque solum infernis spiritibus coercendis, sed aliis etiam rebus identidem divina Christi potentia sese explicabat, praesensque numen ac vim editis supra naturae usum prodigiis declarabat. Concurrebatur passim ad Patres, ut sanarent morbos, procelas nimbosque averterent, foecunditatem arvis sterilibus conciliarent. Adibant illi Christum fidenti animo supplices, sua ut praestaret promissa eum rogabant. Et precum vero is plerumque erat exitus, ut omnes intelligenter, in religionibus Christianorum certissima remedia contra quoslibet casus, et mortalibus vitae infortunia praesto esse. Id cum alibi saepe, tum maxime patuit in oppido, quod atrox pestilentia populabatur. Dynastes oppidi dominus, ut calamitati remedium quaereret, contulerat se ad Patres, et aquae salutaris, cuius vim tot portenta loquebantur, vasculum postulaverat. Missi ad oppidum fuere sex Neophyti cum sacri laticis urceolo; qui primo tribus oppidi partibus maxime

^{184.} *Viribus aquae illustratis depeluntur morbi.*

conspicuis sublimes exerentur crues. Ingressi deinde domos, quidquid impiae superstitionis, aut magici ritus inventum, concremaverunt. Id ubi fecerant, positis humi genibus ante aegrotum pias fundebant preces, et cracem adorandam proponebant. Ad extremum guttulas aliquot lymphae consecratae ori jacentis infundebant. Quibus haustis, aeger putridi humoris vim ejecatabat ore, ac paulo post morbo levabatur. Diebus octo oppidan ducenti septuaginta, quot erant afflati luc, persanati fuerunt. At unus Neophytorum, post propitiatum aliis Numen, iram ejus ultricem in se traxit. Vehementer commendaverat illis Rhodius, ne quid muneris aut peterent a quoquam, aut ultra oblatum acciperent, multumque Dominicam illam inculcaverat vocem: *Gratis acceptisis, gratis date.* Dynastes gratias impense actis uni, qui caeterorum quasi praeses erat, eidem lautam obtulit vestem. Accipit infelix, sed non impune. Decimo post die correptus eodem morbo, pravae cupiditatis qualecumque crimen morte luit. Quo casu reliquis tantus injectus est terror, ut postea ne cibum quidem necessarium capere in aegrotantium aedibus sustinerent. Atque haec primordia Missionis Tunkinensis fuerunt, de qua saepius in decursu annalium sermo recurret.

Quemadmodum in Tunkino P. Alexander de Rhodes, ita in proxima Cocincina totam fere nascentis Ecclesiae molem P. Franciscus Buzomius sustinebat; nisi quod huic, ut in adultiore Missione, plures aderant de Societate comites et adjutores. Verum hic Regis mira levitas et inconstancia nunc secunda omnia, nunc adversa praestabat, ut major minorve ostenderetur spes constabiliendi cum Lusitanis commercii, quod unum barbarus spectabat. Nam Religionem in postremis habebat. Edixerat ante biennium, ut suo loco docuimus, nostris, ut quae constituta habebant in diversis Regni partibus domicilia desererent, contraherentque se ad convivendum Faifone, quod erat oppidum exilibus e Japonia Christianis frequentatum. Eodem edicto vetuerat, ne uspiam extra Faifonem religiones Christianorum palam ac publice colerentur. Cum nihil secius Patres suis in stationibus tenerent sese, connivebat ipse, et suum exolescere imperium tacitus patiebatur, ea contentus obsequi specie, quod citra clamorem ac strepitum Christianam procurarent rem, celebrioribus ministeriis abstinerent, nec insignia Religionis palam proponerent. Apparebat inde, non tam malo esse animo Principem, quam mobili varioque: facile offendti, facile item mitigari. Et Patres, perspecta ejus indole, paulo quidem cautius, sed tamen sedulo curare Christi gregem et augere pergebant. Biennio minus, auxere eum capitibus mille et sexcentis. Sed quamquam ita esset, gravem hoc medio spatio molestiam, per occasionem ejus quod dixi editi, pertulere Neophyti Pulicambenses. Eam Provinciam Mandarinus ferox, et christiano nomini infensus administrabat; utque ferme solent Praefecti ab aula remotiores auctoritatem regiae parem sibi arrogare, Regis editum ad libidinem interpretatus, poenam capitis constituerat, si quis quovis indicio Christianum se ostenderet. Riserunt Neophyti minas, qui scirent nullum illi jus in vitam Christianorum esse, nec idcirco usitata Religionis officia intermiserunt. Gubernator ira incensus, multos conicere in vincula, plures verberibus male multare, quibusdam plantas nodosis arundinibus lacerare instituit. Ita demum saeviebat, ut quamquam ipsorum parceret vitae, mortem optandam faceret. Dispicuit crudelitas ipsis Ethnicis, sed Regis filio in primis, qui Cociani, ut alibi dictum, imperitabat, et de lege divina paeclare sentiebat. Nec tenere se potuit benevolus Princeps, quin improbi Gubernatoris furorem acri objurgatione compesceret. Misit Nuocmanum, oppidum provinciae Pulicambensis caput, qui pii vexatorem gregis commoneret officii, atque haec illi a se nunciaret. Regia mandata cum fide exequenda, non supra modum acerbanda regius ministris esse. Nequaquam velle Regem, ut prohibeat lex a Patribus tradita, sed tantum ne exerceatur apertius, quam publicae expeditat tranquillitati. Videat proinde, ne praefinitam transiliat lineam: et quando nihil apud eum jus fasque valeant, minimerit, in sua fide ac clientela Christianos, eorumque Doctores esse. Perculit hominem Principis denunciatio minax. Hinc modestior effectus, refixo illo suo

Tom. II.

20

185.
Memorabile
exemplum divi-
nae severitatis
contra avari-
tiam.

186.
*Acta in Cocin-
cina. Rex variuum
se praebet Patri-
bus.*

187.
*Gubernator
Pulicambensis a-
cerbe vexat Chris-
tianos.*

188.
*Eius furor
compescit Regis
filius.*

edicto capitali, Neophytis molestus esse desiit: at simul his injecta sunt fraena, ne ardore immodico abriperentur.

189.
Regius Princeps misere moritur nondum suscepto baptismo.

Id ultimum fuit beneficiorum, quae Religioni christiana plurima et amplissima Regis filius contulit. Paucis enim post diebus Princeps infelix immatura morte sublatus est, quodque miserrimum, adhuc baptismi expers, adhuc caecis errorum tenebris involutus. Nimurum impuro amore implicitus concubinae, quam perdite deperibat, tandiu distulit christiana sacra suscipere, donec ipsius causa vitam hand fluxam simul et sempiternam misere perdidit. Nam cum subito casu mulier excessisset e vita, ejus interitu tantum hausit dolorem, ut aegre impertratum fuerit, ne sibi afferret manus, mortuam sequi gestiens. Furentem ac mente prope captum ut leniret veneficus, promisit effecturum se optatam ut rursum conspiceret faemianam. Statuam proinde confecit quam potuit simillimam vivac. Eam vestibus usitatis induit, motum aliquem capiti et oculis arte magica tribuit. Sed fallax ea species dolorem Principis haudquaquam minuit. Plures exegit dies noctesque impastus, insomnis, lacrymis luctuque perditus, donec exhausto cerebro, et toto corpore debilitato, extabuit. Nullum Principem aequem ob egredias dotes amaverat Coccinica, nullum aequem levavit. Flevere cum primis nostri, qui in ejus benevolentia ac favore magnum columen ac firmamentum rerum suarum haberent repositum. At orbatos tam potenti patrono non deseruit Deus. Pro filio Reginam matrem substituit, quae illorum ac rei christiana gereret curam. Jam ante Christum occulite colebat mulier. Nunc colere palam et aperte coepit. Nec eo contenta, Religionis incensa studio, quoscunque alloqueretur, praesertim et Purpuratorum ordine, ad amplectendum Dei legem hortabatur, eos qui amplexi essent tuebatur, splendorem sacris Aedibus caeremoniisque castissimis Christianorum, qua regifico sumptu, qua praesentia pietateque sua conciliabat. Reginæ pietas facis instar clarissimæ fuit, quae lucem tanto diffudit latius, quanto altiori et loco fulgebat. Ejus exemplum secuti sunt e populo ac nobilitate multi. Eiusdem auctoritate repressi Bonzii, ne Christi praeconibus negotium faccesserent. Ipse Rex, etsi frigere commercium cum Lusitanis institutum dolebat, tamen de Patribus meliorem induit mentem. Buzonium sane, nescio qua causa ad Aulam profectum, ita excepit, ut praeteritae offensionis et edictorum suorum videceret oblitus.

190.
Reginae christiane Religionis ac Patronum patrocinium suscepit.

Placato Rege, favente Regina, Onsaiis metu obmutescentibus, omnia siebant in dies meliora. Sinoac, in urbe Regni sede, primarios cives quadraginta Buzomius, per occasionem ejus quam dixi profectionis, baptismò tinxit, quo in numero aliqui ad regia oriundi stirpe furunt. In oppido Rancanæ provinciae praecepius tantus ad Christum scholam concursus duce Gubernatore fuit, ut insignis Bonzius, cuius pridem ab ore nutuque omnes pendebant, coactus fuerit vitæ institutum mutare, ac victum inter opifices sellularios quaerere, quippe a discipulis omnino desertus. In alio quodam oppido, cui Baubone nomen, unus e Cathechistis, in magna auditorum corona congressus cum Doctoribus gentis, cives amplius sexaginta victos in ditionem accepit. Sed longum sit omnia hujus generis recensere. Quaedam acciderunt etiam ad commendationem divinae bonitatis insignia, quae nefas silentio tegere. Christianus puer jacebat gravi oppressus morbo; jamque a Medico depositus, hujus sententia moriturus ante noctem erat. Parentes saevo perculsi nuncio, ad preces conversi, immortali atque unico christianorum Deo pro salute filioli supplicare. Risit Medicus, et christianum, inquit, fore me profiteor, si puer hic mane eras vivit. Vivebat mane, et superstes diu vixit. Nec datam Medicus fecellit fidem. Aperte testatus, christianorum Deum morborum potentem, ac naturae arbitrum illum esse, cuius beneficio parta salus puero fuisset, ad Christum se aggregavit. Sic, Deo adjuvante, Medicum curavit aegrotus, et meliore donavit salute. Haud minus inopino modo duos coelo intulit conjuges propitium Numen. Mandarinus christianus, dum in Aulam contendit evocatus a Rege, nocte nimbosa coactus in pagum nescio quem concedere, ibi quod primum occurrit tugurium hospitii causa subiit. Senex in tugurio decumbebat annis et morbo gravis. Continuo aggreditur hominem Mandarinus,

191.
Friges hoc anno collectae in diversis locis.

Puer moribus dicitur persanatur.

192.
Puer moribus dicitur persanatur.

Placato Rege, favente Regina, Onsaiis metu obmutescentibus, omnia siebant in dies meliora. Sinoac, in urbe Regni sede, primarios cives quadraginta Buzomius, per occasionem ejus quam dixi profectionis, baptismò tinxit, quo in numero aliqui ad regia oriundi stirpe furunt. In oppido Rancanæ provinciae praecepius tantus ad Christum scholam concursus duce Gubernatore fuit, ut insignis Bonzius, cuius pridem ab ore nutuque omnes pendebant, coactus fuerit vitæ institutum mutare, ac victum inter opifices sellularios quaerere, quippe a discipulis omnino desertus. In alio quodam oppido, cui Baubone nomen, unus e Cathechistis, in magna auditorum corona congressus cum Doctoribus gentis, cives amplius sexaginta victos in ditionem accepit. Sed longum sit omnia hujus generis recensere. Quaedam acciderunt etiam ad commendationem divinae bonitatis insignia, quae nefas silentio tegere. Christianus puer jacebat gravi oppressus morbo; jamque a Medico depositus, hujus sententia moriturus ante noctem erat. Parentes saevo perculsi nuncio, ad preces conversi, immortali atque unico christianorum Deo pro salute filioli supplicare. Risit Medicus, et christianum, inquit, fore me profiteor, si puer hic mane eras vivit. Vivebat mane, et superstes diu vixit. Nec datam Medicus fecellit fidem. Aperte testatus, christianorum Deum morborum potentem, ac naturae arbitrum illum esse, cuius beneficio parta salus puero fuisset, ad Christum se aggregavit. Sic, Deo adjuvante, Medicum curavit aegrotus, et meliore donavit salute. Haud minus inopino modo duos coelo intulit conjuges propitium Numen. Mandarinus christianus, dum in Aulam contendit evocatus a Rege, nocte nimbosa coactus in pagum nescio quem concedere, ibi quod primum occurrit tugurium hospitii causa subiit. Senex in tugurio decumbebat annis et morbo gravis. Continuo aggreditur hominem Mandarinus,

193.
Duo coniuges singulares providentia baptizantur.

Duo coniuges singulares providentia baptizantur.

sempiternum denunciat exitium, si retineat patriam superstitionem, sempiternum contra praemium, si ad Christum se recipiens eam deserat. Victus oratione senex clamat, se vero Christianum emori velle. Edoctus, quantum in angustia temporis licebat, praecipua mysteria, Baptismo supponit caput, ac momento post moritur. Supererat mortui uxor, vetula, magis onusta annis, sed vegeta et bene sana. Auditus autem quae Mandarinus marito explicuerat suo, similiter christiana fieri gestiebat. Differendam censebat Mandarinus, dum uberioris doceatur. Verum illa omnis impatiens morae: aut baptismum jam nunc impertias mihi, inquit, aut vitae longioris usuram promittas necesse est. Quod si hoc alterum non potes, cur prorogas beneficium, quod ego prorogatum dolere aeternum possim? Sensit vir prudens impulsam divinitus anum ut ita loqueretur, neque ullam interposuit ultra moram, quin voti compotem faceret. Paucis post diebus, per eundem revertens pagum, eam decessisse comperit.

Sed memorabile in primis quod sequitur. Nuocmani senex decrepitus, cum audisset forte Buzomium praecipua christianae doctrinae capita explicantem, capitum est Baptismi cupiditate tanta, ut negaret, nisi eo suscepto, se discessurum. Comprendinare non licuit. Statim vero atque voti factus est potens, novo ac subito gaudio delibutus, sublatis in coelum oculis, ita loqui: Me ne coeli haeredem, me immortalis ac summi Dei filium esse! Quid ergo in terris ultra moror? Cum haec maxime diceret, clausit oculos, ac veluti lassum caput in pectus demitteret, expiravit. Mortuum extulere Christiani magno plausu, et publica festos inter cantus laetitia, quippe jam sedibus Beatorum, ut pro certo sumebant, receptum. Et fuere qui non nemini conspectam dicerent Neophyti felicis animam mira fulgentem luce, cum ferretur in coelum. Hac excitatus voce filius ejus ethnicus, exarsit cupidine cognoscendi, num vera dicerentur. Magum idcirco oravit, sibi ut parentis animam exhiberet spectandam. Jussa facere sceleratus prae-stigior non abnuit. Juvenem abducit in cryptam subterraneam. Ibi, ductis solemnii more circulis, dira immurmurat carmina. Ecce autem exit derepente humo erupta sive ipsius sensi anima, sive bonus aliquis genius, hanc personam Dei nutu sustinens; ac filium tremefactum spectans ore torvo, minaciterque, ut olim Saulem Samuel, objurgans: Quid tibi, inquit, rei cum mortuis? Adsum quem quaris, non scelesti istius circulatoris arte adductus, sed voluntate Numinis, et singulari erga te benevolentia; nempe ut te commoneam, qualis vivere debeas, si mecum esse salvus, et aeternum beatus cupis. Quaere a Patribus doctrinam coelestem, eamque cum didiceris, professione ac moribus tene. Quibus dictis, vide ri desiit. Juvenis ut se collegit ex terrore, ad Patres advolans, rem omnem uti gesta erat exposuit, et facti veritatem, non solum suscepto Baptismo, sed etiam insigni morum probitate comprobavit. Mitto alia ejusdem generis. Et satis scio, haec ipsa fidem non habitura apud eos, qui supra communem modum eruditum volunt videri. Atqui satis constat, quasdam esse, praeter usitatas ac tritas, divinae providentiae vias, quas nemo humanis rationibus assequatur. Et miris saepe modis infideles ad fidem pertrahi, innumera testantur exempla in Ecclesiae annalibus recensita.

Quales jam fierent in Cocincina Christiani, quanta pietate, quam vera solidaque virtute, et alibi declaratum a nobis est, et nunc insigni exemplo comprobandum. Vatabat regionis lex, aequa vetus ac barbara, ne quis ullam impenderet naufragis misericordiam; ne tecto eos exciperet, ne alia quamvis commoditate adjuvaret. Fractae naves, earumque onera in littus ejecta, ut fortunae dona, addicebantur Fisco. Nautae vectoresque, vel hausti fluctibus, vel, si quo casu enatassent, fame nihilominus inopiaque interire cogebantur. Accidit hoc anno, ut duae Lusanorum onerariae frangerentur ad Rancanae provinciae oram, salvis caeteroqui vectoribus. Certa erat istis pernicies, si inhumana lex servaretur. At Neophyti, quibus omnium prima ac longe antiquissima lex charitas, expositos in littus, seminudos, suis omnibus spoliatis ut conspexere christianos, accurrebant ferendae causa opis, spretaque judicum severitate, ac suo periculo¹, tan-

194.
Senex Baptismo
vix suscepit, lae-
tus cepit.

195.
Speculum
se praeberet filio
ethnicu, ejusque
superstitutionem
corriguit.

196.
Neophytorum
charitas erga
naufragos Lusi-
tanos.

quam parentes filiosve certatim sublevandos suscepserunt. Ample xantrū amicissime eos, ducunt domum, quibuscumque possunt rebus refovent recreantque. Denique discedentibus viaticum prolixē largiuntur, laeti datam sibi occasionem exercendae charitatis, qua maxime re Christi discipulos se probarent. Mirati sunt Lusitani benignitatem viri inter Christianos sperdām, et Macaum revecti, praedicare non cessabant Neophytorum Cocincinensis pietatem, qua se ajebant pariter gaudio affectos, ac pudore suffusos.

197.
RES SINICAE.
Gueicuni Eunuchi summa potentia, et pars superbia.

Dum haec geruntur in Cocincina, rem christianam apud Sinas curabant Operarii Societatis, viginti tres, in novem tributū stationes, et partes omnes suo congruentes muneri implebant. At Gueicuni, Eunuchi sceleratissimi furor progressus Evangelii retardabat. Regnabat spado iste impurissimus supra Regis imbellis animum tanta ostentatione potentiae, ut nihil toto imperio moveretur, nisi ex ejus voluntate et arbitrio. Rerum et honorum solus arbiter, vesticalia imperabat remittebatque, milites ac centuriones poenis vel praemis afficiebat. Utque ita plerumque fit, homines humili ortos loco, cum potestatem adepti sunt, contra nobiles et illustres viros insolentius ferri, nihil non agebat improbus, ut spectatissimos Mandarinos, Imperii lumina, abiiceret ac deprimeret. Multos honoribus ac Magistratibus spoliatos in ordinem redegerat, plures abstinebant publicis officiis vi aut metu coegerat. Quibus praefecturas non ademerat, eos appellare imperiosus solebat, accidere sibi ad genua supplices, si quid vellent, jubebat, omnino plebeis per summam indignitatem exaequare studebat: Qua potissimum adductus malignitate, sellas iis gestatorias, quibus magnifice deferri solent, aliaque dignitatis insignia eripuerat. Verum haec leviora. Ita ferme usu venit, ut isti fortunae alumni, cum in altissimum educti sunt locum, vertigine laborent, neque aliorum duntaxat, sed suimet ipsi obliviouscantur. Gueicunus in tantam devenit insaniam, ut in quindecim Imperii provinciis totidem sibi Templū ponī velut Numini jusserit, quae quidem alicubi magnificentissima a praefectis, ejus nimis clientibus et adulatoriis, excitata fuerunt. His de causis Gueicunum pesime oderant cum omnes boni, tum Mandarini in primis; ac plerique, cum nec tantam infamis semiviri superbiam ferre patienter, nec inhibere possent, in suam quisque patriam secedere maluerant, verius arbitrati scilicet Pekino atque Aula procul abesse, quam sui publicque dedecoris testes otiosi ac spectatores manere. Ea primum res nostris hominibus graviter incommodavit. Tot enim remotis ab Aula, tamque potentibus rerum suarum patronis, magno ad rem gerendum praesidio caruerunt. Accessit incommodum haud paulo gravius ab implacabili odio, quod contra literatos, coetusque omnes litteratorum spado indoctissimus profitebatur. Florebant in Sina celebres Academiae, in quas doctissimi qui que ac ferme flos ingeniorum conveniebant, illustrandae causa rei litterariae. Eas Gueicunus otiosorum scholas, et conventicula perduellum appellabat. Novissime edixerat nomine Imperatoris, ne quo convenire loco multi possent, litterariae cuiuspiam exercitationis obtentu. Quo editio adempta fuerunt nostris agendi ampla seges, et propagandae Religionis occasio praeclarra. Nam cum usu ipso constaret, ad persuadendam Sinensibus Evangelii veritatem minus valere publicas clamorasque conciones, quam privata colloquia; solebant nostri in eos coetus perinde ac caeteri litterati inferre se, ac de virtutibus vitiisque, quae plerumque eruditarum disputationum materia, conferre. Tum, ut quaedam est inter humanas divinasque virtutes necessitudo et affinitas, ex unis ad alias molliter detorquebant sermonem, donec ad Religionem deveniebant, ejusque mysteria explicabant. Ex hoc instituto duplex promanabat utilitas. Altera, quod salutari doctrina imbuiebantur maxime ii, quorum summa erat apud gentem auctoritas. Altera, quod nulli ob eam rem motus conquestionesque exoriebantur. Jam vero, suppressis hisce conventibus literariis, privatas circuire domos cogebantur Patres, majore suo periculo, neque tanta Religionis utilitate. Postremo durissimam Patrum conditionem efficiebant nota Gueicuni odia erga christianum nomen. Quicunque alieno ab iis erant animo, imprimisque nequissimi mortalium Bonzii, hoc suum tempus, hanc occasionem arbitrantes, Christi legem satyris proscindere,

198.
Eius odio Mandarini plures aulam deserunt.

199.
Coelesti litterarios Gueicunus retat. Incommode dum inde consecutum.

200.
Patrum periculum sub infamia sensitivo.

eius doctores libellis criminationum plenis apud Gueicunum insimulare, atque in invidiam vocare non cessabant. Quibus obruti accusationibus Patres, pendent velut sub iitu, vocula una, uno insani spadonis nutu mactandi.

Hoc nihilominus tam difficulti tempore, cum et amicorum praesidio destituti Patres erant, et inimicorum telis impune petebantur, quae mobilitas est rerum humanarum, (nisi potius peculiarem aeternae mentis nutum in hoc facto admirari malimus) versae momento sunt vices, et insperatam Patribus ac Religioni tranquillitatem casus nec opinatus attulit. Oppressus quotidiana crapula, et effraeni libidine, moritur Imperator Tienkius, pridie Cal. Octobris. Eu casu Gueicunus, ut erat impotentissimae ambitionis, adeo non despondit animum, ut imo de vacuo occupando Imperio, immanni elatus arrogantiā, cogitarit. Cur vero ad regiam dignitatē non aspiraret is, qui Regem ipsum subjacerat sibi, atque adeo divinos honores affectaverat? Reputabat vafer, Mandarinis plus trecentis aut ejectis, aut sponte dilapsis, alios ab' se fuisse substitutos, e faece spadonum plerosque, omnes clientes suos, sibique per omnia mancipatos. Istorū quidem certe non defore sibi opem studiaque prospiciebat. Cum deinde immensas haberet congregatas opes, immodicis largitionibus facile emi posse reliquorum suffragia confidebat. Hac ergo mente, seu verius amentia, ut primum periculose decumbere Imperatorem sensit, Sinuatum ejus fratrem, cui jure sanguinis debebatur Imperium, procul a Regis summovit. Secutam mox Regis mortem celebravit aliquandiu, dum exhauiret aerarium, et alicorū, qui Eunuchi omnes erant, animos pertarent. Cum denique maturum suis consilii tempus creditit, vocat Imperii proceres, ac mortuum significat Principem. Tum oratione ambigua, quam nemo tamen non intellexit, de onere Imperii administrandi, de aliquo suo in rebus gerendis usu et experientia disserit. Commemorat collata sibi pridem ab iis, quos praesentes cerneret, beneficia. Si quod novum accesserit, se nec immemorem, nec ingratum fore promittit. Tandem de novo creando Imperatore quid censeant, rogat. Sperabat improbus inclinaturas in se sententias, dissentiente nomine. At unus e consessu, ab adulazione ac metu integer: Rem nulli dubiam quaeris, inquit. Est Imperatori frater Sinuamus: huic Imperium debeatur. Ac statim omnium erupit vox, Sinuatum Imperatorem conclamantium. Exterritus et amens Gueicunus, laetitiam tamen vultu simulans, conventum dimittit. Redierat clam Sinuamus, nec erat nescius quae agerentur, quaeque perfidus consilia coqueret. Tamen, cum ad eum prior venisset Gueicunus, quasi a se creatum gratulatur, summa usus dissimulatione prudens Juvenis (erat annorum duntaxat undeviginti) venientem accepit comiter, gratulanten bonis verbis est prosecutus. Hinc ingenti omnium ordinum plausu salutatus Imperator, in solio collocatur, et relicto priori nomine, ut mos apud Sinas, Zunchinius appellatur, quae vox sublimem felicitatem sonat. Quam male huic responderint nomini res, postea videbimus. Laetis quidem initis imperare Zunchinius coepit. Continuo, mutata penitus rerum scena, novam Imperio ac Regiae faciem induxit. Eunuchos palatinos, quorum immundis gregibus oppleta Aula ac conspurcata omnis erat, dissipavit, eorumque plurimos ignominia notatos ejecit. Mandarinos erexit a Gueicuno dejectos, et in integrum restituit. Ipsum vero, jam hominum opinione odiosis convictione capite damnavit. Templi illi positā diruit, status comminuit. Profugerat miser in oppidulum provinciae Honanae, ubi natales habuerat ignoto patre, neque recusabat post tantas opes in summa inopia, pristinisque sordibus agitare deinceps vitam. Sed affuit a Rege Centurio, et laqueum, quem innecteret faucibus, in quasillo eleganti obtulit. Sequebatur carnifex, qui reluctantem aut morantem conficeret. Gueicunus, data optione, esse suus ipse carnifex maluit, ac sibimet gulam elisit.

Scelesti spadonis nece vulgata, cum res omnis publica, tum Religio praeser-
tim ab immitti oppressione respiravit. Patres, qui hactenus ejus metu rem chri-
stianam cunctanter ac timide administraverant, jam prodire in apertum, coetus
Neophytorum cogere, opus evangelicum paulo liberius facere. Neque minus Man-
darini christiani sua in eos studia, quae ad id tempus prudenter compreserant,

201.
*Imperator,
Tienkius mori-
tur, Gueicunus
ad imperium a-
spirat.*

202.
*Novus Imper-
ator salutatur
Zunchinius.*

203.
*Gueicunus su-
spendio damna-
tur.*

204.
*Doctor Michael
fixam Societati
domum attribuit
Hancei.*

apertius profiteri cooperunt. Jam pridem doctor Michaël, eximius ille nostrorum ac Religionis defensor, certam Societati domum ponere meditabatur Hamcei in patria sua; sed rem ut immaturam distulerat semper, ea ratione, ne forte offendetur apud Aulam, ac periculum crearet iis, quibus beneficium parabat. Ut sublatum audit Guicicum, velut omni solitus metu, rupit moras, et cogitata perfecit. Domus erat prope domum ipsius ampla, ac nostris usibus opportuna.

^{205.}
*Dum exstruit
Templum, mori-
tur. Quae mortis
fuerit causa.*

Eam coenit, ornavitque, ac Patribus mancipio tradidit. Templum quoque coepit a fundamentis extruere, promovebatque piam fabricam ardore tanto, ut minime abnueret interdum supponere humeros columnis ingentibus, quae in honorem Numinis inferebantur. At celeri morte occupatus, opus imperfectum reliquit. Mortis porro causam traxit ab inexplibili, quo flagrabat, Religionis amplificandae studio, atque hacc fuit occasio. Accidit, ut ad conspicuum dignitatis gradum evehernetur Mandarinus ex eadem urbe Hamceo. Hunc Michaël futurum providens magnum christiana rei columen ac praesidium, si ad Christum adduceretur, ac facile adducendum sperans, si semel daretur sibi copia cum eo commodo disserendi, praeberere ipsi epulum statuit. Ea namque est consuetudo Sinarum, ut de negotiis etiam gravissimis conferant super mensam, cuius rei gratia ad multas saepe horas convivia extrahunt. Hiems erat, decembreque perfrigidus. Mandarinum nihilominus invitavit Michaël, et illatis dapibus, sermonem instituit de Religione. Quo ad multam usque noctem producto, quod reliquum noctis fuit scribendo de eodem argumento consumpsit. Mane summo, dum componit se ad quietem, senex septuagenario major, labore ac vigilia fessus, subita febre corripitur, qua intra diem septimum absemptus est. Vir plane insigni pietate, magnis in rem christianam ac nostram Societatem meritis, et omnino dignus qui in his annalibus perpetuo vivat. Ut alia praeteream suis alibi locis sparsim, indicata, quantum illud est, quod nostros homines, non tantum advenas, sed etiam in suspicionem rerum novarum vocatos, et exilio damnatos, per totos annos undecim domi alere perseveravit suae, licet infensos sibi ob eam causam potentissimos Aulae ministros non ignoraret? Aegre id ferebant propinquai et familiares, neque cessabant monere et obsecrare eum, ut amori tam periculoso finem vel modum poneret. Quibus ille contra: De me cur solliciti sitis, nihil est, respondebat. Quam pro me tam amanter geritis curam, in istos veritatis Patres velim, quorum est salus multo potior mea, uti qua salus Sinensium publica continetur. Nullus e destinatis ad gubernandas provincias Mandarinis transibat Hamceo, cui Michaël non commendaret enixe Patres. Addebat eorum ac divinae legis praeconia majoribus exarata litteris, ut contra Ethnicorum et Bonziorum furias praesidio essent. Ut Societatis vel mortuus ageret causam contra obtrectatorum columnas, vitam Patrum, resque ab iis in Imperio Sinico gestas in acta referebat, futurum sperans, ut sibi testi oculato facilius posteritas, quam aliis crederet. Huic labori magnam nocturni temporis partem, diurnis distractus negotiis, consecratabat. Ut fundatori Ecclesiae Sinicae quandam rependeret vicem, vitam scripsit P. Matthaei Ricci, quac Sinicis excusa characteribus prodit. Jam quantum Religioni talis ac tantus vir exemplo, voce, calamo prodesset, quis explicit satis? Non dicam Christiani, sed plane Religiosi, sed' Apostoli personam in Mandarini gradu cultique sustinebat. Imperium totum spargendis per Provincias libris utilissimis eruditiebat. Familiam, quae constabat et centum amplius Christianis, quotidie ad pietatem informabat. Si quos viderat praeter communem modum ingeniosos et eximiae indolis adolescentes, quos ad primarios regni Magistratus aliquando eventum iri consideret, eos ipse docebat litteras, aut Magistro excellenti tradebat instituendos, ut una cum litteris amorem divinae legis haurirent, eique se patronos olim ac defensores praeberent. Multorum inimicitias et accusationes ob christianum nomen sustinuit, nec sustinuit modo, sed iis augeri suam dignitatem credidit. Publicis licet curis distentus, ad christianam perfectionem tendebat contentione ac nisi tanto, vix ut Religioso severioris instituti concederet. Cum Huguanam provinciam administraret, nunquam subibat tribunal, nisi cilio in cinctus, idque ne forte, procedente ante se populo, ipsisque adeo Proceribus in-

^{206.}
*Michaëlis exi-
mia benevolentia
erga nos.*

^{207.}
*Ejusdem insi-
gne studium pro
Religione chri-
stiana.*

^{208.}
*Quaedam de
ipsius virtutibus
indicantur.*

genua, ut ibi mos, procumbentibus, maiores aliquando sumeret spiritus, et christiane demissionis oblitus insolesceret. Jejuniorum usus illi creberet, seu potius quotidianus. Observantia erga conscientiae moderatores tanta, ut eorum nutus tamquam imperia de coelo capesseret: rerum praeterea sacrarum reverentia vix credibilis. Olim, dum praecipiti fertur amne Huguanae provinciam cum imperio petens, casu factum est, ut naviculam ventus vehementior everteret. Michaël cum emersisset salvus, non jacturam sarcinarum et locupletis vasarii, quod secum in Provinciam devehebat, sed sacrarum duntaxat reliquiarum, quae simul perierant, dolere visus ac conqueri. Precatus autem Dēum O. M. ut jacturam sarciret, post biduum in summa fluitantes aqua vidit reliquias, ac laetus recepit. Viri constantiam multi saepe casus adversi, multae calamitatis probarunt illustraruntque; sed nihil aequae ac filii primogeniti obitus. Erat is annorum quatuor et triginta, ingenii et eruditio laudibus ad summam spem efflorescens. Depositum a Medicis spectavit vetulus Pater eodem ore, quo valentem et integrum solebat cernere, omnem eventum morbi divinae voluntati permittens. Ut vero morientem et novissima christiana mortis praesidia insigni pietate usurpatem conspexit, auditus cum diceret, tunc sibi nasci filium, qui Deo coeloque redderetur. Nihilo minorem animi fortitudinem in sua ipsius morte, quae post paulo consecuta est, exhibuit. Supremam horam adeo non exhorruit, ut imo velet votorum suorum summam, ac vitas melioris initium, cupide opperiretur. Vix illi persuaderi potuit, ut sacrum Viaticum acciperet in lecto jacens. Orabat ut genibus humi nixus sumeret; ac dehortantibus nostris: Siccine, ajebat, pluris mea valetudin fit, quam Dei mei majestas ac dignitas? Tanti ne vita homunculi unius ac sanitas est? Moerente circum familia, stabat ipse sui compos, oblitusque rerum humanarum, tantum Davidicam illam usurpabat vocem: * *Quid mihi est in coelo, et a te quid volui super terram?* Unum moerere nonnihil visus, Aedem sacram, quam aedicare coepisset, nondum ad culmen esse perductam. Hoc mentis habitu, sacris omnibus rite expiatus, spiritum Creatori reddidit, Decembri mense exente. Michaëlis vulgo interitu, advolunt Bonzii, ut funus more eurrent suo. Sed vetuit Joannes ejus filius, paterna haeres pietatis; quodque ille erogari solebat, in pauperes prolixe divisit. Exequiarum ritum atque ordinem praescripsero nostri, atque corum unus heroem christianum pro concione laudavit. Nec Hamcei solum, sed aliis etiam per Sinam locis eidem a Societatis hominibus, tanquam amantissimo patri ac patrono, est parentatum.

Paulo ante quam excederet e vita doctor Michaël, receperant se ad eum profugi e provincia Nankinensi Patres Petrus Ribera, et Emmanuel Diaz (alter hic est ab illo Emmanuel Diaz, qui Viceprovinciam Sinicam hoc tempore administrabat) perfugim querentes in suo gravi periculo. Nam cum divinam intulissent legem Sunkianum, Nankinensis provinciae urbem apprime nobilem et ampliae praefectureae caput, dum ibi opus Evangelicum faciunt, delati ad Praefectum regionis, non ut peregrini tantum, quod satis superque ad invidiā erat, verum etiam ut nōvorum satores dogmatum, reique publicae perturbatores, discrimen prope ultimum adierunt. Utrumque capi, abducique in vincula Praefectus jussерat. Patres in tempore admoniti, clam excesserunt urbe, et lictorum adventum celeri fuga anteverterunt. Praefectus ut cognovit de fuga, fremens frendensque, edictum proposuit atrocissimum conceptum verbis, quo probra multa congregabantur in Patres et quam serrebant doctrinam, spondebaturque ampla merces, si quis profugos intercepisset, aut alicubi abditos deprehendisset. Evaserant illi Xamhajam, et in domum Doctoris Pauli, tanquam in arcem, se receperant, cum huc quoque, ut in locum Praefecto Sunkianensi obnoxium, ferale quod dixi edictum allatum est. Eo perfecto, dubitarunt Patres, an non esset e dignitate nominis christiani redire Sunkianum, ultro offere se Magistratus, et quoconque suo periculo doctrinam Evangelicam, quae maledictis proscindebatur, defendere. Atque huc ferme sententiae inclinabant. Sed negavit ita fieri oportere Doctor Paulus, cuius viri, ob singularem humani divinique juris peritiam, magna erat apud nostros auctoritas. Nam cur mallent irritare

209.
Singulare con-
stantia in morte
filii, ac sua.

Psal. 72.

210.
Effertur chri-
stiano rito, ac
laudatur a no-
stris.

211.
Exoritur pro-
cella Sunkiani.
Patres clam op-
pido excedunt.

212.
Delati Xamha-
jam, hinc quo-
que abire cogun-
tur.

acerbum Praesidem quam mox sponte quieturum? Cui bono futuram istam, vel fortitudinis, vel audaciae ostentationem? Nihil videri facilius, quam ut crudescant hoc modo res, et in apertam christiani gregis insectationem prorumpant. Quid enim si referatur ad consilium Imperatoris causa? Quid si, refricata veterum querelarum memoria, vetera quoque de ipsorum exilio edicta, quae pene jam viderentur abolita, instaurentur? Cederent potius temporis, dum atrox turbo deservisset. Speciosis utilia praeferrant. Et siquidem nihil sibi tutum putarent Xamhajae, alio demigrauent, memores divini illius moniti: *Cum persecuti vos fuerint in una civitate, fugite in aliam.* Acqueverunt prudenti consilio Patres, consensaque post triduum navicula, Hamceum ad Doctorem Michaëlem, ut dixi, profulerunt. Discedentibus comitem se adjunxit Pauli filius, eximia itidem virtute christianus, ingentem pecuniae vim secum ferens, ad redimendas, sicubi opus foret, portitorum et excubiarum injurias. Sunkiani interea, ut futurum praeviderat Doctor Paulus, tempestas per se resedit. Cum enim nusquam apparerent ad vincula quae sunt Patres, quaeri desierunt. Quo demum retardatus quidem est paululon Evangelii cursus in ea civitate, sed tamen rerum summa periculo quod imminebat exempta.

^{213.}
*Horatu do-
ctoris Pauli tam-
ceum profu-
giunt.*

^{214.}
*Senex, obser-
vante Patrum mó-
destia, fit Clari-
stianus.*

^{215.}
*Patrum cura
principia circa
castitatem.*

^{216.}
*Juvenis cuius-
dam pietas ad-
mirabilis erga
matrem.*

Has inter rerum vices Baptismo consignati sunt bene multi, atque aliqui notabili ad divinae gratiae commendationem exemplo. Xamhajae, senex erat pietatis laude inter Ethnicos clarus. Idolis templum, coenobium Bonziis aedificaverat. Suos ut sibi proprietate Deos, jejuniis, flagris, aliisque genere voluntarii cruciatus assidue se macerabat. Ad haec, opes non modicas vertebat in odores et fumum, quo illorum statua quotidie vaporaret. Homini misero, sed minime malitioso, afflitis repente divina lux unde minus putabat; atque haec fuit occasio. Quoties praeter domum nostrorum ire contingeret, inspiciebat curiose quid ageretur intus. Attentius enim peregrini apud Sinas spectantur, maxime si qui sunt suspecti. Observavit singularem in omnibus modestiam, et quiddam in oculis, in ore, totiusque corporis conformatione compositum, ac pudoris honesti plenum, cuius nihil simile vidisset vel inter optimos civium. Tum ita secum cogitare: Qui fieri potest, ut species tam honesta expers verae virtutis et vacua sit? Quantum ab his nostri discrepant, non solum e populo, sed etiam Bonzii? Progressus hinc ad exquirendos Christianorum mores, fontem tantae probitatis non alium esse intellexit, quam veri Numinis notitiam, et pium cultum, quem proinde sibi amplectendum putavit. Hunc modestia christiana Christo peperit. Alios castimonia, cuius virtutis quanto difficultas major, tanto major apud Ethnicos admiratio. Id cum probe intelligent Patres, nihil habebant antiquius, quam ut florem hunc purissimum alerent inter Christianos, a se vero omnem vel levissimam impudicitiae suspicionem amoverent. Idcirco feminis peccata confidentibus nunquam praebebant aures, nisi crassa interjecta storea, multisque testibus spectatoribus; nec moribundas nisi maritorum in oculis audiebant. Quod ubi vulgo observatum est, subiit veneratio castissimae Religionis, et tanta secura est virorum fiducia, ut uxoribus suis ad Sacraenta usurpanda auctores ipsimet ac deductores essent. Ita superatus obex Religioni gravissimus, quem initio nostri vinci posse (tam est suspicax delicatusque Sinarum pudor) diffidebant.

Inter virtutes, quas duce natura laudent coluntque Sinae, vel maxima est liberorum erga parentes pietas et observantia. Haec iuveni cuidam, ut opinari licet, ad amplectenda Christianorum instituta viam, divina aspirante gratia, complanavit. Nisi etiam haec ipsa naturae bonitas effectus fuit, ut Theologi loquuntur. Gratiae increatae, ab aeterna Praedestinatione procedens, ad eamque assequendam occulto ac certo divinae mentis consilio ordinata. Ut maiorem gereret viduae matris curam, uxorem non duxerat: illud etiam, credo, veritus, ne, ut facile inter socrus nurusque jurgia oriuntur, non nihil inde molestiae accideret matri. Eam ut aleret (nam fortunis eversus rem omnem familiarem amiserat), sordidum exercere opificium non dubitabat. Auxit pietatis tam eximiae laudem materni diuturnitas morbi, qui per totos viginti sex annos productus, vivacem vetulam ultra nonagesimum aetatis annum perduxit. Morbo et senio fractam

optimus filius sustentabat, omnibus quos charitas excogitare potest modis recrebat. Aderat languenti dies noctesque, nec ferme domo efferebat pedem, ne absentis opem aut conspectum aegra desideraret. Non caruit preemio, quae Dei benignitas est, pietas tam excellens; quique solo naturae impulsu tandi, tam exacte servaverat hanc legis divinae partem, non permisit Deus ut reliquam ignoraret. Incidit forte in P. Samblasium. Hoc docente, agnovit Christum, eique se totum dedit. Nec ita multo post, acceptum vitae beneficium rependens matri, eam ab Idolorum cultu retractam meliore vita donavit. Sed in hoc genere memorandum in primis quod seni cuidam prope Kiamceum contigit, in Provincia Xansiensi. Audierat, Religioni christianorum vim inesse humana majorem ad patranda miracula, ac re ipsa evenire inter eos multa naturae usum atque ordinem excedentia, praesertim in aegritudinum curationibus. Inde orta spes, posse restituи sibi per baptismum valetudinem, quam diuturno et incurabili morbo debilitatem dolebat. Hac spe adit P. Vagnonus, qui Kiamcei curabat, eique se ad Baptismum offert. Vagnonus veram Baptismi virtutem, non corpori, sed animae salutarem, explicat. Docet hominem quae credere, quae sperare, quibus vivere moribus debeat, ac rite praeparatum abluit. Mirum dictu! Discessit a sacro fonte senex non animo solum, sed etiam corpore adeo personatus, ut prioris morbi nec vestigium superesset. Laetus duplice beneficio Neophytus, beatissimum se praedicabat: cum sedenti forte sub dio, visum immenso ac lucido hiatus coelum discedere; simul inde ferri ad aures vox compellantis quodammodo, atque invitantis in coolum. Prodigio attonitus: Praesto sum, clamat. Sequor, Domine, quo immerenter vocas. Eademque hora regressus domum, uxori ac libe ris significat, vocari se in coolum a Deo. Negotia propere ordinat, amicos et propinquos valere supremum jubet. Postremo ad eum locum, ubi patere sibi coolum viderat, reddit. Ibi dum sedet, nihilque nisi coelestia versat animo, iterum aperiri lucidum coeli tractum affirmans, expiravit. Uxor ethnica, reluctante frustra Vagnono, cadaver permiscerat Bonziis ritu patrio sepeliendum. Sed prius quam efficeretur, malesanam increpuit ipse vir, ei per quietem oblatus, utque illos Daemonum ministros eiceret, imperavit. Addidit, beatum se vivere in coelo; sed frustra eodem aspirare qui Christi non sequeretur legem. Quo aspectu ac voce perculsa mulier, expulit Bonzios, Vagnonus accersivit, et Baptismo cum filiis, aliisque pluribus initia, ei quae per quietem vidisset audissetque aperuit.

Per idem tempus in insulis Philippinis egregie desudabant Operarii Societas, partim ut novos colligerent Neophytes, partim ut collectos in fide ac pietate continentur. Eminebat supra caeteros P. Dominicus Pennalver, vir apostolici plane spiritus, cui Marinduquensis cura concredita. Hoc specimen sit laborum, quos homo impiger exantebat. Multi ejus nationis Neophyti, seu ab insita levitate, seu libertatis pristinae desiderio capti, secesserant in editissimum jugum, ubi sacrorum expertes, Sacerdotibus destituti, nullo cultu Religionis vivebant, ad avitam barbariem, nisi in planum revocarentur, proxime relapsuri. Eos Pennalver, licet aetate proiectior, quaesitum ire constituit. Iter erat per loca arentia, et infinitis salebris impedita. Occurrebat tranandus saepe amnis, aquarum rapiditate torrens ac flexuosus, qui subjectam monti planitem rigabat. Mons ipse inclementer assurgens, atque ita praeeruptus, ut superari vel a valentissimis, nisi manibus pedibusque reptando, non posset. Nihil horum deterruit magnanimum senem. Viam cum paucis ingressus Neophyti, ad eum devenerat quem dixi amnem. Dum vado transmittit, fallente inter caecos alvei lapides vestigio, prolapsus, tantum non periit. Nihil factum est aegrius, quam ut educeretur in ripam. Eductus tamen, porro quo instituerat progrexi perrexit, amnem saepius recurrentem trajecit, ac tandem post iter bidui ad montis ima pervenit. Hic circumspicienti qua subiret, via apparebat nulla. Nudae tantum rupes, tesqua horrida ac praecipitia. Non despondit animum. Erepere qua proximum erat juvenes maxime lacertosos jubet, ac funem demittere. Hanc ipse sibi circa pectus ducit. Tum illi, quantum conniti poterant, superas in partes vadere, funem simul ac suspensum post se trahere senem, donec paulatim in montis verticem evaserunt.

Tom. II.

21

Fit Christia
nus, deinde ma
trem ad Chri
stum adducil.

218.
*Divinae p̄a
destinatiois e
xemplum memo
rabile.*

219.
*Res PHILIPPI
NAHUM.
P. Dominicus
Pennalver neophy
tos fugitivos
quaesitos it.*

Hoc maxime modo ad perfugas ventum est. Qui ut in conspectu fuit longo sibi usu notus Sacerdos, agnoverunt amantissimum pastorem suum, occurrentesque cum ingenti gratulatione ac laetitia, ad ejus genua se abjecerunt. Haud facile

^{220.} *Inventos reducit secum, ac certo in oppido collocat.*

dixerim, quantus utrinque motus animorum in primo illo occursu fuerit. Deperditas oves cum reviseret bonus Pastor, fletum prae gaudio cohibere non poterat. Vicissim improbi desertores, pudore suffusi, quod tales nulla justa causa deseruerint Patrem, a quo benigne semper habiti altique fuissent, intermixtas doloris ac laetitiae lacrymas fundebant, et perfidiae veniam comprecaabantur.

Unum habebant ex pristina bonitate reliquum, quod adhuc homines, adhuc Christi cultores erant, et conjunctis ad modum pagi tuguriis habitantes, socialis vitae consuetudinem retinebant. Sacerdos, eo usus habitu animalium, circumfusae multititudini edicit, ut siquidem ita se exceperint venientem, discedentem sequantur. Hac se tantum causa per inaccessas rupes, perque tot vitae discrimina advenisse, eos ut abducat post se, et commodiorem in sedem transferat. Ni facere abnuant, haud parvam ejus facti gratiam apud se fore. Responsum est dissentiente nemine, se vero in ipsis potestate omnes esse. Ita cum nemo detectaret imperium, secum quod poterant avchentes, Patrem secuti in planitiem de

^{221.} *Eosdem in gravi aerumnâ continet ne iterum effugiant.*

scenderunt, et ad ripam fluminis mapalia excitarunt. At collectus tanto labore grex capitum amplius mille, ut mobilia sunt earum gentium ingenia, parum abfuit quin post breve tempus iterum dispergeretur. Insederant, uti dixi, ripam fluminis, structisque tumultuario opere tuguriis e ramalibus, culmo, aliaque rudi materia, justae magnitudinis pagum condiderant. Simul in agro circumposito diversi generis severant fruges. Cum subito amnis intumescens imbris, superavit ripam, ac violenter exundans, tecta proruit, diripuit sata, populum suis omnibus spoliatum, ac futurae metu famis consernatum reliquit. In tam saeva calamitate Neophyti tumultuari, respectare montem denuo, sedes antiquas cogitare. Pennalverus contra suadere, ut forti et erecto essent animo. Annonam, quam sibi condiderat, quantulacumque ea esset, largiri indigentibus, ampliora inopiae levamenta promittere. Cum haec minus valerent, rogare atque obtestari singulos, ne se in tam tristi orbitate ac luctu desererent. Vicit animos caritas et reverentia amantissimi Patris, quem cum contrastare sustineret nemo, omnes in loco manserunt.

^{222.} *Navigat ad Bondocenses, et iue conflictatos sublevat.*

Vix dum ista contigerant, cum ex Lusonia insula trepidus adventus nuncius, grassari inter Bondocenses luem pestilenciam, abesse gentis Pastorem, nisi quis alias accurrat Sacerdos, multos sine ultimis christianorum praesidis misere perituros. Sensit Pennalver, ut erant res, non tam deliberatione opus esse, quam festinatione. Agi negotium gravitatis supremae, quod nullam patretur moram. Nihil ergo cunctatus, transmisso quod interluebat freto, Bondocum petit. Jacobant passim Neophyti, diro conflictati morbo. Nulla in promptu remedia, et quamvis haec non deessent, deerant qui ministrarent. Itaque, dictu miserabile! interabant quotidie multi, nulla neque corporis, neque animae curatione. Pennalver, tristi rerum specie commotus, adire singulos ostiatim, cibos, medicamenta circumferre. Super omnia iis, qui periculosus decumberent, sacramenta ultima ministrare, salutem ipse suam, dum alii prodesset, negligens. Non intermisit laborem, nisi cum lues grassari desiit; tenuitque industria et charitate, ut convalescerent multi, nemo omnium nisi rite expiatus decederet. Defunctus ea cura sacerdos, Marinduquem repetebat. Festinantem occupant Antistitis Manilani litterae, atque aliud inire iter, aliam suscipere expeditionem cognit. Rogabat iis litteris Praesul, ne gravaretur transire in insulam Mindorensem. Acce ibi dissidium gliscere inter populum et Parochos, quod nullius haec tenus auctoritate componi potuerit. Ei se malo remedium querere, et sperare ipsius interventu pacem coalitaram. Litteras ut accepit vir apostolicus, quamquam erat diurno fractus labore, et sui revisendi gregis desiderio tenebatur, nullam sibi intulit moram ne faceret imperata. Trajicit quam celerrime in Mindorum, lenitus animos partium, dissidentes in mutuam gratiam reduxit. Laetus demum successu expeditionum suarum, suis se Marinduquensis reddidit. His ferme similia

^{223.} *Digreditur ad Mindorensem, et inter dissidentes concordiam reponit.*

Super omnia iis, qui periculosus decumberent, sacramenta ultima ministrare, salutem ipse suam, dum alii prodesset, negligens. Non intermisit laborem, nisi cum lues grassari desiit; tenuitque industria et charitate, ut convalescerent multi, nemo omnium nisi rite expiatus decederet. Defunctus ea cura sacerdos, Marinduquem repetebat. Festinantem occupant Antistitis Manilani litterae, atque aliud inire iter, aliam suscipere expeditionem cognit. Rogabat iis litteris Praesul, ne gravaretur transire in insulam Mindorensem. Acce ibi dissidium gliscere inter populum et Parochos, quod nullius haec tenus auctoritate componi potuerit. Ei se malo remedium querere, et sperare ipsius interventu pacem coalitaram. Litteras ut accepit vir apostolicus, quamquam erat diurno fractus labore, et sui revisendi gregis desiderio tenebatur, nullam sibi intulit moram ne faceret imperata. Trajicit quam celerrime in Mindorum, lenitus animos partium, dissidentes in mutuam gratiam reduxit. Laetus demum successu

expeditionum suarum, suis se Marinduquensis reddidit. His ferme similia

commemorari de aliis possent, qui laboriosissimum in iis insulis apostolatum exercabant. At omnia ob multitudinem recensere non vacat, et ex uno capi de reliquis conjectura poterit. Res interim a Pennalvero gestae cum late percrebrescent fama, et multorum sermonibus celebrarentur, ipse haberi magnus, ac vulgo Apostolus nominari. Audiit forte de tot ejus itineribus laboribusque nescio quis Manilae clericus, ac tantam hominis patientiam pro merito admiratus: Mihi vero, inquit, nec thesauro proposito persuaderet quispiam, ut talia pati vellem. Quam vocem prompte excipiens qui aderat unus nostrorum: Sane, retulit, pro quantavis auri argenteique pondere nec ego pati talia, ac ne pedem mouere quidem velim: at pro salute animarum, quae tanti stetit reparatori Christo, nihil dubitarem labores quovis et aerumnas pacisci, mortemque ipsam apponere lucro. Quo prudenter responso confudit hominem parum considerate elocutum, et quo ageretur ipse spiritu, quo agi omnes oportet Evangelii ministros, declaravit.

Dum sic pro religione ac pietate nostri certant, aliqui gloriose consumpti laboribus, velut statarii milites, in acie ceciderunt. Hujus numeri fuit P. Emmanuel Martinez, vir morum sanctitate insigni, neque vulgari consilio et rerum usu commendatus. Vitae partem maximam traduxit inter Bysajias, quorum ad miraculum callebat linguam, indolem ac mores intime perspectos habebat. Decessit in statione Palapagnensi, XIV. Cal. Octobres, annum aetatis decurrentis septuagesimum. Rusticitatem extremam barbariemque eorum, quos semel ad pietatem suscepere informando, fastidire nunquam est visus, nunquam eos impatiens alloqui auditus aut durius. Vir quippe ipso naturae habitu comis, ad omnium ingenium aptabat sese incredibili facilitate. Vicissim Neophyti Martinum, uti suum quisque parentem diligebant, colebantque, nec alio passim quam Sancti Patris nomine compellabant. Hoc intercedente velut certamine, inde patientiae et charitatis, hinc benevolentiae et obsequii, nihil non eblaniebatur ab suis ovibus pius Pastor, morigeras experiebatur, quo cumque vellet placide impellebat. Viri patientiam graves interdum aerumnae exercuerunt, atque illustrarunt. Coactus ulcere pestilentie secandas praebere carnes chirurgo, in toto curationis opere, quod ferro atque igne peractum est, ne leviter quidem ingemuit. Quod medicus vehementer admirans, aut stipitem hunc esse pronunciavit, aut plus quam hominem certe, qui tantum cruciatum vel non sentiret, vel animo ac virtute superaret. Premebatur assidue stimulus meticulosae conscientiae, quod morbi genus, ut experti sciunt, molestissimum est. Sed quamquam animo anxius semper atque inquietus, perturbationem sinu premebat tacitus, nec ob eam rem minus comem affabilemque se cuiquam praestabat. Martinum multa praescire divinitus, quae naturali praesensione non posset, supernis abundare deliciis, ac saepe vista coelestibus recreari, fama erat. Et facile credebant ii, quibus nota hominis mira innocentia, et pietas non vulgaris. Olim exscentienti et navicula in littus, excussus sinu codex quotidianae psalmodie excidit in mare. Moerens eo casu, et jacturam supra quan dici possit dolens, superum openo rogavit. Vix concepta prece, codicem, fluctibus leniter propellentibus, recepit, quodque magis mirere, neutiquam madefactum.

Eodem labente anno praeclararam sui opinionem, et par desiderium sociis Philippinensis reliquere Andreas de Luna, et Bernardus Bustilius, ille Clericus, hic Frater domesticae adjutor rei, ambo in suo singuli gradu laudatissimi. Luna Mexici natus, nondum exacti tyrocinii spatio, in Philippinas insulas translatus fuerat eo consilio, ut jam tum minus aspiceret gentes, quibus olim excolendis educabatur. Sed alter visum superis. Quarto post anno, dum adhuc litteris operatur Manilae, juvenis in acerba aetate coelo maturus, occubuit Idibus Julii. Hoc vitae tam brevi tempore, domestico, ut ita dicam, ac tacito apostolatu perfunctus, religiosam inter socios perfectionem, non tam voce quam exemplo mire provexerat. Modestiam ore oculisque insignem praeferebat. Parce admodum, nec ferme nisi de divinis rebus miscebat sermonem. Ut paucis omnia complectar, legum nostrarum custos erat adeo exactus ac diligens, ut ex tam multis ac variis, quibus ratio nostrae disciplinae constat, nec unam, quod notari

^{224.}
*Riponewm
prudens cuius
dam ex nostris
circa Pennalveri
laboris.*

^{225.}
*Obitus et Elo-
giu[m] P. Emma-
nuelis Martinez.*

^{226.}
*Obitus et Elo-
giu[m] Andreue de
Luna.*

^{227.} potuerit, unquam fregerit. Fr. Bustillius primam aetatem exegit in castris, militiam secutus. Inde adscitus in Societatem, omni genere virtutum, quae sui erant ordinis, claruit. Pius, modestus, laboriosus, mira in rebus omnibus temperantia, et super haec humilis in tantum, ut Patribus famulari pulchrum sibi atque honorificum duceret. Jandiu degebat in Collegio Zabuano infimis ministeriis adductus, cum ad VII. Cal. Julii inventus est in suo cubiculo mortuus, detrita superincumbens tegeti, qua una pro lectulo utebatur. Eodem tamen die panem Eucharisticum sumperat, quodque notatum est, insolita specie pietatis. Ut non immerito existimaverint socii, praesensse illum de suo interitu, ac repente quidem fuisse sublatum funere, sed nequitiam improviso. In ejus cubiculo nihil inventum supellectilis, praeter effigiem Christi in cruce suffixi e ligno, et instrumenta quadam voluntarii cruciatus.

^{228.} His ita amisis, jacturam supplevere socii viginti duo lectissimi, qui ex diversis Europae provinciis advecti, Manilam ante anni exitum appulere. Gadibus solverant anno superiore cum Joanne Nino de Tavora, novo Philippinarum Praetore. At multis inter navigandum jactati casibus, et tempestate usi parum comoda, iter confidere ante hoc tempus non potuerant. Quin divinae Matri referabant acceptum, cum tot adiissent vitiae discrimina, se tamen a vi maris et ab hostium insidiis incolumes evasisse. Unum exemplo sit. Ad Guadalupem insulam nautae aquandi causa appulerant classem. Egressi in terram nostri, ac longius a navibus, quippe nihil infestum metuentes, progressi, dum repetunt securi naves, se circumventos repente a barbaris magno numero vident. Simul stridentibus atque undique evolantibus appetuntur sagittis. Quis non obruendos putaret a tot armatis inermes? Deiparae tamen invocato nomine, ne unus quidem est sauciatus. Qua porro protectus lorica fuerit unus Patrum, cognoscere pretium est. Gerebat abdum suu rationarium examinis, quod particulae dicimus. Libellus est exilis admodum, tot ferme constant paginis, quot in mense numerantur dies. Eo notantur quotidie libello, quot quisque intra diem actus ediderit in uno certo genere virtutis aut vitii. Quoties verbi causa iracundiam viceris, quoties mala irascendi assuetudine fueris superatus, ut facile deinde possis recognoscere quantum una hebdomada, uno mense profeceris. Industriae genus a B. P. Ignatio excogitatum, apud studiosiores christianaee perfectionis familiare, et magno ad corrigenda sensim vitia, virtutesque comparandas usui. Jam libellum istum sinu gerens, uti dicere institui, unus Patrum, ei debuit ne jaculo transverberatus periret. Namque, ut casus tulit, in eum forte libellum cum incidisset sagitta, sive id spissitate ipsa chartae, sive peculiari ope Numinis factum, certe haud secus quam aeneo repulsa tegmine resiliit innoxia. Pietas saluti fuit. Haec et similia delati Manilam socii prolixe memorabant, gratias agentes Numini, cuius propitiam erga se providentiam tot experimentis sensissent. Quo laetior ipsumsortus adventus sociis Manilensibus accidit, atque inde omnium animi ad amplificandam pro viribus Divini Numinis gloriam alacriores effecti.

^{229.} Ita cum essent animati, oblatam in ipsa urbe Manilensi rei bene gerendae occasionem cupide arripuerunt. In suburbii colonia erat Sinensium negotiatorum, stabili utens domicilio, nec infrequens, ad quam saepe mercatores ejusdem gentis mercimonii causa confluabant. Coloniae excolendae designati pridem fuerant alterius familiae Religiosi; verum isti, ut suo minime deessent muneri, nullum hactenus laboris cooperant fructum, vel certe perexiuum. Cum nihil ubiorem sperarent in posterum (nam Simeae aquae rerum caelestium incuriosi ac curis augendae rei distenti, nullum de religione sermonem admittebant), demum ut in negotio penitus desperato, provinciam dimiserunt. Substituta est in eorum locum Societas, neque recusarunt homines nostri abdicatum ab aliis munus suscipere. Quis Patrum eam curam suscepiter prior, incompertum mihi est. Sed quisquis ille fuit, contumacem moliri terram tanta arte ac labore coepit, ut brevi sterilitatem soli maciemque pervicerit. Eminebat inter Sinenses opibus et auctoritate unus, quem caeteri ut coloniae principem venerabantur. Hunc primum aggressus noster sacerdos, paucis diebus, Deo propitio, expugnavit, et in

^{230.} *Sinemianum negotiatorum curam nostri suscipiunt Manilae.*

Ita cum essent animati, oblatam in ipsa urbe Manilensi rei bene gerendae occasionem cupide arripuerunt. In suburbii colonia erat Sinensium negotiatorum, stabili utens domicilio, nec infrequens, ad quam saepe mercatores ejusdem gentis mercimonii causa confluabant. Coloniae excolendae designati pridem fuerant alterius familiae Religiosi; verum isti, ut suo minime deessent muneri, nullum hactenus laboris cooperant fructum, vel certe perexiuum. Cum nihil ubiorem sperarent in posterum (nam Simeae aquae rerum caelestium incuriosi ac curis augendae rei distenti, nullum de religione sermonem admittebant), demum ut in negotio penitus desperato, provinciam dimiserunt. Substituta est in eorum locum Societas, neque recusarunt homines nostri abdicatum ab aliis munus suscipere. Quis Patrum eam curam suscepiter prior, incompertum mihi est. Sed quisquis ille fuit, contumacem moliri terram tanta arte ac labore coepit, ut brevi sterilitatem soli maciemque pervicerit. Eminebat inter Sinenses opibus et auctoritate unus, quem caeteri ut coloniae principem venerabantur. Hunc primum aggressus noster sacerdos, paucis diebus, Deo propitio, expugnavit, et in

^{231.} *Unus magni nominis baptismo consignatur.*

ditionem accepit. Baptismo cum esset initiandus, placuit celebritatem adhibere. Praetor ipse Ninnus, progressus ad Templum cum lauto procerum comitatu, affuit pro candidato sponsor, et renascentem e sacro fonte suscepit. Neque id caruit fruge. Sinenses, qui multi spectaculo interfuerunt, moti caeremoniae splendore, et augusta specie rituum christianorum delectati, sequi popularem suum statuerunt, feceruntque adeo frequentes, ut post annum plerique christiano nomine censerentur.

Per haec Provincia Novi Regni, ut ferme aliae Americanae, pauca admodum memorata digna promebat. Causa, ut arbitror, quod sociis abundaret minus idoneis. Ea certe causa fuit, cur crebris ineptorum missionibus expurgari debuerit. Nam cum Praepositi Provinciales habere vellent ad manus operariorum ingentem copiam, plures admirantur sine delectu, dumque augere numero provinciam student, eam inertis multitudine praegravaverant. Excusabant illi quidem laborum rerumque gerendarum magnitudinem propemodum infinitam, cui pares esse pauci non possent. Sed excusationem non admisit Mutius, a quo gravissimas hoc de argumento litteras ad Provincialem Florianum de Ayerbe scriptas invenio, atque hujus ferme sententiae. Petitorum Florianum non esse recipiendos, nisi diu ac multum probatos. Non esse aequum ministeris destinare eos, qui sive ab ingenio doctrinaque, sive a probitate ac prudentia, minus viderentur idonei. Nisi apti suppetant operarii, abdicanda potius munia, quam ineptis committenda. Non denique id agi, ut socii multi in provincia sint, sed ut boni, neque ut multa complectantur nostri, sed ut bene quaecunque susperint peragant. Haec ille, quae, utpote a tanto viro profecta, et cunctis Provinciarum rectoribus documenta futura, hic transcribenda censui. Caeterum, ex ea quam habebat, Sociorum copia Ajerbius, non solum imposita semel Provinciae onera utcumque sustentabat, verum etiam nova identidem recipiebat. Pamplonenses ab annis pluribus Societatem flagitabant, dilatique fuerant hactenus variis interpositis moris, licet parata esset domus, et vectigalia constituta. Hoc anno Provincialis Praepositus, differre ultra amantissimae civitatis vota nefas arbitratus, petenti dedit aliquot Patres, qui parato in domicilio collocati, novum Pamplone Collegium aperuerunt. Sub idem tempus Archiepiscopus S. Fidei Ferdinandus Arias, nondum satius depulsam barbariem videns in Planis (ita vocant Hispani ingentem ejus Dioecesis tractum, qui in mediterranea regionis latissime funditur), dispersas eo tractu Curias Societati administrandas offerebat. Ajerbius, sive ut benevolo Praesuli gratificaretur, seu quod prospiciebat, ex iis locis ad infinitum Ethnicorum multitudinem aditum aperiri, Curias non invitus admisit, in easque socios quam potuit aptissimos tribuit. Sed non diu stetit apud Societatem ea administratio, ut infra dicam, cum ad Ariae successorem, qui nos inde depulit, narratio deveniet.

Inter anni memorabilia merito censem haec Provincia dedicationem novae aedis Panamensis, quae prima, quod ego sciam, tum in America, tum etiam in orbe novo fuit in honorem B. P. Ignatii consecrata. Solemnem dedicationis ritum peregit rogatu nostrorum Angelus Maria, e Sacra Praedicatorum familia, Episcopus Myrensis, qui illac forte iter faciebat. Auxit ceremoniae celebratatem cum splendor apparatus, tum hominum summa frequentia, qui ex omni circum provincia concurrerunt. Nam praeter commune studium Hispanorum atque Indigenarum erga Divum Ignatium, cuius augebatur cultus, erat id spectaculum in regione novum, aut oppido rarum, et multis visidem cupido traxit. Eodem anno Tuniae, in Domo Probationis res accidit, specie quidem illa pertenuis, scitu utilis tamen, eoque non tacenda. Novitus fuit nondum ad obedientiam satis exercitatus, qui dum flagellum e funiculis texit in usum voluntarii cruciatus, interpellatus jussu Rectoris, atque alio evocatus, se, respondit, simul ac caepsum absolvisset laborem, praesto fore. Reponente qui mandatum ferebat sodali, legem esse in Societate, ut ad nutum Praepositi quidlibet sine mora abrumptatur, vel littera nondum perfecta, exceptit ille salse, bene habere de littera; at sibi flagellum, non litteram esse prae manibus. Dum haec maxime effatur, simulque ad exitum perducere opus festinat, funiculus bifariam

232.
Res Novi REGNI.
Socii parum
idonei plures, et
quare.

233.
Mutii litteras
de hac re ad Pro-
vinciam Prae-
positum.

234.
Pampilone Col-
legium constitu-
tur.

235.
Plurimum cu-
riarum admini-
stratio committi-
tur Societati.

236.
Templum Pa-
namense dedica-
tur in honorem
B. P. Ignatii.

237.
Obedientium
esse sine mora
casu insolenti
comprobatur.

diffringitur, et quidem sic, ut novacula videtur incisus. Obstupuit novitus, qui causam scissionis videt nullam. Et quae demum subasset causa (nam supra naturae ordinem id accidisse, haud facile affirmaverim), castigatam certe eo facto credit tarditatem suam. Rem notarunt domestici, in eaque prudentiores perspicere sibi visi sunt documentum evidens ejus alaritatis, qua nos majoribus obtenerare par est. Quidam etiam Beati nostri legislatoris quod dixi placitum velut divinitus comprobatum censurunt.

^{238.}
ILES PERUANAE.
Obitus et Elogium P. Ruizii Gomez.

Provinciae Peruanae duos hic annus abstulit insigni sanctimonia viros, Rui-
zum Gomez, et Gasparem Pereiram, sacerdotem illum, hunc rei domesticae
adjutorem. De utroque nos pauca nostro more subiicimus. Gomezius, nobilis
stirpe natus Portillae, in oppido Castellae Veteris, ab adolescentia incensus stu-
dio rei familiaris augendae, navigavit in Peruviam, ac domicilium fixit Potosii.
Ibi mercaturam faciens, amplas honestis artibus congressit opes, et uxorem du-
xit. Mortua conjugi, cum nullum suscepisset brevis matrimonii fructum, transi-
ti in Societatem, domumque Probationis Limanam bonorum suorum haeredem
ex asse scripsit. Quam tamen liberalitatem insigni modestia temperans, honorem
fundatoris ac titulum recusavit. Christi crucem quo amplecteretur animo, ostendit ab ipso vitae religiosae tirocinio, quod Potosii posuit. Eo enim in oppido,
ubi diu cum splendore ingenti ac dignitate vixerat, minime verebatur prodire
interdum in publicum vili succintus tunica, sive ut everret aedium limen, si-
ve ut situlas corbesve conveheret, aliaque mediastini officia obiret. His initis cae-
tera consenserunt. Humilitatis religiosae cultor eximius, id agebat conatu sum-
mo, ut omnibus contemptui esset; neque minus avide probra ignominiamque
captabat, quam ceteri mortales acupari gloriam soleant. Cum tanto deprimen-
di sui studio parem malorum tolerantiam conjungebat. Totos annos quindecim
claudebat enormiter, per molesta nervorum contractione vexatus. Biennio ante
quam moreretur, acri dysuria, duabusque occultis fistulis laboravit. Ob ejusmodi
aegritudines cum suaderent medici, ut nonnihil remitteret de rigore vitae com-
munis, inprimisque ut esuriales ne attingeret cibos, nunquam tamen induxit ani-
mum, ut tempore jejuniorum gustaret carnes, nec leges ulla domesticae discipli-
nae solvi unquam voluit. Regendis Collegiis adhibitus, in exigenda legum custo-
dia paulo severiore se praestit. Sed non idcirco gravis cuiquam aut molestus
accidit, quippe nihil sibi quam caeteris indulgentior. Obiit Guamanga VI. Cal.
Novembres, annos natus sex supra sexaginta, quorum tringita exegerat in Societate.

^{239.}
Obitus et Elogium Fr. Gasparis Pereirae.

Fratrem Gasparem Pereiram ediderat Lusitania, parentibus ex Eborense no-
bilitate praecipuis. Non claritas tamen generis, non paternae opes, non ulla blandi-
tientis fortunae laconicia prohibere iuvenem pietati deditum potuerunt, ne So-
cietatem, atque adeo infimum in ea gradum domestici adjutoris eligeret. Humi-
litatem hanc tantam hauserat ab illo venerandae memoriae viro, christianaque
perfectionis magistro per celebri, Joanne de Avila, cuius in scholam institutionemque
virii ab ipsa adolescentia se contulerat. Egressum ab ejusmodi palestra, et
jam mandatis frangendisque naturae cupiditatibus exercitatum probe, exceperat
nostrae Granatae, non ut novitum, sed magis ut virtutis maturae militem, ac statim
post exactum tirocini spatium, in Peruviam navigare jussérunt. Annos ipsos
quinquaginta posuit Limae, variis circa rem familiarem ministeriis distentus; quae
ita gessit omnia, ut neque probitatem ejus quisquam, neque solertia desideraret.
Pereiram, quamdui valuit, nemo otiantem vidit. Affirmavit ipse aliquando,
sibi in Societate nec horae quadrantes effluxisse operis omnino vacuum. Ac sa-
ne nihil temporis relinquebatur ei, qui post impletas muneras sui partes,
adjudare sodales, cuilibet domesticorum subservire; ubi nihil horum occurseret,
piis precibus, ac rerum coelestium commentationibus implere tempus soleret.
Multus illi cum Deo superisque usus, multa ac prope nimia severitas adversus
se. Praeter fæsolos ferventi aqua maceratos, nihil plerumque attingebat obsonii.
Plures quotidie horas, interdum ad septem, orando exigebat. Paulo ante quam
migraret et vita, de suo in coelum transitu ita loquebatur, ut appareret, summam
quandam incredibilemque homini fiduciam ex anteactae vitae conscientia esse.
Incidit ejus obitus in XI. Cal. Majas. Numerabat annos septem et septuaginta.

Quam steriles rerum memorabilium aliae per Americam provinciae, tam flexa Paraquariensis erat. Neque minus hic materies operis, quam praestantium operariorum copia crescebat. P. Gaspar Sobrinus, quem missum in Europam ad conquirenda sociorum auxilia vidimus ante annos tres, bene admodum ac feliciter sua procreatione perfunctus, revertitur hoc anno in Paraquariam, socios auxiliares adducens quadraginta duos, magnum provinciam levamentum, ac novum robur. Ex diversis Europae gentibus collecti erant ii: Itali, Belgae, Hispani, Lusitani, omnium una mens, idemque propositum, divini nominis gloriam longe lateque proferre, nullum pro ejusmodi causa laborem periculumque, dum vita suppetret, subterfugere. Ulyssipone profecti directo in Brasiliam cursu, ad portum Januariensem appulerunt primum. Hinc post paucos dies quieti curandisque corporibus datos, in Paraquariam trajecerunt. Invectos in ostium Argentini fluminis ut audit Provincialis Praepositus Mastrillus Durandus, nullam interposuit moram quin properaret ad portum Boniæris, nihil habens longius, quam ut tales cerneret et amplexaretur hospites. Utque ipsis suam repreäsentaret ac publicam gentis laetitiam, plures cymbis expeditis imposuit Neophytes musicæ artis peritos, et in eorum occursum descendere secundo amne jussit. Qui ad millia passuum progressi plus centum, navem Europeam ut conspexerunt ex adverso venientem, laeto eam concentu consulatarunt, conceptis carminibus comprecantes Deum, ut bene, ut feliciter verteret adventus Patrum. Quae species inopina, ac plena benignitat, nostris pariter caeterisque vectoribus excussit lacrymas. Reflexo deinde in amnem adversum cursu, navem cum perpetua significatione benevolentiae obsequiique ad portum usque deduxerunt. Jam quanta gratulatione ac laetitia in terram expositos exceperint socii Boniærenses, et omnium maxime Provincialis Praepositus, supervacaneum sit dicere. Certatum est omni genere officiorum, ut intelligerent, gratos enimvero se atque optatissimos advenisse. Plus tamen gratulationum paucos post dies fuit, cum praesenti indicio declaratum est, quod salvi advenissent, singulari ope Numinis effectum esse. Periculum sane adierant longe gravissimum, quod quale fuerit, non nisi cum vitatum fuerat ipsi, cognoverunt, et nos hoc loco docebimus.

Batavi piraticam exercentes, cum audissent de tot Jesuitarum expeditione in Paraquariam, instructo celeriter in belli usum parone, occupaverant antegredi ad usque flumen Argenteum, et certo in sinu, quo appellere solebant venientes ab Europa naves, abdiderant scese, facturi ex insidiis impetum, simul ac nostri, qui lentius subsequebantur, in eam stationem devenissent. Jamque nostri secundo vento delati in ostium fluminis (patet id ostium, ut alibi dictum est, millia passuum ferme ducenta), deliberabant de applicanda ad eum quem dixi sinum navi. Cum subito vehementior ab alto flatus percutiens vela, recta progreedi vel invitox coégit: qui, si paulo seignior spiraret ventus, haud dubie in paratas casses inducebant se, et ab iniquis praedonibus abripiebantur in servitatem. Id ut innotuit, instaurata Patrum laetitia, novae pro tam praesenti beneficio grates servatori Deo sunt persolutae. At piratae, spe licet improba frustrati, nec cessim abscesserunt, nec prius abscedere induxerunt animum, quam alii quaedam malac mentis cogitata quo possent modo perfecissent. Progressi ad portum Boniæris, ut fuerunt in prospectu oppidi, extra ictum tamen bombardæ, jecerunt anchoras. Tum quidam delapsi in lebumb, se huc illuc circumagere, et aquæ altitudinem demissa bolide explorare coeperunt. Ea re animadversa, Regius Praetor Ludovicus Cespedes, veritus ne, quemadmodum haud ita pridem Batavi praemisso itidem exploratorio navigio, Bahiam Brasiliæ caput invaserant, ita nunc de invadenda urbe Paraquariae principe cogitarent, acerrimam defensionem parare. Continuo expediti tormenta, muniri littus, excubare militem, totam stare in armis civitatem jubet. Quae dum trepide ac per tumultum administrantur, navis infesta, explicatis repente velis, excessit. Non ideo tamen civitas metu liberata. Suberat illa suspicio, ne qua forte subverheretur classis ejusdem gentis, cui se adjunctum iissent exploratores. Placuit proinde mittere certos homines, qui quantum sequi acies oculorum posset, paronem observarent abeuntem.

^{240.}
RES PARAQUA-
RIENSIS
P. Gaspar So-
brinus socios ex-
Europa addu-
xit quadraginta
duos.

^{241.}
Quanta gratu-
latione excepti
fuerint.

^{242.}
Ut vivarint pa-
ratas a Batavis
Piratis insidiis.

^{243.}
Batavi ad por-
tum Boniæris
progressi metu
afférunt civitati.

^{24.}
In digressu libellum quintum seditionis. Nihil ab his uspiam repertum navium. Notatum solummodo, excendisse haud ita longe ab urbe piratas, et quiddam in ora fluminis expositum reliquise. Quid istud rei esset, postea compertum est. Arca erat e ligno, referta librī, seu potius multis libelli unius exemplis. Eo libello, qui quidem hispanice scriptus, sed typis Hollandicis erat excusus, ad rebellandum incitabantur Indi. Summa operis, obedientiam Romano Pontifici nullam deberi, nullum jus legitimum Hispaniae Regi in Indiam esse. Indi si defecissent ab Hispano; si jugum indignum excussissent, non iis patrocinium aequorum Principum, non externas opes ad tuendam libertatem dignitatemque pristinam defuturas. Quae per se seditionis, eo concepta erant artificio verborum, ut si spargerentur in vulnus, perverti facile possent hominum mentes, et ad turbulenta consilia traduci. His artibus Batavi contra Regem Catholicum vel in orbe ultimo grassabantur, illaturi haud dubie arma, si paulum dolis fraudesque valuerint. Sed nihil admodum valuerunt. Deportata in urbem arca, librum pestilentem nemo, praeter magistratus ac nostros homines, vidit. Ne vero manare posset in publicum, exempla ejus omnia flammis absumpta fuerunt.

^{25.}
Praefecti regi consilium praecox de subiectis Hispanorum regnum Urvaicensibus. Sociis post haec in varias, cum Hispanorum, tum Indigenarum Colonias distributis, ubique majore quam ante nisi contra hominum vitia, barbariemque regionis coepit, licet non pari ubique fortuna. At quae ad Urvaicam flumen hactenus felici successu incepita fuerant, in ultimum pene casum repente perduta sunt, nihilque factum proprius, quam ut tot curarum laborumque fructus momento interiret. Cujus mali causa haec fuit. Ludovicus de Cespedes, Regius Paraquariac Praefectus, cognitis Patrum progressibus ad Urvaicam, maturandum censebat, ut qui civilis vitae formam, christianamque institutionem ibi accepissent, Hispani quoque Regis imperium acciperent, eique tributum penderent. Movebatur cum primis demerendi Regis studio; tum etiam magnitudine gloriae, quae obveniret sibi, si Provincia tam ampla, toties conatu irrito tentata, se demum Praetore in ditionem recepta diceretur. Pessime erga Hispanos animata Urvaicensium tota gens erat. Saepē armis appetita, saepē injuriis irritata, dominata nunquam fuerat. Eos vero ut pateretur imponi sibi, mortis instar ducebat. Non haec latebant Praefectum. Cum tamen tam multa ad eam diem, tam difficultia successissent Patribus Societatis, ei Rochus Gonzalus nominatim nihil non posse apud Urvaicenses diceretur, facile persuasit sibi, talis interventu viri hoc quoque negotium posse et sententia succedere. Ergo submissio ad Gonzalam tabellario, eum quid sui consilii sit per litteras docet. Opem in id operamque ipsius exposcit. Quo vero res componantur facilius, ne cunctetur venire ad se, adducereque una aliquot e primoribus gentis, quibuscum conventionis pacta firmarentur, rogat. Gonzalus, etsi praecocem putabat festinationem Praefecti, dat se continuo in viam cum primario Casiquio, aliisque e praecipuis Oppidi Conceptionis, ac secundo amne Urvaica portum Boniaëris petere intendit. Diebus viginti quinque peractum est iter. Hoc tempore nihil omnissum ab Gonzalo, ut ad Hispani Regis obsequium praepararentur comitum mentes. Quos demum probe subactos putans, confectis millibus passuum amplius quingentis, invictus in Paraquarium flumen paulo infra confluentem, portum Boniaëris tenuit. Non est ut referam quanta gratulatione ita venientem exceperit Praetor. Delectatus in primis Urvaicensium Neophytorum adventu, eos omni officio ac liberalitate sibi ac suo Regi devincire studuit. Ut ostenderet fauste ac feliciter tales advenisse hospites, diem condixit, qua die cum solemnī apparatu ac pompa in urbem recipientur. Ea die, rebus omnibus ad magnificientiam splendoremque compositis, extra urbem subeuntibus processit ipse obviam cum ala equitum armorum vestiti insigni fulgentium. Sequebatur flos Hispanae nobilitatis. Omnes equis inventi magnifice instratis, auro gemmisque relucebant. Qua eundum fuit, stabat in armis miles, ac vias longis ordinibus sepiebat. Ut in conspectu fuerunt Neophyti, Praetor benigne salutatos accepit in medium, ac per differtas populo, laetisque acclamationibus personantes vias, in praetorium deduxit. Attoniti incesse re ipsi, cum caetera rerum novitate, tum praelesterni perstrepentibus e cunctis

^{26.}
Praefectus ad Praefectum pergit cum quibusdam Nephylis.

^{27.}
Neophyti per quam magnifice recipiuntur a Praefecto.

urbis moenibus cum horrendo fragore bombardis, crebris radiantibus fulgetris, aedificiis repercussu aëris intrementibus, fragoremque multiplici remugitu augmentibus. Quod cum honoris et laetitiae causa factum, tum etiam ut hominibus talium prorsus insuetis incuteretur terror, et species quaedam Hispanae potentiae exhiberetur. Primi dies ludis, convivis, equorum decurcionibus, aliisque id genus spectaculis dati. Ubi visum officiis urbanitatique factum satis, ventum est ad negotium. Vocatos in colloquium Praetor aggreditur oratione amicissima, illatoque sensim sermone de re Urvaicensium publica, hortatur eos, uti se suosque populares in Regis Catholici fidem et clientelam tradant. Respondit nomine omnium Casiquius libere ac nulla verborum ambage, se vero facturos, et libenti quidem animo; hac tamen lege, ut in oppida ne mitterentur ad jus dicendum Hispani Gubernatores. Se Regi obedientiae quam optima fide juraturos, se Praefecto Paraquariensi per omnia obtemperaturos: at nolle externos ad se mitti Judices, aut Rectores, praeter homines Societatis, quibus se unis dedidissent. Id si condonetur sibi, nihil futurum morae quin jam tum jurarent ex formula. Conditionem accepit Cespedes, eamque cum solemnij adjuratione habuit ratam, donec saltem de Regis voluntate constaret. Vicissim illi suo ac suorum nomine Regi Hispaniae sacramentum obedientiae dixerunt. Quibus ita peractis, et in publicas tabulas testato relatis, Praetor Casiquium hispanico ense, et sagulo militari donatum, ducem sue gentis Regia auctoritate constituit. Rocho Gonzalo, Societatique Jesu diploma dedit amplissimum conceptum verbis, quo potestatem cogendi per Urvaicensem provincias, condendi oppida, quae demum cumque ex usu essent administrandi, faciebat. Denique post dies decem, cunctos honoribus ac donis cumulatos, in oppidum Conceptionis, unde venerant, dimisit.

Laetissimus rediit Rochus, tum quod res evenerat difficilior, quam ut tam facile speranda videretur, tum quod una secum P. Michaëlem Ampuernum, novum laboris comitem adjutoremque adducebat. Ex itinere, quod adverso amne confectum est, descendebat subinde in litus ad explorandam locorum naturam, ac pertantandos accolarum animos, si forte coire vellent in oppida. Per millia amplius trecenta reperit neminem, qui in eam rem consentiret. Accedentem refugiebant barbari, loquenti nec aures dabant. Post id spatium, minus aversae mentes, paulo dociliiores animi, Japaivenium fines ingressus, nactusque palantes suo more plures hominum silvestrum greges, iis facile persuasit ut vellent deinceps oppidatum vivere. Aliud itaque struxit idoneo loco oppidum, quod a tribus Regibus appellatum, in Urvaicensi tractu quartum fuit. Ei mox oppido P. Petrum Romerum praefecit. Longo tandem perfunctus itinere, laetus exitu expeditionis sua, in Oppidum Conceptionis se recepit. Ut innotuit vulgo de rébus cum Paraquariensi Praetore conventis, acclamatum est Hispaniarum Regi Philippo, nova dominatio iis conditionibus per quam libenter accepta. Quod nisi Praetor oblitus pactorum et obligatae fidei, Regiam firmare auctoritatem supra quam tempori congruebat properasset, ut erant res, apparebat melius in dies religioni et imperio fore. Sane nihil uspiam turbarum exoriebatur. Verum is, dum Regi gratificari plus nimio studet, proxime abfuit quin rem summam perderet.

Pauci fluxerant ab inita conventione menses, cum Ferdinandum nescio quem cognomento Sajam, duosque alios Hispanos in regionem Urvaensem Praefectus misit publicis instructos litteris, quibus juri dicundo praeficiebantur in tribus vix dum constabilis oppidis, eaque cum imperio obtinere, ac Regis nomine gubernare jubebantur. Oppido Conceptionis, quod omnium primum, ipse nominatim imponebatur Saja. Tales praeter opinionem advectos homines ut conspexere nostri, secuturos haud dubie pessimo publico motu seditionesque persenserunt. Conticuerunt tamen reverentia publicae potestatis. Novos quin etiam Praesides honorifice, ut decuit, excepere, et ad sua singulos oppida deduxere. Ast ubi manavit in vulgo odiosae novitatis fama, immane quantum exarserint indigenae. Pervagatur continuo, non Urvaenses solum, sed et finitimos Paranenses, malignus rumor, Praefectum regium promissorum fidem fregisse. Qui christianam religionem amplexi fuerint, eos posthac Hispanis Magistratibus parituros. Adesse

Tom. II.

22

248.
Sacramentum
obedientiae di-
cunt Hispaniae
Regi, sub certis
conditionibus.

249.
Redeunt ad suos
cum P. Gonzalo.

250.
Gonzalus aliud
extruit oppidum
a tribus Regibus
appellatum.

251.
Conventionem
Urvaenses ap-
probant.

252.
Praefectus
pactorum, fidem
non servat.

253.
Graviter com-
ponentur indi-
genas.

jam saevos Gubernatores, qui jus populo dicant, vectigalia imperent, gentem universam intolerandis exactionibus opprimant, quodque instar mortis sit, libertatem cuique suam per summam injuriam adimant. Ea voce, velut furiali face, concitati vehementer sunt omnium animi. Namque, ut saepe dictum, sic erant affecti indigenae, ut servitutem horrent tanquam malorum extremum, et quidvis mali, quam externa pati imperia. Hac plerique causa absterrebanter, ne convenirent in oppida. Futurum quippe ajebant, ut ubi se Patribus tradidissent in disciplinam, Hispanis in servitutem traderentur. Hunc si demeres metum, nostris haud inviti se permettebant, quod hi paternam exercerent solummodo potestatem, adeo nihil exigentes ab iis, ut imo egestatem ipsorum levarent, libertatem tuerentur, victim atque indumenta providerent, omnino ut veri Patresfamilias singulorum gererent curam. Adde quod principalis imperii nulla ipsi insignia attingebant, sed ea duci, in unoquoque oppido ex ipsis popularibus constituto, relinquebant. Tota igitur regione ad arma conclamatum est. Primi Paranenses, utpote ingenio bellicosiores, et praeincipio in Hispanos odio instincti, bellum Urvaicensibus ferociter denunciaverunt, ni externos Gubernatores confestim e suis finibus expulissent. Paranensisibus se adjunxerunt Urvaicenses, sumptisque raptim armis, regionem magnis agminibus percurrere, oppidis se ostentare, direptiones, incendia, omnem bellum cladem interminari coeperunt. Intra ipsa oppida, tametsi continebantur in officio populi auctoritate nostrorum, tamen Praesidum superba dominatio ac libido impotens multorum odia incurrebat. Novissime in oppido Conceptionis Saja, ausus adolescenti e nobilioribus, nulla justa causa, impingere alapam, multitudinem insolentem injuriarum, ac porro impatiens, ita commovit, ut pene in furem acta sit. Concurrunt quasi lymphati, ac nostram circumstantes domum, ubi se percussor abdiderat, eiici quantocuyus invisum Gubernatorem insana vociferatione jubent. Id nisi fiat, infortunium minaciter denunciatur Patribus. Eam regebat dominus P. Didacus Alfarus, qui periculo, ut par erat, commotus, quo essent loco res Sajam admonuit. Ilii praesenti exterritus malo, nihil posse adversus multitudinis vim jus inermis imperii sentiens, Patrum fidem implorare. Nunquam sibi venisse in mentem praeesse invitum, dicere. Unum rogare, sibi ut spatium abeundi detur. Quae nostri cum retulissent ad populum, seque deprecatores interposuissent, placati parumper sunt seditioni, ac tumultuari desierunt. Et nihilominus noctem proxime consecutam, seu timerent, sive ut timerentur, sub armis egerunt, neque ante quiieverunt, quam Sajam cernerent, abdicato sponte magistratu, adactum in ordinem. Paucis post quam haec acciderant diebus, illuc advenit forte Societatis Praepositus Provincialis, Nicolaus Mastrillus Durandus. Oppidum vix ingresso, affunduntur turmatim primariae et populo, impositos sibi contra fas novos Praesides vociferantur, promissorum fidem ut repeatat a Praefecto Paraquariensi rogant. Super omnia dimitti confessum Hispanos contumaciter flagitabant. Ad ea Durandus, sui juris non esse, dixit, destituere Magistratus, quos Praefectus Regius instituisset. Daturum se tamen ea de re litteras ad Praefectum, et sperare ex aequitate ipsius, quos misisset, facile revocando. Quiescerent ipsi interea, seque Deo ac Regi fidos, ut Christianis dignum erat, praestarent. Secundum haec, Michaëlem Amperuerunt festinare ad portum Boniæris jussit, ac de statu rerum Urvaicensium Praefectum docere. Addidit de eodem argumento litteras efficacissimas, quibus victus Cespedes, Sajam et reliquos inde Praesides revocavit. Amotis autem iis, concordia et quies regioni redditia.

254.
*Arma rapiunt
ad exigendum His-
panos Guber-
natores.*

255.
*In oppido Con-
ceptionis Guber-
nator Magis-
tratus se abdicare co-
gitur.*

256.
*Intervenit
Praepositi Pro-
vinciali Guber-
natores revoca-
tur.*

257.
*P. Petri Romeri
laboris in oppi-
do Trium Regum.*

Japaicensibus in oppido Trium Regum conjunctio impositus fuerat, ut dictum est, P. Petrus Romerus. Is regionem circumquaque lustrando, brevi gregem colligit indigenarum ad quatuor millia, qui licet feritate insignes, et hactenus indomiti, ultro se Patria arbitrio permiserunt. Ex iis multi Christum agnoverunt statim, et sacramento salutis iniciati fuerunt. Felix præ caeteris adolescentis, quem sacerdos nactus morientem, paulo antequam afflaret animam, erudit, baptizavique, ac velut libamen ex ea gente primum coelo transcripsit. Ut eum tamen christiano sepeliret ritu, obtinere non potuit. Obstitit pater Ethnicus, et exequias

barbarum in morem duci jussit. In quibus illud perradiculum, quod omnes consanguinei sibi partem digiti absciderunt. Sic nempe illi suorum coherestabant funera; unde multos passim cerneres truncatis digitum articulis foede mutilos. Non contentus innoxio propinquorum sanguine pater ferox, stricto pugione irruit in veneficum, certus eum de medio tollere, a quo necatum veneficiis filium arbitrabatur. Et jam duplice imposta plaga, tertiam intentabat; cum interposuit se Romerus, et miserum e furbundi senis manibus eripuit. Obligavit deinde vulnera, et medicinam animo quoque faciens, hominem ad Christi signa traduxit. Ereptum sibi sodalem doluerunt alii benefici, qui arte nefaria quaestum faciebant. Quare coitione facta, Romero perniciem machinari coeperunt. Sed nescio quis, ejus munusculis haud ita pridem ornatus, pro ipso graviter in medio barbarorum coetu peroravit, affirmans virum esse eximie probum, cui nihil esset antiquius quam bene de omnibus mereri. Quia oratione non modo mitigata sunt improborum animi, sed cunctis Romeri virtutem praedicantibus, odium in obsequium verit. Plus aliquid praestitit aliis ex eadem gente Neophytus. Accepérat a Provinciali Praeposito, ea loca perlustrante, vestem acu pictam non inelegantem, nec ferme quidquam habebat apud se pretiosius, aut carius. Cum tamen illuc advenissent et remotiōne plaga Ethnici quidam, Neophytus satis non habens disisse iis multa, cur Christi legem amplecterentur, et Patres auscultarent, uni denique, qui dignitate praestantior, vestem de qua dicebam dono dedit, Patrum liberalitatem commendans, ac Religionis quam docerent praestantiam. Monuit praeterea eum, vestem ut reportaret in patriam, ac velut Patrum beneficentiae testem ac monumentum ostenderet popularibus suis, quo facilis ad Christum adducerentur. Quam paucos in ipso Religionis et Europae sinu educatos reperias, qui suis exuere se commodis velint, ut cultores Christo quaerant! Barbarus iste, in ultima natus America, rerum omnium inops, ac fere nudus, induenta ipsa ob ejusmodi causam dedit.

Dum haec geruntur ad Urvaiem, P. Ruizius de Montoya, cum sibi excollendam praecipue desumpsisset Guairanam provinciam, cooptis naviter insistebat. Binas jam suscepérat, ut supra docuimus, conatu irrito expeditiones ad Tajobenses. Tertiam hoc anno suscipere, sed exquisitiōre quodam modo, statuit. Primum omnium, cum animo suo reputans non humano labore industriaque, sed tantum ope divina confidiente sibi Deum, superosque omnes, praecipue vero septem principes Angelorum studuit. Septem ipsas hebdomadas delituit in secessu pio, procul ab omni terrena cura, omni commercio hominum penitus segregatus. Quo tempore precibus lacrymisque fundendis, ac discruciendo corpori intentus, Deum obnixe precari nunquam destituit, ut secundaret copta, quodque ad ipsius unice gloriam suscipiendum esset, vellet aliquando e sententia succedere. Vovit etiam septem beatorum Spirituum principibus, quorum praecipue vim opemque in hoc negotio exquirebat, si, victa aliquando Tajobensem pertinacia, sedem apud eos stabilem figere contigisset, se ipsis Oppidum Aedemque sacram nuncupaturum. Tum sacrum spirans ardorem, inusitata erectus fiducia, ostentis etiam, uti creditum est, confirmatus, prodiit et latebris, praelataque septem Angelorum effigie conspicua, ad eundem locum, unde fuerat paulo ante dejectus, iter intendit. Discedentem magnopere dehortabantur amici. Difficulatem operis, quaeque imminenter pericula, objectabant. Meminisse jubebant, quanto eum odio insectarentur benefici, quam acri nuper cura conquisitus ad necem fuisse. Rogabant, ne semet ultra tam praecipitem in aleam daret, neu publicam rem, quae ipsis vel in primis niteretur capite, tantum in discrimen adduceret. Sed nihil ad hominis animum vel absterrendum vel demorandum valuit. Priusquam itineri se committeret, certiore consilii sui fecerat Tajobam, nempe ut eodem conveniret cum suis clientibus et amicis. Successit ipse cum manipulo Neophytorum dumtaxat triginta, qui probatae virtutis ac fidei omnes erant. Statim vero atque notum attigit locum, ut forte extabant adhuc veterum munitionum reliquiae, refici eas subito, ducique densum e sudibus vallum jussit. Quod consilium

258.
Ei insidiabantur
venefici ob con-
versionem unitus.

259.
Cujusdam Neo-
phyti liberalitas
ob causam Reli-
gionis.

260.
P. Ruizius de
Montoya tertio
ad Tajobenses co-
gitat.

261.
Procedit ad
eundem locum,
ubi Oppidum ae-
dificare coeperait.

262.
Arte studit, be-
nignitate sibi
conciliat Ethni-
cos.

non tam ad munendum locum spectabat, quam ut ne hostes intropiscere, cognoscereque praesidii paucitatem possent. Consilium ad rei summam incredibiliter profuit. Barbari haud temere existimantes ingentibus succinctum copiis esse Ruizum oportere, qui ad incoepum adeo difficile ac periculosum tam subito rediisset, nec nisi virium magnitudine fretum id ausurum fuisse pro certo statuentes, vim apertam inferre non audebant initio, sed quosdam e suis identidem submittebant, qui per speciem salutandi Christianorum Sacerdotem explorarent numerum armatorum, de coeque cum fide referrent. Hisce exploratoribus, qui soli et inermes succedebant, occurrebat extra Oppidi septum Ruizius, benigne singulos excipiebat, officiis ac munusculis devinctos dimittebat. Illi humanitate capti, donis inescati, ubi ad contribules ac populares redierant suos, de nostrorum moribus longe diversa, quam ab iniquis praestigiatoribus narrari audiissent, renunciabant. Quibus haudquaquam suspectis relationibus cum haberetur vulgo fides, alia paulatim hominibus injecta mens, alia consilia. Plerique minus jam aversari nomen Hispanum, Christianum etiam laudare, et in pretio habere. Ut rem paucis absolvam, brevi spatio tanta animorum inclinatio est facta, ut ventitarent ultro barbari cum liberis et conjugibus, et recipi in Oppidum flagitarent. Affuit inter primos Tajoba cum suorum genti numero. Atque ita contractis in unum familiis plus mille et quingentis, stetit aliquando tandem optatum inter Tajobenses Oppidum, quod ingratias malorum daemonum confectum, Ruizius sub tutela Angelorum collocatum voluit, et a Sanctis Angelis ex voto pridem concepto nominavit. Regendis instituendisque novis oppidanis P. Petrum Spinosam, virum strenuum, ac laboris patientem imposuit. Tajobam sua gentis Ducem regia auctoritate appellavit.

²⁶²
Constituitur in-
ter Tajobenses oppi-
dum, et a SS.
Angelis denomi-
natur.

HISTORIAE SOCIETATIS JESU PARTIS SEXTAE LIBER DECIMUSTERTIUS

ANNUS CHRISTI 1628. SOC. 89.

Anno saeculi duodetrigesimo Provinciam Neapolitanam atrox contrastavit casus, qualis nusquam fortasse alibi in nostris annalibus legitur. In agro Nolano, haud ita longe a Neapoli, amplum est Collegii Romani latifundium, quod Cacciabellam vulgo nominant. In eo semper unus aliquis ex nostris fratribus, ad rem oeconomicam administrandam, degit. Qui fundi procurationem gerebat hoc tempore Fr. Joannes Rubeus, vir quidem ille erat probus, sed paulo asperior indole, et quia custos rei sibi commissae summe diligens, suique juris apprime tenax, colonis finitimis parum gratus. Rubeum iniquissimo in primis animo concoquebat Dynastes praepotens, cuius nonnulla erant in propinquuo praedia, nec vero dissimulabat, nisi is loco moveretur oeconomus, facile adductum iri se ut gravius aliiquid de ipso statueret. Quae tamen seu nescirent, seu minus attenderent Collegii Romani Moderatores, ob eam certe causam removendum a praedio hominem industrium, ac caetera integerrimum, non censebant. Sed non fuisse contempnendas minas quantumvis iniquas viri potentis et irati, demonstravit eventus. Venerat forte in villam Cacciabellensem P. Felix Partialis (erat is Collegii Romani Procurator Neapoli) cum Fratre nescio quo rei domesticae adjutore. Aderat, uti solebat, Rubeus, cum uno alteroque ad famulare ministerium vernula. Sub noctem, dum maxime adire coenationem parant, ecce tibi irrumpunt ex improviso tres sicarii districtis gladiis, ac Rubeum primo, tum e famulis unum multis impositis vulneribus sternunt. Partialem post haec, aliquique Fratrem similiter appetebant, nemini, ut videbatur, parcituri. Verum ii, eluctati cruentas latronum manus, celeri fuga se subduxerunt, non nisi leviter sauci. Rubeus momento jacuit in suo sanguine examinis, nec multo plus superstes quem dixi famulus fuit, quippe ambo multis gravibusque perfossi vulneribus. Patrata

1.
RES NEAPOLITANAEE.
Unus Fratrum interfectus in prædio Cacciabellensi.

^{2.}
Quae*sto de
caede instituitur
Neapoli. Eam
intervertit P. Ca-
rafa.*

^{3.}
Exoritur ca-
lumnia contra
nos. Quae*sto
instituatur.*

^{4.}
Aucto*r male-
ficii detegitur, et
in arcem deporta-
tur.*

^{5.}
Calumnia con-
tra P. Ferracu-
tum.

caede, sicarii, nihil ex re familiari attingentes, abscedunt. Res ut audit Neapolí, vix credibile quantum facinoris atrocitate commoti sint nostri pariter et externi. Prorex ad quem statim delata causa, de auctoribus maleficis severissimam institui quaestionem jussit. Et jam delatus Cacciabellam rigidus cognitor, accitos ex tota circum vicinia villicos interrogare cooperat. Cum P. Vineentius Carafa, qui tunc Neapolitanam regebat Provinciam, ratus condonandam injuriam exemplo Christi, non legibus persequendam, judicio intercessit, impetravitque a Prorege ut revocaret Judicem, causam omnem silentio premeret. Atque id optimo quidem illi proposito, quod tamen in sequiore partem acceptum est a malevolis. Continuo multi sermonem malignum serere, nolle Jesuitas ea de caede quaestionem fieri, propterea quod ipsorum interesset ne resciretur cuius manu Rubeus cecidisset. Scire videlicet eos probe, non alibi querendum homicidam scelestum, quam apud se. Quidam etiam, ut fidem facerent fabulae, unum quemdam ex Patribus nominatim velut certissimum Rubei interfectorem designare, et causas odiorum, quae inter ipsos intercessissent, communisci. Is cum rumor increbresceret sensim, tum vero acrior Patres incessit dolor, quod ad casus acerbitatem accedere ignominiam calumniae, et infamiam Ordinis cernerent. Carafam itaque circumsistunt aliqui ex gravioribus, monentque eum oratione libera, videat quid agat. Rebus integris, licet fore cause cognitionem intervertere, et laudem christiana moderationis apud bonos quoisque id factum habiturum; nunc vero, quando, praeter dolorem trucidati per summum nefas innocui fratris, teterrima etiam labes inuratur famae Societatis, et ipsimet in suspicionem patratae caedis vocentur Patres, verum non esse per speciem mansuetudinis tam grandi malo non occurrere praesidio legum. Debere Moderatores suorum innocentiam, quoad ejus fieri possit, tueri. Beatum quoque parentem Ignatium, qui privatas injurias ferre soleret tacitus, si qua obiciebantur suis criminis, ea ut judicio publico diluerentur postulare consuesce. Haec illi loquebantur, quac Carafa non minus graviter quam vere dici sentiens, adiit Proregem denuo, et preces prioribus contrarias adhibens, petiti, vellet jubaret instaurari quaestionem sua nuper depreciatione intermissam, non eo quidem ut de sotibus exigenter poenae, sed ne ultra macularetur nomen Societatis indigno qui serpebat rumore. Aequiora enimvero petebantur, quam ut negari possent a custode legum, et juris publici conservatore. Dedit continuo Prorex, uti rogabatur, Judicem scientia legum et usu fori peritum in paucis: qui in agrum Cacciabellensem profectus, multis interrogatis, atque uno praesertim quaestioni admoto, tam multa excuspsit de eo quem supra dixi Dynasta, tamque vehementibus eum premi indicis confecit, ut fuerit jussu Proregis deportatus Neapolim, et in arcem Lucullani inclusus. Quibus deinde conditionibus fuerit dimisus, non invenio. Eo enim tradito in custodiā viro, de negotio Cacciabellensi porro quaeri desitum est, quippe causam urgente nemine, satisque habentibus nostris, infamiam criminis ab se fuisse depulsam.

Alia per idem tempus calumnia Neapoli exorta est contra P. Petrum Ferracutum, eique necessitatem imposuit, homini quantumvis innocentissimo semper molestam, purgandi sui, criminisque diluendi. Carceres magnae quos vocant Curiae, ut alibi demonstratum est, Ferracutus excolebat, neque solum quae ad pietatem, sed quae ad victimum quoque communitatesque vincitorum pertinerent, curabat, pecuniam administrans publicam, quae eum in usum erogabatur et regio fisco. Id agentem egregie fide et industria, fuere qui reum facerent vel negligentiae, vel etiam fraudis, in administranda quam dixi pecunia, perinde quasi averteretur ab eo, aut certe male collocaretur. Et unus potissimum ex externis, cum non speraret crimen ita male confictum persuaderi posse Neapolii, ubi in oculis omnium viri solertia et integritas erat, ea de re Romam scripsit ad Generalem Praepositum, rogans ut pro eo quanti facret nomen famamque Societatis, Ferracutum ab eo ministerio dimoveret. Ut imponeret facilius, se et amicissimum nostri Ordinis profitebatur, et solo rerum nostrarum studio motum ad id scriendum affirmabat. Sed non is erat Mutius, qui temere crederet amicis extemporalibus, qui meritis accusationibus probare amicitiam solent. Gratiis prolixe actis

benevolo accusatori, de re visurum se respondit, quid facto esset opus. Tum Provinciali Praeposito negotium dat explorandae ad liquidum veritatis. Ferracutus purgare se iussus de administratione pecunias unam modo rem Provinciale rogavit, ut per idoneos ratiocinatores recognoscerentur tabulae, in quibus rationes dati et accepti reperiebantur explicitae, eaque una re imperata, calumniam penitus depulit. Productis enim libris, subductisque accurate rationibus, aperte constituit, ex omni argento, quod Ferracutus atrectasset, ne teruncium quidem fuisse desperditum. Quo palam facto, perrexit, uti cooperat, vir integerrimus cum magno assensu. Mutii navare operam yncit, et ad sfernenda deinceps quae contra se spargerentur animum confirmavit. Inde quin etiam alacrior effectus, sublevans eorum maxime actumnis qui ob aës alienum attinerentur in carcere, adjicit animum. Cumque ex iis multi propter inopiam solvendo non essent, dissolvendis in posterum eorum nominibus pecuniae subsidium stabile impetravit a sodalibus sanctissimae Trinitatis, eundemque in usum assignavit stipem a se suisque successoribus ostiatis corrogandam. Ita denique composuit rem, ut ex piorum largitionibus obaerati quotannis minimum tredecim eximerentur vinculis. Pium institutum hoc ipso anno in mores inductum est, et moris prescripta forma in hunc modum. Educendis e custodia nexit, quorum esset redempta pretio libertas, diem intra annum certam Ferracutus constituit, quod dies erat postridie nonas Novembres. Hoc namque die recurrebant natalitia S. Leonardi patroni carceris. Pridic autem hujus diei venit ipsem in carcerem, convocatisque in sacellum vinctis, et auditis pro confessione multis, circa horam noctis primam, piam supplicationem indixit. Rebus statim omnibus comparatis, poenitentium ritu processerunt e sacello vinci, ac septa carceris obierunt. Inter progrediendum ducenti circiter flagris sese pie multabant. In agmine extremo sublimia deferebantur signa S. Leonardi, et S. Maximi martyris, qui custos olim carceris fuisse dicitur. Sequebatur chorus symphoniacorum sacra carmina concinentium. Ut ventum denuo in sacellum, Ferracutus supplicationem apta oratione clausit, cohortatusque singulos ut parati essent postridie ad sacra participanda, coetum dimisit. Die postero, ut diluxit, adest ipse rursus in sacello carceris, rursus multis peccata confitentibus praebet aures. Affuere postmodum sodales Sanctissimae Trinitatis, securitatis syngraphas ferentes pro iis tredecim, quibus erant demanda vincula. His coram, adhibito concentu musico, augustioribus caeremoniis litatum est, et viuctorum plerique ad sacram mensam admissi. Ad extremum sodales Trinitarii, divisa in omnem viuctorum multititudinem certa panis mensura, eos qui libertate donabantur accepérunt medios, traditaque sua singulis securitate, eosdem extra carceris januam deduxerunt, ac liberos dimiserunt. Ita tunc acta res, ita ad posteros perpetuo usu transmissa.

Hisce Ferracuti inventis, cum appareret laetas et vix sperandas pietatis fruges ex carceribus, spineto illo nuper incultissimo, meti, mirabantur multi haud secus, quam si ex areni pumice eliceretur humoris copia. Non inani tamen admiratione se continebant e nostris aliqui praestantiores, sed Ferracutum operis magnitudine pressum adjutabant, ejusque coepita consilio atque opera provehebant. Praebeat omnibus Provinciae praeses Vincentius Carafa. Is vir, quo non aliis tota Provincia spectabilior, in carceres itabat identidem, et se Ferracuto adjutorem, sive in confessionibus excipiendis, sive in sublevandis viuctorum calamitatibus, præbebat. Si quando audierat deportari ex provinciis, ut saepe fit, turbas catenatorum, aderat ipse ut exciperet venientes, atque omni benignitatis officio solaretur. Pedes abluebat iis, coenantibus ministrabat, lectos sternebat, ea que capite semper intecto, ac more famuli, plane ut videretur memor divinæ illius vocis: *In carcere eram, et visitasti me.* Talis porro exemplum viri, et cæteris incitamento erat, et obstruebat iis ora, qui Ferracutum, suscepitnamque ab eo procurationem carcerum maligne carpebant. Sed luculentius in hoc genere testimonium Archiepiscopus Neapolitanus Jacobus Boncompagnus Cardinalis dedit. Is cum audisset, regios carceres ex omnium vitiorum receptaculo in quamdam quasi scholam pietatis versos, idque opera Ferracuti, professus nequaquam

6.
Evidenter di-
luitur.

7.
Novum Ferracu-
ti institutum o-
bserveatorum sub-
sidio in mores
inducitur.

8.
P. Vincentius
Carafa Ferracu-
tum egrezie ad-
juvat.

9.
Archiepiscopus
suum quoque
carcerum curam
Ferracuto com-
mittit.

passurum se simili cultura suos destitui carceres, in quibus qui attinerentur, sanctioris essent professionis atque ordinis, Ferracutum ipsum obnoxie rogavit, ut quae in regis carceribus instituisset, eadem ne gravaretur in Archiepiscopalibus instituente. De pecunia ne esset sollicitus. Se pro ejusmodi causa sumptum quanto opus esset per quam libenter facturum. Ad ea cum respondisset Ferracutus, paratum esse se jussa facere, eum Cardinalis ipse per omnia custodiarum clavias circumduxit, ut videret quod omnium esset maxime idoneum celebrandis vinctorum coetibus; quodque ille delegit, ad sacelli formam accommodari statim jussit. Tum vocatos ad concionem vinctos admonut gravi oratione, quem videbant Patrem, ipsorum deinceps moderatorem ac parentem fore. Eum venerarentur, ei se regendos permetterent, quae denum cunque ipse decerneret, obedienter facerent. Pontificem ita loquentem promis animis auribusque auscultarunt vincti, ac secundum haec coepit Societas carceribus etiam Episcopatalibus operam ministeriorum suorum impendere.

^{10.}
Sancti Ignatius
et Franciscus
Xaverius eligun-
tur Patroni Ur-
bis et regni Nea-
politani.

His permoti rebus Neapolitani, ut nostrorum laboribus multis ac salutaribus rependerent vicem, consilio habito, beatum Societatis Parentem, velut unum e coelitibus de re publica optime meritis, inter Patronos suae civitatis ac regni adlegere statuerunt. Qua de re cum relatum est ad conventum Ordinum, relationem secundissima approbatione acceperunt omnes, ac ne unus quidem e tanto consiliantium numero adversam in sententiam iit. Aderat in conventu Prorex, Antonius Alvarez de Toledo Albae Dux, ac tantam de Ignatio consensionem admiratus, sermonem opportune intulit de Francisco Xaverio. Viderent an non idem esset statuendum de beato Indiarum Apostolo, cuius beneficentiam tam multi ubique experirentur praedicarentque mortales. Hunc certe et Ignatii sodalem adiutoriemque in instituenda Societate fuisse, et nuper decreto Pontificis Maximi una cum Ignatio fuisse Sanctorum fastis adscriptum. Verum non videri, nec fas, eos disjungere coelites, qui et voluntate et vitae instituto conjunctissimi semper fuisserint, et honore ipso, titulis, appellatione consociati invenientur. Placuit oratio, itumque est unanimi suffragio in sententiam Proregis. Fit ergo Senatus consultum, ut Ignatius pariter Xaveriusque inter Patronos Urbis ac Regni Neapolitani habeantur adsciti. Quam electionem approbante postmodum ac ratam esse jubente Urbano VIII. Pontifice, nihil erat reliquum, nisi ut solemni rita salutarentur novi Patroni, et honorem huic debitum nomini consequerentur. Verum id aliae ex alijs enatae morae prohibuerunt, de quibus non otiosum erit agnoscere. Principio, cum de iis quae fuerant in conventu deliberata referendum esset ad Regem, sive ob negotiorum multitudinem, sive ob usitatam eo tempore cunctationem et tarditatem aulae Matriensis, Regis approbatio non est allata Neapolim nisi post annos duos. Hoc interim medio tempore prodierant a sacra Rituum Congregatione quedam edicta, quae novos institui Urbium ac Regnum Patronos veterabant, nisi certis sub conditionibus, quae cum deessent in re praesenti, haesit negotium velut nullius vado. Nam Pontificis concessionem, quae nondum ad effectum esset deducta, per posteriora quae dixi edicta abrogatam censuerunt rerum prudentes viri. Rem prope sepultam excitavit anno ejusdem saeculi quadragesimo septimo Rodericus Pontius Arcensem Dux, qui cum regnum gubernaret, et Societati faveret impense, referri iterum jussit ad comitia, placeret ne Ignatium Xaveriumque adscribi inter publicae Patronos rei? Iterum cum magno assensu accepta relatio est. Statuae quin etiam beatis viris decretae ex marmore, quae et factae statim, et in majoris Templi hypogaeo collocatae fuerunt. At dum maxime adornatur solemnis pompa, qua novos ibi Patronos inaugurariri mos est, coorto civili eo motu ac seditione foedissima, cuius Dux caputque Thomas Anielius fuit, inter tumultum et arma res, quae pene confecta videbatur, abrumpitur. Rursum adjectae operi manus post annos novem, per occasionem pestilentiae, quae urbem florentissimam et populo refertissimam miseranda clade vastabat. Neque confici tamen potuit, nisi ex parte. Nam quia praesentiorem in ea calamitate Xaverii opem sentiebant multi, et ei potissimum civitas voti religione se obligaverat, anno sequenti, qui fuit saeculi quinquagesimus septimus, decreto

^{11.}
Re in longum
extracta, solus
Xaverius decla-
ratur Patronus.

Alexandri VII. P. M., Patroni honorem ac titulum solus Xaverius tulit. De Ignatio, de quo potissimum nostri laborabant, nihil tum constitutum, ac post illud tempus visa omnis ea de re cogitatio deposita usque in praesens. Ecce autem, nobis ista scribentibus, quod tandem expetum, quod toties tentatum frustra, subito ac feliciter effectum dat P. Aloysius de Marco, quem et honoris et amicitiae causa nomino, hoc etiam bene de Provincia Neapolitana, quam cum eximia laude administrabat, meritus, quod votum ejus antiquissimum aequissimumque perfecerit. Vir nimur industriosus, et in agendis rebus mire efficax, non id solum evicit, ut denuo Ignatium sibi Patronum depositerent ordines civitatis, (quod pro ea qua valet apud Proceres gratia haud difficulter obtinuit); sed praeterea ut causam apud Pontificem Maximum ipsem litteris perureret Carolus, utriusque Siciliac Rex aequie plus ac felix. Quibus exoratus litteris Benedictus XIV. quamquam obstabant plura sacrae Congregationis decreta, ne ultra multiplicarentur urbis Neapolitanae Patroni, quod tamen de Ignatio tanto consensu ac tali deprecatore rogabatur, prolixè concessit. Ita honorem diu dilatum aliquando tandem est consecutus Beatus Pater, magna omnium gratulatione, ac praeccipue nostrorum, eoque honorificentius quo serius. Secuta sunt gaudii signa splendida, ac pietatis. Praeter alia, Divi signum ex argento, affabre factum, in primariam Aedem insigni supplicatione illatum est, et in sacello, quod Thesauri vocant, inter caetera Patronorum simulacula repositum. Sed ad ordinem temporum redeamus.

Ut vulgatum est quid ordines de Ignatio Xaverioque statuissent, aucta plurimum toto Regno pietas erga beatos viros. Rheygi unus nobilium, cui Paulo Marescalco nomen, cum jam ante se in patrocinium Ignatii contulisset, cognito de quo dicebam decreto ordinum, exiliit gaudio: utque privatam religionem in publicum derivaret, et ad futuras etiam aetates transmitteret, extruendam suscepit in suo quodam extra urbem fundo Aedem sacram, Ignatii titulo insignitam. Aedi pingue addidit sacerdotium, cum hoc ut esset quotidie, qui rem in ea divinam faceret. Et profuit sua viro pietas. Scribebat ipse post annos duos ad Mutium, tot in rebus praesentem hoc medio tempore adfuisse sibi opem Ignatii, ut videbatur sibi qualisque obsequii mercedem tulisse amplissimam, et multo maiorem spe. Primo enim virilem sobolem, multis diu votis frustra expetitam, pene ex insperato se accepisse. Toto deinde biennio, quod in Aedis structura fuisset impensum, obvenisse sibi ex suis fundis fructus tam insolita feracitate, ut quod superiorum annorum proventum excedebat, omnes prope sumptus aedificationis exaequaret. His addebat ad extremum rem miraculi similem, ex qua conficiebat gratum Ignatio accidisse obsequium suum. Res porro fuit hujusmodi. Surgente de qua dictum est Aede, ad ejus exornandam frontem transvehebatur ex Sicilia lapis Mamerinus: cum subito jactri in freto Siculo coepit navis tam dira procella, ut nautae, malo diffracto, lacerisque ornamenti, spem vincendae tempestatis abiicerint. Quod itaque usuvenit cum inevitabile videtur exitium, nautae pariter vectoresque rogare opem Superum. Fuit qui mentionem praecipuum fecit Ignatii, siquidem adhibenda in ejus honorem materia vehebatur. Nec frustra. Vix Ignati invocato nomine, venti ceciderunt, mare instar soli quietivit. Haec Marescalcus narrabat, quae grati animi causa ab eo viro litteris consignata, nos ad amplificandum Ignatii cultum hoc loco duximus exscribenda.

Per haec in provincia Orientali Siciliae, atque in ea prorsus urbe, quae provinciae sedes et caput erat, difficili admodum negotio implicita inveniebatur Societas, cuius nos initia negotii, progressus, atque exitum ordine execuimus. Messanae quidam ex primoribus viri graves, neque minus amici Societatis quam patriae suae studiosi, miram cum viderent in Gymnasio publico civitatis infrequentiam, contra in scholis Societatis florentissimam omnium Ordinum juventutem, querere inter se ac deliberare cooperunt, si quo possent modo tantam celebritatem atque concursum, (quod tamen sine Societatis injurya fieret) e Collegio nostro transferre in suam Academiam. Post multa ultro citroque jactata, in id denique consenserunt, unam patere negotii conficiendi viam, si cathedrae quaedam academicæ ex iis, quae Religiosorum propriae sunt, tradarentur Professoribus

^{12.}
Ignatius dif-
feritus usque ad
hanc ultima tem-
pora.

^{13.}
Pietas erga I-
gnatium benefi-
ciis remunerata.

^{14.}
RES SICILIAE.
Messanae trans-
feruntur in A-
cademiam civi-
tatis nostri Pro-
fessorum.

Societatis, quasque illi hactenus paelectiones habere consuevissent in suo Gymnasio, eas deinceps habere in aulis Academicis instituerent. Id cum publicae fructuosa sum rei, tum etiam Academiae, atque adeo Societati decorum arbitrabantur. Et quamdam praeterea rationem aequitatis reperiebant in hac transactione, quod vulgo ferebatur rogatu B. P. Ignatii concessum fuisse olim Mamertinis a Paulo III. Pontifice privilegium instituendae Academiae. Ex quo haud absurdia argumentatione conficiebant, in ea Academia, quae Fundatori Societatis deberet primordia institutionis suae, magistros artium earum, quas docere solet Societas, non aliunde sumi quam de Societate oportere. Sed quidquid id esset, cum in eam multi rem magnopere inclinarent, neque nostri Moderatores abnuerent, ad sexvirale Collegium, qui summus magistratus est urbis, negotium defertur. Sexviri, qui futurum id ex usu ac dignitate sui Gymnasii cernerent, traducendos in Academiam censuerunt doctores de Societate septem, quos tres Philosophicam, duo Theologicam traderent facultatem, sextus Scientiam morum, Mathesim septimus explicaret. Fit ergo hac de re senatus consultum, addita clausula, earum facultatum paelectiones non habendas in posterum nisi in Gymnasio Academico. Novis alendis Professoribus aurei quingenti annui, ex aerario civitatis binis aequis pensionibus persolvendi, assignantur. Veteres Professores cum bona ipsorum pace dimittuntur. Edicxit nostris, ut ad proximas Calendas Novembres, redeunte videciet solemni instaurazione studiorum, suas adire singuli cathedras parati sint. Quo demum firma haec omnia in perpetuum ac rata sint, Sexviri decretum a se factum confirmari, tum a Prorege duce Albuquerchi, tum a Conclilio regii, ut vocant, patrimonii, curant. His vulgatis rebus, haud facile dixerim quanta publice gratulatione ac laetitia novum senatus consultum acceptum sit, cum secuturum ex ea re magnum Academiae decus, et commodissimam iuventutis institutionem quisque praeciperet animo. At cum maxime negotium profecto habebar, P. Decius Striverius, qui Provinciam hoc tempore administrabat, quamquam conventionem initio omnem probaverat, quod tamen inter pacta exigebatur, ut paelectiones non haberentur in posterum, nisi in aulis Academicis, id ita intelligendum declaravit, ut non propterea cogerentur ipsi de Societate juvenes una cum externis frequentare Academiam. Suas nempe iis intra Collegium scholas constare uti prius debebere contendebat. Ad eam vocem Sexviri, ut ad inopinatam gravissimamque difficultatem, tergiversari. Rogare per amicitiam Striverium, ne urgore molestam interpellationem pergaat. Privatis rationibus, quae demum cunque eae sint, publicam utilitatem anteferat. Quid vero tandem obstarere, ne inter externos scholasticos juniores quoque conspiciantur, Jesuitae? Eorum modestiam exemplo, sedulitatem cacteris incitamento fore. Patiatur ergo, quando id civitati optatissimum sit, eorum quoque interventu honestari Academiam. Quod si repugnandi causa ea sit, quod nimis multum e Collegio distet Academiam, sciat in animo esse civitati novum aedificare Gymnasium academicum, idque Collegio vicinum, imo conjunctum sic, ut ex Collegii impluvio facilis in Academiam transitus per posticum futurus sit. Rem esse jam deliberatam et quantocius inchoandam. His dictis etsi minime acquiesceret Striverius, quia tamen cum hominibus amicissimis erat res, quos contrastare illiberale, atque adeo iniquum videbatur, et quod praeterea instabant initia studiorum, neque angustia temporis longam deliberationem patiebatur, concessit denique in sententiam Sexvirum, permisitque ut nostri juvenes perinde ac caeteri Academiam celebrarent. Unam modo conditionem adjectit, irritam fore pactionem, nisi eam intra sex menses ratam habuisset summus Societatis Praeses, quem de toto negotio faceret certiorem. Illuxit interea praestituta studii auspicandis dies. Ea nostri Professores die in Academiam cum splendido juvenum comitatu coenentes, scholarum quiske suarum possessionem adierunt, et occasione inde sumpta, ad confermissimam ex omni ordine civitatis coronam orationem luculentam P. Melchior Encofer Vienensis, eruditissimus vir, habuit. Dein institutum, ut quotidie doctores nostri e suo Collegio ad Academicas itarent aedes, deducentibus magno numero scholasticis, tum externis, tum etiam nostris.

15.
Suboritur controversia, et amici componuntur.

Verum ut de his Mutius accepit, nullis sibi rationibus persuaderi est passus, ut nostrorum juvenum quotidianos ad Academiam itus redditusque approbare, multo minus ut eos versari promiscue sineret cum externa juventute, cuius coercendae nullum apud nostros jus legitima potestatis esset. Striverium, quod rem permisisset a nostris moribus institutisque alienissimam, gravissimis increpuit verbis, eique pro re male gesta poenam publice luendam decrevit. Ita demum rescrispsit, ut quae inita fuerant pacta conventa de scholis, praecise negaret se rata facturum aliquando, nisi abrogaretur illud caput de mittendis ad Academiam scholasticis Societatis. Id ipsum Sexviris diserte denunciari jussit. Striverius, etsi recti specie deceptus, nihil excusavit ne impositam subiret demisse poenam, et quae imperabantur, obedienter faceret. At mandata Praepositi Generalis cum detulisset ad Sexvirale collegium, gravior enimvero quam pro re homines pupigit dolor. Iniquissimis animis accepta res est. Tamen, ut erant omnes praedclare erga nos animati, in hanc facile sententiam devenerunt, non esse ob tantulam rem dimovendos ab Academia Professores Societatis. Retineret ergo Societas quas semel acceperat cathedras, etiam si suos abduceret ab Academia juvenes, modo ne ad privatas ipsorum institutiones quemquam admitteret externorum. In id novum decretum fecerunt: quo decreto omnis videbatur in posterum controversia composita, ac plane erat, nisi magistratum interea essent adepti viri alii sex iniquioris in nostrum Ordinem voluntatis. Edita novae conventionis formula, suas doctores nostri disciplinas in Academia tradebant, subductis quidem ex ea scholasticis de Societate; sed tamen externorum juvenum frequentia tanta, quantam nemo antea se vidisse meminerat; cum agi in Senatu coeptum de admendis Societati scholis academicis, quibus in administrandis dicebantur nostri fregisse pacta, et conditionibus, in quas convenerant, non stetisse. Nam quia posterius senatus consultum, de quo modo diximus, non fuerat a Prorege Consilioque regii patrimonii confirmatum (nemini enim in mentem venerat, ad tollendam consensu mutuo unam ex conditionibus id esse necessarium), novi Senatores nullum esse atque irritum affirmabant, nec per illud vim prioris infringi contendebant. Suffragabant leguleji plures ex iis, qui jura interpretari ad gratiam libidinemque potentiorum solent. Cum nostri nihil secius pergerent institutum execui, edicitur repente Senatus jussu custodibus Academiae, (Bidellos vulgo nominant) ne deinceps scholarum aulas aperiant Professoribus Societatis. Non latuit nostros edictum. Re nihilominus inter se deliberata, die sequenti, stata hora, aedes academicas adeunt suo more. Observatas nacti scholas, in atrio sedate consistunt cum auditorum turba, rei exitum opperentes. Ecce autem sub haec supervenit unus Sexvirum, qui vulgo nobis habebatur infensior, secum adducens alterius familiae nescio quem Religiosum. Recludi, praesente se, Theologiae scholam jubet, in eamque novum Praeceptorem immittit. Hunc ut audiant, adolescentibus qui frequentissimi aderant, pro imperio edicit. Ad ea nostri palam contestari, per se non stare, quominus Gymnasio civitatis, ut pacti fuerant, impenderent operam. Cum minus attenderentur, in Collegium cum suis auditoribus redeunt: nemo enim ex his Sexviro praecipient ac minas etiam jactanti paruit.

Quo haec animo acceperit major et potior pars civitatis, non dicam, sed colligi tamen velim ex iis, quae de Mamertinorum erga nos benevolentia tam saepe commemoravimus. Vidi ego litteras nobilium minimum quatuordecim, qui haec suorum Magistratum incepta liberrima indignatione improbantes, Mutio significabant, ea plerosque omnium ordinum cives et tulisse graviter, et irrita esse censere. Suadebant proinde ei, ne ullis motus adversariorum molitionibus abdicaret scholas quam optimo jure traditas Societati, nec nisi per vim atque injuriam ademptas. Ageret in judicio suam causam: valitum jus apud aequissimos Panormi judices: se perbonae cause patrocinium pro sua virili parte suscepturos. At quaecunque illi amice magis, quam ex religiosa modestia proponerent, nequam censuit Mutius potentibus adversaris obserendum. Illud modo unum ut in judicio contenderetur permisit, non commissoe Societatem cur traditis sibi scholis spoliari deberet. Id ubi ad liquidum demonstratum fuisset, deserit scholas,

16.
Rescriptum
Mutii, ac novum
ea de re senatus
consultum.

17.
Novus Magi-
stratus nostros
excludit ab Aca-
demia.

18.
Prudens con-
silia Mutii de
ea re.

suamque resignari civitati pensionem jubebat. Cui si paritum ab omnibus, ut oportuit, fuisset, ea fortasse res honestissimum habebat exitum. Sed praeclera Mutii consilia unius e nostris temeritas et imprudentia turbavit. Panormum e Collegio Mamertino fuerat missus P. Franciscus Fazarus, ut de scholarum negotio Prorogem Consiliumque regii patrimonii edoceret. Jamque, auditis quae in utramque partem afferebantur, secundum postulata Societatis prouinciarerant Judices. Et commodum hoc medio tempore Messanae magistratum adepti fuerant viri aequissimi, nobisque amicissimi, quibus nihil erat optatus quam ut Societati scholae academicae redderentur. Cum Prorex accitos ex improviso Panormum quatuor e prioris anni Sexviris, eosque prorsus qui nobis acris fuerant adversari, indicta causa, rapi jubet in vincula, et diversis arcibus custodiendos includit. Hujus facti ut variæ obtenderentur in speciem causae, et nescio quam nominatum eorum contumaciam ipsem causaretur Prorex, nemo tamen non intellexit auctorem Fazarum fuisse. Et vix credibile quantam ea res Societati conflavit invidiam Messanae, cum sive ad ulciscendam injuriam, sive ad potentiae ostentationem factum id videretur. Alia post paulo accessit res haud paulo invidiosior, quae ejus urbis nobilitatem a rebus nostris penitus alienavit. Sexvirale collegium, de quo diximus, veteri more atque instituto, viris nobilibus constabat quatuor, duobusque et plebejo ordine. Quia inaequitate numeri efficiebatur, ut fecit Senatores singuli parem exercerent in administranda republica potestatem, non eadem tamen nec par nobilitatis ac plebis potestas esset. Jam vero populi Mamertini nomine supplicatum est Proregi, vellet juberet pari deinceps numero in Senatu plebem ac nobilitatem esse. Quod et Fazaro haud dubie tribuebatur, et eo consilio susceptum ab homine servido putabatur, ut gratificaretur plebi, cuius ordinis Senatoris in superiore controversia semper steterant a Societate: tum etiam quod e Messanensi plebe ortus ipse erat. Utrum vere haec de Fazaro dicentur, incertum. Nunquam enim veritas ad liquidum revinci potuit. Dicebantur certe, nec vero ex indiciis omnino vanis, quod satis superque fuit, ut Messanensis nobilitas multum averterentur a nobis animi. Quocirca Mutius, rem in deterius prolapsam sentiens, datis ad P. Joannem de Alexandro, novum Provinciale Praepositum, litteris decretoriis, negotium de scholis deserit omnino jussit. Illud addidit tamen, ut contra Fazarum severissime inquireretur, et siquidem in culpa teneretur, eam lueret poenam, qua et Mamertina nobilitas placaretur, et ceteri ex nostris admonerentur de iis tam multis legibus et decretis, quibus Societas tractatione omni rerum publicarum suis hominibus interdixit.

His molestiis, quae duos ferme annos tenuerunt, minime retardati sunt socii Messanenses, ne civitatem interea per usitata Ordinis ministeria excoherent, et novas etiam foventia pietatis artes inveherent. P. Placidus Junta, praestanti vir animo et animarum cultor eximius, novi generis Sodalitium hoc anno instituit, quod occulta velut officina christianae perfectionis esset. Mortificatorum id appellari Sodalitium voluit, ducto nomine ab iis maxime officiis, quae sodalibus praescribebantur. Coetus in Collegio habebantur initio, nec in eos nisi per pauci, iisque ex altioribus delecti scholis admittebantur. Post, cum aggregari poscerent ex praecipua nobilitate quamplurimi, nec in aedibus Collegii, quales tunc erant, aula inveniretur tantæ multitudinis capax; Sodalitium in domum Professorum translatum est. Ac tantus concursus nomina profitentium fuit, ut brevi sodales censerentur ad quadrigenitos. Verumtamen eo, ut dictum est, translato Sodalitio, et in usum grandioris aetas converso, aliud ejusdem nominis professionisque conflatum est in Collegio pro adolescentibus, qui intra decimum sextum et duodevigesimum annum versarentur. Executere fraenos haec aetas incipit, utque per se praeceps in vitium, a periculo proprius abest. Quare visum dare ei propriam velut palaestram, ubi voluntario cruciatu et multiplici exercitatione virtus subigere noxias cupiditates assuereret. Praeter hoc, alia in Collegio erant puerorum Sodalitia tria, nec vero in iis officia pietatis languebant. Documento sit, quod anno uno petitores Societatis numerati sunt plus sexaginta, ut nihil de aliis dicam bene multis, qui ad alias Religiosorum familias

animum adjecerunt. Sed miraculo cum primis fuit Messanensibus pius ardor nostrorum Juvenum, qui in Collegio studii operabantur. Edixerat Mamertinus Antibetes, nemini omnium licitum deinceps in sua Dioecesi conciones sacras habere, nisi iis, quos ipse coram interrogatos de doctrina, ad id munus idoneos judicasset. Ea re offensi ex veteranis concionatoribus multi, abstinere concionibus maluerunt, quam cum periculo ignominiae Praesulim se censurae judicioque subiicerent. Appetebant interea solemni jejuno sacri dies quadraginta, quibus diebus sacri ubique Oratores pascente divino verbo plebem christianam solent. Ut innotuit per oppida vicosque, qui circa urbem frequentes sunt, se eo anno caritudo ministerio concionatoris, id multi ex oppidanis iniquissimo ferentes animo, in urbem properant, adeunt Collegii nostri Rectorem, utque singulis saltem diebus festis mittat ad se divini verbi praecomes, suppliciter rogant. Enimvero facturum se dixit Rector, modo assensus accederet Archiepiscopi. Itur ergo ad Archiepiscopum. Qui rem valde comprobans, non modo quod rogabatur prolixo permisit, sed praeterea, ex praesumpta quadam opinione doctrinae socios Collégii omnes habens pro idoneis, qui potissimum mittendi viderentur ad Rectoris arbitrium rejecit. Rector octo seligit Scholasticorum paria. His mandat, ut per dies festos parati sint excurrere bini ad oppida circumposita, ubi, divisis inter se officiis, alter concionaretur mane, alter a prandio catechesim explicaret. Haud segniter imperata fecerunt pii Juvenes, nihil sibi reliqui ad laborem apostolicum fecerunt. Porro auditu ubique sunt tanto non solum concursu, sed etiam plausu populorum et fructu, ut scriberet deinde ad Mutium Rector (erat is P. Nicolaus Cusmanus, insigni prudentia vir), nihil postulari amplius potuisse ab Oratoribus expertissimis. Neque tamen qui residui fuerunt Scholastici sexdecim cohiberi potuerunt, ne praeclarum ardorem sodalium suorum pro sua virili parte aemularentur. Missionem urbanam Messanae instituerat quem supra laudavi P. Placidus Junta, ad dies quindecim producendam. Ea re cognita, offerre se studio animarum incensi Juvenes, laboris apostolici partem sibi deposcere. Placuit generosis eorum votis paululum indulgere. Producebantur quotidie omnes, ac bini dimittebantur per diversas urbis regiones ad perorandum. Illi, ubi frequenter viderant plebis male feriatae globos, in editum concendebant²³, vocemque ad populum intendebant, salutationem angelicam praecincentes. Dein vocata concione, veterosam multitudinem metu salutari concurtiebant, et ad poenitentiam criminum excitabant. Orationem vehementem, ac sponte oblatam ingestamque, haurire cogebatur populus vel invitus, ac magni saepe motus animorum sequerentur. Denique numerosa auditorum suorum agmina oratores isti circumforanei deducebant in templum, ubi cum adesset Junta, omnes sacrae eloquentiae nervos intendens, populum jam praeparatum mollitumque ita subigebat, ut Sacerdotes minimum quinque excipiens in praesentia omnium confessionibus non parerent. Haec de suo Collegio Cusmanus scribebat ad Mutium, quae incitamento esse poterunt nostrae Juventuti, ut ab illustribus majorum suorum viis atque itineribus nunquam deflectat.

Haud absimili spiritu nostri Juvenes adolescebant in provincia occidentali Siciliae, neque minori ardore a studiis litterarum ad sacra identidem ministeria transibant. Et iis utebatur interdum divina bonitas ad conversionem hominum impiorum, quod in hoc maxime eventu evidenter apparuit. Panormi Nosocomium est amplum atque spatiosum, ubi praeter numerum aegrotantium ingentem, separatis aedibus custodiuntur puellae incertis ortae parentibus. Accidit ut ad explicandam puellis catechesim mitterentur Scholastici duo, spectatae virtutis modestiaeque juvenes. Eo tendentibus cum esset necessario praetergrediendum securis dispositos longis ordinibus lectulos aegrotorum, venit in mentem lustrare prius misera languentium turbam, hisque sermone pio solatium aliquod aerumnarum ac levamentum afferre. Unus prae cunctis erat, qui juvenes ut longe prospexit subeuntes, eos contenta voce compellans, venisse expectatos clamat. Mirari illi vehementer, quid ita ignoti ab ignoto exciperentur. Aeger vim lacrymarum profundens, longam narrationem ingreditur. Se a puero in Collegio

^{23.}
Nostri Juvenes
per quadragesi-
mam concionan-
tur.

^{24.}
Aliorum fru-
ctuose conciones
in Missione ur-
bana.

^{25.}
Memorabilis
conversio homi-
nis flagitosi. No-
strorum juve-
num pius ardor
Panormi.

Societatis Drepanitano pie liberaliterque educatum, et Sodalitio cuidam B. Virginis adscriptum fuisse. Vitam agitasse eo tempore innocentissimam, pietatique cum primis deditam: nulli quidem certe aequalium in colenda Virgine concessisse. At remisso postmodum de ardore primo pietatis, ut sequiora exempla sequeretur. Abstractum videlicet consuetudine juvenum deterimorum; coepisse paulatim solemnibus sodalibus conventibus abstinere, denique Sodalitatem ipsam valere in perpetuum jussisse. Post illud tempus, per annos ferme viginti, in omne flagitium ruisse praecepitem. Malorum extremum esse, quod novissime se mancavaverit Diabolo, in ejusque potestatem ultro concesserit. Habere porro se devotionis impiae dignam mercedem, vexari a malo spiritu assidue, horrendis saepe spectris ac mali denunciatione territari, saepe in praesentissimum vitae discrimen adduci. Verum, adjicit, ab summa desperatione revocari mihi videor aliquando tandem ad laetam salutis spem, atque hanc mihi spem nuper fecit Virgo clementissima, veteris, ut opinor, obsequii mei memor, oblitera perfidiae. Quae cum ingemiscens pronunciasset, ita perrexit. Nocte proxima, gravi dum sopore oppressus jaceo, visus mihi derepente sum occulta velut manu trahi per crines. Re subita expurgitus, video speciem Virginis beatissimae clara luce conspicuam, ad ejus similitudinem, quam Drepani in Sodalito venerari solebam. Simul ore placido exprobantem audio, quod ejus cultum ex toto abjecerim. Sed jam bono sim animo. Nondum penitus actum esse de me, nec remedio majus malum esse. Affuturos propediem duos de Societate juvenes. Iis me committam, et dicto audiens sim. Si fecero, cunctis me angoribus animi, et doloribus etiam corporis absolvendum. His aeger dictis, utrusque tenens dextram, et largo cum fletu deosculans, rogare atque obsecrare, sibi ut misero ferant opem. Edicant quid facta opus sit: se per omnia pariturum. Illi expiandas conscientiae maculas respondent, confessione a multis retro annis repetita. Quam ne differret, revolant celeriter in Collegium, ac Sacerdotem adducunt, virum experientem, multaque prudentiae atque doctrinac, cui aegrotus per omnia se permisit. Fuit aliquid morae in expedienda confessione, tum quod annorum multorum evolvenda series erat, tum quod occurabant multa altioris fori, ad Quaesidores Fidei referenda. Sed ea demum peracta, aeger in alium pene hominem verti visus. Animi aegritudinem, qua hactenus extabuerat, exceptip mira tranquillitas, et dulcedo quadam mentis suavissima. Corpus omni prorsus molestia momento caruit. Atque ex ea die novum vitae cursum exorsus, redintegrata pietate pristina, denuo se contulit in clientelam Baetae Virginis, cuius beneficio singulare se ab interitu sempiterno liberatum profitebatur.

26.
RES PROVINCIAE
MEDIOLANENSIS,
In iusta Collegii
Cuneensis.

Provinciac Mediolanensi duo de novo domicilia hic annus dedit, Cunei unum, alterum Cherii, utrumque in ditione Pedemontana. Quod Cuneum vocant, oppidum est elegans, et tum loci natura, tum operibus munitissimum. Jacet prope Alpium radices, ad confluentem duorum amnium, quorum aqua subluitur. Ibi cum sacra Missionem ante aliquot annos obiissent Patres egregii duo, Jo. Baptista Vitalis, et Benedictus Vaccherius, eorum opera mirum in modum delectati cives, urgere jam tum cooperant crebris Praepositum Generalem litteris, sibi ut domicilium Societatis cum familia quatuor vel quinque capitum attribueret, quem in usum Vincentia a S. Juliano, ex illustri Malaspinorum familia viuda, sortem pecuniae non contemnendam assignaverat. Responsum est initio, ratum fixumque esse ob graves causas nullam in Italia sedem admittere, quae justi Collegii formam non attingeret. Eo responso nihil deterriti Cuneenses, ad condendum Collegium adjecerunt animum, nec ita multo post vectigal, domum, supellectilem, quae demumcunque ad rationem Collegii exigentur, prolixe obtulerunt. Jam profusam ac benevolam erga nos voluntatem miratus est vehementer Mutius, laudavitque. Tamen, quia dos Collegii constituebatur, non tam in propriis ipsius fundis, quam in publicis vectigalibus civitatis, sumpto, uti solebat, ad deliberandum spatio, cunctabatur postulata facere, et responsum ampliabat. Vir nempe istarum rerum experientissimus, quod socii cogentur e publico aerario annum proventum exigere, haud satis probabat. Dubias semper

esse et incertas ejusmodi exactiones, ac facile, mutatis temporibus, aut rerum publicarum administris, posse interverti dictitabat. Sed longiorem non tulerunt Cuneenses moram. Deprecatorem adhibuerunt Mauritium a Sabaudia Cardinalem, quem plurimum apud Mutium valere auctoritate et gratia norant. Hujus autem interventu Principis negotium celerrime confectum est. Cessit Mauritio roganti Mutius, domicilium quale offerebatur admisit, eique nomen et formam Collegii dedit. Nimirum verecundia, ut arbitror, Mutio fuit tali obsistere Principi, qui, praeter insitam dignitatem, eodem tempore bene de Societe mereretur, Domum probationis suo sumptu constituens Cherii. Id operis Mauritus verare animo cooperat ante sexennium Romae, cum apud nostros Tirones diversaretur in monte Quirinali. In eo sane paucorum dierum secessu auditus fuerat saepe cum dicret, domum ejus generis videri sibi quavis jucundiorem Regia, quippe remotam a strepitu, curis turbulentis omnino vacuam, ordinatam probe, atque omni ex parte sanctam, iis denique habitatam adolescentibus, quorum vel solo aspectu recreari sese, ac tacite ad pietatem impelli sentiret. Inde similem erigere Domum, si quando posset, constituerat, et rem tanto antea meditataam perfecit hoc anno Cherii. Placuit hic prae cunctis locus, tum quod amoenitate agri, et antiqua civium nobilitate inter urbes Pedemontii celebris, tum maxime quod Augustae Taurinorum vicinus, neque plus millibus passuum quinque distans, ut facile ipse posset, quoties collibitum esset, illuc excurrere. Et opportune in ea urbe lautum obtinebat sacerdotium cum Aede Antonio magno sacra, cuius proventus cum videretur alenda Tironum familiae suffecturus, illud omne, impetrato assensu Pontificis maximi, in usum novi Tirocinii transcripsit. Constituta in hunc modum Domo probationis Cheriensi, in eam traducti sunt decem noviti, partim exciti Genua, partim de novo recepti, hisque Rector primus et magister impositus P. Petrus Amista, praestanti virtute vir, idem nostri moris experientissimus, eoque tironibus instituendis aptus in paucis. Caeterum, triennio post haec nondum exacto, ob ruinas belli Italiam subalpinam misere afflgentis, vacua relicta fuerat ea domus; sed liberalitate munifici Fundatoris restituta, immo etiam censu aucta, et aedificio commodius instructa, denuo tironum familiam recepit.

Eodem anno alia parabatur Societati sedes Clavennae, sed magno molimine nihil confectum. Clavenna Rhætorum oppidum est amplum et frequens, haud procul ab Lario lacu. Sedet in valle populosa, Rhætos atque Insubres interjecta, cui etiam praebet nomen. Nicolaus Peverellus, ortu civis Clavennensis, viatae instituto Parochus, videns quanto nuper reipublicae emolumento deposita fuisset in valle Tellina Societas, et parem utilitatem patriae suaे erroribus vitiisque miserandum in modum involutae quaerens, tenue quod habebat patrimonium addixerat Societati ea lege, ut duo minimum Socii Clavennae alerentur. Vix credibile quanto popularium assensu, quantaque gratulatione acceptum fuerit pium viri consilium. Ea de re Magistratus, Canonici, Antistes ipse Novocomensis, cuius in dioecesi est Clavenna, litteras ad Mutium dederunt, obnixe rogantes, mitteret quantocys Patres idoneos, et magni praesertim animi, qui novi domicili possessionem inirent. Civitatem, accolarum erroribus misere infectam, haud molli brachio repurgandam demonstrabant. Addebat Episcopus, operarios Societatis novam Clavennae Japoniam habituros. Hisce permotus litteris Mutius, mitti Clavennam jussit duos in primis strenuos, et rerum prudentes viros, P. Albertum de Albertis, et P. Petrum Mariam Callerium, qui eo cum venissent, laborum segetem invenerunt opinione majorem. Pugnandum erat ex aequo cum vitiis inveteratis, atque erroribus novis, quorum illa animos voluntatesque, hi mentes hominum ac judicia corruerant. Tamen aggressi Patres usitata obire Ordinis ministeria, brevi spatio multos, tum intra oppidum, tum in agro circum posito, errorem dedocuerunt, multos item in fide orthodoxa vacillantes confirmaverunt, neque paucos a propugiosis libidinibus ad honestatem ac temperantiam traxerunt. Omnino respondebat labori fructus, et optimus quisque laeto rerum successu delectabatur. Unus moerere, unus de Patribus conqueri,

^{27.}
Nova Tirocinii
domus institui-
tur Cherii.

^{28.}
Statio Societa-
tis collocaatur
Clavennae in
Rhætia.

^{29.}
Post breve tem-
pus dissolvitur,
et quare.

quem laetari maxime oportebat, Peverellus. Moeroris et querelarum ea causa, quod Patres, praeter cetera quae suscepserant munia, ludum quoque litterarium erudiendae juventuti non aperirent. Id nempe sibi ante omnia fuisse propositum affirmabat, cum primum agi coepit de evocanda in urbem Societate. In id maxime se bonorum suorum donationem fecisse. Id nisi fieret, nunquam plane se quieturum. Ad ea Patres excusare paucitatem suam. Sibi, laboris apostolici magnitudine oppressis, otium docendi litteras non esse, dicere. Quod ille postulabat, ut aliunde arcesserentur magistri, id quidem facile factu esse; at tam exiguo proventu magistros sustentari nullo modo posse. Surdo canebatur. Cum nihil hisce rationibus flacteretur vir mentis alioqui bona, et nihil secius iudicagistros exposcere perseveraret, obstinatione tenuit ut nostri deserenda stationis consilium caperent. Excesserunt ergo Patres, data tamen in ipso digressu civibus complorantibus fide, reversuros se in urbem simul ac meliora, quod sperabatur, tempora rediissent. At haec etiam spes prorsus intercidit, cum Rhaeti Clavennam in antiquam juris formulam restituerunt. Atque haec de rebus Italicis.

30.
ES AUSTRIACAE.
*Editum Fer-
dinandi Impera-
toris contra haer-
eticos.*

In Provincia Austriaca, post foedam illam Rusticorum rebellionem, de qua ante biennium dicebamus, pacata regione, perduellibus ad officium compulsi, laetae si unquam antea fruges nostris messoribus succreverunt. Nam postea quam debellatum est, Caesar satis sciens turbulentis haereticorum Ministrorum vocibus Rusticos ad defectionem sollicitatos, corumque unice artibus belli scelerati flamam excitatam fuisse, ut nationem istam hominum factiosorum penitus profigaret, prospiceretque in posterum tranquillitati reipublicae, edictum proposuit, quo cunctis haereticorum ministris Imperii sui finibus interdicebat, eosque solum vertere jubebat. Edicto eodem Ecclesias iis omnes, ludosque literarios adimbat, et ad Catholicos transferebat. Multam praeterea contra nobiles et Dynastas gravissimam imperabat, si reprehenderentur Ministrorum quemquam habore apud se. Hujus edicti non una erat utilitas, sed illa apud piissimum Imperatorem praecepua, quod, abactis errorum magistris, errorum quoque mala germina facilius convellenda, religionemque catholicam commodius restituendam sperabat. Quare in hac re Caesar audire maluit arbitrum conscientiae suea, P. Guillelmum Lamormainum, salutaris edicti auctorem fere unicum, quam aulicos consiliarios, quorum plerique, humanis duntaxat rationibus libantes rem, magnopere dissenctabant, idque edictum iis temporibus nondum maturum, imo periculi plenum demonstrabant. Plus tamen in hoc negotio unum vidiisse Lamormainum quam caeteros, exitus docuit. Decreti quidem certe poenituit neminem, nisi eos contra quos factum est. Praedicantes, quo nomine suos haereticis ministros vocant, in exilium ierunt, Ecclesiae eorum et scholae Catholicis ad dictae fuerunt, idque hiscente nemine. Patuerunt deinde nostrorum suasionibus aures hominum animique, tam secundo successu, ut uno post promulgatum edictum anno ad Ecclesiam redierint hominum plus septem millia intra Austriam, in Bohemia vero millia amplius triginta sex. Quosdam porro nostri, non tam horramentis, quam charitate subegerunt, et ad saniora consilia traduxerunt. Ut de aliis modo non dicam, Lincii custodiebantur in vinculis aliqui ex praecipuis seditionis auctoribus, ad poenam suo tempore producendi. Jacebant miseris oppressi, et omni fere hominum consortio destituti, nemine amicorum audente eos inviseri, tum ob illuviem paedoremque carceris, tum quod contagio laborare dicebantur. Soli ad eos ingrediebantur identidem nostri, miseris alloquo pecuniaque sublevabant, quibusunque poterant modis solabantur. Hisce misericordiae officiis delimiti paulatim sunt homines antea inimicissimi, mutaveruntque animum usque adeo, ut, qui paulo ante Jesuitarum nec nomen poterant ferre, et hunc bellii nefarii primum sibi proposuerant fructum, ut contra Societatem grassarentur impune, jam vetus odium et acerbitudinem suam damnarent ipsi, ipsi se accusarent, ac praeteriti temporis memoriam eluere conarentur omni significacione benevolentiac. Quod ad rem magis pertinet, illato sermone de Religione, Patribus vera suadentibus dociles se praebuerunt omnes, excepto uno, cuius frangere contumaciam non licuit. Nec ita multo post ad supplicium prodierunt,

31.
Fructus ex eo
concessus.

32.
Nostrorum be-
nignitate fl-
ectionitur haereti-
ci quidam Lin-
ci.

non solum aperte catholici, quod ex ipsis patibuli scalis testatum fecerunt, verum etiam laeti alacresque, quippe in optima spe vitae melioris post mortem adeundae.

Per haec duo de novo domicilia Provinciae aliquo amplissimae accreverunt, Tirocinium Viennense, et Collegium Fluminense, quorum qui conditores, quae initia fuerint, cognoscere pretium est. Viennam redierat ante annos tres, perfecta apud Turcarum Regem legatione Caesaris rebusque e sententia confectis, Jacobus Curtius, vir insigni pietate atque consilio, quem cum duobus ex nostris Constantinopolim proficiscentem vidimus libro istorum annualium octavo: atque ea redierat mente, ut deserere aulam statim deliberatum haberet, et quietem pietatis altricem quaerere in Societate, ad quam se trahi divinitus sentiebat. Non aliam sane mercedem pro quantulunque suis in Rempublicam meritis petere constituerat a Ferdinandino Augusto; hanc vero si impetraret, sibi cumulatissime repensum iri profitebatur quantum ad eam diem operae ac laboris patriae impendisset ac Principi. At non ausus initio id consilium aperire Caesari, solummodo obtenu anni piacularis, qui tunc erat in exitu, veniam abstulit veniendo Romam. Huc delatus, negotium ipsem suum agens cum Mutio, eo adduxit rem, ut nihil decesset ex parte Societatis ut reciperetur, modo ne decesset assensus Caesaris. Quod ubi confectum habuit, Viennam celeriter revolavit, quidque sui consilii esset docuit Ferdinandum, valde rogans sibi ut liceret cum bona ipsius veniam transire in Societatem. Erat Curtius ob egregias animi dotes in magna apud Principem gratia. Idem ob solertia ac rerum peritiam, videbatur ingenti usui publicae futurus rei, si tractandis negotiis occupari pergeret. Tamen pius Imperatorem haud difficulter exoravit, ne ad Christi signa properanti iniiceret moram. Impetrata igitur quam optabat missione, salutatis amicis, aula valere supremum jussa, Romam denuo contendit, inclusisque se in Quirinalem probatio-
nis domum, ex tanto nuper Caesaris administratio humilis Tiro Societatis, quamvis jam actae provectione ac sacerdotio initiatus. Prius quam ab Urbe Austriae principe demigraret, audierat agi inter Patres Viennenses de erienda altera praeter Leobiensem Domo probationis. Creverat enim numero domiciliorum provincia in tantum, ut pro corum copia novos quotidie Tironum delectus fieri oportet, quibus excipiendis par una non erat domus. Ea re cognita, Curtius, qui curis humanis omnibus spoliare se, remque omnem familiarem pios transcribere in usus constituerat, minime dubitavit cui praecepsit operi suam addicret rem. Cum igitur pro re bene gesta Constantinopoli dono accepisset a Ferdinandino summam pecuniae non contemnendam, huic tantudem addidit de paternis bonis, et excitari Viennae domum probationis jussit. Praeterea in usum sacraria multum pretiosae vestis reliquit Patribus, et supellectilem ingentis pretii, qua in legatione Turcica usus fuerat. Accepta est cum magna gratiarum actione liberalitas viri. Et quamquam angustior erat pro ea quae parabatur familia census, tamen divinae opis fiducia placuit rem Provinciae optatissimum non differre. Domus erat ad habitandum idonea in foro urbis maximo. Domui cohaerebat aedicula, S. Annae titulo insignita. Ea Domus a nostris praeSENTI pecunia coempta est. Aedes Societati tradita. Necdum annus exierat, cum evocati Leobio Tirones duodecimtiga novum in Tirocinium immigraverunt. Quod quidem cum exquisito apparatu factum est, ipsa die Francisci Xaverii anniversaria, praeSENTibus Cardinali Kleselio urbis Antistite, Apostolicae sedis Legato aliisque urbis proceribus, ad honestandam ejus diei celebritatem invitatis. Atque haec primordia Tirocinii Viennensis fuerunt: quod tamen per annos ferme octo, census tenuitatem supplente benignitate piorum, aegre sustentatum, dein ab Imperatore Ferdinandino, ex voto in honorem B. Annae concepto, ampliore proventu dotatum, ac velut ex integro fundatum est.

Ab exiguis itidem initia adolevit Collegium Fluminense. Quod Flumen vulgo dicimus, idem est ac Fanum S. Viti, civitas portu ac mercimonii celebris. In extremo sinu maris Adriatici jacet, ad fines Istriae Slavoniaeque. Alluit Tarsia fluvio, unde et Tarsatica nonnullis dicta. Huc unus nostrorum cum venisset ante

Tom. II.

24

^{33.}
Jacobus Curtius, post peractam Caesaris legationem, tradidit se Societati.

^{34.}
Et tirocinium Viennense suo fundat.

^{35.}
Initia Collegii Fluminensis.

quadriennium, non eo quidem animo ut in urbe consisteret, sed porro progressus Signiam ad habendas jejunii verni conciones, paucorum dierum mora desiderum Societatis injectit civibus adeo vehemens, ut decretum fuerit jam tum in communi Collegium, Domus, templum, et paucis aliendis capitibus pensio annua assignata, favente in primis Episcopo Sighiensi, cuius ad dioecesim ea civitas pertinet. Donationem admirtere cunctabatur Mutius, donec in promptu esset proventus amplior. At cum Ferdinandus Caesar id Collegium expeteret, et quo facilius conderetur, vectigal nescio quod tribus alendis operariis de suo offerret, non ausus obsistere Principi ita de Societate merito, Collegium quantumvis tenue, seu potius Collegii rudimentum, ultra Fluminensibus dedit. Qui primi venerunt in urbem Patres, eos in possessionem novi domicilii immisit Antistes ipse Sighiensis caeremonia insigni. Dies erat B. Francisci Borgiae natalis. Ea die indicta est ex cunctis civitatis ordinibus supplicatio, qua Patres deducerentur ad Templum S. Rochi novo Collegio addictum. Peracta supplicatione, Antistes amictu Pontificali spectandus, augustiore ritu sacris est operatus. Tum inter laetum acris campani et muralium tormentorum fragore, claves Templi domusque tradidit Patribus, spectante confortim populo, eamque sibi rem faustis acclamationibus gratulante. Laetitiam de adventu Patrum cumulavit utilitas, quae brevi tempore maxima in rem publicam est consecuta. Qualis ea porro ac quanta fuerit, colligi velim ex testimonio ejusdem Episcopi, qui post duos annos haec scribebat ad Mutium. « Vesti Patres, inquit, uno tantum biennio mansionis sua apud Fluminenses, eas gesserunt res, tamque uberes ex omni civium ordine, atque ex iuventute praesertim, fructus ceperunt, ut pene res supra fidem sit. Magnum inde Caesari gaudium, cum maxime audiat ad id Collegium ex tota vicinia concursus fieri. » Sic ille. Nec absimili modo optimi quique civium et sentiebant, et loquebantur. Accidit ut de his rebus audiret Viennae Ursula ab Hollenegg, comitis a Thonausen uxor, matrona illa aequa pia ac nobilis, quae conjunctis cum marito suo studiis opibusque Collegium Judemburgense fundaverat, ac deinde etiam filium natu maximum Bernardum, ut alibi narratum est, Societati tradiderat. Haec futurum propiciens e divina gloria, si quae tunc erat Flumine exigua Societatis colonia, cresceret in Collegium, id omnino sibi efficiendum statuit. Itaque suppleto de suis bonis quod census deerat, praesenti itidem pecunia in aedificium collata, Collegii aut de novo fundati, aut certe perfecti laudem tulit.

^{36.}
R. *Utilitas nostrorum Fluminis. Collegium perficitur.*

^{37.}
R. *BOHEMIAE. Novum collegium institutum Pragae.*

^{38.}
Primi eius fructus.

Provinciae quoque Bohemicae nonnulla domicilia hic annus addidit. Ut de singulis aliquid promam, Praga Bohemiae caput, ut alibi dictum est, trifariam dividitur. Partes vero singulae totidem potius urbes, quam urbis unius membra videri possunt. Praeter earum amplitudinem ingentem et urbe dignam, segregatae invicem moenibus, aut Moldava interlumente sunt. Certis quin etiam singulæ legibus inter se institutisque, et partim etiam lingua differunt. Jam ergo in ea parte, quam Neopragam, seu Pragam novam appellant, cum domum possideret Societas prope aedem Corporis Christi, quae domus modico sumptu poterat ad Collegii formam componi, et forte nostros urgeret Caesar, ut hanc praecepue urbis partem susciperent excolandam, visum Moderatoribus duos in ea domo collocare sacerdotes, tanquam in statione, qui usitata Ordinis ministeria intra id spatium exercerent. Ita tum quidem novam stationem habuimus Pragae. At nondum post haec annus effluxerat quartus, cum Maria Maximiliana Stembercka, nobilissimi generis matrona, stationi instabilis censum et firmamentum Collegii obtulit: quam piae feminae liberalitatem admittentibus nostris, ea domus in Collegium versa est, et Maximiliana collegii fundatrix appellata. Hoc interim medio tempore soli duo quos dixi Patres, labori naviter insistentes, nullamque industriae partem praetermittentes, tantam collegerant animarum frugem, ut in uno pari instar multorum esse affirmarent omnes. Scribebat ad Mutum Praepositus Provincialis P. Christophorus Grenzingus, in cunctis Bohemiae urbibus confici quotannis accuratum eorum indicem qui ad Ecclesiam rediissent, tum illorum etiam per quos reducti fuissent, idque jussu Caesaris, ad quem deinde indices mitterentur. Jam vero, addebat, ex censu per Magistratus facto constare,

Neopragae anno uno numerum reductorum excessisse ad quinque millia et octingentos, atque ex his millia ipsa quinque Patrum ibi degentium opera deditio-
nem fecisse.

Ab urbe Praga viginti admodum milliaribus Germanicis distat Egra, civitas olim Imperii libera, dein Bohemiae Regibus pignori data. Imposita est fluvio cognomini, et ad confinia Franconiae prope pertingit. Urbis ipsa et loci natura, et munitionibus cum primis firma. Tempore de quo scribimus, censebantur Egrae familiae mille circiter et ducentae. Vix tres quatuor ex iis erant, quae Lutherum non sequerentur. Adeo haeresis totam occupaverat civitatem. Praeter alios, partes Lutheranorum secutus fuerat a pueritia Comes Henricus Slikius, praecipua vir nobilitate, et magnis opibus; sed ad catholicos transgressus actate grandior, nunc pietate insigni spectabatur. Non solum sacra catholica palam frequen-
tabat, sed binas quotidie horas, vel inter belli tumultum et curas, divina meditari solebat. Eximiam praeterea opinionem aequitatis ac temperantiae inter summos infimosque habebat. Is cum inaudisset optari a Ferdinando Augusto Collegium Societatis Egrae, obtulit ultiro se Provinciali Praeposito fundatorem, nec abnuebat justam in id datem vel numerato, vel aestimatione, ut collibitum ipsi esset, confidere. Provincialis, pro eo ut praesentem acciperet pecuniam, prae-
dia quaedam maluit. Inde negotium, quod confici statim poterat, ad plures annos extractum est. Subtis enim circa emptionem praediorum difficultatibus multis ac variis, dum in his expediens dies ex die ducitur, irrupt in Bohemiam cum infesto exercitu Svecus, Egram intercepit, nostros fugavit, eo denique adduxit rem, ut Collegium nisi longo post tempore confici non potuerit. Caeterum hoc triennio, quod usque ad initia belli Sveci interlapsum est, Egrae conserverunt ut in Collegio inchoato duo Patres, ac totidem minoris ordinis clerici, omnia ad vitae usum necessaria liberaliter subministrante Slikio. Illis autem sacra ministria tractantibus, his primas tradentibus juventuti literas, civitas bene erga nos animari coepit. Plus negotii fuit extirpare e civium animis haeresim, et videbantur initio Patres in hac re operam perdere. Quippe Egrenses obfirmaverant a Luthero nunquam discedere. Tamen submissis a Caesare cognitoribus, qui conatus Patrum adjuvarent, ea secuta est commutatio animorum, ut cum nostri au-
fugere coacti sunt, paucos admodum reliquerint in haeresi contumaces.

Eadem ferme habuit initia domicilium Saganense, perque similes vicissitudines e simplici residentia ad justi Collegii formam pervenit. Saganum urbs est per se ampla, et ampli Principatus caput in Silesia. Clauditur duobus fluiis, Bobero et Quisso, unum in alveum concurrentibus. Albertus Valdsteinus Fridlandiae Dux, vir ille perdiu domi, bellique clarus, ac magni in historia nominis, cuius liberalitate conditum Collegium Gitzinense demonstravimus supra, Principatu Saganensi donatus cum fuisset a Caesare, primam curarum intendit ad exscindendum ex eo solo loliu Lutheranorum. Hoc consilio stationem Societati dedit Sagani, unam modo rem praescribens Patribus, ut in salutem civitatis in-
cumberent suo more. Consisterunt ibi nostrorum duo per annos continenter tres, neque sibi hoc tempore aut officio defuerunt: at, quod fatendum, negotium Religionis studiose magis quam prospere egerunt. Post triennium, cum Sveciae Rex Gustavus, Silesiam ingressus, regionemque cum praedatorio agmine pervagatus, in hoc repente oppidum dedisset impetum, atque ultiro a civibus conjuratis re-
ceptus esset intra moenia, per eam occasionem domicilium Societatis attritum, et Patres non tam a Svecis, quam a civibus seditionis per tumultum ejecti fuerunt. Et nihilominus, amoto post breve tempus Svecorum exercitu, ipsoque imperfecto Gustavo Rege ad Lutzenum Misniac oppidum, eo memorabili praelio, quo cecidi-
sse dicuntur Svecorum Germanorumque prope sexaginta milia, rediit Saganum Societas, neque solum pristinam recuperavit sedem, sed quae mera statio antea fuerat, in Collegium est versa, ipsis studio ac liberalitate Valdsteinii, qui, licet belli curis impicitus, quippe Austriacorum militum Imperator in Bohemia summus, suae erga nos beneficentiae cursum nunquam abruptit. Secutae mox aliae rerum vices, quae Collegium Saganense in discrimen ultimum adduxerunt.

^{39.}
Egrentse colle-
giun inchoatur.

^{40.}
Fruges ibi col-
lectae intra tri-
ennium.

^{41.}
Ortus collegii
Saganensis, et
variae ejus vices.

Fundator Valdsteinius, ob suspicionem affectatae tyrranidis trucidatur, cum nondum Collegio quaecunque promiserat repraesentasset. Redeunt in Silesiam Sveci cum formidabili exercitu, evstant regionem, iterum nostros cogunt excedere oppido. Tamen, pacata tandem provincia, Collegium, non uno belli motu jactatum ac dissipatum, recepimus beneficio Caesaris, atque ita receptum una cum Seminario alumnorum hactenus retinemus.

*42.
Fundatur col-
legium Oppa-
riense.*

In idem fere tempus primordia Collegii Oppaviensis inciderunt. Quam Oppaviam, seu Troppaviam vocant, urbs est Silesiae, ad confluentes Oppae et Morae sita, caputque splendidi Principatus, quem attingit ab occidente Moravia. Urbem Deo Regique suo rebellem, et Friderici Palatini partes secutam, armis receperat quem saepe laudavi Valdsteinius, in eamque sub finem anni praeteriti induxerat duo de Societate, qui Romanum cultum ex toto abolitum restituerent. Illi ad opus aggressi magno animo adjutique edicto Caesaris, quo sanciebatur, ut qui Catholicci esse nollent, intra praefinitam diem tota demigrarent Silesia, rem gesserunt tam secundo successu, ut anno minus uno civitas universa catholico nomine censeretur. Ducatum Oppaviensem fiduciariori jure possidebat id temporis Maximilianus a Lichtenstein, vir cum genere, tum virtute inclitus. Is, tametsi non nihil questus initio de Valdsteinio, quod Patres suam in urbem invexisset inconsulto se, tamen perspecta eorum utilitate, non modo probavit factum, sed praeterea faciendum sibi statuit, ut itidem nostri perpetuo consistenter. Anno itaque proxime consecuto, stationem Oppaviensem stabili censu firmavit, ac ne quid deesset ad religiosi formam domicilii, impetravit ab Episcopo Olomucensi, Francisco Diechtresteinio Cardinali, ut pro potestate Episcopi (nam dioecesi Olomucensi continetur Oppavia) templum urbis primarium utendum permitteret Patribus. Quod nisi de templo item movissent Equites Teutonici, sui illud juris esse contendentes, Collegium habebamus jam tum ex omni parte absolutum. Sed quod pendente controversia non licuit Maximiliano, id post annos ferme tredecim perfecit ipsius haeres Carolus Eusebius a Lichtenstein, cuius beneficentia studioque statio Oppaviensis ad formam ac dignitatem Collegii evecta est. Prius quam digrediamur Oppavia, rem his annalibus interserendam censeo, quae tametsi a rebus nostris alienior, tamen et est digna scitu, et legentibus non injuncta, ut spero, accidet. Quo tempore agebatur de constituenda Oppaviae sede stabili Societatis, cum ad eam urbem accessisset Praepositus Provincialis Grenzingus, haec narravit ipsi Princeps Collegii consularis. Ante annos amplius quadraginta transisse Oppavia Petrum Aldobrandinum Cardinalem (Pontifex deinde maximus fuit is, Clemens appellatus eo nomine octavus), Romanam videlicet redeuntem ex legatione Polonica. Incidisset ejus adventum in diem esuriale, quo die nefas esset veteri more atque instituto gustare carnes. Eo urbem subeunte, cives perdite Lutheranos, ut Apostolicae sedis ministrum et leges Ecclesiae irridenter, accurrisse certatim ad fenestras, et carnes quibus eo die vescerentur, praetereunt ostentasse; Cardinalem, tanta offendim improbitate ac protervia, dixisse anathema civitati conseleratae, ac ne puncto quidem temporis ad quiescendum sumpto, excessisse oppido indignabundum. Post illud vero tempus notatum vulgo esse, quicunque fuissent in urbano magistratu principes, eos vel repentina apoplexia ictu, vel quo alio foedo luctuosoque mortis genere interire. Haec cum narrasset homo haudquam malus addidit, ea re angis se vehementer, uti qui primus inter collegas suos esset. Idem quo tandem piaculo posset caelestes iras placare, avertereque instans malum, petuit. Ad ea Grenzingus, minime dubitandam videri indignationem violati Numinis, dixit: si tamen sacras jejuniis leges et servaret ipse, et a populo servandas curaret, sperare se, exortem poenae parentum futurum, qui extra culpam ipsorum foret. Hactenus narratio ex ipsis Grenzingi litteris. De exitu mihi est in obscuro. Qualis tamen cunque fuerit exitus, diras ab apostolico Legato fusas Deum O. M. de coelo ratas habuisse, ipsimet agnoverunt heterodoxi, quod in ea errorum caligine ac mentium perversitate admirandum.

*43.
Exemplum di-
riuiae severitatis
in contemptores
religionis.*

Jam ut qua cooperam pergam, etiam Provinciae Rheni inferioris ferax hic annus domiciliorum fuit. Tria paucorum mensium intervallo nata sunt, primum Cosfeldiae, Monasterii alterum in Eifflia, tertium Marcoduri. Nos singulorum originem breviter nostro more subiicimus. Cosfeldia Vestphalorum civitas est parva, sed nobilis et munita, ad fontes Borchelii fluminis, in dioecesi Monasterensi. Praeter alia ornamenta, celebratatem ingentem habet ab antiquissima Cruce, miraculis inclyta, quam ei dono datam perhibent ab ipsomet Carolo magno. Dividitur tota civitas in duas paroecias, olim a S. Lamberto Tungrensum Praesule constitutas, quarum una adjunctum cum haberet politioris litteraturae Gymnasium, quod ante florentissimum, postremis temporibus ob magistrorum incuriam fere ex toto conciderat, Gymnasium istud instaurari, et in splendorem pristinum posse restitui creditur. Senatus urbanus, si tantum curae nostrorum committeretur. Quare, abdicatis quos conducere solebat ludimagistris, census pro illis constitutos attribuit Societati ea lege, ut Collegium aperiret Cosfeldiae. Conditionem haud gravate accepérunt nostri. Ac prius etiam quam omnia in usum Collegii necessaria pararent, hoc ipso anno ineunte, affuerunt Cosfeldiae duo Patres cum tribus Grammaticae Professoribus, et Gymnasi possessionem ceperunt. Laetissimis porro auspiciis peracta res est. Dies fuerat praefinita peragendis scholarum encaenii. Ea die processerunt supplicantum ritu ad Gymnasium adolescentes plus centum et octoginta, quod spectaculum civitatem universam incredibili gudio perfudit. Praeibant quatuor et nobilioribus, sceptra manu gestantes argentea. Novi sequebantur ludimagistri. Omnim vultus modestia spectabantur insigni, et decenti quadam hilaritatis colore renidebant. Ut ventum ad scholas, tres in classes juventus omnis tributa est, et suus unicuique Doctor impositus. Hoc maxime modo coepit est Collegium Cosfeldense. Patribus sacram Aedem non habentibus, donec alia pararetur, suam permisit utendam parochus S. Lambertii.

Non tam benevolis animis excepta primum fuit Societas Monasterii in Eifflia. Monasterium cognomento in Eifflia oppidum est ducatus Juliacensis, pari ferme spatio inter Aquisgranum et Coloniam Agrippinam. Jure sacerdotii pertinet ad dioecesim Coloniensem, ceterum Duci Neoburgico paret. Cives, etsi eximie catholici, nescio quo praejudicio a rebus nostris abhorrebat plerique; ut vero patenterunt ponit apud se domicilium Societatis, id ipsis auribus respuebant. Ceteros incitabat unus praecipuo contra nos odio inflammatus: cui tamen impunita non fuit impotens malevolentia. Cum audisset adventare in urbem Patres, precem impiam cum horrenda execratione concepit, ut qui urbis limen attigisset primus, crux utrumque frangeret. Dira imprecatio, Deo vindice, recidit in auctorem. Contractis enim subito stupore nervis, in ipso adventu Patrum usum utriusque cruris amisit, quo casu coactus subalaribus deinceps fulcris sustentare corpus, deforme spectaculum intuētibus, ac documentum evidens divinae ultionis, quandiu vita suppeditavit, praebuit. Venerant denique Monasterium, missu Wolfgangi Wilhelmi Palatini Neoburgici, P. Henricus Rencorpious, aliasque de Societate, cuius nomen literae silent, et excolare civitatem per usitat ministeria instituerant. Eos confitit criminibus nescio quis detulit ad Palatinum, id utique sperans fore, ut ab oppido dimoverentur. Cum nihil valuisse artes nefariae, haud multo post calumniator, subigente conscientia sceleris, non modo calumniam publice recantavit, sed neque recusavit culpam ab ipso deprecari Rencorpio, quem nominatim violaverat; ac ne qua supercesset acerbitas suspicio, vitae sue noxas apud eum omnes piaculari confessione depositit. Dux interea Neoburgicus, recte existimans non haec moturos infernos spiritus, nisi grande sibi malum metuerent a Patribus, hoc magis obfirmaverat constabilire Monasterii domum Societatis. Nam de cibis confidebat fore, quod evenit, ut postea quam Patrum utilitatem longiore perspexissent usu, eorum quoque aspectu ac consuetudine delectarentur. Itaque, rebus omnibus in usum Collegii comparatis, quid sui consilii esset Praeposito Provinciali primum Hermanno Bavingo, tum etiam Mutio per litteras aperuit. Quibus benevoli voluntatem Principis cum magno assensu probantibus, ante exitum hujus anni stetit Monasterii Collegium numeris omnibus absolutum.

44.
RES RHENI INFERIORIS.
Cosfeldiae collegium constituitur.

45.
Itemque Monasterii in Eifflia.
Multorum malevolentia erga nos.

^{46.}
*In initia colle-
gii Marcodura-
ni multorum
que irru contra
itum.*

Non erant a nobis minus aversi initio Marcodurani, quae item civitas est ducatus Juliacensis, millia ferme passuum sex a Juliaco. Et quamvis non decessent multorum studia nos peramant invitantium, vincebant alii tamen, et numero et auctoritate validiores, pars maxima Lutherani, qui nos obstinate repellebant. Ita nullus perdiu Societati patuit in urbem praecaram aditus. Hunc aliquando tandem aperuit pestilentia, quae per triennium grassata, ut funeribus exhaustus domos, ita sacras aedes Pastoribus et Ministris orbavit. Amici Societatis, hanc occasionem suam rati, duos e nostris evocant, qui Parochi metu dilapsi locum et partes impleant. Eos ubi cognitum est intra moenia esse, mirum ut exarserint adversarii, quoque ad eosdem deturbando adhibuerint machinas. Congeruntur calumniae, rumores ficti per populum disseminantur, pericula, minae, exitia intentantur. Nostri calumniati audiendis ac tolerandis assueti, conscientia sua, et opis divinae fiducia taciti fruebantur. Ubi vident adversarii, se nihil hac via proficere, aliam, uti sibi persuaserant, certiore ineunt. Sua Patribus ministeria, domum, alimenta eripere moliuntur. Ac primo quidem lites molestas movent super domicilio, quod ipsomet Princeps Neoburgi Dux ultra obtulerat Societati. Parochum deinde, quem pestilentiae metus a ministrandis Sacramentis arcebat, vi minisque perpellunt ad repetendam Templi possessionem, in quo Patres, utpote vacuo, placide considerant. Ad extremum, transcriptis in eum alimentis et solitis vectigalibus, nostros tecto, cibo, Templi spoliatos, in eum adductos putabant locum, ut convasare ulro, seque clam subducere cogerentur. Manserunt nihilominus bonorum freti studiis, qui meliora spondebant. Tantum, mutata domo, in aedibus matronac locupletis constituerunt, donec post menses octo, precibus et querelis catholicorum admonitus, Marcodurum improvisus venit ipse Dux Neoburgicus. Is postea quam studia populi diversa, eorumque causas cognovit, domum certam Patribus assignavit, annum vectigal attribuit, conatus denique adversariorum et spes iniquas refregit. Post haec versa magnopere facies rerum. Patres ad pristina revocati munia, praeteritam ingratamque soli sterilitatem messis ubertate luculentia consolari coepерunt. Nonnulli et populo statim ad veram fidem, plures ad vitam christiano nomini consentaneam traducti. Sanctitas dierum festorum, quae penitus exoleverat, restituta. Sublatae paulatim de macello diebus vetitis, ubi ante palam et impune prostabant, carnes, aliisque similes haereseos et impietatis partus extincti. Praecipua religione colebatur Marcoduri S. Anna Deiparae mater, et cordi sibi esse populi pietatem crebris illustribusque miraculis Diva testabatur. Templum erat ipsius insignitum nomine, cuius templi Parochus cum obiisset, ejus procuratio Patribus fuit imposta, ita fieri jubente Principe, ac prolixe annuente septenviro Coloniensi, cuius in Dioecesi est Marcodurum. Procedente deinde tempore auctum est tum Principis, tum senatus beneficia, vectigal, quaque erat statio duorum duntaxat capitum, paulatim ad Collegii statum ac dignitatem assurrexit.

^{47.}
*Cujus patro-
nitum suscep-
tus Dux Neoburgi.*

Hactenus laeta Provinciae incrementa executi, jam quibus vicissim nostri laboribus ac rebus gestis tantam beneficentiam promererit studuerint, exequemur. Vix fuit ubi non conspiceretur sociorum industria, pro pietate ac Religione certantum. Quemadmodum locis ad Rhenum omnibus Caesar, duce copiarum Tillio, de perduellibus triumphabat, ita nostri insignes ubique clades haeresi inferebant, et lautas manubias faciebant. Ut pauca de multis attingam, Osnabrucum armis recuperat mense Januario Episcopus Wartembergius, civitatemque perdiu contumacem adegerat in sua verba. Primi victoriae fructus fuerunt perfectum Osnabruci Collegium Societatis, aperta a nostris, tum latinitatis, tum altiorum disciplinarum scholae, suscepta cura puerorum ad clericalem in Seminario militiam pubescientium, plebs concionibus publicis et privatis colloquiis erudita, demum e civium numero ducenti circiter ad Ecclesiam traducti. Per eam occasionem Coenobium amplum, quod olim familiae Augustinianae fuerat, cum assensu summi Pontificis Societati perpetuo jure possidendum est traditum, et alendis sociis omnino triginta proventus constituti. Protectus deinde Episcopus in dioecesim, ad curanda quae haeresis inflixerat gregi suo vulnera, unum ex nostris sacerdotibus habere apud se

^{48.}
*Friges gestae so-
ciorum Osnabru-
ci, ubi colle-
gium perficitur.*

volut, laborum adjutorem scilicet, et curarum participem. Ventum erat Quakemburgum, oppidum Lutherana peste adeo vitiatum, ut ejus mali nec expertes essent canonici, quorum est ibi celebre splendidumque collegium. Continuo, lustratione solemni indicta, evocatur in Templum populus. Tum noster sacerdos ad concionem progressus, de Romana fide adeo simul graviter appositeque disseruit, ut Magistratus, concione vix dimissa, receperint Praesuli, se vero civitatemque universam in ipsius potestate futuram. Laetus successu Episcopus, novo impetu capto, in omnes partes catholicae adjuvandae rei animunt ac vires intendit, atque inde reliquam obire dioecesim perrexit. Quocunque itum est, similes motus animorum, ubi concionator peroraverat, sequebantur. Quocirca visum alios atque alios accersere Patres Societatis, qui Episcopi legentes vestigia, in eadem succederent continenter loca, quamque ille relinquebat post se messem maturam succiderent, et in Ecclesiae horrea conveherent. Similem ferme operam impenderunt homines nostri Septemviro Trevirensi. Redierat nuper in ejus ditionem Freisburgum, oppidum quidem illud haud ita magnum, sed ampli Principatus caput. Pagis majoribus minoribusque sex supra quadraginta hic Principatus constat. Regio, situ inamoena, quippe perpetuis montium jugis, interjectisque valibus inaequalis, frugibus omnino caret, abundans ceteroqui pascuis, aerisque et chalybis dives. Incolae, suopte ingenio duri ac subagrestes, per annos amplius sexaginta aut Lutherum, aut Calvinum pro arbitrio dominantium secuti, vix ullum avitae Religionis vestigium retinebant. In hoc senticetum Archiepiscopus mitti impetravit octo de Societate sacerdotes ex iis, qui perfectis studiorum spatiis, tertia quam dicimus probatione exercabantur. Illi regionem inter se partiti, totam pagatim circumire cooperunt. Subibant bini pagos, domos lustrabant prope singulas, oppidanos qua concionibus publicis, qua privatis alloquis ad veram fidem adhortabantur. Suum operae pretium constitut. Edixerat Princeps, ut contumacibus irrogaret exilium. Vix necesse fuit alicubi id edictum expromere. Adeo sequacem flexibilemque hominum indolem invenerunt. In ipso oppido Freisburgensi praestituta fuerat dies Christi natalitia ad profitendum, patriam ne, an calvinianum ritum mallent deserere. Ante eam diem tantus concursus Calvinum ejurantium, et audiri pro confessione flagitantium fuit, ut Patres diu noctuque in sacro tribunali considentes, vix spatium haberent refocillandi corporis, ac pene labore immodico obruerentur. Ut rem paucis absolvam, pravae superstitionis nihil in toto Freisburgensis tractu relictum est; cumque discedendum fuit, indigenae, qui paulo ante homines nostros velut evversores religionum suarum pessime oderant, jam meliora sentientes, eos in loco parentum ac magistrorum optimorum colebant, precibusque ac lacrymis refinebant.

Duos item ex nostris Archiepiscopus Trevirensis miserat in Principatum Valdensem, et eandem ob causam religionis. Namque ibi haeresis Lutherana ante annos circiter octoginta radices egerat. Secuta dehinc teterrima errorum colluvie, incolae in caecis opinione tenebris misere versabantur. Illuc delati Patres, cum coepissent sanas doctrinae semementem facere, paucis diebus trecentos ferme ex popularibus dicto audientes habuerunt, et catholicis aggregarunt. Sed collata mox inter eos sacra Capuccinorum familia, huic copta perficienda reliquerunt. Par aliud sociorum interea rem praeclae gessit Essendiae. Oppidum id est montanum in Westphalia, obnoxium Antistitiae sacrarum Virginum, quarum est ibi monasterium insigne. Oppidani jamdiu Lutheri partes secuti, Antistitiae obtemperare desierant. Et quamquam nuperrime, ab Hispanis auxiliaribus vi armisque subacti, redierant ad officium, id tamen iniquissimo concoquebant animo, et nihilominus errorem, cui fuerant innutriti, praefracte defensabant. Praeerrat id temporis Parthenoni virgo nobilissimi generis, Maria Clara a Spaur. Haec sapienter existimans, dubiam semper esse ac versatilem eorum fidem, qui necessitate magis quam voluntate jugo subdiderint collum, ut Essendiensium animos voluntatesque sibi conciliaret, removendam ab oppido censuit haeresim, fomitem videlicet abominandum omnis contumaciae atque perfidia; eaque mente aliquot ad se mitti postulavit nostri Ordinis sacerdotes. Petenti dati sunt a Praeposito

50.
In principatu
Freisburgensi
religio restitu-
tur.

51.
Principatum
Valdensem nostri
excolunt.

52.
Essendienses
ad fidem catho-
licam revocan-
tur.

Provinciali Patres egregii duo, quibus impigre studioseque curantibus, primo familiæ sexaginta, deinde quicunque administrationem aliquam rei communis attingebant, sectam deseruerunt, et in Ecclesiae Romanae verba juraverunt. Atque ab his initio tota denum civitas humano pariter divinoque imperio libenti animo se subjecit. Etiam Coloniae in urbe licet catholicæ veritatis retinendissima, luculentam haeresi plagam imposuit sociorum industria. Vigebat ibi vetus senatus consultum, ne cui unquam haeretico locus, sive in consilio publico, sive in aliqua tribuum urbanarum esset: quod fuerat opportune provisum, ad sinceritatem fidei retinendam, et pravae religionis procul habenda contagia. Decretum istud, utpote suo indecorum nomini, iniquissime ferebant Lutherani, ac multis saepe modis ut abrogaretur curabant. Novissime occultam negotii tractationem aggressi, multorumque ex ordine senatorio vel mercati clanculum vel e blanditi suffragia, esse dicebantur in proxima spe potiundi optatis. Rescivit forte P. Adrianus Hornus, qui sacrarum concionum cursum peragebat in Aede maxima colonensi, et periculo Religionis, ut aequum erat, commotus, mature occurrentum malo imminentem statuit. Progressus itaque ad concionem, dum maxime aderant cum solemnî apparatu ac pompa Senatores, gravi ac copiosa oratione demonstrat, nequaquam indormire rebus suis haereticos. Insidiari perpetuo temporibus, in omnes imminere occasiones, vias omnes efferendi sese, atque impune grassandi exquirere. Bene olim sapienterque a Majoribus fuisse consultum rei catholicæ eo decreto, quo omnis esset haeresi praecisa spes regnandi in civitate. At si quo casu id decretum convelli contingat, verendum ne invalescent sensim machinationes impiae, et impuræ superstitionis contagio paulatim nitor castissimæ religionis exolescat, ac decidat. Haec et plura de eodem arguento elocutus, plus etiam quam sibi proposuerat vicit. Nempe Senatores, adeo nullam inducendi decreti mentionem admittere voluerunt, ut imo quaedam de novo ad arcendam haereseos pestem decreverint. Fuit in his primum, ut quicunque e civibus deprehensus fuisset errorē defendere, aut haereticis patrocinari, is continuo solum verteret. Deinde ne quis Senatui legendos offerret libellos supplices haereticorum. Qui secus fecisset, multam pecunia lueret. Quae senatus consulta saluberrima magna populi approbatione fuerunt excepta, cumque vulgo tribuerentur nostrorum industriae, ob tale meritum aucta vehementer est apud Colonienses caritas et existimat Sociedadis.

51.
*Embricæ tem-
plum eripitur
Societati, et qua-
re.*

His ita e sententia fluentibus, acceptas tot locis clades haeretici nobis ex parte reppererunt Embricæ, quae Cliviae urbs, licet Septenviro Brandenburgio obnoxia, Batavorum praesidio tenebatur. Nam cum Wolfgangus Wilhelmus dux Neoburgicus, pro acri illo suo in rem catholicam studio, coëgisset heterodoxos tempa duo, quae Vesaliae contra ius fasque occupaverant, catholicis restituere; ea re offensi Batavi, ad redimendam quoconque possent modo hanc, ut ipsi loquebantur, injuriam, Patribus Collegii Embricensis denunciaverunt, nisi reddenda curassent suis gregalibus tempa Vesaliensiæ, spoliatum iri catholicos templis octo, quae Reesae atque Embricæ possiderent. Respuerant nostri conditionem iniquam, et quamvis iniqua non esset, eam negabunt arbitrii sui ac juris esse. Dum nectunt moras, re ipsa Templum Societatis Embricense, una cum aliis septem, ad Calvinianos translatum est, sacrilegis eorum ritibus pollunduum. In hoc tanto moero solatio fuit Patribus, quod non propterea elanguit Embricensium pietas et religio, sed incaluit potius. Amissa Aede sacra, ejus loco fuit aula Gymnasiæ in templi formam aptata. Hanc cives frequentare cooperunt, et quidem sic, ut multo esset major quam antea numerus caelestem doctrinam audiendum, et sacra participantium. Quo demum gravis aliqui jactura, Deo adjuvante, cessit in incrementum pietatis. Ejusdem generis injuriam extimuerunt Patres Collegii Aquisgranensis, quodque gravius, a viris catholicis extimuerunt:

55.
*Inde pietas Em-
bricensium cre-
scit.*

sed divina ope feliciter propulsata est. Tres Senatores, nescio qua mentis peruersitate, Marianas Sodalitates in Collegio nostro institutas hostiliter insectabantur. Columnias serebant in eas, factiosorum conventicula appellabant, id palam ac totis agebant viribus, ut publica auctoritate dissoluerentur. Et quia solemnies

56.
*Quidam Ma-
rianas sodalita-
tes insectantur
Aquisgrani, sed
frustra, nec im-
pune.*

earum coetus celebrare solebant ex ipso ordine senatorio nonnulli, hos contendeant, tanquam gravi piaculo contaminatos, moveri de senatu oportere. Eo prorupit hominum furor, ut ausi sint causam in judicium deducere. Sed cum accusatoribus nullus adesset jurisconsultus, nullamque ipsi solidam rationem producerent, Judices non solum accusationem ut vanam contempserunt, verum etiam Sodalitatum patrocinium aperte suscepserunt: quod ad ipsarum securitatem, atque adeo dignitatem plurimum valuit. Versae deinde sunt, Deo ita permittente, vices. Anno siquidem vix interlapso, ipsimet accusatores, de male gesta re publica postulati, peculatus praesertim ac rapinarum accersiti, et Judicium sententia damnati, senatorio ordine, unde collegas pios deiicere meditabantur, ad tempus exciderunt, evidenti, ut notatum est, divinae animadversionis exemplo contra malignos pietatis perturbatores.

Per hacc in superiori Germania, serpente per aliquot urbes pestilentis contagio, explicuit sese, ut alibi saepè, nostrorum charitas generosa, curam aegrorum, et nobilem in eo ministerio mortem depositum. Augustae Vindelicorum, ut prima proruperunt mali latentes indicia, obtulerunt se nostri Magistratibus, obnoxie rogantes, ne in tanto civitatis malo aliena uti opera mallent quam sua. Ad ea responsum est, gratam semper fuisse civitati, ac porro fore operam Societatis. Caeterum in presentia necessariam non videri, quando id muneric datum esset Patribus Capucciniis. Quod si tamen ingravesceret lues, tunc minime recusaturos Magistratus, quominus in partem pii laboris veniret etiam Societas. Cui responso nihil habentes nostri quod contra dicent, quieverunt. Vis interea morbi crudescere in dies, et stragam miserandam edere. Adulta aestate eo processerat res, ut curandis aegrotis, efferendisque ad sepulturam mortuis, aegre sufficienter publici administristi. Tum vero visum non ultra differre postulata nostrorum. Mittitur in Collegium qui nunciet, placere sacris cibibusque Magistratibus ut homines Societatis, siquidem ita velint, curam tabidorum suscipiant, tum in privatis domibus, tum etiam in publico nosocomio. Id si fecerint, haud parvam facti gratiam apud civitatem fore. Eo nuncio socii plerique, in spem beatae mortis erecti, ostentare se Rectori, quiske morante urgere, caeteris praefferri gestire. Rector ex omni petitorum numero Patres deligit praestanti virtute duos, Joannem Brutscherum, et Tobiam Bargantaerum. His uti rem gerant ex spirito Societatis mandat, monens caeteroqui reliquos ut parati sint, si ita casus ferat, in eorum locum succedere. Illi, in aedes separatas transgressi, circuire statim infectas domos, nosocomium frequentare, languentibus morbi solatia, morientibus salutis aeternae praesidia ministrare. Tres ipsos menses hunc durare laborem perseverarunt, donec, contracto ex aegrorum contagione morbo, mercendem charitatis, quam summe concupiverant acceperunt, duorum dumtaxat dierum intervallo extincti, alter quidem ad XV., alter ad XVII. Cal. Novembres. Metam hanc laborum ac votorum suorum prior P. Brutscherus attigit. In extremo viuae actu ea dederunt aperto documenta constitiae ac pietatis, quae viros deceperunt apprime sanctos. Et notatum est, ambos, contra quam in eo genere morbi solitum esset, sui semper potentes fuisse ad extremum usque spiritum, atque ita demum expirasse, ut circumstantibus non tam moeror, quam mira nescio quae mentis dulcedo ex eorum interitu videretur afflata.

Illis in hunc modum extinctis successit P. Joannes Brison, ingentis animi vir, neque laborum aut periculorum rudis, quippe in missione castrensi diu versatus. Ita porro in arenam charitatis descendit, ut obiecta non expallescere. Ita brevi interiret. Sed ejus interitum Superi, puto ne in uno capite multorum periret salus, insigni miraculo prohibuerunt. Tractantem assidue tabidos, eorumque lectulus dies noctesque assidentem, implicuerat dira tabes, exstabantque jam foeda per corpus ulcera, haustae pestis indicia minime dubia. Ecce autem nocte concubia, dum a Medicis conclamatus jacet, discussis improvisa luce tenebris, adstantem sibi conspicit praecella forma virum, cataphractum pulchre, aperta tamen galea conspicuum, qualem referre pictae tabulae S. Sebastianum

Tom. II.

25

57.
RES GERMANIAE
SUPERIORIS
Augustae cu-
ram tabidorum
nostrorum deposciunt,
lue saeviente.

58.
Duo in eo mi-
nisterio vitam
ponunt.

59.
Tertiis, contra-
cta lue, persana-
tur ope S. Seba-
stiani.

solent. Nihil ambigens, Sebastianum hunc esse patronum suum, cuius saepe vim opemque peste laborantes experiri solerent, Divum veneratur supplex, utque in tali suo tempore sibi praesens ac propitiis sit, rogat. Visus annuere Divus, laetato renidens vultu; ac momento eodem ipse pariter, ac praefulgida lux quam diffundebat, evanuit. Neque vanum id somni ludibrium fuit. Luce postera abstersae penitus cernebantur lientes ulcerum notiae; aeger vero, paulo ante depositus, revalescebat adeo prospere, ut intra paucos dies persanatus, imo etiam multo quam antea vegetior, ad opus intermissum redierit. Haud absimili beneficio servatus est alter ex nostris Friburgi Helvetiorum, quam etiam urbem corripuerat pestilentia, et magnis cladibus funestabat. Ibi tabidorum obsequio devoventer sese Patres Rodolphus Joninger, et Ludovicus Aranus. Et ferunt, cum in aciem charitatis prodiret viri fortissimi, atque e Collegio in aedes separatas migrarent, acclamatum iis vehementer fuisse a populo, virtutem omni majorem periculo, et ipsius contemptricem mortis admirante. Accidit post sesquimensem ut luem contagione contraheret Aranus, ac pena a Medicis desperaretur. Re vulgata, commoveri cerneret civitatem, ita prostrus ac si communis omnium patrens periclitaretur. Angi omnes, summi pariter atque imi. Multi pro cari incolumente capitris Superos comprecari. Quidam venerabilis Petri Canisii tumulum, ut ibi mos in publicis calamitatibus, frequentare, et vota concipere. Canisium praeceteris ipse pro se invocavit Aranus, eique salutem debuit. Siquidem, perfecta vix prece, adeo resedit morbi pestilenti vis, ut fuerit jam tum periculo exemptus, nec ita multo post penitus convaluerit, id quod Medici in caelestis vim opis unice referendum censuerunt.

^{60.}
*Alter in simili
periculo propi-
tum experitur
Canisium Fri-
burgi.*

^{61.}
*Haereticorum ad
Ecclesiam reduc-
ti per totam
provinciam.*

^{62.}
*Trium oppi-
dorum contumia
in superiore
Palatinatu, ejus-
que causa.*

^{63.}
*Exemplum be-
nignitatis in sa-
cramento paenitentiae
adhibendae.*

Alii interea per Provinciam socii haud minus laudabiliter contra haeresim, pestem utique multo nocentiores, exercebantur. Supra viginti millia numerati hoc anno, qui studio industriaque nostrorum ex diversis sectis ad verum Christi gregem transitionem fecerunt. Quibus permovendis etsi multum conferret, ne quid dissimulem, auctoritas Principum et metus legum, tamen id momentum afferebant Patrumhortationes et curae, ut maxima pars ultro ipsorum arbitrio se permitterent, sola veritatis demonstratione victi. Caeterum iis in locis, ubi domicilium habebat Societas, nulla relinquebatur heterodoxis quies. Catechesi, concionibus, privatis sermonibus, disputationibus publicis, urgebantur assidue, ut ad veritatis partes transirent. Ad alia loca procurrebat identidem e proximioribus Collegiis delecti operarii, suis in latibus refractarios quaerebant, nullo eos loco consistere patiebantur. Hujusmodi excursionum plures hoc anno suscep- ptac sunt, nulla sine aliquo animarum proventu. Sed in iis immorari non vacat. Tria fuerunt in Palatinatu superiori oppida, Sultzbachium, Helpensteinum, et Haidechium, quae nostrorum laborem industriadque videbantur eludere. Curabant ibi ab annis tribus Parochi de Societate, sufficti in locum Lutheranorum, quos Wolfgangus Wilhelmus Neuburgi Dux eiici jussерat. Sed quamvis erroribus convellendis intenta incumberent cura, nihil admodum proficiebant, imo nihil praepter ludibria et contumelias referebant. Tantae causa contumaciae vulgo tribuebatur duobus Wolfgangi germanis fratribus, Augusto et Friderico, qui iis in oppidis ut in suis sedibus habitabant. Ea nimirum dignitate et auctoritate Principes Lutheranae factionis patroni cum essent defensoresque acerrimi, tametsi reverentes seu potius metu fratris, pelli ministros sectae, iisque nostros subrogari sacerdotes fuerant passi, tamen catholicos aperte aspernabantur, et populum a suscipienda Patrum doctrina absterrebant. Veruntamen hoc anno Wolfgangus Dux, principali usus potestate, Fratres ne talia auderent inhibuit, et acrioribus quibusdam adhibitis malo remedii, evicit ut ex iis quoque oppidis multi dociles se praeebent Patribus, et ad partes catholicorum se referrent.

Noh solum imbuendis doctrina vera heterodoxis, verum etiam excitandis e vitiorum veterno catholicis, eorumque moribus corrigendis, fructuose impensus est labor. Longum esset hujus generis exempla numerare. Unum afferre libet in medium, quo nostrorum in sacris confessionibus excipiendis charitas et patientia divinitus comprobata fuit quodammodo, datumque sacerdotibus id Sacramentum

administrantibus utile documentum, ne poenitentes per impatientiam repellant unquam atque arceant. Mulier, admisso gravi flagitio, sacerdotem adierat nescio quem ad expiandam conscientiam. At vix dicere exorsam interfatus sacerdos, ne quid gravius dicam, plus nimio austerus, stomachose ac vultuose clamare, durissimis eam verbis increpare, absolutione indignissimam pronunciare. Illa prius obticescere, pudore suffusa. Dein, ut est indoles sexus, in rabiem acta, par pari referre increpanti, ac multa in eum convicia regerere muliebri dicitate et audacia. Abscessit denique, confessione abrupta, deliberatum ac fixum habens numquam amplius confiteri peccata. In hac mentis perversitate egerat jam annum ferme vigesimum; cum nihil tale cogitans vocem in somnis audit admonentem, iret ad Aedem Deiparac Oettinganam. Templum id est magnae celebratatis in Bojaria. Affuturos ibi sacerdotes Societatis Jesu: apud unum aliquem ex iis onera conscientiae deponeret. Semel atque iterum ad aures accidit eadem admonitio. Mulier tamen evigilans, etsi sua conscientia interprete admonebatur coelestem ut crederet eam vocem, ut vanum somni ludibrium conteinebat. Levi post haec febricula tentari cooperat. Decumbenti audita repente vox clarius, nec ignota: Rumperet aliquando moras, et bono iret animo: futurum ut a sacerdote Societatis benigne ac comiter haberetur. Tum enimvero respxit se mulier, cum praelestum agnoscere sibi videretur vocem ipsam filiae cuiusdam suae, haud ita pridem mortuae. Neque tenuit se, quin ocyus faceret imperata. Oettingam exportari quantumvis aegra voluit, adiitque Templum Societatis recta, ubi quem primo vidi sacerdotem forum poenitentiae exercentem, apud eum confessionem institui, acta omnia vitae superioris retexens. Audita per otium, ac sane patienter, lenissimis castigata verbis, ac rite absoluta est. Quam illa benignitatem admirans, vim lacrymarum ingentem prae gaudio fundebat. Ipsa deinde mulier quaecunque sibi acciderant, ita prorsus ut a nobis narrata sunt, sacerdoti ad commendationem divinae benignitatis aperuit.

Quemadmodum flagitosos e coeno vitiorum abducere, ita probos ac bene moratos ad perfectionem virtutis provehere nostri studebant. Teneriori aetati, quae familiarum et civitatum spes, praecipua impendebatur cura. In scholis eo successu ad pietatem fingebantur cereae puerorum mentes, ut scholae nostrae passim, non tam ludi litterarii, quam seminaria sacrorum ordinum appellarentur. Adeo multi e Gymnasio in religiosa septa convolabant studio rerum divinarum incensi. Florebant etiam per totam late Provinciam sacri recessus ii, quos B. P. Ignatius aeternis commentandis rebus instituit. Neque e populo tantum, sed e primaria nobilitate, e clero, atque adeo ex religiosis familiis viri graves, et auctoritate praestantes, sese nostris hominibus in hac palaestra exercendos tradebant, omnes inde meliores quam venerant abscedebant. Hoc anno in domicilio Societatis Oettingensi Mohachi Benedictini duodecim sacris quas dixi exercitationibus perfungi voluerunt: atque in digressu unus ex iis, licet in religiosa militia veteranus, profitebatur, in ea paucorum dierum solitudine tale obortum sibi, tamque insolitum lumen, ut sibi videretur e densa velut ductus caligine, nihilque admodum se ante id tempus in rebus divinis vidisse diceret. Alterius Coenobii praeses in Bavaria unum ex nostris evocaverat Monachio, ut simili institutione ac ductu sui fruerentur Monachi. Exceptus Coenobio, quisquis ille nostrorum fuit, (nam incompertum mihi est nomen) rerum aeternarum expositione ita subegit familiam, alioqui cultam ac frugi, ut ab ejus nutu arbitrioque tota penderet. Quo ipse usus habitu animorum, hanc difficulter obtinuit a Coenobitis, ut ad legum suarum normam exacte instituerent vitam, novaque pietate, gravitate, modestia spectarentur. Similia commemorare multa possem, quae ut brevitat consulam praetermitto.

Intra Germaniae superioris fines parva continetur insula, quam lacus Constantiensis facit, prope Helvetiae et comitatus Brigantini limitem. Ea in insula sita est Lindavia, urbs opulenta in primis, libera, atque ab operibus satis munita. Ponte jungitur continenti, ac propter loci opportunitatem in id emporium multi ex tota fere Germania institores varias primae merces opesque

^{61.}
Pietatis incrementa in nostris scholis.

^{62.}
Exercitia spiritualia multi obirent apud nos, etiam Religiosi.

^{66.}
Lindaviae statio Societatis collocatur.

convehunt. Lindavienses ea tempestate, partim Lutheri, partim Zwinglio addicti, nihil pati minus poterant quam catholicae veritatis satores. Praecipuo tamen in nostros homines odio instincti, eos tanquam sceleratos et sacros arcebant. Et nihilominus stationem Societatis hoc anno admirerunt vel inviti, quod hoc maxime modo factum est. Joannes Truchses Episcopus Constantiensis, comperto, esse Lindaviae in praesidio milites Caesarianos catholicos, qui sacerdotali ministerio carerent; esse itidem multos eorum liberos apta institutione et cultura penitus destitutos, et facile evenire posse, ut haereticorum commercio quotidiano sensim inficerentur catholici; id omnè pro ratione sui muneris significavit Ferdinando Imperatori, simulque eum admonuit, nullam antevertendi mali viam patere expeditiorem brevioremque, quam si duo saltē ex hominibus Societatis in Lindaviensi militum contubernio collocarentur. Caesar, rem pro merito existimans, ita prorsus fieri ut suadebat Episcopus jussit. Cujus mandatis cum nemo auderet palam obsistere, urbem inimicissimam duo Patres subierunt, ac velut sacelli militaris aedui, grandioribus sacra ministrare, juventutem litteris erudire, bonisque moribus informare coeperunt. Dein Caesaris patrocinio freti, sacros etiam ritus luce palam ac libere exercere instituerunt, quorum augusta species cum in oculis civium quotidie desigeretur, inde sanctissimae Religioni splendor, et nonnulla vel apud hostes veneratio accedebat. Urebanfur his rebus haeretici Magistratus, neque dissimilabant, pellendae Societatis non animum sibi ac voluntatem deesse, sed vires. Tum vero acrius infremuerunt, cum Patres ex angusta domo, ubi prius habitaverant, in ampliore quamdam ac maxime idoneam, Ferdinandi ipsius auctoritate, transgressos viderunt. Tamen Caesarei reverentia nominis, nihil dum apertius ad eos exturbandos movebant. Res demum accidit, quam pacate ferre nullo modo potuerunt. Adjacent urbi sex vel septem pagi minime contemnendi, qui nuper fuerant ab Imperatore Comiti Monfortio contributi. Incolae a catholicis sacrī minime abhorrebat. Et quamquam injuria prioris domini coacti fuerant avitum cultum mutare cum novo, si tamen paululum erudirentur, facile videbantur ad eam reddituri religionem, quam inviti dimiserant. Placuit nostris periculum facere, nec eventus fefellit. Pagani, ut advenientes subinde Lindavia Patres audire coeperunt, execrati haeresim plerique, iterum se ac libenter Ecclesiae catholicae subjecerunt. Ea res mirum ut efferverit Lindavienses. Audiri statim querelae, tumultus, miniae. Multi cum insanis clamoribus et quiritationibus concursare, civitatem ad ulciscendam injuriam excire. Magistratus, compresso utcumque populo, appellare Caesarem, nostros in jus vocare, usitatas maledicendi ac calumniandi artes expromere, nihil non movere, quo religionum suarum eversores inquisos depellerent. Cum haec minus proficerent, ipse Svecorum arma subsidio vocaverunt, sed nullo effectu. Stetit Societas statio Lindaviae, quamdiu praesidium Caesaris stetit. At demum haeretici, quod aperto bello consequi non potuerant, hoc pace Monasterensi sunt consecuti. Ejus nimirum pacis, quae inter Caesarem et Svecum magis ex necessitate temporum, quam ex dignitate Religionis et Imperii Romani facta est, caput praecipuum fuit, ut ab urbibus Imperii liberis praesidia Caesarea removentur. Quod ubi effectum est, demigrantibus Lindavia militibus Caesarianis, cessit inde etiam Societas, atque ea statio post annos unum et viginti est dissoluta.

^{67.}
*Lindavienses
ad eam detur-
bandam conspi-
rant, sed fru-
stra.*

^{68.}
*Ita demum fue-
rit dissoluta.*

^{69.}
*Colmariam So-
cietas ingredi-
tur.*

^{70.}
*Episcopus Bri-
xinenensis moriens
Collegium Soci-
tati decernit.*

Feliciore ad perennitatem eventu Colmariam ingressa Societas est, urbem itidem Imperialem in Alsacia haud procul Brisaco sitam. Debuiimus id Leopoldo Archiduci tunc in Alsacia dominanti, cuius beneficio Principis et domus apta nobis, et certum ex aerario vectigal attributum fuit. Quod si ei licuisset optimae mentis cogitata perficere, non quæcunque domicilium, sed unum ex amplioribus Germaniae Collegiis Colmariae habebamus. At multa de proventu constituendo agitantem, post triennium mors intercepit, cum degerten in ea statione Patres duntaxat quinque. Hanc deinde sedem ut Svecici bellū turbo disjecerit, ut eandem, translata ad Regem Galliae Alsacia, Patres provinciae Campanicae recuperaverint, alibi narrandum erit. Brixinae etiam, quae notissima urbs est comitatus Tirolensis, Collegium excitare parabat ejusdem urbis Episcopus, sed in

ipso operis molimine excessit e vita. Caeterum quo esset animo, quidque de Collegii institutione sentiret, testatum ipse fecit paulo ante mortem, cum veteriora hominum judicia, neque suspectae voces sunt. Nam cum evocasset e Collegio Oenipontano P. Joannem Moquetium, sibi ut adesset morienti, huic prolixe exposuit quae jam pridem de Collegio condendo consilia agitasset, neque solum eam sibi rem fuisse deliberatam affirmavit, verum etiam supponeretur se in praesentia, quod infectam relinquaret. Ac se quidem, ajebat, de bonis Ecclesiae non nisi ex legum praescripto statusse, eaque vel in subsidia pauperum, vel in sarta tecta Templorum, vel in alios usus pios unice transcripsisse. Moriturum tamen multo libentius, si praeterea justam seposuisset, uti poterat, summam ad condendum Societatis Collegium, quo uno et Divini Numinis cultui, et necessitatibus egenorum, et juvenitum institutioni, et saluti denique animarum sempernae melius consultum foret. Et nihilominus velle jam, quo tandem posset modo, sarcire praeteritam negligentiam, et negligentiae damnum exsolve-re. Quibus dictis, syngraphas Moquetio tradidit ad exigendum pecuniae numerum non exiguum, quem in nominibus habebat, utque ex annuis ejus pecuniae usuris alerentur perpetuo Brixinae tres quatuorve operarii Societatis, praescripsit. Id quidem ipsum successu caruit, nec habeo dicere quid obstiterit, ne ejus largitionis fructu potiremur. Sed non idcirco pati ego debui, ut tam egregia voluntas amantissimi Praesulis in obliuione apud nos esset. Atque haec de rebus Germanicis.

Sequuntur Gallobelgicae, quas ut ordine expediam, primo quae per occasionem pestilentiae suscepta a nostris et acta sunt, paucis perstringam. Lues igitur contagiosa, de qua dictum alibi, plures Germaniae ac Belgii urbes pervagata, Tornacum ante duos annos pervaserat, neque tamen licuerat hactenus nostri, ut optabant, ibi saluti publicae devovere caput, quippe obnimentibus contra alterius familiae Religiosis, sibique unis deberi id officium, nescio quo veteri suo jure, contendentibus. At anno praesenti, cum pestilentia ferocius carpere populum, et quotidianis urbem cladibus consternaret, ultra expedita est ab Episcopo et ab Urbano Magistratu, opera industriaque nostrorum. Neque ii segnes inventi. Primus in aciem processit P. Philippus de Noyelle, praestanti vir animo atque virtute, et continuo percursare urbem, aegrotos invisiere ostiatis, publicum frequentare nosocomium instituit. Sed dum munus periculi plenum exequitur confidentius, quam natura morbi pateretur, intra vigesimum diem malo corruptus, pio ministerio immoritur. Dolenda Provinciae accidit talis jactura viri, cum propter virtutis magnitudinem, tum etiam quod adhuc florenti erat aetate, et spem sui magnam, si diutius viveret, faciebat. Inter caeteras ejus dotes spectabatur insignis modestia, et pudor quidam plus pene dixerim quam virgineus, quo nemo illum novitius superabat. Argumento sit, quod cum missiones Indicas cogitaret, aestuabat desiderio martyrii, nullamque supplicii formam reformidabat, non secures, non rotas, non ipsos Japonum rogos. Unam summopere pavebat rem, ne quo casu spoliari ad nudum cogeretur. Id vel sola sibi cogitatione fingens, totus cohorrescebat. Id ipsum tamen, Deo ita permittente, pati coactus est in morbo extremo. Enato siquidem tubere pestilenti in inguine, quantumvis repugnantem coegerunt Moderatores nudare infectam corporis partem, et chirugo secandam praebere: quod tormentum, ut multum ad exercendam illustrandamque hominis patientiam, ita nihil ad mali curationem valuit. Natales habuerat Noyellus Atrebatii in Artesia, ex illustri familia. Decessit postridie nonas Sextiles, annos natus tantum triginta octo. Mortuo non usitata celebritate parentatum est. Sacris enim operante Episcopo Tornacensi, praesente urbis Gubernatore ac Senatu, omnes fere ordines civitatis cum sumptuoso apparatu justa funebra persolverunt. Patri de Noyelle successit P. Petrus Bonfraeus, vir hic etiam magno ac forti animo, neque minori ardore procurationem aegrorum suscepit. Sed quamvis tabe semel atque iterum implicitus, Deo protegente, evasit incolumis. Neque minus alii alibi Patres ministerio tabidorum addicti, eti ultra ruerent in manifesta vitae pericula beatae mortis cupidine, divina ope servati, et

71.
RES GALLOBEL-
GICAE.
Tornaci tabi-
dorum obsequio
nostrī se devo-
vent.

72.
Pio ministerio
immoritur P.
Philippus de No-
yelle. Ejus elo-
gium.

73.
Aliorum ardor
in simili chari-
tatis officio.

praeclaro frustrati voto fuerunt. Ut de aliis sileam, Valencenis P. Joannes Zurdanus, et Fr. Aegidius Franquet, tres ipsos annos, quamdiu scilicet pestilentia urbem afflxit, perseverarunt navare aegrotantibus operam, nullo diei noctisque discrimine, nullo respectu valetudinis sua. Tamen hoc apno, sub exitum mensis Julii, extincta penitus lue ac repurgata urbe, in Collegium salvi redierunt, mirante sospitatem insperatam populo, ac gratulante.

^{74.}
*In residentia
Atheni aperiun-
tur scholae.*

Sed quamvis tam effusam nostrorum charitatem laudarent ubique multi, ac mirarentur, non deerant eodem tempore adversarii, qui nobis qualibet oblata causa negotium faccesserent. Athi, in oppido Haunoniae celebri, collocata fuerat ante annos sex, ut suo loco demonstratum est, statio Societatis. Hoc anno, cum id vchementer expekeret civitatis maxima pars, et necessarii suppetenter sumptus, placuit in ea statione ludos litterarios erudiendae juventuti aperire. Inde nobis molestia non levis, cuius nunc initia atque exitum evolvemus. Gymnasium ibi erat latinitatis peretus, et magnae olim toto Belgio celebritatis, sed postremis temporibus ita collapsum, ut vulgo nullum habere usum putaretur. Praeter sumimam discipulorum paucitatem, querebantur multi passim, qui id Gymnasium frequentarent adolescentes, eos ludis et compotationibus operam magis dare, quam litteris, et quosdam flagitorum coeno quidquid haberent indolis bonae demergere. Sed quamquam ita esset, Gymnasi Rector, statim atque certior est factus parari a nostris ex adverso scholas, veritus ne in suis fieret solitudo, neu forte quaestuosam ipse amitteret praefecturam, ad rem disturbandam totis insurrexit viribus. Ac primo quidem nactus faventem sibi medicum Isabellae Belgii Gubernatrix, hominem natione Italum, patria Casalensem, Andream Trevigium nomine, duosque praeterea Lovanienses Doctores, quos suas in partes traxerat, his vadibus et sequestris promisit civitati, futurum brevi, ut non minus numero, quam optima disciplolorum institutione refloresceret Gymnasium publicum, modo ne liceret Jesuitis docere literas Athi, ullamve hujus ministerii partem attingere. Ad ea cum respondisset publico nomine Magistratus, gratissimum fore Athenibus quod de Gymnasio in splendorem pristinum restituendo viri tales sponderent; at quam adiacerent conditionem probari nullo modo posse, uti que aperte adversaretur pactis, quibus recepta primum fuisse Societas intra urbem; illi responso irritati, duriora quaedam incipere, quodque speciosis promisis nequiverant eblandiri, extorquere vi ac terrore statuerunt. Est id praecclare institutum Lovanii, ut scholasticis pauperibus annua quaedam subsidia (Bursas illi vocant) benigne subministrentur, ne inopia languescant, ut saepe fuit, juvenes aliquo ingeniosi, et a studiis liberalibus ad artes ignobiles se referre cogantur. Jam ergo spargitur derepente Athi malignus rumor, neminem adolescentium qui scholas Societatis frequentasset, admissum iri posthac ad Bursas Lovanienses. Et quia rumor ut temere confusus spernebat, pergebatque nihil secus Athenis juventus prope universa scholas terere apud nos institutas; quo certius persuaderetur populo, non fabulam eam esse, sed serio agi rem, supervenient haud multo post Athenses adolescentes tredecim, quirantes, se nullo suo merito extrusos Collegiis Lovaniensibus, et quibus fruarentur subsidiis indigne spoliatos fuisse, propterea quod Jesuitae ludum litterarium publicassent Athi, eumque civium plerique celebrarent. Quae ut altius penetrarent animos multitudinis, sordidati juvenes uno ac maesto agmine concursabant forum, superumque atque hominum fidem vocibus querulis implorabant. Pronum est intelligere quos in vulgo motus exciverit ea species. Praeter commiserationem aerumnosorum juvenum, movebantur multi indignitate ipsa rei, quae in detrimentum haud leve cederet familiarum suarum. Erant tamen ex prudentioribus qui suspicarentur fraudem, et simulatam de industria crederent tot simul scholasticorum missionem, nempe ut nostris hominibus conflaretur invidia, iisque scholae abrogarentur. Dum res est in ancipi, opportune Archiepiscopus Cameracensis misit ad publicum Athenium consilium qui haec nunciaret. Bono essent animo, nec de scholis Societatis quidquam moverent. Si vere decrevissent Lovanienses (quod ceteroqui haud facile credendum, cum nulla proferri posset justa causa), si tamen vere decrevissent

^{75.}
*Commoventur
contra eas ali-
qui.*

^{76.}
*Calumniam
confingunt, ei-
que veri speciem
impunum.*

^{77.}
*Delegitur ca-
lumnia, scholae
conservantur.*

negare deinceps Athenisibus subsidia annua Collegiorum suorum, curae fore sibi ac ceteris Flandriae Episcopis, similia ut praebarentur iis Duaci, atque etiam ampliora. Eo nuncio recreati valde sunt civium animi. Intentis deinde Magistris indagandae veritati, rescitum est, subornatos fuisse pecunia adolescentes, ut se exturbatos Collegiis Lovaniensibus mentirentur, si forte ea re adigerentur Athenes ad abdicandas Societatis scholas: totius vero machinationis artifices et architectos fuisse doctores eos duos, quos junxisse in id cum Trevigio vires ac studia diximus. Detecta fraude, perrexit nihilominus Rector Gymnasi publici item urgefe de scholis. Coactus est tamen, missis fraudibus ac fallaciis, quidquid obtenderet juris, more ac legibus persequi Montibus, in curia Hannoniae primaria. Biennium disceptatio tenuit, quo evoluto, Rector causam quam tueri non poterat, ultro dimisit, et Societatem in possessione tranquilla sui juris reliquit.

Dum haec ibi geruntur, Duaci scholae Societatis splendore ac dignitate augebantur. Paucis ante annis schola ejus collegii Theologica, ut alibi me dicere memini, recepta fuerat in corpus Gymnasi academicus. Declaratum praeterea fuerat, ad obtinendos ejusdem scientiae gradus perinde fore in posterum, sive nostram, sive academicam frequentassent petidores scholam, modo cetera idonei censerentur. Cum haec ita se haberent, visum posse non incommodo ad gradus litterarios admoveri ipsos de Societate juvenes, cum maxime id percuperent Academicci, et futurum dicenter ex usu ipsius Academiae, quae deinceps praestantium Professorum copiam habere posset de Societate. Subdubitantibus nostris an ita fieri expediret, itum est per litteras ad Generalem Praepositum, qui cum nihil contra mores atque instituta Societatis secuturum ex ea novitate prospiceret, ad Rectorem Collegii Duacensis ejus rei rejectit arbitrium. Rector facta sibi potestate utendum ratus, minime recusavit quominus scholastici praestantiores insignia doctoratus acciperent. Hoc itaque primum anno quatuor excellenti ingenio juvenes de Societate, cum in magna Doctorum corona solemne documentum edidissent scientiae, in Academia Duacena laurea theologali insigniti fuerunt, quod deinde in mores induxit.

Etiam in Flandrobelgica nonnullas urbes afflaverat pestilentia, et suas ibi quoque victimas charitati Societas dedit. Bellioli, ut primum detecta lues, Magistratum adierunt nostri pariter ac Patres Capuccini, consensu profientes, nullam in se fore moram, quin aegrotis adessent ministerio sacrorum. Laudata utriusque Ordinis charitas, et actae pro tam benevolu voluntate gratiae. Sed propter aegrotantium paucitatem, unus tantum de Societate sacerdos visus tum quidem satis ad eam procriptionem futurus. Fuit is P. Guillelmus Engelbrechtus, eximia pietate ac fortitudine vir, cui pii laboris socius et adjutor datus et curatoribus domesticae rei unus, haud absimili animo atque virtute. Neque ita longus istorum labor fuit. Dum aegrotos, ferendae causa opis, invisunt, perque infectas domos dies noctesque sui prope securi discurrunt, contracta peste, paucis diebus extincti ceciderunt. Alii post Engelbrectum Patres in ejusdem discriminis aleam dederunt sese, sed quamvis in media strage diu multumque versati, ut Deo visum est, incolumes evaserunt. Sic illi eximia charitate alienae saluti vitam oppignorabant.

Paulo minorem laudem ferebant alii Patres in missione navalii, quam ad Castrensum similitudinem institutum alibi vidimus. Ut non adeo certam in mortem isti ruerent, pari quidem certe incommodo salutem animarum quaerebant. Atque ut omittam quae communia navigantibus sunt mala, angustias ac sordes loci, paedorem, illuviem, nauseam, cibi somnique parcitatem, aliaque id genus; multa pati cogebantur nostri ab epibatis nautisque, sive eorum corrigerre licentiam, sive jurgia rixasque, quae inter eos saepe exoriebantur, ex aequo et bono compонere shuderent. Ut sunt iis plerumque homines ad audaciam projecti, rudes atque intractabiles, pios interdum monitores illiberaliter excipiebant, verbisque procacibus repellebant, quorum erat tamen ferenda insania, ut curaretur. Hisce molestiis accedebant pericula vitae praesentissima, quae in longiore navigatione plurima occurrunt, partim a procellis et ventis, partim a caecis scopolis

78.
Duaci ad insi-
gnia doctoratus
admituntur no-
stri.

79.
RES FLANDRO-
BELGICAE.
Belliori curam
taliori, non
tempore pestilen-
tiae.

80.
Duo in eo mi-
nistério vitam
ponunt.

81.
Labores nostro-
rum in Missione
navali.

syrtibusque, partim denique ab insidiis Piratarum, qui quidem hoc tempore infestum ut cum maxime habebant mare. Non enim Hispani Batavique justis inter se classibus gerebant bellum, neque de occupandis portibus, aut de maris possessione certabant, sed cum praedatoris navibus vagantes oceano, praedas solummodo captabant, seque mutuis atterere cladibus conabantur, magno commerciorum et mercaturaee damno. Pericula, de quibus modo dicebam, adit omnia hoc ipso labente anno P. Philippus Hercules, nihilque factum est aegrius, quam ut salvus ex iis evaderet. Exceptus armato parone, praelio interfuit primum, quod cum hostili navigio crebris bombardae ictibus commissum est. Elapsus inde, ferrebat aperto solo prope littora Angliae: cum vehementi coorto vento, non sine fulgetris ac caeli fragore inhorrescens mare, immanes cicer fluctus coepit. Paro insana procellae vi in caeca illatus brevia, cum aliquandiu ipsa inarasset vada, haesit ad extremum arenis implicitus. Tum immensas aquarum moles perpetuo excipiens, ut erat jam immodica jactatione quassatus, diffingitur, divulsisque lateribus in frustra dissilit. Nautae militesque, admotis certatim scaphis, in continentem evadunt. Idem effugium non patuit Herculi, quippe scaphis ab cetera turba occupatis. Qua ergo proximum erat, in mare se demittens, adnare conabantur littori; at saepe operatus fluctibus, saepe turgido ac spumanti aestu in diversa raptatus, vix tandem semiannimus in sicco posuit vestigia. Neque hic finis miseriarum fuit. Inops egensque omnium, triduum integrum jejonus exigit. Dein cum vagari per desertum litus instituisset, ut unus e' piratis comprehenditur, et in custodiam traditur. Sesquimensem haesit in tetro carcere, donec facta captivorum permutatione, dimisus est.

^{82.}
P. Philippus Hercules varia et extrema pericula.

At enim duae maxime res Patres in navalni missione versantes angebant. Altera, quod in tam multiplex mortis periculum ire cogerentur nullo de Societate comite, atque omni Sacerdotis auxilio destituti, sic ut integros saepe menses confessionis piacularis facultate carerent, frustrati ipsi eo salutis praesidio, quod alii ministrabant. Nam quod cautum initio fuerat, ne nostri in naves imponebantur nisi bini, id propter paucitatem sociorum servari desierat. Altera quod praedatoriis addicerentur navibus, ex quo plurimum invidia ac nonnihil etiam infamiae apud vulgus imperitum colligebatur, quasi vero pyraticam exercerent ipsi, aut cerle nefarium cum piratis societatem coissent. His de rebus saepe et graviter querebantur Patres, nec sane leves querelarum causae erant. Quare P. Jacobus Stratus, qui Provinciam hoc tempore administrabat, vir prudens in paucis ac rerum usu limatus, consulto per litteras Generali Praeposito, nec invita Isabella Belgii Gubernatrice, certis legibus temperandam censuit Missionem navalem, atque haec praeter alia praescrispsit. Primo, ne quis nostrorum in posterum naves comitaretur, quae praedatum exirent. Deinde, si classis adornaretur regia, et ad bellicam aliquam expeditionem educeretur, ei Societas pro numero navium daret sacrorum ministros. Quo efficiebatur ut homines nostri, etiam disjuncti invenientur navibus, facile tamen convenire se invicem, si ita res postularet, possent. Postremo, ut degerent perpetuo Dunkerche operarii Societatis duo, tum pro nautis, tum etiam pro classiaris militibus ibidem hibernantibus. Qua Missionis nova formula usu recepta, non minus proximorum saluti, quam Societatis bono et famae consultum est.

^{83.}
Quae potissimum res nostris incommodearent.

Ceterum laetae admodum fruges ex ea missione proveniebant. Flavionaviae, qui portus est in Cantabria celebris (vulgo Fanum S. Andreæ vocant), hyemant hoc anno quatuor Dunkerchanorum naves, onustae milite ac vectoribus praeter navalem turbam. Erant in iis operarii Societatis tres, totamque eam multitudinem ita continebant, ut non jurgia e navibus, uti fit, non obscaena verba impiaque, ac ne usitati quidem clamores exaudirentur. Mirabantur initio Hispani temperantiam modestiamque in illo genere hominum prorsus novam. Ubi vero praeterea in navibus frequentari sacra, conciones crebras haberet, omnia religionis officia velut in templis totidem pie exerceri conspererunt, in Patrum commendationem admiratio vertit, quorum labori industriaeque ii tam insoliti fructus deberentur. Ipsiis interdum hostibus saluti fuit Patrum industria: cuius

^{84.}
Novis quibusdam legibus navalni missio temperatur.

^{85.}
Navalis turbae modestia ac pietas singularis.

^{86.}
Divinae Praedestinationis exercitum.

genēris exempla proferre multa possem, sed unum tantum subiicio, ex quo etiam divini consilii ac destinationis altitudo apparebit. Captae fuerant naves aliquot Batavorum onerariae, in quibus vectores erant plurimi, nescio quo belli jure mactandi. Dicta capitali sententia, denunciatur miseris supplicium, cuius quidem supplicii hic fuerat praescriptus modus, ut vivi spirantesque, devinctis post tergum manibus, demergerentur mari. Illi saeva denunciatione percussi, ingemiscere, clementiam judicium implorare: sed frustra. Contra noster sacerdos urgere eos precibus ac suasionibus, ut quando lucis hujus usura privandi essent, saltem saluti prospicerent sempiternae, abdicato errore et conscientiae maculis expiatim. Valuit oratio. Omnes prius quam luerent poenam, haeresim ejuraverunt, et piacularum rite confessionem peregerunt. Omnes inquam, excepto uno, qui precentem momentemque sacerdotem pari semper repulit oris atque animi contumacia. Is ultimo loco propulsus in horrendos gurgites, perisse simul gemino putabatur interitu, corporis animaeque; cum rursum apparet in superficie aquarum natans solutusque vinculis, ac rudentem navi appensam prehendens manu, velle se Ecclesiae reconciliari clamat. Accurrunt nautae, suplicem in navim attrahunt. Ille repudiata palam haeresi, peractaque confessione absolutus, iterum in mare deicetur, inde in portum aeternae felicitatis, ut pie creditum est, evasurus.

Eodem tempore in Provinciis ordinum Foederatorum operaे pretium non leve operarii nostri faciebant. Harlemii in honore longe maximo apud gregales erat vir, honestissimi quidem ille generis, sed insanae arrogantiae, qui novam nescio quam haeresim excogitarat. Videlicet in tanta errorum colluvie dissidioque, quicunque novi aliquid invexisset, ac velut uno capite hydram multiformem auxisset, eum stolida plebs ut peculiaris sectae parentem ac principem venerari solebat. Viro filiae nubiles erant dueæ, praestanti forma puellæ neque mala indole, sed paterni erroris adeo tenaces, ut viderentur animam citius quam haustum una cum lacte virus rejecturæ. Eas tamen expugnare aggressus noster sacerdos, facilius quam sperandum videbatur in deditiōnem accepit. Ut primum perplexæ ac vacillantes conspectac, fremere dolore atque ira impotens patet, propinquí reclamare, circumsisteretur matrem amici, ac fatuus enimvero dicere, quae ita Jesuitæ unius alloquo emotæ fuissent mente. Illæ nihilominus, veritati ceteri posthabentes, dogmæ catholicum suscepérunt. Ziriczæae, quod oppidum est Scaldiae insulae in Zelandia, senex erat deportanus, idem religionis contemptor insignis, et flagitiis omnium generum cooperatus. Dum maxime in caeno libidinum, quo tandem poterat modo, volutat sese, audit versari in proximo sacerdotem Societatis, qui rem catholicam administraret. Nulla mora est: divina collustratus luce, eum perduci tantisper ad se jubet. Cuius rei causa expeditum cursorem mittens, hunc etiam atque etiam admonuit, ut pro eo quanti faceret salutem suam, acceleraret gradum. It, reddit cursor. Adest expectatus sacerdos: quem senex ut vidit adstantem, præ gaudio exiliens, et vim lacrymarum profundens, primo doceri summam catholici dogmatis rogat. Omnia dein cum teneret probe, excretus haeresim et quantum esset haeticorum, jurat in Ecclesiae Romanae verba, peccata vitae prioris confessione eluit, et caelestem de manu sacerdotis sumit panem. His denique vix peractis rebus, plenus optimae spei excessit e vita, morbo ceteroqui laborans nullo, vel certe admodum levi; ut nulli fuerit dubium, quin insigni divinae indulgentiae miraculo tribuenda esset talis viri tam subita commutatio.

Reliquas haeticorum conversiones, quae eodem anno multæ factæ sunt in Batavia, non exequar diligentius, quod nihil in iis inusitatum, aut communem excedens modum reperi. Tantum dico, fuisse annum, ut iis temporibus, per quam frugiferum. Sed quanto impensis saluti publicae allaborabat Societas, tanto in eam acerbius Magistratum odia crudeliterabant. Nostris hominibus utique struebantur insidiae, ubique saevi excubabant satellites, nihil uspiam pacatum tutumque erat. Itaque paratas in casses inciderunt Patres egregii duo, Joannes Alardus, et Rainerus Houtmans, prior ille Groningae in Frisia, alter Bergae

Tom. II.

26

87.
*Duae puellæ
catholicam veri-
tatem ample-
ctantur Harle-
mii.*

88.
*Cujusdam se-
nis conversio se-
moribus in Ze-
landia.*

89.
*Duo Patres in
vincula rapiu-
tur.*

90.
*Rorū sacra-
rum violator di-
vinitus plectitur.*

ad Zomam in Brabantia, raptatique publicas in custodias et compedibus onerati fuerunt. Sed cum Alardus est comprehensus, quiddam accidit ad memoriam insigne, nec tacendum. Ferebat tum forte ad Catholicum nescio quem moribundum argentea inculsum theca Eucaristicum panem, ei in morem viatici impertiendum, habebatque itidem apud se olei rite consecrati vasculum, ad mysticā inunctionem ipsius. Ut fuit in conspectu satellitum, haud dubie se vincendum ratus, nihil habuit potius, quam ut injuriis haereticorum eximeret sacro-sancta mysteria. Ac sacri quidem panis particulam celeriter intulit in os, glutuisse. At cum celari non posset olei consecrati vasculum, id ipsum ad Judices deferre cogitur, velut romani sacerdotii, sui scilicet criminis, manifestum indicium. Interrogatus a Judicibus, quis usus olei, quae virtus esset? de arguento ita disseruit, ut nemo e consesso auderet dicta refellere, quidam etiam vera dici affirmarent. Unus fuit tamen improbior, qui ut catholicorum sacra religionesque irridere, arrepto contemptum vasculo, digitum quem forte habebat leviter sauciū, sacro linivit oleo, frustra scelus redargente Alardo, et iram divini Judicis intentante. Sed cito impius poenas violatae religionis dedit. Filius illi erat parvulus, voluptas patris et spes domus unica. Is intra paucos dies interiit. Mox corripitur ipso gravi ac pernusto morbo, cuius cruciatum non ferens, inter dolores acerbissimos, et intolerandam in primis diritatem foetoris, extabuit.

91.
*Mors et elogium
P. Joannis Waels.*

E sociis per totam provinciam desideratis, mentionem praecipuum merentur duo sanctitatis opinione incliti, P. Joannes Waels, et Fr. Remigius Somer, sacerdos ille, hic domesticae curator rei. Waelsius natione Belga, patria Haesbruckanus, annum cum decurceret primum supra vigesimum et Societatem amplecti statuisse, Parentes ut eluderet, qui pium ejus propositum intervertere variis interpositis moris conabantur, Romanum peregre venit, ibique ut nostris tironibus aggregaretur obtinuit. Reversus inde in Belgium, ut erat humanis divinisque litteris perquam excultus, tradendis altioribus disciplinis destinabatur. Verum ille, pelli se praecipue sentiens ad apostolica ministeria, his totum se adjectit. Neque post illud tempus ad annum usque aetatis sexagesimum primum, quo mortuus est, emendare mores pravos hominum pietatemque provehere, sive publice e suggestu, sive privatum in foro poenitentiae, unquam destitit. Nullam in eo virtutem desiderares ex iis, quae apostolici propriae sunt instituti. Sed prae certis eminebat, quae raro admodum in magnis reperitur ingenii, simplicitas evangelica. A fastu arrogantiaque remotissimus erat, idem omnis omnino doli ac fuci nescius. Praesides, non tam ut homines, quam ut humana specie angelos, spectabat colebatque: eorum vero nutus non servabat solum, sed etiam obsequio paevertebat. Senex eneritus, rationem omnis facti dictique Rectori redebat suo tam accurate, quam si tiro esset primi stipendi. Non icunculam unam ex charta, non sacrum numisma largiri cuiquam, vix unum promovere gradum, nisi ex ipsius praescripto, audebat. Neque vero prius cubitum recipiebat se, quem Rectorem ut sibi bene precatetur in genua provolutus rogasset. Tantæ simplicitati malorum tolerantia, contemptus sui et amor paupertatis congruebat. Calculi doloribus acerbissimis laboravit in actate extrema: nunquam auditus querulam vocem mittere. Cum de sectione ageretur, calculi extrahendi causa, quamquam id ipse mali remedium optaverat vehementer, tamen ut audiit pro ejusmodi curatione non minus trecentis florenis Lithotomo persolutum iri, diserte negavit tanti esse valetudinem suam, ut eo redimenda pretio esset, neque ulla adduci ratione potuit, ut incidi se patereretur. E coelitum numero certos sibi patronos adsciverat, quos impensiore coleret studio. At prima illi pietas erga B. Virginem Dei Matrem. Secundum hanc, religione praecipua venerabatur sanctissimum ejus sponsum Josephum. Neque solum eum colebat ipse, sed ipsius etiam cultum amplificare omni ope studebat. Pias itaque sodalitates alii cubi instituit Josephi nomine insignitas, alibi altaria in ipsius honorem excitari curavit, ubique ejus laudes et voce et scripto promulgavit. Decessit Dunkerchae VI. Idus Januarias.

Frater Remigius Somer, licet humili ortus loco in Belgio, idemque natura tetricus ac fere in agendo subrusticus, tamen ob virtutis religiosae praestantiam eximie a nostris diligebatur, et supra gravissimos quosque Patrum colebatur. Ei Provinciales ipsi Praepositi deferebant obsequium. Ac de P. Antonio Sicqueto nominatim memoriae proditum est, cum esset prefecturus Romanum, accidisse prius ad Someri pedes supplicem, sibique ut benediceret quantumvis renuentem per pulisse. Tanta apud summos quoque viros reverentia hominis, cetera vilis abjectaque, quod esset omnium opinione sanctus. Priusquam Societatem ingredieretur, cum esset jam aetate ac rerum usu proiectus, regium sequebatur exercitum in Belgio, procriptionem gerens annonaes in castra convehendae: quodque in ejusmodi vitae instituto rarum, erat jam tum pietati apprime deditus, ac Beatissimae praesertim Virginis cultor eximus. Praeter alia obsequia, singulis hebdomadis, ubicumque degeret, cereum ad aram Deiparae deferebat, in ipsis honorem comburendum. Ejus autem praesenti patrocinio referbat acceptum, quod cum tam multi excubarent in insidiis hostes, perque inimicas saepe stationes ingrediendum esset, vehes tamen frumento onustae, quique sequebantur frumentatores, nunquam intercepiti fuissent. Societatem init acutatis annum transgressus quadragesimum, quodque reliquum vitae fuit ad annos usque octoginta quatuor, Lovani posuit in ministerio domestico. Facultatem illi fecerant Moderatores ad vicina collegia identidem excurrendi. Ipse Lovanio pedem exultil nunquam, dicere solitus, Patribus haec deberi animi laxamenta, qui praeclaris laboribus ordinem illustrarent, non sibi nullius homini, ac fratrum infimo deterrimoque, qui inerti pondere praeggravaret domum. Sub initia tirocinii thoracem cilicinum induerat sibi. Eo praeexcinctus incessit usque ad senectutem extremam, nec illum nisi jussu Rectoris depositus. Et cilicij loco habuit exinde ulcera per molesta, quae ipsis tibias cum acerbo dolore depascabant, aliasque graves et perincommodes valetudines, quas invicta patientia perferebat. Summa illi in orando voluntas, nulla unquam satias. Quamdiu valuit, pistorem domi agens, praeter stata omnibus precandi spatia, sui laborem muneris piis commentatoribus condiebat, adeo defixa divinis in rebus mente, ac tanta intimi sensus dulcedine, ut totus in lacrimas solveretur. Postea vero quam vacationem ab omni domestico officio, quippe senio morbisque debilitatus, habuit, diem fere totum in templo precabundus exigebat. Ad cetera afflictæ valetudinis mala accesserat postremis annis dirus hydrops, quo enormem in modum turgebat, cum præterea tibiae, uti dictum est, ulceribus laborarent, nec unum promovere gradum poterat, nisi subalaribus fulcris innixus. Tamen quotidie mane summo, laternam zonæ alligatam præferens hæmalij tempore, per multiplices scalarum gradus descendebat in templum, ibique ad meridiem usque immotus perstebat. His ceteræ consentiebant virtutes, sed eas diligentius exponere longum esset. Decessit optimus senex XII. Cal. Junii, et gratam sui memoriam Collegio Lovaniensi reliquit.

In Anglia, ad quam modo progredimur, multo quam antea deterior hoc tempore Religionis conditio erat. Carolus enim Rex, celebrato nuper conventu ordinum, in quo Puritanæ et numero et viribus prævalebant, atrox edictum edidérat quavis invitum, quo cruenta Elisabethæ tempora reducebantur quodammodo, totaque horrore ac metu Anglia perfundebatur. Sane edictum tam immite nunquam per annos viginti prodierat ab Jacobo ejus patre. Namque is, etsi edixerat saepe ut contra catholicos exercerentur leges, hunc tamen adhibuerat semper modum, ut sanguini parceretur. At in edicto Caroli, Ministrorum sive fraude, sive incuria, nullum excipiebatur genus paenae, et cum omnes in universum catholici sacerdotes, tum nominatim nostri damnabantur. Quare regia jussa haud segniter facientibus locorum Praefectis, confestim carceres repleti sunt sacerdotibus, patibula eorum sanguine maduerunt. Initium instaurandæ crudelitati factum ab mostro Edmundo Arousmitheo, cuius gloriosum pro religione certamen nunc breviter explicandum suscipimus.

^{92.}
Obitus et Elo-
gium Fr. Remi-
gii Somer.

^{93.}
RES ANGLICÆ.
Atrox Caroli
Regis edictum
contra Catholi-
cos.

^{94.}
P. Edmundus Arousmi-
theus compre-
henditur.

Lancastriae in patria sua Edmundus degebat, et pusillum Christi gregem Divino verbo ac sacramentis fovebat, caute quidem, ut ferebat conditio temporum, sed tamen sedulo: cum juvenis nescio quis matrimonio sibi junxit pueram consobrinam suam. Exarsit facti indignitate sacerdos pius, et incestas rumpere nuptias nitiebatur. Illas contra tuebatur, et ratas esse volebat adolescentis mater: utque est natio mulierum ultiōnis avida, monitorem importunum summovere gestiens, eum tamquam sacerdotem Romanum et Jesuitam ad Judices detulit, et quo facile pacto comprehendendi posset, docuit. Itaque in carcere Arousmitheus abripitur. Ibi cum esset, nactus rei bene gerenda facultatem, ministerium implebat suum, atque e sociis vinculorum unum subinde aliquem Ecclesiae redonabat. Vetricem in ipsis vinculis liberamque viri facundiam non tulit Henricus Valvertonus, homo ingenio barbaro ac saevo, secta Puritanus, qui ad capitales causas cognoscendas Lancastriam venerat. Adesse coram se jubet Edmundum, et ignominiose compellatum, num sit sacerdos Romani Pontificis auctoritate initiatius, rogat. Convenerat olim inter catholicos, ut sacerdotes in jus vocati, quoad ejus fieri posset, silerent de sacerdotio suo, neque ipsi se indicarent, tum ne ultro sibi consciere viderentur necem, tum ne suis hospitibus aut necessariis molirentur exitium. Quamobrem Edmundus interrogationem prudenti responso elusit. Sensit effugium judex vafer, et prorumpens in convicia, sacerdotibus inscitiam, catholicis omnibus doctrinæ infirmitatem objectit. Hoc loco Arousmitheus, clare loquendum ratus: Paratus sum, exclamat, religionis catholicae firmitatem quoconque oppugnante demonstrare, neque recusabo, si res ita ferat, eam meo sanguine consignare. Cui ferociter Valvertonus: Consignabis enimvero, et faciam ut vivus ac spirans tua torri conspicias viscera, neque Lancastria prius discedam, quam tuum istud caput in pertica sublime, reliqua vero membra pro urbis portis suspensa videam. His dictis, causam ejus omnem libello comprehensam, ut mos fori Anglici, recitari jubet. Tria intendebantur ipsi crimina: Quod Jesuita, quod sacerdos Romanus, quod seductor esset. Hoc ultimum conficiebatur inde, quod auditus fuisse set saepe cum diceret, neminem extra Ecclesiam catholicam salvum esse posse. Aderant cum haec agerentur delecti viri duodecim, juri dicundo praepositi. Valvertonus designatis duodecem viris negotium dat, ut expendant objecta reo crimina: videant num legitima accusatio sit, et auditis testibus pronuncient, teneri nec ne videatur in culpa. Illi secreto in conclave aliquandiu colloqui, renunciant, Edmundum Arousmitheum rite accusatum, et jure plectendum videri. Petuit Edmundus, quod per leges patriae vel sceleratissimis licebat, ut coram producerentur testes. Negatum est, atque haec in eum dicta sententia: Primo, ut vinculis acerbioribus, et durissima custodia torqueretur: deinde ut perduellum poenam mactaretur. Secundum haec in carcere remittitur.

^{95.}
Producitur ad
judicem, et inter-
rogatur.

Catenis est oneratus adeo ponderosis, ut proferre gradum nequiverit, sed manibus alienis fuerit deportandus in carcere: si carcer dici potest, et non sepulcrum potius, cavum subterraneum, tenebrisum, angustum, qui fuit de industria delectus locus, ut mori ante mortem inciperet. Venientem exceperunt profusi gemitus lacrymaeque corum, qui carcerem custodiebant. Tortores ipsi, quantumvis indole inhumani, negarunt se manus violentas viro tam innocentii allatuos. At publica haec benevolentia, quae sententiae injustitiam coarguebat, causam Judicibus dedit maturando supplicii. Cum nullus ei manus iniustere vellet carnifex, vix tandem ingenti oblatio pretio ac promissa impunitate, perpelli potuit ut id officium susiceret sicarius infamis, qui necem legibus debebat. Tum praefinita die, quae dies fuit ad VII. Idus Septembres, e custodia ad patibulum Edmundus rapitur. Ut stetit sub infelici trabe, oravit per quartam horae partem tacitus. Mox vocem paululum tollens: *Jesu, vita et gloria mea, inquit, vitam hanc, quam a te accepi, tibi summa mea voluntate restituo. Meorum semper haec summa votorum fuit, illam ut redonare possem tibi. Nunc voti sum compos. Tua causa morior, pro asserenda sancta fide, pro tuenda auctoritate tui in terris Vicarii, et Ecclesiae catholicæ a te institutæ. Iis, per quos vita mihi eripitur, libertissime ignoso, siquidem per eos mihi datur haec facultas, ut eandem immolare pro te possim.*

^{96.}
Capite dannata-
tur indicia cau-
sa.

^{97.}
Sententiae in-
justitiae agno-
scunt multi.

Catenis est oneratus adeo ponderosis, ut proferre gradum nequiverit, sed manibus alienis fuerit deportandus in carcere: si carcer dici potest, et non sepulcrum potius, cavum subterraneum, tenebrisum, angustum, qui fuit de industria delectus locus, ut mori ante mortem inciperet. Venientem exceperunt profusi gemitus lacrymaeque corum, qui carcerem custodiebant. Tortores ipsi, quantumvis indole inhumani, negarunt se manus violentas viro tam innocentii allatuos. At publica haec benevolentia, quae sententiae injustitiam coarguebat, causam Judicibus dedit maturando supplicii. Cum nullus ei manus iniustere vellet carnifex, vix tandem ingenti oblatio pretio ac promissa impunitate, perpelli potuit ut id officium susiceret sicarius infamis, qui necem legibus debebat. Tum praefinita die, quae dies fuit ad VII. Idus Septembres, e custodia ad patibulum Edmundus rapitur. Ut stetit sub infelici trabe, oravit per quartam horae partem tacitus. Mox vocem paululum tollens: *Jesu, vita et gloria mea, inquit, vitam hanc, quam a te accepi, tibi summa mea voluntate restituo. Meorum semper haec summa votorum fuit, illam ut redonare possem tibi. Nunc voti sum compos. Tua causa morior, pro asserenda sancta fide, pro tuenda auctoritate tui in terris Vicarii, et Ecclesiae catholicæ a te institutæ. Iis, per quos vita mihi eripitur, libertissime ignoso, siquidem per eos mihi datur haec facultas, ut eandem immolare pro te possim.*

^{98.}
Raptus ad sup-
plicium, et necem
fortissime exaci-
pit.

His dictis, in summum patibuli gradum alacriter consecedit, et laqueo fauces inservit. Interpellabant eum ministri haereseos, vitam, libertatem, opes, si modo Romanum ejuraret Pontificem, offerentes. Ille molestos interpellatores nunc libera facundia refutabat, nunc silentio torquebat. Rogavit semel catholicos, si qui adessent, secum ut jungerent preces pro Rege, pro patria, pro interfectoribus suis. Ad ea Minister haereticus, ullos adesse catholicos negavit, et preces illi suas obtulit. At Edmundus, caput abominandum indignantis in morem contuens: Nihil tecum est, inquit: et intendens vocem, cohortari circumfusam multitudinem coepit, ut catholicam vel amplectenterunt, vel retinerent fidem. Venturum aliquando tempus, cum spretam religionem dolerent, sed seram et iutilem poenitentiam fore. Quae cum minanti ac miseranti similior, quam misero ac mortueto diceret, conclamant crudeliter ministri, satis verborum esse, innuuntque carnifici ut eum de scala deficiat. Quod illico factum est. Pendente et morientem telescopio spectavit ex aedibus paulo remotioribus Yalvertonus. Et quia juraverat, non ante pransurum se quam illi vitam eripuisse, stetit impransus ad alteram usque horam post meridiem. Tum denique, quasi solitus jurejurando, cibos inferri jussit: quodque nec inter immanissimos lestrigones auditum, afferri voluit in eamdem caenationem dissecti quadrifariam corporis membra sanguinolenta, ut oculos inhumanos eo quoque ferculo satiaret. Cum deinde in muris, ut perduellum poena fert, fuissent proposita, praeteriens ipse in equo, stetit aliquandiu, caput examine perticæ infixum non sine amaro risu spectans; questusque non satis eminere, altius erigi ad majorem exempli vim, ut ajebat, jussit. Demens, qui ita crudelitatem expleret, nescius instare a tergo horribilem crudelitatem poenam, quae brevi scelerum adepta est.

Paucis evolutis mensibus, accumbebat Yalvertonus mensae uno tantum adstante servulo coenac ministro: cum derrepente visus ipse sibi velut pugno ictus in occipite. Convertit sese, et famulum innoxium iracunde compellans, temeritatem increpat. Mirari ille, quid ita venisset in mentem hero, nulla oblatâ causa, stomachari. Nihil a se factum, nihil animadversum dicere. Inter haec, iterum se, et multo quam antea gravius percuti occulta manu sentit. Tum vero expavit miser. Totis intremiscens artibus, exsanguis metu, e mensa ad lectum se recepit, ubi aegre animam trahens, intra duas horas expiravit. Hunc habuit Yalvertonus exitum, nemine non agnoscentis divinitus poenam, ob innocentem injuste crudeliterque oppressum. Ac post haec casum iniquissimum Judicis quem constaret tam terrifico eventu periisse, cuncti ad exemplum divinae severitatis memorabant, ejusque memoriam viri aequi pariter iniquique execrabantur. Arousmithœm contra e patibulo in caelum evolasse, ipsimet pro certo sumebant affirmabantque heterodoxi. Movebantur ut ita crederent, cum perspecta viri innocentia, tum in primis aquitate ea securitate plane admirabili, qua supplicium contra jus fasque irrogatum expererat. Neque vero ostenta huic affirmandæ opinioni defuerunt. Quo die necatus Edmundus fuit, eodem spectandum se per speciem dedit P. Ambrosio Barloo, e Benedictinorum familia sacerdoti, qui catholicae Religionis causam haud ita a Lancastria procurabat; neque solum certiorem eum de sua morte, quam penitus ignorabat fecit, sed praeterea similem parari ipsi triumphum praenunciavit. Addidit, caveret sibi quam diligentissime ab adversiorum calliditate. Acturos enim astu, quando jure nil possent. Captiosis interrogationibus usuros, nullam non arrepturos criminandi ansam ex ipsis responsis. Quae omnia ita prorsus uti praedicta fuerant, evenerunt. Haec porro Barlus ipse, paulo antequam ad supplicium produceretur, ad fratrem suum Duaci commorantem perscripsit ex carcere Lancastriensi. Agebat cum caesus est P. Edmundus annum aetatis quadragesimum tertium, ab inita Societate quintum. Praestanti ingenio doctrinaque vir, magna itidem virtute, et flagrantissimo in primis studio-animatorum fuit. In redargendis haereticorum erroribus pollebat arte praecipua, nec dubitavit aliquando cum eorum magistris in publicum certamen descendere. Memorabile p[ro]æ caeteris praelium illi fuit cum pseudoeopisco Cestriae, homine arroganti, non tamen indocto, quem in frequenti

^{99.}
Immanis in eum
sævitia Henrici
Yalvertoni.

^{100.}
Qui terribili
exemplu plecti-
tur.

^{101.}
Arousmithœi
gloria ostentis
illustratur.

^{102.}
Ejus elegium.

ministrorum concessu ita confudit, ut pluribus acceptis vulneribus coactus fuerit herbam, ut dicitur, victori porrigeret. Ac tum quidem inultum clavis dolorem pseudoepiscopus tuliit, quia non placebat eo tempore magistratibus in catholicos saevire, cum de matrimonio Angli Principis cum uxore catholica tractabatur. At mutata ratione temporum, et in locum Jacobi Regis suffecto Carolo filio, pauti furori diu compresso campus, ejusque prima quasi victima Arousmiteus cecidit.

^{103.}
Capiantur alii
quindecim de So-
cietate.

Dum haec Lancastriae gerebantur, per reliquam Angliam in manus satellitum inciderunt alii de Societate quindecim, quo ex numero quinque, dum simul spiritualibus, ut loquimur, Exercitis suo more vacant Londini, in aedibus Georgii Talboti Solopiensium comitis, proditione falsorum fratrum oppressi fuerunt.

Ablatum una quidquid apud se habebant litterarum; quod adversarii in magno posuerunt lucro, quippe nihil dubitantes, quin laterent in iis clandestina consilia, quae nostri agitare contra Rempublicam ferebantur. At chartis diligentissime pervolutis, nihil inventum quod quantavis calumniandi libidine carpi posset,

imo praeter argumenta foventiae pietatis, omnino nihil: quae res calumniatoriis improbus vocem inclusit. Et nihilominus Patri Eduardo Moro (Roffum alio nomine appellabant), propterea quod Romani sacerdotii convictus diceretur, judicatum est perduellionis crimen, eoque nomine capitalis in eum dicta sententia.

Re ipsa non fuerat Morus sacerdotii convictus. Inventus solummodo fuerat infamis ac sceleratus apostata, alias compertus falsum testimonium in judicio dixisse, qui testaretur, conspectum cum sibi cum apud legatum Regis Hispaniarum solemnni ritu sacris operaretur. Hunc ut intestabilem repellebat Morus.

Sed exceptionem minus attenderunt Judices, et nihilominus Morum criminis convictum pronunciaverunt, quod in causa Majestatis cuivis credendum testi affirmarent, si modo pro Rege ferret testimonium. Dicta capitali sententia, expediebantur instrumenta supplicii in diem posterum, et beatam necem vir innoxius opprimebatur. At Regina, femina eximie catholica, indignum putans catholici sacerdotis sanguine cruentari urbem regiam, praesente ac prope inspectante se, Regis clementiam imploravit. Qua exoratus deprecatione Rex, non modo viri innocentiam vitam ei condonavit, sed ipsius etiam precibus dedit, ut quicunque ob repudiatam quam saepe dixi juramenta formulam attinebantur in vinculis, perpetuum carcerem exilio mutantur. Ita ereptus supplicio Morus fuit. Veruntamen in arcta custodia servatus, nullum miseriarum exitum inveniebat. Et parum abfuit, quin eandem ob causam morti dederetur anno sequenti, cum denudo coactus est Londini conventus ordinum. Instantibus enim legatis civitatum, ut contra pontificios sacerdotes exercerentur leges, et catholicae religionis cultus omnino per Angliam extingueretur, facilem se praebuit initio Rex, neque id tam voluntate sed necessitate potius, quod in summa rei pecuniariae difficultate versaretur, omnemque ejus sublevanda spem in ordinum voluntate constitutam videtur. Inde editus in urbem rumor, Morum propediem affectum iri supplicio. At secus accidit. Nam postea quam Rex intellexit, qui Pontificiam potestatem tantopere aversarentur, eosdem regium quoque imperium impatienter ferre, et quaedam, movere, quibus viderentur ipsum velle in ordinem redigere principem; continuo conventum dissolvit, nulla re graviore contra catholicos constituta, nisi quod exigi ab iis nulla remissione multas fisco debitas jussit, ut eorum pecunias inopiam suppleret erarii.

Per haec Galliae Rex Ludovicus, Calvinianam factionem justo pioque bello insecutus, de suis et Ecclesiae perduellibus insigniter triumphabat. Victoriis coronam imposuit Rupellanae arcis expugnat, de qua nullae per illud tempus linguae neque litterae siluerunt. Ea in arce domicilium haeresis Calviniana ac veluti solium collocaverat. Civitas, excusso legitimi Regis imperio, Anglis sese emancipaverat. Ne tam facile a Gallis recuperetur, in mora erat, tum natura ipsa loci et magnitudo munitionum, tum praesertim opportunitas maris, qua utens Angli milites, in urbem cum annona impune commeabant. Sed nihil horum deterruit Ludovicum. Fraenatum et obseratum est mare, structo mediis in

^{104.}
Capite dannan-
tur P. Eduardus
Morus.

^{105.}
Supplicio exi-
mitur interven-
tu Reginae.

^{106.}
Iterum perfici-
tatur, et quare.

^{107.}
RES AQUITA-
NICA.
Ludovicus Rex
arcem Rupellen-
sem expugnat.

fluctibus ingenti aggere, quo nihil post hominum memoriam aut tentatum difficultius, aut glorioius perfectum. Urbs diu contumax et nunquam,¹ ut putabatur, domanda, haeresi simul et Anglo sub initium Novembris mensis erepta est. Decem fere menses tenuit obsidio. Toto autem hoc tempore Rex vere christianissimus, non tam armis quam Divini Numinis praesidio fretus, praeter omnem belli apparatum, ad procurandam inter milites pietatem, magnam Religiosorum manum habere voluit in castris, quo ex numero tres de Societate sacerdotes fuerent. Jam istorum non inutilem fuisse operam, colligo, tum ex litteris nostrorum multis ac variis, tum praesertim ex luculento testimonio, quod eorum virtuti ipsemest Rex statim post victoriam, non tam voce quam factis dedit. Vix enim potitus urbe contumaci, codicilos scripsit, quibus stabilem Societati sedem assignari jubebat Rupellae apud S. Michaelis, omniaque illius aedis iura nostris hominibus in perpetuum tribuebat, quaedam jam tum fundamenta ponens Collegii, quod post sesquiannum regia liberalitate conditum est. Perhonifica nobis accidit Principi tam eximia benignitas, tum quod iis codicillis diserte profitebatur, ad submington Ecclesiae Calvinianos, qui Rupellae degerent, videri sibi haud levis momentu fore operam Societatis, tum maxime quod multae Religiosorum familiae, quae ante Rupellensem defectionem in illa urbe sedem habuerant, nunc sua sibi domicilia restituenda sperabant; neque tamen Rex potestatem illuc remigrandi fecit, nisi admodum paucis, et iis additam Societatem, quae nunquam ibi habitaverat, nec petentem voluit.

Rupella expugnata, Calviniana factionis arce primaria, tota pene factio visa concidere. Rohanius perduellum Dux, tota fugatus est Occitania, et a suis passim desertus, publico quin etiam odio damnatus ob crudele edictum, quo catholicos omnes, quotquot in urbibus suarum partium reperti fuissent, vel bello deinceps caperentur, suspedio necari jubebat. Hujus immanitatem edicti boni pariter malique exhorruerunt. Et multi, reputantes quam atrox saevumque sit haereseos ingenium, hac maxime causa ad partes catholicas se transtulerunt. Neque temporis opportunitatem nostri homines neglexerunt. Cum simul duce et consilio Calviniani carerent, et regii terror nominis versaret animos, urgebant eos assidue ut a contumacia discederent, pacatum experturi Principem si in sinum Ecclesiae se contulissent. Nec surdis canebant. Magna ubique secuta est inclinatio animorum, praezeros in Provincia Tolosana. Albenaci, quod tractus Vivariensis est oppidum, quotquot supererant cultores haereseos, moti Patrum ibi commorantium cohortationibus, sese catholicis adjunxerunt. Eorum describens numerum Henricus Spondanus, fuisse narrat familias ducentas et quinquaginta circiter. Non nihil discrepant nostrorum litterae annales, vix capita totidem recensentes. Sed ut incertum sit de summa illud plane constat, Albenacum hoc anno factum esse ex toto catholicum, cum ante adventum Societatis vestigium catholici cultus nullum ibi resideret.

Verum, ut cursus rerum humanarum est varius, laetitiam istorum eventuum ex parte foedavit moeror de pestilenta, quae multas Galliae urbes eodem anno corripuit vastavitque. Atque in hoc quoque publico malo enituit nostrorum charitas et industria. E sociis provinciae Tolosanae ministerium inserviendi aegrotis depoposcerunt amplius sexaginta. Et quamquam non omnes pii voti compotes fuerunt facti, quippe generosum ardorem temperante prudentia moderatorum, non iis tamen moriendo voluntas, sed facultas defuit. Tolosae unum solummodo ad id operis admirerunt publicae curatores rei, sed unus instar multorum fuit. Eo diu noctuque urbem percurrente, nihil domi de usitata in excipiendis confessiobibus assiduitate minutum est. Haec tantum adhibita cautio. Tribunalia poenitentiae ad paritem obverterunt, unoque ac longo ordine disposita asseribus transversis junxerunt ex anteriore parte, sic ut poenitentibus non nisi ad latera pataret accessus. Ea infer et paritem relinquebatur spatium, per quod disclusi a populo sacerdotes permearent. Crates velaverunt papyro inuncta, ut interciperet siquid pestilentis animae quisquam confitentium afflasset. Hac effectum industria, haud equidem sine caelesti ope, ut e tot Patribus, in quotidiano vitae

108.
Societas collo-
catur Rupellae
jussu Regis.

109.
Res TOLOSANAEC.
Factio haereti-
corum conser-
nata.

110.
Albenacum fit
ex toto cutoli-
cum.

111.
Labores socio-
rum Tolosae pe-
stilentia grar-
sante.

^{112.} *Pius ardor P. Francisci Martincurtii, ejusque mors Aureliaci.*

metu periculoque versantibus, nemo periret. At Aureliaci nulla caveri arte potuit, ne pio muneri immoreretur P. Joannes Franciscus Martincurtius, cuius viri et semper antea spectata virtus fuerat, et per eam maxime occasionem emicuit. Qua primum die vulgatum est luem esse intra oppidum, ceteris metu consternatis, exarsit ipse beatae mortis cupidine, eademque die, quae fuit postridie Cal. Quintiles, scrispis ad Provinciale Praepositum (erat is P. Petrus Casanus), valde rogans, sibi ut potestatem faceret ministrandi aegrotis. Et erant litterae iis conceptae verbis, quibus nihil ad exorandum efficacius. Suis maxime sceleibus lacesitas ajebat caelestes iras contra Aureliacenses, suo propterea capite placandas videri. Se nullius esse hominem, Societati inutilem, imo gravem. Talis itaque jacturam capitis, si occumberet, non modo facilem, sed lucro apponendam fore. Multa subiiciebat in eandem sententiam, plena sacri ardoris, demissionis et pietatis, quae Provincialis cum legret, nec temperare a lacrymis potuit, et facile motus est ut secundum postulata rescriberet. Martincurtius, voti composfectus, exilire gaudio, sodalibusque supremum vale dicere, ita prorsus ac si de vicino interitu, seu verius triumpho, certa sciret. Praesensionem non fecellit eventus. Prodiit in aciem vir fortissimus ad VII. Cal. Sextiles, ac post dies viginti duos in ministerio aegrorum sedulo alacriterque traductos, brevis operae mercedem quam maxime concupiverat tulit, pestilenti morbo sublatus ad XV. Cal. Septembres. Martincurtio successit P. Joannes Cladel, atque hujus etiam viri eximia tam saevo tempore virtus fuit. Mensibus quinque supra tria millia contentium audivisse dicitur. Eodem tempore civitatem a Magistratibus fere relictam, et quod plerumque in ejusmodi cladibus usuvenit, omni custodia publica destitutam, solus auctoritate consilioque continuit, et incolumem a latrociniis ac direptionibus praestit. Nec tacenda res, haud magni illa quidem momenti, sed visa tunc multis ad viri commendationem notabilis. Quandiu pestis grassari perexit Aureliaci, cum in Cladelii manibus expirarent subinde ex omni ordine ac sexu permulti, ne unus quidem inventus, qui aut ipsi aut Societati legaret quidquam, licet alii religiosorum familiis multa passim testamento relinquenterunt. Quod valuit ad obstruenda iis ora, quibus suspecta erat eo tempore charitas Societatis. Nec enim deerant qui haec misericordiae officia maligne interpretarentur, per eaque captari a nostris haereditates et testamenta morientium dicitarent.

^{113.} *Ibidem P. Joannes Cladel rem strenue gerit.*

Per idem tempus pervaserat exitialis lues Anicum et Cadurcum, easque urbes miserandum in modum populabatur. Cladem non otiosi spectarunt homines nostri, nec, ut multi, salutem fuga aut latebris quaeasierunt, sed afflictis civitatibus, neglecto vitae suea periculo, pro viribus subvenerunt. Anicii elatos inventio socios quatuor, quos constat mortis causas hausisse ab labore immodo, quo circa aegrotos occupabantur. Praeivit caeteris ipsemet Collegii Rector P. Arnaldus Dupin. Brevi secutus est intervallo P. Stephanus Delese: tum P. Matthaeus Bartolominus. Agmen clausis Frater Andraeas Dufortius, rei domesticae adjutor: viri omnes excellenti virtute, quorum nomina in libro vitae, ut credere piut est scripta, his etiam annalibus consignanda fuerunt. In collegio Cadurensi familia censebatur hoc tempore admodum exigua. Tamen urbem ut corripuit lues, ex ea sociorum paucitate extitere quatuor vitae mortisque splendidi contemptores, qui se juvandis aegrotis ultiro devoverunt. Primas in iis partes gessit P. Petrus a S. Joanne, cuius tanta fuit industria, ut quidquid civium ex lacrimabili urbis clade superfuit, ipsi potissimum salutem referret acceptam. Pestis licet afflatus, nunquam desit omni ope studioque languentibus famulari; et quamquam inter sexcentas quotidianas mortes versaretur, Deo protegenti, incolumis servatus est. At Collegii Rector P. Arnaldus Caperoy, Fraterque Oliverius Giausen domesticae curator rei, dum aegrotorum curae se totos impendunt, morbo ex contagione contracto feliciter obierunt. Parem vitae exitum peroptabat P. Julius Caesar Bulengerus, homo longe doctissimus, et e suis scriptis notissimus, patria Juliodunensis; nec per ipsum stetit ne tabidorum ministerio addiceret se. Sed minime visum moderatoribus ejus votis annuere. Metuerunt, ut arbitror,

^{114.} *Quatuor Sociorum pia funera Anicii.*

Per idem tempus pervaserat exitialis lues Anicum et Cadurcum, easque urbes miserandum in modum populabatur. Cladem non otiosi spectarunt homines nostri, nec, ut multi, salutem fuga aut latebris quaeasierunt, sed afflictis civitatibus, neglecto vitae suea periculo, pro viribus subvenerunt. Anicii elatos inventio socios quatuor, quos constat mortis causas hausisse ab labore immodo, quo circa aegrotos occupabantur. Praeivit caeteris ipsemet Collegii Rector P. Arnaldus Dupin. Brevi secutus est intervallo P. Stephanus Delese: tum P. Matthaeus Bartolominus. Agmen clausis Frater Andraeas Dufortius, rei domesticae adjutor: viri omnes excellenti virtute, quorum nomina in libro vitae, ut credere piut est scripta, his etiam annalibus consignanda fuerunt. In collegio Cadurensi familia censebatur hoc tempore admodum exigua. Tamen urbem ut corripuit lues, ex ea sociorum paucitate extitere quatuor vitae mortisque splendidi contemptores, qui se juvandis aegrotis ultiro devoverunt. Primas in iis partes gessit P. Petrus a S. Joanne, cuius tanta fuit industria, ut quidquid civium ex lacrimabili urbis clade superfuit, ipsi potissimum salutem referret acceptam. Pestis licet afflatus, nunquam desit omni ope studioque languentibus famulari; et quamquam inter sexcentas quotidianas mortes versaretur, Deo protegenti, incolumis servatus est. At Collegii Rector P. Arnaldus Caperoy, Fraterque Oliverius Giausen domesticae curator rei, dum aegrotorum curae se totos impendunt, morbo ex contagione contracto feliciter obierunt. Parem vitae exitum peroptabat P. Julius Caesar Bulengerus, homo longe doctissimus, et e suis scriptis notissimus, patria Juliodunensis; nec per ipsum stetit ne tabidorum ministerio addiceret se. Sed minime visum moderatoribus ejus votis annuere. Metuerunt, ut arbitror,

^{115.} *Cadurci aegrotis famularum nostri, unus occubuit.*

Per idem tempus pervaserat exitialis lues Anicum et Cadurcum, easque urbes miserandum in modum populabatur. Cladem non otiosi spectarunt homines nostri, nec, ut multi, salutem fuga aut latebris quaeasierunt, sed afflictis civitatibus, neglecto vitae suea periculo, pro viribus subvenerunt. Anicii elatos inventio socios quatuor, quos constat mortis causas hausisse ab labore immodo, quo circa aegrotos occupabantur. Praeivit caeteris ipsemet Collegii Rector P. Arnaldus Dupin. Brevi secutus est intervallo P. Stephanus Delese: tum P. Matthaeus Bartolominus. Agmen clausis Frater Andraeas Dufortius, rei domesticae adjutor: viri omnes excellenti virtute, quorum nomina in libro vitae, ut credere piut est scripta, his etiam annalibus consignanda fuerunt. In collegio Cadurensi familia censebatur hoc tempore admodum exigua. Tamen urbem ut corripuit lues, ex ea sociorum paucitate extitere quatuor vitae mortisque splendidi contemptores, qui se juvandis aegrotis ultiro devoverunt. Primas in iis partes gessit P. Petrus a S. Joanne, cuius tanta fuit industria, ut quidquid civium ex lacrimabili urbis clade superfuit, ipsi potissimum salutem referret acceptam. Pestis licet afflatus, nunquam desit omni ope studioque languentibus famulari; et quamquam inter sexcentas quotidianas mortes versaretur, Deo protegenti, incolumis servatus est. At Collegii Rector P. Arnaldus Caperoy, Fraterque Oliverius Giausen domesticae curator rei, dum aegrotorum curae se totos impendunt, morbo ex contagione contracto feliciter obierunt. Parem vitae exitum peroptabat P. Julius Caesar Bulengerus, homo longe doctissimus, et e suis scriptis notissimus, patria Juliodunensis; nec per ipsum stetit ne tabidorum ministerio addiceret se. Sed minime visum moderatoribus ejus votis annuere. Metuerunt, ut arbitror,

^{116.} *Mors et elegium P. Iulii Caesaris Bulengeri.*

Per idem tempus pervaserat exitialis lues Anicum et Cadurcum, easque urbes miserandum in modum populabatur. Cladem non otiosi spectarunt homines nostri, nec, ut multi, salutem fuga aut latebris quaeasierunt, sed afflictis civitatibus, neglecto vitae suea periculo, pro viribus subvenerunt. Anicii elatos inventio socios quatuor, quos constat mortis causas hausisse ab labore immodo, quo circa aegrotos occupabantur. Praeivit caeteris ipsemet Collegii Rector P. Arnaldus Dupin. Brevi secutus est intervallo P. Stephanus Delese: tum P. Matthaeus Bartolominus. Agmen clausis Frater Andraeas Dufortius, rei domesticae adjutor: viri omnes excellenti virtute, quorum nomina in libro vitae, ut credere piut est scripta, his etiam annalibus consignanda fuerunt. In collegio Cadurensi familia censebatur hoc tempore admodum exigua. Tamen urbem ut corripuit lues, ex ea sociorum paucitate extitere quatuor vitae mortisque splendidi contemptores, qui se juvandis aegrotis ultiro devoverunt. Primas in iis partes gessit P. Petrus a S. Joanne, cuius tanta fuit industria, ut quidquid civium ex lacrimabili urbis clade superfuit, ipsi potissimum salutem referret acceptam. Pestis licet afflatus, nunquam desit omni ope studioque languentibus famulari; et quamquam inter sexcentas quotidianas mortes versaretur, Deo protegenti, incolumis servatus est. At Collegii Rector P. Arnaldus Caperoy, Fraterque Oliverius Giausen domesticae curator rei, dum aegrotorum curae se totos impendunt, morbo ex contagione contracto feliciter obierunt. Parem vitae exitum peroptabat P. Julius Caesar Bulengerus, homo longe doctissimus, et e suis scriptis notissimus, patria Juliodunensis; nec per ipsum stetit ne tabidorum ministerio addiceret se. Sed minime visum moderatoribus ejus votis annuere. Metuerunt, ut arbitror,

invidiam litterariae Reipublicae, si tale caput periculo objecissent. Decessit nihilominus vir praeclarus hoc anno eodem, seu peste, seu quo alio morbo consumptus, ejusque obitum tota Cadurcensium civitas magno luctu est persecuta. Totos tredecim annos in Societate vixerat Bulengerus, cum ab ea recedere per causam domesticae pietatis coactus est, ut fratri sui filiis impuberibus, et eorum matri viduae inopique consuleret. Sed postea quam illi, annis et litteris aucti, rem familiarem non incommode constitutam habuerunt, licet ipse non modicis opibus, in primisque fama doctrinae non vulgari frueretur, possetque ingravescensem aetatem in otio honestissimo traducere apud suos, maluit Societati se reddere, ut ubi pie vivere didicerat, ibidem pie ac placide moreretur. Profectus igitur Romam, ibi denuo in nostrum ordinem receptus est, anno hujus saeculi vigesimo, postquam discesserat, duodevigesimo. Mox regressus in suam Galliam, reliquos vitae annos octo cum eximia probitatis laude exegit Cadurci, ubi demum sextili mense inueniente diem clausit extremum, annum aetatis supergressus septuagesimum. Plures edidit Bulengerus libros, in quibus si quid commode scriptum est, illud omne Societati se debere profitetur: quod maxime disertis verbis praefixum voluit Tomo primo suorum opuscularum. Sed ad institutum de pestilentia sermonem redeamus.

Nuspiciam alibi atrocius saeviit extialis morbi vis, quam Lugduni et in circumposito late tractu, nec alibi plenus effudit sese charitas industriaque nostrorum. Vix credibilia videantur, quae de clade Lugdunensi probatae fidei documentis fuerunt tradita. Octo ipsos menses urbem frequentissimam pestilentia afflixit, et quibusdam diebus cadavera mortuorum elata sunt ad mille et quingenta. Fuit cum uno eodemque tempore ad viginti milia numerus aegrotantium excessit. Erat deinde genus morbi peraeque ad cavendum et ad curandum difficile. Quos semel invaserat, paucissimis plerumque diebus conficiebantur. Et eos etiam invadebat identidem, qui cum procul essent ab omni aegrorum commercio, infici contagione non poterant. Quid quod acrius et perseverantius, ubi coelum aliqui liberius aedesque laxiores, quam urbi infimae, ubi depressis angustisque aedificiis turba pauperiorum degebat? Haec aliqui reputantes, non tam naturalibus causis, quam justae Divini Numinis indignatione diram imputabant calamitatem, et evidenter apparere affirmabant iram superum. Utuncque esset, memor res filii Societatis quantum amplissimae civitati pro immortalibus ipsius deberent meritis, statim atque pestilens malum explicit sese, hanc occasionem suam, hoc tempus referendae gratiae putaverunt. Continuo ad Provincialem Praepositum venerunt ex cunctis provinciae partibus litterae, curam Lugdunensium tabidorum enixe depositentium. Id e solo collegio Dolano flagitarunt socii plus quadraginta. Provincialis, tametsi omnium alacritatem prolixe dilaudaret, tamen delectu utendum ratus, ex omni petitorum numero elegit duntaxat decem, sed praestanti in primis animo atque virtute, quorum sex sacerdotes, caeteri e Fratrum ordine, hisque unis arduam procreationem commisit. Reliquos quiescere, et expectare dum admonerentur jussit. Illi secum praecclare actum arbitrati, quod praelati tam multis competitoribus fuissent, rem quo expoterant ardore, eodem suscipere statim, ac porro gerere. Unum agere certatum, ut mortales quam possent plurimos humanis divinisque subsidii juvarent. Nec dilata charitati merces. Septem in ipso opere ministerii occubuerunt. Fuerunt hi Ignatius Pomponius, Franciscus Botonus, Joannes Corletus, et Laurentius Bourtonus, sacerdotes, Stephanus Col, Franciscus Champinus, et Franciscus Columbus, rei domesticae adjutores. Quos ideo nomino, quia tales nominare qui ita cederint viros, satis laudare est. Quamquam vel anteacta vita laudabilis Botonus fuit, cuius proinde virtuti proprium ac singulare elogium debetur. Vir multarum litterarum fuit is, ut scripti ab eo libri testantur, at religiosis praecipue virtutibus claruit. Primam innocentiam tumulo inflaminatum intulisse creditur. Eam certe incredibili diligentia, in primisque pia erga suum corpus crudelitate custodiebat. Cibo utebatur tenuissimo, ac semper arido. Somnum non carpebat nisi brevem, eumque perincommodum, humi cubans plerumque, quam modica tantum palea insternebat.

Tom. II.

27

117.
RES PROVINCIAE
LUGDUNENSIS.
Pestilenta stra-
gem vix credi-
bilem edit Lug-
duni.

118.
*Multe nostris
curae tabidorum
se devotevent.*

119.
*Septem in pio
ministerio oc-
cumbunt. Elo-
giunt P. Fran-
cisci Botoni.*

Munditas caeteras, tum in victu, tum in cultu corporis, ut certas animae pestes aversabatur, refugiebatque. Nulla illi voluptas oratione, silentio ac solitudine gratior. Studio propagandi Evangelii profectus olim in Turcicam expeditionem, Bizantium usque devenerat. Ibi dum christianis adjuvandis operam navat, Hæretici cujusdam malevolentia delatus ad Magistratum, comprehenditur, unaque cum aliquot ejusdem ministerii sociis in vincula traditur. Aërumnas et squallorem carceris vir patiendi avidissimum in delicias habuit. Itaque, offerente pio quodam et locuplete viro pretium pro libertate vinctorum, ipse caeteros praeferriri sibi voluit socios, nec usus est beneficio nisi post plures menses, omniumque postremus. Reversus in Galliam, beatae mortis palmam, quam sibi eruptam dolebat Constantinopoli, denuo oblatam sibi crediti Lugduni pestilentia grässante; exortatis Moderatoribus, in arenam charitatis descendit eo animo, ut nihil mallet quam pro fratribus suis emori. Et quamquam ad id ministerium vires afferabat longa abstinentia debiles et infirmas, perrexit tamen per aliquot continenter dies regiones fere omnes tam late patentis urbis labore vix credibili perlustrare, donec laboris pariter ac vitae cursum feliciter consummavit XVI. Cal. Novembris. Eum ferunt paulo ante quam moreretur, magno conatu adrepisse ad collegam suum P. Ignatium Pomponium, qui itidem moribundus jacebat in proximo, eique mysticae inunctionis sacramentum ministrasse: mox aptasse infirmos artus ad ipsius lectulum, ac se vicissim illi inungendum praebuisse. Addunt, tam novo pietatis spectaculo fuisse cunctos qui aderant admiratione oppletos, et multis lacrymas excidisse. Natus erat Botonus honestissimo inter sequanos loco, aegabatur cum mortuis est annum aetatis quinquagesimum, a suscepta Societate trigesimum secundum.

¹²⁰
Alii Patres Lug-
dunirem utiliter
gerunt.

¹²¹
Piacula ad pla-
candas caelestes
iras adhibita.

¹²²
Rodumnae cur-
ram publicae
rei nostri susci-
piunt tempore
pestilentiae.

Praeter eos decem, quos curandis aegrotis addictos dicebamus, quotquot Lugduni degebant Patres; licet intra Collegii sui septa consistenter, utilem civitati operam per usitata ordinis ministeria praestiterunt. Semper patuit tam duro tempore aedes Societatis, semper sacerdotes confessionibus excipiendis, sacrisque ministrandis praesto fuerunt. Res divina publice peragebabur quotidie, diebus vero festis solemnies conciones habebantur, ac caetera religionis officia exercebantur. Quae quidem hoc gratiora acciderunt civitati, quod pleraque per urbem templis id temporis vel obserata, vel publico sacrorum usu destituta inveniebantur. Quibusdam praeterea Parthenonibus, quos urgebat extrema rerum omnium angustia, opportune subventum est. Nam cum deessent iis tum divinae, tum domesticae curatores rei, quippe aliis morte sublati, aliis metu mortis in fugam acti, sacrarum Virginum curam suscepserunt homines nostri, atque ita rebus omnibus prospexerunt, ut illae nulla neque corporis neque animi praesidia desiderarint, quam Patrum charitatem solertiaque magno commendarunt opere recti aestimatores rerum. Postremo qui aliam non invenerunt ferenda opisiam, privatis saltem publicisque suppliciis calamitatem depellere studuerunt. Nullum piaculi genus ad placandas caelestes iras omissum est. Praeter alia privatim adhibita, sub anni finem instituta est pia supplicatio ea poenitentiae specie, quae civitatem universam luctu salutari complevit. Prodierunt siquidem ex collegi aedibus Mariani sodales frequentissimo agmine, nudati pedes, induti sacco, crasso fune colla circumdati, processeruntque supplicantum ritu ad Beati Rochi, pacem superum lugubri ac maesto cantu exposcentes: quae res multitudinem circumfusam ita commovit, ut in lacrymas funderentur plerique, omnes ad imitationem exempli incenderentur. Hinc urbis Magistratus supremus, sive suapte sponte, sive aliorum hortatu, similis formae supplicationem indixit cunctis ordinibus Civitatis. Et notatum est, ea vix peracta, vim morbi paulum mitigari coepisse.

In aliis provinciae locis, etsi mitiorem aliquanto stragem edidit lues, non innoxia fuit tamen, neque parvam nostris hominibus materiam bene merendi de re publica praebuit. Rodumnae statim atque ex inopinatis paucorum mortibus cognitum est malum esse intra moenia, vix credibile quanta exorta sit consternatio. Continuo sibi quisque consulere, fugam circumspicere, vias omnes tuendae

salutis exquirere. Primi animum desponderunt primores urbis plerique; ac cele-
ri fuga dilapsi, curam omnem tum publicae tum privatae rei, penitus abjece-
runt. Qui remanserant, torpentes metu, atque in summa rerum desperatione
consiliis inopes, quo se verterent non habebant. Hoc rerum statu, progressi in
apertum homines nostri, procurationem afflictæ civitatis sumpserunt, ac partim
sua, partim amicorum industria, necessaria corporum animorumque remedia
providerunt. Conspicati id aliqui ex nobilioribus, atque exemplo animati, mini-
me recusarunt accurrere, ac fatiscenti patriae opem ferre, donec paucis satiata
funeribus pestilentia resedit. Atque ita Rodummensibus saluti fuit nostrorum ala-
critas, qua effectum ut mala invalescenti occurrerent ii, quorum maxime inter-
rerat ne omnino civitas morbi saevientis arbitrio permitteretur. Illustrius bene-
volentiae pignus a nostris retulit Carpenteracte, civitas Pontificiae ditionis, haud
Avenione procul, dum simili aerumna conflectabatur. Morbo siquidem ingra-
vescente, curam tabidorum suscepserunt socii quatuor, eorumque tres intra hebdo-
madas totidem tage contracta perierunt. Praeivit Frater Jacobus Vasserotus, cu-
jus incidit obitus in VII. Cal. Januarias. Secutus est postridie Cal. ejusdem
mensis P. Joannes Berardier, patria Belensis. Numerum fortunatum post octo
dies clausit Frater Joannes Merle, Montefalconio oriundus. Viri omnes virtute
non vulgari, ut ex ipsa quam fortiter adierunt morte colligere est. De Vassero-
to haec nominatim litterae tradunt: Carpenteracti natus ante annos quadraginta
et unum, hujus temporis partem plus dimidiata in Societate confecerat, famu-
laribus ministeriis addictus, et in suo semper gradu valde laudatus. Laborum pa-
tientissimus erat, mira itidem in agendis rebus industria, sed praecipua in Deum
ac superios pietate, quam nonnulla interdum miracula illustrarunt. Est illud ad
memoriam insigne, quod cum infectorum procurationem impetrasset, hujusque
rei causa migraturus esset e collegio in publicum urbis Limodochium, pridie
quam migraret, videre sibi visus est per quietem Christum Dominum clara luce
conspicuum, averso tamen in speciem vultu ac subirato similem, propterea
quod de prima virtutis contentione paululum remisisset. Et nihilominus lacry-
mas ubertim fundens, evicit momento post ut placido Christi aspectu frueretur,
et praeterea ex ipsis ore audiit quod olim Magdalena: *Remittuntur tibi peccata
tua. Qua voce adeo est recreatus, ut vix sui potens prae gaudio videretur.* Hinc
animosior factus, ut qui certum haberet pignus salutis sempiternae, certamen
illud ultimum charitatis tam forti et excelsa suscepit animo, ut cum luem con-
tagione haustam semel depulisset, valetudine vixum recepta, redierit ad inter-
missum opus, in eoque demum praeclarus mortis contemptor occubuerit.

Praeter eos, quos in ejusmodi ministerio extictos demonstravimus, extulere
socii Carpenteractenses et suo numero alios quatuor, et in magno fuerunt metu
ne totum funeribus collegium desolarebatur, quippe afflatum peste, quam unus
sociorum, dum urbem obit incautius fortuito hauserat, ac domum intulerat. Sed
accidit bene, ut collegio praecesset id temporis P. Franciscus Mailardus, vir consilio
manuque promptus, qui tantam familiae sua cladem pro merito dolens,
et maiorem extimescens in posterum, gliscenti malo remedium adhibuit adeo
simil promptum atque efficax, ut nihil ultra funerum domi fuerit. Neque solum
erga domesticos, verum et erga externos, pauperiores praesertim egentioresque,
hujus eluxit viri charitas et providentia. Nam cum multo ante tractus Lugdu-
nensis pestilentia ureretur, praesentiens ipse in tanta incendi vicinitate haud
facile immunes mali fore Carpenteractenses, et secuturam rerum omnium pe-
nuriam praecipiens animo, paraverat jam tum annonam ea copia, qua et fami-
liam aleret suam, et aliorum etiam inopiae subveniret. Quod re deinde ipsa,
quamdiu insedit urbi lues, non minus sedulo quam amanter praestit. Et ha-
buit prudentiae commendationem ipsa ratio exercendae benignitatis. Pro eo nam-
que ut mendicabulorum turbam promiscuam ad Collegii fores admitteret (qui
hominum concursus tali tempore maxime periculosi), sillabum sibi confecerat
pauperum circiter octingentorum ex egentioribus, eosque sua per tuguria disper-
sos subinde invisens, certam cibariorum mensuram viritim dividebat, et aliquem

123.
*Carpenteracti
socii tres in ob-
sequio tabido-
rum extincti.*

124.
*Elogium Fra-
tris Jacobi Vas-
seroti.*

125.
*P. Francisci
Mailardi curae
in summo di-
scrimine colle-
gi Carpentera-
ctensis.*

126.
*Ejusdem erga
externos provi-
dentia.*

pecuniae numerum singulis elargiebatur. Religiosorum etiam familiis, quae mendicato vivere consueverunt, benigne faciebat, et necessaria identidem subministrabat. Quae liberalitas cum esset in primis opportuna tempori, non solum gratissima civitati accidit, sed etiam ad silentium adegit eos, qui prius impensas in Collegii fabrica collocatas maligne reprehendere consueverant.

^{127.}
RES PROVINCIAE
TOLLTANAE.
*Mors et Ele-
gium P. Gaspa-
ris Sancii.*

In hoc statu Gallicae cum essent res, in Hispania provinciam Toletanam duo memorabilia funera contristaverunt. Prior naturae debitum solvit P. Gaspar Sancius, vir ille editis libris notissimus de quo dubites, plus ne sanctitatis exemplis, an monumentis ingenii nostrum illustraverit ordinem. Ejus humilitatem, quae quidem virtus radix caeterarum ac veluti basis est, ex una tantum re coniici velim. Vir talis ac tantus, qui nulli aetatis suae de sacrarum litterarum scientia concederet, per annos ipsos triginta latuit, quod nemo satis miretur, in infima latinitatis schola retrusus, perinde quasi nihil amplius posset quam primas explicare litteras pueris; neque tamen fastidire unquam visus humilem ac per molestem laborem, aut sua de sorte conqueri auditus. Quin collegio Huetensi Rector impositus, perrexit vel in magistratu moderari tenerum gregem intra scholam, valde inter se diverse Rectoris et Ludimagistri officia miro nexu conjungens. Agnoverunt aliquando tandem moderatores hominem, eductumque ex iis latebris divina volumina interpretari in collegio Complutensi jusserunt. Ipse, etsi caeteros majorum nutus cacco quodam impetu amplecti solitus, ad id primum imperium tergiversari, parendi necessitatem deprecari, onus majus viribus imponi imbecillo et immerenti dicere. Adeo tenebras virtuti fidis aegre deserebat. Paruit tamen, et quantumvis humanae laudis metuens, injunctum munus eximia gerens diligentia, perfecit multorum annorum labore, ut eruditioem, ingenium doctrinamque suis comprehensam lucubrationibus, non solum doctissimum quisque sui temporis, sed tota etiam posteritas miraretur. Tanti Doctorem nominis Compluto invidit recens instituta Matritensis Academia, utque in ea parabatur nova ad sacros explicandos codices cathedra, qui hanc primus occuparet Sancius est designatus. Sed vix Matritum appulsus, prius etiam quam novi magisterii possessionem adiret, ad XVI. Cal. Decembres excessit e vita, annos natus septuaginta quinque. Sancii obitum magnus domi forisque luctus exceptit, tum propter excellentem viri doctrinam, tum praescitum quod exemplar virtutum maximarum in eo amissum videbatur. Humilitati de qua dictum est, comitatem in agendo summam conjungebat. Innocentissimi semper moris fuit, primamque integritatem nunquam graviore aliqua noxa violasse creditur. Multi divinis saepe visis ac perceptionibus collistratum, supererit etiam aspectu alloquoque dignatum putabant. Qui denique hominem proprius contuebantur, negabant alium esse virum ea tempestate sanctiorem, et quidam revixisse in eo Ven. Ludovicum a Ponte non inscite affirmabant. Editus fuerat in lucem Centumputeolis, quod oppidulum est agri Matritensis, parentibus non solum honestissimis, sed pietate inclitis, ut de Matre nominatim ipse testatum reliquit in commentariis ad Cap. 4. Tobiae.

^{128.}
*Obitvs et Elo-
gium P. Joannis
Lucas Esquez.*

Matriti itidem ingens desiderium sui et parem sanctimoniae opinionem reliquit, P. Joannes Lucas Esquez, cuius vitae finem dies ultima Novembribus mensis attulit. Natale huic solum fuerat Caesaraugusta, Parentes e praecipua nobilitate. Auream sortitus indolem, et congruentem indoli institutionem, simul atque annum attigit duodevigesimum, Compluti ubi tum litteris operabatur, Societati se tradidit. Peracto orbe studiorum et sacerdotio suscepto, Missionibus Apostolicis adjecit animum, quas cum obiret, ut esset fructus perennior, solebat plures diversis locis sodalitates instituere, quarum aliquae nunc etiam et numero et pietate sodalium vigent. At Moderatores, cogniti hominis singulari divinaque prudentia, quem futurum domi perutilem sentiebant, cum non sunt passi totum exterorum esse. Avocatum itaque a Missionibus, ad formandos in tirocinio Matritensi alumnos Societatis transtulerunt, quo in munere vitam deinde reliquam posuit. Jam difficile sit verbis consequi, quanta Esquezius solertia teneras Tironum mentes ad pietatem inflecteret, quanta benignitate ac patientia ad singulorum se indolem ingeniumque componeret, quam multis denique, quam variis artibus

eos ad omnem virtutem extimularet, incenderet. Hoc primo fixerat loco, plus apud novitos valere magistri exempla quam verba, atque hac mentis inductione, quidquid iis praeciperet, prior ipse exemplo demonstrabat. Eos, verbi causa, ut pronos redderet ad misericordiam, pauperum saepe greges domi ad epulandum cogebat, epulantibus haud secus quam ipsimet Christo ministrabat, aperto capite, totoque ore ad obsequium ac demissionem composito. Quod cum faceret, in partem pii ministerii novitos vocabat. Iisdem ut inspiraret debitam erga divina mysteria venerationem, descendebat subinde in templum ante meridiem, neque alienum a se putabat, ea aetate ac dignitate vir, ministri partes agere in sacrificiis, quod ipsum summa et modestia et religione praestabat. Praeter privatas preces, quibus magnam diurni nocturnique temporis partem dabat, statam apud nos meditandi horam una cum suis novitiis decurrebat orans in communi, ac tantam spirabat ore ac toto corpore pietatem, ut orantis aspectu multum illi commoverentur, et ad similem pietatem incalescerent. Inter orandum conspicutus interdum est sensibus alienatus, atque in aere suspensus, tam agili tunc corpore, ut momento perlevi versaretur, omnemque in partem ageretur. Per haec Esquezius ad annum devenerat vitae quinquagesimum secundum, cum dignam tam sancta vita obiit mortem, morbo ex caritate contracto. Nam cum totam ferre tironum turbam lues quedam pestilens corripuisse, et lecto affixisset, dum iis bonus Magister dies noctesque assidet, et plusquam paterna sollicitudine opitulatur, luem eamdem hausit, qua intra paucos dies interit. Triduo ante quam occumberet, adstantem vidit beatissimam Virginem Dei matrem, ejusque aspectu et alloquo tantam animo fiduciam alacritatemque concepit, ut illam subinde ingeminaret vocem: *Cupio dissolvi, et esse cum Christo.* Utque amorem erga novitos suum vel moriens testaretur, vocatis ad se Patribus ac circa lectulum complorantibus sancte promisit, si caelestem in patriam, quod certo sperabat, devenisset, deprecatore fore se apud Deum, ut quidquid illud erat morbi ab imminenti sibique carissima familia depelleretur. Neque fefellit fidem. Paucis post Esquezii obitum diebus Tirones ad unum omnes convaluerunt, nullumque pestilentis mali vestigium in ea domo relicturn est. Ex quo licuit agnoscere, esse eum jam sedibus beatorum receptum. Praeter alia beneficia, debet illi etiam nunc Tirocinium Matriense, quod laxato aedificio facture fuerit multo quam antea spatiiosius.

Etiam Sardiniae virum sanctitatem conspicuum hic annus abstulit. Fuit is P. Joannes Garruccius, natus in oppidulo quod Templum Gallurae nominant. Nullo dum Societas domicilio in Sardinia fruebatur, et jam Societatem fama duntata sibi cognitam Garruccius adolescens diligebat. Ubi vero collegium Calaritanum fundatum est, nihil distulit Patrum disciplinae se tradere, quibus cum esset ob morum integratatem gravitatemque apprime carus, facile evicit ut in eorum numerum adlegeretur. Post tirocinium, in quo formam omnem religiosae perfectionis expressit, Valentiam est missus ad audiendos Philosophos ac Theologos. Barcino postmodum sacerdotium suscepit. Hinc in Indianum cogitabat, studio propagandae Religionis incensus. At Moderatores novam Sardiniae provinciam, magna tum sociorum paucitate laborantem, non putarunt tali suo viro privandam. Regressus ergo in patriam, hanc habuit loco Indiae, neque minus laborum atque aerumnarum feracem in sacris Missionibus reperit. Quamdui per aetatem licuit, nunquam destituti percursare insulam, perque sexentas itinerum difficultates, divini verbi pabulum populis esurientibus circumferre. Rexit per annos quindecim Collegium Calaritanum, deinde Domum probationis, ac ne tum quidem opus Evangelicum intermisit, sed ita temperavit potius, ut maximam anni partem consideret Domi, cum vero a domesticis curis erat otium, in sacras expeditiones excurseret. Jam qui fierent eo perorante motus animorum, difficile explicatu sit. In lacrymas et singultus tota plerumque concio solvebatur. Alii mox ad poenitentiae tribunal confertim accurrerant, conscientiae onera deposituri: alii iis a quibus fuerant laesi, osculum et amplexus ultro offerebant: alii res furto sublatas, aut pecunias iniquis pactionibus partas, ad pedes concionatoris comportabant. Ubiecumque denique sacram missionem peregerat, populos, inscrita

licet, rusticatae, moribus pene barbaros, ad novam speciem pietatis compositos relinquebat. Ejus eloquentiae vim ac pondus addebat quod saepe futura ex vero praedicaret, saepe inclusa hominum mentibus consilia detegeret, aliaque supra naturae ordinem multa, sive in infernis spiritibus exigendis, sive in morbis persanandis ederet. Quae cum vulgi sermonibus late celebrarentur, Garruccium ut unum quedam ex Apostolis divinitus missum suscipiebant audiebantque omnes, nemo hortanti difficilem se praebebat. Sed nullam splendidius miraculum virtutibus ipsius erat. Charitate cerebatur erga proximos tanta, ut mortem ipsam cum eorum salute libenti pacisceretur animo. Fuit cum inter districtos rixantium gladios, et ferream missilium grandinem injecit sese, ut concitatae multitudo tumultum componeret. Senio fatiscaens, cum nequiret jam ob vires plus nimio attritus peragrare insulam, perrexit tamen quo potuit modo Calaritanam urbem excolere usque ad extremum. Senex annorum plus octoginta, circuibat identidem vias celebriores, pueros et male feriatam plebem convocabat, Christianae doctrinae elementa publice explicabat. Mortem appropinquantem nunquam exhorruit. Tria rogabat tamen assidue Deum, ac porro sperabat. Primo, ut mori continget non in turpi otio, sed inter labores apostolicos, ac statari militis more in ipsa acie. Deinde, ne quid incommodi per occasionem sui obitus crearetur domesticis, aut externis. Postremo, ut mors incurreret in diem B. P. Ignatii anniversariam. Quae omnia est consecutus ad votum. Ipsa Ignatii natali die, Julii mensis ultima, cum plures continenter horas in excipiendis confessionibus perstisset immotus, dum surgit e sella poenitentiae divinam, facturus rem, corruptus stupore subito morbi, quem apoplexi vocant, concidit. Vix autem decessus in cubiculum et sacro inunctus oleo, expiravit. Vulgato Garruccii obitu, commota vehementer est civitas Calaritana, ut in funere hominis vere sancti, ac de re communi optime meriti. Afluit mox in templo mira populi multitudine, tum ut honores ei ultimos solveret, tum ut ex ejus reliquiis aliiquid ad venerandum decerporet. Sed de hoc viro plura qui velit, audeat Eusebium Nierembergium de viris illustribus Societatis.

130.
RES LUSITANIAE.
Solvunt in Indiam socii triginta cum Episcopo Nicaeno.

131.
Post quatuor menses redire co-guntur Ulyssiponem.

132.
Res in ea na-vigatione gestae, ex litteris P. Antonii Viva.

Jam stilum ad se vocat Lusitania. Vita functo, ut alibi narratum est, P. Dидaco Seco Episcopo Nicaeno, qui fuerat Aethiopiae Patriarchae adjutor successore designatus, successerat in ejus locum P. Apollinaris de Almeida, Nicaeni itidem Episcopatus titulo insignitus, ac jamdiu consistebat Ulyssipone, facultatem opperiens navigandi in Aethiopiam. Convenerant una socii diversarum gentium quinque et triginta, prefecturi pariter Goam, atque inde in varias Indiarum provincias dispergendi. Ut ergo in promptu fuit classis, receptis in naves Patribus cum Episcopo, laxantur vela ventis, prorae in Orientem solem diriguntur. Itum est perdiu secundissimo cursu. At deinde classem, serius quam oportuit prefectam, eae detinuerunt in illa Oceani vastitate malaciae ac tempestates adversae, ut Gubernatores spem abjecerint pervenienti prius Goam, quam tempora verterentur. Nam statuae quaedam sunt explorataeque ventorum vices in illo mari, quas diligenter observant cum ultro citroque commeandum est nautae. Quare post quatuor a discessu menses, navarchi converso itinere, naves in Lusitaniam reduxerunt. Sed quamquam successu tum quidem caruit ea expeditio, tamen effect Patrum industria, ut parum prosperae navigationis neminem poeniteret. Naves erant omnino quinque numero. Singulis impositi e nostris plures paucioresque fuerant. Una cui a S. Gundisalvo nomen, cum Episcopo Nicaeno Patres vobebantur quatuor et viginti. His praerat P. Antonius Viva. Quid jam in hac navi susceptum a nostris perfectumque sit, non aliis referam verbis, quam quibus ipsem Viva perscrispit ad Mutium, nisi quod ea nos verba ex Lusitanis latina facimus: « Navis, inquit, S. Gundisalvi quidam videri quasi chorus « Monachorum potuit. Adeo nihil in ea ad pietatem religionemque, nostris cu-« rantibus, defuit. Quotidie certa quaedam christianae doctrinae capita in fre-« quenti audiendum corona explicabantur. Quotidie duo tresve Patrum rem di-« vinam faciebant, adstantibus non minus pie quam assidue vectoribus ac na-« vali turba. Vix abiit dies, qua non aliqui poenitentia exparentur, et caelestis

« convivii participes fierent. Usque ad quadragesimos numerati aliquando, qui peracta confessione, sacrosanto epulo sunt refecti. Multi, ut satis otii et copia sacerdotum erat, confessionem a prima usque actate instituerunt, et labes totius vitae purgantur. Praeter haec, aegrotantibus nulla re defuit charitas sociorum, atque adeo benigne diligenterque subventum est iis, ut communis esset omnium vox, quod viverent, multoque magis quod christianis vivarent moribus, nobis unice acceptum referri oportere. Id omnes a minimo ad maximum praedicabant, ac tanto cum honore verborum, ut nos obruerent verrecundia, eoque magis cogerent nihil omnium omittere, quibus ad corporis animique salutem juvari possent. Postremo huic navi sanctae cognomen vulgo fuit inditum. Itaque vectores Ulyssiponem regressi, cum per ludibrium interrogarentur (ut solet quoties naves de medio itinere revertuntur) satis ne commode habuissent in India? Se quidem, respondebant, navigationem Indianam non absolvisse, sed fuisse tamen in sancta navi. Quod gloriantes pronunciabant, quasi ut uno verbo irridentium protervitatem hostirent. » Haec Viva, qui pergit dicere, praeclaram in primis Episcopi Nicaeni virtutem fuisse, cum nihil sibi praecepui sumeret inter socios, neque recusaret suam servare vicem, quae sociis omnibus in orbem redibat, tum ministrandi mensae, tum super eam legendi, ita prorsus ac si a caeteris nihil differret.

Est etiam in litteris Vivae de tribus Patribus, Michaële Minois, Octavio Falcone, et Michaële Rodericio, qui per occasionem ejusdem navigationis feliciter obierunt, et in ipso mari tumulum habuerunt. Eos ipse laudat ab eminenti sanctitate, testaturque relicta ab iisdem esse virtutum exempla litteris digna; a quibus tamen recensendis abstinere se profitetur, quod sciret fusius de eodem argumento scribere P. Sebastianum Viciram. Vicira de quo hic sermo est, fuerat anno superiore Romae Procurator Provinciae Japonicae, et quadriennio post in Japonia gloriiosus Christi Martyr occubuit. Tunc degebat Ulyssipone, et adversa de qua dictum, navigatione perfunctus, commodiorem tempestatem proficisciendi in Japoniam expectabat. Scripsit nec ne quas appellat Viva litteras, incomptum mihi est. Eas quidem certe nusquam reperi potui. Itaque de tribus quos dixi Patribus pauca habeo quae commmemorare. Tantum ex Vivae relatione constat, Rodericum et Falconem, cum audissent abrumpi iter Indicum ac retro in occidentem vela dari, procubuisse in genua supplices. Deumque enixe rogasse, ut siquidem in Lusitaniam revectis aliquid futurum esset morae, quominus in Japoniam aliquando pervenirent, citius continget sibi in ea navigatione vitam finire: paucis vero posthaec diebus, utrumque, velut ratum habente votum generosum Numine, interisse. De Michaële Minois haec alibi reperiebam. Gente Japon cum esset, metu Imperatoris in Christianos acerbe saevientis, relicta patria variisque regionibus peragrat, Romam ad extremum venerat. Ibi cooptatus in Societatem, et sacerdos post navatam Theologiae operam factus, ferre opem popularibus suis laborantibus, et illustrum exquirere sibi palmarum inter rogos securus Japonicas statuit. Sed dum ea mente renavigavit in Japoniam, immatura praereuptus morte, in patriam Beatorum, ut sperare fas est, transit. Eudem navigationem mortem praefestinata debuit, etsi non in aperto extinctus salo, Emmanuel Fernandez, minoris ordinis clericus ac summae indolis aolescens. Moriendi quidem certe causas inter navigandum contraxit, partim ab usitatis navigantium incommodis, partim ab inusitati laboris assiduitate, qua aegrotantibus ministravit. Obiit Conimbricae, quo ad reparandas vires fuerat missus. Japoniam, votorum suorum metam optatissimam, vel in morbo extremo cogitabat, quodque ad eam properans, et iam tantum aequoris spatium emensus, de medio intinere revocatus fuisset, jam ventos, jam Navarchos, jam ipsam necessitatem querulus accusabat, quippe aestu febris immodico dimotus mente. Nihil ferme in ore praeter Japoniam habebat. Incidit ejus obitus in V. Cal. Octobres.

Moerorem de domesticis hisce funeribus incredibiliter cumulavit obitus Ferdinandi Mascareniae, viri amplissimi atque ornatissimi, qui cum esset causarum Fidei quaesitor in Lusitania supremus, et Episcopus ejus partis Turdetaniae

^{133.}
De tribus Patribus in eadem navigatione mortuis.

^{134.}
Obitus et Elogium Emmanuelis Fernandez.

^{135.}
Mortuus Ferdinandus Mascarenha Episcopus Algarbiensis.

quam Algarbiā vocant, haud secus atque unus de Societate rebus nostris studebat, et vicissim ab nostris hominibus loco Parentis diligebatur et colebatur. Tres illi fratres germani in Societate fuerunt, omnes multis nominibus insignes. Nemini ex iis tamen de benevolentia erga Societatem concessit. Ejus beneficiorum minima pars fuit Collegium Farense, quod nobis in urbe Algarbiensis Episcopatus sede a fundamentis extruxit. Res omnes atque instituta Societatis, ut quaeque se daret occasio, intrepide tuebatur: atque olim in Regni conuentu coram Philippo III. Hispaniarum Rege, adeo simul benebole ac vehementer nostram egit causam, ut adversarios et obrectatores, qui multi magnisque opibus erant, ad silentium adegerit. Illud deinde nobis praeclarum, quod cum tam profusa in nostrum ordinem voluntate virtutes eximias, et miram vitæ sanctitatem conjungebat. Vir plane antiqui moris, nulli obnoxius videbatur cupiditatì eaurum rerum, quibus plerique mortaliū capiuntur. A fastu superbiaque remotissimus erat. Ecclesia, contentus sua, splendidiores infulas, Conymbricensem et Ulyssiponensem, ultro sibi a Rege delatas, constantissime recusaverat. Proventuum partem multo maximam, ne exceptis quidem iis qui ex paternis redirent bonis, in pauperes erogabat. Et accidit aliquando, ut aliud nihil habens ad manus, pallium intimasque vestes detraheret sibi, ut pauperibus stipem poscentibus largiretur. His de causis toti flebilis Lusitaniae occidit sanctissimus gravissimusque Praesul, nulli tamen flebilior quam nostris, qui praesertim viderent, tali sublatō fautore ac vindice rerum suarum, multis gravibusque se appetendos injuriis, quae coquabantur iam tum a malevolis, et anno proximo in apertum prorupperunt. Sepultus est in aede Professorum, ubi lapis sepulcralis cum ipsius elogio etiamnum cernitur.

^{136.}
Quaedam de
ipsius virtutibus
indicantur.

Ex Apostolicis peregrinationibus, quae eodem labente anno plures institutae, atque usitato cum fructu peractae fuerunt, praecipuum recordationem meretur una ad Tingitanam in Africa coloniam suscepta. Eo missi sunt sacerdotes egregii duo, Antonius Ferreira et Antonius Pessoa. Mittendi causa fuit, quod Ferdinandus Mascarenas, cum fuisset ejus urbis Praefectus designatus, novum adire Magistratum noluit, nisi par sociorum haberet apud se, qui et sibi et militibus praesidiariis sacra ministrent. Dati igitur Mascarenas comites duo quos dixi Patres, primo Hispalim terrestri itinere petiverunt: inde regiis triremibus Herculeum emensi fretum, Tingin tenuerunt. In ea colonia fere quinquennio manserunt, quo temporis spatio id operae pretium est factum, quod Patrum laborem industriaque valde commendavit. Oppidum invenierant initio multis viatorum pestibus foede corruptum. Dissidia inverterata factionesque, concubitus incerti ac vagi, quodque haud minus detestare, puerorum fidelium cum Judaeis infanda commercia regnabant impune. Ea Patres portenta paulatim sustulerunt. Mos praeterea invaluerat impius, ut Mauri negotiatores quasdam impuri cultus caeremonias palam intra oppidum exercerent, spectante populo, connivente Praefecto, nemine ad eam diem reclamante. Fons erat in foro urbis maximo, limpidi humoris copia spectandus. Ad eum Mauri fontem conveniebant ter intra diem lavabantque corpora hac persuasione, per eas lavationes animi quoque sordes abstergi. Tum voce patria Mahometum Dei maximi magnum Prophetam invocabant, eique cum solemnī tripudio acclamabant. Profanum ritum, quo christianorum aures occulte offendebantur, non tulerunt Patres, ac ne quid tale deinceps fieret, interposita Praefecti auctoritate, inhibuerunt. Sed longum esset exequi singula. Ferreira nulla non die, statis horis, catechismum populo et morum praecepta explicabat. Pessoa, praeter crebras conciones et ministerium sacrorum, quae duo nunquam intermisit, mortuo civitatis ludimagistro, id munus assumpserat sibi, et liberos colonorum non minus pietate quam litteris imbuiebat. Ita utriusque sedulitate ac labore nova sensim species pietatis eam in urbem inducta. Atque haec in colonia Tingitana. Nunc, siquidem attigimus Africam, res ipsa postulat ut in Aethiopiam narratio transferatur.

^{137.}
Expedicio ad
Tingitanos, ejus-
que fructus.

Discussis paulatim ignorantiae tenebris, fidei veritate longe lateque per populum diffusa, Patriarchali demum sede Anfrasii, ut supra narratum est,

^{138.}
RES AETHIOPICAE.
Detegitur, fo-
da conjuratio.

constituta, tempestivum putabat Patriarcha Alphonsus Mendez lustrare singulas gregis sui partes, quae praecipua pars officii episcopaloris est. Festinanti moras injectit diu Imperator Seltanus, nondum matarum dicitans. Metuebat nempe ejus capiti ab haereticorum insidiis, si tam longo itineri se committeret. Nec vero sine causa metuebat. Detecta est foeda conjuratio, quae si ad vota conjuratorum respondisset, actum erat de Patriarcha, de Patribus ac de ipsomet Imperatore. Dux caputque nefariae coitionis femina scelerata olim Seltani scortum, quae cum ex eo binos enixa esset mares, omnia movere constituerat, ut in alterum ex his transferretur imperium. Hac mente necem machinabatur Principi, traxeratque in societatem impii consilii, dictu nefas! unam ex regiis virginibus, Seltani ipsius filiam, illectam spe matrimonii cum fratre notho jungendi. Per haec sclera impotentissimae ambitionis mulier regnum quaerebat filio. Ea deinde in parricidium consentiente, sollicitaverat patriae religionis obtentu multos, et in perniciem Imperatoris armaverat. Convenerat inter conjuratos, ut ad praefinitam diem subirent armati regiam, obvium quemque confoderent, neminem de familia regnatrice dimitterent vivum; ipsum vero Imperatorem serviliter vinctum flagrisque multatum, lapide ad collum alligato, in lacum quod mare Dambea nuncupant, ex praecita rupe deiicerent. Tum ut Patriarcham, et quantum Jesuitarum usquam in Aethiopia esset, dederunt neci. Oppressa est, Deo protegente, impia machinatio. Cum tamen appareret hinc mala multorum fides, et Patriarcham hoc statu rerum circuire regionem periculo non vacaret, eum non immrito demorabatur benevolus Imperator, ac ne suo se loco commoveret vetabat: cum maxime in ipsis capite tota pene religiosis summa consistaret, nullo dum ex Episcopis ejus adjutoribus ac successoribus in Aethiopiam advecto. At circa anni dimidium, cum et pacatiora viderentur tempora, et certis litteris ac nunciis constaret de proximo adventu Nicaeni Episcopi Apollinaris de Almeida; nihil ultra fuit morae, quin Patriarcha se daret in viam, quantum posset tam vastae dioeceseos inspecturus.

Ductum initium a provincia Ogarensi, quae septuaginta minimum sacras aedes numerabat, et aliquot coenobia. In comitatu Patriarchae, praeter domesticos sacerdotes, erat P. Emmanuel de Almeida, et nonnulli ex selectioribus Monachorum, quos haud ita pridem ipse Presbyteros instituerat. Sacra Iustificationis haec ratio servabatur. Locum indicebat Praesul, ubi ad praestitutam diem sibi ex omni vicinia singuli praesto essent cum sua plebe Parochi. Eo praemittebantur qui aram, et caetera sacrificii utensilia sub dio pararent. Nam Aethiopum Ecclesiae, praeterquam nimis angustae, incultiores plerumque erant, quam ut in iis sacra pontificalia satis pro dignitate celebrarentur. Illuc ut ventum erat, primum Pontifex, deinde caeteri sacerdotes rem divinam faciebant. Confluebat interea incolarum accolarumque multitudo, atque ut frequens convenerat, Almeida unius circiter horae spatio, de summa fidei habebat sermonem. Ubi ille peroraverat, in concionem se dabat Antistes cum mitra ac laena pontificali, manu baculum tenens, potestatis insigne; perque horae dimidium de sacra Chrismatis inunctione, quis ejus auctor, quis usus esset, abunde disseverebat. Mox adultos mysterii desiderio incensos rite inungebat. Eodem tempore parvuli nondum renati, tum ab Almeida, tum a caeteris Presbyteris romano ritu initiantur. Multis denique ex re et loco salubriter constitutis, alium in locum, diei ferme itinere, migrabatur. Jam huius peregrinationis, quae multis continenter menses tenuit, qui qualesque extiterint fructus, vel illud indicio sit, quod intra unius Ogarensis provinciae fines millia capitum plus quadraginta sacramento confirmationis consignata fuerunt, numerus vero infantium baptizatorum ad sexcentos excessit. Non tamen sine magno labore tam laetae collectae fruges. Ut omittam usitata itinerum incommoda, post diurnos labores deerat saepe Patriarchae sociisque quo diverterent noctu, cogebanturque in aperto campo somnum capere sub tentorio. Et sicubi paratum hospitium invenerant, id erat plerumque atque adeo sordidum, ut multo commodius sub pellibus degerent in aperto. Ferebatur proinde in caelum ab omnibus Patriarchae modestia, frugalitas, diligentia et indefessus in lustrando grege

Tom. II.

28

^{139.}
Inde mora Patriarchas, ne lustret dioecesim.

^{140.}
Patriarcha lustrare dioecesim instituit. Ordo servatus in eare.

^{141.}
Fructus inde collecti. Praesul et sociorum incommoda.

labor. Quae cum audiret Imperator: Quis nostrorum Abunarum, inquiebat, laborem hunc docendi, et populum sacro inungendi chrismate sibi sumpsit unquam? Sane ii, si provincias adibant aliquando, causa haec erat unica, ut aliquid frumenti corraderent a populo, quem alioqui jacere in tenebris, turpique in inscitiae rerum divinarum perire patiebantur.

^{142.}
Tentatur ab
Roma iter in Aethiopiam per
terras Imperii Turcici.

Dum haec ita geruntur, Missionem Aethiopicam, ut potest, omnium inter transmarinas eo tempore feracissimam, multi in Europa socii avidissime expetebant. Neque difficilem petentibus se praebebat Mutius. Ne plures tamen mitteret, movebatur ratione itinerum, quae et longissima erant, et multis indicae navigationis periculis impedita. Viam denique excogitavit, quae si haberet exitum, posset deinceps ipse per sese Roma mittere quoscumque vellet, itinere longe breviore ac tutiore. Interposita christianissimi Regis auctoritate, per ejus Bizantii oratorem diploma liberi commeatus impetravit ab Turcarum Rege, pro quatuo hominibus Societatis, quocumque per terras Imperii turcici irent. Eo diplomate Praetoribus provinciarum, caeterisque Magistratibus mandabatur, ut venientes Jesuitas benigne susciperent, ab injuria defendenter, et cum bona pace dimitterent. Quod ut accepit, eo instructos quatuo et Collegio Romano selectos juvenes proficiisci jussit Alexandriam, ut inde Memphim, atque hinc brevi compendio arabici freti legentes oram, Suaquenum Mazuam descenderent. Profecti illi sunt magno animo: at spem eventus fecellit. Delati Alexandriam, sive fraude haeretici Patriarchae, sive Magistratum barbarorum avaritia, nulla quidem certe regii diplomatis reverentia, capiuntur innocui iuvenes, et tanquam haud dubii exploratores in custodiā traduntur. Annum, et si quid amplius, in vinculis jacuerunt, fidem publicam obtestante frustra Gallorum consule, et violatum jus expostulante. Qui ubi nihil proficere querelas, preces et quantumvis acres denunciationes sensit, sexcentis argenti pondo de eorum libertate transegit. Ac ne sic quidem dimissi sunt, nisi ea lege, ut in Italianam protinus renavigarent. Quo Mutii consilium de transmittendis in posterum ex ea parte sociis, eti prudenter susceptum, successu caruit.

^{143.}
Socii capiuntur
ab Alexandria,
et in Italianam re-
mittuntur.

Paulo acquiores experti sunt per idem tempus Turcas Patres Lusitani quinque, Antonius Fernandius (juniorem hunc appellabimus, ut dignoscatur ab alio ejusdem nominis sacerdote, qui eundem agrum aethiopicum a longo tempore excolebat), Joannes Sosa, Joannes Pereira, Franciscus Rodericus, et Damianus Calaca, consueto per Indianum itinere in Aethiopiam tendentes. Non iis tamen molestiae, quae inhumanitas gentis est, defuerunt. Mazuam cum appulissent, vocati in suspicione apud Praefectum urbis, quasi instrumenti bellici copiam deferrent Aethiopi ad expugandas arcas, quas in maritima illa ora Turcae possidebant, aegre purgare se, nec nisi ingenti persoluto pretio potuerunt. Tota per satellites inspecta diligenter navi, sarcinis omnibus odiosissime excussis, nihil inventiebatur, quod objecta confirmaret criminā. In oculis omnium calumniae vanitas erat. Coguntur nihilominus Patres, siquidem liberari culpa vellent, offerre Praefecto munera. Data sunt, et satis pro praesenti statu splendida. Novae tamen ingeruntur discessuris morae. Pecuniam hirudines illae sitiebant. Pro litteris liberi commeatus, quas nisi abstulissent, praecelsum invenirent in Aethiopian iter, pretium ingenio exigunt. Solutum est ad nummum. Quid enim facerent, ubi avaritia ac rapacitas juris loco erat? Per haec menses abierte fere quatuo, quam moram Patribus periodosam non minus caeli inclemētia, quam otii tedium fecit, donec tandem dimisi Mazua, in fines Aethiopum transierunt. At elapsis e potestate Turcarum, jamque in tuto ut ipsi arbitrabantur positis, multo graviora imminabant, quae modo a suis initii expedient.

^{144.}
Quinque alii
Patres in itine-
re Aethiopianum re-
mittuntur ab Tur-
carum Praefecto.

Regno Tigrensi, qua Patribus iter erat Fremonam, praerat cum potestate Prorégis Tecla-Georgius, vir quidem ille professione Catholicus, sed Imperatori certis de causis infensus. Irarum causa praecipua mulier libidinosa, quam habebat in matrimonio, Imperatoris ipsius filia. Haec Tecla-Georgio nupserat invitissima, et spreto viro sequebatur adulterum, in aula plerunque apud Patrem degens. Ne vero cogeretur aulam et amiculum impurum deserere, blandiebatur

^{145.}
Istorium peri-
culum in ipso in-
gressu Aethio-
piae ab Tecla-Ge-
orgio.

patri omni lenocinio verborum, negans ejus conspectu se carere vel ad tantulum tempus posse. Ille, sive prava erga filiam indulgentia, sive ut obsidem haberet pro genro, eam libenter retinebat apud se, reclamante frustra Tecla-Georgio, quem caeteroqui bonis mollire verbis ac beneficiis studebat, ac novissime amplissima praefectura donaverat regni Tigrensis. Verum is in provinciam veniens, cum ne tum quidem uxorem suam abjungere ab adultero, adducereque secum potuisset, impatiens irae, occasionem inde sumpsit affectandae tyrannidis; utque schismaticorum quam plurimos in causam traheret sibique adjungeret, praeferre patriae religionis studium, et perduellionem a mactandis Patribus Societatis auspicari statuit. Audierat forte de quinque, quos dixi, Patribus ex India appulsi. Continuo agmen expeditum rapit, proceditque obviam venientibus, specie quidem ut honorem exhiberet hospitibus, re ipsa ut inermes ac nihil adversi metuentes trucidaret. At hominis furiosi consilia disturbavit, quod merito admireris, alia validior militum manus, quac eodem prorsus tempore subsidio veniebat Patribus contra Turcas. Quippe Imperator, comperto esse Patres Mazuac, et quartum jam mensem ibi velut in custodia detineri, mandatum dederat Barnagazio (sic orae maritimae Praefectum, ut alibi dixi, vocant), ut cum firme praesidio militum praesto illis esset ad fines provinciae, receptosque e Turcarum manibus Fremonam deduceret. Qui cum accurisset statim, ut fuerat jussus, et secum militiae robur adduxisset, Tecla-Georgius eo territus numero, et suorum paucitate diffusis, non modo a Patribus meditata abstinuit vim, sed alia omnia simulans quam quae coquebat sinu, eos sibi demererri quanta maxima potuit hororis ac benevolentiae significacione studuit.

At mentem non mutavit barbarus. Certus conceptum scelus perficere, intervallo paucorum dierum procedit cum majori copiarum numero Fremonam versus, explicatisque in puro ac patenti campo tentoriae, haud procil ab oppido castra facit. Confestim Patres qui Fremonae degebant, salutandi causa Proregis, quem amicissimum arbitrabantur, accurrunt in castra. Duo tantum defuere, quos valetudo continuit domi, eaque res caeteris saluti fuit. Admissi in praetorium Patres, mirabantur quid esset quod Proregi apparerent viri praeter consuetudinem armati lanceis, quasi feriendi signum expectantes, ipse vero turbidum quid ac minax praeferebat ore. Dum haerent attonti et in exitum rei intenti, superveniens trepide unus ex accensis, quiddam in aurem insusurrat Proregi. Tum is frontem explicans, mutato repente aspectu, salutem impertiri Patribus, eos humaniter compellare, ita denique agere, ut neque benignius neque familiarius quisquam amicorum posset. Postremo laetos, minimeque de sua voluntate ambigentes dimittit. Compertum est postea, quod tacite audierat ex accenso, fuisse in causa ne atrox maturaret facinus. Cognovisse videlicet de binis qui superessent Fremonam Patribus, et extimuisse ne salvis iis, omnis periret fructus consiliorum suorum. Idcirco eadem in aliud tempus distulisse. Neque tamen distulit diu. Paucis interjectis diebus, renunciari jubet Patribus, futurum se postridie Fremonae, et valde cupere ut paratum sibi apud eos hospitium sit. Id callide excogitarat perfidus, tum ut facultatem haberet mactandi impune Patres, tum etiam ut potiretur ipsorum domo, quam magni ad ducentum bellum momenti fore confidebat. Namque, ut hoc obiter notem, eam nostri domum, partemque oppidi cinixerant muro in modum arcis, et quaedam excitaverant propugnacula, permittente id illis Principe ad arcendos latrones, qui regionem diu noctuque infestabant. Et erat munitionis genus, ut spernendum Europaeis, ita apud Aethiopes, qui urbium oppugnandarum rudes omnino sunt, prope inexpugnable. Responsum est, patere Proregi domum, praesto fore omnes ad ejus obsequium Patres. Ita simulata amicitia, certam innocentibus et imparatis necem proditor inferebat, nisi consilium ejus iterum ex inopinato intervertisset divini Numinis providentia. Dum Fremonam properat latronum globo stipatus, revocatur propere per cursorum in castra. Advenerat ipsis frater, et habebat quae cum eo statim communicaret. Itaque retro viam legit. Frater, etsi occultae conjurationis conscient et particeps, ut cognovit cuius rei causa Fremonam tenderet,

^{146.}
*Periculum mi-
ra providentia
propulsatur.*

^{147.}
*Aliud incur-
runt periculum,
et similis modis
servantur.*

^{148.}
*Iterum Tecla-
Georgius eorum
caedem decernit.*

^{149.}
*Iterum a su-
cepto consilio
removetur.*

magno eum opere dehortari: rem adhuc immaturam tanto facinore declarandam non videri dicere. Prius majoribus viribus firmandas partes, quam Principi et Orthodoxis indicatur aperte bellum. Opprimere Jesuitas semper cum collibitum fuerit, licitum. At nisi justus exercitus in armis sit, non licitum belli ingruentis molem sustinere. Sensit vera dici Tecla-Georgius, et licet ardore facinoris prope amens, victus fratris cum ratione, tum auctoritate, excusato negotio improviso, quo abesse a castris prohiberetur, Patres ne se eo die praestolarentur per nuncium admonuit.

^{150.}
*Tecla-Georgius
aperte rebellat a
Principe.*

^{151.}
*Rebellionem ant-
spicatur ab indi-
gina caede Abba-
Jacobi sacerdo-
tis.*

^{152.}
*Abba-Jacobi or-
tus et vita.*

^{153.}
*Contra rebelles
Caba - Christus
ducit exercitum.*

Sed jam conspiratio, ut facile efflunt quae ad multorum notitiam devenerunt, nonnullis subolebat indicii. Neque diutius latuit nostros, quae proditor consilia agitaret adversus se. Inde cautio adhiberi coepit. Ac novissime Patres, vocati licet in castra eo obtentu, ut multorum confessiones exicerent, aperte negarunt se assuturos ubi nihil sibi fidum tutumque esse intelligerent. Tum ille sentiens consiliorum suorum arcana patuisse, ac deteriorem fore conditionem suam, si res longius traheretur, praecipiens animo, nihil ultra morari statuit qui contra Ecclesiam simul et Principem signum rebellionis tolleret. Placuit aliquo insigni facinore in omnium oculis edito, quasi proludere. Fuerat ipsi datum a Patriarcha morum et fidei magister Abba-Jacobus, sacerdos optimus, in fremonensi educatus Societatis seminario, et singulare praeditus indole ad schismaticos debellantos, quorum multa millia ad obedientiam Romani Pontificis, non magis doctrinæ verbo quam exemplo vitae, perduxerat. Is rem divinam fecit die dominica, nonis novembribus. Interfuit populus frequens et ipse Prorex Tecla-Georgius. Peracto sacro, Jacobus vir ab ora digressus, constringitur a satellibus, et in carcere conicitur. Subit deinde in templum praeco, timpanis tubisque perstrepentibus, et Proregis nomine denunciat multitudini, fas esse omnibus alexandrinam sectari fidem, quam ipsem Prorex ut avitam Aethiopiac ac germanam religionem complecteretur. Mox lictores ad id comparati, signo dato, irruunt in catholicos. Sacras iis cruces, rosaria, imagines, numismata, omnia demum catholici cultus insignia eripiunt, et in ardente pyram coniiciunt. Satis superque eo facto declaraverat impius Prorex, se ab Ecclesia Romana penitus descivisse. Non satis ipsi tamen visum. Dic postero produci ad se Abba-Jacobum vinculis oneratum jubet. Urget eum suasione primum blanda, deinde acri comminatione, ut abjecta latinorum fide, ad alexandrinam se recipiat. Renuent, imo perfidiam iniquo judicie exprobantem, pallio et clericali pileo per ignominiam nudat. Denique adacto in fauces hastili vulnerat, quo velut signo admoniti satellites, alii super alios irruunt, suisque singuli lanceis humili stratum confodunt. Hunc habuit vita exitum vir praecularus, cuius non alia inter manus ictusque percutientium est audita vox, nisi Christi Reparatoris nomen. Natus erat in Aethiopia, matre quidem indigena, sed patre italo, gente veneto, cui Alexandro nomen. Hunc a turcico pirata captum in mari mediterraneo, deinde venditum, herus traduxerat Mazuam, quo tempore ea de insula Turcae cum Aethiopiis armis disceptabant. Elapsus inde in continentem, Lusitanis Aethiopum auxiliariibus se conjunxit, ductaque uxore, unicum matrimonii fructum habuit hunc de quo modo diximus, Abba-Jacobum: felix eo filio, qui vitam innocentissime actam, interque apostolicos labores ex maxima parte traductam, tam illustri morte conclusit.

At impunita diu non fuit scelesti interfectori crudelitas et impietas. Vulgata rebellione, ad arma hinc inde concursum est. Belli dux renunciatus ab Imperatore Caba-Christus, vir arte mititari clarus, studio catholicae Religionis clarior, et quod caput erat, notus Tigraeis et carus, qui rei summam in celeritate ponens, quamquam aberat longius, continuo expeditas copias in perduellem dicit. Ex itinere divertit Fremonam, sacramque ingressus aedem, ante tumulum Patriarchae Andreae de Oviedo vovit Deiparae templum, si victoriam ex hostibus reportaret. Constituerat apud se non ante in alcama pugnae se dare, quam ex piasset conscientiam confessione a primis vitac annis repetita: ne tamen itineri faceret moram, pro eo ut subsisteret ipse Fremonae, adducere secum maluit P.

Gasparem Paez, cum quo deinde noctem integrum in sui accusatione consumpsit. Ita quam maximis progressus itineribus, trina quotidie castra conficiens, adeo nec opinatus supervenit Tecla-Georgio, ut hic irriserit exploratores adesse hostem nunciantes, neque id fieri potuisse dixerit, nisi si alati essent milites. At ubi imminentem conspexit et ad pugnam instructum, etsi facilis illi receptus erat in rupem aditu difficillimam, quam si occupasset primus, nullo negotio hostem repellere subeuntem et trahere bellum poterat, disponere aciem tamen, et inire certamen maluit, numero suorum et virtute fretus. Audacem praecepit faciebat cohors Galarum auxiliatrix (nam cum his etiam idololatria foedus percursorserat praeclarus christiana fidei restitutor), quae pugnam vehementius deposcebat. Caba-Christus interequitans ordines, et aeream Christi patientis effigiem elata ostentans manu: miles, clamabat, agnosce ducem, et sequere. Iste quem praesentem vides, quem colis, quem hostis indignissime violavit, aderit pugnant, dux idem praelii, et auspex sponsorque victoriae. Non ut praeda ab hoste, non ut premium a Principe referatur, bellum geritur hodie, sed ut sanctae Romanae fidei sua dignitas salva, et ab injuris vindicata sit. Haec effatus, legionem stellatorum (id illi nomen), robur virium suarum, quam in prima acie collocauerat, procurrere in hostem' jubet. Impressionem acerrime sustinuerunt Galae, et regios primo impetu repulerunt, promptissimo quoque trucidato. Caba-Christus ante signa procurrentes, detracta ut esset conspectior galea, unum quemdam Galarum ferocissimum, media in strage ovantem conspicatus, ruit in eum stricto ferro, aggreditur, deiciitque. Mox in hostilem cuneum prorumpit. Quem sui clamore sublato consecuti, densis ordinibus irrumpt, hostemque toto campo sternunt. Sistere palantes conabatur Tecla-Georgius, non verbis tantum, sed incusso fugientibus mucrone. In eum Caba-Christus, subjectis calcaribus, equum admittit. Perduellis, etsi fortissime hactenus repugnaverat, unum jam peti se et ad ictum designari sentiens, non ausus congreedi, in fugam avertitur, constratum suorum cadaveribus humum, aperta victoribus castra deserens. Vestigia fugientis consecuti aliquot equites, quarto post die latitatem invenerunt in spelunca cum duobus Monachis sclestissimis, haereticorum primipilis scilicet, qui praecepui perduellionis architecti fuerant. His statim amputatae cervices. Tecla-Georgius pertractus ad Caba-Christum, regiae affinitatis reverentia, ad tribunal Imperatoris reiicitur.

Nihil affinitas apud Imperatorem valuit, ne perfidus pro modo culpae pletteretur. Nudatus ad ignominiam umbilico tenus, per castra circumducitur, appensis ex utroque humero capitis duorum Monachorum, qui una fuerant comprehensi. Productus deinde ad dicendam causam, cum defensioni locus in manifesto scelere nullus esset, igni addicatur. Placuit hoc genus supplicii, ut qui instrumenta catholicae religionis sacrilegio impie combusserat, poenas crimini congruentes daret, vivus ipse combustus. Tum miser, vel ex animo vel simulate poenitens, rogare atque obtestari, sibi ut morituro spatiuum daretur eluenda conscientiae. Datum est, affuitque a Patriarcha P. Antonius Fernandez, cum amplissima facultate solvendi reum ab iis legum sacrarum vinculis, in quae semet ipse induisset relapsus in haeresim. Nec fecellit Tecla-Georgius fidem. Sacerdote in templi vestibulo consistente, adstante populi multitudine, procidit in genua, fidemque catholicam cum solemnis exsecratione Dioscori, palam professus est. Mox noxarum etiam confessionem piaculari feicit, haud sine fletu, alisque animi vere poenitentis indicis. Qua re maxime delectatus sacerdos, adiit Imperatorem pro reo deprecator, petitiisque nomine Patriarchae, ut culpam agnoscenti ac detestanti remitteret poenam. Id ipsum orabant profusis lacrimis duo ejus filii, ornatissimi juvenes, et meliore digni patre. At sapiens Princeps, sciendam illustri exemplo dictitans, non tam suam quam religionis auctoritatem, exorari se non est passus. Id modo unum precibus Patriarchae condonavit, ut reus mitiorem lueret poenam, nec in ardente palam rogo, sed domi suea periret intercluso spiritu. Verum hic versae iterum vices. Tecla-Georgius, praecisam ut videt vitae spem, seu dolore insaniens seu larvam abiiciens, clamore

154.
Committitur
prædiūm, rebel-
les profugantur.

155.
Tecla-Georgius
fugatur, et com-
prehenditur.

156.
Rogo damnatus
ejurat haeresim.

157.
Iterum pro-
fetur haeresim,
et impie moritur
clavis faucibus.

incondito vociferari, perperam damnatum a se Dioscorum, ejusque repudiatam doctrinam. Recantare quae dixerat; errores quos palam in templi vestibulo fuerat detestatus, laudare, donec insertis laqueo faucibus dejectus est. Id ubi rescivit Imperator, produci sceleratum foras, atque iterum in omnium oculis suspensi imperavit. Pendente itaque e funesta trabe, jamque palpitantem ac semivivum lictores eduxerunt domo, ac denuo vicinae arbori suspenderunt, spectante confertim populo ac turba aulica: quod spectaculum late horrorem salutarem diffudit, nemine non intelligente, nequaquam parsurum alienis Principem, qui nec genero pepercisset. Eidem appensa patibulo decima quinta post die fuit Tecla-Georgii soror, megaera tererrima, et erebi furiis in catholicorum perniciem inicitata, cui ut poenam deprecarentur, frustra aulae proceres matronaeque plures ad pedes Imperatoris acciderant.

^{158.}
Auctoritas Patriarchae sanctius editio Imperatoris.

Miraculi simillima visa est justa severitas Imperatoris aestimantibus usitatam in Aethiopia scelerum impunitatem, et Principum erga perduelles indulgentiam. Hic ille fons tot factionum et intestinorum motuum, qui Aethiopiam subinde conueciebant. Nam populus vulgo impatiens freni, cito exxit jugum, nisi metu coercatur, idemque cum assuevit praeposterae lenitati, multo difficilius in modestiae et obsequi girum reducitur. Sed jam hoc exemplo coerciti quiescebant, si qui erant rerum novarum cupidi; Patriarchae vero auctoritas, favore Principis confirmata, et patriarchali per eos dies ornata pallio, quod ipsi per adventos recens Patres delatum fuerat Roma, efferebat sese, et liberiorem in dies animum ad solita obeunda munia sumebat. Jamdiu Ecclesiae jura, ut ferme usuvenit ubi dominantur haeretici, potentiorum oppressa jugo jacebant. Nunc debitam in libertate sunt vindicata editio Imperatoris, quo editio multa sanciebantur ex norma sacrorum canonum, atque illud praeter caetera, ne causae ad tribunal Episcopi pertinentes, usquam alibi quam in ipsis foro disceptarentur. Hujus potestatis temperatus prudenter usus, ut validos iniiciebat improborum licentiae frenos, ita in mores est statim inductus. Senex erat, Imperatori percarus eique ab intimis consilii. Is coenobii cuiusdam praedia occupaverat, Monachis frustra quiritantibus, et iniquum possessorem accusantibus. Patriarcha, communicato cum Imperatore consilio, senem paterne admonet semel, iterum ac tertio, ut usurpatos Ecclesiae fundos ex aequo et bono restituat. Cum nihil proficeret apud hominem suis male praefidentem opibus, captato die festo, cum frequens aderat in templo populus, anathematis in eum fulmen pronunciari solemni Ecclesiae Romanae formula jubet. Attonitus senex iratusque, accurrit ad Imperatorem, deque injuria graviter et acerbe conqueritur. Imperator, sua id nihil interesse, respondet. Patriarcham sua usum jure, item cum eo componendam. Ergo ad illum deprecatores mittit senex: paratum se ad redhibendum quod male occupaverat, profitetur. Patriarcha moras trahere de industria, longa deliberatione opus esse, dicere. Postremo non absolvendum, nisi consuetis Ecclesiae caeremoniis declarat. Oratus Imperator ut virum ejus actatis, ac tanta dignitate praeditum, ea qualicunque eximat ignominia, negat rem sui esse fori: Patriarchae obtemperandum. Moe-
stus senex omni effugio praeculso, sistit se denique sacris ministris, a quibus incusso leviter scalpis verbere ad singulos quinquagesimi psalmi versiculos, anathematis vinculo solutus est. Reversus ad Imperatorem, expostulabat quod Patriarcha virgis saeviret in senes, ut in pueros. Cui subridens Imperator: sane, inquit, cum peccant more puerorum senes, quin tanquam pueri plectantur nihil vetat. Sic protestas Ecclesiae firmabatur. Neque minus interea Religionis dignitas ac majestas apparatu ipso, ac splendore rerum sacrarum inlarescebat. Jam ex tuguriis casisque stramineis, cujusmodi ante Societatis adventum erant Ecclesiae Aethiopum, in aedes justae molis, neque spernendi operis, sacrae caeremoniae transferri cooperant. In iis officia Religionis, stataeque per anni tempora celebritates ita peragebantur, ut neque decentius ornatusque, neque majori concursu populum ac motu possent. Istiusmodi aedium, ex caementis calce duratis, censebantur jam in Aethiopia plures. Altera de novo condita coepit hoc anno Dancatii, ubi Imperatoris sedes, opere non quidem magnifico, nitido tamen atque eleganti,

^{159.}
Qui recusat causam attinente forum Ecclesiae pertinentem.

causam attinge-
re ad forum Ec-
clesiae pertinen-
tem.

^{160.}
*Dignitas sacro-
rum rituum re-
florescit.*

Dignitas sacro-
rum rituum re-
florescit.

^{161.}
*Novum inchoa-
tur templum cae-
renomia insigni.*

Novum inchoa-
tur templum cae-
renomia insigni.

quae licet ad europeas basilicas nihil esset, ad illa Aethiopum gurgustia pro miraculo fuit. Ipso B. Virginis natali die novae basilicae fundamenta sunt jacta, eique a nascente/ Virgine inditum nomen. In primo collocando lapide nihil omis-
sum ex iis, quibus haec peragi caeremonia romano ritu solet. Demenso apte
loco et effossa humo, delectum ad id lapidem, aqua lustrali et solemnii prece
consecratum, Imperator et Patriarcha suppositus una manibus detulerunt, et in
imo fundamenti angulo statuerunt. Nec eo contentus Imperator, ut declararet car-
rissimam sibi religionem esse contra suum diadema, detractam e capite auream
coronam concidi, ejusque pretium in usum fabricae impendi jussit. Similis formae
templum in honorem magnae Virginis excitari anno superiore cooperat ad Nabes-
saeum montem, ubi statio Societatis. Cum vero aedificium, sive paucitate operarum
sive cordic, lente procederet, miraculo interposito ad culmen eductum est. In
exitu hiems erat, nullisque dum imbribus rigabantur sata. Inde vulgo metus ste-
rilitatis et inopiae in annum proximum. P. Brunus a S. Cruce, qui stationi pree-
terat, vocata concione admonuit populum, ut ad deprecandam calamitatem ute-
retur patrocinio Deiparae; et siquidem demerci eam vellet, praeter caetera ob-
sequia, operam in ejus templum manumque conferret. Monenti paritum est.
Prima die numerati ad quingentos, qui materiam certatim calcemque compor-
tent, quaque erant usui administrarent. Die eadem in vesperam inclinante, ob-
ducto repente nubibus caelo, magnam aquarum vim procella effudit. Quo vero
clarius in ea re B. Virginis appareret praesens numen, sicutib[us] caeterorum
usquequaque agris, eorum duntaxat, qui pio defuncti erant labore, large com-
pluti fuerunt.

Caeterum ex omnibus rebus, quae laetum faustumque hunc Aethiopiae an-
num effecerunt, illa potissimum delectavit nostros, quod augeri in dies numerum
catholicorum cernerent. Schismaticorum plus centum millia intra id spatium
ad partes catholicas transfugisse dicuntur. Ex Agais vero ethnicis decem millia
christianis mysteriis ac moribus instituta fuerunt. Multis praeterea modis vel au-
cta inter catholicos pietas, vel restituta. Quem supra nominavi Brunus a S. Cru-
ce, legatus cum fuisset a Patriarcha ad tria coenobia cum potestate visitatoris,
auditis per otium Monachis, non modo iras eorum contentionesque, vetus ac
pene desperatum malum, extinxit, verum etiam ordinem disciplinae foede dis-
sipatum in eas familias reduxit, hoc praeter alia facto decreto, ne deinceps in
domicilia Monachorum feminis patret aditus: quo uno decreto gravissimum
corruptelae genus, longa consuetudine roboratum, quod vix aliquando abolendum
videbatur, abolitum omnino est. Bruni itidem diligentia in toto Nabesseo tractu
excisa penitus prava jurandi temere consuetudo, communis et antiqua gentis la-
bes; quodque vix credas, per adolescentulos qui christiane doctrinæ elemen-
ta condiscabant, quæsitum huic malo remedium. Quippe si quem audierant pue-
ri, sive domi, sive in triviis, jurisjurandi formulas usurpatem, eum ut fuerant
docti, modeste increpabant, atque interdum offentes faciem: hanc potius, in-
quietabant, caedito, quam ut divinum ita violes nomen. Quam grandes natu viri
objurgationem aequi bonique facientes, a talibus in posterum abstinebant. Ibi-
dem miraculo prope fuit populi pietas per occasionem morbi pestilentis, qui late
saeviebat, et magnum mortalium numerum absumebat. Edixerat Brunus, ut ad
propitiandum caeleste Numen, expiata rite conscientia criminum, pia supplica-
tio perageretur, ac certam in id praefiniverat diem. Affuere ad praestitutam diem
ex omni ordine frequentissimi, quam multitudinem cum nulla caperet aedes sa-
cra, in aperto campo erecta est ara sub dio. Ibi sacris operatus sacerdos, in-
cruentam hostiam circumulit, praeunte longo supplicantium agmine, cuius ipsa
species exterior pietatem meram spirabat ac poenitentiam. Singuli curvatis hu-
meris, demiso capite, praegrandibus onusti axis incedebant, more gentis anti-
quissimo, atque ab iis, ut arbitrator, Syriae Patribus quorum historiam scripsit
Theodoreetus, deducto; interque incedendum, pacem superum flebiliter rogabant,
illam alternis iterantes vocem: *Iesu fili David, miserere nostri*. Neque irritae fue-
runt preces. Post illam diem relanguit morbi vis in tantum, ut placatum caeleste

162.
Aliud templum
porficitur. Mira-
culum interve-
nit. H

163.
Schismatici eth-
nicique ad idem
hoc anno addu-
cti.

164.
Disciplina inter
Monachos resti-
tuitur.

165.
Prava juran-
di consuetudo
per adolescentu-
los coercetur.

166.
Memorabilis
supplicatio ad
placandum tra-
tum numen.

Numen in posterum apparuerit. Sic in una Aethiopiae parte per unum e sociis gesta res. Similia narrari possent de aliis viginti, qui duodecim in domicilia distributi terram illam jamdiu desertam et inaquosam, apostolico rigabant sudore. Sed omnia persequi non sinit praesentis operis modus.

^{167.}
Judeus errorem disseminans corripitur a Patriarcha.

Tam laeta cum esset facies rerum, non defuit inimicus homo, qui felicibus satis supersernare ziania; sed in tempore cognitus, aliud profecit nihil, nisi ut malo remedium praesens adhiberetur. Venerat in Aethiopiam e Germania veterator, gente Judeus, Salomonis nomen, personam mercatoris gerens. Is cum in aula nescio quo pacto obrepisset, non modo rabbinicis fabulis otiosam detinebat plebem, verum etiam multa contra divinam Christi personam, contra beatam Virginem, et romanam fidem impune garriebat. Serpebat venenum latius in dies. Ipse Cela-Christus, magnum illud catholicae rei columen, ut multum illecebrarum quaeque novitas habet, praestigiatorem insanum non invitus audiebat. Eiicere pestiferum nebulonem Aethiopia conati non semel fuerant Patres, sed conatu irrito. Nam quia obaeratos habebat et primaria nobilitate quamplurimos, quibus commodato dederat merces; nisi pecunia prius solveretur, quae plerisque prompta non erat, cogi ad convasandum juste non poterat. Sic improbus haerebat in imperio sinu, et exitio multis erat: cum denique Patriarcha larvam detrahere personato mercatori statuit. Pro foribus Dynastae cujusdam repertum interrogat, quo jure munus docendi arroget sibi? Negavit ille suas docendi partes esse. Nunquam sibi venisse in mentem serere in vulgus dogmata de religione. Si quid eo de argumento disseruisset, id domi sua factum esse privatim intra parietes. Ad ea Patriarcha, etsi coarguere mendacii sycophantam nullo negotio poterat, hoc unum in praesentia retulit, non minorem utique poenam ei deberi, qui adulterinam pecuniam cudat domi, quam qui cusam producat in forum. Nec ultra locutus, hominem dimisit. At mox proceres quosdam amicos, et purpuratorum spectatisimos orat, ut certa die convenire certum in locum ne graventur. Qui postquam adfuerunt, iis coram Judaeum arcessit, utque ostenderet se non auctoritate potius quam ratione agere, cum eo longam disputationem instituit. Actum de divina Christi natura, excussi et explicati difficiles sacrae scripturae loci, veritas ad liquidum demonstrata. Compulsus in angustias Rabbinus, cum efferre non posset pedem, in alios induebat sese errores, semper victimus, semper impie pertinax. Tum demum Patriarcha, potestate utendum ratus, quando ipse manus dare vietas recuset, at saltem ne pergit falsis opinionibus disseminandis, in fraudem inducere rudem populum pro imperio vetat. Nisi obtemperaverit, sciat agendum in eum legibus, ut in eversore religionis, et publicae perturbatorem rei. Eadem proceres nomine Imperatoris confirmant. Cum hac denunciatione dimissus, non resipuit. Ergo vocatur in jus, et adhibitis testibus convincitur. Erant qui vivum comburendum censerent, sed vicit sententia mitior Patriarchae, cuius lenitas poenam ita temperavit, ut paucis ipse plagis multaretur, ejus libri exurentur. Beneficium agnovit Judeus, ac post illud tempus conticuit; qui vero ei se in disciplinam dederant, partim poenae metu, partim veritatis perspecta luce, magistrum pestilente valere jussérunt. Exstat consignata monumentis tota quam dixi disputatio, ex qua licet intelligere, quām non leviter litteris, tum sacris tum profanis, instructos esse oporteat eos, qui catholicam tueri veritatem profidentur.

^{168.}
Gravi oratione confutatur.

^{169.}
Ob contumaciam plectitur.

^{170.}
Bucous Prorez in acie interficiuntur. Ejus evitiae virtutes.

Jam ut Aethiopicas res aliquando absolvam, fuerat hic annus ab omni parte laetus et faustus, nisi tot rerum secundarum laetitiam corrupisset peracerbus interitus Bucoi, viri illius fortissimi ac de religione optime meriti, quem saepe cum laude nominavimus. Cecidit vir paeclarus, dum Nili ripam tueretur adversus Galas, at non inultus cecidit, nec sine laude. Parva licet succinctus manū, irruenti cum ingentibus copiis hosti pugnacissime restitut, donec Galae ferocius inferentes sese, quem virtute superare non poterant, numero obruerunt, atque acerrime dimicantem interficerunt. Dolenda admodum Aethiopiae talis viri caedes accidit. Non enim alius post Cela-Christum erat, qui catholicam veritatem tanto simul studio et auctoritate defendenter. Quod si fuissest superstes in ea

lacrimabili rerum conversione, quae postea secuta est, quamque nos suo tempore referemus, forte unus avertere luctuosam cladem, atque omne propulsare periculum, poterat. Sed aliter visum superis, quorum curiosius vestigare consilia, nec utile nec fas nobis est. Cum Proregis dignitate eximiam vitae sanctimoniam Bucous conjungebat. Noctis maximam saepe partem ducebat insomnem in sacello domestico, piis intentus precibus ac divinarum rerum meditationi. Saepe flagro cilicioque, quae duo ab Emmanuel de Almeida velut amicitiae pignora flagitaverat, afflictabat corpus. Pauperes prope ut filios complectebatur fovebatque. Itaque ejus domi frequentiorem plerunque inopum turbam quam militum cerneret. Sacra non minus crebro quam pie frequentabat. Ipsa die quam vitae novissimam habuit, prius quam iniret certamen, conscientiam expiaverat confessio ne, seque divinorum perceptione in omnem bellum casum munierat. Sed in caeteris ejus laudibus immorari ad res asiaticas properanti non vacat.

Magnis jactata est fluctibus Provincia Malabarica, ob causas infra explicandas; sed ei tamen solertia quedam laborum et lenimenta non defuerunt. Coccini, quod provinciae caput, voluptatem ingentem aspersit Patribus Judaei cuiusdam nec opinata ad Christum transitio, quae optanda magis, ut erant res, quam speranda videbatur. Doctor erat is magni inter suos nominis. Natus Constantinopoli, Judaicas litteras fabulasque didicerat in schola, quam Galilaeorum vocant. Cum peracri esset ingenio, neque minus scientia valeret quam lingua, missus fuerat a suae gentis principibus in extremum usque orientem, ut tribules per ea terrarum spatia dispersos, et a patriis institutis inopia doctrinæ plurimum aberrantes, religionis mysteriis eruditet; cum eaque publica auctoritate Persarum primo, deinde Mogoris regna, hisque finitimas regiones obierat. Novissime progressus ad Malabares, Coccini fixerat domicilium et judaicae disciplinae ludum aperuerat, quippe in oppido ubi frequenter degabant Judaei, undique ab Coccinenium Rege ratione mercatura contracti. Is ergo vir, cuius verba prope singula pro totidem oracula apud suos erant, mutata subito voluntate, venit in Collegium Societatis, doctorem quaerens, et christianorum praecipienti informari postulans. Hominem ita venientem summa gratulatione exceperunt Patres, haberuntque ad multos dies discipulum veritatis, qui modo superstitionis magister fuerat. Dein probe institutum, apparatu quam potuit splendissimo ad sacrum fontem deduxerunt. Afflit Praefectus urbis, et sponsoris pro Neophyto partes egit. Eidem aquam salutarem Hierarcha Cranganorensis infudit. Sed hanc Patrum laetitiam molestiae non minus inopinatae quam graves exceperunt, quarum initia paulo altius sunt repetenda.

Mortuo Archiepiscopo Cranganorensi Francisco Rozo, etsi mitigatus videri poterat ferox ille factiosusque Archidiaconus, de quo fuse alibi dictum, et quemcunque pacem cum successore Stephano de Britto simulabat, re tamen vera cum fidem catholicam nunquam sincero suscepisset animo, adhuc rebus novis occulte studebat, utque se dabant indicia, moliri multa videbatur ut Thomaeorum Ecclesiam reduceret ad Nestorianos, eamque rursum Babilonico Pseudopatriarchae subiceret. Neque vero inclusam sinu perversitatem satis celabat. Illud erat indicium in primis vehemens, quod Ecclesia Romanae leges sanctionesque, praelestern in jungendis matrimonii, aperte contemnebat, et in oppido quodam montano (Caturtum vocabant) procul ab Antistite suo degens, multis in rebus Episcopale jus protestatim superbe usurpabat. Idem vulgo ferebatur, inter mysteriorum solemnia, quibus caeteroqui semel tantum in anno operabatur, Nestorium perinde ac sanctos Apostolos invocare, tacitoque Romani Pontificis nomine, Babilonici Patriarchae mentionem facere. Non haec latebant Brittum. Vir tamen, ut multis videbatur, timidior quam prudentior, dissimulandum censebat, ne ansam daret homini turbido ac pervicaci iterum tumultuandi. Servari in Ecclesia concordiam et pacem, quae nunquam nisi pessimo publico labefactatur, quam corrigi hominis unius vita malebat. Longe aliter e nostris alii sentiebant. Archidiaconi fidem apud populum suspectam faciebant, arrogantium temeritatemque liberius arguebant. Inde illi aperta nobiscum inimicitia. Inde mentem

Tom. II.

29

171.
RES MALABA-
RICAЕ.
*Judei cuius-
dam conversio
memoranda.*

172.
Archidiaconus
contra Societa-
tem commone-
tur. Quae fuerint
causae.

173.
*Ei se adjun-
gunt sacri regis
dam ordonis viri.*

concepit depellendi, si qua posset, ex tota Thomaeorum dioecesi homines, quos utope vulgi opinione probos doctosque, nequitiae suae testes reformidabat. Rimanit haec se dedit occasio. Coccinum appulerat clarissimi ordinis religiosus, missus Roma, ut ipse jactabat, a sacro cardinalium coetu ad inspiciendas eas Indiae regiones quae ultra Gangem sunt. Hunc Archidiaconus consiliorum suorum aptissimum administrum existimans (erant namque Coccini ex eadem familia Religiosi, optimi quidem illi, sed nimis multum a rebus nostris alieni, quibus non erat dubitandum quin suus consentiret sodalis) per internuncium invitad ad se velut officii causa hominem tam peregre advectum, ac ne gravetur una aliquot et suis sodalibus adducere ad Thomaeos rogat. Addit esse de quibus colloqui vellet, pias causas gravesque, ab salute animarum petitas. Ille dat se continuo in viam cum quatuor e suo ordine sociis, qui Caturum delati, nactique Archidiaconum supra quam sperarent benevolum, ibi hortatu sumptuque ipsius domum sibi aedemque sacram excitarunt, ne consulto quidem Archiepiscopo, cuius injussu nefas cuivis Religiosorum familie erat in ulla parte dioeceseos domicilium ponere. Graviter id ita factum tulit Britsus, et Religiosos officii commonitos excedere loco jussit. Cum non audiretur, scripsit Goam, tum ad Senatum tum ad Provinciale eorum Praepositum, rogans ut refractarii ad parendum adigerentur. At nihil profectum Archiepiscopi, Senatus ac Praepositi etiam sui jussa boni Religiosi spreverunt, et nihilominus in loco manserunt. Tutabatur nempe eos Archidiaconus contra vim si qua fieret, praesidio Ethnicorum, contra Ecclesiae vero tela si forte conteruerentur, sua auctoritate, eosque ad contumaciam confirmabaat. Inde graves in tota dioecesi contentiones exortae, omniaque inter Thomaeos susque deque permisceri coepit, cum et populo atque ordine sacerdotali multi ab Archiepiscopo, multi ab Archidiacono starent, nec opinionibus tantum ac linguis, sed manibus armisque decertarent. Per haec spargi in vulgus falsus rumor, quo tacite ad defectionem impellebantur Thomaei. Qui venisset ex Italia sacerdos, eum esse ex ordine Episcopali, et posse sacerdotes quos vellet facere. Quidam addere, ut solent alia ex aliis mendacia seri, esse eundem de cognatione Mar-Abrahami, quem e Chaldeis Pontificibus ultimum adhuc multi desiderarent. Quibus vocibus etsi non aperte assentiebantur Religiosi contumaces, connivebant tamen, neque eas ut facile poterant refellebant. Missae per idem tempus Goam litterae seditionis incerto auctore, in quibus erat, Thomaeos aegre ferre Episcopum de natione Jesuitarum, et alium quemlibet sibi deposcere. Omnia denique ad funestum schisma spectabant, quodque iniquissimum, erant tum Coccini tum Goae, qui mali causam referrent in homines Societatis, quasi per inadvertitiam noluiscent Religiosos rivales suos pacate consistere inter Thomaeos, ad eosque inde exturbandos Archiepiscopum sui ordinis hominem, impulissent. Hisce calumnias nihil responsi datum a nostris. Britsus ipse Archiepiscopus, tametsi commiserant refractarii cur censuris Ecclesiae notarentur, ne tamen acerbius crudescerent animi resue in deteriori ruerent, legum severitatem abstinuit, maluitque injuriam moderate ferre quam persecuti. Ita integrum fluxit biennium in summa rerum omnium perturbatione ac tumultu. At cum maxime discrimen instare ultimum videbatur, allata Matrito jussa Regia procellam sedarunt. Dicernebat siquidem Rex, non aliis Religiosis praeter quam nostris licere domicilium figere intra dioecesim Cranganorensem, qui vero Caturi fixerant, ut confessim inde revocarentur regiis ministris mandabat. Quae jussa veriti Religiosi, de quibus dictum, aliquando tandem oppido ac dioecesi excesserunt. Eorum autem discessu sedatae utcumque res, et Ecclesiae tranquillitas restituta.

174.
*Tota Thomaeo-
rum Ecclesia
perturbatur.*

175.
*Nostrorum et Ar-
chiepiscopic moderatio. Rei ex-
tus.*

176.
*Felix perum
status in Jafana-
patano, gubernante
Francisco
de Oliveira.*

Haud minus hoc tempore calamitus rerum status, licet aliis de causis, fuit in Jafanapatano, quod insulae Ceilanensis regnum est ad boream spectans. Sexto jam anno id solum excolebat Societas, et culturae fructus respondebat. Socii varias in stationes distributi, Ecclesiastica tota regione exercent sexdecim, in iisque laetam Neophytorum sobolem ad quinquaginta millia numero educabant, et novis subinde accessionibus Christi gregem augebant. Cum rerum adeo secundum cursum abrupti obitus Francisci de Oliveira, viri non magis bellica laude,

quam pietate christiana clari, qui provinciam sua maxime virtute ac felicitate perdomitam, administrabat. Sane hoc sublato viro, licuit agnoscere quantum intersit, quales provinciis praesertim remotoribus, imponantur praefecti. Per annos continenter octo, quandiu Jafanapatatum rexit Oliveira, nihil turbatum fuerat domi, nihil contra Lusitanos susceptum ab finitimis Regibus. Quippe jus populo dicens summa aequitate, provinciales devinciebat sibi et in Regis obsequio continebat, contraque externam vim non magis militaribus copiis, quam gentis favore studiisque se muniebat. Idem ut religione firmaret imperium, nostrorum incepta pro viribus promovebat. At eo vix mortuo, versa momento est facies rerum. Candiensis Rex, quem in media regnante Insula Lusitani vice-rant saepe, numquam debellaverant, nullam sibi intulit moram quin accureret cum infesto exercitu, et provinciam invaderet. Oliveirae successerat Lancirotus a Seixa. Qui propter virium inaequalitatem non audens progredi contra hostem, contraxit continuo militem, intraque arcis munimenta cum valido praesidio se inclusit. Candienses obsidente nemine regionem ingressi, totam impune percurrunt atque pervstant. Quidquid uspiam erat sacrarum aedium, direptum, expilatum ac subjectis ignibus incensum est. E nostratis duo capti ac crudeliter trucidati. Fuerunt hi Patres Matthaeus Fernandez et Bernardinus Peccius, quem vulgo Indi senensem a patria appellabant. Felices morte pro Christo obita, et hoc feliores, quod martyrum obedientiae fructus quodammodo et merces fuit. Cum enim stationes haberent suas prope ad regni confinia, eoque omnium maxime patenter hostibus, ad primos candiensi belli apparatus, ne irruptione subita opprimerentur, secesserant ambo in regni penitiora, haud ita longe ab arce Lusitanorum. At visis P. Petri Pauli Godinii litteris, (sociorum ibi degentium praeses erat is, et quae audierat perscribebat), quibus omnes communiter Patres monebantur, nihil esse cur quisquam suo se commoveret loco, cum omnes provinciae aditus firmis praesidiis praeculendendi essent, proindeque facilis hosti futurus non videtur accessus; his in quaenam vasis litteris, viri plus majorum nutibus tribuere, quam suae prudentiae soliti, retro confestim ierunt et stationes pristinas repetierunt, ubi oppressi repente a barbaris ac perempti sunt XVI. Cal. Octobres. Una cum Peccio versabatur P. Hieronymus Froes. Verum is florenti vir aetate, ut adesse hostem atque aedes circumvallare sensit, usus beneficio noctis ac locorum peritia, celeri se fuga proripuit. Senensem idem effugium tentantem, ne posset elabi, sepes obiecta, debilitas viuum et hostium celeritas prohibuere. Jam in eo sociorum pari nimium quantum amissum est. Natus erat Peccius, uti dictum est, Senis in Etruria ex familia nobili. Sub initium saeculi de quo scribimus, una cum P. Alberto Laertio profectus ab urbe Roma Goam, hinc diversas australis Indiae plagas excolare instituit, aut perducendis ad Christum ethnicis, aut institutioni Neophytorum intentus. Novissime incensus desiderio martyrii, moderatores rogaveraut, sibi ut assignarent stationem non adeo ab finibus Ethnicorum, et periculo caedis remotam. Quod cum mense uno ante quam caesus est impetrasset, digrediens a P. Christophoro Coelio, quicum erat illi intima familiaritas, eum arte complexus, se vero beatum appellavit, qui ad cruentam pro Christo mortem, metam votorum suorum unicam atque ab annis pluribus optatissimam, brevi esset per venturus. Ingenio erat, non quidem hebeti tardoque, sed ad perdiscendas Indorum linguas minus idoneo. Tamen contentione studii tantum profecerat, ut inter illarum peritissimos haberetur. Numerabat cum imperfectus est annos vitae novem supra quadraginta. Cadaver diligenter conquisitum, post plures dies repertum est adeo suaviter fragrans, ut nemo dubitaverit rei tam novae aliquid inesse divinum. Peccio major aetate, non inferior virtute erat P. Matthaeus Fernandez, natus Coccini ante annos circiter sexaginta quatuor. Cum mediocri doctrina tantam prudentiae magnitudinem, tamque ardens studium animarum conjungebat, ut excolendis illarum gentium Neophytiis, trahendisque ad Christum Ethnicis aptus putaretur in paucis. Plures annos in ora piscariensi traduxerat, insigni in Paravas charitate commendatissimus. Translatus inde in regnum

177.
Eo mortuo Rex
Candiensis regio-
nen pervastat.

178.
Duo ex nostris
pro Christo ne-
cantur. Marty-
rium obedientiae
praemium.

179.
Elogium P. Ber-
nardini Peccii.

180.
Et P. Matthaei
Fernandez.

Jafanapatani, tres intra quinquennium Ecclesias extruxerat, et ad quinque Ethnorum millia Christo genuerat. His rebus naviter insudantem, barbarorum crudelitas, ita ut dictum est, intercepit, atque e medio laborum cursu in coelum transmisit.

^{181.}
*Candienses Ja-
fanapatana fu-
gantur.*

Vulgato Candiensium scelere, nemini dubium fuit quin Peccius Fernandius que referri deberent in eorum ordinem, *qui pro testamento Dei sua corpora tradi-derunt*. Neque vero temere id creditum, ipsimet palam jactantibus barbaris, non tam Lusitanis bellum intulisse se quam ipsorum religionibus, quod ipsum sa-
cram maxime aedium direptionibus et incendiis, et effusa in sacerdotes cru-
delitate satis superque declararunt. Sed non impuniti abiérunt. Totam ferme re-
gionem diebus decem pervagati, ausi sunt ad extreum ipsas Lusitanorum mu-
tationes praetergredi, praeda ac manubius onusti. Audaces faciebat scilicet ipso-
rum numerus, et quam male praeoccupabant praesidiiorum ignavia. Verum hi
probrum non tolerunt. Quantumvis pauciores, exstimalante insita virtute et Lu-
sitani nominis gloria, decurrerunt ex arce instar leonum, atque impetum in hos-
tes dederunt tanta ferocia, ut illi continuo praecepit in fugam aversi con-
sternataque, suos intra fines reperirent sese. Cedentes insecuri a tergo Lusitani,
multos interfecerunt, caeteros aut male mulctarunt, aut praedae partem relin-
quere coegerunt. Sic ulti injuriam non compensarunt tamen illatam religioni cladem, cuius minima pars direptio et exstio sacrarum aedium fuit. Candiensium ad libertatem vocantium, non arma solum, sed etiam impietatem secuti fuerant
adeo multi ex popularibus, Regi pariter Deoque infidi, ut perisse paucis die-
bus videretur quidquid ad constabiliendam in ea terra religionem, nostri Fran-
ciscanique perfecerant plurim annorum labore. Quod reputantes regii simul ac
saci ministri, agebantur plurimum, nec facile sarciri posse tantam rerum re-
spectionem sentiebant. Et utcumque sarciretur, curam haud levem perspecta gentis mobilitas iniiciebat in tempus posterum, cum minime fidendum videretur iis,
quorum tam lubrica in ipso discrinime apparueret fides. Tamen instaurandis Ec-
clesias revocandisque ad officium Neophytis, nostri animum appulerunt. Cumque defectionis veniam orarent perfidi, seque fore posthac in Regis potestate, et quam duntaxat specie tenus abjecissent christiani nominis professionem, ex animo re-
sumpturos promitterent, eos Praefectus leniter castigatos dimictebat, nostri chris-
tianis institutionibus diligenter uberiorisque imbuebat. Quo paulatim res in sta-
tum pristinum restituta. Dum haec agebantur, aliis item de Societate sacerdos,
qua parte minime videbatur putandum, interficitur. In insula Cardiva, quae re-
gni Jafanapatani parva appendix est, Parochi obibat munus P. Franciscus Bar-
bosa, et religionis negotium sedulo procurabat. Accidit ut duos tresve adoles-
centes, servitia domestica, deprehenderet in nefaria libidine: quam improbitatem non ferens, acriter objurgatos, paterna animadversione censuit emendandos.
Illi objurgatione ac poena efferati, conjurant in patrem ac sacerdotem suum,
captatoque tempore, nihil tale suspicantem invadunt, et elisis fauibus necant.
At non impune. Rescivit de parricidio Praefectus Regius, nullaque interposita
mora sceleratos adolescentes comprehendendi jussit, qui facile convicti, frustra de-
precantibus nostris, admissam caudem capite luerunt.

^{182.}
*Sed remanent
genestis belli ve-
stigia lucuosa.*

Sed caedium, atque omnis immanitatis exempla multo insigniora vidit hoc anno Japonia, ubi saevissimus Imperator, qua cooperat pergens, labantem Religionem ac prope jam praecipitam, conatus ultimo impellebat. Mitius agi jam querebatur tirannus, si christianis aut ferro aut rogo eriperetur vita. Brevem istam et unam mortem iis inferre, clementiam, imo judicium imbecillitatem voca-
bat. Diuturnitate poenae potius quam atrocitate saevendum, domandos paulatim torments Christi famulos, multas sine morte mortes irrogandas iis censebat. Hoc qui facerent judices, viros navos industriosque appellabat. Cui Principis judicio consentientes, sive suopote ingenio, sive assentandi studio, minores Reguli ac Provinciarum Praefecti cum experientissimis carnificibus certabant, utri crucia-
tuum genera acerbiora ac simul prolixiora excogitarent. Et nimis quantum istae artes ad religionis excidium valuerunt. Gubernator Nangasachiensis Caracus, ut

^{183.}
*Itis tolleundis no-
stris sedulo alta-
borant.*

^{184.}
*P. Franciscus
Barbosa a duo-
bus servulis in-
trajectus.*

^{185.}
*Res JAPONIAE.
Invadente con-
spiratione contra
christianos.*

^{186.}
*Xiayaharam
transfruntur
multi ut torque-
antur.*

libro superiore narratum est, Christianos plus quadrungentos expulerat urbe, et in vicinum saltum relegarat, dispositis circum stationibus militum, qui neminem egredi, nisi prius Christum ejurasset, sinerent. Anno integro, etsi noctu interduique, aestate atque hieme, sub dio constitissent, ac praeter omnem caeli inclem tam, durissima quaque paupertatis incommoda tolerassent, nulliusdum constantiam infregerat tot malorum moles. Hac re cognita Imperator, Gubernatoris ignaviam coarguens, turbam eam omnem educi nemore, tradidit Bungodon Regulo Arimensi jubet. Is namque gratiam praecipuam erat nactus apud barbarum, quod haberet opinionem saevitiae, et quod anno praeterito multos christianorum ad defectionem compulisset. Ergo imponunt navibus et Ximabaram deportantur. Erat ex eo numero mulier plusquam seminea virtute (Joannae illi nomen), sed propter longas aerumnas adeo defecta viribus, ut alienis manibus ad navim fuerit deferenda. Dum defertur, bajulorum incuria humi afflcta, ex ea offensione, ut erat jam aegro corpore, haud ita post expiravit. Cadaver nihilominus devictum est Ximabaram, illatumque in carcerem, ubi totos dies quinque jacuit inter vincitos, terrori eorum et supplicio. Sed cujusmodi es set carcer, quibus experimentis vinctorum patientia tentaretur, juvat agnoscere.

Septum magni per se ambitus, sed pro numero vincitorum angustum, in pro-
ro ac patenti campo fecerant ex vallis, quod superne patens imbre perinde ac
solares radios admitteret. Vallorum intervalla asseribus clauserant, ne qua lenior
interius aura perflaret. Intra id spatium inclusi constipatiq[ue] attinebantur viri
pariter ac mulieres, capita amplius quadrungenta. Quotidie ante meridiem edu-
cebantur nudi, et in aprico ubi calidissimus arderet sol, per quinque sexve ho-
ras detinebantur. Nam solem aperto capite aegerrime ferunt Japones, habentque
id inter cruciatum omnium maxime intolerandos. Sub vesperam, ut spirare coe-
perat lenis ab occidente zephyrus, reducebantur in suam catastam, sudore
diffuentes et aectu macerati. Eo contrusos calor immodicus excipiebat, cum ob
angustiam loci, tum quod asseres diurna solis flamma, ejusque repercussu tor-
ridi, ardorem semel conceptum diu retinebant. Verum haec leviora. Saepe
ad septi januam conveniebant manipuli praetorianorum, nodosis armati fusi-
bus, vinctosque turmatim evocatos rogabant, an tandem facerent imperata?
Qui si consensu negarent (et negabant initio omnes), irruerant in eos ferociter,
nulloque sexum aetatumque respectu turbam promiscuam tamdiu concidebant,
donec fustes feriendo confregissent. Praeter haec cunctis communia, sua viritim
singulis adhibebantur tormenta, quorum multae variaeque in promptu formae
erant. Alii aquarum infusione, alii surunga, quod supplicium alibi descripsimus*,
identidem torquebantur. Quibusdam subter unguis infigebantur per vim spinarum,
aut exacuta cannarum fragmina, sensu doloris acerrimo. Alios novis excoigitatis
modis tortores inhumani cruciabant. Huic tubum oblongum, sulphure et foetenti
materia intus refertum, inscrebant in nares, obstructo prius ore ne animam
ducere nisi per nares posset. Tum alteram tubi partem extremam, admoto in-
cendebant igne. Qua re necessario efficiebatur, ut halitum pestilentem trahens,
semanimis ac prope suffocatos concideret. Illum sternebant humi nudum: dein
cruribus, brachis, aliisve corporis partibus, ubi pinguis et torosa caro, infigebant
acutas cannas, intus cavas, easque in orbem versantes instar terebrarum, sen-
sim ad ipsa usque ossa adigebant. Qui cruciatus non tantum ad praesentem
doloris sensum erat gravissimus, sed etiam maxime diuturnus, ac nisi fieret
plagis medicina, plane letifer, cum tumescerent statim vitiae gangraena car-
nes, ac paulatim computrescerent. Neque vero de tot suppliciis unum duntaxat
uni cuiquam infligebatur, sed uni eidemque, si vires, si vita suppeteret, pluri-
ma. Contusus fustibus, terebratus kannis, solibus perustus, enectus fame, surun-
ga enervatus, ad sulphureos denique montis Ungeni vortices trahebatur, bis ter-
que in liquida demergebatur sulphura, atque inde exutus pelle ac velut decorti-
catus educebatur. Ut rem paucis absolvam, quidquid citra necem poterant (hunc
enim intra modum facta fuerat saeviendi potestas) feri carnifices experiebantur.

187.
*Defertur inter
vincos cadaver
mulieris.*

188.
*Descriptio car-
ceris Ximabara-
ni. Solaribus ra-
diis vinciti cru-
ciantur.*

189.
*Aliisque tor-
mentorum for-
mis, quae indi-
cantur.*

190.
Deficiunt a Christo pauli caritatem filiorum et poenarum metu.

Sed unum ex omnibus visum intolerabile tormenti genus, quo parentes in liberis torquebantur. Institutum fuerat, ut rapti de matrum sinu infantes acer- vatum conicerentur in foveam ingentem, aut subjectis faculis ustularentur. Ea res grandiores prostravit. Stridor, lacrimae, vagitus miserabiles parvulorum, constantiam et coronam misericordie matribus, quae sua lacerari viscera sentiebant, extor- sere. Ab uxoribus pertracti sunt in exitium viri. Defecit paulatim alios atque alios patientia. Post dies quadraginta, ex omni illa vincitorum multitudine, quod sine fletu commemorare vix possumus, septem dumtaxat restabant fide adhuc integra, et ad omnia immoti. Reliqui etsi per suas vices plus minusve cruciati, et triumphalibus insigniti notis patientiae ac fortitudinis, misere succubuerant suorum charitate victi, et a Christo desciverant. Sed nec ii septem, quorum diuturnior constantia, usque ad ultimum persisterunt omnes. Pertracti cum fuissent ad vicinos Ungenii montis lacus, etiam atque etiam tentandi scilicet fer- ventium experimento aquarum, quatuor ut steterunt in margine horrendi gurgi- gitis, aspectu ipso ac stridore ebullientis sulphuris consternati, animis penitus con- ciderunt, veniam oraverunt et in impia verba juraverunt. Quibus ita prolapsi, tres tantum superfuerunt inexpugnabiles, quorum plane admirabilis virtus fuit, et caeterorum egregie compensavit ignaviam. Productio ad dies viginti tres saevo certamine, conatus ultimos crudelitatis viserunt, ac superarunt. Prius valentissimi tortores, suppliciis inferendis quam ipsis perferendis, lassati sunt. Unus cui Joanni Magasquo nomen, inter manus carnificum, praeter ipsorum tamen opinione, vetricem animam exhalavit, vi tormentorum oppressus. Ejus combustum est corpus, cineres in mare projecti. Alii duo ne similiter cruciatibus immoren- ter extimuerunt tortores, quibus cruciare non perire fas erat, eoque di- ram vexationem paululum intermisserunt. At siquidem desperabatur Victoria, novo denique mandato tyronni sunt interficti. Alter Joachim, Joannes alter ap- pellabatur, quibus tertio accessit loco noster Michaël Nagaxima. Sed de his, quando exempla ediderunt supra communem modum illustria, paulo distinctius agendum est.

191.
Tres tantum sus- persunt inexpug- nabiles. Unus in ipso cruciatur moritur.

192.
Joannes Co tor- mento novi gene- ris adhuc vetetur.

193.
Torquetur sur- runga, sed modo praeferuntur acerbiorum.

Joannes, quod statura esset per quam pusillus, cognomento Co (nam ea vox Japonice parvulum valet), animum ex habitu corporis metientibus, videbatur mo- mento perlevi atque ipso tortorum aspectu vincendus. Nec vinci tamen, nec terreri saltem, aut paululum commoveri potuit. Praeter communia caeteris sup- plicia, duo singularia ipsis causa fuerunt inventa. Prioris haec forma fuit. Defixi humi stipite, e regione ipsis modico intervallo, tigma constituerunt duo in decussim conjuncta. Tigillum alterum subtile et in aciem sectum, inter stipitem et qua tigna jungebantur transversum inseruerunt, acie in superam partem ver- sa. Huic Joannes tigillo ad modum equitanus imponebatur nudus. Manus pen- desque ad quatuor decussis radios deligabantur. Tum quasi haud satis esset supplicii in statu tam incommodo corporis, circumstabant carnifices praecutis in- structi calamis aut festucis, ac totum certatim fodicabant. His saepius ac frusta iteratis, ventum est ad surungam, sed veteri supplicio addita acerbitas novi generis et exquisitorum. Usitata surungae forma haec erat. Corpus nudum humi statuebant, ore in terram verso. Manus et pedes in tergum contortos, innodabant quatuor funibus e trabe demisis et in ipsa trabe coeuntibus. Volvebatur de- inde in girum corpus, donec funes in se contracti, ac multiplici rotatu glome- rati, illud in summam altitudinem attulissent. Tunc dimittebatur, suo pondere deferendum in praecceps; ruebatque in morem turbinis tam celeri vertigine, ut neque spatium relinquenter reciprocandae animae, et letali stupore omnes he- bescerent sensus. Experti fatebantur, nullum huic posse supplicium aequiparari. Jam vero Joanni parvulo, praeter caeteram tormenta diritatem, priusquam sublimis attolleretur, molare saxum impositum est tergo, nempe ut rumperentur costae, et quo majori ipse pondere trahebatur deorsum, eo velocius restes in spiram contortae explicarent sese, indeque citiores fierent conversiones mole- stioresque. Experimento semel facto, proxime abfuit quin expiraret, jamque eo devenerat, ut extremos velut in ipsa morte singulus ederet. Quare visum

tortoribus, non ultra id experiri. Mitius aliquanto est actum cum Joachimo. Tamen et arundinibus saepe est terebratus, et aqua saepe per vim ingesta egestaque in vitae discrimen adductus. Ambo denique, ubi caetera nibil proficiebant, ad avernales Ungeni montis voragini pertracti, ibi periculo suo didicerunt, quid hominum crudelitas contra homines, quid adversus eam vis auxilii caelestis posset. Producebantur quotidie ad oram tartarea lacus, vestibus exuebantur, nudi in nuda humo sternebantur. Tum carnifices scutulis ligneis, praelongo manubrio infixis, ardentes haeribant humorem, eorumque corpora lente perfundebant. Membra, quaecunque sulphureus proluerat latex, hiabant excocta pelle statim, mox putrescebant. Post dies paucos toto corpore ulcerosi apparuerunt ambo, et videbantur quantocius morituri, nisi resicerentur. Refecti sunt modica quiete concessa; sed molestissima quies fuit. Jacuerunt aliquandiu sub ramalibus arborum depositi, sanie taboque diffuentes, quodque miserrimum, copia vermiculorum ingenti dies noctes depasti, quam pestem nec depellere ipsi per sese, quippe manibus pene capti, nec alterius cujuspiam ministerio poterant. Cum minime consanescerent, et validis egere remedii corpora taliter affecta viderentur, exportantur haud ita longe ad thermas salubritatis, ut ad alias subeundas poenas instaurarentur. Neque tamen cruciatu caruit lenis alioqui curatio. In balneo collocandi cum essent, interiores detrahi tunicas oportebat. Inventae sunt, concreto sanguine tanquam glutine, adeo tenaciter adhaerentes corporibus, ut detrahi non potuerint sine doloris sensu acerbissimo, in quo uno omnis acceptorum vulnerum recruduit dolor. Statim vero atque vires ex parte receperant, trahuntur iterum ad tormenta, tum vetus illud ac frequens aquae per vim ingestae et expressae, tum recens aliud, quo segmina calamorum, sicarum instar exacta, inter unguis immitabantur. Haec duo renovabantur quotidie, mane alterum, alterum post meridiem, frendentibus tortoribus, quod tam longo tempore ac tanto conatu, homulos istos expugnare non possent, eorum tamen patientiam ac fortitudinem tacite demirantibus.

Dum haec septuagesimo jam ferme die gerebantur ad Ximabaram, Nangasachii ad rogum damnati fuerant christiani duodecim, quos inter duo censembarunt Dominicani ac Franciscani tres. Quoties parabantur in hunc usum rogi, moris erat, ut ad sonitum certi tympani ostiatim corrogarentur a civibus ligna, concremandis, ut ajebant, perduellibus: quo publicum velut odium divinae legis declaratum volebant, quasi omnium consensu ac prope manibus exurerentur christiani. Venerant iniqui exactores ad Fratrem Michaëlem Nacaximam, nostrae Societatis hominem, qui forte apud parentes suos latebat domi. Ille facinus execratus, diserte negavit vel festucam se collaturam ad supplicium innocentium, imo vitam illorum, si licet, redempturam sua, dixit. Propter hanc vocem capitur ipse primo, tum parentes ipsius, senes exactae aetatis, unaque in saltum urbi proximum eiiciuntur. Jacuerunt ibi tota nocte nudi impastique, sub dio, cum imber densissimus nocturnum frigus augeret. Die sequenti Ximabaram transmittuntur cum litteris ad Bungodonum, ut si qui superessent in fide christiana contumaces, de iis ultimum sumeretur supplicium. Ximabaram invicti VI. Idus Decembris, sistuntur Tangamondo, nequissimo homini saevissimoque et Regis administratore primario, cuius alibi facta mentio. Non omisit veterator improbus consuetas artes, ut istos subverteret. Expertus irritas, expediri tormenta jubet. Senes perlevi momento dejecti, ad primos cruciatu fidem turpi defectione ejurarunt. At animosior parentibus filius, eorum lugendum exemplum non imitandum professus, adeo nihil de constantia remisit, ut imo provocaret insanum iudicem, minas ejus rideret, citiusque vitam sibi posse eripi quam fidem diceret. Ergo per omnes quas antea dixi tormentorum formas traducitur. Fustibus contusus, calidissimo soli urendus exponitur. Collocatur deinde in mensa supinus, capite extra mensam demisso. Sic jacenti per infundibulum aqua instillatur in nares, obturato prius ore, ut ducendo spiritu demitteretur in pectus. Ea post quam plenus ad summas usque fauces erat, tortor ventrem conculeans pedibus, eandem per nasum, aures, oculos et quacunque erat exitus, erumpere cum sanguine

194.
Trahuntur una
cum Joachimo
ad Ungerum
montem. Ambo
aquis ferventi-
bus macerantur.

195.
Nonnulla iis
regimes concedi-
tur, sed molestis-
simu.

196.
Iterum tormenta
subiectantur.

197.
Capitur Nanga-
sachil Frater Mi-
chael Nacaxima.

198.
Militatur Xima-
barum, ac dire-
torqueatur.

cogebat. Ad hunc modum octo aquae congiis illi per vim ingestos et egestos

^{199.}
*Caelesti ope sub-
levatur. Iterum sub-
cruciatur.*

narrant. Eamdem postridie lanianam, pari mentis etsi dispari corporis vigore sustinuit. Productus iterum in solem, agebat jam prope animam aestu enectus, cum opem divinam supplex imploravit: nec frustra. Adspiravit continuo lenis ventulus, simulque nubecula sideri interposita opacavit locum. Ipse pristinas vires sibi repente restitutas sensit. Attoniti prodigio iudices mentionem iterum de abiencia religione faciunt. Michaël impietatem detestatur, et oratione libera patrias superstitiones castigat. Visa res indigna iudicibus. Innuunt armatae, quae adstabat, militum cohorti. Impetum faciunt in unum omnes. Hic aures yellit, ille collum obtorquet, alius digitos. Plurimi colaphis caput, pugnis calcibusque tergum tundunt. Instaurata est saepe dura concertatio usque ad IX. Cal. Januarias, defatigatis prius saeviendo, quam ille tolerando tortoribus. Denique ad montem Ungenum deducunt una cum Joanne parvulo ac Joachimo; qui suis egregie profuncti, ut narratum est, partibus, ad necem servabantur.

^{200.}
*Trahitur ad Un-
genum una cum
Joanne & Joa-
chimo.*

Ibi rursum Michaëlem barbari carnifices, ostendo ferventium aquarum barathro, ut a Christo deficiat hortantur. Negantem, iterum ac tertio aquis per vim infusis, perque diram compressionem expressis excruciant, credo ut ad ferenda atrociora debilior inveniretur. Ignari scilicet, in omnes convenire christianos, si modo gratia caelestis adspiret, quod de se ajebat Apostolus*: *Cum infirmor, tunc potens sum.* Ut visus eo tormento satis debilitatus, ad lacunam altissimam cum horrisono stridore aestuantem, adducitur. Eodem pertrahuntur Joannes et Joachimus, quorum similiiter deliberata mors erat. Principio leviter immersi in ferventem aquam, pedum pellem et crurum amiserunt. Educti, stillatim asperguntur calido rore, ac reliqua corporis cute spoliantur. Sic spoliati et nudi, cum monstra hominum potius quam homines viderentur, asperrimum frigus in montis vertice noctem integrum pertulere, carnificibus admiratione patientiae defixis. Istorum unus circa dimidium noctis accedens ad Michaëlem, veniam crudelitatis quam invitus exerceret, rogavit. Cui Michaël, Christianos nullas cum quopiam hominum inimicitias gerere respondit: illata mala patienter ferre, inferentes diligere. Nunquam proinde ipsum sibi odio fuisse, nec fore. At nisi fieret Christianus, sciret occlusum sibi ad aeternam vitam aditum, idque serio cogitaret. Quo ille responso percusus, ac prope ad fidem perductus est. Ubi diluxit, iterum Christi milites ad os tartari pertrahuntur, rursum liquido sulphure perfunduntur, non stillatim tamen ut antea, nec per intervalla, sed plenis situlis, ac sine intermissione. Quo in cruciatu cum solidas horas duas perstisset, nullo gemitu, nullo motu, ac ne vitae quidem indicio edito, excepto quod Jesum ac Mariam identidem intermortuis vocibus appellabant, denique in locum sempiternae quietis feliciter excessere. Corpora in voraginem, alligato ad collum saxo, deturbata. Incidit eorum triumphus in ipsum diem Christi natalem. Annos expleverat Michaël quadraginta quinque. Joannes tringita novem. Joachimus sex supra quinquaginta. Sed de Michaële quedam distinctius agnoscere pretium est. Natus in Regno Fingensi, et a P. Joanne Baptista Baeza baptizatus, votum perpetuae castitatis adhuc adolescens ediderat. Quod ut facilius tueretur, inexpiable bellum indixisse videbatur suo corpori. Adeo cilicis, flagellis caeterisque christianaе poenitentiae armis, domare hostem domesticum, ac subigere studebat. Magnum tenetrae virtuti cumulum aetas procedens addidit. Subiit cupido alienae quoque salutis procurandae, amplificandae religionis, imitandi praecones divinae legis et adjuvandi. Quare cum in exilium abire cogerentur nostri sacerdotes anno hujus saeculi decimo quarto, unum ex iis quem domi occultaret, a P. Carvallo provinciae Praeposito postulavit, et illum ipsum a quo fuerat baptizatus, P. Baezam obtinuit. Eo mortuo, P. Emmanuel Borges hospitio excepit Nangasachii, licet non nesciret cruentas tiranni leges contra Religiosorum receptatores, seque multorum oculis custodiri certo sciret. Homini tam bene de sociis merito, idque dudum postulanti, rependit Societas mercedem quantum poterat maximam, nimurum se ipsam, et eum inter suos filios alumnosque numeravit. Auxit nova religiosae vitae professio ardorem pietatis, qui cum ubique

^{201.}
*Ultima in eos ex-
perimenta cru-
elitatis.*

^{202.}
ad Cor. XII. 10.

Ibi rursum Michaëlem barbari carnifices, ostendo ferventium aquarum barathro, ut a Christo deficiat hortantur. Negantem, iterum ac tertio aquis per vim infusis, perque diram compressionem expressis excruciant, credo ut ad ferenda atrociora debilior inveniretur. Ignari scilicet, in omnes convenire christianos, si modo gratia caelestis adspiret, quod de se ajebat Apostolus*: *Cum infirmor, tunc potens sum.* Ut visus eo tormento satis debilitatus, ad lacunam altissimam cum horrisono stridore aestuantem, adducitur. Eodem pertrahuntur Joannes et Joachimus, quorum similiiter deliberata mors erat. Principio leviter immersi in ferventem aquam, pedum pellem et crurum amiserunt. Educti, stillatim asperguntur calido rore, ac reliqua corporis cute spoliantur. Sic spoliati et nudi, cum monstra hominum potius quam homines viderentur, asperrimum frigus in montis vertice noctem integrum pertulere, carnificibus admiratione patientiae defixis. Istorum unus circa dimidium noctis accedens ad Michaëlem, veniam crudelitatis quam invitus exerceret, rogavit. Cui Michaël, Christianos nullas cum quopiam hominum inimicitias gerere respondit: illata mala patienter ferre, inferentes diligere. Nunquam proinde ipsum sibi odio fuisse, nec fore. At nisi fieret Christianus, sciret occlusum sibi ad aeternam vitam aditum, idque serio cogitaret. Quo ille responso percusus, ac prope ad fidem perductus est. Ubi diluxit, iterum Christi milites ad os tartari pertrahuntur, rursum liquido sulphure perfunduntur, non stillatim tamen ut antea, nec per intervalla, sed plenis situlis, ac sine intermissione. Quo in cruciatu cum solidas horas duas perstisset, nullo gemitu, nullo motu, ac ne vitae quidem indicio edito, excepto quod Jesum ac Mariam identidem intermortuis vocibus appellabant, denique in locum sempiternae quietis feliciter excessere. Corpora in voraginem, alligato ad collum saxo, deturbata. Incidit eorum triumphus in ipsum diem Christi natalem. Annos expleverat Michaël quadraginta quinque. Joannes tringita novem. Joachimus sex supra quinquaginta. Sed de Michaële quedam distinctius agnoscere pretium est. Natus in Regno Fingensi, et a P. Joanne Baptista Baeza baptizatus, votum perpetuae castitatis adhuc adolescens ediderat. Quod ut facilius tueretur, inexpiable bellum indixisse videbatur suo corpori. Adeo cilicis, flagellis caeterisque christianaе poenitentiae armis, domare hostem domesticum, ac subigere studebat. Magnum tenetrae virtuti cumulum aetas procedens addidit. Subiit cupido alienae quoque salutis procurandae, amplificandae religionis, imitandi praecones divinae legis et adjuvandi. Quare cum in exilium abire cogerentur nostri sacerdotes anno hujus saeculi decimo quarto, unum ex iis quem domi occultaret, a P. Carvallo provinciae Praeposito postulavit, et illum ipsum a quo fuerat baptizatus, P. Baezam obtinuit. Eo mortuo, P. Emmanuel Borges hospitio excepit Nangasachii, licet non nesciret cruentas tiranni leges contra Religiosorum receptatores, seque multorum oculis custodiri certo sciret. Homini tam bene de sociis merito, idque dudum postulanti, rependit Societas mercedem quantum poterat maximam, nimurum se ipsam, et eum inter suos filios alumnosque numeravit. Auxit nova religiosae vitae professio ardorem pietatis, qui cum ubique

^{203.}
*Fr. Michaelis
Nangasachiae elo-
quium.*

Ibi rursum Michaëlem barbari carnifices, ostendo ferventium aquarum barathro, ut a Christo deficiat hortantur. Negantem, iterum ac tertio aquis per vim infusis, perque diram compressionem expressis excruciant, credo ut ad ferenda atrociora debilior inveniretur. Ignari scilicet, in omnes convenire christianos, si modo gratia caelestis adspiret, quod de se ajebat Apostolus*: *Cum infirmor, tunc potens sum.* Ut visus eo tormento satis debilitatus, ad lacunam altissimam cum horrisono stridore aestuantem, adducitur. Eodem pertrahuntur Joannes et Joachimus, quorum similiiter deliberata mors erat. Principio leviter immersi in ferventem aquam, pedum pellem et crurum amiserunt. Educti, stillatim asperguntur calido rore, ac reliqua corporis cute spoliantur. Sic spoliati et nudi, cum monstra hominum potius quam homines viderentur, asperrimum frigus in montis vertice noctem integrum pertulere, carnificibus admiratione patientiae defixis. Istorum unus circa dimidium noctis accedens ad Michaëlem, veniam crudelitatis quam invitus exerceret, rogavit. Cui Michaël, Christianos nullas cum quopiam hominum inimicitias gerere respondit: illata mala patienter ferre, inferentes diligere. Nunquam proinde ipsum sibi odio fuisse, nec fore. At nisi fieret Christianus, sciret occlusum sibi ad aeternam vitam aditum, idque serio cogitaret. Quo ille responso percusus, ac prope ad fidem perductus est. Ubi diluxit, iterum Christi milites ad os tartari pertrahuntur, rursum liquido sulphure perfunduntur, non stillatim tamen ut antea, nec per intervalla, sed plenis situlis, ac sine intermissione. Quo in cruciatu cum solidas horas duas perstisset, nullo gemitu, nullo motu, ac ne vitae quidem indicio edito, excepto quod Jesum ac Mariam identidem intermortuis vocibus appellabant, denique in locum sempiternae quietis feliciter excessere. Corpora in voraginem, alligato ad collum saxo, deturbata. Incidit eorum triumphus in ipsum diem Christi natalem. Annos expleverat Michaël quadraginta quinque. Joannes tringita novem. Joachimus sex supra quinquaginta. Sed de Michaële quedam distinctius agnoscere pretium est. Natus in Regno Fingensi, et a P. Joanne Baptista Baeza baptizatus, votum perpetuae castitatis adhuc adolescens ediderat. Quod ut facilius tueretur, inexpiable bellum indixisse videbatur suo corpori. Adeo cilicis, flagellis caeterisque christianaе poenitentiae armis, domare hostem domesticum, ac subigere studebat. Magnum tenetrae virtuti cumulum aetas procedens addidit. Subiit cupido alienae quoque salutis procurandae, amplificandae religionis, imitandi praecones divinae legis et adjuvandi. Quare cum in exilium abire cogerentur nostri sacerdotes anno hujus saeculi decimo quarto, unum ex iis quem domi occultaret, a P. Carvallo provinciae Praeposito postulavit, et illum ipsum a quo fuerat baptizatus, P. Baezam obtinuit. Eo mortuo, P. Emmanuel Borges hospitio excepit Nangasachii, licet non nesciret cruentas tiranni leges contra Religiosorum receptatores, seque multorum oculis custodiri certo sciret. Homini tam bene de sociis merito, idque dudum postulanti, rependit Societas mercedem quantum poterat maximam, nimurum se ipsam, et eum inter suos filios alumnosque numeravit. Auxit nova religiosae vitae professio ardorem pietatis, qui cum ubique

se proderet, injecit suspicionem administris regii, et ipse demum occasione data, ut demonstratum est, se detexit.

Non est sejungendus a Fratre Michaëlo Nacaxima P. Michaël Xiuccanu, licet non igne aut ferro ut optabat, sed laborum magnitudine, ut apostolico viro dignum erat, absumpsus. Natus in Japonia, propter excellentem indolem, non solum in Societatem, verum etiam in ordinem sacerdotalem, quod raro admodum concedebatur Japonibus fuit adscriptus. Sacra eloquentia pollebat plurimum, et quamdiu licuit, nunquam destitut palam concionari, exigitandis praecipue Bonziorum fabulis ac deliramentis intentus. Sub Daifusama toleravit exilium, unaque cum aliis nostrorum Macaum secessit. Clam reversus in patriam, vitam reliquam excolendis occulte Neophytis, alliciendis ad Christum Ethnicis, sustentandae religioni inter sexcenta pericula impedit, non aliam laboris mercedem, quam gloriosam in rogo necem exspectans. Sed exspectatione sua frustratus est, ante aerumnarum oppressus mole, quam igne consumptus. Obiit Octobri mense exente. Caeterum praeter eos tres, quorum illustrer certamen executi sumus, praeciarum Christo testimonium alii bene multi praebuerunt, quorum tamen acta singillatim referre otium non est. Nangasachii, in urbe quandam ex toto christiana, hoc primum anno Christiani cujuscunque essent ordinis, sola religionis causa necari coepit; et necati sunt per diversa intervalla duo supra triginta, partim exusto corpore, partim capite amputato. In regno Omurensi finitimo, circiter quadraginta similiter interfici. Neque solum in Ximo, sed in extremo etiam Japoniae latere orienti obverso saevitum est, quaeque consenisse videbantur contra Christianos leges, iterum exerceri cooperunt. Ferax cum primis ejusmodi palmarum fuit regio Yonezavensis, quae una est ex pluribus tetrarchiis, in quas regnum Devense dividitur. Quamdiu ibi rerum potitus est Canguecodzudonus, vir miti ingenio et rebus bello gestis clarissimus, tuta omnia Christianis fuerunt. At eo vivi et vivis sublatto, Dangionus filius, ut nondum certam dominationem sibi Imperatoris gratia firmaret, manus imbuendas censuit sanguine Christianorum. Idecirco cum adhuc apud aulam moraretur Yedi, neendum a Xoguno nomen et jus paternae dignitatis impetrasset, misit praefectis suis litteras et mandata, ut quaestionem haberent de Christianis, et si qui essent hujus sectae comperti, eos vi metuque cogerent ad defectionem. Praefecti erant Yonezavae duo, simili potestate, dissimilimo ingenio, Xuridonus et Ferozimus. Prior ille servatos innocentes cupiens, rescrispit ad Regulum, nihil uspiam Christianorum, quod ipse sciret, toto inventri regno. Alter contra, seu collegae invidiam quaerens apud Regulum, quod vitium inter aulicos familiare, seu christiani nominis odio, esse enimvero quam plurimos docuit, sed nullo adduci modo posse ut a Christo deficerent. Haec legens Dangionus: atqui efficiam ego ut a contumacia discedant, inquit. Eaque mente regressus Yonezavam, feralem agere tragediam aggreditur.

Eminebat inter primores urbis opibus et nobilitate Ludovicus Jemondonus, vir belli et pacis artibus egregius, sed magis pietate; qua inflammatus hoc studere unum videbatur, ut quamplurimos ad fidem adduceret, et quod mirum, quatuor ad eam Bonzios adduxerat. Hoc religionis studium hauserat sub disciplina P. Hieronymi de Angelis, dignus tali magistro discipulus. Tota Ludovici familia Christum similiter ac pietatem colebat: filii nimurum duo, Michaël et Vincentius, florentiae juvenes, nec ita pridem matrimonio impliciti: duae itidem nurus, Dominica et Thecla, et qui denique mercede serviebant: capita ex una domo viginti omnino. Cum constaret Ludovicus in retinenda fide constantia et studium in propaganda, frustraque adhibitae fuissent ab amicis adhortationes, ut specie saltem tenus desereret Christum; renunciari ei jubet Regulus, aut proposuimus mutet, aut paratus sit die postero cum suis omnibus emori manu carnificis. Hoc nuncio quod primis tenebris allatum est, laetari miris modis senex, triumphare filii, tenerae nurus sibi ac maritis gratulari, ephebi, ancillae, famuli, domus universa diem festum agere. Michaël filiorum natu maximus, gravem morbum quo jacebat oppressus, repentina delibutus gaudio expulit. Thecla septemdecim tantum annos nata, videre supremum ac salutare matrem ethnicam, ut

Tom. II.

204.
Obiis et elo-
gium P. Michaë-
lis Xiuccani.

205.
Nequantur pro
Christo multiva-
ris in locis.

206.
Ferialis tragoe-
diea initium in
regno Yoneza-
vensi.

207.
Ludovicus Jemon-
doni pietas exi-
mia.

208.
Capitale senti-
tentiam latus
excipi cum tota
familia.

suadebat sponsus, omnino recusavit. Puer inter ephebos erat annorum duodecim, quem Ludovicus eruptum cupiens imminentि cladi, suam e vestigio proponere jussit domum, quaeque agerentur parenti nunciare. Id spectabat, ut domi remaneret sua puer, vel saltēm retineretur invitus. Neutrum accidit. It, rediit, neque velle se tali tempore divelli ab herbo suo professus est. Famulis suadebat Ludovicus ut abscederent, parabatque iis amplam operae sibi navatae mercedem reddere. Nullus ut eam acciperet adduci potuit. Nam tecum, ajebant, morituris nulla praeter caelum mercede opus est. Adeo ad profundum pro Christo sanguinem summo consensu conspiraverant omnes. Exacta per haec nocte, adest prima luce missus a Principe centurio cum satellitum globo, et acinacem, pugionem, aliaque arma ab Ludovicō reposcit. Id nobilium reorum honori et gratiae in Japonia datur. Ea detulere duo ejus filii, et addiderunt nec rogati sua, quo promptam moriendi voluntatem declararent. Caetera item domesticorum turbā in necem pro Christo subeundam ultro consensit. Rebus ergo omnibus comparatis, indicitur profectio ad locum supplicio destinatum. Agmen Ludovicus instruxit in hunc modum. Ingens imago Deiparae praecebat, vexilli in morem hastili summo imposita. Sequebatur nobilis puer, facem accensam gestans, fidei divinae, cuius causa isti moriebantur, insigne. Subibant viri manibus post tergum revinctis, hisque Rosarium B. Virginis e collo pendebat. Mox feminae, precarios eosdem globulos habentes pae manibus. Agmen pium Ludovicus claudebat. Tota civitas hinc inde circumfusa spectabat, non sine commiseratione tot nobilium capitum et florētū familiæ, quam una dies funditus eversura esset. Processerunt modestissima gravitate paulo ultra urbem, ad locum quem Vocusambaram vocabant incolae. Repagula quibus multitudine discludebatur, ingressi, genua ante sacram divinæ Matris effigiem flexere, et preces ardoris plenas ac pietatis pudore. Collum denique carnificibus primo feminae, deinde viri fortiter praebevere. Soli e felici numero excepti sunt quinque famuli, quos iudex frustra collum offerentes, precibusque ac lacrimis pugnantes, dimitti seu verius per vim exigi jussit.

^{209.}
*Proceduntur
ad supplicium
viri de mulieris
vigna.*

^{210.}
*Ex iis quindecim
obtruncantur.*

^{211.}
*Ibidem capite
multantur Chri-
stiani plus sexaginta.*

^{212.}
*Mira fortitudo
Pauli Nixifori,
et jusque conju-
gis.*

^{213.}
*Simile exem-
plum fortitudi-
nis in puerili ac-
tate.*

Neque hic finis tragœdiae fuit. Diram sanguinarii Principis sitim non sedavit hic sanguis, sed exacutus potius ac majorem in modum incendit. Mense uno aliae quinque ex illustrioribus regni familiis candem ob causam neci sunt datae, et decussa Vocusambarae capita amplius sexaginta, quo in numero longaevi senes, mulieres nuptae innuptaque, pueri impubes fuerunt. Non hic referam diligenter, admiranda virtus exempla per eam occasionem edita. Juvat tamen e multis indicare pauca, voluptam simul et admirationem, ut spero, legentibus allatura. Nihilo inferior Ludovico Jemondono, seu nobilitatem seu pietatem spectares, habebatur Yanozavae Paulus Nixiforus, sodalitatis in honorem magnae Virginis institutiae praefectus. Is ubi damnatum Ludovicum accepit, arma ultro misit ad Gubernatorem, facultatem orans oppetendae pariter necis propter christianam fidem, quod sibi cum Ludovicō commune esse crimen affirmabat. Concessa non difficile fuit, et in loco summi beneficij a Paulo accepta. Die sequenti, adest sub auroram tribunus militum, ac placide dormientem admonet, spatio horae unius moriendum ipsi esse capite truncato. Nulla mora est. Exilit lecto, amictum induit splendidissimum, gratisque Deo impense actis,vinciendum se ac dendum praebebat militibus. Viro se comitem addebat conjux Magdalena, mori similiter pro Christo gestiens. Vetuit Tribunus, vitam illi datam affirmans parentis depreciatione. Illa contra vociferari, injustitiam Principis accusare. Communem sibi cum marito religionem, communem quoque poenam esse oportere. Cum lacrymandi, seque afflictandi nullum faceret finem, promisit Tribunus daturum se operam ut marito jungeretur. Hoc promisso, quae prius emori dolore videbatur, revixit, neque tamen exorare unquam potuit, ut pro Christo necaretur. Mira haec sane in muliebri sexu fortitudo. Similem in puerili aetate admirari licuit. Fanazava, quod oppidum Yonezava haud ita distat, Vocusambaram vinctus trahebatur Alexius Bozus, fidei causa mactandus. Una ducebatur ejus frater natu minor, cunctis naturae et gratiae dotibus ornatusissimus puer, nondum annum egressus decimum

quartum. Vedit puer indita fratri vincula, non item sibi; idque sibi indecorum interpretatus, rogavit lictores, ut se quoque vincirent. Cum non audiretur, lorum ipse obtulit tortoribus, etiam atque etiam rogans ne se honore vineculorum fraudarent, nec quievit nisi cum voti compos est factus. Tum vero haud secus glorians, quam si torqueum aureum induisset, alacer ad supplicium iit. Atque ut stetit intra vallum, flexis humi genibus sublatisque in coelum oculis, laeto subridens vultu, carnificis ictum exceptit: quae ridentis species, ut notatum est, vel exanguis ori ad aliquod tempus constitit. Sua in hoc genere miracula senilis quoque aetas edidit. Unum exemplo sit. Joachim Minagava, vir olim bellica virtute clarus, jam senex annorum octoginta, tam infirmo utebatur corpore, ut nec unum promovere soleret gradum, nisi suffultus hinc baculo, inde servili brachio. Tamen cum eundum fuit Vocusambaram ad supplicium, licet via esset nive geluque obsita, et caelum saevis aquilonibus procellosum, processit nullo baculo, nulla cùjusquam ope, idque tam celeri gressu, ut præcedentem satellites robustissimi aegre consequerentur. Auxit miraculi speciem, quod caeteris ob levorem glaciei saepe lapsantibus, ipse firmo semper ac stabili incessit gradu, donec itineris ac viae metas optatissimam attigit.

Sed quamvis haec ita essent, multo plures poenarum metu misere prosternebantur, et Christum si non animo, certe ore ejurabant. Reversi in suas domos desertores illi plus quadringenti, qui fuerant Ximabaram adducti, ostentanda miserabilis specie corporum, ulceribus, sanie vermisbusque scendentium, narrandis etiam describendisque, quae ipsi viderant quae experti fuerant, tartarei montis incendiis, tantum horroris ac metus late circumulerunt, ut pagi toti, oppida integra a Christi fide desciverint. Hanc lamentabilem florentissimam quondam Ecclesiae ruinam perspiciens e suis latebris P. Matthaeus de Couros, qui Japonici Episcopi vices, ut alibi dictum est, gerebat, missis quaquaversum litteris, firmare stantes, nutantes lapsu prohibere, omni ope laboravit. Litterarum haec erat sententia. Gratulabatur Neophytis, quod digni essent habiti pro nomine Jesu contumelias et cruciatus diros pati. Hac ratione praecipuum ipsis dignitatis in Ecclesia locum, ac supremum gloriae gradum in caelo comparandum. Conjectos in ipsorum fortitudinem et patientiam oculos christiani orbis esse. Magno agendum animo, confundendos Ethnicos, divinam religionem ab interitu vindicandam. Non committendum ut tot annorum aerumnas, tot exhausta fortiter supplicia, tot merita tamdiu tantis quaesita laboribus, momento perderent. Metam esse in proximo, palmam in manibus, si modo paulum enterentur, et quod restabat spati alacres conficerent. Neque vero esse cur poenarum insolenti novitate desponderent animos. Adesse omnipotentem Dei gratiam, quae pondus hoc humanis intolerandum viribus una cum iis portaret. Hujus ope tot ad eam diem pueros ac puellas risisse furem carnificum, cruciatuum innumerabiles formas ac acerbitates viceris. Suppliciis, quamlibet indignis et asperis, majora esse præmia: breves poemas, aeternam mercedem. Respicerent splendida caelorum atria, invitantes Angelos, hortantem Christum et præceuntem. Hunc sibi ponenter ob oculos, hunc perpetuo cogitarent, longe graviora pro ipsis passum. Et siquidem hactenus secuti erant onustum cruce, pergerent in ea cum ipso mori, qui nisi secum in cruce perseverantes non coronaret. His litteris, et opportunis caeterorum de Societate Patrum cohortationibus, mirifice recreati multi sunt, et ad exhauriendum omnem pro Christo labore accensi. Notatum reperio, ex iis sexaginta, quos Regulus Yonezavensis peremit, unum tantum fuisse, qui non prodijasset ex disciplina Societatis.

Sed his tandem omissis, quo magis in dies res Japonicae pessum ibant, eo laetior spes de Sinensibus affulgebat. Sola provincia Xansiensis septingentos ethnicos, in iisque duodecim primi ordinis litteratos, e naturali, ut Apostolus loquitur, excisos oleastro, in Christum tanquam in bonam olivam, hoc anno inservit. Curabant ibi ab annis ferme quatuor PP. Alphonsus Vagnonus et Jacobus Rho, et quamvis sedem ipsis fixam haberent Chiamcei, tamen ad alia etiam provinciae oppida subinde excurrebant, ubique Neophytes colligebant, collectos educabant augebantque. Certam in unoquoque oppido habebant domum, cuius partem

214.
Senex infirmus
in adeundo sup-
plicio vires reci-
pti.

215.
Multi plures
misere prola-
buxer poena-
rum meta vici.

216.
P. Maithaeus
de Couros ren-
tabantem suspen-
tare conatur.
Eius litteras ad
christianos.

217.
RES SINICÆ.
Labores PP.
Vagnoni ac Rho
in provincia
Xansiensi.

consuetis caeremoniis dedicatam, in usum sacelli destinaverant. In eam Neophyti ad fundendas simul preces, ad pia miscenda colloquia, ad legendos utiles de religione libros conveniebant. Aeditum huic domestico quasi templo praefecerant patrem familias, virum gravem, et in sacra doctrina non rudem, qui caeterorum officia temperaret. Erat deinde praeclera per totam provinciam de christianis opinio, non solum propter eximiam illorum probitatem, verum etiam propter manifesta prodigia, quae sanctitatem divinae legis identidem confirmabant. Ex adversariis ethniciis, qui obloqui auderent, aut novellas agri dominici plantas extirpare conarentur, alios repentinis ac turpibus morbis; alios tetra morte Deus ultius coercebat. Ad haec si intempestiva serenitas arva siticulosas contristaret, recludebatur caelum fideli Neophytorum prece, negatosque dudum imbræ effundebat. Magnam imprimis habebat in vulgus admirationem praescium futuri ac praesagium lumen, quo mentes etiam plebeiae divinitus collustrabantur. Narrat Vagnonus, injectum sibi metum non levem ac dubitationem de rusticana quadam muliere, quæ res eventuras, item abditas ac remotas, certo praemonstrare solebat. Veritus artes technicas mali Daemonis, qui rudium simplicitati non mihius quam eruditorum superbiae non raro illudit, adhibuit omnia, quæ ad spiritus discernendos Ecclesiæ lex et ratio prudentum, usurpare consuevit. Verum innocentia mulieris, pietatis ardor, obedientia, humilitas, omnem illi dubitationem exemerunt, habuitque persuasum, certo Dei consilii infusam mulieri simplici ac proletariae futurorum praesensionem, ut religioni conciliaretur auctoritas, tum etiam ut fides detraheteret vaticinationibus hariolorum, qui haustras a patre mendacii praedictiones magno illic pretio vendebant. Modestiam denique, charitatem, temperantiam, caeterasque virtutes Christianorum mirabantur Ethnici, ac laudare vel inviti cogebantur. Eminebat præ cæteris Stephanus, vir clari inter literatos nominis, cuius beneficio invicta primum fuerat Societas Chiamceum, ibique domicilium ac templum obtinebat. Is ad foræ aedium suarum alimenta pauperibus centenis tertio quoque die dividebat, idque in magna annonae difficultate, cum pauperi panem unum erogare perinde erat, ac unum in diem vitam pauperi prorogare. Erat Stephano filia paternæ virtutis haeres atque aemula. Hanc sibi vir princeps cum desponderet, ut gentis est mos, dotale ipsi munus amplissimum magno apparatu per medium urbem misit: vasa ex auro argentoque, gemmas, vestes arte praecipua laboratas, quidquid denique suppellebantur ac deliciarum muliebris mundus complectitur. Id totum illa templo Societatis ornando dedit, negans decere ut ornatiorem ipsa domum quam Deus haberet. Haud minor in Deum et Ecclesiæ Pekinensem liberalitas doctoris Pauli fuit. Hunc sceleratus Gueicunus, de quo supra dictum, una cum splendifissimis Mandarinis aula expulerat. Novus Imperator Pekinum revocari statim jussit. Revocatum et in integrum restitutum, auxit novo munere, quo nihil Mandarino gloriösius: nempe moderatorem adolescentiae suaæ appellavit, deditique illi se discipulum, ut a viro experientissimo doctissimoque, praecepta sapientiae interioris et imperii administrandi artem condisceret. Addidit muneri et honori lautum stipendum, tali dignum magistro discipuloque. Doctor vere pius primam mercedis sibi constitutæ pensionem delitul in templum Societatis, suisque manibus arae impositam Deo sacravit. Quod factum mox alis atque alii aemulantibus, visum Patribus quoddam instituere sodalitum, cuius praincipuae partes essent egentibus subvenire, collata certis diebus in eorum subsidium stipe. Sodalitum a Deipara Misericordiae denominatum est, et multis summa inopia laborantibus saluti fuit. Praeter doctorem Paulum, alii quoque patroni Societatis, quos Gueicunus dejecerat, ad honores pristinos redierunt, quibus crescentibus etiam ipsa Societas crevit.

^{222.} *P. Franciscus Samblarius dicitur Caifunum in provincia Honana.*

incolarum nobilitate nulli secunda, et quandam Imperatorum sedes, ubi plures regiae stirpis principes adhuc habitant, ac vulgo Reguli propter immensas opes appellantur. Accidit ut labore fractus aegrotaret P. Franciscus Samblasius, dum opus evangelicum Sunchiani faciebat in provincia Nankinensi. Cum atritas vires reficere vix posset, jussus est in provinciam Xansiensem proficisci, cuius commodiore caelo vletudinem penitus confirmaret. Iter illi fui per Honanam provinciam, et Caifunum. Miratus tantae civitatis magnificentiam, simulque luctuosam incitiam miseratus, quod nihil dum de divina Christi lege ad eam pervasisisset, captabat aditum aliquem ad aures animosque civium; cum in christianum mercatorem incidit, solitum identidem transire cursim Caifuno negotiorum causa, que ipsius frater ethnicus ibi procurabat. Mercatori nomen Petro. Is, utpote vir pius, veraeque fidei propagandae studiosus, secum agitaverat saepe de inducendis in provinciam Honanam Patribus, quod eum agrum culturae opportunissimum duceret, et suam Samblasio domum nunc obtulit. Sacerdos sumpto paucorum dierum hospitio, dat se in familiaritatem aliquot literatorum. Spargitur fama urbe, adesse unum e litteratis magni occidentis, quo fere nomine praecox Evangelii tunc noti erant. Fit ad eum ingens concursus. Placet hominis indoles nativo quodam urbanitatis lepore condita, et artibus exulta sinnicis, quibus moris peregrini colorem, ingratum indigenis, omnino deleverat. Eruditionem diligenter perclitati, mirantur novitatem et laudent. Quae vero tradebat de unius summi sempiterниque Numinis natura, de animalium immortalitate, de futuro post mortem statu, ea sibi per otium explicari cupiunt, ac ne vota Caifunensium aspernetur, rogant. Nihil malebat Samblasius. Domunculam conductus, monitoque per litteras provincias praeside Emmanuele Diaz, longiorem trahere Caifuni moram statuit. At quamvis cupide audiretur, non admodum proficiebat initio. Sunt namque ingressus magnarum rerum salebrosi vulgo ac difficiles, praesertim in causa mutandae religionis. Et negotium erat cum Ethnici ingeniosis, suarum rerum tenacissimis, ac superbis moris alieni contemptoribus. Ecce autem nobilis ab aula pekinensi Mandarinus Caifunum venit. Samblasium cui erat notissimus, praeter spem repertum complectitur suavissime, deducit una secum ad processus civitatis, virum esse quantivis pretii, spectatae probitatis et eruditionis, ubique praedicat. Conversi derepente in Samblasium totius urbis oculi, quem tantus Mandarinus tanti faceret. Unus e Regulis, quos Caifuni frequentes degere diximus, avulsum ab ea quam conduxerat domuncula, transfert in unam e suis aedibus, in qua et habitatet commodius, et nobilium salutationes honestius exciperet. Brevi hanc multitudine concurrentium implevit, ac deinceps horam vix ullam Samblasius vacuam habuit, coactus omne tempus impendere adeuntibus certatim, aut advocantibus. Paucis post diebus adest alter item ab aula Mandarinus, veteri amicitia cum Samblasio conjunctus: qui ut vidit gratum utilemque accidere civitati hospitem, prospiciens haud minus gratos atque utiles fore quicunque adessent ex eodem ordine homines, collata cum priore Mandarino pecunia, domum ingentem comparavit, camque Samblasio ac Societati propriam in perpetuum dedit. Stabili donatus domicilio magister evangelius, opus facere intentiore cura coepit. Prodire in publicum raro, sedere domi, partes doctoris agere palam, ac praecepta divinae legis tradere. Aulam ingentem in qua confluentes exciperet, egregie ornaverat. Visebatur in ea Christi servatoris imago pulcherrima, altari imposta. Hinc denduci fiebat initium. Quid illud esset imaginis, quis pictus et qualis, quaerebatur: nec dubitabant superbi illi Reguli et amplissimi Mandarini, auditis quae de Christo dicebantur, procumbere humi, et proris verticibus hominem Deum venerari. Plebe virorum principum exemplis duci solita, praecentes facile sequebatur. Primus e populo nomen Christo dedit frater Petri illius mercatoris, qui auctor Samblasio fuerat manendi in civitate, eique Pauli nomen est inditum.

Necesse tamen habuit Samblasius inchoatum opus aliquandiu intermittere, ut cum reliquis Patribus certum in oppidum conveniret, ad dirimendam hoc eodem anno exortam alterationem gravissimam, quae Christi ministros in varia

^{223.}
Agoscitur, colitur, ibique detinetur.

^{224.}
Stabili domicilio donatur, et rem praecare gerit.

^{225.}
Exoritur controversia de quibusdam vocibus Sinicis.

opiniones distraxerat. Lis erat inter nosdos de quibusdam vocabulis, quibus ad eam usque diem Sinae Deum, spiritus et animas significare consueverant, praeceps vero de voce *Xamī*, quae regem supremum, et *Tiencū*, quae Dominum caeli apud eos sonat. Quaerebatur, an iis vocibus ita designaretur veri Numinis natura singularis et increata, nihil ut creatum, nihil commune cum profanis Bonziorum diis exprimerent. Contra eas pugnabat acerrime P. Nicolaus Longobardus, easdem acerrime P. Alphonsus Vagnonus propugnabat. Cum essent ambo sinicæ linguae peritissimi, ut libri ab iis editi declarabant, factionem quisque ingentem post se traherat. Triplex occurrebat controversiae dirimendæ via. Prima, si libri sinenses consulerentur: altera, si usus et loquendi consuetudo: tertia, si scripta a Christianis literatis, aut Evangelii praeconibus edita spectarentur. Hac postrema omnium optimæ ratio indagandi veri plenisque videbatur. Matthæus quidem Riccius, Ecclesiæ sinicæ fundator et parens, vocabula *Xamī* et *Tiencū*, pro vera Numinis unius appellatione passim usurpaverat in suis libris, qui toto imperio legebantur. Ac tanti sane viri auctoritas, annorum quadraginta possessione roborata, vix ullum dubitandi locum relinquebat. At id ipsum postulabant adversarii, ex omnibus Ricci voluminibus eas eradi voces expungique oportere. Quin abroganda penitus sinica vocabula censebant, et eorum in locum latina substituenda, eam esse contendentes sinicæ linguae indolem, ut Deum, spiritus et alia quaedam hujus generis appellare satis pro dignitate non posset. Ad hanc igitur litem commodius decendant, Kiatum nostri frequentes convenerunt, urbem quippe secretiorem, ubi suspicionem tot advenarum concursus non afferret. Jactatis utrinque rationibus quotidiana per mensem integrum disputatione, cum nihilominus sententiae dissiderent et linguae, P. Andreas Palmerius Provinciae sinicæ visitator, auditus Macai quæ de nostrorum dissensib⁹ ferebantur, festinavit penetrare in Sinam, ut statum rerum perspiceret per se, et contentionem exorientes, si qua posset, extingueret. Commodum Imperator majora tormenta quatuor, ac totidem libratores poposcerat ab macaensi Gubernatore. Ea dum transferuntur, injectit se Palmerius assectantium turbæ, elusaque cantoniensium Magistratum vigilantia, qui ad arcenos alienigenas aditus omnes acri custodia clauerant, irrepsit inobservatus in Sinam, et Pekinum usque percurrit. Ad controversiam quod attinet, id miratus primum est, cum tanta opinionum dissensione manere summam inter Patres animorum concordiam, indeque facile intellexit, non ex prava aemulatione ortum esse dissidium, sed unice ex studio veritatis. Expensis deinde quæ in utramque partem afferebantur, prohibuit ne quis in posterum et nostris vocem *Xamī*, de qua præcipue certabatur, adhiberet: quo decreto tollendam speravit item, si non ex mentibus, at saltem ex linguis Patrum. At sua illum febellit spes. Delati sunt Romam eorum clamores, qui eadem pro voce stabant. Mutius Vitelleschus decretum Palmerii abrogavit, idque modo unum praescrispsit Patribus, ut in ea voce usurpanda adhiberent explicationem rudibus necessariam, ne quid per inscitiam et errorem de manibus diis, hoc vocabulum audientes, suspicarentur. Ab his initis profecta est celeberrima controversia de Sinarum ritibus, tanto deinde strepit, tot rationum momentis hinc inde discepitata, quam denique memoria nostra Clemens XI. Pont. Max. apostolica auctoritate finivit. Sed eam nos omnino tacitam praeteribimus. Ut enim res ad propositum hujus operis maxime pertinere videatur, eamque nos lectoribus per leges historiae debeamus, quia tamen summus idem Pontifex sanxit, ne quis ea de re quidpiam scribat, malum supremæ potestatis jussis, quam quibusvis historiae legibus obtenerare.

^{226.}
P. Andreas
Palmerius dis-
sensionem tolle-
re conatur.

^{227.}
Res deferruntur
Romam. Decre-
tum Mutii.

^{228.}
Coetera omit-
tuntur, et quare.

^{229.}
Obitus et Elo-
gium P. Nicolai
Trigautii.

Jam, ut qua cooperam pergam, controversiae de qua dicebam implicitus cum primis inveniebatur P. Nicolaus Trigautius, utque vix ulli de litterarum sinensium peritia concedebat, ita ardore præcipuo pro voce *Xamī* pugnabat. Sed dum nimia studii contentionē dilucidare veritatem conatur, dimotus primum est mente, nec ita multo post repentina funere interit, postridie Idus Novembres. Duaci natus in Belgio, annos in vivis confecit quinquaginta duos. In Societate quatuor ac triginta, octodecim in Sina, interruptos tamen itinere, quod in

Europam ob gravissima negotia suscepit. Negotiis feliciter confectis Romae, onustus muneribus, quae ad Imperatorem Sinarum christiani Principes transmittebant, novis ad supplementum copiis auctus, multis etiam privilegiis ad ornamentum ejus missionis instructus, in orientem renavigavit. In Sinensis libris versatissimus erat. E centum et viginti voluminibus diligenter lectis, collegit imperii sinici historiam, et labore incredibili ad annum Christi ducentesimum perduxit, latino sermone contractam. Absolvit praeterea, quod olim Riccius aliisque inchoaverant, dierum apud Christianos festorum indicem, accommodatum anno lunari sinico: caque perfecit, quod mirum, inter assiduos evangelici ministerii labores, totque itinera, quibus tantum terrarum est emensus, quantum nunquam ille fabulosus Ulysses obiit. Facilite ingenii, studio vigilis que id erat consecutus, ut in scribendo saporem exprimeret sinicæ elegantiæ, ita prorsus ac si esset indigena. Primus e nostris pedem in provinciam Xensiensem et Christi nomen vexit, cumque domicilium Singani, quod provinciae caput est, posuisset, hoc ipso anno vidit eo in oppido Societatem proprii aedibus constabiliam liberalitate doctoris Philippi, qui et saepè alias nostrorum egestati subvenierat, ac novissime tantum iis donavit argenti, quanto opus fuit ut propriam sibi domum compararent.

Trigautum brevi intervallo secutus est P. Petrus Spira, itidem Belga ac Duancensis; sed hujus multo luctuosior obitus, ob genus mortis nunc explicandum, fuit. Tuncianum, Huguanae provinciae oppidum, cum gubernaret Mandarinus Christianus, Societatis sacerdotem per natalias Christi ferias expetierat ab Nancianensi statione. Datus illi præ caeteris Spira, secundo lumine iter ingressus est dierum sexdecim, Decembri mense ineunte, supellecitem divino sacrificio necessarium secum deferens. Dum sarcinas curiosus improbusque nauta contrectat, sensit latere sacrum calicem. Thesaurum suspicatus, septem conductus prædones sceleris adjutores et furti socios. Irrumpunt ea nocte, quae D. Thomae festam lucem antecedebat. Spiram ejusque comites Christianos, strictis gladiis petunt, et caesim punctimque tam crudeliter ferunt, ut nauta proditor, vocatos ad partem prædae, non ad caudem et carnificinam clamaret, cruentosque latronum accinaces hic illucque concursans inhibere conaretur. At frustra fuit. Sicarii multis concisos vulneribus in profluentem deiiciunt. Mox ad sarcinas diripiendas conversi, ut prædam conspexere adeo macram et exilem, vix manus a sacrilego nauta continuerunt. Mandarinus interea de quo dicebam, multis evolutis diebus, mirabatur quid esset quod sacerdos expetitus tamdiu moraretur, et reptitis litteris nunciisque Patres Nancianenses urgebat. Illi de Spirae profectione certi, funestum quidpiam ominabantur. Auxit suspicionem objecta pio adolescenti species nocturna, qui Spirae in sacris ministeriis subservire solitus, eum sibi visum in somnis affirmabat cruento oblitum funibus constrictum, recentes ostentantem plagas. Mittitur ipse Tuncianum adolescens, qui profectum sacerdotem narret, somnum triste ac suspicionem exponat. Eo auditio Mandarinus, rem minime commendam ratus, scribit ad Praesidem oppidi, cuius in dictione navicularius proditor degebat, et litteras ad eum perferandas adolescenti tradit. Praeses molestam difficilemque facinoris occulti cognitionem fugiens, denunciat adolescenti, luendas ipsi fore constitutas ini quis delatoribus poenas, si fallere deprehendatur. Cum pergeret nihilominus adolescentis aequitatem judicis appellare, neque recusaret calumniae damnari, nisi probasset crimen, eo tantum accusatore et actore de caede judicium instituitur. Nauta cum percussoribus ab eo conductis comprehenditur. Penes illos reperientur sarcinae P. Spirae: cuius notam sibi vestem ut vidit adolescentis, flere ubertim, osculari eam et ostendere judicibus, simul ipsorum misericordiam implorare. Dantur in quaestionem rei separatim, qui sua sociorumque confessione convicti, frustatim conciduntur. Spirae cadaver dejectum a sicariis in flumen, diu conquisitum nusquam comparuit. Annum vitae vix attigerat quartum et quadragesimum, sextum decimum agebat inter Sinas.

Per hacc Missio Tunkinensis, quam laetis initii institutam anno superiore vidimus, subita rerum conversione in extremum disserimen adducitur. Ardebat

Propria Societati domus tri buitur Singani.

231.
P. Petrus Spira a latronibus interficitur.

232.
Interfectores mirabil modo deteguntur, et plectuntur.

233.
RES TUNKINI.
Bonzi, Eunu chi Regiae con spirant contra Pares.

invidia, ut supra demonstratum est, Bonzii contra Patres, quod detecta idolorum vanitate, detrahenda sibi intelligerent lauta stipendia, quae ex populi superstitione capiebant. Nec levius eunuchi fremeabant in doctores evangelicae castimoniae et severitatis, illud veriti, ne pulsis aliquando reginis secundaris sive concubinis Regis, quibus ipsi operam in domestico ministerio navabant, sibi pariter exulandum esset ac mendicandum. Accerrimas in primis gerebant iras regiae pellices, quae Regem cernerent uti Patribus familiarissime, et multas cum iis horas saepe conserere. Verebantur scilicet ne christiana tandem susciperet sacra; quod si fieret, actum de se, de deliciis, honoribus fortunisque suis erat. Igitur Bonzii cum eunuchis, eunuchi cum reginis conspirant adversus Patres, atque hoc nervos omnes ex compositione intendunt, ut Regem in eos inflammant. Primi Regem adorintur Bonzii, eique persuadere conantur, Alexandrum Rhodium esse insignem beneficum, qui aspectu et halitu ipso homines transformaret in saxa. Ejus beneficii revelli e filiorum praecordiis pietatem erga parentes, e parentum animis charitatem erga liberos, disjungi a viris conjuges, a conjugibus viros, jura denique omnia naturae legesque sanctissimas convelli. An non puram putamque magice esse, quod homines voluptatibus innutriti, vix suscepto baptismo, dilectas uxores eliciant omnes excepta una? quod alii opes multo sudore partas in pauperes ignitos erogent? alii abjectos humi moribundos, aut in ripis fluminum salute desperata depositos, colligant currente amantissime? quod invicem ament sese ii quoque, qui dudum capitales gerebant inimicitias? Num fieri sine arte magica ac certissima fascinatione posse, ut ad hominem peregrinum nunquam antea visum, nunquam auditum, tam multi e remotissimis etiam locis concurrant, et ab eo sic teneantur incantati, ut ab ejus latere avelli nullo modo queant, et quidquid praecipiat, quantumvis asperum ac difficile, statim effectum dent? Suspense ad eam orationem Rege, succedunt eunuchi, urgenterque illud doctrinae christianaee caput, quo plures venturum uxores. Demonstrant oriri hinc maximam familiarium perturbationem, cum necesse sit innocuas feminas, susceptis jam liberis in familiam insertas, extrudere domo earumque filios habere pro spuriis. Totas civitates hoc uno capite recentis et inaudita religionis concuti: stare cum tam exitiali doctrina regnum pacemque publicam nullo pacto posse. Cujus deinde audaciae est, inquietabat, doctorem extrarium vix illato in hoc regnum pede, leges ejus vetustissimas abrogare velle? Maritis conjuges, utrisque liberos eripere? Privare rem publicam tot hominibus, quot parturire mulieres multae possunt, cum una unum singulis annis donet, ac nullum etiam, si sterilis aut parum secunda sit? Eunuchi nondum egressis, subeunt reginacum sexcentis puellis, soluta coma plangentes pectus, et miserabilem in modum ejulantibus. Rogant quid a se commisso tandem sit, cuius causa eiici procul debeant? quid ipse peccaverit Rex, ut uxoris abdicatis, coniicere se in latebras solitudinemque tristissimam velit? Si percedunt sibi sit, obtestantur, ejus ut manu pereant potius, quam istorum beneficorum edictis legibusque iniquissimis. Tot supplicum querelas incidunt vehementer consobrinus Regis. Narrabat is, pulsos haud ita pridem fuisse Cocincina ejusdem nationis et instituti homines, beneficij criminis damnatos. Invectam ab illis regioni fertilissimae sterilitatem, imbrues magicis carminibus prohibitos, creatum agris et populo exiitum.

^{234.}
Bonziorum ora-
tio ad Regem.

^{235.}
Eunuchorum
querelae.

^{236.}
Reginorum, a-
liorumque artes
ad eum instigan-
dium.

^{237.}
Rex irritatus
mitigatur allo-
quo P. Rhodii.

His vocibus movebatur sane plurimum Rex: tamen ut homines probos dotciosque dimitteret animum non inducebat, retardatus praesertim metu, ne cum iis Lusitanorum quoque opulenta commercia, quibus maxime inhiabat, amitteret. Tantum Patres regis aedibus excludebat, aut si quis daretur illis aditus, abstabat ipse procul, ac sermonem post pauca verba abrumpebat. Rhodius mutatam Principis voluntatem sentiens, facile causam percunctando reperit. Captato igitur tempore, audiri ab eo per otium sedateque impetrat. Eo in congressu objecta sibi ac purissimae religioni crimina diluit, veras causas irrogati in Cocincina exilio exponit. Quod si nihilominus Rex nullum esse Patribus locum in regno suo velit, abiutros sane nec sine summo dolore; at simul discessuros Lusitanos, suasque nave ac merces alio delaturos. Caeterum nullo tempore immemores fore se

beneficiorum, quae ab eo maxima accepissent, et sperare futurum aliquando, ut adversariorum detegret fraudes calumniasque agnosceret. Ad ea Rex benigne respondet. Quaerit de oneraria, quae Macao propediem accessura diceretur. Monet, ut populi et Bonziorum offensionem in concessionibus habendis fugiant. Quibusvis denique obloquentium vocibus, nihil detractum iri de favore suo pristino erga christianam legem ejusque praecones, confirmat. Mitigato in hunc modum Rege, quies aliqua a Bonziis fuit. Itaque dies Virgini Jesum in templo offerent sacer, quem Ethnici diem ridiculis foedisque superstitionibus festum et solemnemducere solebant, praecipua pietate ac splendida in primis supplicatione a Neophytis est celebratus. Processit pluim agmen per celebriores urbis vias, accensos praetendens manu cereos, consueta prece in templo consecratos, quos deinde domum quisque suam tulit, ut praesidio sibi essent aduersus stygos satellites, praesertim in mortis extremo certamine. Mentionem mortis tam saep, tam jucunde a Christianis fieri, vehementer obstupescabant ethnici. Nam appellare ipsi eam non sustinebant, amore vesano vitae, nec de morte nisi per circuitum sermonis et ambages, loquebantur. Eam vero cum a christianis et appellari passim et optari persicerent, ipsorum legem per jocum legem mortis nominabant. Quibus Neophyti: sic est, inquietabant: Docet nos christiana lex bene vivere, ut bene moriamur. Vos neque recte vivendis, neque bene moriendo rationem tenetis. Transacta est pari pietate quadragesima. Christi patientis mysteria, in quindecim divisa partes et ad meditandum publice proposita, tot in aede sacra gemitus, tantam vim lacrimarum ciebant, ut intermiti aliquando suavissimam exercitationem oportuerit, ne vicinos Ethnicos pia comploratio exterreret.

Incidit in hoc medium tempus aliquot Christianorum obitus, quorum est memoria litteris consignanda. Unus cui Thaddaeo nomen, cum fidem a septem duntaxat mensibus suscepisset, vix antiquissimo cuique Christiano de pietatis ardore concedebat. Aedes suas aegrotis curandis dedicaverat. Hos toto agro conquisitos deportabat domum, lecto, cibo, medicamentis fovebat, et beneficiis illectos ad Christum perducebat. Supremo ipse laborans morbo admonitus a Rhodio de confessione piaculari, negavit sibi quidquam noxae gravioris occurgere, quod admissum a se post acceptum baptismi beneficium meminisset. Tantum cum baptismo hauserat horrorem peccati, ac Divini Numinis metum is qui prius licenter vivere consueverat. Alter gravi morbo pressus, cum arderet vitam in complexu Patrum depondere, quamvis abesset fere ducentis passuum milibus, deferendum se tamen Checium ad urbem regiam curavit, vixque in illorum conspectum datus, exultans letitia, novissimis munitus sacramentorum praesidiis, vivere prius quam divinam laudare bonitatem desiiit. Sed memorabilis prae cunctis alter, cuius obitus publicum dici potuit religionis damnum, vulnusque gravissimum. Petro nomen erat viro: praefectus cum esset praetorianorum militum, et Regi carus in paucis, christianum nomen non magis ornabat moribus, quam auctoritate tuebatur. Edixerat familiae, neminem a se in liberorum aut affinium loco habitum iri, qui secum in christianis castris non militaret. Ea vox omnem familiam ad Christi vexillum traduxit. Frequens aderat in aede sacra, et Patribus audientiam, sacris ritibus venerationem exemplo suo consilioque faciebat. Virtutem hominis et constantiam probavit morbus domesticus, quo sexdecim partim liberos partim famulos intra breve tempus amisit. Omnium ipse custos, medicus ac prope servus, nihil omisit laboris et curae, donec in eundem incidit morbum, eoque oppressus occubuit, maximum sui desiderium relinquens Patribus, atque adeo Regi. Hujus moerorem aucupati religionis hostes, famam sparserunt, Petrum veneno extinctum opera Patrum, ut Regem fideli administro spoliarent, et regnum duce belli scientissimo. Sed contemptis vanum rumor Princeps, neque ob eam rem durius quidquam contra Patres movit. Solutis itaque metu evangelii ministris, baptismo consignati multi sunt, ut jam numerum Christianorum ad quinque fere millia censeretur. Fuit prae caeteris unus e Mandarinorum ordine, qui baptismum cum suscepisset, aediculam elegantem, falsis destinatam numinibus, obtulit Patribus. Accepta est cum actione gratiarum liberalitas viri.

Tom. II.

31

^{238.}
Religionis cultus, pietas Neophytorum.

^{239.}
Aliquot Neophytorum pia funera.

^{240.}
Unius praesertim, cui Petro nomen.

^{241.}
Iterum accusantur Patres, sed frustra. Religionis propagatur.

Aedes ritu consueto expiata Virgini matri dedicata est. At ea res profanos sacrificulos ad renovanda pristina de perdendis Patribus consilia excitavit. Dum vias rimantur omnes, livor demum et improbitas, Deo sic permittente, vicit.

^{242.}
Pates ut re-
gni predatores
deformuntur ad
Regem.

Nihil praesentius excogitari unquam potuit ad religionis perniciem, quam si Regibus iniiciatur metus amittendi ob eam causam regni. Tolerantur praecones evangelii, quamvis benefic ac scelerati esse jactentur. At cum proponuntur tanquam Regum et regnorum hostes, efferantur Principes, populus eos non secus ac publicas pestes execratur. Hanc machinam adhibuit malus daemon ad exscindendam stirpem florentem in Japonia christianam rem, hanc ad Patres Tunkino expellendos revocavit. Bonzius improbissimus, frigere cultum idolorum sentiens, eorum sacerdotes jacere in tenebris et egestate dolens, templum suae fidei et custodiae traditum deseruerat, datus militiae velut arti utiliori nomen, transgressusque in castra Civacanhi perduellis, cum scelerato duce conjuraverat in Regem. Captus nescio quo casu et addictus neci, vitam et libertatem horribili calumnia quaesivit. Renunciat se ingentis arcani conscientium, praemium indicii vitam petit. Perductus ad Regem, narrat, Bonzios europeos in ipsum cum hostibus conspirasse. Ita porro convenisse, ut eodem tempore Concincinensis exercitus ab austro, a septentrione Civacanhus in Tunkinum irrumperet: Rhodius interea, suis succinctus Christianis, tactis regiae civitatis iniicerat faces; atque ubi regias copias ancipiti praelio distractas cerneret, instaret a tergo. Affirmabat scelestus, dari stipendia Patribus ab Cocincinensi Rege. Hanc esse causam, cur a Neophytes nihil flagitarent subsidii, ac ne sponte quidem oblatum acciperent. Interfectos ab iisdem nuperime summos belli duces occultis beneficiis (re ipsa obierant duo, atque ille nominatim Petrus, de quo paulo ante dictum) ut talibus de medio sublati viris, nihil conjunctionis consilia retardaret. Regem ad hauriendas undecumque suspiciones pronum, vix credibile quam alte penetraverint haec mendacia. Erat jam iniquiore erga Patres animo, propterea quod navis oneraria Lusitanorum, quea jamdiu cum mercibus expectabatur, nondum appareret, destituta quippe ventis ad navigandum idoneis. Moram istam contemptum arbitrabatur suum, quasi Lusitani febellissent fidem, et majora sectantes lucra, aliarum gentium emporia frequentare mallent quam sua. Nec nihil nocuit, quod Rhodius praefidenti animo rem gerere, auctoritatem immodi- cam ostentare, ac regnare quodammodo inter Neophytes videtur. Qua re offensus Rex, cum revocavit ab exilio, ut postea videbimus, Patres, illum tamen nominatim in perpetuum exclusit. His ergo de causis proscribere Christianorum religionem, eitcereque ejus ministros statuit. Increbuit de irrogando exilio non obscurus rumor. Rhodius tamen neglexit indicium, et sive conscientia rectae mentis fretus, sive fiducia placandi facile ut alias Regis, et obterendae calumniae, quievit. Quod illi vitio jure vertitur, cum oportret iniquum calumniam redargui, testes postulari, regiam implorari fidem, subsidium innocentiae a viris probis et amicis conquiri, ne calumniae mora ac tenebris invalescerent. Poenituit eum, at sero, nimiae confidentiae.

^{243.}
Decorritur e-
xilium Patrum.
Rhodius precep-
sidera fiducia.

^{244.}
Vis templo in-
fertur, Patres do-
mum custodiuntur do-
mi.

Agebatur sacer Trinitati sanctissimae dies, et frequentes in templo Neophyti facienti rem divinam sacerdoti operam dabant: cum adest ab aula cohors infesta militum, ductore eunacho scelestissimo. Pars domum cingit, pars irrumpt in templum et Christianos contumeliis, probris et verberibus multatos expellit. Dum clamore, ejulatibus et insano tumultu miscentur omnia, eunuchus caeteris audacior deturbare aram parat. Resistebat acriter Rhodius: domum et aram jussu Regis edificatam clamabat: non destruendam nisi Regis pariter jussu. Ad ea impius semivir, nullo redditio responso, Christi e cruce pendentis imaginem impacto fuste, quem habebat prae manibus, frangit: evertit aram ac diruit, et insultans sanctissimis caeremoniis, necem et dira omnia illarum cultoribus interminatur. Dein occupata domo, sacram profanamque supellectilem diripit. Praefixa denique ad foras edicto Regis in ingenti tabula, quo capitis poena statuatur, si quis Patres alloqueretur, aut eorum amplecteretur legem, spolis onustus abscedens, excubias aedibus circumdat. Sic a Rege fuerat constitutum, donec

adasset navis, quae damnatos exilio Patres Macaum deportaret. Novitate perculsi Patres, non tamen territi, Regem convenire decreverunt. Imperatum est non sine pretio, ut licet efferre aedibus pedem; sed regiae domus fores adamantinas nullae reserare preces, nulli gemitus potuerunt. Ab eunuchis, quos ante senserant benevolos, conspiciebantur dissimulanter et negligebantur. Ab aliis quos habuerant infenos, cum probro et ignomina reiiciebantur. Cum nihil admodum succederet, Regem in via per quam transiturus erat, opperirentur. Objecere se milites praetoriani et stipatores, ne aut illum videre, aut videri ab illo possent. Rhodius in editorem evadens locum, Regem clara voce, ut mos illic est in summis calamitatibus, interpellat, rogans ut audire supplicem ne gravetur. Conversus ad vocem Rex, agnovit Rhodium, at silens praeterit. Indignati vero satellites Regii, quod ipsis invitis id ausi essent Patres, gladiorum capulis male multatos procul extruserunt. Patres dejecti spe alloquendi Regis, curam omnem ad juvandum quacumque possent ope christianum gregem intenderunt. Et siquidem usitatos habere conventus ipsi vetabantur, urbem in sex regiones dividunt. Certam in singulis assignavere domum, quo Neophyti convenienter dominicis ac festis diebus. Ibi praescriptae recitabantur preces, psalmi concinebantur, praeante catechista, qui piam cohortationem a Rhodio compositam praelegebat, ac si quid momenti gravioris accidisset, Patres faciebat certiores. Nec vero prohibere potuerunt excubiae, ne subinde ad Patres Neophyti ingrederentur. Alii nocte concubia, sopitis vigilibus, obrepabant. Alii mendicorum cultu palam subibant ad januam, rogantes stipem; at intro admissi, sacramentis reficiebantur. Subsoluit, fraus militibus. Itaque domum identidem vestigare instituerunt, ac si quem intus deprehenderant pugnis calcibusque contusum raptabant foras, et ciebant. Fefellit nihilominus eorum vigilantiam opifex ingeniosus, sibique pia fraude aditum ad Patres, et ad baptismum aperuit. Balteum et acinacem emit, militarem pileum et reliquum cultum induit. Sic transformatus in militem, ingredit se custodibus, tanquam ex eadem cohorte, ac pro foribus caeteris admixtus adstat. Dein captata occasione, aedes velut pro potestate subit. Ut christiana doctrinae arcana non ignorabat, sistit se Patribus, iis consilium aperit suum, ac baptismum postulat. Baptizatus ac Lucae donatus nomine, diem reliquum ante fores transigit. Sub vesperam, persona belle functus, deserit scenam, exuit militem, et ad pristinum opificium se referit.

Sed jam quartus ab indicto exilio fluxerat mensis, neque dum Rex durius quidpiam de Patribus consulebat, quamvis urgerent eum concubinae, ut molestos pudicitiae praecones, non ab oculis tantum, sed ab hominum etiam coetu removeret ac neci traderet. Deterritum ferunt ignota viri specie, quae ipsis secundum quietem oblata, aspero ac minaci vultu immanitatem in exteros, eosque probos Christi cultores, increpuit. Nec parum ad mitigandam Regis iracundiam valuit repentina mors adolescentis christiani, quo ad librandas murales machinas utebatur, quemque ob ejus artis peritiam habebat carissimum. Nomen illi Gaspar Diaz, patria Siamum, indoles ingenua, par indoli congruensque virtus. Educatus Macai, nomen a Lusitanis, a Patribus institutionem, et vitae christiane praeccepta sumperat, ex eaque disciplina tantam hauserat morum honestatem, ut ab ipsis Ethnici tamquam probitatis exemplum digito monstraretur. Dies festus agebatur, nescio qua causa Checii, perque varia ludorum ac pomparum genera is dies traducebatur. Praeter alia, impositum fuerat fluvio qui median urbem secat, pegma quoddam et theatrum, in quo machina ignes artefactos, et in sexcentas figuris ire dociles, nunc circinabat in giros, nunc sublime jaculabatur, nunc grandinis in morem cum jucundo tonitu disploidebat. Praecerat machinae Gaspar, et ludierum spectaculum gubernabat. Civitas universa cum Principe spectabat, et applaudebat. Accidit (qui non raro est ejusmodi spectaculorum exitus) ut insiliret scintilla in dolium nitratum refertum pulvere, quo flamam concipiente, turbo statim igneus pegma, machinam, viros eodem exitio involvit. Diazius in ripam ejectus et obtritus, tamdiu superfuit, dum ei sacramenta novissima ministrarentur. Extinctum flevit Rex, ejusque celebrari exequias suo

245.
Frustra Regem
alloqui Rhodius
conatur.

246.
Patres curam
Neophytorum
non deserunt, et
a multis clam
frequentantur.

247.
Cujusdam a-
stuta ad fallen-
dos excubitorum.

248.
Rex paulum
mitigatur, et
quare.

249.
Peraerba mors
Gasparis Diaz
optimi adoles-
centis.

250.
Ejus funus cum
insigni pompa
ducitur.

sumptu ac ritu christiano per Patres jussit, quos ob id custodia domestica ad tempus liberabat. Amotis ergo excubis, magnus ad nostras aedes concursus est factus. Funus duxere amplius mille Christiani, certas in turmas distributi. Sua singulis turmis anteibant vexilla, in quibus picta Christi patientis mysteria visebantur. Non facibus accensis numerus, non modus odoribus incensis fuit. Quibus rebus accedente modestia gravitateque insigni omnium qui praiebant, qui que sequebantur, fateri coacti sunt Ethnici, suam illam in mortuos pietatem, quam adeo magnifice venditabant, magno a Christianis opere superari. Processit in patentem campum sub urbis moenibus pompa, ubi seretro deponendo constitutus fuerat locus. Rhodius exsequiale solemnii ritu caeremoniam peregit, et arrepta occasione ad populum innumerabilem verba de religione fecit. Post haec Patres multo custodiri laxis coepit, nec jam mora per excubitos ulla fuit, quin dominum nostram cives promiscue frequentarent. Ausi quin etiam sunt prodire in urbem aliquando, parcus tamen, ne qua malevolis daretur ad obtrectandum ansa. *Quod si navis lusitana solitis onusta mercibus portum subiisset, abrogata prope videbatur exili lex, neque stetisset per Regem quin penitus antiquaretur.* Sed ubi fluxisse annum, praeteriisse stata navigandi tempora, nihil Macao adiectum Princeps avarissimus vidit, refricantibus certatim dolorem Bonziis, eunuchis et concubinis, non ultra tenuit se quin poenam semel constitutam exigere. Verum id excessit in annum proximum, et a nobis infra narrandum erit.

^{251.}
Post haec Pa-
tres laxis custo-
diuntur.

^{252.}
Res COCINCINAE.
*Caciani exori-
tur tumultus per
occasione sacri
Præses.*

^{253.}
Promulgatur
edictum contra
Christianos. Pa-
tres tempore tan-
tisper cedunt.

Similis interea nimbus operariis Cocincinensibus, nec aliis ferme de causis, incubuit. Initium mali factum Caciani sub finem anni præteriti, atque haec fuit occasio. Diem Christi natalem celebrare singulari apparatu pietas Christianorum solebat. Proponebatur præses, ad veri similitudinem proxime accedens. Mixti angelis pastores visebantur. Non deerant pastoritia carmina, et quaecunque rusticam ac sanctam hilaritatem decent. Summa proinde erat hujus diei exspectatio, nec dubitabant Neophyti e remotis etiam urbibus ac pagis, perfrigida tempestate ad id spectaculum convenire. Christiani Cacianenses, dum augere pompam superiorum annorum et cumulare magnificentiam student, intulere nocturna lumina, ignium artefactorum lusus, timpana etiam tubasque. Denique tormentorum bellicorum tonitrua, majore strepitu quam consilio, addiderunt. Perculit insolitus murmur Mandarinum christiano infensem nomini. Quærerit, quid rei novae isthuc, quid laetitia sit? Cui maligne unus e Bonziorum grege, festam hanc esse Christianorum diem, publicum scilicet de patriis diis triumphum, respondit. Inflammatus responso Mandarinus, eadem nocte satellites in aedium sacram immittit, dum maxime divina offerebatur hostia. Irrumpunt strictis ensibus, obvium quemque proturbant, pietatis monumenta omnia diripiunt atque comminunt. Fit trepide a Neophytis, qua cuique proximum erat, fuga. Clamoribus fugientium, superumque atque hominum fidem implorantium, tecta implentur ac viae. Tenebrae tumultum ac metum augebant. Universa civitas, quasi ad nocturnam seditionem, aut repentinum incendium exterrita, accurrit. Affuit ipse urbis Praefectus cum expedita militum manu. At re comperta, Mandarinum graviter objurgavit, quod tantum terrorem tam levem de causa concivisset. Si quid peccaretur a Christianis, criminis cognitionem sui juris ac fori esse. Addidit verbis asperioribus minas, neque dissimulavit mittendam de re tota relationem ad Regem. Mandarinus sibi metuens a Rege, anteverttere statuit. Profectus ad aulam, Regem falsis rumoribus, et fictis contra Christi cultores criminibus, implet incenditque sic, ut edictum in eos atrocissimum subito conditum promulgatumque sit. Eo jubebantur edicto praefecti urbium, cunctos qui palam colerent Christum, inquire in vincula, et suppliciis coercere. Poenae in Magistratus, qui se negligenter in edicto exsequendo praebuissent, gravissimae statuebantur. Hoc fulmine trepidatum ubique a nostris est. Caciani, ubi factio adversariorum potentior, visum amicorum plerisque ut tempori tantisper cederent Patres, donec procella, quod brevi futurum sperabant, desauisset. Itaque digressi luce palam oppido, Taifonem in Coloniam Japonum concesserunt. In statione Pulicambensi manserunt illi quidem, sed templi fore occulserunt, et sacra clam

peragere instituerunt, ut hac specie obsequii edicto quadantenus fieret satis. Usu enim ipso didicerant, minime rigidum imperiorum suorum exactorem esse Regem, et facile iracundiam deponere, si modo abasset temeritas et contemptus. Ita plus terroris ab edicto quam mali fuit initio, et Christianorum accusati multi sunt, nemo tamen damnatus: quin aliqui accusatorum ab iudicibus cum ignominia repulsi.

Prae caeteris religionis patrocinium Caciani suscepit Paulus ille Xabinus, cuius est alibi facta mentio; et Mandarinis minoribus, palam odia in Christianos professis, frenos injecti, sua scilicet fretus dignitate, et qua valebat apud Principem gratia. Nova siquidem illi dignitas delata nuper fuerat a Rege, qua quisquis est praeditus, litteratorum censetur caput ac princeps. Sed juvat scire qua ille pompa, quo ritu novum hunc honorem acceperit. Vix habet Cocincina quidquam illustrius creatione praeccipi cuiuspam magistratus. Primores civium et litterati, confluent in ingentem aulam, aut patentem sub dio aream, suis quisque ornamentis insignibusque fulgentes. Afferunt diploma regium, tanquam e caelo delapsum, quod coetus omnis demissio vertice venerabundus excipit. Evolvitur deinde ac recitat lenta contentaque voce, omnibus sacro quodam silentio arrectis ad audiendum. Sequitur tubarum laetus clangor, junctique timpanis litui grato fragore perstrepunt. Mox eruditio concentu laudes Deorum ac Regis celebrantur. Demum ad novum Magistratum, in suggestu quodam et theatrido extantem, accedunt ex amplissimo consessu singuli, et conceptis verbis ex formula gratulantur. Jam vero Paulus, adeo nihil detractum ex illo apparatu voluit, ut imo auxerit magnificentiam. Sed quidquid inerat profani ac superstitionis ritus, abstulit; quidquid contra commendare poterat christianam pietatem, addidit. Aula in media aram pretioso intactam panno collocavit, in ara imaginem pulcherrimam Virginis Matris, divinum complectentis infans. Imminebat desuper conopeum acu eleganter pictum. Circum funalia lucebant, odores incendebantur. Subcuntibus Mandarinis, ac pictam tabulam curiose inspectantibus, narrabat ipse quenam haec mater, quis ejus filius esset. Hinc sermonem de mundo per peccatum, primi hominis perdito, per Christum reparato, de praemiis aeternis ac poenis, inferebat. Ad extremum procidens humi, Deum infantem adorabat. Procedebant ejus exemplo etiam caeteri, neque tot inter viros actate ac dignitate praestantes quisquam fuit, qui sequi preeuentem detrectaret. Concentus de commentitiis numinibus omnino siluit, totusque in commendandis virtutibus et morum integritate fuit. Nec praetermissae Regis dotes, quae de illo praedicari vere poterant. Hac peracta quasi scaena, domum Societatis Paulus adiit, ac deposita velut persona, ingressus in familiarem cum Patribus sermonem, suam deplorare sortem coepit, se mortalium miserrimum affirmans, quem Deo unice ac sibi vivere cupientem nova haec dignitas occupasset, et arctioribus laqueis aulae mundoque obligasset. Ignorabat videlicet quanta sibi aerumnarum ac patientiae seges ab hac dignitate, ut dicimus postea, pararetur.

Navis interea Lusitana, usitatis onusta mercibus, portum Cocincinensem subiit. Usi occasione Patres Emmanuel Fernandez, et Franciscus Buzomius, Si-noam urbem regiam, una cum oratore Macaensi succedunt, seque Regis in conspectum dant. Rex augendi spe commercii, muneribusque Lusitanorum mitigatus subeuntes comiter accepit, iis facultatem redeundi Cacianum fecit, neque aversari se Christianorum legem, sed nolle ob eam causam turbas in regno suo excitari dixit. Illato deinde sermone de mercibus, addidit, habere se quod roget impense Patres, sique impetrasset, haud parvam facti gratiam apud se fore. Egere Cocincinam bonis salubribusque pharmacis, qua una re pree caeteris abundare vellet regnum, uti qua salus hominum contineretur et vita. Id genus utilia peti hactenus a Sinensibus consuevisse, sed multo fore consultius, si deinceps importarentur Macao. Cupere proinde se, ut aliquis Patrum, ac Buzomius nominatim, excurrat Macaum, et pharmacorum procurationem suscipiat. Se pecuniae quod satis fuerit in id largiturum. Erat haec plane opportuna occasio demerendi Regis, atque adeo gentis universae; nec abnuebat Buzomius

^{254.}
Paulus Xabi-nus augetur dignitate. Ritus in ea accipienda servatus.

^{255.}
Rex Patribus recognitatur, et quiddam ab his petti.

^{256.}
P. Fernandius, si parcat impensa, negligit pos-tulata.

hac una causa Macaum navigare, quod iter paucorum caeteroqui dierum propositio vento erat. Obsttit Fernandius, sociorum in Cocincina praeses. Oblatam ille quidem procurationem in se recepit, Regi gratificari studens: verum ut impensa parceret, eamdem commisit uni ex fratribus rei domesticae curatoribus, qui alii de causis profecturus erat Macaum. Bonus Frater, ignorans cuius momenti esset res, abiit in Sinam, negotio in alterum Fratrem rejecto: quo segniter curante, nihil perdiu confectum est, licet diebus prope singulis promitteretur Regi navis omeraria expeditis onusta pharmacis. Solvit denique e Macaensi portu navis, hoc genus mercium, spem rerum meliorum, in Cocincinam portans. At gubernator, a littore paulum proiectus, vela in Philippinas retrorsit, quaestum in iis majorem faciendum existimans, nec alii quam avaritiae ventis ab instituto cursu dejectus. Qui tamen inultum non tulit scelus. Fregit navim ad scopolosa Philippinarum littora, et salvis aliis vectoribus, ipse cum mercibus inferiuit. Rex intera Cocincinensis delusum se arbitratus, Societatem omnino pelere constitut. Poenituit tum Fernandius tenacitatis sua, accusavitque se, qui in re momenti gravissimi fratris cuiusdam uti opera, quam Buzonii maluisset. Utque persuaderet Regi, non stetisse per suos quo minus ejus voluntati fieret satis, P. Benedictum de Matos properare Macaum jussit ad explicandum quod de medicamentis fuerat praescriptum. At sero parabatur malo remedium, nec ultra leniri arte exulceratus Regis animus potuit.

^{257.}
*Emenadure ne-
gligentiam stu-
dat, sed nimis
sero.*

^{258.}
*Rex pellere So-
cietatem statuit
multis de causis.*

^{259.}
*Hieron Fer-
nandius avaritas
suspicionem in-
currit.*

^{260.}
*Exilii senten-
tia denunciatur
Patribus.*

Eum porro ut Societatis exilium decerneret, praeter eam quam dixi causam, multa impulerunt. Primo effraveraut populum anni sterilitas, et secuta sterilitatem fames, quam Bonzii calamitatem nostris hominibus imputabant, infenos Deos, iratum caelum vociferantes. Deinde Sinoam cum appulisset per eos dies mercatoria navis Cambogiensis, querebantur vectores (erant ii Siensibus mixti Japones), se in itinere a pirata Lusitano fuisse spoliatos. Quod erat crimen invidiosissimum, ut quo commercium cum finitimis Regibus turbaretur, et in odium universi Lusitani nominis vertebatur. Postremo non deerant qui suadarent Regi, ut Batavos potius accerseret in suos portus, quorum commercio facilis ditesceret, ac molestas etiam fugeret super religione lites, quas Lusitani sacerdotes ubique movere dicebantur. His de causis deliberatum fixumque habebat Rex exilium Patrum. Tamen paulo antequam ferale edictum erumperet, Buzonium per litteras admonitus de impendente fulmine Mandarinus in aula praepotens, id utique spectans, ut deprecator adhiberetur ipse apud Regem, quem facile ab eo consilio removere si vellet, poterat, ac pro officio aliquid pecuniarum extunderet. Nec hominis consilium Buzomius non vidit, sed nullis exorare preibus Fernandius potuit, ut venalem Mandarini favorem ac patrocinium quantumvis tenui emeret munere. Quod sive inopia, sive avaritia, seu qua alia reconditiore causa factum, certe in exitium rei summae vertit, et notari a nobis hoc loco debuit, ut siquid incidat simile, prudentiores in posterum alienis etiam erroribus efficiamur. Offenso igitur Mandarino, quod nihil a Buzomio nisi bona verba retulisset, cum praeter eum nemo posset valide Societatem defendere, prodiit edictum in haec verba: Placere Regi Patres regno cedere, exstructas ab iis aedes sacras aquari solo. Socii censebantur Cacianni quinque, videlicet quos saepe nominavi Fernandius et Buzomius, tum P. Hieronymus Majorica, et duo e fratribus ordine. Mandarinus, cui datum negotium exsequendi edicti, homo barbarus et Patribus Christianisque palam inimicus, adesse continuo nostros ad tribunal suum jubet, exilii legem audituros. Ut venere: hactenus, ait, licuit vobis in Cocincina morari, dum nova quam affertis doctrina nosceretur. Compertum denique est, illam, non tantum receptis apud nos moribus et institutis, sed rationi etiam, atque adeo naturae ipsi adversari. Pietatem liberorum erga parentes, quam sanctissima naturae lex vel ipsis feris insevit, convellitis: peregrinam inferitis religionem, spretis caeremoniis, quas a majoribus nostris, optime constitutas habemus: Deos ipsos aris templisque pellere conamini, quorum odia idcirco, et quidem jure, patimur. Hoc anni luctuosa siccitas, hoc fames clamat, utque Deorum hostes exterminare properemus, admonent. Eas ob causas Rex suo

vos regno eiicit, utque sedem praeterea in Cocincina teneatis, nulla unquam conditione patietur, ne si montem quidem aureum afferatis. His superbe fero-
citerque dictis, cum pauca pro re ac loco reponere tentarent Patres, surgit, et inauditos famulis lictoribusque tradit, Taifonem e vestigio trahendos, et navi qua Macaum repeterent imponendos; ne dato quidem spatio ad libros, et si quid erat necessariae suppellectilis, convasandum. Diripitur illorum domus. Aedes sa-
cra, quam habebant Caciiani ornatissimam, evertitur.

Dum haec geruntur Caciiani, Nuocmanum in provinciam Pulicambensem ac-
currit ab eodem Mandarinus Cacianni missus centurio, et similiter nostris illic
degentibus exilium pronunciat, aegre concesso ad parandum viaticum triduo.
Diruitur ibi quoque templum. Patres Gaspar Luisius, Antoniusque de Fonte, et
Frater Michael Riberus, militum globo stipati, Caciannum primo, inde Taifonem
pariter traducuntur, tradunturque Magistratus cum acri mandato, ne eos pro-
dire in publicum, neu a quoquam Christianorum adiri sinant, donec Macaum
exportentur. Prius quam isti Taifonem attingerent, socios alios quos eodem
adductos dicebamus, ad discedendum compulerat ferox Mandarinus, et imposi-
tos navi solvere confestim jusserat, nulla admissa excusatione, neque inopiae qua
pремебантur, neque tempestatis quae Macaum potentibus, ob statas in ea plaga
ventorum vices, adversabatur. Fefellit illum tamen Neophytorum industria.
Cum ad migrandum se accingeret qui rem christianam Taifone procurabat, P.
Mathias Machida, gente Japon, eum coloni popularem ac sacerdotem suum tu-
tis apud se latebris abdiderunt. Fernandum consensa navi proficiscentem, no-
etu adierunt pii Neophyti, linte in id parato furtim exceperunt, et in pagum
Castlamensem clanculum abduxerunt. Soli aveti sunt Buzomius et Majorica, cum
duobus fratribus. Sed neque isti Cocincinæ finibus excesserunt omnes. Cum
appellendi Macaum potestas nulla esset, quippe invito mari reflantibusque ven-
tis, consilium ex tempore capientes, permiserunt se vento in regnum Ciampae
ferenti, et illuc adire statuerunt, quo inferre lucem evangelii dudum Buzomius
cupiebat. Est quippe illud Cocincinæ finitimum ad meridiem. Expositi in littus
provinciae Ranranensis, qua proximus erat in Ciamporeanum regnum aditus, au-
diunt eodem advenisse Luisium Fontiumque, et Fratrem Michaëlem Riberam,
cum sex catechistis nec ita longe distare. Nimurum isti cum haesissent aliquan-
diu in taifonensi custodia, ex iis angustiis haud ita magno pretio se liberaver-
rant, conductaque navicula, consilium ceperant demigrandi in Sinum regni Ciampae,
ut excenderent in oram Ranranensem, ibi laterent, ejusque provinciae
Christianis, qui multi optimique, operari navarent. Ob id mutaverant vestem,
seque in Japones transformaverant. Re cognita accurrit ad eos Buzomius, con-
silium vehementer collaudat, utque coepitis naviter insistant, cohortatur. Relicto
denique apud eos uno ex duobus, quos secum vehebat fratribus, ipse cum Ma-
jorica ac fratre alio, porro quo iter instituerat in regnum Ciamporeanum pergit.
Quid ipsi in hac excursione acciderit, postea referemus. Luisius interea ac Fon-
tium, quosque habebant in comitatibus fratres et catechistas, graves ex inopinato
aerumnac conflictaverunt.

Locum ubi latitarent captantibus, placuerat silvosa vallis, quae tenebrosos ac
difficiles habebat aditus. Sed erat aer pestilens, et grave caelum ex uliginoso ac
depresso solo. Eam praeterea vallem latrones, ut opportunam latrociniis, fre-
quentabant. Haec ipsi cum ignorarent, casam e ramalibus moluntur, partem
componunt in sacelli formam, partem sibi habitandam reservant. Vix abierant
dies decem, cum invasit omnes morbus prostravitque. Nihil in promptu remedii,
nihil cibi. Itaque pereundum cunctis erat, aut morbe aut fame, nisi Deus humanis
orbatis praesidiis respexisset. Illorum latebras deprehendit forte christianus, cui
Petro nomen, et vicinos quosdam Christi cultores admonuit, qui continuo accurre-
runt, et opis aliquid languentibus attulerunt. At suspicionem fecit latronibus insolentia
concursum per caenosas paludes, et infesta tigribus nemora: observato
autem tugurio et novis hospitibus, praedam sibi feliciter obtigisse putaverunt. Ergo
irrumpunt noctu, facibus, gladiis fustibusque instructi: vulnera ingerunt, quidquid

261.
Evertitur tem-
plum Cacianni-
se. Socii Taifo-
nem traducun-
tur.

262.
Item fit in sta-
tione Pulicam-
bensi.

263.
Aliqui socio-
rum furtim oc-
cultantur a Neo-
phytis.

264.
Alii migrare
statuant in re-
gnum Ciampae.

265.
Alii in provin-
cia Ranranensi
consistunt occul-
ti.

266.
Hi morbo con-
ficiantur, et a
latronibus spo-
liantur.

obvium habent perfringunt ac dissipant. Cum nemo se erigeret ac ne vocem quidem tolleret, nedum vim vi repellere (ita jacebant omnes morbo debilitati menteque constricti), subiit sicarios admiratio, Caedendi finem faciunt, et ad explorandum thesaurum quem illic rebant abditum, se accingunt. Postquam, per vestigatio omnibus angulis, nihil auri repertum, corripiunt aliquot e catechistis, et impositis crudeliter plagiis, ubi lateat thesaurus sciscitantur. Tres inter ipsa verbora expirant. Defessi demum necando quaerendoque scelerati, exiguae sacelli supellectilem, lodices, vestimenta, ex ile pro tanta immanitate praedam, auferunt. Reversus interim quem supra dixi Petrus, ubi mactatos Christianos, Patres vulneribus ac sanguine coopertos vidit, cohorruit atrocitate facinoris. Ad vicinam e vestigio urbem procurrens, quaerit vulneratis remedia, et Mandarino urbis praefecto latronum scelus significat. Norat ille Buzonium, ac praeter quam quod vir probus et amans aquitatis, Patribus non erat infensus. Decernit itaque in sicarios, inquiri eos celeritate summa jubet, tres comprehensos habita quaestione, capite plectit. Prius tamen saucios Patres ex infami valle deportari in urbem, et suo sumptu curari diligenter jusserrat. Simul certiorem per litteras fecerat Regem, interceptos Patres a praedonibus dum in exilium proficiserentur, et vulneribus concisos, aliquot eorum comitibus interemptis. Rescripsit Rex, placere ut quod eruptum iis fuerat, redderetur. Pergerent ipsi tamen egredi Cocincina, et siquidem redire Macaum prohiberent adverso vento, in Ciampae regnum sine cunctatione se reciperent. Rescriptum istud Patribus palam significavit Mandarinus, asperitatem vultu verbiisque simulans, ut rigidus videretur regii exactor imperii. At iis occulte favens, clam admonendos curavit, ne discedere festinarent. Quare Patres paratam navim populo spectante considererunt, quasi longius abituri. At paucis post horis in aliam transgressi, secus eam oram errare institerunt, inde quantum possent Christianis accolis affuturi. Suo se navigio tenebant interdiu, neque se ullius in conspectum dabant. Excendebant per tenebras identidem, notas Christianorum domos subibant, eos contra praesentis temporis acerbitudinem confirmabant. Denique, ut in errabunda ac semper fluctuante Missione, pretium operae minime pigendum faciebant. Sic istos ad annum usque saeculi trigesimum servavili amici Mandarinini benevolentia.

^{267.}
*Iterum exula-
re jussi, oram
Ranranensem o-
berrunt in obser-
vati.*

Eodem tempore Patres Emmanuel Fernandius et Mathias Machida, quos a colonis Taifonensisibus occultatos diximus, totam pererrare Cocincinam, mutato habitu, et a se invicem divulsi perseverarunt. Fernandius iter habebat terra, Machida mari. Hic ex una cimbula saepe transgrediebatur in aliam, ille casas vicissim et tuguria commutabat. Ad hunc modum ambo lictorum et exploratorum diligentiam, et intentos in praedam oculos, feliciter eluserunt. Neque frugis omnino sterile medium hoc biennium fuit. Caciani, priusquam nostris irrogaret exilium, christianam veritatem suscepérunt Ethnici bis centum et septuaginta quinque. Nuocmani et in circumpositis pagis, quadrigeniti et octoginta. In extremo Ranranensis provinciae latere trecenti amplius, quibus accessit integrum cum suo Gubernatore oppidum. Postea vero quam Patres suis depulsi sedibus latere coacti sunt, religionem nihilominus, partim sua, partim catechistarum opera sustentarunt. Veritatem alicubi divina confirmarunt ostenta, e quibus unum maxime memorandum. Parce ac maligne, contra morem, exundarent annes, atque inde magna, ut dictum est, secuta fuerat in aestuoso arenique solo sterilitas frugum. Si quid deinde enatum graminis erat, id omne voraces absument locustae. Has Christiani levi aquae consecratae rore abigebant. Quod cum mirum inter Ethnicos, neque facile credendum videretur, unus prodigiī veritatem experimento didicit. Praedia tria Mandarinus ethnicus possidebat, nec infecunda (nam studuerat naturae sterilitatem arte vincere) quae tamen ingluvies locustarum eo depascebant avidius, quo plus pabuli ars et cura dederant. Popas et hariolos suos cum implorasset, preces irritas, inania carmina et sacrificia querebatur. Rogavit ad extrellum Paulum illum Xabinum, de quo dictum supra, ut caeli Domino, quem colebat, pro suis praediis supplicaret. Paulus nihil cunctatus, erecto mediis in arvis altari, rogare suppliciter

^{268.}
*Alii item Pa-
tres clam rema-
nent in Cocinci-
na.*

^{269.}
*Religio ostentis
illustrata.*

Deum, ut in ea re vim numenque suum ostendat. Dein sacrum laticem aspergens humi, locustis praecepit, alio ut confestim se proripiant. Vix ea, et tollunt se celeres locustae immenso agmine, et coorto vento, nubis in mōrem procul auferuntur. Itum hinc in alterum praedium; sed imperium locustae praeverterunt, et quasi poenam si morarentur veritae, in opacum nemus ultro se abdiderunt. E tertio itidem fugam arripuere praeincipes in vicinum mare, ac fluctibus ad unam haustae sunt. Quae cum Ethnici mirarentur, eos Paulus apposita oratione est allocutus, et nonnullis errorem ac pertinaciam eripuit. Sed relicta tandem Asia, in Americam convertamur.

Tot casibus tamque adversis obnoxiae Americanae missiones non erant, quippe ubi rerum potiebantur Principes Europaei. Tamen incolarum indoles, multo plerisque quam in Asia incolior atque ferocior, nostratum patientiam haud minus probabat illustrabatque. Accedebant interdum, quod magis doleres, ab ipsis Europaeis molestiae offensionesque iniquissimae, quas saepe alibi indicatas nunc iterum refricare quamvis inviti cogimur. Brasiliae litoribus a longo tempore insidiabantur piratae Batavi Anglie, et infestum habentes mare, periculosa navigationem faciebant. Hoc anno cum solvissent Ulyssipone in Brasiliam octo de Societate, praeside omnium P. Antonio Matho, qui fuerat nuper eius provinciae praepositus designatus, in itinere capti a Batavis, et in Hollandiam avecti sunt. Integrum quadriennium haeserunt in vinculis, nec est hic dicens locus de incommodis aerumnisque, quas in tam longa captivitate tolerarunt. Jam quod ita abacti fuerint novi Brasiliae cultores, dolendum maxime accidit provinciae quae pro multitudine messis, operariorum paucitate laborabat. Nam obierant intra breve spatum multi, et quidem aliqui rebus gestis insignes, quorum haud facile reparari posset jactura. Eminebant Patres Marcus Acosta, Christopherus Valentius et Balthasar Fernandius, quos nefas debito elogio fraudare. In Acosta praeter eximiam pietatem, et arctam cum Deo conjunctionem, spectabatur animus humanis cupiditatibus omnino liber. Missus olim Romam ad procuranda, ut fit, provinciae Brasiliensis negotia, delatusque in Lusitaniam, cum haud ita longe a paterna domo transire, nullis adduci cujusquam precibus aut suasionibus potuit, ut ad eam paulisper diverteret, et anxiros cognatos reviseret. Unam quippe sibi esse parentem ajebat, Societatem Jesu, nec alias fratres, quam ipsis filios. Valentius, venator animalium si quis alius diligens, saepius in mediterranea Brasiliae per magnos labores et majora pericula penetraverat, nunquam sine lauto grege barbarorum redierat, quos ad ovile Christi deducebat. Decem circiter ante mortem annis, cum amisset oculorum usum, aures ex toto dicavit proximorum salutis, quos ut audiret confitentes, dies fere totos in tribunali poenitentiae considerbat. Quod ab hoc opere vacuum habebat tempus, ex parte maxima prius commentationibus dabant. Secreta cordium et incerti futuron exitus, ei nonnunquam divinitus patuerunt. Et paulo ante quam Batavi expugnarent Bahiam, vidiisse dicitur Christum irato vultu, falmen tenentem dexteram, atque illud urbi minaciter intentantem. Fernandius annos ipsos viginti quinque posuerat in ministerio Aethiopum, quorum multas magnasque Lusitani familias alebant in territorio Bahiensi ad opificium saccari. Eborum tuguria per sexcenta viarum incommoda, labore nunquam intermisso, circumibat. Semel dum ad moribundum properat, dejectus a jumento est, ejusque ungulis proculcatus adeo graviter, ut unum oculorum amiserit. Perrexit nihilominus ita ut erat saucius et cruento suffusus, ire ad aegrotum, neque prius medentium se curae permisit, quam ipsum expiasset. Quo de casu postea solebat dicere, praeclare actum esse secum, qui unam animam oculi unius jactura esset lucratus. Diem supremam clausit Bahiae pridie Cal. Martias, cum vitam produxisset ad senectutem extremam, et annos ipsos septuaginta meruisse in Societate.

Sed opportune supplementum octo sociorum hoc ipso anno ex Europa advectum est, pars eorum duodecim, quos ante quadriennium, ut suo loco docuimus, Batavi interceperant, et in Hollandicos carceres deportaverant. Cum stetissent in vinculis trincta fere menses, ad Brasilicos labores redibant, duce

Tom. II.

32

270.
Res BRASILIAE.
Octo socii in
Brasiliam ten-
derentes interci-
piuntur a Bata-
vis.

271.
Obitus et Elo-
giu[m] P. Marci
Acosta.

272.
Et P. Christo-
phori Valentii.

273.
Et P. Baltha-
saris Fernandii.

274.
Alii octo ex
Europa in Bra-
siliam deferun-
tur.

275.
*Nostrorum apud
Carisios labor
pene inutilis, et
quare.*

omnium P. Dominico Coelho, ac rursum se periculis objectabant. Bahiam sospites appulerunt circa dimidium mensis Junii; nec est ut referam, quanta eos gratulatione ita redeentes excepit civitas universa. Praecipua tamen laetitia sociorum fuit, quibus hac auxiliari manu vires ad rem gerendam addebantr atque animi. Et hoc prorsus anno rem sibi proposuerant arduam, ac saepe alias frustra tentatam, ut Carisios et Guaitacisos, paeferoces et adhuc indomitas gentes, educerent e nativis saltibus, et in loca maritima, proxime ad colonias Lusitanorum, dederent. In parte Brasiliae extrema, quae in austrum vergit, Carisii degebant. Apud eos annum jam quartum duo habitabant ut in fixa statione Patres, Antonius de Aravio et Petrus Motha: quod ita fieri jusserat Mutius, quando exportandae inde gentis nulla spes affulgebat. Atque illi quidem magno erant in honore apud barbaros, verumtamen paucos admodum fidei sacramento consignabant, ea retardati praesertim causa, quod cum essent finitimi depraedandis assueti, etiam post susceptum baptismum facile ad morem pristinum relaberentur. Quippe indigentes mercibus Lusitanorum, nihilque habentes quod iis commutarent praeter mancipia; simul ac aderant Lusitani mangones, ad circumpositos populos, praedabundi excurrebant, quosque ceperant venales proponebant, frusta immanitatem exprobantibus nostris, et quanto id piacula fieret demonstrantibus. Illud aegre impetraverant Patres, ut paucae quaedam familiae, structo ex ramalibus pago, conjunctis viverent aedibus animisque. Reliqui, etsi caetera morigeri, vagri hue illuc ferarum ritu, nusquam stabili ac certa sede malebant; ex quo sequebatur, ut christianis praecēptis apte informari nullo modo possent. Cum ergo usu constaret, operam perdi apud Carisios quādū natale non desercent solum, Praepositus Provincialis, re in consilio provinciae deliberata, rursum experiendum statuerat, an abduci inde, et in locum opportuniorem transferri aliquando possent. Nisi succederet, abducendos saltem Patres, stationemque ut inutilem deserendam censebat. Rei denique exequendae curam commitit P. Francisco Carneiro, viro gravi et industrio, qui Januariense collegium regebat. Carneirus, assumptis viae comitibus Emmanuele Pacieco, et Francisco Moralio, ad Carisios proficiscitur. Sed quamvis magna tendentem celeritate, antevertit odiosum rumor, venire Jesuitam cum navibus manique militari, ut gentem Carisiorum a patro solo carisque penatibus per vim abstracthat, et libertate privatos abducat in servitatem. Rumorem istum, quod mirere, sparserant de industria, ac late dissipandum curaverant aliqui Lusitanorum, ex iis qui ex mancipiorum commutatione quaestum iniquum faciebant. Et nimis quantum proficerent ea fraude. In pago de quo dicebam, perpauci cum Motha Aravioque restiterunt. Reliqui in silvas refugerunt, partim terrore pulsi, partim ob exortam inter duos Casiquios discordiam, de qua nihil attinet dicere, ad arma vocati. Carneirus pagum pene vacuum ingressus, vocatis populi reliquiis, qua causa, quo consilio, quo comitatu venerit, sine ambagibus docet. Socialis vitae commoda, christianaē religionis necessitatem exponit. Concludit orationem in haec verba: siquidem christiani fieri, atque ita vivere uti Christianis dignum est, Carisii velint, excedendum omnino ab natali solo, atque alio esse demigrandum. Caeterum nemini inferendam vim. Manendi migrandique arbitrium apud ipsos esse. Eadem per totam late regionem circumferri jubet, dimissis in id numeris ad praecipuos gentis Casiquios. Quae cum aqua viderentur hominibus ingenii minime mali, pronis ubique auribus animisque accepta fuerunt, paucissimis inventis, qui tam justa causa atque iis conditionibus, solum vertere recusarent.

276.
*Mittitur ad eos
P. Francisco
Carneirus cum
duobus sociis.*

277.
*Calumnia in
com. conficta.
Carisii dissipati-
tur metu.*

278.
*Multi Carnei-
rebus lequenti se doc-
tibus praebent.*

279.
*Coguntur in
vnum Carisii.
Moritur P. Pe-
trus Motha.*

Animis ita affectis; misit Carneirus Motham Moraliumque ad perquirendos reducendosque in pagum eos, quos ut dictum est, metus fugaverat. Progressi Patres millia passuum fere quinque et quadraginta, perfugas invenerunt partem maximam pestilentia afflictos, humi jacentes, rerum egenos omnium. Quo facilius iis persuaserunt, ut in pagum redirent suum, inde in oram maritimam transgressuri. Sed rei exitum Motha non vidit, morte interceptus. Nam praeter laborem itineris, dum aegrotos omni refovet ministerio, gravissima febi-

correptus, aegre se recepit in pagum, ubi die postquam reverterat nona pie decessit. Et jam ingens multitudo convenerat, parata sequi quoconque ducerent Patres, spirabantque opportuni tendentibus meridie in septentrionem venti. Tantum deerat pro tot capitibus facultas navium, nec copia rei cibariae sufficiebat. Carneirus, ne praesentem occasionem amitteret, partem exportare secum, partem in aliud differre tempus statuit. Fuere quos avevit circiter quadringenti, Christiani multi, major pars tantum catechumeni. Nec facile dixerim quantum negotii in ipso digressu fuerit. Homines natura desidiosi, terram patriam aegerime relinquentes, Patrum manibus trahendi ad navem, eique imponendi fuerunt. Navicularis quin etiam, quibus in vicino astuario erat usus, ipsimet fabricare coacti sunt Patres, cessantibus, seu taedio laboris, seu animi aegritudine barbaris, itullamque ejus operis partem atttingentibus. Transvecti in insulam S. Cathariæ, atque inde in continentem, devenerant ad oppidum Lusitanorum, quod sanctorum vocant. Hic nihil factum propius, quam ut tanti laboris fructus momento interiret. Quidam et civitate, Carisios ut conspexere transeuntes, queri violatum coloniae suae jus, cui attributum ejus gentis territorium contendebant. Eosdem sibi in praedam deposcere, ac legibus vindicare. Minime vero ferendum dicere, ut tot familiae ad frequentandum alterius coloniae agrum traducerentur. Ac forte faciebant vim, nisi insanum tumultum Alvarus Aloysius de Valle praefectus oppidi pro imperio compressisset. Ita dum Carneirus novellum Christi gregem, pluribus terra marique periculis divina ope liberatus, ad oram Januarii fluminis feliciter exposuit. Neque hic tamen vicissitudinum finis. Homines alio caelo, alioque uti victu assuetos, primo lues, deinde fames invasit, duo mala tetricima, quorum dolore atque impatientia miseri sedes pristinas respectabant. Aegre impetratum ne dilaberentur, neque id aliter impetratum, quam mutato ter intra annum loco, donec unus inventus est maxime idoneus, ubi in posterum habitarent. Anno per hacc evoluto, cum melius habere coepissent, visum Patribus mittere ex iis aliquot ad caeteros qui relicti fuerant Carisios, nempe ut populares suos docerent quam recte sibi esset sub imperio Regis, ac disciplina Societatis, totque commodorum illecebra permovererint eos ad maturandam quam promiserant migrationem. Neque illis alacritas ad rem tentandam defuit. Sed quo certius a suis fidem promisorum exigenter, tum etiam ut quae ad iter transvectionemque opus erant commodius explicarentur, duos adjungi sibi ex Patribus voluerunt, atque una cum his consenso navigio vela fecerunt. Ex itinere fuit necessario exscendendum ad oppidum, quod a S. Vincentio nominant, coloniam Lusitanorum. Huc appulsos inimicissime exceperunt coloni. Onerarium qua vehebantur, cum oneribus intercepserunt, nihil reddere voluerunt, nisi accepta a nostris fide, omisssuros quod instituerant iter, atque eo recta unde profecti fuerant reddituros. Quidquid nempe indigenarum intra praefectureae suea terminos nascebatur, suo sibi arrogabante jure, eosque pro totidem quasi vernis habentes, alio exportari non cerebant. Ita aliena fraude successu caruerunt nostrorum incepta, nec deinceps nisi post annos plures ad Carisios reditum est, cum Rex causa cognita, colonorum audaciam compescuit. Tunc vero serius quam oportuit ad negotium redintegrandum adjectae fuerunt manus. Hoc siquidem medio tempore Carisiorum pars taedio tam longe morae diffluxerat, pars immitti pestilenta interierat. Itaque cum ad eos regressi sunt PP. Ignatius Sequeira, et Franciscus Morales, pagum vacuum regionemque misere desolatam invenerunt.

Multo feliciter citiusque idem Sequeira et suis eduxit latebris Guatacasios. De istorum moribus alibi me dicere memini. Interiora nemorum colebant contra eam oceani oram, quae fluminis Januarii et Sancti Spiritus colonias intercurrit, subindeque egredientes in littus, terrestria itinera tot latrociniis infestabant, nemo ut auderet inter duas quas dixi colonias ultra citroque commeare, nisi navigio. Ante annos ferme octo, sequestro P. Francisco Lobato, foedus icerant cum Lusitanis, neque post illud tempus quidquam in eos hostile suscepserant usque in praesens. At novissime infando scelere fregerant foedus, caesis devoratisque aliquot Lusitanis, quos tempestas fracta navi, inermes ac seminudos

280.
*Quadringeniti
astrahuntur in-
de, et ad Janau-
rium deportan-
tur.*

281.
*Eorum pericu-
lum in oppido
sanctorum a Lu-
sitanis.*

282.
*Lue affligun-
tur ac fame.*

283.
*Reliquos expor-
tarri Carisios
prohibent aliqui
Lusitani.*

284.
*Interiora disper-
guntur ac pere-
unt.*

285.
*Guatacasios a-
perte deficiunt a
Lusitanis.*

in illam oram expulerat. Hujus deinde maleficii conscientia, utpote ausi graviora quam quibus ignosci posset, ad apertam devenerant cum Lusitanis inimiciam. Audaciores ipsa desperatio veniae faciebat, nec ullo jam metu prohibebantur, quominus ex omni mortalium genere agerent praedas. Ut vero Lusitanis crederent sese, non Praefectorum promissis, non ullis Patrum adhortationibus sibi persuaderi patiebantur. Sed quamvis haec ita essent, Sequeira ausus est iterum ad Guaitacisos inferre se, hortatusque eos ut feram vitae consuetudinem humano mutarent cultu, magna omnium exceptus est voluntate. In eo tantum dissentiebant, seu tergiversabantur potius, ut in fines Lusitanorum domicilia transferrent. Et apparebat, ut erant affecti animi, nunquam plane in id consensuros, nisi adigerentur metu. Id reputans Sequeira, intentandas iis minas, ostendenda arma existimat. Negotium per litteras occulte communicat cum Rectore collegii Sebastianopolitani. Qui consilium valde comprobans, impetrat a Praefecto Martino de Sa, ut ad Sequeiram submittatur cohors Indigenarum, et manipulus Lusitanorum militum, cum hoc tamen ut nihil moveant nisi de sententia ipsius. Affui miles, et montem Guaitacasisi imminentem insedit. Sequeira accurgens, admonuit centuriones, non id agi in praesentia ut cuiquam inferatur malum, sed tantum ut terrore concutiant barbari. Stet proinde acie directa, ensesque praefulgidos, et paelongas e ferro pyroballistas eminus ostentent, velut in praelium per momenta singula descensuri. At omni abstineant maleficio. Tum revolans ad Guaitacisos, qui sumptis raptim armis acerrimam defensionem parabant, obiciensque unum se armatis inermem, ut absistant rogar. Se pro ipsis vadem, se sponsorem apud Lusitanos fore, et daturum operam nihil ut hostile suscipiant adversus eos. Sperare imo se, ac porro spondere, si modo sequi praeceunt velint in terras Lusitanorum, bene futurum Guaitacasis quantumvis culpam commeritis, veterum injuriarum memoria penitus obliterateda. Nihil illi videbantur minus velle, quam vivere cum Lusitanis. Tamen seu sacerdotis oratione emolliiti, seu periculo exterriti, conveniunt in has leges: Foe-dus renovaturos in praesentia, obsidesque fidei ac voluntatis suae daturos: cum obsidibus profectur gentis principem, aliosque ex primoribus, quoconque Lusitani duxisserent: ex eorum deinde relationibus gentem universam de transferendis sedibus consilium capturam. Qui si referent scilicet, vera esse quae Guaitacasisi promittebantur commoda, nihil futurum morae quin omnes in Lusitanorum terras potestatemque concederent. His Sequeira arbitrio ac pacificatore, cum magno partium assensu compositis, utrinque ab armis discessum est, et plures e barbaris una cum suo duce in coloniam Januariensem traducti. Ibi excepti Societatis Collegio, ac benignissime a nostris habiti, statim atque europaeo more habitare, vesci, cubare caeterasque nostratum munditas usurpare coepерunt, beatos se praedicare, miserarie vicem contribulum suorum, quibus haec vitae commoda negarentur. Nihil illis denique longius videri, quam ut redirent ad suos, eosque in societatem ejusdem vitae pertraherent. Nec vero fellerunt fidem. Regressi in regionem patriam, de moribus cultuque Europaeorum quae ipsi viderant, queaque experti fuerant nunciantes, magnam vulgo de his rebus opinionem sparserunt, ac plerisque migrandi cupidinem injecerunt. Verum ut re ipsa migrant, perpelli tum quidem non potuerunt nisi trecenti circiter, qui in coloniam Januariensem transgressi, atque inde per pagos Neophytorum distributi, brevi omnes Christi sacramentum acceperunt.

Scio equidem fuisse qui crederent, id genus homines more pecudum consueuisse ad baptismum trahi, quippe ob mentis hebetudinem minime idoneos capiendi divinae religionis dogmatibus, mysteriisque sanctissimis. Verum, ut omittam aliter visum Patribus experientissimis, qui ea novalia excolebant, certe de Guaitacasisi longe aliud experimento compertum est. Anno post migrationem vix dum exacto, vix a Christianis cultissimis differebant. Adeo veterem imperantium feritatemque, et caetera seu naturae seu educationis via deposituerant. Memorabile in primis quod de uno ipsorum pari litterae tradunt. Viderant secus mare jacentem in littore, atque aegre animam trahentem hominem, ut

286.
*Eos adit P. I-
gnatius. Sequi-
ra, adhibito
strategemate do-
mat.*

287.
*In coloniam
Januariensem
transferuntur.*

288.
*Quales isti es-
sent Neophyti ex
uno exemplo.*

habitus ostendebat, de colonia Lusitanorum, illuc forte ejectum ex naufragio: cuiusmodi siquem invenissent ante annum, utique eum mactabant et infandis epulis destinabant. Nec mora. Edocti, nulla re magis conspici Christianos quam charitate, accurrunt, amantissime circumstidunt, jacentem excipiunt ulnis, et quibus possunt fomentis reficiunt. Quo vero commodius curaretur, eundem mox suis ipsi humeris per millia passuum fere nonaginta deferunt ad usque oppidum Januariense. Neque id satis. Hominibus ita de se meritis mercedem prolixe offerebat Lusitanus. Oblatae constantissime responderunt egregii Neophyti, cum dicentes, satis amplam sibi mercedem esse paratam in caelis, eam nempe, quam bene pieque facientibus Christus Dominus ad promitteret. Quis jam neget, excipiens evangelicae doctrinae satis id aptum fuisse solum, ubi tales, tam subito, tam feliciter crescerent fruges? Evidem vereor, ne non cordium inspector Deus, cultissimos Europae Christianos cum his Americanis comparando, queri potius iterum ac juste possit, *non inventam sibi tantam fidem in Israel*. Caeterum inveniebant ibi quoque, ut alibi passim, Christiani haud satis hoc digni nomine, quorum vita professioni purissimae non responderet. Sed hi, quod ubique factum religione nondum satis adulta legimus, divinis interdum corrigebantur ostentis, praesentique Dei Numine a virtutis ad virtutem flectebantur. Notabile in hoc genere quod uni cuidam Neophytorum evenit apud Pernambucenses. Admissi licet criminis sibi conscius, induxerat animum divina mysteria sumere, non expiata prius, ut decuit, per confessionem conscientia. Hac mente ingressus aedem Societatis, dum maxime frequens populus synaxia celebrabat, conicerat se in turbam, ac vicem suam nixus genibus expectabat. Ast ubi surrexit ad sacram accessurus mensam, mirum dictu! sensit se occulta vi detineri sic, ut quantovis adhibito conatu movere se loco non posset, et arguente conscientia sceleris, se divinitus ab magni Regis coena repelliri cognovit, quod nuptiale non haberet vestem. Prodigio conterritus ac tremebundus, tollit oculos ad sacram Hostiam, quae in altari summo inter densa lumina publicae venerationi probat. Ecce autem, quo certius agnosceret vim praeäsentiamque caelestis Numinis, novum ostentum. Intra argenteum solem intuenti, non Hostiae consueta species, sed igneus velut globus apparel, micantibus circum flammis minax ac formidabilis. Hoc magis expalluit miser, et quanto piacula vellet temeratus ac sordidus divina participare, intellexit. Ut se collegit ex pavore, subeunte poenitenti salutari, solvit in lacrimas, propitiareque sibi iratum Numen pia obsecratione studet. Illud deinde secum statuit, non eum exiturum diem, quin recognovisset conscientiam, omnesque animi labes piaculari confessione abstersisset. Hoc animo reversus domum, eodem post meridiem in collegium Societatis veniebat. Cum properanti accidit ad aures vox, incertum unde missa: ne porro quo iter instituerat pergit, neu velit per summam imprudentiam occulta flagitia sacerdoti committere. Si faxit, poenas procul dubio daturum temeritatis suae. Ea vox, cuius ipsa impietas satis declarabat auctorem, non moram currenti, sed stimulus addidit. Accelerat gradum, collegium subit, nactusque in promptu sacerdotem, ad ejus genua pro volutus, actae ad eam diem vitae, quantum repetere memorando poterat, noxas edisserit, madentibusque oculis omnia animi nudat ulcer. Demum rite absolutus, eidem rei totius seriem, ut a nobis narrata est, ordine exponit, utique vulgandam utili documento eorum, qui sceleribus polluti cum sint, audent tamen ore sacrilego divina sumere. Commodum is sacerdos, cuius se judicio permiserauit, concionem erat habiturus postridie. Usus itaque facultate, quam Neophytus poenitens faciebat, tacito ipsius nomine, rem ut acciderat palam narravit ad frequentissimum populum, eaque narratio tantos animorum motus concivit, ut plures continentur dies nostris in tribunali poenitentiae fuerit considendum, concurrentibus certatim iis, qui aliquid sibi conscissent culpea, ut patefacerent animi latebras, et saniem evomerent.

Sed jam locorum ipsa propinquitas admonet me, ut cum rebus brasiliensis bus paraquarienses contextam. Quam multa, quam bene ad Urvaicam flumen suscepit perfeceritque P. Rochus Gonzalus, primus earum gentium apostolus,

289.
*Ostentis abster-
retur Neophytus
a sacrilegio.*

290.
*Eam daemon
retrahere cona-
tur a proposito
confessionis.*

291.
*Confessionem
peragit. Res ad
aliorum exem-
plum vulgatur.*

292.
*Res Paragua-
riæ. P. Rochus
Gonzalus novum
moltur oppi-
dum ad annem
Ibiculum.*

sparsim indicatum est supra. Nunc supremus viri explicandus labor, et qualem invenerit laboris exitum, demonstrandum. Descenderat secundo Urvaca ad usque ostia alterius amnis (*Ibicuitum indigenae vocant*), qui in eum illabitur, a portu Boni aëris millia passuum fere trecenta; atque *Ibicuiti* fauces ingressus, in interiora regionis adverso tendebat amne: cum obvium habet Casiquium in ea terra praepotentem, Tabacam nomine, truci hominem vultu ac turbido, parva indigenarum manu stipatum. Rochus blande compellatum, et munusculo levidensi demulsum, audire sacerdotem summi Numinis vera nunciantem jubet. Tum summa capita christiana religionis exponere. Ea si ediscere plenius, atque inde aeternam parare sibi felicitatem velit, patiatur sacerdotes Christianorum in sua ditione consistere, iisque tutum et inviolatum hospitii jus praestet. Quin age, subjecit: quando principali potestate, ut video, polles, fac contributes tuos in hunc adducas locum, ubi conjuncti aedibus animisque socialem deinceps agitant vitam. Quod ab aliis alibi factum Casiquis, quod fecisse poenituit neminem, id quoque faciendum est, magno tuo et nationis universae bono. Delectatus ea fiducia barbarus, doctrinae imprimis veritate sanctitateque captus, suorum paucis in consilium adhibitis, quid facto opus sit querit. Decernitur de communi sententia, ibi ut oppidum excitetur ad eorum similitudinem, quae multa recens condita invenientur ad Urvaciam. In id oppidum Tabaca adducturum se non spernendam suorum multitudinem recipit. Rochus, nullam sibi inferens moram, idoneo ad ripam fluminis loco crucem preealtam erigit, aream inaedificandam describit, jussisque Ethnicis admovere operi manus, oppido nascenti a Virgine Purificata nomen imponit. Abscesserat post haec in superiorem Urvacensem plagam, nescio quid rei curaturas, ac brevi redditurus: cum audit, in oppidum vixdum constabilitum irruisse ex interioribus silvis agmen barbarorum infestum, repugnante frustra Casiquio, ac vim prohibere conante. Succensam ab iis crucem, sacram aedem disjectam, caetera aedificationis opera disturbata, fugam collectae multitudini factam. Ea re nunciata, assumptu secum P. Petro Romero, et quibusdam Neophytorum, eo cum quanta potest festinatione revolat, nihil territus quod in ipsius maxime caput conspirasse barbari dicerentur. Scapha *Ibicuitum* inventus ad sexaginta passum millia, cum excendisset in ripam, denuo occurrentem sibi Tabacam videt, auditque amice admonentem, sibi ut consulat prompta fuga. Gentem in armis omnem esse, et Christianorum sacerdotem ad caudem quaerere; quem si resciverint reversum, procul dubio in eum ferociter invasuros. Nihil in armis fore praesidi, ea comitum paucitate; nec vero posse se concitatae multitudinis motum auctoritatem comprimere. Ad ea Rochus gratias impense agere, et nihilominus quo iter direxerat tendere, nimurum unice de revocando disperso grege sollicitus. Impavidum faciebat, quod jam tot annos inter quotidiana mortis pericula versaretur impune. Ecce autem appropinquant ad eum locum, ubi oppidi fundamenta fuerant jacta, apparebant ex adverso manus barbarorum cum clavis ponderosis, praeacutis hastilibus et intentis arcubus irruens. Pone agmen multo frequentius sequebatur. Rochus in arco positus, non retulit tamen pedem, sed ab earum gentium stoliditate et inscitia, quam longo usu perspectam habebat, consilium cepit. Resistens in loco, vultu ad ferociam composito, serram ingentem, quam ad fabricandas cruces circumferre solebat, dextra tollit, laeva librum praegrandem ostentat, speciem exhibens nihil reformidantis, hostemque potius armorum suorum fiducia lacescentis. Res et sententia cessit. Hostium velites, ut accesserunt proprius, territi nova ferramenti specie, imprimisque libri magnitudine, primo continuerunt gradum velut attonti. Mox ad suos celerrime refugientes, nunciant, magnam enim vero perniciem imminere ab europaeo sacerdote, si res agenda communis sit. Telum illi esse visu formidolosum atque dentatum, quo ipsos arborum truncos succidere consuesset, ut demetere uno ictu capita mille queat. Magnum insuper librum habere' pree manibus. Quis vero sciat quid inde malae pestis evocaturus sit? Quod eo dicebant, quia gnari nostros cognoscere ex epistolis quae procul accidissent referente nemine, idque quo fieri pacto posset minime intelligentes, rebantur magicam aliquam et arcanam

^{293.}
*Dirutur ab
Ethnicis oppi-
dum. Ipse accur-
rit impavidus.*

^{294.}
*Et agmen bar-
barorum strata-
gemente fugat.*

chartis inesse vim, cuius ope vel pauci prostertere infinitam multitudinem possent. Hinc illam esse fiduciam, qua tam multis resistere unus auderet. His auditis, barbari summo pavore correpti, turbatis ordinibus animisque recesserunt. Rochus vero cum iis, quos circa se habebat, illaeus, omisis in praesens Ibicuitensibus, quos nondum idoneos ad excolendum arbitrabatur, curas apostolicas alio transtulit.

Supra Piratinum amnem ampla patebat regio (Casapaminium indigenae appellabant), ferox eadem et frequens incolis; qui quidem cum essent, ut in ea barbariae, ingenio dociles, levi momento subigendi videbantur: Illuc igitur cum ingenti alacritate ac spe Rochus se contulit. Subeunt in regionem occurrit armatorum globus, ac plane illiberalem se praebuit initio. Jam tum referre pedem jubebant, mortem interminantes ni absisteret. At iidem mox Rochi sermone deliniti, feroejam posuerunt usque adeo, ut minime recusarent ei se suaque omnia permittere, quin populares etiam suos undique conquisitos ipsius disciplinae subjecturos sponderent. Inducta itaque mentione de condendo oppido, cum magno omnium assensu accepta res est, et statim operi adiectae manus. Id Rochus oppidum sub tutela Virginis Purificatae constituit, ejusque curam Romero commisit, cuius industria pusillus ille grex intra annum ad tria milia capitum excrevit. Ipse et jussu Moderatorum, et suopte studio ad propagandam in dies latius Christi fidem intentus, ad ampliora se convertit. Audierat advectorum in provinciam ex Europa socios, de quibus diximus anno praeterito. Talium auxiliorum fiducia in densas Caorenium silvas, quae ad Urvaicam surgunt, evangelicam inferre lucem statuit. Silvas istas sexaginta inter se divisorant Casiquii, singuli in certum familiarum numerum dominantes. Casiquios adit omnes Rochus, et plerosque sibi conciliavit. Id tamen modo unum persuasit iis in praesentia, ne aliis longius abirent, habituri quantocius sacerdotem, cuius opera et unum cogerentur in oppidum, et christianis praecepsis imbucentur. Inde ad Ivium progressus, sive torrens ille dici, sive amnis velit, incidentes utramque ripam invenit familias barbarorum plus quingentas. Hae diversi Casiquis parebant. Opibus et auctoritate praestabat Niezuvius, vir aequa audax et subdolus, qui se ducem ac patronum ultro praebat omnibus, qui Christo et Societati non faverent. Praeter caeteram perveritatem, pollebat arte magica, et quibusdam praestigiis illudens rudi populo, divinos honores affectabat. Hunc prae caeteris demerendum existimans Rochus (namque in utram partem inclinasset, multum ponderis additum prospiciebat) adit hominem, et munusculis inescatum, aliqua etiam honoris significative, qua re improbus maxime tangebatur, sibi conciliare studet. Ille ut erat singendi ac dissimulandi vetus artifex, visus plane conciliatus. Non solum dicenti per omnia consensit, sed ductus in oppidum S. Nicolai, amore Religionis et Societatis adeo captus videri voluit, ut Patres invitaverit in suam patriam, ac repissa domum iis ac templum exeret. Alios quin etiam Casiquios hortatus ut exemplo suo Patribus se applicarent, oppidum struxit, quod non mediocri incolarum numero statim est frequentatum. Oppidum Rochus, quod die anniversaria Virginis in caelum assumptae solempne in eo sacrum primo fecisset, ab ejus diei mysterio denominavit, Patrique Joanni Castillio curandum tradidit. Hinc reflexo ad Paranem gradu, Itapuam venit ad excipiendo Patres Franciscum Clavicum, Antonium Palermum, et Adrianum Knudium, quos e numero recens advectorum ab Europa sodalium, sibi subsidio mitti impetraverat. His autem ad Urvaicam deductis, et in varias Neophytorum colonias distributis, ipse cum P. Alfonso Roderico ad Caorenenses rediit. Casiquios quales reliquerat reperit, bene erga se nomenque christianum affectos. Iis itaque in unum ex dicto locum cum magna Indorum multitudine confluentibus, crux est in medio erecta, constructa in usum sacrorum aedicula, novo denique oppido factum initium. Quod quia in calendis novembres incidit, ad memoriam ejus diei, ab omnibus sanctis appellari oppidum placuit.

^{295.}
Aliud oppidum
conditur, cui no-
men a Virgine
Purificata, apud
Casapaminios.

^{296.}
P. Gonzales
multos Caoren-
sum Casiquios
sibi conciliat.

^{297.}
Progrederetur ad
Ivienses, sibique
demeror studet
Niezuvium, ho-
minem deterri-
mum.

^{298.}
Oppidum As-
sumptionis con-
ditur apud I-
vienses.

^{299.}
P. Gonzalus
oppidum om-
nium Sanctor-
um excitat a-
pud Caorense.

300.
*P. Joannes Castilius rem egre-
gie gerit apud Iviensibus.*

Joannes interea Castilius, Iviensibus ut dictum est impositus, strenue rem gerebat. Ut novae coloniae pax tranquillitasque constaret, necessarias publicae rei constituedae descriperat leges, magistratus creaverat, improbis poenas, praemia probis proposuerat. Ita solebant Patres in oppidulis quae moliebantur, ut ordo et quaedam reipublicae forma barbaros in officio contineret. Quin singulis familiis certam agri portionem, quem quisque araret coleretque, dividebant. Doccebant præterea artes, quibus humana ac socialis carere vita nequit. Ipsi denique Patres, judices et arbitri controversiarum, ipsi tutores, medici, doctores, omnibus omnia siebant. Illud cavebant in primis, ut summa inter omnes aequalitas teneretur, nemo ut pauper, nemo ut alio ditior esset. Magistratibus, regio nomine constitutis, certa dumtaxat concedebant potestatis insignia, ut sua illis apud populum dignitas auctoritasque constaret. Caeterum sine Patrum nutu decernere nihil poterant. Aegre haec ferebat Niezuvius, qui principatum gentis, et summum in omnes imperium arrogaret sibi. Multo exarsit vehementius, cum unum esse Deum, caetera numina inania et proculcanda audivit, quippe qui ritu numinis coli vellet. Furere vero palam et ferociter bacchari coepit, cum pellices, quarum ingentem duebat gregem, infamia notari per christianam legem, imo exterminari novit. Hisce efferratum rebus aggreditur Potirava, nuper Neophytus, modo religionis impius desertor, qui ex oppido S. Xaverii profugerat ad Niezuvium, ut majorem eo duce ac patrono facultatem scelerum, et pristinae superstitionis impunitatem haberet atque haec illi inculcat: errare si crederet, posse se ut ante pro libito vivere, redigendum in plebecculae infimum ordinem, spoliandum uxoribus, dominatu exendum, quem hactenus tanta cum laude ab omnibus delatum obtineret. Hoc agi, ut Hispanis serviat, e beato miser, e domino mancipium, e Deo vilis homulus. Sed jam age, inquit: memineris qui sis, qui semper fueris. Vide quantum imminet tibi tuisque periculi, si cessas, quantum contra consequi possis gloriam, si nos vindicas in libertatem, excusso impotenti paucorum advenarum jugo. Neque vero ad rem patrandam tanti momenti, tam glriosam, tam necessariam, negotii quidquam et laboris est. Sublatis e medio sacerdotibus, tot illa oppida, quae nobis omnibus invitit fabricarunt, per se concident. Habes Caorense Casiquios ad jussa tua paratissimos, Caarupum praesertim et Caaburum, apud quos Rochus ille Gonzalus, hispanae dux arbitaque factionis degit cum Alphonso Rodericio. Joannem Castillium tenes hic, tuo arbitratu mactandum. Unum superest, ut magno ac forti animo sis, neque ultra facinus pulcherrimum differas. Haec oratio furenti calcaria subdidit. Hominem sibi fidum submitti ad Caarupum et Caaburum, monetque illos ut captato tempore Gonzalum et Rodericum perimant: sibi Castillium et reliquos curae fore. Ut essent ad facinus audacieores, mentiri nuncium jubet, etiam in oppido Conceptionis conspirationem esse factam in Patres, imo omnes Urvaicae accolas de iis necandis societatem coisse. Erant Caorense Casiquii, ut dixi, haud male erga Rochum animati. Tamen hoc nuncio, velut furiali face succensi, statim in parricidium consenserunt; quodque haud satis mirere, consilium quod necessario cum multis erat communicandum, adeo occulte tractarunt, ut Patres rerum quae agebantur prorsus ignaros, ne leve quidem indicium tantae atrocitis afflaverit.

301.
*Niezuvius ae-
gre fert novam
dominationem.*

302.
*Contra Patres
invitat a quo-
dam apostata.*

303.
*Neque Patrum
deponit, et Cao-
renses in consti-
tutione trahit.*

304.
*P. Rochus Gon-
zalus interfici-
tur.*

Dies erat XVII. Cal. Decembres, atque eo prorsus die Gonzalus in oppido omnium sanctorum, de sacello ornando sollicitus, adesse jusserat Indorum complures, ut aes campanum suspenderent in turricula editiore, ejus deinde pulsu in sacram aedem vocandi. Caarupus hanc occasionem patrandi sceleris ratus, sacerdos promiscue cum aliis e populo in sacellum immittit, utque manus inferant Patribus, simul ac ipse feriendi dederit signum, monet. Rochus nihil male suspicans, peracto sacro progressus ad multitudinem, valentiores quosdam hortabatur ad opus, de quo dixi, et modum agendae rei demonstrabat. Paulum inclinaverat sese, ut funem aeri circumligaret; cum barbarus nictu oculi sicariorum audacissimo innuit. Ille ferratam sine mora clavam in aversi caput impingit, adeo graviter, ut animam cum cerebro excusserit. Insiliit jacenti alter e sicariis, et

diffractum caput repetitis icibus communuit. Caeteri clamore insano applauserunt. Clamor Rodericum excivit e suo tugurio, ubi precum sacerdotale pensum exsolvebat. Erumpentem corripiunt barbari, et strictis macanis (genus est clavae, nomen Indis vernacula) invadunt. Acceptis aliquot vulneribus, cruroe diffluens ac semianimis, reptabat ad sacellum, ut ibi hostia Deo caderet, ubi divina saepe hostia litaverat: sed repetitis oppressus plagiis et examinatus, in lamine procidit. Cadavera direptis vestibus lacerata, et circa sacellum his terque ad ignominiam raptata sunt: mox cum sacello ipso flammis data. Sacra supplex laniata, concisa et impuris manibus profanata. Aderant adolescentes duo Paranenses, Patrum domestici et in rebus sacris ministri: deliberatum quid his fieri placerat. Mactandos censebant plerique, quod praesertim unus parricidas audacter increpaverat, alter etiam vasculum olei consecrati e manu latronum viriliter extorserat. Sed vicit sententia illorum qui remittendos censuerunt in patriam, ne bellum grave cum Paranensibus susciperetur. Remissi domum adolescentes, ex itinere ad P. Petrum Romerum apud Casapaminios degentem divertunt, illumque pariter atque omnes oppidanos docent de illata caris magistris nece. Eo nuncio, mirum ut inflammati fuerint dolore simul atque iracundia Neophyti. Gonzali mortem quem loco parentis diligebant, luctu publico prosequiti, tenere se non poterant, quin continuo ad Caorense pergerent armati, et caudem impiam ulciscerentur. Cohibuit ardorem intempestivum Romanus, negans placere sibi ut de interfectoribus fratrum suorum sumerentur poenae. Id tamen permisit ut reliquias corporum quacsitum irent, et ad se referrent. Illi ad caedis locum delati, ut forte vacuum erat oppidum, oppidanis ad venationem digressi, eruunt qui restabant ex incensa aede cineres, in iisque truncata et semiustulata reperiunt corpora. Ea reverenter colligunt reportantque ad Romerum, qui pio rigata fletu in arcula rudi repositus, donec alio exportarentur. Cor P. Rochi cuspide impia confixum, una cum ipso spiculo Romanum postea translatum est.

Statim atque mactatos Patres Niezuvius audivit, noctu quosdam suorum ad se vocal, eos furiali aggreditur oratione, et ad inferendam Castillio necem impellit. Fit conspiratio nefaria, res in diem posterum constituitur. Postridie mane conjurati sacerdotem nec opinantem adoriantur a tergo, funibus vinciunt, colaphis fusibusque caedunt. Dein humi prostratum, protrahunt extra oppidum per asperum dumis et axis iter, convicia interea ingemintantes, ejusque os, oculos et alias corporis partes, ut cuique rabies erat, ferro fodiunt. Rogare sacerdos quid male de ipsis meruisset? si sua cuperent, ultro se largiturum, ipsum se mancipii loco apud eos si ita vellent futurum. Ad ea barbari, se nec opera eius egere nec opibus; at quem praedicaret Christum, quam toties occineret Christi legem, pati ultra nolle. Ideo moriendum ipsi esse. Secundum haec, raptatum diu, lacerum et multo manantem cruento, spirantem tamen adhuc et suavissima Iesu ac Mariae nomina vocibus intermortuis appellantem, alligant arbori et incussis capitи saxis necant. Neque hic steti barbaricus furor. Saeviunt in mortuum. Caput stipitus duris comminuant, recludunt ferro viscera, cadaver informe nocturnis tigribus dilaniandum obiciunt. Plus tamen in ipsis feris humanitatis, ac prope dixerim religionis fuit. Sacro quidem certe pignore tigrides abstinuerunt, quod in flamas denique a sceleratis conjectum est. Niezuvius mortalium deterrimus, trucidatum ut vidit Patrem, laetitia ac furore amens, sacrificalem ejus vestem ad ludibrium induit, reliquam sacelli suppellectilem partim protirrit, partim uso impuro foedavit, sacellum ipsum succendit. Eo processit amentiae, ut abolendi causa baptismatis, baptizatos infantes novis et infandis ritibus initiauerit. Caeterum nihil actum putans, nisi quotquot dispersi inveniebantur per regionem Patres de medio tollerentur, huc reliquas curas studiumque convertit. Ad Casapaminios, ubi Romerus curabat, proficiunt confestim Caarupum jubet cum trecentis armatis. Ad proximum S. Nicolai oppidum, ubi Patres Aragonia et Clavicus, agmen ipse expeditum rapit capitum ducentorum. Hisce copiis sine dubio opprimendos inermes et imparatos putabat. At spem impiam felicit eventus, et caelestis vim

Tom. II.

33

305.
Itemque P. Alphonsum Rodericius.

306.
Duo adolescentes de nece Patrum admonitione Casapaminios.

307.
Ovi corrum reliquias pie colligunt.

308.
P. Joannes Castilius crudeliter necatur.

309.
Barbarorum saevities et impietas post patratam caedem.

310.
Eorum trecenti P. Romerum appetentes a paucis repelluntur.

opis admirari contra nefarios hominis suribundi conatus licuit. In oppido Virginis Purificatae unus dumtaxat inveniebatur tum forte senex, praeter adolescentes decem armis ferendis idoneos. Caeteri oppidani in agro laborabant. Ea tamen tam parva manus restitut Caarupo Romerum minaciter depositenti, ejusque tamdiu sustinuit impetum, donec popularium qui proprius aberant revocati, in cum ferociter irruerunt, plenumque cladis et ignominiae fugarunt, ipsorum nomine desiderato. Niezuvium ad Piratinios properantem antevertat fama, et socii oblati martyrii spe laeti necem praestolabantur. At Neophyti, de carissimorum Patrum salute magis quam de sua solliciti, eos in oppidum Conceptionis fugere coegerunt. Ipsi paucitati suae diffisi nec pares copiis hostilibus, in vicinam silvam se receperunt. Niezuvius oppidum S. Nicolai indefensum occupat, et ad aedes Patrum recta convolans, iis frustra quaesitis, faces iniicit templo. Verum hic quoque divini praesentia Numinis evidenter apparuit. Erat aedes magnam partem compacta ex paleis, iisque calore solis et longa aestate plane torridis. Tamen subiecto semel atque iterum igne, nunquam incendi potuit. Nihilo saniores facti manifesto prodigio barbari, furere pergebant et ipsum funditus excindere oppidum parabant. Cum affut contractum e proximis locis Piratinium agmen. Atrox conseritur pugna. Primo congressu sexdecim e Niezuvianis cedidere, plures vulnerati. Reliqui cum suo duce funduntur ac fugantur.

311.
*Niezuvius post
tum oppido S.
Nicolai, sed tem-
plum incendere
frustra conatur.*

312.
*Mox funditur
et fugatur.*

313.
*Neophyti ad vin-
dicandam cae-
den Patrum
concurrunt.*

314.
*Niezuvius de-
fensionem par-
ticipat. Colliquit
P. Ca-
stilli cadaver.*

315.
*Committitur
praelium. Nie-
zuviani profi-
gantur.*

316.
*Christianus
exercitus move-
t in Caorense, ac
debellat.*

Per haec Ibitiraquani qui in oppido Conceptionis pacate degebant, compertis quae Niezuvius egerat et usque agere moliebatur, caudem Patrum et maxime Rochi Gonzali, multis lacrimis prosecuti, coram P. Didaco Alfaro de summa rerum deliberare cooperant. Movebantur cum parricidi indigitate, tum etiam communis periculi magnitudine. Nam quosdam apud se deprehenderant clanculum a Niezuvio submissos, qui oppidanos ad defectionem sollicitarent. Longam deliberationem Nicolaus Nienguirus oppidi princeps sustulit. Non istud consultandi, sed agendi tempus, dicit. Eant secum quique fortissimi, et scelestos priusquam confirmaverint vires aggrediantur. Publicas consulendum rei, Patrum caudem parricidarum sanguine vindicandam. Quam orationem cunctis secundissimo assensu comprobantibus, ipse ducentos statim armatos in Piratinios ducit, tuturos oppidum S. Nicolai, donec validiora subsidia, tum ab Hispanorum praesidiis, tum a Neophytorum coloniis convenientiss. Simul centuriam mittit Casapaminiis in gratiam Petri Romeri, qui in oppido Virginis Purificatae degens, proprius ab hoste distabat. Centuriam Casapaminii venientem recipere noluerunt, cum dicerent, Patrem et sacerdotem suum, se vivis et arma tenentibus, externo praesidio non indigere. Qua delectatus fide Nienguirus, cum jam Neophyti convenissent plus octingenti seque illi adjunxissent, non minus copiarum robore, quam causae bonitate in spem debellandi erectus, Ivensis fines ingreditur. Eo adventante, Niezuvius ne in arco concluderetur, ejecerat se extra oppidum cum pari ferme suorum numero, et velle videbatur praelium committere in aperto: quae res facultatem Niengiro praebuit potiundi impune oppidi. Ibi prima curarum fuit conquire Castillii cadaver. Locum ubi projectum fuerat, demonstrarunt aliqui oppidani. Corpus erutum ac pie collectum, Frater Antonius Bernal, qui hac maxime causa christianum assectabatur exercitum, ad Piratinios detulit. Hoc peracto pietatis officio, progettatur in aciem Nienguirus, explicatisque loco opportuno copiis, denunciat hostibus, si pacem quam bellum malint, continuo Niezuvium, ejusque noxae participes, sibi ad poenam tradant. Ad ea nihil responsi datum; qui cum esset planus negandi modus, ad arma ventum est. Niezuviani impetum non sustinuerunt, sed turbatis statim ordinibus fugam fecerunt. Multi in acie ceciderunt, consuaci plures. Reliquos quo quemque pavor aut spes salutis traxerat, silvae texerunt. Niezuvius ipse compulsus in fugam, transmisso celeriter Urvaica, quam longissime se proripuit, erravitque diu in alieno solo ignotus, latebras subinde commutans, donec a latronibus interceptus misere periit. Haec Victoria hostiles impetus plurimum retardavit. Secunda penitus fregit. Nam Emmanuel Capralius nobilis Lusitanus, quo tempore Nienguirus bellum urgebat contra Ivenses, collecto ex Hispanis et Indis exercitu non contempnendo, contra

Caorenses movit, qui aliarum gentium accessu roborati, ut Romerum haberent in potestate, Casapaminos intra suum oppidum obsederant. Capralio se victor Nienguirus adjunxit. Nusquam deinde apud hostes pugna, sed fuga et caedes fuit. Adeo vel solo equitum Hispanorum aspectu animis conciderunt. Palatos inscuti cum suis agminibus, hinc Capralius inde Nienguirus, magnam occidionem fecerunt. Caeteris perduellibus in silvas dilapsis, in potestatem venerunt quinquaginta, inter quos factionis sceleratae principes Caarupus et Caaburus, nec non conjurationis praecipuus machinator Potirava. Hi statim e patibulo suspensi. E reliquis captiuis, quod placuit severitatem clementia temperare, decem tantum sunt affecti supplicio, sorte ducti: hique praeter Caaburum omnes, prius quam cervices sacrifici darent baptismo initiali, palam professi sunt, causam il-latae Patribus necis, non aliam sibi fuisse, quam odium christianae religionis, et pristinae amorem impietatis atque licentiae.

Ita victimi multatisque seditionis; accurrit ex collegio Assumptionis P. Didacus de Boroa, et pias sociorum exsuvias, securitatis et honoris ergo, ad Conceptio-nis oppidum transportandas curavit. At enim triumpho similior quam funeri pompa exsequiarum fuit. Praecepit victor exercitus explicatis et coruscantibus vexillis, captivos post se vincitos trahens. Sequebatur grex puerorum, vario plausu frementium et acclamantium. Succedebant mulieres, flere vetitae: deinde gentis primores, tum virorum turba promiscua. Agmen chorus symphoniacorum clau-debat. Patres e multis collecti oppidis, circum ferretra fusi gradiebantur, laetis propiores quam moestis. Qua itum est usque in sacram aedem, arcus passim creixerant, vario frondium florumque textu spectando. Illatis in aedem ferretris et super excelsum pegma constitutis, novos heroas P. Boroa laudavit lu-culenta oratione. Conversus deinde ad Hispanos milites, gratias egit pro defensa fortiter religione. Pietatem etiam Neophytorum, qui contra populares suos pro tuenda pietatis causa dimicare non dubitaverant, magnis laudibus extulit. Pompei denique celebritatem clausit corporum sepultura, quam honoris causa sub aram maximam illis dari placuit. Atque hunc tragedia habuit exitum, qua multorum linguis et litteris pervulgata, in variis non tantum Americae, verum etiam Europae urbibus, virorum fortium interitus est celebratus, multis certantibus, cum oratoribus tum poetis, ut erudit laboris materiam inde su-merent. Sed eorum nihil aequae gloriam nomenque illustravit, ac secuta statim in iis terris rerum atque animorum mira commutatio. Vere *sanguis Martyrum semen Christianorum fuit*. Caorenses, osores illi christiani nominis implacabiles, qui nuper contra divinam legem ejusque praecones tanto consurrexerant ardore, illi ipsi Christi jugum amplexi sunt primi, deque amplificanda religione haud paulo studiosius laborarunt, quam antea de extirpanda laborassent. Sed haec aliquanto post contigerunt, et infra a nobis narranda erunt. Nunc admiracionem praecipuum habuit Casiquii unius conversio ex iis, qui scelestas Ro-chio manus intulerant. Tambao nomen erat viro. Ei in praedam cesserat equus, quo uti Rochus solebat. Jam bellua mire sagax et, si ita loqui fas est exi-mia in herum suum, fide ac pietate, Rochum ut sensit extinctum, iniquissimam caudem hinnitu querulo lamentari coepit. Non pastum, quantumvis large ingustum, non potum sumere. Sessorem nullum admittere, nisi unum qui Rochi ipsius vestem induerat. Ad haec, quoties Rochi Gonzali audiret, (quod ex-perimentum saepe factum est de industria) lacrimas ubertim fundere. Notavit tantam feri pietatem ac fidem Tambaus, et humaniorem hominibus inveniri bel-luam rationis expertem, erubuit. Offensus deinde quod lymphati sodales equum innoxium, ipsis perpetuo obstrepente et immanitatem quodammodo exprobran-tem, interfecissent, clam profugit ad Patres, seque iis non modo ad disciplinam, sed ad omne obsequium, imo ad poenam etiam si ita vellent obtulit, mul-lum supplicium deprecans, modo in Christi familiam recipetur. Et optima id quidem mente, ut postea usu compertum est. Nam baptismō consignatus, atque e potente Casiquio famulus Patrum et administer factus, fidelem iis operam ac porro utillem, tum in curandis aegrotis, tum in evangelico ministerio, quamdiu

317.
*Plures perduel-lum capiuntur,
et plectuntur.*

318.
*Martyrum cor-pora in oppidum
Conceptio-nis ex-portantur.*

319.
*Eos laudat P.
Didacus de Bo-roa.*

320.
*Valde mutan-tur animi indi-
genarum post
caudem Patrum.*

321.
*Casiquii cuius-
dam convercio
admiranda.*

vixit navavit. Rochum vero quem occiderat frequenter invocans, et veniam admissi sceleris cum fletu rogans, diuturnae demum poenitentiae hunc tulit fructum, ut plenus optimae spei ex hac vita decederet. Ita de suis percussoribus triumpharunt Patres, atque hoc etiam argumento se veros Christi Martyres probaverunt. Sed jam proprias singulorum laudes, ut moris nostri est, breviter exsequemur.

^{322.}
Elogium P.
Rochi Gonzales.

P. Rochus Gonzalus, a S. Cruce vulgo nuncupatus, in americana urbe Assumptionis claro natus genere erat. Adolescentiam praecipua modestiae, integritatis et castimoniae opinione apud omnes commendatissimam habuit. Sacris ordinibus est initiatius antequam Societati daret nomen; cumque prudentiam non vulgarem pari cum probitate conjunctam multis in rebus ostenderet, suas illi vices Episcopus Paraguariae in administranda dioecesi mandavit. Sic illi apertum ad honores alios iter publicus favor sternebat; cum extimuit vir sapiens vanum gloriae fucum et insidias, dulcesque humiliati suea latebras quaerere in Societate maluit. Emensus tum erat annos quadraginta. Alios post haec viginti in propagando per varias Paraguariae partes Christi regno collocavit. Gueicureos, insignes feritate populos, excoluit primum. Traductus inde ad Paranenses, P. Marcelli Laoraganae coepita feliciter promovens, plures gentes eo tractu dispersas ab incultis moribus ad christianae communisque vitae societatem et sanctimoniam traduxit. Postremo ad Urvaicam transgressus, rerum gestarum magnitudine tenuit, ut primus hujus gentis apostolus diceretur. Quot oppida et quanto labore condiderit, suis locis demonstratum est. Vir vere apostolicus, quem nulli corporis labores, nulla rerum inopia, nulla mortis pericula ab evangelico opere retardarent. Nativam indolis gravitatem blandissima facilitate temperabat sic, ut facilitas nihil detraharet auctoritati, neque gravitas quemquam accessu absterreret. Sustinendis pro Christo laboribus indefessus, ac prope ferreus erat. In audeundis periculis praefidens, ac pene dixerim temerarius; si qua potest esse in opibus divinae fiducia et in obedientia temeritas. Orandi studium ita miscebat cum actionis vigore, ut nihil nisi orare nihil nisi agere videretur. Tot inter dotes ac praeclara facinora, cum passim sanctus praedicaretur, ipse se mortalium infimum ac nullius frugis putabat. Sed quamvis honorem impense fugeret, obtinere non potuit ne gloriam etiam apud homines immortalem, egregia morte assequeretur. P. Alphonsus Rodericius, Zamorae in Castella natus, paulo post initiam Societatem in Paraguariam navigaverat. Nihil in eo desideratum ad perfectam operarii evangelici laudem, nisi vita prolixior, quam illi barbarorum crudelitas, annum primum dumtaxat et trigesimum decurrenti, eripuit. Testatus est P. Joannes Ferrinus, vir Paraguariensis provinciae gravissimus, cui etiam praefuit, Rodericum acceptam in primo sacramento innocentiae stolam gravi peccato nunquam contaminasse. Meditandis Christi cruciatis sic afficiebatur, ac tantam vim piarum fundebat lacrimarum, ut oculorum acies penitus hebesceret. P. Joannem Castillium, Belmontium regni Toletani civitas, in lucem edidit. Insignem corporis formam cum pari pudicitia sociavit, et adhuc adolescens procacem mulierculam sibi insidiante fuste repulit. Societatem ingressus Martini, in colendas religiosas virtutes eo diligenter incubuit, quo utiliores videbat fore missioni Indiae, quam votis omnibus ambiabat. Paraguariam aliis Indiae partibus praetulit studio patientiae, et quod in ea obvenaturum sibi facilis considerat, ut beatam pro Christo necem oppeteret. Voti compos est factus anno aetatis trigesimo tertio.

^{323.}
Et P. Alphonsi
Roderici.

^{324.}
Et P. Joannis
Castillii.

^{325.}
Detegitur ma-
li daemonis oc-
cultus apud
Tajatienses.

Rebus interea suis minime indormiebant mali daemons, sed acceptam uno loco cladem alio sarcire studebant. Montanum erat oppidum in Guairana ab Incarnatione appellatum, quod in oppidum P. Ruiz de Montoya paucis ante annis, ut me dicere memini, Tajatienses coegerat. Oppidanum decursu temporis aucti numero ac diligenter instituti, christianam pietatem colebant sub P. Christophoro Mendoza, pars multo maxima Neophyti, pars tantum Catechumeni; cum magnam rebus tam belle fluentibus labem attulit stygii veteratoris fraudulentia. Cum solerent diebus prope singulis catechumeni pariter ac Neophyti ad cateschesim

convenire, notatum est, per dies dominicos decrescere sensim in aede sacra frequentiam ac paulatim solitudinem fieri. Aderat tum forte in oppido cum Mendoza P. Ruizius, et mirabantur ambo quid ita esset, neque tamen causam per punctuationibus reperiebant: cum nec rogatus adolescens haec in magno arcano illis aperit. In vicino monte quem tribus assurgere verticibus cernerent, atque in ipsis aeo montis verticibus, totidem extare fana, prisca religione insignia. Coli in iis corpora trium mortuorum, qui vulgo revixisse crederentur. Fidem huic persuasione facere, quod humanae inde voces identem exaudirentur. Novissime in uno ex iis fanis auditam praesepe se vocem edicentis populo, ne Patrum acdem frequentarent diebus dominicis. Nisi paruisserint, sterilitate terrae, et frugum inopia multatum iri. Haec adolescens refrebatur. Quibus auditis Ruizius, nemine quid moliretur praemoniti, nocte concubia egreditur cum paucis comitibus oppido, et sceleratum recta montem petit. Primo superato jugo, fanum abominandae superstitionis reperit. Subit intro rimatusque omnes angulos, in septo quodam obscuru rete inventis penile, quali vulgo pro lecto utuntur Indi, eleganter ornatum tamen, constratumque desuper panno ex versicolore pluma mirabiliter contextu. Intus nuda jacebant ossa humani corporis. Ea Ruizius furenter abripit ac fido neophyto tradit, clam in oppidum asportanda. Inde in alium montis verticem quam celerrime properavit. At cum illuc pervenit, multum jam processerat dies, et fani adtya persecutantem admonuit aeditus, ne laboraret frustra. Quod quae sit venisset, paucis ante horis sublatum per certos homines, ac procul exportatum fuisse. Auditam videlicet nocte proxima vocem divi id praecise jubentis, atque infortunium genti Tajatiensem, ni obtemperassent, denunciantis. Addidisse eum, ut ad alterum item delubrum si salvi esse vellent accurrerent, aveherentque similiter tutelarem ejus loci deum. Adventare enim religionis antiquae nequissimum eversorem, et utriusque fano cladem inferre; qui si latentia iis in locis reperisset corpora, utique ea per summum nefas violaret atque combureret. Idcirco subjicit aeditus, animosiores quidam e nostris divi reliquias hinc celeriter extulerunt, ag per devexum montis dorsum ad vicini jugi delubrum ierunt. Haec ut audiit Ruizius, spe licet sua frustratus, porro ire per varia viarum divertia festinabat. Ecce autem per abrupta descendenti, apparent ex adverso bajuli infamis sarcinae, qui fessi labore itineris, circa feretrum strati quiescebant. Et opportune in unum congreguerant feretrum sublata ex utroque fano ossa, rati scilicet suos deos, conjunctis contra communem hostem viribus, fore validiores. Erant ii plures numero et armati. Tamen sacerdotem conspicati appropinquantem, continuo in pedes se dederunt. Tantum restiterunt duo, qui stantes ex adverso intentis arcubus, pavore divinitus injecto obtorpuerunt. Hos vinciri Ruizius jubet. Ipse involans in feretrum, rejectis integumentis, ossa visu foeda protrahit et cum ignominia proculeat. Ea mox ingreditur in saccum, ac praeda laetus, circa noctem in oppidum regreditur. Postridie, vocato ad concionem populo, de cultu unius summi verique Numinis, de imbecillitate daemonis, de veneficorum fallaciis copiose disserit. Demonstrat quanto scelere se illigassent ii, qui honorem uni debitum Deo aridis mortuorum ossibus detulissent. Postremo procumbere omnes in genua, junctisque ante pectus manibus, et fronte in terram demissa, rogare suppliciter criminis veniam, superstitionem execrari, divinam conceptis verbis profiteri fidem jubet. Id quod ipso formulam praeiente factum, haud sine effusa comploratione ac gemitu. Paratum interea fuerat in aperto pegma sublime, extabatque in proximo congesta in usum incendi strues lignorum. Adducta huc multitudine, prodiit in locum superiore sacerdos, ossa singula trium mortuorum ad ludi-brium spectanda proposuit, dein cum solemnis exsecratione in ardente pyramidem projectit, nemine non agnoscente eorum inanitatem numinum, quae se ab incendio tueri non possent. Piam veramque opinionem confirmavit res ridicula. Dum cremenatur impiae reliquiae, e calvaria mus ut e nido prosiluit. Effuso in rsum populo: en, ait sacerdos, en Deus ille quem coluistis. Vere turpem, vere timidum deum, omnes conclamarunt. Ita abolita flammis est impiae fraudis

326.
Eam dissipat
P. Ruizius de
Montoya, et quo-
modo.

327.
Præsentem Dei
open experitur
in ea re.

328.
Tajatienses a-
gnoscunt fra-
udem et in divi-
na fidem confir-
mantur.

materia. Ac post illum diem Tajatienses, laeti quod tartareis vinculis feliciter exsoluti fuissent, rursum catechesim statim unaquaque die horis frequentare coeperunt.

^{229.}
Guiravera potens Casiquius Christianos acerbe insectatur.

His ita confectis rebus, angebatur tamen Ruizius quod nondum Christi imperium subiisset Guiravera, Casiquius in Guairana praepotens idemque insignis veneficus, qui ditionem amplam inter Inientes et Tajoenses obtinebat. Non aliud illo bellicis facinoribus et clientum obsequis tota regione clarior. In eam de venerat insaniam, ut divinos honores exigeret, efficiebatque nescio quibus artium magicarum praestigiis, ut ab imperito ac rudi vulgo instar numinis coleretur. Religionem sacerdotescum Christianorum pessime oderat, ac de Ruizio nominatim profitebatur, nunquam se quieturum, nisi mactasset aliquando invisum caput, ejusque carnes suis ipse dentibus contrivisset. Bellum internecinum indexerat Tajoebae hac una causa, quod christiana coleret sacra. Oppidum vero Angelorum, de quo dictum supra, invito se constitutum adeo impotenter ferebat, ut nihil jam nisi ejus excidium cogitaret. Quod nisi ortum inter Casiquios suarum partium civile dissidium, quo ipsi inter se hostiliter depugnabant, ipsius distractis set vires, huic totam bellum molem transferre constituerat. Belluam tam immanem Ruizius, et mansueti et ad partes etiam Christianorum traduci sperabat posse, si semel daretur hominis alloquendi copia. At qui posset in colloquium trahi divinitatis superbus appetitor, plane non videbat. Cum ultra se illi obtulit, quod non videbatur sperandum, Guiravera, motus quod magis mirere, cuiusdam circulatoris commento perquam ridiculo. Pithagoream metempsychosim isti Americani, ut Indi fere omnes, mordicus tenent. Hoc praecipuum superstitionum caput et seminarium, quod tamen in rem praesentem perbelli, Deo ita gubernante, cessit. Accedit ut moreretur Quaracitus nescio quis, magni praestigiator nominis, quem vulgo colebant pro numine. Ejus animam ineptus hariolus, qui Ruizium opinione sanctitatis et miraculorum patrandorum facultate celebrari cerneret, affirmare palam coepit in istius corpus migrasse, omnemque in ipsum divinitatem suam transtulisse. Inepta voce perulgata, Ruizius haberi vulgo Deus, atque ut deus aliquis majorum gentium praedicari. Movit Guiraveram fama, ut aemulum ac rivalem suum, auditione duntaxat sibi cognitum, intuiri coram et alloqui vellet. Neque recusabat amicitiam cum eo et foedus jungere, futurum sperans, ut ab hac amicitia se deum venditaret facilius, et vulgi opinione creceret. Ita Deus insanam hominis ambitionem ad salutem electorum vertebat.

^{331.}
Ad ipsum ultro ventit in oppidum S. Pauli.

Cum itaque in oppido S. Pauli Ruizius cum P. Mazeta degeret, nihilque optaret magis, nihil minus speraret, quam Guiraveram ultro ad se venientem cernere, adest ex improvviso nuncius, venire Guiraveram et sacerdotem Christianorum in colloquium vocare, fide data, sine cuiusquam injuria id colloquium fore. Ruizius suis occurrentem votis Numinis providentiam admiratus, etsi non aberat suspicio fraudis, et metuendam hominis perfidiam multi affirmabant, divino fretus praesidio, egredi in ipsius occursum statuit. Id paranti, obiicitur intra ipsum oppidum Guiravera, qui nec expectato responso veniebat. Erat vestitus splendide (id quippe singulare habuit ea gens, ut vestibus uteretur), et vultu ad majestatem composite gradiebatur. Stipabant latera sagittarii fere trecenti. Unus ex ordine casiquiorum praebibat, gladiumque nudum praeferebat, potestatis insigne. Nam se totius Guairanae ducem superbe appellabat. Sequebatur grex pellicum, laeto tripudio cantibusque plaudens. Singulae odoramenta, minium, plumas versicolores, aliasque hujus generis res multas ac varias, quibus ad cultum ornatumque corporis vir effeminatissimus utebatur, gestabant. Ipse lento se inferens gradu, nec salutabat quemquam, et incessu ipso, ore, habitu ac famulantum obsequiis ementitam divitatem sustentabat. Vanum nebulonem modestia comitateque summa Ruizius exceptit. Peracto mutuae salutationis officio, concessum est. Quo vero altius Guiravera ac nobilius sederet, ei quidam e suis detracta sibi indumenta substravere. Tum prior barbarus de sanciendo foedere inferre sermonem. At Ruizius exorsus dicere de natura veri ac summi Numinis, illud declaravit primum; in genus humanum, quo ex genere uterque

^{332.}
Ruizii alloquio metiorem induit mentem.

ipsorum esset, Dei praerogativas nomenque cadere haudquaquam posse. Videret proinde quantam in amentiam incidisset, qui sibi divinitatem stulte arrogaret, mortalis alioqui et a communi mortalium conditione nihil distans. Intelligeret, sola ratione homines supra bestias excellere. Eam qui perdidisset, adeo nihil habere numinis ut potius infra homines censendus esset. Hac oratione visus multum detumescere nugator vanus. Omnia assensu comprobavit; nisi quod diluere aggressus objectum crimen, id falso sibi impactum dixit, negavitque venisse sibi unquam in mentem honores appetere plus quam humanos. Rogavit deinde Patres, ne gravarentur succedere in suas terras, facile habituri auspice ac patrone se, quam aegre alibi impetrassent, facultatem condendi oppidi et divinae legis promulgandae. Iturum se recepit Ruizius cum primum posset. Et vero iit, sed aliquanto serius, ut nos alibi disseremus. Nunc hominem omni officio cole re sibique devincire studuit, satis habens, ferocem illum ethnicum, illum numer vexatorem Christianorum accerrimum, bene in rem christianam animatum abscedere.

Eodem anno in Tucumania Chaquenses Indos ad vitae socialis usum, et ad cultum veri Numinis compulsi, partim Hispanae militiae terror, partim P. Gasparis Osorii mira benignitas. Latissime patet haec regio, interque Tucumaniae et Peruviae fines longe porrigitur. Interfluent crebri amnes e Peruviae montibus decurrentes, qui se post longos circuitus in argenteum flumen evolvunt. Nationes ibi multae variaeque. Notiores Taimujae, Teutae, Mataguejae, Agojae, Tobae, Mosobiae, Iapitilagae, Churumatae, Tonocotae, Abipones. Vicatim habitabant hoc tempore. Vici singulis imperitabat singuli Casiqui, nullus universis. Pisces loco numinum colebant. Aliquem ex iis eligebant arbitratu suo, ac tanquam patronum, ducem ac dominum venerabantur. Ut vero ejusdem speciei pisces unum gustarent, nullo adduci pacto poterant. Perpetua inter se et cum viciniis exercebant paelia, sed dolo magis, quam viribus et arte bellica. Tentata pridem fuerat per hanc regionem e Tucumania in Peruviam via, utpote planior atque commodior; sed cum Hispanos complures in ipso conatu Indi intercepissent, ac crudeliter trucidassent, ea de re agi desierat, nec jam quisquam audebat in tantum discrimen se coniicere. Tamen hoc anno Martinus Ledesma Tucumaniae Praetor rem iterum aggrediendam, sed meliore consilio statuit. Colligit fortissimorum militum expeditam cohortem, simulque homines Societatis accessit: illos ad vim si qua fieret repellendam: hos ad barbarorum animos demulcendos. Tum in urbem Cucuensem, provinciae suae ultimam, militem contrahit. Hinc aditu regionis, antequam barbaris consilium suboleret, repente occupato, castellum aedificat, quo tanquam freno indigenae continerentur, et urbi locum designat, qua Lopus fluvius fertilia rigat arva et incolis referta. Ubi se deprehensos, atque Hispanum militem contra vim et fraudes munitum videbant Indi, queverunt, ac via post illud tempus tutu coemeantibus e Paraquaria in Peruviam patuit. Plus tamen quam armorum terror P. Osorii comitas valuit, quem e nostris habuerat Praetor expeditionis suae comitem et adjutorem. Hujus dexteritate et industria, non solum repressi sunt barbari, sed mansuefacti, sed Hispanis conciliati, sed ex belluis homines, ex ethnicis Christi cultores effecti. Erat Osorius aspectu ipso atque indolis bonitate factus ad mentes hominum demerendas. Ejus itaque suavissimis affecti moribus, frequentes ad ipsum audiendum Indi concurrebant. Illud placebat vel maxime, quod vernaculum tot gentium sermonem, etsi difficilem ac mire varium, perdiscere studeret. Hinc illum non tamquam hospitem et advenam, sed prope ut domi, natum atque unum e suis intuebantur. Paucis postquam avenerat mensibus, obtinuerat jam a Casiquiis circum positus, ut tribus in locis oppida conderentur. Ab Hispanorum arce progressus ad Tobas, insignes corporis proceritate atque animi feritate populos, scribebat inde ad provincialem Praepositum, plura item oppida in iis terris condi posse, si sociorum copia suppetaret; atque haec totidem verbis subiiciebat. « Magnam Indi voluptatem percipiunt, cum me suum idioma vident ad discere. Numerum quinquaginta millium superare dicitur natio ejus solius

^{333.}
Chaquensem
natio Hispanis
infesta.

^{334.}
A Martino Le-
desma coercetur
arce imposita.

^{335.}
P. Gaspari O-
sorio docilem se
praebet.

^{336.}
Osorius ad To-
bas progrederitur.
Eius litterae.

« linguae, quam mihi reddo familiarem. Mataguajac amplius tringinta millia feruntur. Eorum linguae interpretem in dies opperior: nec interea aliorum idioma negligo, tum quod magna aviditate in Christianorum numerum adscribi expertum, tum quod haec sit multorum populorum janua, qua semel aperta, innumeræ provinciae patent. Spero fore ut eas propediem linguis calleam. Tantum enim discendi ardore flago, ut labore vix percipiam. » Annos in Chaqueensi missione decem Osorius posuit, donec gloriosam oppetit mortem, mancanis barbarorum, ut suo dicendum loco erit, peremptus.

337.
Novus provin-
ciae præses im-
ponitur P. Fran-
ciscus Vasquius
Truxillus.

Per haec P. Nicolaus Mastrillus Durandus, exacto administrationis suae tempore, provinciæ Paráquariensi præfecturam depositus, ad gubernandam provinciam Peruanam translatus. Quid illi in adeundo novo magistratu evenerit, dicam infra ubi de rebus Peruanis sermo erit. Durando fuerat proxime subrogatus a Mutio P. Joannes Romerus, qui Chilensem vice-provinciam regebat. Verum is excusato senio ac valetudine, manere privatus maluit in Chilo, ubi haud ita post excessit et vita. Quare in locum Durandi successit P. Franciscus Vasquius Truxillus, quem secundo loco Mutius provinciæ Paráquariensis Praesidem appellaverat. Namque in ea terrarum longinquitate, ut alibi dictum est, solent Praepositi generales plures ordine designare Praepositos provinciarum, ut unus alteri, si res ita poscat, substitutur: quod prudenter est institutum, ne qua unquam provincia suo vacua moderatur sit.

338.
RES CHILENAE.
P. Gaspar Sobri-
nus rerum ad-
ministrationem suscipit.

339.
Status Vice-
provinciae hoc
tempore.

340.
Indigenæ aver-
santur Hispanos
et quare.

341.
Araucani præ-
sertim et Chilo-
censes.

342.
Eos nostri con-
ciliare Hispanis
concurant fru-
stra.

Chilensi itidem vice-provinciae, quam ante triennium Mutius, uti diximus, provinciæ Paraquariensi subduxerat, novus hoc anno rector imponitur P. Gaspar Sobrinus, is quem anno superiori reducem ex Europa cum delecta sociorum manu vidimus. Laetus admodum auspiciis novi magistratus possessionem Sobrinus adiit; utque primordia administrationis suac faceret lactiora, partem sociorum, quos adduxerat ab Europa, una secum invehit in Chilum. Societas in ea regione status hic erat. In S. Jacobi urbe regni primaria, collegium existabat totius provinciæ primarium, quod academiac jure ac nomine fruebatur. Ibidem contubernium erat nobilium adolescentium, nostrorum curae commissum. Praeterea opportuno extra urbem loco tyrocinii fundamenta fuerant jacta, quae post paulo ad culmen educta fuerunt. Collegium alterum in civitate Concepcionis erat, idque adjunctas habebat missiones Chiloensem, Araucanam et Bonae spei, quae sumptu regio sustentabantur. Tertium collegium habebamus Mendocae, quae cum civitas edito in monte sit posita, qui mons Chilo imminet, hinc Patres ad circumpositas gentes perpetuo excurrebant, easque sacris ministeriis excolebant. Jam qui istis missionibus fungebantur Patres, eti premitum operae minime poenitendum facerent, sive in vitiis corrigendis, sive in superstitionibus extirpandis, unum tamen consequi nullo modo poterant, ut Indigenæ conciliarentur Hispanis. Nam quia aliqui Hispanorum ex ipsis Indorum capitibus mercaturam iniquam facere instituerant, multosque aut vi captos, aut fraudibus irretitos, servitio addixerant venalesque proposuerant, ea saevities, gravissimis licet edictis ab Hispaniæ Rege coercita, majorem in modum effrayerat gentem. Implacabiles cum primis præcebant se Araucani et Chilenses. Quos Araucanos dicimus, populi sunt longe lateque per cognominem vallem, quæ magno tractu in australem regni plagam protenditur fusi. Gens ingenio præferocit, injuriarum aequæ insolens et impatiens, aperte defecerat ab Hispanis, ac libertatem antiquam armis defensabat. In ipso aditu valis oppidum arcemque Hispani condiderant, ad frenandos rebeller. Ea in arce robur Hispani militis ac fidelissimi quique Indorum in præsidio erant. In oppido cui Arauco nomen, manus nostrorum degebant. His erant ex aerario regis alimenta constituta, cum hoc ut militibus præsidariis ministrarent sacra, procurrerent que identidem ad pagos Indorum, et divini verbi pabulum circumferrent. Neque sibi aut officio nostri deerant. Verumtamen, cum ad pagos Indorum venerant, videre erat Hispani nominis odium inexpiable. Eos perquam benevoli Indi excipiebant, de lege pietateque christiana disserentes pronis animis audiebant. At sermonem instituentibus de redintegrandō cum Hispanis foedere, nec

aures dabant. Par in Chiloensisibus habitus animorum. Insula est Chiloe ad australēm Chili plagam sita, longa centum quinquaginta circiter millia passuum; lata ubi minimum viginti duo. Modico freto a continentī dirimitur. Circumstant minores insulae quadraginta, quae eam velut in aegaeo quodam mari cingunt. Gens pauperrima, nativis syrtibus scopolisusq[ue] defensa, improbus praedones hominū arcebat; non arcebat tamen evangelii praecones et pios praedones animarum. In primaria insula sedem fixam habebat Societas. In caeteris ad octoginta aedicularis nostri construxerant, easque toto anno lustrabant, sex vel octo dies in singulis commorantes. Dux omnium ad maritimās istas excursiones P. Melchior Vanegas, magni nominis operarius earumque insularum apostolus. Sinus interluentes percurrebant nostri scaphis (piraguas vocant), quarum haec forma. Tres crasso fune consunt compinguntque tabulas. Commissuras, cum alio spissamento, tum corticibus arborum aqua maceratis obstruant. Hisce cimbulis Patres committebant vitam, ex una in aliam insulam transmissuri. Adventantibus obviam prodibant cum solemnī tripudio. insulanī, infantes baptizandos, se sacra expiando confessione certatim offerebant. Discessuros cum ingenti luctu et effusa comploratione dimittebant. At si quem viderant Hispanorum nam in una ex iis insulis arcem Hispani obtinebant octoginta militum praesidio firmatam, et ad viciniores identidem prædabundi repebant, conclamabant ad arma statim, cumque vociferationibus insanis, et intentis arcubus referre pedem cogebant.

Hacc cum longo jam usu constarent, occasionem sumpserunt sacri cuiusdam ordinis viri insimulandae Societatis, perinde quasi homines nostri, captandae popularis aurae gratia, ad contumaciam confirmarent rebelles. Eas nimirum missiones ad se trahere, nostris exclusis hominibus, moliebantur. Hac mente aduent regni Gubernatorem, inducto sensim sermone de hominibus Societatis, eos multa in speciem laude prosecuti, se vero profitentur, si in ipsorum sufficerentur locum, labores eosdem, et ampliore fortasse fructu, subituros. Se quidem minime tangi ea ambitione, ut Indorum patroni tutoresque dicerentur: Indis perinde atque Hispanis operam se navatueros, eamque prorsus gratuitam, ac ne pensiones quidem in id constitutas exacturos. Unum modo postulare, ut iis abstinere missionibus Jesuitae cogantur; qui si pergerent earum aliquam partem attingere, labores industriamque suam frustra fore. Ita plerumque sunt regii administri: aerario nihil habent prius potiusque, regis rationibus nihil præferendum putant. Gubernator vir caeteroqui nostri ordinis studiosus, facile captus est ea conditione, quae de pecuniis ultra non erogandis offerebatur. Rem itaque valde comprobans, collaudata ipsorum religiosorum voluntate, edict regis quaestoribus, ne quid pecuniarum in posterum hominibus Societatis ex aerario pendant. Quo edicto efficietur, ut nostri, cum et necessariis vitae præsidii carerent, et suis legibus institutisque prohiberentur privati stipendii quidquam pro sacris ministeriis exigere, excedere iis locis abdicareque se missionibus cogerentur. Et vero discedebant. Verumtamen ubi res divulgari coepit, cerneret quanta vulgo esset caritas Societatis. Adversis auribus accepta ubique novitas est. Primi reclamare milites Hispani, planeque negare passuros se eos sibi eripi Patres ac magistros, quorum institutioni ac moribus tamdiu insuevissent. Nisi alter sustentari possent Jesuitae sua potius stipendia cum iis, demensum ipsum suum se divisuros, dicere. Multo tamen acrius tumultuarī qui Hispanis admixti inveniebantur Neophyti, quippe alumni Societatis, ejusque unice opera ex avita barbarie eruti, et ad Christum traducti. De indigenis, qui Hispano non parebant, minime erat dubitandum quo rem accepturi essent animo. Homines suspicioissimi, qui nulli mortalium praeter quam nostris hominibus fiderent. Verendum sane erat, ne si alios mitti ad se cernerent divini verbi præcones eos tanquam sceleratos et sacros arcerent finibus, aut etiam velut Hispanorum emissarios ac certissimos proditores mactarent. His de causis Gubernator, verius arbitratus, nihil cum tanta reipublicae perturbatione ac periculo novari oportere, induxit edictum præcepit, et constitutas a Rege

Tom. II.

34

^{343.}
*Præcipius no-
strorum labor in
excolendis Chi-
loensisibus.*

^{344.}
*Religiōsi qui-
dam ens missio-
nes ait se trahē-
re conantur.*

^{345.}
*Chilensis Gu-
bernator subtra-
hit nostris con-
stitutas a Rege
pensiones.*

^{346.}
*Reclamant Hi-
spani pariter at-
que Indi.*

^{347.}
*Gubernator
nostros in inte-
grum restituit.*

pensiones iterum Societati ad numnum dissolvi jussit. Nec eo contentus, ut egregio promerito sarciret injuriam, quosdam praecipuae fertilitatis campos, cum laeti boum equorumque armentis, collegio Conceptionis quo plures operari alerentur attribuit.

^{348.}
*Unus Chunorum
rum baptizatur. Quae gentes
Chuni et Huillii
sint.*

Priusquam haec agerentur, ad insulas Chiloenses commercii causa venerat Dynastes Chunorum, ac prae caeteris mercibus evangelicam fidei gemmam fortunatus mercator invenerat, a nostris baptizatus ac Petri donatus nomine. Per eam occasionem Patres cognoscere avidi, quaenam haec esset natio, quam praeberet spem accipiendi evangelii, haec ex eo resciverant. Chunos in extrema austrum versus America, ad fretum Magellanicum, degere. Domicilia ut plurimum habere in littore, atque insulis littori praetensis. Mare syrtibus, vadis ac tempestatibus asperum esse: solum sterile, et aquae dulcis inopia siccum. Meris piscibus quos captare mulierum cura esset, vicitare indigenas. Oleum e piscibus expressum fungi vice potus et vini. Frigidissimam regionem esse. Gentem caetera minime malam. Introrsum habitare Huillios, sed numero et viribus multo inferiores, itemque pauperiores. Hos a Chunis ritu ferarum capi, exportarique ad Hispanorum colonias ac venales exponi. His auditis, socios incessit ardor aducendae gentis miserae, et ad eam diem inaccessae. Sed non ausi ab Chiloensibus abscedere superiorum injussu, consilium in aliud tempus distulerunt. Quod unum licuit, P. Joannes Baptista Ferrusinus qui tum ibi aderat, apto usus interprete, decem Dei praeculta, solemnes Christianorum processus et formulam peccata detestandi, in lingua Chunorum vertit, eaque Pestro ad suos deferenda tradidit. Plures post haec fluxerant anni, cum P. Melchior Vanegas, assumpto expeditionis comite P. Matthaeo Stephano, incognito mari se commisit, perque tempestates adversas ad Chunos navigavit. Gentem reperit christiana doctrinae cupidissimam, eaque haud leviter tintcam. In Guatana quac insularum maxima, adiculam ad similitudinem Chiloensem extruxerat quem supra nominavi Petrus, in eamque congregans subinde populum, divinae religionis mysteria quo poterat modo explicabat. Patres ea re majorem in modum delectati, ducentos ac duodecim salutari fonte conspersere, reliquos etsi ejusdem beneficii cupidissimos, in aliud tempus reserverunt. Transgressi inde in continentem, ac minores postmodum insulas pervagati, semen evangelicum circumculere, summa ubique aviditate excepti auditique. Quod tamen optabant, ut in iis terris sedes Societatis fixa poneretur, id fieri nullo modo posse senserunt, quod tantas caeli terraue asperitates durare nemo externus posset. Unam patere viam ad earum gentium salutem statuerunt, si Chuni commercium assiduum exercerent cum Chiloensibus, adducerentque crebros Huilliorum greges in servitutem, quae multo illis felicior futura quam libertas esset. Ita Patribus in sua Chiloensi statione commorantibus licitorum Chunos pariter Huilliosque, si non optimo modo, at aliquo saltene excolare. Caetera providentiae Numinis curae fore. Placuit consilium; ac post illud tempus Chuni frequentius ad Chiloenses oras appellere, non tam mercaturaee quam salutis aeternae causa, instituerunt. Eos nostri erudiebant, ac baptismu initiatos in patriam remittebant. Qui relinquebantur Huillii, adeo simul adspectu foedi stolidique ingenuo erant, ut eos Hispani inter sata colloarent, velut animata quaedam tercula, ad arcandas avium rapinas. Sane si exciperes formam corporis, vix humani quidquam habebant. Color illis deterruimus ac nigro proximus. Crines hispidi et ab ipso occipito subrecti. Corpus totum dira macie ac squalore luridum. Nulla adhibebant indumenta, nihil cocti comedebant. Carnem perinde ac pisces crudos vorabant. Pro humanis vocibus horrissonos tantum stoppos edebant. Id genus homines seu verius truncos, prius quam divenderentur, nostri dedolando sumebant, donec baptismu invenirentur idonei: quod cujus laboris ac patientiae esset, haud facile dixerim. Atque hac ratione in sua licet sede consistentes, gentibus longo maris tractu divisum opem ferebant. Notatum tamen inuenio in litteris hujus temporis, alios interdum ex nostris ad Chunos adnavigasse, ac praeter caeteros P. Augustinum Villazam, qui Chiloensis missionis curam post Vanegam suscepit.

^{349.}
*Ad eos navigat
P. Melchior Va-
negas, et multis
baptizat.*

^{350.}
*Chuni commer-
cium instituant
cum Chiloensi-
bus, ut excolar-
tur a nostris.*

^{351.}
*Patrum labor
in erudiendis
in Huillii.*

Caeterum P. Joannes Romerus, uti dicere institueram, haud ita post quam provinciam P. Gaspari Sobrino tradiderat, excessit e vita. Vir eximiis in Societatem meritis, quam et virtutum exemplis maximarum, et rebus praecclare gestis in Chilo, Paraquaria Tucumanicaque plurimum illustravit. Natale illi solum fuerat Murcia, oppidum Hispaniae clarum in Vandalica, parentes in honestissimis civitatis. Ut Societatem amplecteretur terrifico motus ostento dicitur. Dum enim jurisprudentiae studiis operatur Orsonae, nocte sublustra occurrentem sibi drepente vidit amicum sacerdotem nuper vita functum, qui miserabiliter ingemiscens, totus velut igneo turbine involutus ardebat. Ea specie tremefactus Romerus, corruit in vestigio; atque ubi ad se rediit, consilium ineundae Societatis, reptignantibus frustra consanguineis cepit, annum aetatis vigesimum supergressus. Tiro cum esset, incensus studio alienae salutis, unam petiit e missionibus indicis, majorum arbitrio permittens quam sibi potissimum attributam malent, et assignata Peruvia, illuc ut ad metam votorum suorum laetus iit. Latisime fundebatur ea tempestate provincia Peruviensis, quippe maximam australis Americae partem complectens; cumque aliquae tam vasti corporis partes longissime inter se distarent, eas Praepositi Provinciales per certos homines sibi substitutos regebant. Id primum negotii datum Romero, ut dispersis per Paraquariam ac Tucumaniam sociis praecesset, quod per annos continenter quatuordecim praestitit, tanta laude prudentiae, ut summo cuique magistratui par haberetur. Itaque post constitutam rite provinciam Paraquariensem, dignus est habitus qui praecipua ipsius domicilia administraret. Electus ab ea Procurator, ut legationem solemni apud nos more gereret ad Generalem Praepositum, delatusque in Europam, multa Romae, multa item Matrixi ex usu provinciae confecit. Hujus generis est, ut alia omittam, quod Romeri maxime deprecatione Philippus Hispaniae Rex eo nomine tertius, renovavit vetus diploma de sustentandis regio sumptu hominibus Societatis, quo cumque inter Indos loco degrent: aequum arbitratius scilicet, ut quemadmodum militibus, ita et evangelii praconibus qui Christi imperium proferrent, necessaria divideretur annona. Denique cum socii Chilenses in peculiarem vice-provinciam conjuncti fuerunt, eos Romerus gubernavit primus, qua praefectura perfunctus, ad gubernandam Societatem Paraquariensem transforebatur, nisi maluisset, ut dictum est, quod reliquum vitae erat, sibi tantum ac Deo vivere. Atque haec ejus vitae summa fuit. Jam quantum a religiosis virtutibus conspiceretur, nullis consequi verbis queam. Ita plerumque fit ut qui in imperio fuerunt diu, usu ipso atque assuetudine impendi elatos gerant spiritus, ac supercilium induant. Saepe etiam dum prudentes volunt videri, quae laus in magistratu prima, faciliter deflexi ad astutiam calliditatemque degenerant. Romerus. toto fere vitae tempore socii regendis adhibitus, cum insigni prudentia parem animi candorem demissionemque semper junxit, hisque effecti dotibus, ut grata aequa domesticis et externis ejus administratio esset. In Tucumania, tum Praetor tum Episcopus in eo colendo ornandoque certabant quodammodo, nec quidquam fere negotii gravioris eo inconsulto suscipiebant. In fano Jacobi, urbe Chili primaria, ubi laboribus ac senectute confectus occubuit, Romerum gravissimi quique senatoris, atque ipsi adeo aliorum ordinum religiosi, consili causa frequentabant. Ipse de se humilime existimabat, se hominem nihil appellabat, nunquam ob tantam auctoritatem elatus, ac ne levissimo quidem perstrictus morsu superbiae. His virtutes ceterae consentiebant. Ut mortales quam posset plurimos interitu eximeret semper, saepe ad concionem prodibat et hominum vitia acri oratione carpebat. Saepe etiam ad nationes barbarorum per infinita vitae discrimina procurrebat, cuius rei causa difficillimas carum gentium linguas labore multo perdidicerat. Senio licet fatiscens, cilicio flagrisque cruciabat corpus adeo inclementer, ut apparuerint in cadavere vibices, et horrendae plagarum notae, quas sibi quotidie imponere pius tortor solebat. Mortuum summi pariter atque imi fleverunt, exequias Episcopus, Senatores, omnes ordines civitatis publico luctu duxerunt.

352.
Obitus et Elio-
giun P. Joannis
Romeri.

353.
Res PERUVIANAE.
*Obitus et Elegia
de Lira Provincialis.*

Chilum a septentrione claudit Peruvia, ad quam modo transgredientibus obiicitur in ipso aditu funus P. Gonzali de Lira, viri saepe in nostris annalibus cum laude appellati, qui Praepositus Provincialis cum esset obiretque ex officio provinciam, delatus Argyropolim (Platam vulgo nominant), ibi et peregrinari et vivere desit ad V. Cal. Junias. Oropesae nobili natus loco erat. Compluti Societatem inierat. Peracto tirocinio, theologicam scientiam sub eximio doctore Francisco Suarez hauserat adeo felici progressu, ut non vulgaris de eo concepta spes esset, si tradendis disciplinis admoveretur. Hinc missiones indicas flagitanti, summo nisu obsistebat Toletanae provinciae Praeses, et unum ne amitteret, socios Indiae quatuor offerebat. Verum ipse gloriam hanc fluxam ac peritam fugiens hoc magis instituti expeditionem indicam postulare, donec voti potens factus datusque Peruviae est. Ita plerumque usuvenit, ut gloriam qui fugit, eum ultra sequatur ipsa; qua etiam re naturam levitatemque umbrae refert. Lira posteaquam in Peruviam appulit, vitam fere omnem per maiores minores ordinis praefecturas traducere coactus est, nunquam ut lateret obtinuit. Cum plura resisset provinciae domicilia, ac Limae per quinquennium tironibus instituendis dedisset operam, transiit jussu Claudi in novum regnum Granatense, provinciamque recens constitutam mira prudentia administravit. Peruviae restitus, creatusque provinciae visitator primum, deinde Praepositus, in hujus functione muneris, ut dictum est, meliore suo quam suorum tempore, occubuit. De Lira praecclare omnes domi forisque sentiebant. Quod colligo ex litteris ad Praepositum Generalem missis, ubi vix alium est invenire, qui vel a pluribus vel magis sine exceptione laudetur. Praeter eximiam gubernandi scientiam, oratoria arte praestabat. Idque cum alibi saepe, tum praesertim in urbe Arequipensi compertum est per occasionem gravissimae calamitatis, quae fuit hujusmodi. Mons urbi proximus latentes intra viscera caminos continens, subito vim cineras immensam effudit, quae primo undique offusa lucis usum ademit hominibus, mox paulatim residens omnes obruit late segetes, omnes terrae fructus corruptit. Attonitis eo casu civibus ac metu consternatis, nihil aequa solatio fuit ac eloquentia Lirae, quem adeo simul apposite nervoseque concionantem audierunt, ut mitigato calamitatis dolore, ad placandas caelestes iras omnium conversi fuerint animi. Quanquam ut erat idem collegii Rector, alterius quoque generis lenimentum malo attulit. Nam et opportuna subsidia ab Episcopo Cuzquensi cui tunc suberant Arequipenses impetravit, et quod in usum collegii convectum habebat annonac, cum egentibus benigne communicavit, pauperibus quotidie trecentis mensuram diurni victus dividens: ut qui laudaverant in eo dicendi facultatem, multo magis haec laudarent facta praeclaras, quibus effectum ut nemo tam duro tempore inopia periret. Sed longior sim si velim singula recensere. Cacteras Gonzali laudes non aliis referam verbis, quam quibus P. Didacus Torres de ipsius morte perscripsit ad Praepositum Generalem. Porro vir gravissimus, virtutes ejus singulas fuse executus, ita claudebat epistolam: « Fuit Gonzalus, ut omnia verbo dicam, religiosus contemptor sui, « concionator egregius, Praepositus vigilans et benignitate in subditos singulare, privatus pari erga Praepositos obedientia demum vir vere perfectus ».

354.
*Lira mortuo
dubitatur quis
in eius locum
succedat.*

Post ejus obitum, apertis quae Limae custodiebantur Praepositi Generalis litteris, ut loquimur, successionis, ex iis provinciam suscepit quem nuper appellavi P. Didacus de Torres Vasquez. Ecce autem binis interjectis mensibus, aliae afferuntur Mutii litterae, in quibus erat, si quo casu Lira vel adversa valetudine vel alia quacumque causa, cogeretur provinciam dimittere, eam ut tradiceret Nicolao Mastrillo Durando, qui nuper esset Paraquariensi administratione perfunctus, eumque successorem pronunciaret suum, nulla habita ratione priorum litterarum quas comburi jubebat. Has resignavit Torresius litteras, quippe Lirae substitutus. Quibus lectis, addubitat esset ne mens Praepositi Generalis, ut ipse se in ordinem cogeret post initum rite atque ordine magistratum. Parum id quidem credibile videbatur, cum alias ob causas tum ob eam maxime, quod mittens haec nova mandata Mutius, superstitem sibi fingebat Liram, qui

posset priorem designationem occulte ac sine cuiusquam injuria suppressum. Voluisse deinde Mutium ut loco moveretur is qui jam provinciam secundum leges obtinuisset, id neque ex ipsius verbis colligebatur, et alienum ab ejus moribus institutisque erat. Quia tamen in aliam quoque partem rationes offerebantur, cum jam Durandus in Peruviam advenisset Potosiique constitisset, Torresius non ausus quidquam per se constituere in sua causa, de re ad ipsum perscripsit. Inde ortum quoddam, ut ita dicam, modestiae certamen, quale esse debuit inter filios Societatis, qui non imperandi cupidine, sed tantum parendi studio agerentur. Torresius rei totius arbitrium ad Durandum reiebat, rogabatque eum, ut si id aequum censeret se provinciae Praepositum pronunciat. Viciissim prescribebat Durandus, esse se in potestate majorum. Quae mens Praepositi Generalis esset, sibi non esse interpretandum. Sic alter alterius sum juri insigni modestia relinquebat. Cum non conveniret, ad provinciae consilium refertur causa. Disceptatum est diu, nihil confectum. Distractis in diversa sententiis, huic denique major pars inclinavit, nihil movendum prius quam classis, que propediem expectabatur ex Hispania, romanas litteras attulisset. Potestatem interea exercere Torresius pergeret, vel suo jure vel a Durando, si ita opus esset, ipsi delegatum. Super omnia negotium quam occultissimum haberetur. Tertius post haec fluxerat mensis, neque dum classis appellebat. Et res, quod erat cavendum maxime, manare paulatim cooperat, tum ad domesticos tum ad externos. Cum rumor in dies glisceret, Torresius veritus ne qua ex ea re partium dissidia nascerentur, quosdam in consilium adhibuit Patres ex gravioribus nostrisque juris peritoribus, et de negotio libere censere jussit. Omnium una sententia fuit, ex posterioribus Mutii litteris videri jus ad provinciam acquisitum Durando. Nihil ultra morandum Torres censuit. Statim magistratu se abdicavit; utque aderat Limae Durandus, eum provinciae Praesidem primus omnium flexis humi genibus salutavit. Secuti sunt alii certatim a summo ad imum, dissentiente nemine. Atque ita illa est omnis controversia composita, haud equidem sine externorum admiratione, qui modestiam concordiamque nostrorum eo laudarunt impensis, quod haud ita pridem inter homines alterius ordinis similimae cause longe dissimilem viderant exitum. Haec tamen post obitum Lirae contigerant.

Eo provinciam gubernante, praeter alia memorata digna, novum Societati domicilium accessit Truxilli, quae civitas est inter Peruanas minime contemnda. Et perspicere per eam occasionem licuit, quanta esset apud optimos cives caritas Societatis. Jamdiu rogarerant Regem, sibi ut licaret cum bona ipsius venia collegium habere nostri ordinis: sed quia edixerat per idem fere tempus Rex, ne qua usquam in America de novo constitueretur domus religiosorum, valde verebantur ut impetrarent. Ea de re sollicitis, afferuntur ex inopinato litterae consilii indici in hanc sententiam. Quod decretem fuissest de novis religiosorum domibus, minime obstatre quominus Societas Jesu perpetuum ac stabile Truxilli domicilium acciperet. Ita placere Regi, propterea quod certior esset factus, tum ab Episcopo Truxillensi tum a sacerdotib[us] ei assidentium collegio, itemque ab urbano magistratu, operam Societatis ibi et vulgo expeti et fore perquam frugiferam. His acceptis praeter spem litteris, vix credibile quanto perfusa gaudio sit civitas universa. Continuo ut in magna ac publica laetitia, templis fere omnibus aera sacra perstreverunt. Sub noctem festis ignibus colluentibusque passim funalibus, tecta coruscarunt ac viae. Et plura id genus parabat Praefectus urbis, nisi exoratus a nostris fuissest, ut parceret sumptui nobis invidiae futuro. Sed egregiam in primis erga nos voluntatem Episcopus, et Joannes de Avendanio ostenderunt, eo usi benevolentiae argumento quo nullum certius. Avendanius certa in dotem collegii bona de suo assignavat, cum hoc ut fundatoris referret nomen ac jura. Episcopus quanti ea aestimabantur, tantumdem in numerato obtulit Avendanio, sibique ut permetteret collegii fundati titulos rogavit, sed frustra. Perstante in priore sententia Avendanio, id modo unum evicit Episcopus, ut saltem aream inaedificandam acciperent nostri a se; quam proinde aere suo

355.
Modestiae certamen inter PP.
Didacum de Tor-
res, et Nicolaum
Mastrilium Du-
randum.

356.
Iur ad pro-
vinciae ad consi-
lium, nihil con-
ficiuntur.

357.
Torres admini-
strationem pro-
vinciae pro-
Durando.

358.
Initia collegii
Truxillensis.

359.
Benevolentiae
documenta per
eam occasionem
edita erga nos.

^{360.}
Nostri Episcopo bene de se medietate respondunt vicem.
in aptissimo urbis loco emptam, collegio extruendo addixit. Ita Truxilli collocta, ita recepta Societas fuit. Et casus fecit, ut intra breve tempus aliquam Episcopo amantissimo vicem nostri rependerent. Erant ei communiter infinitae (causas scire nil attinet) pleraque religiosorum familiae. Eidem ut aegre facerent, non solemnes habere conciones, non poenitentes audire pro confessione, consensu constituerant. Cessantibus iis, totum onus talium officiorum subierunt nostri quantumvis pauci, perque annum integrum labore vix credibili sustinuerunt. Neque id satis. Anno evoluto, cum in ultimum pene discrimen discordiae mala pervenissent, jamque res ad vim caedemque spectarent, unus sociorum ausus pacificatoris partes sumere, medium se intulit inter partes ac Deo adjuvante perfecit, ut inter Episcopum et coenobitas pax ex insperato coalesceret.

^{361.}
Fructuosa missio ad Canas et Changas.
Lira itidem provinciam administrante institutum, ut qui in sacras expeditiones mittebantur Patres, non uti prius equo sed suis ipsis pedibus carperent viam: quod tametsi in ea regionum vastitate, propter longitudinem asperitatemque itinerum, difficillimum factu videbatur, tamen experiri placuit utrum paulatim indui posset in mores. Primi in hunc modum peregrinari cooperunt Patres Franciscus Patinius et Gabriel de Morales, e Collegio Cuzquensi ad Canas et Changas profecti, millia passuum plus nonaginta. Adeo vero multiplex hujus excursionis fructus fuit, ut vel inde licuerit conjecturam facere, divino plane consilio novum peregrinandi modum fuisse susceptum. Vicos omnes et oppida, prope singulas agricolarum casas obierunt Patres. Ubique aut occultam superstitionem, aut vitia manifesta invenerunt ac sustulerunt. Fuit ubi delati ad eos sunt multi artium maleficarum comperti aut huic impietati affines. Alibi magistri erroris latebant, et populum simplicem ad avorum infanda sacrificia ritusque impios retrahebant. Omnibus dempta vincula quibus misere irretiti tenebantur. Ubique discussas errorum tenebrae, et mali daemonis dissipatae fraudae. Ut rem paucis absolvam, is motus animorum, ea ubique morum facta commutatio, ut exsilientis gaudio Patinius scriperit ad Provincialem Praepositum, se vero minime recusaturum posthac genibus ipsis nedum pedibus, similem peregrinationem suscipe. Eodem tempore Patres Bartholomaeus Gomez et Claudius Ramirez itidem egressi e collegio Cuzquensi, amplam ejusdem territorii partem circuerunt. Regio erat plena colonorum et indigenarum, maxime vero hominum ejus generis, quos Hispani sua lingua mixtos vocant, quod paterno genere europaei, maternum habent americanum. Multae praeterea sparsim inventiebantur Aethiopum servitorum familiae, magnus denique corum numerus, qui quod capitalia ausi essent, damnati fuerant ad metalla. Hi prae caeteris, utpote nullam habentes laboriosissimi operis vacationem, in summa rerum divinarum inscitia versabantur, et aeternae vitae praesidis egentissimi erant. Omnibus praesto fuit charitas Patrum, qua effectum ut nemo non expiatus et sacramenta refectus relinqueretur. Ex aliis etiam provinciae domiciliis ad loca remota oria itum est. E Limano Ycam et Chachapozim difficillimo itinere Patres excurrerunt. E Potosino Torixam, e Platensi Cochabambam, e Guanangensi et Juliensi ad circumpositos late pagos vicosque devenerunt. Omnibus operae premium constituit, quod tamen quale fuerit referre longum esset.

^{362.}
Missiones alias per varias provincias partes.
Magno in primis labore neque minore fructu, rem gesserunt socii quinque, e Platensi collegio ad Charcarum nationem missi. Est ea natio longe lateque in parte australi Peruviae, versus mare Pacificum fusa. Montibus insident difficillimi accessus, atque ipso aspectu formidolosis. Ab ipsis enim radicibus in immensam altitudinem inclementer assurgunt, caetera scopulosi ac praerupti. Neque illi tamen, ut apud nos apenninus, perpetuo excurrunt jugo, sed interjectis convallibus dirempti sunt; ut quantum subieris ex una parte, tantum cogaris descendere ex adversa, siquidem in alterius rupis verticem eniti velis. Accedunt aquarum interluentium crebra divortia, quae difficile superant nec sine periculo, cum nullis ibi pontibus jungantur amnes, sed tranandi vado, aut potenter ex ultraque ripa funibus quodammodo praetervolandi sint. Fac etiam patere aliquo loco viam nullo amne intercasam; at quaerendus longo saepe

^{363.}
Charcarum regionem percurserunt Patres. Quae natio eas sit.

circitu is locus. Pluviarum deinde magna ibi decidit vis, quibus e montana regione defluentibus, corrupti itinera iinasque valles foeda uligine coenoque oppleri necesse est, ut aegre in praecalto luto moliri queas vestigia. His nequam absterriti Patres, ibant saepe demersi limo, saepe imbre perfusi madidique, donec superveniente sole siccarentur vestes. Cibo utebantur arido et tenui. Somnum ubicumque nox occupasset, sive in tuguriis, sive sub dio carpebant. Ubi oppidum aliquod pagumve attigerant, plures continenter dies erudiendo per sacram catechesim populo, habendis concionibus, confessionibus excipiendis impendebant, assiduitate tanta ut aegre invenirent quod sati esset spati ad curanda corpora. Uno digressos oppido alterum excipiebat, atque idem ubique instaurabatur labor, cuius magnitudini neminem succubuisse prope miraculo fuit. At laborem utilitas compensabat. Hac se maxime sustentabant Patres, cum locis omnibus excitatam industria sua detestationem criminum, emendatos mores, restitutam inter mortales pietatem cernerent. Qui demum omni oppidatim peragrata regione, onusti manubiosis ex inferno hoste captis, in sua stativa se recuperunt. Incredibili gratulatione ita redeuntes excepti Platenis Archiepiscopus, atque inde motus est, ut eamdem dioeceses suae partem obire per se vellet. Anno igitur proximo eduxit una secum P. Ignatium de Hurtado, coque itineris comite et episcopal ministerii adjutore, sacram inter Charcas illustrationem pergit. Quid rerum per hanc occasionem Hurtadus gesserit, non exsequar dili-gentius ne prolixior sim. Ut paucis omnia complectar, Archiepiscopus laborem hominis industriamque admiratus, eum deinceps Charcarum apostolum appellare consuevit.

Haec dum foris aguntur, non otabantur domi Patres, sed novas augendae pietatis artes quaerebant. In collegio Limano sex constituta erant sodalitia, pro diversae aetatis ordinisque civibus. Cum superesset juventutis ingens numerus vario opificio occupatae nullique adhuc sodalitio addictae, pro ea septimum placuit institui, quod brevi pluribus nomen professis, et numero et pietate sodalium juxta caetera floruit. Cuzqui quae civitas Incis regnantibus imperii sedes fuit, tanta erat indigenarum frequentia, ut non alibi major in Peruvia numeraretur. Inde crebri urbe tota adolescentes; quorum multi, cum neque litteris darent operam et ab omni opificio cesserant festis diebus, per hos maxime dies vagi cernebantur in trivis, et saepe ab otio ut fit in omnem procacitatis lasciviaeque modum effundebantur. Malum ut tollerent nostri, quosdam ex adultioribus colligere intra collegium diebus dominicis instituerunt. Aderat sacerdos qui eos prius detineret alloquis, munusculis inescaret et ad pietatem informaret. Qui primi coierant, capti sacerdotis benignitate, alios atque alios ex amicis aequalibusque suis trahebant. Ita paulatim induxit mos, ut eodem frequentissimi convenient: quodque caput est, intra breve spatium, crebro sacrorum usu et omni cultu religionis, Christi bonus odor effecti sunt ii qui modo publicae offensionis erant. Illud cum primis delectavit civitatem, quod diebus Virginis Matri consecratis uno agmine prodire e collegio conspiciebant isti adolescentes, onusti cistis, atque hinc adire nosocomium publicosque carceres, ut aegrotis vinctisque prandium deferrent; quod officium misericordiae et summa alacritate obibant ipsi, et pari gaudio caeteri contuebantur. Plus aliquid ab mulierebri sexu impetraverunt socii residentiali Juliensis. Fuerunt Juli feminae partim viduae, partim innuptae fere sexcentae, quae perfectionis christiana studio caelibem agere vitam decreverant. Hae piam in sodalitatem conscriptae, aedem quotidie nostram frequentabant, et quantum ferme habuissent a familiaribus curis otii, prius exercitationibus tribuebant. Neque solum pietatem colebant ipsae, sed suis etiam prodesse popularibus, qua voce qua exemplo studebant. Et vero proderant longe plurimum. Siquidem ob exempla vitae sanctioris auctoritatem adeptae, ebriosos, mulieros, rixosos homines verbis interdum castigabant, quaecumque suborirent dissidia componebant, et quidpiam subdoratae quod pri-sciam redoleret superstitionem, aut disturbabant per se aut saltem ad Patres deferabant. Haec videre est prodigia virtutis, cum *in firma mundi eligit Deus ut confundat fortia.*

364.
*Labor in ea
circumstancia ex-
auitatus.*

365.
*Archiepiscopus
Platenis no-pa-
non condemn lu-
strat cum P. I-
gnatio de Hur-
tado.*

366.
*Limae sodali-
tum instituitur
pro opificium ju-
ventute.*

367.
*Cuzqui ado-
lescentes vagi ex-
cohabitetur diebus
festis.*

368.
*Insignis pietas
aliquot Feminar-
um Juli.*

369.
*P. Didacus de
Torres Bolius re-
vertitur in Peru-
viam, et quare.*

Prodigium alterius generis sed aequa admirandum, exhibuit devexa aetas P. Didaci de Torres cognomento Bolii, quo cognomento is Torres distinguitur ab alio cognomine, de quo paulo ante loquebamur. Peruvia exierat jussu Claudi ante annos plus viginti, ut binas Societatis provincias institueret in novo regno Granatensi primam, alteram in Paraquaria. Quibus egregie confectis rebus, cum in collegio Cordubensi Tucumaniae primario, ad annum usque octogesimum vitam produxisset, ibique tamquam provinciae fundator ac parens ab omnibus coleretur, vir emeritae senectutis revertitur hoc anno in Peruviam, non ut honesto fruatur otio quod ejus laboribus debebatur, sed novum inchoaturus laborem, vitamque reliquam quantulacumque ea demum esset, saluti proximorum daturus. Nam cum certis argumentis cognovisset, multos in Peruviam inferri ex Angola aliisque Africæ oris, Aethiopum venalium græges, de quorum baptismo ambigi non immerito poterat, his interrogandis erudiendisque adipere se totum statuit ad eam normam, quam in novo regno Granatensi, ut alibi commemoratum est, prior instituerat P. Alphonsus Sandovalius, et nunc magnis pietatis auctibus sequebatur ejus successor P. Petrus Claver. Frustra illum demorari conati sunt socii Paraquarienses. Frustra difficultatem itineris objectarunt, neve tantum in discrimen ea aetate se coniiccret, precibus ac lacrimis pugnauerunt. Omnes perrupit moras impavidus natura, charitate fervens senex, confectisque feliciter millibus passum fere nongentis, Potosium venit. Haec sibi præ caeteris urbem delegerat ea potissimum causa, quod longe maximus ibi degeret Aethiopum mancipiorum numerus, circa fodinas argenti desudantium. Sed gravitatem caeli Potosini non ferens, Argyropolim (quam vulgo Platam, nonnulli Chusicasam vocant) duodecimo inde lapide concessit, urbem salubriorem et suis consiliis aequa opportunam. Et continuo aggressus ad opus cuius causa venerat, illud curavit primum, ut ab Archiepiscopo ac synodo provinciali decretum fieret de recognoscendis baptismis Aethiopum, certis in id cognitoribus designatis, insigni prudentia atque doctrina viris, qui diligentem examini subiicerent singulos. Anno uno reperti mille et quingenti, qui quid sibi vellet christianum nomen, quæ hujus professio nominis adjuncta haberet officia, penitus ignorabant. Nimirum mos erat, ut paulo ante quam Aethiopes solverent ex angolensi portu, eos Presbyter nescio quis communiter interrogatos, num Christiani esse vellent, ac porro annuentes, per tumultuarium festinationem ablueret, nulla institutione adhibita. E quorum igitur responsis de suscepto rite baptimate minime constare potuit, his denuo aqua salutaris infusa est. Tantum interjecta conditio, ut leges Ecclesiae ferunt. Perrexit dehinc Torres in eamdem curam incumbere, quaque erat auctoritate, ut idem studium tota fere America propagaretur, tenuit. Ita miserae gentis saluti ac securitati consultum. Quo vero commodius in posterum Aethiopes erudirentur, Torresius idem linguam Angolensem, quæ plerisque venalium Africanorum communis, in modum artis per viros idoneos redigendam curavit.

370.
*Baptismum
Aethiopum reco-
gnosci curat,
et que securi-
tati contulit.*

HISTORIAE SOCIETATIS JESU PARTIS SEXTAE LIBER DECIMUS QUARTUS

ANNUS CHRISTI 1629. SOC. 90.

NOVM Societati splendorem nihil tale cupienti ac ne cogitanti quidem attulit annus sacculi undetrigesimus, cooptato in amplissimum Cardinalium collegium Petro Pazmanio, quem prius inter nos professum votorum quatuor, deinde ad Archiepiscopatum Strigoniensem traductum vidimus supra.* Hunc illi honorem, postulante Ferdinando II. Imperatore detulit Urbanus VIII., et eo quidem libertius, quod hominis singularem doctrinam pietatemque exploratam habebat nec ignorabat ejus praeccipue industria atque virtute, turbulentissimis illis temporibus stare in Hungaria catholicam religionem. Quod ad nos attinet, etsi honores ejusmodi Societas vel interposita voti religione longissime a suis arcet, hunc tamen augeri dignitate virum, qui legibus ordinis exsolitus jam esset, et nihil minus Societatem ut parentem coleret maximisque beneficiis ornaret, adeo offensus est nemo, ut potius ea res voluptatem attulerit universis. Idem annus novum provinciae Romanae domicilium Fabriani dedit. Est ea Picenorum civitas frequens et nobilis in primisque addicta Societati, quam ut haberet apud se collocatam, multis jandiu precibus sollicitabat Mutium, et idoneum alendis ludimagistris censem offerebat. Novissime moriens Joannes Baptista Bufera indidem civis, cum nullum relinquere post se filium, praeter P. Hieronymum Buferam nostrae Societatis hominem, ipsam bonorum suorum haeredem fecerat Societatem, hac imposta conditione, ut fructus haereditatis tamdiu revolverentur in sortem, donec ad eam summam pervenissent quae sustinendis justi collegii oneribus esset satis; quo facto condi Fabriani collegium jubebat. Buferae beneficentiam aemulatus Mutius Butta, bona item sua transcriperat Societati, cum hoc, ut sibi quamdui viveret centeni in annos singulos aurei pensitarentur. Praeterea alii plures e civibus profitebantur, si semel admoverentur operi manus, curae

Tom. II.

33

RES ROMANAEC.
Petrus Pazma-
nius in colle-
gium Cardina-
lium adlegitur.
Lib. 4. n. 55.

Fabriani col-
legium consti-
tuatur.

sibi fore ut collegium quantocius perficeretur. Super haec Mutium crebris urgebat litteris Hieronymus Bossus ejus urbis Gubernator, rogans per amicitiam, ne rem aequissimam ac porro optatissimam negaret sibi, olim sub disciplina Societatis educato ejusque summe studioso, qui si inchoatum saltem collegium Fabrianensibus relinqueret, gratam enim vero relinquere memoriam nominis et dignitatem suae. Hisce exoratus litteris, et aliorum deprecatione Mutius, tametsi rem nondum maturam arbitrabatur, et hacc collegiorum rudimenta haud facile admittebat, tamen ut Fabricum induceretur familia quatuor sociorum indulxit. Variae postmodum difficultates praesertim circa templi fabricam intercessere, quae dum lentius explicantur, scholae litterarum quarum maxime causa expedita Societas fuerat, nonnisi post annos sex patuerunt.

^{3.}
Obitus, et clo-
gium P. Jo. Pauli
Risi.

Ad memoriam ejusdem anni pertinet obitus P. Joannis Pauli Risi, quem merito ob sanctimoniae praestantiam inter suorum spectatissimos provincia Romana censebat. Natus erat ante annos sexaginta novem in Campania felici, regni Neapolitani provincia. Societatem inierat Romae, annum decurrens aetatis primum supra vigesimum. Ob mediocritatem litterarum tria tantum professus fuerat vota. Sed quod doctrinæ deerat virtutum magnitudo compensabat, quarum commendatione vitam fere omnem, aut Romae in instituendis tironibus, aut Setiae in excolandis iis, qui nostro more tertium probationis obeunt annum, posuit. Non aliis erat religiosae perfectionis magister illo experientior: quod autem docebat verbo, hoc vitæ exemplo demonstrabat. Nihil omnium odise videbatur praeter se, nihil amare praeter caelestia. Flagrorum usu quotidiano, jejunio, vigiliis aliquo voluntario cruciatu, ad extremam prope maciem redigerat corpus, mira caeteroqui erga omnes comitatem vir, nihilque austerm vultu et alloquo præferens. Paupertatem habebat in deliciis, et quodam invidentiae sensu tangebatur, si quem cerneret pauperiorem se. Hujus studio virtutis, etsi cibum paulo exquisitorem exigeret afflita valetudo, eum ut admitteret numquam induxit animum. Transgressurus ab urbe Roma Setiam, quod iter est millium circiter sexaginta, non rhedam, non equum, non viaticum sibi parari est passus, baculo viatorio contentus. Alias discedens Neapolim, nihil secum praeter subuculam unam extulit. Tironibus nulla re deerat, sive ad animi solatium, sive ad salutem corporis; idem ad pietatem hortator et dux, idem custos eorum, auctor paterque amantissimus. Accidit ut in hortum tirocinii quirinalis furens irrumperet taurus, qua parte soli ac taciti inambulabant Novitii, haud dubie per niciem illatus tenero agmini, nisi aliunde subsidio iretur. Videl Risi et suorum periculo exterritus occurrit. Tum antevertens, solo objectu corporis et clavore, belluam aut mitigavit aut terruit. Ea quidem certe restitut primum velut attonita, mox cessim abit innoxia. Alia quaedam de Risi memoriae sunt prodita quae naturae ordinem videntur excedere, sed ea commemorare non vacat. Decessit vir optimus in Romana Professorum domo pridie Nonas Julii, laudatusque est super mensam publica oratione, qui honor apud nos excellenti tantum virtuti tribuitur.

^{4.}
Moritur in So-
cietate Antonius Ubaldinus. Quae-
dam de ejus vir-
tutibus.

Non est tacendus in nostris annalibus Antonius Ubaldinus, licet eodem prope tempore datus eruptusque Societati in ipso flore adolescentiae fuerit. Tiferni natus in Umbria ex familia prænobili, post exactam in paterna domo pueritiam innocentia singulari, missus fuerat Romam, traditusque in disciplinam Societatis inter Convictores Seminarii Romani. Ibi nactus idoneum christianaæ virtutis magistrum, brevi tantum profecit, ut non aequalibus modo, sed ipsis etiam religiosis educatoribus admirationem moveret. Sui mundique contemptor eximius, nihil praeter Christum ejusque crucem sapiebat, tum maxime beatus ac felix, cum injurias et contumelias nullo suo merito pateretur. Artem divina meditandi a B. P. Ignatio traditam perdidicerat, eaque se quotidie exercens, amore rerum cœlestium magis ac magis in dies incalcebat. In hacc sedulo incumbenti injecta mens est ineundae Societatis. Sed dum ea causa studio litterarum, piis precebus corporisque afflictionи vacat impensis, incidit in morbum, quo sensim ingravescente brevi ad extrema deducitur. Hoc loco Ubaldinus rogaré atque

obsecrare, ut, quando vivere in Societate non licet, licet in ea saltem emori. Irritae non fuerunt preces. Qua die donandus rite erat migrantium viatico, tunica Societatis induitur. Atque ubi sacerdos affuit cum divina Hostia, ipse in lecto residens, pluribus sociorum in genua pro voluntis, legit formulam trium simplicium votorum, quibus post tirocinium religiosi Societatis obstringimur, eaque peracta sacram laetus accepit dapem. Totos post haec dies quinque superstes fuit, semper hilari renidens ore et divinas laudes aut pia cum Deo colloquia, inenarrabili mentis dulcedine ingeminans. Quo evoluto spatio, inter manus lacrimasque nostrorum placide exspiravit. Corpus in veste Societatis illatum est in S. Andreae ad montem Quirinalem, ac post justa funebria, quae Novitii pariter ac Seminarii Romani convictores, illi quidem fratri, hi contubernali suo persolverunt, communi tironum sepulchro conditum.

Inter memorabilia Provinciae Venetae, primum sibi vindicat locum dedicatio novi sacelli, quando in aede maxima bononiensi in honorem B. Patris Ignatii consecratum est. Sacellum istud excitaverat Archiepiscopus ejusdem urbis, Ludovicus Ludovisi Cardinalis, cuius viri studium erga Societatem ejusque Fundatorem, non uno alibi documento demonstravimus. Solemnam caeremoniam peregit Antistes ipse ad VII. Idus Augusti, eumque adhibuit apparatum qui sacram celebratam faceret augustiorem, et suae cum opulentiae tum notae erga Ignatium pietati responderet. Totam basilicam a summo ad imum holoserica operis damasceni peripetasmata, aureis distincta taeniis vestiebant. Ipse fornix sericis usquequaque velis erat intectus, iisque scite adeo atque artificiose dispositis, ut ad phrygii operis elegantiam proxime accederent. In altari quod vasa aurea et argentea pulcherrime ornabant, visebatur praegrandis depicta tabula, in eaque Ignatius ruens in amplexum ipsius Cardinalis in genua pro volunti, quasi hic divi tutelam ac patrocinium sibi urbique suae Bononiensi suppliciter posceret, ille vicissim appromitteret. Religiosi ritus majestatem auxere praesentia sua Bernardinus Cardinalis Spada, provinciae Bononiensis legatus, tum summus urbis Magistratus, denique ingens nobilium corona, praeter infinitam populi multitudinem. His coram Ludovisi, inter musicos symphoniacorum concentus, sacrum solemnni ritu fecit, quod in eo sacello primum fuit. Dein pontificiam consendens sellam, per tres circiter horae quadrantes, de laudibus Beati Patris docte ac copiose peroravit, tam secundo omnium assensu, ut negarent plerique quidquam in eo genere fieri potuisse perfectius limitatusque. Exstat etiamnum oratio typis edita, tum italice tum latine, perenne monumentum viri non minus eloquentis et eruditii, quam S. Ignatio vere ex animo que devoti. A prandio rediit in templum Archiepiscopus, cumque vespertinae psalmodieae quae exquisito concentu peracta est, publice interfuisset, virginibus duodecim quas totidem manuducebant matroneae ex nobilioribus civitatis, certam pecuniac summanni nomine dotis porrexit sua manu. Ne longior sim, nihil eo die reliqui sive ad magnificentiam sive ad pietatem, Ludovisi fecit. Cum eo populus in colendo Ignatio certavit. Nam quia Pontifex maximus poenarum omnium gratiam fecerat iis, qui rite confessi peccata et caelesti pane refecti, novum illa die sacellum adiussent Ignatioque supplicassent, et Archiepiscopus per hanc occasionem cunctis poenitentiae ministris potestatem fecerat absolvendi reos, etiam in eo genere criminum quorum ipse cognitionem sibi reservasset, per octo qui praecesserunt dies, nullus modus audiendis confessionibus et divino pani distribuendo fuit. Ad praesitudinam vero diem is ad Ignatii sacellum concursus supplicantum factus, ut multitudinem aedes metropolitana quantumvis ampla non caperet. Nec commisit Ignatius, ut piam civitatem sui erga ipsum studii poeniteret. Ex pluribus maximisque beneficiis quibus clientum suorum compensavit obsequia, unius juvat hic meminisse quod in publicas tabulas testato relatum est. Paula Sbaralea virgo clara natalibus, dum in summa ac praeculta domus contignatione sedet, infantulum sororis filium sinu gestans, metu irruentis de coelo grandinis accurrit celeriter ad fenestram, ut vitreos reduceret obices. Id incautius agenti, excidit miserabilis casu puer actus in praeeeps. In ipso casu mulier etsi propemodum exanimata, sui tamen

5.
RES PROVINCIAE
VENETAЕ.
Sacellum in ho-
norem B. P. I-
gnatii dedicatur
Bononiae.

6.
Pietas et ma-
gistris Car-
dinatis Ludovisi
in ea re.

7.
Populi pietas
erga S. Ignatii.

8.
Beneficium ejus
ope divinitus im-
petratum.

9.
*Idem Sacellum
a Benedicto XIV.
post centum an-
nos instauratur.*
Patroni memor, Ignatium in clamans, *Ades*, inquit, o *Beate et cadentem excipe*. Vix dixerat, cum affuit precanti Ignatiis ore laeto conspicuus, puerulum in ejus sinu reposuit in columen ac momento evanuit. Caeterum ut hoc obiter notem, sacramentum de quo supra dicebam, memoria nostra in formam multo splendidiorem redactum est munificentia Prosperti Lambertini, itidem Archiepiscopi Bononiensis et Cardinalis, qui nobis ista scribentibus, summum pontificatum feliciter gerit sub nomine Benedicti XIV. Nam cum in eo sacello sacrosanctum Eucharistiae Sacramentum perpetuo servari cerneret, aequum arbitratus vir divini cultus studiosissimus, ut qui locus esset in tota basilica sanctitate ac religione primus, idem etiam splendore ac magnificantia caeteris antecelleret, parietes obduxit puro ac lecto marmore, addidit praeculari oporis columnas, novam denique Ignati effigiem eamque excellenti manu depictam altari imposuit. Verum haec longo post tempore contigerunt.

10.
*Ortus collegii
Ariminensis.*
Hoc anno Ariminum est ingressa Societas, urbem Flaminiae maritimam ci-vium frequentia et opibus noblem. Ab ipso Societatis primordio eam postula- verunt Ariminenses, datis ad S. Ignatium litteris, quibus Beatus Pater ita re-spondit, ut excusans nascentis adhuc familiae tenuitatem, per quam satisfacere votis clarissimorum civium in praesentia non posset, spem tamen faceret rei cum foret commodum perficienda, ac promptam de illis bene merendi voluntatem ostenderet. Mansit idem civitati animus, idem fruenda Societatis ardor, donec anno ante hunc sexto Franciscus Rigarzius vir genere nobilis, et annis gravis, rem suam familiarem universam addidit collegio fundando. Mora per nonnullos injecta sed conatu irrito. Post annos tres Angelus Opus civitatis Antistes, aliquot sacerdotes et nostris evoçavit Ariminum, ac nominatum Ludovicum Bustum, virum egregia fama, qui tum Laureti audiendis poenitentibus operam dabat, ut eorum opera uteretur in excolenda dioecesi. Hi primum apud Episcopum velut hospites habitatunt, deinde in aedes a Rigarzio paratas immigrarunt, ibi man-suri scilicet ut in hospitio longiore, quoad mors fundatoris annum agentis quar-tum supra octogesimum, inchoando collegio faceret locum. Interea in templo S. Andreæ, sacra populo ministrabant, piis commendationibus exercabant virginis Deo sacras, concionabantur in plateis ad promiscuam multitudinem, quae omissis maxime per bacchanalia spectaculis inanibus et periculosis, aures attentas di- centibus praecebat. Excurrebant etiam subinde in regionem, pictatis semina ubi- que spargebant et lapsos mores restituiebant. Sic instantibus operi evangelico, alimenta tribuebantur ex legato unius cuiusdam civis e Fideliorum familia, qui aliquot ante annis moriens, censem annum reliquerat aureorum centum et vi-ginti, hac lege ut eum Societas suum faceret, si quando sedem fixam Arimini posuisse, sin minus, impenderetur in usus pios ad arbitrium Episcopi. Et quia is census sociis sustentandis (tres erant omnino) non sufficiebat, quod eorum usibus deerat, supplebatur partim Episcopi ipsius partim Rigarzii aliorumque benignitate ac largitionibus. Jamque tertius fluebat annus, quam nostri degebant Arimini: cum malignus quispiam clam detulit ad Praefectum Basiliceae Vaticanæ, caducum videri legatum Fidelianum fabricaque vindicandum. Eo siquidem frui Jesuitas contra quam testator praescripserat, etiamsi stabile propriumque domicilium non ha-berent Arimini. Porro non esse iis proprium ac stabile domicilium, conficiebat ex eo quod carerent aede sacra, qua nullum carere religiosum domicilium soleat. Subsoluit Episcopo occulta accusatio: utque praecideret item, non tam Par-tribus quam sibi intentandam, admonuit nostros, ut sine mora disclusum a cor- pore habitationis cubiculum, quod in ima aedium parte esset, cuicimodi apta-rent in usum publicae aediculae, in eaque palam sacris operarentur. Quo cele-riter facto, nemo omnium deinde ejus rei causa controversiam movit. Ita nostri hoc primum anno Arimini ut in suo habitate coepерunt. Aliae postmodum su-bortae sunt, ut ferme assolet, a sacri cuiusdam ordinis viris difficultates, quibus initia operum publice utilium numquam non laborant. Sed iis feliciter superatis, stetit ingratias malevolorum ea domus usque ad annum saeculi trigesimum primum, cum Rigarzius qui priore confirmato testamento, denuo Societatem

11.
*Impugnatur
ab adversariis,
at conatu irrito.*
aliquot ante annis moriens, censem annum reliquerat aureorum centum et vi-ginti, hac lege ut eum Societas suum faceret, si quando sedem fixam Arimini posuisse, sin minus, impenderetur in usus pios ad arbitrium Episcopi. Et quia is census sociis sustentandis (tres erant omnino) non sufficiebat, quod eorum usibus deerat, supplebatur partim Episcopi ipsius partim Rigarzii aliorumque benignitate ac largitionibus. Jamque tertius fluebat annus, quam nostri degebant Arimini: cum malignus quispiam clam detulit ad Praefectum Basiliceae Vaticanæ, caducum videri legatum Fidelianum fabricaque vindicandum. Eo siquidem frui Jesuitas contra quam testator praescripserat, etiamsi stabile propriumque domicilium non ha-berent Arimini. Porro non esse iis proprium ac stabile domicilium, conficiebat ex eo quod carerent aede sacra, qua nullum carere religiosum domicilium soleat. Subsoluit Episcopo occulta accusatio: utque praecideret item, non tam Par-tribus quam sibi intentandam, admonuit nostros, ut sine mora disclusum a cor- pore habitationis cubiculum, quod in ima aedium parte esset, cuicimodi apta-rent in usum publicae aediculae, in eaque palam sacris operarentur. Quo cele-riter facto, nemo omnium deinde ejus rei causa controversiam movit. Ita nostri hoc primum anno Arimini ut in suo habitate coepерunt. Aliae postmodum su-bortae sunt, ut ferme assolet, a sacri cuiusdam ordinis viris difficultates, quibus initia operum publice utilium numquam non laborant. Sed iis feliciter superatis, stetit ingratias malevolorum ea domus usque ad annum saeculi trigesimum primum, cum Rigarzius qui priore confirmato testamento, denuo Societatem

haeredem ex asse fecerat, excessit et vita. Tunc Societas in possessionem haereditatis publica auctoritate fuit immissa, auctoque sociorum numero et aperto ludo litterario, collegium suis omnibus numeris absolutum. Nec nihil ad sacram aedem, quae S. Francisco Xaverio dedicata est, construendam et ornandam contulit vir egregie pius Caesar de Gullis, cui proinde quemadmodum caeteris de eo collegio bene meritis, memorem gratiam laeti libentesque persolvimus.

In Sicilia tria eodem tempore collegia fundabantur, primum Randatii, alterum Moticæ, Salemii tertium; quæ quidem civitates multo antea evocare ad se Societatem decreverant ac plane fecissent, si quemadmodum non deerat iis voluntas, ita nec facultas defuisse. Sed inventi ante hoc tempus non sunt, qui facultatibus privatis publicam supplenter earum inopiam. Randatii (Trinacium priisci appellabant) quod modo parvum est oppidum prope aetnam montem, sed olim fuisse inter praecipua Siciliae dicitur, Praepositus Provincialis duos rogatu civitatis collocaverat ut in temporaria statione Patres, Josephum Majoranum et Nicolaum Restanum, hique usitata ordinis ministeria sedulo impigreque tractabant. Laborem eorum et provenientem ex labore fructum admiratus sacerdos pius ac doctus, Antonius Ajutus nomine, cum forte decumberet lethali corpus morbo, vidit praecclare se meritum de suis civibus ac de communi patria, si bona de quibus factio testamenti ipsi erat, condendo Societatis collegio addixisset. Mutatis itaque quas antea confecerat tabulis, haeredem constituit futurum Randatii collegium Societatis. Non tanti aestimabantur ea bona, ut sufficerent tot alendis capitibus, quot ratio justi collegii poscit. Quia tamen quod deerat, partim ex aerario civitatis quae pensionem annuam offerebat, partim ex privata multorum liberalitate utcumque supplendum videbatur, et amantissimi nostri ordinis cives longiore moram impatientius ferebant, magnisque pollicitationibus negotium perurgebant, placuit jam tum qualecumque ibi domicilium instituere, cum ludo litterario aliquisque quae propria sunt collegiorum. Id collegium provinciae, ut tum loquebantur, orientali accrebit. At processu temporis Societas, incertum qua causa, eam sedem dimisit. Suspicio excitatam tumultuaria opere collegii molem, neque satis firmo proventu statuminatam, per se ut usuvenit concidisse.

Felicio ad perennitatem fato surrexit collegium Moticensse, quod provinciae occidentali adjunctum, Motica quam alii Motiam vocant, valli Netinae accensetur. Oppidum est nobile caputque ampli principatus, qui Henriqueziorum clarissimi generis apud Hispanos familie paret. Jam inde ab anno labentis sacculi decimo primores urbis, quater habita deliberatione de tradendis Societati scholis, omnino ita faciendum censuerant; sed quam promptum deliberare ac decernere, tam operosum ac tardum fuit exequi. Hoc demum anno Marianus Agliata nobilis Panormitanus, summa præsentis pecuniae non spernendam, aedesque suas sat commodas testamento legavit Societati, ea conditione ut collegium Moticæ conderetur. Cujus liberalitatem aemulati plures ditiorum, conventione inter se facta sponderunt, si collegium institui coepisset, se tria nummum aureorum millia in id communiter collatiuros. Grandem in primis pecuniam in eundem usum repreaesentavit Victoria Columna, mater Praefecti regiae classis (Almirantem Castellae vulgo nominabant) Toparchæ Moticensis, cui proinde Mutius fundati collegii decus ac titulum licet non exigenti detulit, gratis caeteroqui actis civitati, quae auctis vectigalibus inter bene de collegio meritos insignem obtinuit locum. Collegium Salemitanum, quod itidem provinciae occidentali additum, debet primordia institutionis suae Josephi Gangio' indidem civi, qui anno superiori haeredem ex asse reliquerat Societatem, non alio imposito onere, quam ut collegium in patria sua excitaretur. Addiderat ipse hanc clausulam, ut si quod erat, impar operi census inveniretur, licet rem differre ad annum ex eo octavum. Namque hoc spatium satis fore arbitrabatur, ut collatis in sortem fructibus, justum collegio vectigal conficeretur. At tam longam moram civitas non est passa: utque esset jam nunc unde aliqui ex nostris, intactis fructibus Gangianae haereditatis sustentarentur, septingentas uncias monetae siculae (est

^{12.}
Res Siciliae.
Collegium fun-
datur Randatii.

^{13.}
Initia collegii
Moticensis.

^{14.}
Salemii colle-
gium conditur.

in unciis singulis valor viginti quinque denariorum) nascenti collegio decretiv, aequis pensionibus persolvendas intra annos novem. Huic publicae liberalitati accessit privata Leonardi a Rocca, a quo statim nostri accepere vextigal annum unciarum ferme quadraginta. Cum igitur appareret, ut se dabant initia, non defore idoneam collegio Salemensi dotem, hoc ipso anno familia paucorum capitum in eam urbem inducta est. Additae intra quadriennium, quod cives maximo cupiebant opere, scholae latinitatis, et residentiae simplici jus nomenque collegii inditum. Quod postea collegium a Raphaëla Taliavia, matrona nobili ac locuplete, haereditatem accepit fortasse ampliorem quam habuerat a fundatore.

^{15.}
*Obitus et elo-
gium Fr. Mar-
celli Scaglionis.*

Fine anni diem obiit suum Messanae Frater Marcellus Scaglionis, ejusque obitu magnum sanctitatis exemplar desideratum est. Natale illi solum fuit Ca- landa, oppidum in ea Neapolitani regni provincia quam Salentini olim tenuere, nunc terram Hydruntinam vocant. Primam juventutem, seu vitio educationis seu pravo naturae instinctu, vitis licentiaeque dedit ad annum usque trigesimum; cum accidit ut in agro spatiantem occuparet foeda procellae vis, mu- giente horrendum caelo ac crebris fulgetris intermicantibus. Ea res juveni saluti fuit. Subiit nimirum metus salutaris oblatrante intus conscientia, recepitque se in speluncam. Dein peccata detestatus venit Messanam, seque P. Angelo Si- billiae regendum permisit. Post aliquot menses cum propositum vitae melioris non uno experimento probasset, recipitur in Societatem quam obnixe flagita- bat, ac Panormum ponendi causa tirocinii mittitur. Primitis religiosae vitae mem- sibus durissimum certamen secum ipse sustinuit, tuenda' causa castitatis. Re- cursabant enim noctu interduique menti priora irritamenta lasciviae, hisque lar- vis tantam addebat vim stygius tentator, excitans intestinum ardorem in ejus cor- pore, ut molestiam ferre vix posset. Tartareos tamen impetus fortissimus pugil divina protectus ope, fregit invicta constantia, idque in praemium victoriae est assecutus, ut nulla deinceps ejusmodi illecebra quamdiu vixit, vel levissime- tentaretur. Egressum ab hoc certamine aliud exceptit fortasse gravius, licet mi- noris in speciem periculi. Is illum incessit moeror, id susceptae vitae taedium, ut prae animi aegritudine prope contabesceret. Videbatur sibi non religiosa ex- ceptus domo, sed quodam velut inclusus ergastulo. Solitudinem, silentium, om- nium disciplinae rationem fastidebat; quodque gravius, totam in luctu trahendam vitam sibi cogitatione sinegebat. Sic illum malus daemon retrahere conabatur ad pristinam libertatem; sed fraudem agnovit Marcellus, cumque obfirmasset haud equidem sine summo conatu, religiosam militiam qualiscumque ea demum fu- tura esset numquam deserere, tristitia ac moeror in perpetuam jucunditatem vertit, quam ille solum turbabat metus, ne quo casu pelleretur e Societate. Hunc metum totius vitae comitem ac submolestem interpellatorem habuit usque ad extremum; vidisseque senem annorum prope nonaginta laboribus attritum, sanctitate venerabilem, adhuc tamen sollicitum ne quo suo merito cogeretur tu- nicanam Societatis deponere. At nihil minus de tali viro Societas cogitabat, nihil meruerat ipse minus. Tirocinio exacto, ut erat latinis literis non incommode ex- cultus, minime recusabant moderatores quin studiis daret operam. Transcriben- dus in ordinem sacerdotalem, ipse in inslino Fratrum gradu merere maluit. Va- riis deinde applicitus ministeriis, omnia pari probitatis ac solertiae laude obiit. Tironum denique custos renunciatus Messanac, eorumque magistro socius et ad- jutor datus, cum teneris adolescentibus multum et voce et exemplo prodesset, hoc fungi munere annos ipsos viginti quinque perseveravit (quoad scilicet per valetudinem licuit) magno bono provinciae, quae plures sanctitate praestantes viros ipsius potissimum curis industriaeque tulit acceptos. Tres ultimos vitae an- nos decubuit paralyticus, ulceribus usquequaque cooperitus, verminibus scatens et sanie; eamque molestiam adeo patienter tulit, ut numquam auditus fuerit vo- cem querulam mittere. Caeterum de ipsis virtutibus pauca admodum memoriae sunt prodita, propterea quod iis occultandis summam adhibebat industriam, ca- vebatque quam maxime ne qua re notaretur ut singularis. Illud tantum in ejus moribus ac quotidiana vitae ratione observatum est singulare, quod nihil

unquam admitteret a virtute alienum, nec ullam ex tam multis legibus quibus ratio disciplinae nostrae constat, unquam infringaret: quod quantum et quale sit, difficile captu est. Dignum fuisse aliquando Christi ac Divinae Matris adspectu, testatus ipse de se est majorum imperio compulsus, affirmabatque sibi post illud tempus, quea inter mortales pretiosissima habentur, videri vilissima ac contemnenda coepisset. Decessit in tirocinio mamertino III. Cal. Januarias, annos natus octo supra octoginta, ejusque reliquias quas nostri pariter et externi sibi certatim compararunt, aegroti aliqui valetudinem, alii alia beneficia debuerunt.

Provinciae Mediolanensis duo dececerunt ad memoriam temporum illustres viri, P. Laelius Bisciola et P. Ferdinandus Meltius, quorum nullam in his analibus fieri mentionem nefas. Bisciolum patria Mutinensem, una cum ipsis fratre germano Joanne Gabriele, cooptaverat in Societatem Beatus ipse Pater Ignatius, nec scio an alius usquam superasset hoc tempore, qui tali suae cooptationis auctore gloriari posset. Ab urbe Roma translatus Mediolanum, ibi ut erat multiplicis literaturae vir, græcas litteras et oratoriam facultatem et quaestiones de moribus et theologiae quam vocant scholasticam tradidit, et demum sacras paginas est interpretatus. Quae cum obiret munia, idem crebro dicebat ad populum amplificandæ causa pietatis, et eloquentiam qua valebat plurimum, proximorum utilitati consecrabat. Nonnulla etiam rexit collegia eaque satis commode, cum propter caeteram gubernandi peritiam, tum præsertim ob eximiam prudentiam rarae lenitati junctam. Obiit Mediolani IV. Idus Novembris, anno aetatis paene nonagesimo, relictis quam plurimis ingenii monumentis, quorum non pauca lucem adsperxerunt, pars multo maxima adhuc in pluteis latent. Meltius genere patricio natus Mediolani, evangelicæ perfectionis egregius et magister et cultor fuit. Tirones instituit aliquamdiu, nec facile dictu sit, quanta eos diligentia ad amorem crucis inflammaret, quod tamen non verbis magis quam exemplo praestabat. Genuae ubi diutissime vixit, cōdidit sodalitium sacerdotum, cuius deinde utilitatem non ea tantum urbs sed universa dioecesis sentit. Ibidem magnum populi ac nobilitatis numerum audiebat pro confessione, et ex omni ordine complures praecipuae deditos pietati ad christianam perfectionem consilio provehebat, quo ex numero virgines ordinis tunc nascentis sub patrocinio Deiparae Annuntiatae fuerunt. Diem obiit extreum IX. Cal. Januarii, annos natus sexaginta, magnoque populi Genuensis concursu, ac pari moerore elatus est.

Provinciae etiam Neapolitanae magnum ademptum est lumen obitu P. Francisci Guerrieri patria Lupiensis, cuius virtutes nihil vulgare ac commune cum multis habebant. Vir fuit latinus græcisque litteris egregie eruditus ut ejus scripta testantur, perque annos duodecim oratoriam artem nostræ juventuti tradidit. Inde illi magna apud literatos quosque sui temporis existimatio, quorum multi minime verebantur lucubrationes suas, tum vincita numeris tum soluta oratione, ipsius judicio censuraeque subiicere. Praecipuum cum eo commercium literarum Torquato Tasso fuit: summus iste vir quem cum nomino satis laudo, scribebat ad Guerrierium identidem ab urbe Roma, ut ad hominem poeticae facultatis consultissimum: quae latine scripsisset ad ipsum transmittebat, utque in iiii corrigeret pro arbitrio quidquid peracri suo judicio corrigendum arbitraretur, rogabat. Eundem laudavit italico epigrammate cultissimo, quod inter monimenta clarissimi hujus poetæ etiamnum exstat. Verum haec Guerrierius in postremis habebat, mirus gloriae humanae contemptor. Prima illi voluntas ac porro summa, in sacras missiones excurrere, per vicos pagosque se circumagere et ad plebem rusticam praesidia salutis aeternæ deferre. Quo dum fungitur ministerio, præsentem opem superum in primisque Divinae Matris haud raro sensit. Venerabilem Bernardinum Realimum, a quo educatus puer datusque Societati fuerat, praecipuo colebat studio, eique genus omne obsequii quoad fas piumque esset deferebat. Quod si incidet quidpiam negotii gravioris, in quo nihil humanis rationibus extricaret, litteras ad eum perscribebat eadem familiaritate ac fiducia qua viventem alloqui consueverat, ad ejusque tumulum quocumque

16.
RES PROVINCIAE
MEDIOLANENSIS.
Mors et elogium
P. Lelii Bisciola.

17.
Et P. Ferdi-
nandi Meltii.

18.
RES NEAPOLITA-
NAR.
Obitum et elo-
gium P. Fran-
cisci Guerrieri.

ipse degeret loco transferendas curabat. Laborum ac vitae metam attigit vir eximus Manduriae (vulgo Casale novum appellant) quod Salentinorum est oppidum, Novembri mense ineunte, ceciditque in ipso cursu apostolicae expeditionis, quam per autumnum peragebat. Morienti adstiterunt non benigne minus quam sedulo Patres Franciscani quos Reformatos vocant. Nam apud eos sumpserat hospitium. Ut primum tentari morbo coepit, vidit per speciem S. Antonium Patavinum cuius in omni vita studiosissimum fuerat, ejusque voce admonitus de vicino interitu, ad mortem pie obeundam diligenter expiatione conscientiae, et multiplici exercitatione virtutum se comparavit. Divinum viaticum non lecto ut assulet sedens, sed in limine sui cubiculi accepit pro voluntate in genua. Sacro autem inunctus oleo iterum auditus est, cum praesentem alloqueretur Antonium Patavinum, qui excepturus ejus animam et in caelum deducturum advenerat. Haec de Guerreii obitu testati postea sunt quos dixi viri religiosissimi, et literis consignata reliquerunt. Nullo tamen adduci pacto potuerunt, ut ejus cadaver Societati quantumvis enixe reposcenti redderent. Atque haec de rebus italicis.

19.
RES GERMANIAE
SUPERIORIS.
*Fundatur colle-
gium Amberg-*
ense.

In superiore Germania binis hoc anno collegii auctam invenio Societatem, Ambergensi et Landishutano, quorum initia breviter indicanda. Amberga caput est superioris Palatinatus, ejus nimirum provinciae quam nuper dono acceptar a Caesare Maximilianus Bavariae Dux, et sacri Romani Imperii septemvir, ob rem bene gestam in Bohemia eo memorabili bello, quod adversus Fridericu Palatinum ut alibi narratum est suo ductu confecerat. Cum nullam curiarum potiorem haberet Maximilianus, quam ut ecclesiae subiicerentur ii qui sibi essent subjecti, vix adita possessione novi dominii huc adjecit, animum, ut quae erat Ambergae statio Societatis temporaria, in collegium stabile verteretur. Id enim si fieret non ipsam modo urbem provinciae principem, sed omnes praeterea provinciales ad cultum catholicae religionis brevi reductum iri confidebat. Nec defuit rei confiendae facultas. Coenobia erant in Palatinatu plura, quorum haeretici bona pulsis per injuriam Monachis possidebant, eaque Pontifex Maximus fruenda concesserat ipsi septemviro ad annos duodecim, hac tamen imposita lege, ut proventum pars tertia impenderetur reparandae religioni; quod qua ratione fieret videndum esset Episcopis. Cum ergo Episcopi Ratisbonensis, Eystadiensi et Bambergensis, qui singuli partem dioecesis habent in Palatinatu, legatos misissent Ambergam ad deliberandum quo potissimum modo regionem expurgarent haeresi, religionemque in ea catholicam restituerent, iis septemvir indicavit de collegio Societatis, quod una cum seminario adolescentium Ambergae conditum vellet. Accepta est cum magno omnium assensu res, ac secundum haec Patri Waltero Mundbroto data optio de duobus templis, altero S. Martini altero S. Georgii quae Ambergae erant, utrum mallet esse collegii. Hoc alterum licet longe infra magnificentiam illius Mundbroto elegit, quod videretur ob alias commoditates nostris rationibus opportunius. Reliqua erat deliberatio de censu itemque de aedificio collegii, ac nonnihil dissensionis in iis explicandis rebus fuit. Septemvir nullas perficiendi operis moras ferebat. Episcopi contra etsi collegium percuperent, summam in id necessariam ita describant, ut esset intra duodecim annos acqui pensionibus persolvenda. Cum non conveniret, ne longius traheretur negotium, viam expeditissimam Maximilianus iniit. Petiti ab Urbano VIII. Pontifice, ut collegio erigendo addiceret bona monasterii Reichebachensis, quod olim Canonorum ut vocant Regularium fuerat; quo haud aegre impetrato, in eorum possessionem nostros immisit. Actum id IV. Idus Augusti hoc ipso anno labente; quo ex tempore nostri, abdicato quod hactenus gesserant curiali munere, Ambergae ut in collegio habere cooperunt.

20.
*Ortus Collegii
Landishutani.*

Inter inferioris Bavariae civitates nominatissimum est Landishutum, Bojorum olim Principum Regia. Canonorum collegio insigni, nobilium frequentia et senatu commendatur, multisque praeterea religiosorum virorum familiis, quorum exemplis, eruditione, sedulitate pietas altur. Hoc minus loci relictum Societati videbatur Landishuti, quod tanta religiosorum suppetret copia, praesertim veteribus inquinis formidantibus, ne quid a novis hospitibus caperent

damni. Augebat difficultatem, quod musquam ibi conciones haberi solerent nisi in aede urbis primaria, nec Canonicci penes quos rei erat arbitrium, facultatem concionandi cuivis religiosorum familiae darent, aut daturi aliquando viderentur: ex quo sequebatur nostros ibi nullum habituros usum sacri ministerii, quod caeteroqui gravissimum in Societate ac fere praecipuum est. His de causis ad dubitatum aliquamdiu inter nos, an esset e re Societatis habere Landishuti collegium; sed dubitationem benevolentia Canonicorum sustulit. Comperito siquidem quid ageretur quaeque nostros moraretur difficultas, concionandi munus ultro Societati detulerunt, paucis dumtaxat exceptis insigniorum feriarum diebus, quibus aequum videbatur concionem Parochio dari. Hoc disjecto obice caetera sponte fluxerunt. Nam ad censum quod attinet, Magdalena ab Havenspergio matrona illustris neque minus religione quam opibus locuples, ante aliquot annos collegium condere meditans, eum in usum largita erat non levem pecuniae summam, quae foenore in sortem collato, temporis progressu creverat. Addiderat Guillelmus Einsenreichus primarius civis appendicem non contemnendam. Cum ergo obstaret nihil quominus Societas domum propriam sibi compararet Landishuti, Maximilianus septemvir unum ex aulae primoribus eam in urbem allegavit, qui Patres ad eligendam stationem idoneam adjuvaret. In ejus possessionem ventum est Julio mense ineunte, faventibus eximie Canonicis, ac praeter caeteros Joanne Jacobo in Hof Praeposito et Georgio Riedel Decano. Initio habitarunt ibi Patres dumtaxat duo, Udalricus Speer Rector nascentis collegii designatus, et Georgius Stoz concionator, practer unum e Fratribus rei domesticae curatoribus. At aliquanto post accesserunt ali sex, quorum duo post ferias autumnales ludos litterarios erudiendae juvenuti aperuerunt.

Dum ita multiplicantur per provinciam collegia, quaedam stationum earum, in quibus nostri ad supplendas Parochorum vices fuerant collocati, dimitebantur. Non enim is praesto erat numerus sociorum, qui tot in partes distribui posset. Neque tamen dimitebantur prius, quam satis revulsi ex hominum mentibus viderentur errores, revocati antiqui ritus et sacra catholica in pristinum restituta. Stationes duas hoc anno nostri deseruerunt, Kemnatensem et Weidensem, nec satis disixerim quam versam iis in locis reliquerint faciem rerum. Kemnatum advenerant ante triennium duo Patres, eoque tempore tum oppidanum tum agricolae, qui in quinque supra viginti pagos distributi inveniebantur, haeresi miserandum in modum depravati omnes erant. Jam omnes ejuraverant haeresim et catholico nomine censemebantur. Hanc porro tantam animorum inclinationem effecerat, non tam industria quam charitas et liberalitas Patrum. Nam parce admodum vicitantes, multum detrahentes ex eo quod sibi fuerat in quotidianis sumptus attributum, partem pauperibus benigne erogabant, partem in sarta tecta primariae aedis transcribant, partem denique sacris numismatibus, iconibus, rosariis aliisque id genus catholicae pietatis instrumentis coemendis ac dispertiendis impendebant: quibus christiana benignitatis armis multo facilius, quam alia quavis arte expugnatur haeretici. Ipso digressus sui die, convocatae inopum turbae ad tercentum et quinquaginta prandium dederunt, ac suis ipsis manibus ministrarunt; quae res populo spectante acta, et multum concivit lacrimarum, et officii sui Parochum successorem admonuit. Weida civitas Palatino Neoburgico obnoxia, non nisi coacta minaci Principis edicto nostros receperat intra moenia. Eadem nunc discessuros remorabatur, precibusque ac lacrimis ne abirent pugnabat. Quin Praeposito Provinciali publico civitatis nomine supplicatum est eos ut juberet manere, quod tamen frustra fuit. Mutatae tantopere voluntatis hanc afferebant Weidenses causam, quod veterum ministrorum suorum mores cum nostrorum moribus comparantes, nimis multum inter utrosque discriminis invenirent. Nullam nempe illis curam templi, nullam pauperum, nullam tenerioris aetatis fuisse, omnia ad quaestum libidinemque suam referre solitus. Nostros contra et ornandae aedi sacrae multum pecuniae expensum ferre, et pueris edocendis instituendisque operam assidua dare, non labori parcere, non sumptui, ut acrumnas inopum

Tom. II.

36

^{21.}
Nosri Kemna-
to exceedant. Res
ibid gestae.

^{22.}
Weidensem in-
clinatio erga no-
stros.

^{23.} *Fruges variis in locis collectae.* sublevarent. His maxime rebus motos se affirmabant plerique, ut nostris conciliarentur hominibus antea invisis, eorumque hortamentis dociles se paeberent.

Plus minusve frugum aliis in locis fuit, quae nostri loca excolare perseverabant. Helpestenii, licet catholicam veritatem acerbe insectabatur qui ibi degebat Fridericus, Ducis Neoburgici frater natu minor perdite lutheranus, circa dimidium tamen hujus anni cives prope omnes ac rustici summo Pontifici sacramentum dixerunt, frendentibus nequidquam alicuis, quorum malignitas alius efficeret nihil potuit, quam ut ne nostris hominibus aditus unquam pataret ad Principem. Haidechii quod ejusdem regionis est oppidum, cogebantur nostri singulos oppidanos convenire domi, siquidem dedocere eos errorem vellet: id enim ut fieret palam et in communia, gregalium obstrepentium ac tumultuantium iniquitas non ferebat. Inde prolixior labor ac sterilior. Tamen constantia tenerunt, ut intra hunc annum manus veritati darent plus quingenti et triginta. Nec in libris Imperii civitatibus quaecumque Societatem invitissimam admiserant jussu Caesaris, si unam excipias Memingam, Patrum laboribus maligne respondebat fructus. Kauffburae viginti supra quadrangentes, Lindaviae ducenti circiter anno uno in fidem Ecclesiae rediere aliquae alibi. Sed prae ceteris digna scitu est haeretici unius nec opinata opinata transitio, uti quae divini consilii altitudinem praecepit commendavit. Patria Transilvanus fuit is, secta Sabbatarius et faece recentium Arrianorum, qui testamentum vetus laudant, contemnunt novum. Idem ingenio magno et in controversiis de religione versatus ut qui maxime. Basileam nescio cuius negotii causa cum venisset, diverterat uti fit ad cauponem. Is graviter aegrotabat, et licet a puero Zwingianus, tamen morti proximus sacerdotem quaerebat romani ritus, haudquaque dissimulans nullam sibi esse salutis spem, nisi in sinu catholicae Ecclesiae moreretur. Hoc hominis morientis iudicium suspicionem injectit hospiti de sua secta. Fluctuare animo perturbarique coepit. Ne multa: Bruntrutum profiscitur, oppidum sex a Basilea leucis, culturibus homines Societatis quorum non vulgaris apud eum erat opinio. Collegio exceptus comiterque supra quam speraret habitus, ignatianis commentationibus animum ad aliquot dies appulit. In eo autem secessu, divina collistratus luce adeo perspexit veritatem, ut haeresim continuo abjecerit, nec eo contentus dare nomen Societati constituerit. Hac mente Viennam se contulit, sed quem habuerit piae voluntatis exitum nusquam inveni.

^{24.} *Singularis conversione cuiusdam haereticus.* Similium exempla in Rhenana inferiori non defuerunt. Est in Principatu Freiburgensi Dudena, oppidum frequens, comitibus Vittgensteiniis tunc protestantibus obnoxium. Ibi unus quidam de plebe rusticorum, vir simplex et magis ignorantia meliorum quam pravo partium studio Calvinianus, saepe rogabat Deum, sibi ut rectae fidei lumen ostenderet. Semel roganti adstitit ex improviso puer insigni forma, ac tum quidem ipsum cum suis popularibus longe aberrare a recta salutis via docuit: verumtamen affuturos propediem magistros veritatis, quos si audiret facile in orbitam reductum iri. Haec rusticus bona fide cum narraret, defertur ad comitem loci dominum, quasi vana religione turbaret hominum mentes eoque nomine conicitur in carcерem. Eductus inde fuerat, quippe insons aut satis pro modo culpae multatus; cum venerunt e collegio Confluentino duo Patres, illuc ab Archiepiscopo Trevirensi ad convellendam haeresim missi. Rusticus hand dubie hos ratus esse de quibus praenunciaverat puer, ipsis nulla cunctatione se praebet erudiendum, ac brevi veram edictus credendi formulam, palam se catholicum profitetur. Eum secuti sunt alii certatim, donec oppidani ferme omnes Calvinum deseruerunt, obsidente frustra Toparcha terrorre que multarum et vinculorum desertoribus intentante. Sic illi ab haeresi liberati. Neque minus prospere gesta res apud Vernhemienenses, quod Veteraviae oppidum in ditione Comitis Billemburgici. Jamdui pontificiae potestatis jugum excusserant, partes Protestantium sequuti. Nuper vero iis ad officium revocandis, Archiepiscopus Trevirensis miserat duos e populo sacerdotes, viros eximie probos doctosque. Cum istorum laborem frustraretur oppidanorum pertinacia, placuit ad extremum experiri quid posset Societatis industria. Amotis itaque quos dixi

^{25.} *RES RHENI INFERIORIS. Dudenae nostrorum adventus divinitus prae monstratur.* Similium exempla in Rhenana inferiori non defuerunt. Est in Principatu Freiburgensi Dudena, oppidum frequens, comitibus Vittgensteiniis tunc protestantibus obnoxium. Ibi unus quidam de plebe rusticorum, vir simplex et magis ignorantia meliorum quam pravo partium studio Calvinianus, saepe rogabat Deum, sibi ut rectae fidei lumen ostenderet. Semel roganti adstitit ex improviso puer insigni forma, ac tum quidem ipsum cum suis popularibus longe aberrare a recta salutis via docuit: verumtamen affuturos propediem magistros veritatis, quos si audiret facile in orbitam reductum iri. Haec rusticus bona fide cum narraret, defertur ad comitem loci dominum, quasi vana religione turbaret hominum mentes eoque nomine conicitur in carcерem. Eductus inde fuerat, quippe insons aut satis pro modo culpae multatus; cum venerunt e collegio Confluentino duo Patres, illuc ab Archiepiscopo Trevirensi ad convellendam haeresim missi. Rusticus hand dubie hos ratus esse de quibus praenunciaverat puer, ipsis nulla cunctatione se praebet erudiendum, ac brevi veram edictus credendi formulam, palam se catholicum profitetur. Eum secuti sunt alii certatim, donec oppidani ferme omnes Calvinum deseruerunt, obsidente frustra Toparcha terrorre que multarum et vinculorum desertoribus intentante. Sic illi ab haeresi liberati. Neque minus prospere gesta res apud Vernhemienenses, quod Veteraviae oppidum in ditione Comitis Billemburgici. Jamdui pontificiae potestatis jugum excusserant, partes Protestantium sequuti. Nuper vero iis ad officium revocandis, Archiepiscopus Trevirensis miserat duos e populo sacerdotes, viros eximie probos doctosque. Cum istorum laborem frustraretur oppidanorum pertinacia, placuit ad extremum experiri quid posset Societatis industria. Amotis itaque quos dixi

^{26.} *Vernhemienenses a nostris alieni paulatim molliuntur.* Similium exempla in Rhenana inferiori non defuerunt. Est in Principatu Freiburgensi Dudena, oppidum frequens, comitibus Vittgensteiniis tunc protestantibus obnoxium. Ibi unus quidam de plebe rusticorum, vir simplex et magis ignorantia meliorum quam pravo partium studio Calvinianus, saepe rogabat Deum, sibi ut rectae fidei lumen ostenderet. Semel roganti adstitit ex improviso puer insigni forma, ac tum quidem ipsum cum suis popularibus longe aberrare a recta salutis via docuit: verumtamen affuturos propediem magistros veritatis, quos si audiret facile in orbitam reductum iri. Haec rusticus bona fide cum narraret, defertur ad comitem loci dominum, quasi vana religione turbaret hominum mentes eoque nomine conicitur in carcерem. Eductus inde fuerat, quippe insons aut satis pro modo culpae multatus; cum venerunt e collegio Confluentino duo Patres, illuc ab Archiepiscopo Trevirensi ad convellendam haeresim missi. Rusticus hand dubie hos ratus esse de quibus praenunciaverat puer, ipsis nulla cunctatione se praebet erudiendum, ac brevi veram edictus credendi formulam, palam se catholicum profitetur. Eum secuti sunt alii certatim, donec oppidani ferme omnes Calvinum deseruerunt, obsidente frustra Toparcha terrorre que multarum et vinculorum desertoribus intentante. Sic illi ab haeresi liberati. Neque minus prospere gesta res apud Vernhemienenses, quod Veteraviae oppidum in ditione Comitis Billemburgici. Jamdui pontificiae potestatis jugum excusserant, partes Protestantium sequuti. Nuper vero iis ad officium revocandis, Archiepiscopus Trevirensis miserat duos e populo sacerdotes, viros eximie probos doctosque. Cum istorum laborem frustraretur oppidanorum pertinacia, placuit ad extremum experiri quid posset Societatis industria. Amotis itaque quos dixi

sacerdotibus, praesul totidem e nostris substituit. Nulla melior spes istis affulgebat initio. Ita omnium erant aversae mentes, tot nostri sibilis conviciisque praesertim muliercularum, quoties verba facere cooperant explodebantur. Ex desperationis ventum erat, ut Patribus suaderent amici, ne fructu nullo irritare pergerent homines suopte ingenio ferocios, et odio catholici nominis ad omne facinus promptos. Quo illi tamen periculo haudquaque territi, patientia ac lenitate tandem quod quaerebant tenuerunt, ut sibi populus de religione disputantibus aures daret. Hoc semel impetrato, ut errorem praeterea deponerent homines, non tam ex animi sui sententia quam aliorum ductu falsa sectantes, haud aegre impetrarunt, mensibusque haud amplius tribus sexcentos et quinquaginta Catholicis adjunxerunt.

At P. Fridericus Speus, dum similem naval operam Peinensibus, paene martyrii lauream adeptus est. Missus eo fuerat extremo anni superioris rogatu septemviri Coloniensis, ad quem jure Episcopatus Hildesiensis ea ditio pertinebat; et jam ex pagis triginta duobus quibus totus ille comitatus constat, sex supra viginti traduxerat ad catholicam fidem. At Peinam ipsam aggressus urbem regionis caput, nactusque *cervices duras et corda incircumcis*, verbum salutis per amicam vim ingerendum censuit. Legem itaque ferendam curavit a Principe, ne quis nisi catholicus in senatum urbanum legeretur. Item ut jure civitatis et paterna carerent haereditate, quicunque per veram fidem esse *Filiū Dei et cives Sanctorum* recusarent: efficerat improbos utilis et necessaria lex, et fuit qui quando veritatem ipsam non poterat, ejus saltem extinguere praecomen statuit. Waldorpium, unum e pagis quos jam catholicos fecerat, jumento ferebatur Speus die dominica ut sacramenta populo ministraret. Properanti occurrit in angusto silvae tramite sicarius, et ferociter compellatum glande plumbea, directo in pectus tubulo ferreo petit. Ille in tam praesenti periculo, Deiparam Ignatiumque precatus ut ferrent ope, seu ope divinitus allata, seu quod propior ictus fuit quam ut gravem imponeret plagam, dejectus tantum equo ac leviter vulneratus est. Grassator insilit in jacente, ligneo tormenti manubrio caput contundit. Demum stricto gladio, humeros et latera caesim punctimque lacerat, examinemque uti rebatur trepidus deserit. Erexit se nihilominus sacerdos cruento diffluens qui e plagiis minimum sexdecim large prorumpebat, obligatisque parumper vulneribus, porro ire Waldorpium quo iter instituerat pergit. Pagum ingressus, quod miraculi simile videatur, ita ut erat suo madens sanguine recta ad concionem prodit. Et siquidem in liturgia ejus diei, quae dies erat dominica secunda post Pascha, legebatur evangelium de mercenariis bonisque patribus, ducto inde sermone, utris adscribendus ipse sit decerni ex impressis ori suo notis postulat. Simul ut pro vita sibi divino beneficio relicta gratias agant, ut pro percussore preces fundant, multitudinem rogat. Ea dicentem vox animusque paulisper defecit, tota ingemisce concione. Cum paulum obticuisse, resumpto spiritu populum consolatus, solemne carmen actionis gratiarum concini jubet; sed cum languescerent vires et longiore curatione indigerent vulnera, manibus e suggestu sublatius impositusque equo, Peinam primo inde in collegium Hildesiense est reportatus, ubi tertio post mense convaluit. Nec interim frugis expers fusus pro Christo sanguis fuit. Peinenses exemplo patientiae commoti, catholicam fidem ultro amplexi sunt, quam ipsis persuadere leges nullae, nullae Principis minae potuerant.

Ut trahendis ad veram fidem eterodoxis, ita etiam improbis ad frugem traducendis quod interdum difficultius, fructuose impensus est labor. Inoleverant in hac parte Germaniae artes magicae in tantum, ut passim contra maleficos quaestiones exercerentur, multique hujus comperti criminis ad supplicium producuntur. His ad poenitentiam permovendis, non alios quam sacerdotes Societatis ipsimet haeretici magistratus adhibebant. Adeo persuasum vulgo erat, in hoc genere ministerii propriam quamdam inesse nostris hominibus, sive scientiam siue felicitatem. Nec plerumque opinionem eventus faliebat. Confluentiae unus quidam pro gravitate facinorum varie atrociterque tortus, ac primo candenti forci laceratus, dein suffractis cruribus vivens in ignem conjectus, in summa

^{27.}
P. Fridericus
Speus a grassa-
tore vulneratur
apud Peinenses.

^{28.}
Divina ope ser-
vatus contuma-
ces flectit exem-
pto patientiae.

^{29.}
Maleficiis ad sup-
plicium produci-
ctis nostri assi-
stunt.

^{30.}
Terrificum divi-
ni iudicij exem-
plum Treviris.

cruciatum acerbitate, nec gemitum nec vocem unam doloris indicem fudit; quam animi firmitatem intuentes cives ac porro admirantes, divinae gratiae vim meritis extulerunt laudibus, ac nonnullam laudem nostro sacerdoti qui hominem scelestissimum ita subegerat tribuerunt. Pari ferme constantia multi supplicium exceperunt Treviris eadem causa damnati, ac simili nostrorum diligentia ad poemam pie luendam comparati. Verum hic res accidit insolens quae divini iudicij terrorem salutarem populo injectit. Obierat vel certe obiisse credebat, unus civium occulite veneficus sed eis noxae non suspectus. Dum adornatur funus, repente receptis sensibus erigit sese, trucique adspectu oculos per conclave circumferens, voce impia exsecrari Deum ac male enim vero secum actum dicere, qui non fuerit una cum caeteris artium maleficarum convictus supplicioque damnatus. Si manu carnificis periret, utique veniam apud Deum et aeternae felicitatis aditum inventurum fuisset. Humanum iudicium effugisse se, at non divinum tanto formidolosius. Brevem poenam vitavisse, at incidisse in aeternam. Quibus dictis horrendum infremens, seu tunc primum sive iterum foedam animam exhalaret, jacuit examinis. Spectaculi tam terrifici testes multi fuerunt ac metu dirigerunt. Unus vero sola rei fama perculsus, cum esset diabolo nefariorum pactionibus implicatus, ultro se detulit iudicibus ut praesenti iudicio redimeret semipermanum. Monasterii in Eiffia, praeceteris in tam abominando flagitio deprehensis, sacerdos fuit (dictu nefas) idemque sex pagorum Parochus, qui ante annos viginti impia devotione se manipaverat diabolo, totoque hoc tempore sacrilegum cum eo commercium exercebat. Raptus est perinde ac caeteri ad rogium. Post ejus vero obitum in tota paroecia ingens suborta est nec plane iusta perturbatio, dubitantibus multis, quo tandem animo homo ita perditus tam longo tempore sacramenta ministrasset, verentibusque an externum ministerium qua decet mente peregisset. Ad praecipientes anxietatis causas, placuit Archiepiscopo Coloniensi, ut quoscumque ille sacro abluerat fonte iterum abluerentur apposita conditio; ut solent ii quorum baptismus qualicumque de causa est in incerto; nostrisque hominibus mandatum est, ut hoc modo initiandos rite instituerent ac praeparent. Quo facto molesti suspicionum aculei ex hominum mentibus sunt revulsi.

^{31.}
Monasterii in
Eiffia sceleratus in
Parochus: rogo
damnatur.

^{32.}
Collegii Embri-
censis molestiae
a Batavis.

^{33.}
Nostris exulare
jubentur Em-
brica.

Dum haec ibi agebantur, collegium Embricense quod a Batavis male vexatum saepè vidimus, in discrinem ultimum adductum est; et omnino conciderat, nisi subsidium unde minime videbatur sperandum affuisset. Templum nobis eriperunt ut suo loco memoratum est Batavi, qui urbem caeteroqui non suam militari praesidio muniebant. Cum nihilominus intra collegium sacra catholica frequentari cernerent, ad exercendos aliis atque aliis juris Patres adjecerunt animum; hoc reor consilio, ut molestiarum impatiens tandem abscederent Embrica. Nullus modus oneribus, mulctis et exactionibus intolerandis erat. Immittebatur identidem intra collegii septa manus militum velut ad hibernandum, atque iis praebere cibaria nostri cogebantur. Semel cohors integra in aedes inducta, conclusio uno conclavi Patribus, ex omnibus cellis et apothecis quantum visum est annonae et utensilium eripuit. Alias injunctum nostris, ut pastori calviniano domum ad habitandum cum horto et apta supellestili providerent; et quia hoc tam durum imperium non ut dignum erat executi videbantur, et suo minister commodo ac dignitati haud satis prospectum affirmabat, iis imposita est mulcta pecuniaria. Perstabant nihil secius in sua sede Patres; cum ad extremum aperte ipsis indicitur, ut colligant actulum vasa et oppido cedant. Spatium praefiniebatur horarum viginti quatuor, intra quod nisi abiissent sponte vi pellerentur. Tantum permittebatur, ut bibliothecam et si quid aliud rei domesticæ navibus vehi posset, efferrarent. Percusi saeva denunciatione nostri, fidem publicam implorare sed frustra. Qui urbem pro septenviro Brandenburgico gubernabat Praefectus, etsi supplicium doleret vicem nec injuriam probaret, se tamen contra Bavorum voluntatem nihil posse affirmabat. Sibi nempe inermi nudum imperii nomen, penes illos vim potestatemque quippe armis instructos esse. Aegre impetratum ut ad alterum diem migratio prorogaretur. Ergo post

biduum Patres, collectis per tumultum sarcinulis, tota paene deducente ac multum complorante civitate, ad paratas in Rheno naviculas egrediuntur, hisque consensis Calcariam secundo amne deferuntur. Ibi quam benevole ac liberaliter excepti a catholicis cultique fuerint, difficile dictu sit. In terram expositos benigne suscepit Nicolaus Bammus vir ordine consularis, habuitque apud se ad plures dies, adeo simil amice ac splendide ut nihil supra. Cum Bammo honestissimi quique Calcariensem certarunt, nullum erga Patres officium praetermisserunt. Et consilium ceperant de ipsis perpetuo ad juvenutis institutionem retinendis, nisi ordines foederati in quorum erant ditione intercessissent. Juliaci interea Montiumque proceres, ut forte commune suarum civitatum consilium célébrabant Xanthi, quod Ducatus Clivensis est oppidum, cum audivissent de ejectis Embrica Jesuitis, et nulla quidem justa quae afferri posset causa, moti indignitate rei tum etiam multorum accensi cohortationibus et querelis, communi nomine agendum statuerunt, tum apud senatum Batavicum tum praeser tim apud Enricum Fridericum Arausici Principem, ut sua Societati sedes restituerebatur. Nec irritae fuerunt preces. Erant in senatu qui perfidiae crimen objectarent nostris, quasi cum primoribus Embricensium habuissent conventicula clandestina, ut Hispanos in urbem introducerent. Sed quos tamquam consicos meditati facinoris nominabant, iudeo Patribus testimonium innocentiae dederunt et calumniam male confictam dispulerunt. Quare Arausicensis quamvis eterodoxus, exsecratus iniquitatem et malas artes accusatorum, Embricam postlimonio reverti nostros, sua recipere omnia, quaeque jampridem a fratre suo Mauritio impetraverant jura, iisdem in posterum frui jussit. Ita summo gaudio civitatis et pari inimicorum dolore, collegium Embricense nobis recuperatum est.

At in Rhenana superiori, quea hactenus fuerat Heidelbergae simplex residencia in collegium est versa, et novum praeterea Bockenemii collegium institutum. Heidelbergam, quea Palatinatus inferioris primaria civitas est ad annem Neccarum, fuerat inducta Societas ut alibi narratum est ante annos septem, ab eoque tempore degebant ibi aliquot Patres ut in fixa statione, quea a collegio Spirensi penderat. At Bavariae Dux Maximilianus, statim atque ea provincia Caesaris beneficio potitus est, non contentus qualicumque domicilio excitare collegium statuit, id potissimum spectans ut sanam deinceps doctrinam studiosa juventus hauriret sub disciplina nostrorum. Vetustissima erat Heidelbergae academia et magni ante Lutherum nominis, sed jam pestilentii errorum toxicu ex toto corrupta. Scholas ejus cum philosophicas tum theologicas, Princeps cum suis preventibus obtulit Societati. Ne vero suis legibus institutisque nostri prohiberent earum curam suspicere, novo decreto sanxit, nullam ejusdem academiae legem impedimento fore, quominus Praepositi Societatis magistros scholarum et designarent pro arbitrio et amoventer. Scholas sub ejus decreti conditione libertissime admisit Societas, nullaque interposita mora in earum possessionem immissa, collegium magna sui partē constitutum habuit. Bockenemii quod oppidum fere primarium est comitatus Sarwerdensis, inter Lotharingiam et territorium Bipontinum, ut collegium ponetur causa fuit pietas Francisci Duci Lotharingiae, qui cum Sarwerdae comitatum a Nassaviis recepisset, nihil habuit antiquius, quam ut populum ab annis octoginta Lutheri fabulas audienter, reduceret ad avitam fidem. Eo consilio Bockenemium profectus, una cum filio suo Francisco Nicolao Tullensi Episcopo et Romanae Ecclesiae Cardinali, duos et Nancejano Societatis collegio Patres adduxit secum, quorum sermonibus atque adeo principis optimi humanitate victi complures oppidanii, ultro se ipsos in verba catholicae religionis adeggerunt. Princeps quam habebat in urbe domum concessit Patribus et collegii fundamenta jecit, quod constanti beneficentia augere atque ornare perrexit, donec post annos novem, imminentibus Svecis, oppidum quia resistendo par non erat, nudatum moenibus et hosti permisum est. Tunc nostri mature admoniti sedem deseruerunt, in quam deinde sedato bello sunt depositi. Quamquam id domicilium, incertum qua causa, ad justi collegii statum numquam assurrexit.

34.
Calcariensium
benignitas erga
illos.

35.
Multorum in-
terventu in suum
sedem restituun-
tur.

36.
RES RHENANA
SUPERIORIS.
Residentia Hel-
delbergensis in
collegium verti-
tur.

37.
Bockenemii col-
legium constituui-
tur.

^{38.} *Societas Herisfeldiam inducitur.* Etiam Herisfeldiae collegium condì cooperat, et erat nostris usibus peropportunum, cum alias ob causas, tum maxime quod in proximam Hassiam praeberet aditum, ac facile inde posset in eam regionem fidei lumen inferri. Sed post varias vices, quas modo paucis expediam; amissum est. Quam Herisfeldiam vocant, caput est exiguae toparchiae, quae olim monasterio Benedictino suberat et Abbatì tamquam principi suo parebat. Tota regio angustis finibus clauditur. Nam posita inter Fuldenses et Hessianos, haud amplius tribus passuum millibus ab urbe primaria excurrit. Frequenter habitatur tamen, nec pauci nobilium pagos in ea munitos possident. Ante annos ferme viginti Hessianorum Tetrarcea (Lantgravium Germani vocant), mortuo Abate, regionem atque urbem una cùm monasterio occupaverat, faventibus inique molitioni incolis quippe haeresi depravatis. At novissime coactus edicto Ferdinandi Caesaris, quo edicto bona Ecclesiae post pacem passaviensem perperam occupata in antiquam juris formulam redigebantur, eam dimiserat. Caesar autem concessu Pontificis Maximi, jus omni Abbottis detulerat Leopoldo filio suo adhuc impuberi, hujusque donec adolesceret vices Abbatì Fuldeni gerendas commiserat. Fulensis suscepta rerum administratione, primum omnium reducendam in possessionem antiquam monasterii censuit Benedictinorum familiam. Tum quinos e nostris adduxit Herisfeldiam, iisque paroeciam cum suo templo et scholas latinitatis attribuit; hac tamen lege, ut Parochi officium et templi usum tamdiu solummodo haberent, quoad Heisfeldienses ad Ecclesiam essent reducti, scholas vero cum suo proventu in perpetuum refinerent. Postremo paroecias suburbanas partitus inter Franciscanos et nostros, edicto proposito declaravit, annum dari incolis ad deliberandum, utrum catholici esse mallent an protestantes. Post id spatium si qui invenirentur in haeresi contumacae, visurum se quid iis fieri vellet. His ita constitutis, Fuldam discessit Praesul, nostri ad functionem suorum munierum magno animo sunt aggressi. Tres tantum ex ipsis erant sacerdotes. E duobus reliquis alter minoris ordinis clericus alter laicus, quorum ille ludum litterarium hic rem familiarem curabat. Praeses omnium P. Jacobus Liebst, praestanti animo vir et concionator egregius. Tam singulis suas impigne partes exsequentibus, secundissimo fluebant cursu res. Multi subinde e populo aut publicis concionibus, aut privatis Patrum cohortationibus victi, veritati dabant manus et in simum Ecclesiae se conferebant. Laetam cum primis frugem tenerioris aetatis institutio reddebat, cum non ipsis solum fidem catholicam libentissime amplectentur pueri, sed parentes quoque suos et grandes natu viros, qua exemplo qua voce ad eamdem pellicerent.

^{39.} *Res ibi gestae a nostris per aliquot menses.* ^{40.} *Abbatis Fuldensis indignatio erga eos.* Ecce autem quinque per haec mensibus evolutis, cum res in dies felicius progrederentur, Fuldensis Praesul magnus ille rerum nostrarum et patronus et fautor, falsis nescio quorum relationibus incitatus, denunciat Patribus nec opinantibus alias ut sibi querant aedes Herisfeldiae, quas vero ipsis habitandas concessisset statim dimittant. Cunctantibus et tergiversantibus quod alias comparandi facultas non esset, post certum dierum numerum vim afferri jubet. Nostri ex insperato oppressi, in curialem domum, quamvis pro ipsis numero plus nimio angustum se receperunt, nihil dolentes magis quam mutatam Principis ita de se meriti voluntatem, conscientia tamen sua erecti quod nullam sibi conscient culpam, nec certe justam irascendi causam ei praebuissent. Nonnulla fuit deliberatio de relinquendo etiam oppido et injunctis muniberibus abdicandis: quod si facerent, gratam enim vero rem Fuldensi licet id non imperanti faciebant. Sed vetuit Joannes Copperus Praepositus Provincialis, cum diceret expectandum apertum ipsis imperium. Negotii interea relatio ad Caesarem mittitur. Is reputans quae pridem Fuldensis cum Societate transegisset Herisfeldiae, non ipsis sed Leopoldi Archiducis filii sui nomine et auctoritate fuisse transacta, ea omnia rata esse ac firma justit, monuitque officiosis caeteroqui litteris Praesulem, Jesuitas vel in domum unde fuerant extrusi, vel in aliam aequae commodam restitui oportere. His Caesaris literis haud aegre acquievit optimus Praesul, quodque optandum maxime erat in priorem gratiae locum recipiens nostros, eos qua solitus antea fuerat benignitate

^{41.} *Quos tuerit Ferdinandus imperator.*

quamdiu Herisfeldiae manserunt protegere ac fovere perverxit. Sed non manserunt diu. Sequuta est clades lipsiensis, qua clade praeventibus opibus haereticorum, Herisfeldia iterum intercepta ab Hassiano, ac demum conditionibus quibus bellum Svecicum finitum est, in ejus ditionem cessit.

Successu perenniore suam erga nos beneficentiam explicit amantissimus Imperator Ferdinandus in provincia Bohemica. Plura jam censebantur Pragae domicilia Societatis. Addidit ipse hoc anno seminarium clericorum, ejusque administrationem nostris hominibus commissam voluit. Praeterea cum exstaret in aedibus contiguis collegio S. Clementis contubernium adolescentium, quod vulgo *Domum Pauperum* appellabat, ei Ferdinandus vectigal novum attribuit educandis viginti nobilibus Bohemis, quibus res domi esset angustior. Ne vero his pudori esset quod communis cum pauperibus nomine censeretur, abrogata domus pauperum appellatione, seminarium in posterum a S. Venceslao denominari jussit. Multorum deinde procerorum beneficis auctum ornatumque istud contubernium, evasit longe celeberrimum, ex eoque viri pace belloquo clarissimi et illustria Ecclesiae lumina, tamquam plantae felices e fertili solo prodierunt. Neque minus interea alii ex prudentioribus, quanti facerent disciplinam. Societatis documentis illustribus declararunt. Placuerat nuper patribus Cisterciensibus extare Pragae sui ordinis seminarium, ubi selecta juventutis capita omnino tringita religione et bonis artibus informarentur. Cum ad rem ipsam ventum est, id seminarium Societati tradendum censurunt, et contubernio quod vocant S. Bartholomaei jungi curarunt. Simili erga nos animi inductione matrona fuit pia ac locuples Nissae, quae cum statuisse fortunas suas in publicam utilitatem transcribere, domicilium alendis ad studia pauperibus fundavit ea lege, ut ejusdem administratio penes Societatem esset. Floret etiam num contubernium istud Nissense et a S. Anna habet nomen. Domicilium alterum nobis eodem anno Ferdinandus Augustus dedit Scwidnici, quod oppidum caput est ampli principatus in Silesia, haud procul Uratislavia. Atque haec causa hic modus fuit. Cum haeresim mordicus retinerent Scwidnicenses, introducti sunt jussu Caesaris primum in urbem milites, qui aqua severitate cives ad officium et avita quae male deseruerant sacra compellerent; deinde sacerdotes Societatis, qui bonis verbis et rationibus animos expugnarent. Successu non caruit pii consilium Principis. Difugerunt mendacii buccinatores quos haeretici Ministros appellant. Populus inscitia et offusus per impios doctores tenebris liberatus, oblatam lucem laetus vidit. Ea re delectatus Caesar, ut diuturnior certiorque in posterum fructus esset, manere Scwidnici jussit Patres et collegii fundamenta jecit, cui tamen fastigium nisi post annos duos non est impositum. Hoc deinde collegium ut alia per Germaniam multa, Sveco velut turbine procelloso regionem pervolante, dissipatum est. Sed pace composita recuperatum hactenus retinetur.

Per idem tempus Otho ab Oppertorio, Dynastes ille multarum inter Bohemos opum, cuius uxorem opera nostri sacerdotis ab haeresi liberatam vidimus alibi,* ut Superis ac Societati aliquam redderet pro tam insigni beneficio vicem, deliberabat de constituendo collegio in aliquo ex oppidis suaे ditioni subjectis. Eventus forte, ut ipsius frater Fridericus eques Melitensis migraret e vita, qua morte cum ampla ad ipsum haereditas devenisset, hanc ipse omnem Societati donavit. Erat in bonis Friderici Zampachium, oppidum non ignobile prope Albitum flumen. Placuit hic nostris locus, cum aliis de causis tum quod vicinus Regnogradecio, oppido longe frequentiori. Ibi itaque ut in domicilio stabili consederunt ad annum usque saeculi trigesimum sextum, quo anno statio Zampachensis, ita jubente Caesare ejusque filio Ferdinandino Rege Bohemiae, Regnograndecium ut suo loco narrabimus translata est.

Cur tot locis expeteretur ea tempestate Societas, id potissimum causa erat, quod ad propulsandam haeresim regionemque repurgandam, vix praesentius aliud remedium inveniretur. Nam etsi haereticos legum humanarum metu Ferdinandus Caesar urgebat ut ad officium redirent, erudiebant eos nostri tamen, errorem dedocebant ac tandem persuasione expugnabant. Et usu constabat

42.
Res BOHEMIAE.
Erigitur se-
minarium Pra-
gæ et S. Vence-
slai contuber-
nium augetur.

43.
*Ibidein PP. Ci-
stercienses suam
juventutem no-
bis in discipli-
nam tradunt.*

44.
*Initia Semina-
rii Nissensis, et
collegii Schwid-
nicensis.*

45.
*Zampachii So-
cietas collocaatur.
T. 4. lib. 10. n. 37.*

46.
*Res gestae socio-
rum in variis
provinciæ par-
tibus.*

contra id genus rebelles parum quidem posse cohortationem sine metu, at metum sine cohortatione admodum nihil. Quam multis hoc anno errorem ac contumaciam nostri intra totam provinciam detraxerint, incompertum mihi est. Nam de rebus Bohemicis litterae annales, post annum saeculi vigesimum usque ad trigesimum nullae supersunt. Magnum fuisse tamen numerum colligo ex iis quae in diversis nostrorum literis reperi. Soli Patres collegii S. Clementis in urbe Praga bis mille octingentos, extra urbem vero amplius triginta hominum milia ex variis sectis ad Ecclesiam reduxerunt. Socii Crumloviensē etsi pauci numero, praeter universam civitatem, ex circumposita regione catholicis adjunxerunt rusticos ad mille et sexcentos: Quin adorti pagum qui Joannem ipsum Hus, furiam illam facemque Bohemiae peperit, catholicū effecerunt. Ex collegio Nissensi in decem oppida procursum est, eaque sic exculta ut omnia sub anni finem romano ritu divina participant. Glogoviae ita acta res, ut intra hunc annum nemo omnium inter cives esset non eximie catholicus, et miro pietatis sensu passim sacra catholica frequentarentur. Legatos praeterea cum designasset Caesar, qui diversas Bohemiae Silesiaeque regiones obirent, et sua de cultu religionis edicta exigenter, iis collegia Gitzinense, Nissense, Glogoviense aliaque sacerdotes operis adjutores et administratos dederunt. Quid isti ubique rerum et quanto cum fructu gesserint, documento sit quod Comes Donensis Silesiae gubernator, pro iis qui sibi fuerant dati, gratias egit per literas Praeposito Provinciali Christophoro Grenzingo, et aliud ejusdem animi virtutisque par obnoxie petuit, affirmans si talium virorum copia suppeteret, brevi totam provinciam fore catholicam. Sed juvat quaedam paulo distinctius expondere.

^{47.}
*Beneschovienses
ad partes catholicas pertrahuntur.*

Beneschovium oppidum leucus admodum quinque Praga distat. Commune primad sectis omnibus domicilium illic patebat, amotis catholicis. Nunc mutatae sunt vices sic, ut unis in eo catholicis locus esset, proscriptis omnino sectis a religione vera dissidentibus. Cunctabatur initio populus duas ob causas. Primo quod imperatur a Christo credere usum sacri calicis in sumenda Eucharistia: deinde quia ad usurpandum calicem jurejurando se obstructum ajebat. Ita quippe ab errorum satoribus fuerant instituti, ut jurarent se numquam hunc morem sententiamque mutatueros. Utroque errore per nostrum sacerdotem discusso, manus dederunt plerique et in Ecclesiae Romanae verba juraverunt. Restabant alii tamen in haeresi contumaces, et veritatem oblatam praefracte repellebant. Eorum pertinaciam expugnarunt milites, qui in ipsorum domos tamquam in hiberna sunt missi. Siquidem molestos ut summoverent hospites, audire sacerdotem vera nunciantem animum induxerunt, eique se dociles praebuerunt. Neque hic finis victoriae fuit. Vicini pagi, exemplo saniores facti, ne hujusmodi doctores armatos aere cogerentur, sponte deditiōnem fecerunt. Adeo pars est clementiae vexare tantisper acerutum ut eum sanes. Civitas Launensis in Commotovia sita est conspectu. In hac debellanda et vere fidei subjugenda, mensem Patres collocarunt. At tanta animorum inclinatio fuit, ut audiendi expiandisque poenitentibus agre sufficeret tempus. Vetula quaedam exspectando fessa, lamentari palam coepit quod plures jam horas sacri tribunalis aditu prohiberetur. Cui sacerdos: *Aequum est*, inquit, ut *paulum exspectes, cum te tamdiu Deus exspectaverit*. Et illa: *recte mones, aut septuaginta sunt anni quibus exspectatam a Deo me sentio*. Sella seu Sedetum, non longe pariter abest Commotovio. Ibi fere annus integer est consumptus. Tanta erat oppidanorum in lutherano dogmate retinendo pervicacia! Non illos crebrae Patrum conciones, non Dynastae jussa, non injecta quibusdam vincula commovebant. Ut demum a contumacia discederent, effecit perspectum discrimen inter nostros sacerdotes et Lutheri ministros, quorum tunc maxime unus in geneis habitare, et cum faece vulgi turpiter helluari solebat. Ea re animadversa, comparare etiam taciti cooperunt inducta a nostris ornamenta in sacras aedes, pictas tabulas caeteramque altarium supellectilem oppido splendidam ac pretiosam, cum calice vili e plumbō albo in quo ipsi ministrabatur caena Lutherana. Atque ex hoc discrimine discrimen utriusque religionis haud absurdā ratione aestimantes, catholici esse consensu maluerunt.

^{48.}
*Itemque Lau-
nenses et Sade-
tienses.*

Ne vero rediret aliquando prava novitatis libido, calicem unum e plumbō albo in tabulariō civitatis, ad memoriam ac dedecus lutherani nominis, servari jusserrunt. Quod ibi labore multo ac longo tempore, facilius citiusque successit ali bi. Proreperat noster sacerdos in oppidum Kerchovium, non tam docendi causa (nam aures diurnum error tenebat obstructas) quam explorandi, num quis daretur ad rem gerendam aditus. Templum ingressus, reliquam videt in ara maxima imaginem S. Jacobi Apostoli cujus exuvias Compostella servat, non infabre pictam et sua spectandam vetustate. Visebatur in ea tabula longus peregrinorum ordo, Compostellam e Bohemia pietatis ergo potentium. Quaerit noster quinam isti sint, quo, quid acturi pergent? Atque e populi responsis argumentum dicendi sumens: *Agnoscite, inquit, o cives majores vestros. En! illi doctrinam et religionem quam vobis novi eripuerunt magistri, et colebant domi et procul profiteri pulchrum ducebant. Cur avos imitari gloriosum perinde posteris et utile non sit?* Pauca haec verba negotium difficile quod Praefectus oppidi frustra tentaverat, conficerunt. Omnes sublati in caelum manibus vera dici conclamant; et qui natale solum tristi mutare exsilio parabant, in patria manere et ritus pristinos repetere decreverunt. Praefectus successus tam inexpectatus movit, ut S. Ignatium adderet S. Jacobo patronum oppidi, et imaginem utriusque in eadem aera conjungeret.

Non haec semper impune eveniebant. Alicubi enim praeventibus seditionis ministrorum vocibus, pris concionatoribus parauta pernicies erat. Leobergae quod Jauriensis Ducatus est oppidum in Silesia, succisa pridem fuerant mala errorum germina; sed manentibus in loco pravis eorum satoribus regerminabant. Ea dum convellere iterum impositus de Societate parochus studet, coorto populi tumultu aegre vivus evasit. E Saganiensi collegio venerat in pagum ejusdem territorii sacerdos die festo, verba facturus ad populum; jamque consenso suggestu perorabat, cum insilit a tergo unus paganorum, impegitque capiti fustem adeo graviter ut tantum non conficerit. Et conficiebat omnino, nisi e concione quispiam seu misericordia hominis innoxii seu instantis poenae metu, furentem percussorem coercisset. Quam huic invidenter martyri lauream, eam plane feliciter P. Matthias Burnatius tulit. Annos jam quatuor parochum agebat Libuni, qui agri Gitzinensis est pagus, indeque omnem regionem pagatim oppidatimque percurrent, gentem colonis evangelicis destinatum vitis et erroribus liberabat. Moram operi evangelico gravem semper fecerat oppidum Rowenskum. Albertus Valdesteinii Fridlandiae dux qui ibi rerum potiebatur, domandam oppidanorum pervicaciam remedii acrioribus existimans, et nonnullam vim adhibendam aegrotis ut sanarentur, copias in oppidum immittit. Exercitu consperto, concurrunt ex agris quasi ad propulsandum hostem tutandasque aras rustici armati. Miles numero territus, ne in arco concluderetur, abscedit re infecta ac ne tentata quidem oppidi oppugnatione. Burnatius interea Libuni, perfecta re divina in horto domus curialis inambulabat, nuncium expectans de intercepto Rowenscko quo ipse subsequi constituerat. Miranti nihil dum afferri de exitu militaris expeditionis, repente nunciatur adesse magno agmine Rowenskenses, ipsumque velut immissi militis auctorem ac necem querere. Ac momento post clamores inconditos perfringentium fores, seseque ad facinus adhortantium audit. Re subita perturbatus prorpere se per posticum statuit. At latrones locum undique seperant. Egressum inde et quantum pedibus poterat fugientem insecuri, facile adepti sunt. Nec mora. Unus ipsi lethale vulnus imponit, adacto in sinciput telo cuspidato. Alter irruens a tergo geminam plagam bidente furca infligit. Tertius denique plumbea glande praecordis incussa sternit examinem. Burnatio comes adolescens erat, qui auditio clamore spem salutis in fuga reponens, sternere equos Patri properabat ac sibi. Hunc in stabulo opprimunt saevi carnifices et iteratis vulneribus necant. Corpus omni exsustum indumento proiecunt in sterquilinium. At non impunita sceleris interfectoribus fuit immanitas. Biduo post miles ad eos persecundos Gitzino missus, caesis in acie quadraginta, duos ex nocentioribus vivos cepit, qui mox acti in rotam

Tom. II.

37

49.
Fructus concio-
nis unitus Ker-
chovii.

50.
Nostrorum peri-
cula et molestiae
ab haereticis.

51.
P. Matthias
Burnatius inter-
ficitur.

52.
Una occiditur
adolescens. In-
terfectores ple-
ctuntur.

patrati facinoris dignam mercedem haberunt. Incidit Burnatii caedes in V. Idus sextiles, eademque die cadaver sanguinolentum in templum collegii Gitzinensis delatum est. Et quamvis odio catholici nominis interfectum crederent omnes, ei tamen nostri justis de causis non aliter quam caeteris suprema persolverunt. Avectum una corpus adolescentis qui una fuerat interemptus. At eum Mariani Sodales, ut verum Christi martyrem, cum insigni pompa et copia lumin exulerunt. Gravis accidit Catholicis jactura Burnatii quippe operarii diligentis, quem nullum periculum aut incommodum, non asperitas hiemis, non incolarum rudis et proterva indoles ab evangelico labore removeret. Ejus potissimum industriae totus Gitzinensis tractus, non solum castigatos mores debebat, verum etiam plurimas aedes sacras restitutas, reparatas et ornatas. In excolenda juventute pollebat arte praecipua. Quae causa fuit, ut ejus praesertim curae Moderatores committerent seminarium Gitzinense centum et quinquaginta adolescentium, nuper a Valdsteinio conditum. Silesius gente erat, patria Rassemburgensis. Annum in vita decurrebat quinquagesimum octavum, in Societate quadragesimum.

^{53.}
Burnatii Elo-
gium.

^{54.}
Judeis cura
impeditur Pra-
gæ.

Haereticis multis rebus pares Judæi sunt, sed pertinacia superiores. His etiam impensus a nostris in Bohemia labor. Ingens illorum turba degebat Pragæ quos salvos Ferdinandus II cupiens, sacerdotem Societatis constituit qui concionem ad eos singulis sabbatis haberet, imposita si quis abesset multa. Mire se torserunt ut negotium disturbarent. Potentes patrōns auro et precibus quaesiverunt, sed frustra. Instante pro sua singulari pietate et erga Caesarem fide comite Martinio, piūm institutum in mores inductum est, ac si minus pervicaciam certe incitiam Judæi dep osuerunt. Audita re laudavit salubre inventum summus Pontifex hortatusque porro est Imperatorem ut pergeret, ac si qua fieri via posset Hebreos ab impietate revocando curaret. Nam de novis quibusdam ipsorum ritibus ac superstitionibus foeda multa et abominanda ferabantur. Caesar et cohortatione Pontificis et nativa pietate impulsus, vocato in deliberationem negotio cum patribus Societatis et Judæis aliquot doctioribus christiano nuper additis gregi, primum illud faciendum censuit, ut Haebreis libri exiliae quibus utebantur passim detraherentur. Deinde si quid in alias libros irrepsisset viti et erroris emendaretur. Demum ne quos praeolo subiicerent nisi examinatos diligenter et approbatos. Istarum rerum procuratio nostris hominibus tradita; quibus Imperatoris edicto ut dignum erat obtemperantibus, examinati plures sunt libri, pars proscripti multatis auctoribus, pars correcti. Quod demum ne impietas ultra glisceret cautum.

^{55.}
RES PROVINCIAE
AUSTRIACE.
Insignis con-
versio cuiusdam
Hebrei.

Idem circa libros Hebraeorum impositus nostris labor in provincia Austriaca. Et quia raro admodum evenit ex ea gente quempiam a pertinacia discedere, gratulatione ingenti exceptus est Hebraeus quidam medicus, nostrorum opera industriaque ad Christianum transgressus. Is operam Hungariae Proregi navabat; cumque sacrarum litterarum non esset rudis, movit quaestione super trito illo Genesis loco: *Non auferetur sceptrum de Iuda* etc. Eum a Christianis locum male intellectum contendebat, et argumenta quaedam sua Archiepiscopo Strigoniensi proposuit, responsum postulans. Praesul argumenta excepta litteris perferenda curavit ad Societatis theogum, qui cum ex ipsis Hebraeorum monumentis planum fecisset, divinum illud oraculum ita prorsus esse accipendum ut a christianis doctioribus exponitur, admirans Hebraeus, manus cum theologo per dies octo conseruit. Victor denique abjecit arma et in Christianorum partes concessit cum uxore ad fratre. Eos in aede Viennensi Professorum solemnī ritu baptizatos ab Archiepiscopo Strigoniensi, Caesar et Augusta de sacro fonte suscepserunt.

^{56.}
Haeretici, pra-
sentim nobilis,
ad fidem revo-
cata.

Caeterum quemadmodum in provincia Bohemica, sic et in Austriaca praecepsum operae pretium inter haereticos factum est, qui principalibus edictis salubriter territi et a nostris errorem dedocti, passim veritati assentiebantur; et plerique tam ex animo, ut magnopere gaudenter vim sibi factam a Princepe. Sed non tam numerus reductorum quam nobilitas in pretio fuit. Conjuræ Dynastæ præpotentis domini ab Herbenstein, virum, patriam, fortunas relinquere

quam Lutherum maluerat. Egressa in voluntarium exilium, incidit forte in hominem Societatis, ejusque revicta sermonibus, cum liberis quinque quos exsilii et haereses comites infelices habebat, catholica in patriam reddit. Dueae item fuerunt nobilissimi generis matronae, altera e Salmenium altera e Papenheimerum domo, quae oblatam a nostris veritatem amplexae sunt Viennae, et divinum Christi corpus, expiata catholico ritu conscientia, palam in aede nostra sumpererunt. Graecii ex primaria nobilitate viri septemdecim cum decem feminis, Indemburgi sex Stiriae proceres Lutherum similiter nostris hortantibus deseruerunt. Sed omnes singillatim percensere longum et molestum esset. Clagenfurti unum e praecipuis eius urbis Dynastis ita nostri ad autorem salutis perduxerunt, ut prius videri potuerit ab ipsomet salutis auctore ad eos perductus. Presus editio Caesaris, divenditis bonis quae satis ampla possidebat, alio demigrabat ubi more viveret suo. In itinere subversa rheda, parum abfuit quin periret. Ita servatus est tamen, ut coactus fuerit regredi curationis causa Clagenfurtum, quippe brachio luxato. Convaluit atque iter de integro adornabat. Ecce autem qua die proficiunt constituerat, corripitur dira febri. Jacenti ac saevis ardoribus aestuanti injecta mens, forte haud sine divino consilio fieri, quod jam secundo migrare prohiberetur. Evocari ad se unum e nostris jubet, quibuscum nullam alioqui habuerat antea consuetudinem. Ei quod animo agitaret aperit. Noster minime dubitandum videri Numinis voluntatem dicit, et haeresim ut abiiciat suadet. Fecit ille hand cunctanter, et quamvis jam prope desperatus a medicis, animo persanato, corpore etiam praeter omnium opinionem consanuit.

Multos etiam ex iis quos nullus impellebat metus, sola catholici dogmatis veritas per nostros homines demonstrata, sibi obsequentes fecit. Exemplo sit Joannes Ludovicus Nassavius Hadamariae Princeps, qui falsis calvinianorum argumentis captiosisque tendiculis, probe ut sibi videbatur armatus, ita sibi et cauae praefidebat, nullius ut Catholici disputationis congressum pertimesceret. Tamen Viennae cum esset, contracta cum nostris hominibus consuetudine, ab iis que protractus ad disputandum manus dedit veritati, tanta virorum principum gratulatione ac potissimum Ferdinandi Caesaris, ut ipsemet Caesar sacramento Ecclesiae obligatum, sacro chrismate muniendum ac confirmandum obtulerit Cardinali Clesilio urbis Episcopo, eidemque frontem rite ut fert consuetudo punctam, suis ipse manibus vita velaverit, praesentibus augustis liberis ac Principe Neoburgico. Quid deinde Nassavius suscepit ut subditos sibi populos ab haeresi vindicaret, infra narrandum erit cum de residentia Hadamariensi mentionem fiet. Nassavio merito adjungendus videtur Joannes Hofer, longe illi quidem inferior genere, sed doctrina multo superior. Huic propter examinare eruditonem demandata fuerat a suis provincia confutandi volumen P. Christophori Mayr e Societate nostra, de controversia fidei capitibus. Onus illustre magno animo subiit haereticus doctor, id unum studens ut veritatem quam a se stare omnino existimat propagnaret. Deumque obsecrans identidem, ut siquid esset in dogmate lutherano falsum sibi ostenderet. Ea mente refutationem aggressus, expendit adversarii argumenta, vetustatem cum novitate, suorum libros cum SS. Patrum monumentis comparat, seque hactenus cum suis errasse deprehendit. Mora nulla est. Ad Societatis theologum viennensem ex ultima usque Saxonia venit, a quo plenius institutus, non modo abjecit haeresim sed Societati se tradidit, omnemque deinceps operam in eo collocavit, ut discipulis olim suis et magistris vel eriperet errorem vel pudorem incuteret.

Etiam in Pannonia ubi per leges regni et pacta cum Caesare inita, impune profiteri quam quisque mallet sectam licebat, ad Catholicos transgressi multi sunt ex iisque plures opibus ac dignitate praestantes. Duo restabant e Tursonum familia totius regni clarissima fratres, Adamus et Michaël. Ambo hortata nostrorum errores patrios cum orthodoxa fide commutarunt. Ex eorum quin etiam bibliotheca locuplete, omnes Lutheri libri cum germanice tum latine scripti in collegium nostrum Tirnaviense transierunt, non inutiles futuri ad confutandum errorem. Tirnaviae haereticorum antistes fuit magni inter suos nominis qui superna

57.
Unus singulari
Numinis provi-
dencia respicuit.

58.
Jo. Ludovicus
Nassavius fit ca-
tholicus.

59.
Joannes Hofer
idem catholicus
cam amplecti-
tur.

60.
Plures in Hun-
garia Proceres
catholicis se ad-
jungunt.

collistratus luce, venit ex insperato in templum Societatis, dum maxime frequens aderat utriusque partis populus, progressusque ad concionem, cunctis admiratione defixis, professus palam est catholicam fidem, et causas cur id sibi faciendum censuisset, per duas continenter horas luculenter exposuit. Petrus Forgatzius vir item multarum in Hungaria opum, docentibus Patribus aures non invitus praebebat. Sed quamvis caetera haud aegre concederet unum concoquere nullo modo poterat, ut conscientiam sacerdoti aperiret, hoc humanum inventum, hanc lanienam animorum dictitans. Ad confessionis mentionem non cohorescebat solum subrecta prae odio ac metu coma, verum etiam sudore diffuebat. Tam inusitatum horrorem seu furorem potius mirabantur prudentissimi quique, nec temere a malo daemone suspicabantur injectum. Monitus ut Beatissimae Virginis opem imploraret, morem gessit. Inde multum compressus ille horror. Non animo jam non auribus mentionem confessionis respuere, imo nostros de hoc argumento disserentes libenter audire, donec oborta mira serenitate conscientiae, provolutus ad pedes sacerdotis, haereses toxicum funestam perturbationis causam evomuit. Demum in Transilvania cum cessisset e vita Bethlehem Gabor, quo de Principe multa sparsim indicavimus in superioribus libris, ejus uxor Catharina e domo Brandenburgica, quae studiosus catholicae veritatis occulite et in sinu esset, sublato viri metu, quod animo volutabat aperte profiteri non dubavit, vocatoque ad se homine Societatis, haeresim apud eum caeteraque onera conscientiae depositus.

^{62.}
*Uxor Bethlehemi
Gaboris se catholicam proficitur.*

^{63.}
*Societas per-
ricula in Tran-
silvania post Ga-
boris mortem.*

^{64.}
*Decennium no-
strorum codex,
sed nullo effectu.*

^{65.}
*Etiam in Hun-
garia Societas
periclitatur, sed
egregie defendi-
tur.*

At enim Gaboris mors, quando de ea incidit sermo, extremo discrimini Societatem objecit in Transilvania. Sublato nimurum Principe cuius permisso Societas stationes quinque in totidem ejus provinciae oppidis retinebat, cum tota regio civili bello flagraret, aliis Stephanum Bethlehem Gaboris fratrem, aliis Georgium Rakoczium nobilem Transilvanum eligentibus; religionis hostes oblatam sibi hos inter tumultus occasionem rati, nihil intentatum reliquerunt ut Societatem tota Transilvania pellerent. Convenerant regni ut vocant ordines Paradini, unusque factionis adversae signifer, prolatis in medium quae sub Georgio Botskajo decreta olim fuerant contra Societatem, accerrime contendebat ea rata esse ac firma oportere. Quod decretum si fieret, actum erat de mansione nostrorum in Transilvania. At Stephanus Erdelius generis nobilitatis nulli secundus studio religionis longe primus, torpentibus metu caeteris orthodoxis unus decretum ne fieret intercessit, tamque simul apte et graviter peroravit pro Societate, ut ita loquentem ipsimet adversarii laudarent ac mirarentur. Deo itaque sententias moderante decretum est, ut quibus in locis fuissent vivente Gabore socii, in iisdem consistenter; extinctis vero aut majorum jussi decedentibus, alii impune succederent. Displicuit vehementer haereticis istud decretum, cumque nihil obtinuerint jure, alia grassis via statuerunt. De Patrum, imo catholicorum omnium nece conspirant. Dies impio facinori destinatur Christo resurgentis sacer ut cum pro celebritate festi convenienter in aedem sacram, de repente trucidarentur. Et haud dubie sceleratas manus cruentabant innocentia sanguine, nisi Georgius Rakoczius qui aemulum pluribus suffragiis atque adeo Turcarum ope vicerat, consilia nefaria et vim sui principatus primordiis inimicam prohibuisset. Ad eam tamen forti animo perferendam parati erant Catholicci. Suos ipsos infantes in aedem sacram detulerant, cum dicerent satius multo esse ut Calvinianorum ferrum jugulo exciperent molles victimae, quam ut Calvini pestem aliquando animo admitterent. Sic discussum in Transilvania periculum, de quo scribens ad Mutium P. Stephanus Szinus, sociorum ibi degentium antiquissimus affirmabat, nunquam rem summam ab interitu propius abfuisse, et propitiam Societati providentiam Numinis evidenter in eo negotio, si usquam alibi apparuisse.

Nihilo plus profecerunt haeretici in Hungaria, qui nos inde pariter malo suadente genio deturbare conabantur. Alibi dixi de quadam lege ante annos viginti lata sub Rodulpho Rege, qua lege nostri vetabantur bona solo haerentia possidere in Hungaria. In eam legem Rodulphus necessario magis quam honeste consenserat, coactus difficultate temporum et clamoribus haereticorum, quorum

erat ea tempestate factio paevalida. Sed antiquata post breve tempus fuerat. Nullus quidem certe respectus ad eam sub Ferdinando II habebatur. Cum tamen hoc anno legati civitatum ad regni comitia convenissent, fuere qui legem eamdem denuo sanciendam et in mores inducendam contendenter. At qui comitis praeerat Prorex sive ut Hungari vocant Palatinus, Nicolaus Estehrasius vir fortissimus et notae in Deum ac Caesarem fidei, loquentes libere interfatus: *Ista, inquit, quam dicitis lex ut servaretur, ne tum quidem impetrare potuistis cum pro arbitrio cuncta ageretis, nobis per vim oppressis. Videamus jam an passuri simus eam nobis imponi, cum Caesar tantis opibus floret et nos paevalemus.* Quibus stomachose pronunciatis, plura effari volentibus vocem interclusit, nec amplius ea de re in conventu est facta mentio. Et vero paevalebant hoc tempore Catholici, non solum numero sed etiam dignitate. Itaque novis stationibus, frustra haereticis reclamantibus Societas aucta est in Hungaria, et ad novas utilesque missiones aditum sibi patefecit. Collegio Jaurinensi quod triennio ante constitutum vidimus, velut appendicem Ferdinandus Augustus addidit, collocata nostrorum residentia Comaromii, quod Hungariae inferioris oppidum est. Conservata deinde, ac multorum procerum beneficis locupletata est residentia Comaromensis, quos inter locum insignem obtinuit primo comes Michaël Adolphus ab Althan, qui templum S. Andreae olim dirutum et a se nuper reparatum Societati dedit; tum etiam Leopoldus Cardinalis a Collonistch qui ejus familiae tenuitatem et inopiam suis opibus tutatus est. Eodem anno quod pridem Homonae fuerat collegium Societatis, quodque per occasionem rebellionis Hungaricae disiectum demonstravimus, restitutum ex parte est, inductis in oppidum Pribus, qui fere prostratam a Lutheri et Calvinii asseculis religionem, una cum templo et domo Societatis iterum exercent. Hoc postea collegium, ut infra dicemus, Unguarium translatum est.

Sed nihil tam jucundum nostris quam quod eodem tempore magna facta est ad catholicum gregem accessio in variis oppidis et castellis Hungariae. In ejus parte septemtrionali Bitsa dominis haereticis parebat ab annis sexaginta, haeretica ipsa immo omnium errorum infame receptaculum et Lutherani pseudoeiscopi sedes et asylum, donec tandem in manus ditionemque piissimi quem supra dixi, Proregis Nicolai Esterhasii venit. Tunc redditio Catholicis templo, famelicus Pastor cui subducta fuerant vectigalia coactus est alias procul oves quaerere quas degluberet. Cumque deessent Bitsae qui agrum diu neglectum ac spinis tribulisque obsitum excolerent, in hunc usum Esterhasius adhibendos censuit operarios Societatis. Audierat populus ex prioribus suis doctoribus, Jesuitas nequaquam homines esse, sed conflata ex teterim feris monstra, cornibus instruta et unguibus, quibus ferirent mactarentque homines. Haec nimurum sparabant vaferimi sicophantae, ut simplex ac rude vulga a nostris arcerent. Itaque ut percerebuit adventare Jesuitas, certatim velut ad spectaculum concursum est. Principio minus circumstinent mox propius. Mirantur speciem humanam, humanam vocem, eloquium vero atque omnem agendi modum non humanum tantum, sed urbanum, sed liberalem. Inde omnes conqueri de suis ministris qui sibi tam insigniter imposuerint, atque hoc libertius avidiusque nostros docentes audire. Ne longior sim cultura tantum profecit, ut post annos admodum septem tam pauci reperti sint Bitsae haeretici, quam paucos catholicos aditu primo Societas invenerat. Ille ipse qui se Lutherani gregis Pastorem et Episcopum ferebat, oves secutus in ovile catholicum se recepit. Ne quid tamen dissimilem, multum ad subigendos animos valuit ipsius Proregis edictum quo vetabat ne quis in publico coemeterio nisi catholicus humaretur, neu matrimonia nisi adhibitis Ecclesiae caeremoniis jungerentur. Eodem anno Laevam, munitam Hungariae urbem, est immissa Societas ad sananda religionis vulnera. Ut tamen recipereperet, metus officii magister adhibendus fuit. Arcem obtinebat regius Praefectus tam nostris hostiliter infensus quam obnoxie Lutheranis deditus. Prandenti nihilque minus cogitanti nunciatur adesse Jesuitas cum litteris Caesaris, quibus jubebatur omnia ipsis tuta, salva et commoda praestare. Attonitus tristi nuncio diriguit.

66.
Comaromien-
sis residentia
constituitur.

67.
Restituitur col-
legium Homo-
nense.

68.
Operarii Societ-
atis Bitsam in-
ducuntur.

69.
Res illi gestae
annis septem.

70.
Nostris Laevam
immissi gravem
periculum in-
currunt.

Nihil ausus tamen contra Imperatoris mandata palam mutire, quaerebat quo pacto inimicos hospites clam oppido pelleret. Occasionem casus obtulit. Obierat per eos dies Lutherani verbi Minister cuius obitu cum vacuum relinquetur oppidi templum, illud nostri arrepto tempore occuparunt. Praefectus irritatum eare populum sentiens, seditionem occulte concitat si forte Patres, dum exturbant templo per vim, inter tumultum strepitumque necarentur. Accurrit reipsa multitudo, stringuntur gladii. Sed cum Patres in tempore dilapsi templum deseruerint seditio refixit. Praefectus spe sua frustratus non dejectus tamen, commodius rem confici veneno posse creditit. At fraudem subdorati Patres, nefaria consilia luserunt. Caesar interim certior de Praefecti improbitate factus, negotium dat Nicolao Forgatio militiae in illis partibus duci, ut Laevam primo quoque tempore se conferat, Praefectum moveat loco et Patrum securitati consulat. Quo celeriter jussa exsecutio, traditae sunt templi claves, Patribus hiscente nemine, ac post illud tempus faciles docentibus civium animi auresque patuerunt.

^{71.}
Sociorum mole
stiae et labores
Quinque eccl^{esi}s.

Difficilis catholica res gerebatur Quinque ecclesiis, quippe in urbe ubi Turca rerum potiebatur, et haeresis impune regnabat. Nostros ibi ut in statione commorantes vexabant quotidie haeretic contumelias et falsis accusationibus, Turcae verberibus etiam multisque pecuniaris, quibus insatiabilis avaritia nunquam expletur. Unus e Patribus hoc anno accusatus, quod Arianos in concione perfidos appellasset, iussus est aut igne dictum luere aut florenis quingentis. Quam summan quia Catholicorum egestas extricare non poterat, coactus est judex numerarius aliquid ex illa remittere. Reliquum aegre inventum persolutum est. Extra urbem in oppidis circumiectis et pagis, minus molestiae plus frugum erat. Quadriennio numerati qui sacramenta rite catholic usurparent ad duodeviginti circiter millia: haeretici ad legitimae fidei professionem adducti admodum trecenti: apostatae quadrigenti ad pristina Ecclesiae signa revocati. Multum ad propagandam pietatem conferebant Licentiati, quo nomine appellabant viri quidam probi nec indocti, quibus licentia potestasque per Episcopum fiebat ut baptizarent infantes, sepelirent mortuos, matrimonii contrahendis assisterent, verba facerent ad populum et alia quaedam munia Parochorum obirent. Ab iisdem magni momenti res hoc anno perfecta est. Nondum in his partibus ratio temporum redacta fuerat ad Ecclesiae romanae fastos, quales sub Gregorio XIII emendati prodierunt. Licentiati preto persoluto facultatem exculpserunt a Turcico Magistratu promulgandi festos dies e gregoriana calendarii emendatione. Obstiterunt vehementer Ariani, cum dicentes perturbari ea novitate nundinarum dies, confundi mercatorum codices, forenses actiones perverti et querelas suas ad Magistratum detulerunt. Ille habendi avidus satis habuit Licentiatum unum in vincula coniicere ut aliquid nummorum extunderet: quibus acceptis hominem solutum vinculis pristina potestate frui jussit. Quo denique novum ibi calendarium promulgatum atque usus receptum est, ipsis adjuvantibus Turcis.

^{72.}
Recipiuntur ibi
Gregoriana cor-
rectio calenda-
rii.

Jam ut caetera que per provinciam acta sunt expediamus, duo per hoc tempus nata sunt externae juventutis seminaria et Societatis disciplinae subjecta, Linciente et Goritiense. Prius illud quod Pauperum dicitur, nullo fundatore proprio, nullo certo proventu gaudet, sed multitatis pecunia et piorum eleemosinis studiosos adolescentes qui angusta re familiari utuntur alit. Ejus auctor P. Georgius Koldren fuit. Goritiense munificentia Joannis Baptista comitis a Verdenbergio sat commode fundatum est, et Verdenbergicum de conditoris nomine appellatum. Istiusmodi bonarum artium officinae multae parabantur, nisi exortae belli tempestates Germaniam prope universam misere devastassent. Quaedam inter haec praeter usitatum modum acciderunt quae cum utili documento esse possint legentibus, silentio praeterunda non sunt. Tirnaviae unus ex primoribus opibus, dignitate, auctoritate insignis Lutherum in sinu et oculis ferebat. Saepa a nostris monitus, saepè oratus ut verum videre vellet monitores pios ridebat. Oppressum gravi morbo rursus idem ac vehementius obstestari, ut doceri saltem patetur. Annuit denique, utque perspicaci erat ingenio, vera esse quae dicebantur concessit. At urgentibus ut mutaret fidem, unum hoc respondebat: Quae erit

^{73.}
Eriguntur se-
minaria, Lin-
ciense et Gor-
itiense.

^{74.}
Contumacia
horribili exem-
pto punita.

hominum opinio de me si morbo et mortis metu fractus, sententiam tot annos probat: mutasse dicar? Interea crudescit morbus, vita desperatur. Accurrunt amici catholici, obsecrant ut animae pereunti consulat. Quibus ille distorquens os atque oculos: desinite, actum est, inquit. An non videtis istos ex inferis carnifices? Jam illuc trahor, jam dimidia mei parte uror. Hisque in verbis infelicem animam exhalavit. Claudiopoli civis quidam secta Arianus, moerore perditus ob ingentem rei familiaris jacturam stygios satellites auxilio vocaverat. Illi non divitias uti sperbat, sed plagas dedere ligatumque per montes et avia nemora raptaverunt. Cum reportatus ab iis fuisse domum semianimis, neque remedii quidquam adversus malos genios qui eum subinde incurvabant occurreret, senatus licet haereticus opem a nostris expetit. Illi consuetas Ecclesiae preces recitare aggressi ceream Agni caelestis bullam e miseri collo demisere, eidemque potandam dedere aquam consecratam. Iterato sacri laticis haustu molestae vexationi exemptus est. Leobii ad unum quemdam e nostris poenitentiae forum agentem accessit in conferta turba ignotus juvenis, totque tam impias in Deum contumelias coepit evomere, ut inhorrescens sacerdos quaesierit ex eo satis ne sui compos esset? cui juvenis: Et sanus sum quam qui optime, ait, et tunc solum desipui cum Deum superosque aliquali obsequio demereri studui. Perrexitque malis actus intemperiis dicere esse se Deo inimicissimum ac porro fore. Nullam sibi quidem relinqui salutis spem; at solatio esse quod apud inferos numquam esset desiturus contumeliosas in Deum voces jactare et ab aliis jactatas audire. In tantam miser desperationem dementiamque devenerat. Sacerdos merito ambigens quale portentum hominis istud esset, ac forte malum daemonem humana forma suspicans: Age vero exceptit. Quid si iste quem tantopereaversaris Deus et injuriarum gratiam tibi offerret primus, et sempiternam felicitatem volenti esset daturus. Negantem id ita fieri posse ac suspirantem, urget explicanda divinae misericordiae magnitudine, quam tot olim scelesti deinde sanctissimi et in caelum recepti viri loquerentur. Deinde vadem se veniae consequendae, se sponsorem salutis, si modo admissa ex animo detestetur facit. Hic vero vim admirandam adipirantis e caelo Numinis perspicere licuit. Ille nuper tam contumax et suomet judicio damnatus, subito oppletus lacrimis, totius vitac confessionem peregit tam intimo doris sensu, ut aegre animam reciprocaret nec voces mitteret nisi singultibus impeditas. Expiatus rite et in alium prope hominem versus, quod supererat diei noctemque proxime consecutum exigit in eodem templo insomnis, jejonus, nullum modum deflendis prioris vitae noxis faciens, donec postridie mane divinis mysteriis refectus, domum longe alio quam venerat mentis habitu redit.

Similium exempla sunt in monumentis Poloniae et quibus unum alterumque juvat attexere. Urebatur bello Svecico florentissimum regnum, dumque adversus hostem crebris victoriis exsultantem expediuntur a regiis praefectis arma, sacrorum ubique Antistites ac viri quique religiosi, caelestium irarum piacula conquirebant. Nostri praeter solemnes supplications quea multis in locis habitate sunt pari frequentia et pietate, corrigendis praecipue populi moribus dabant operam perque usitata ministeria mortales ad detestationem criminum excitabant. Socii Lublinenses in circumiectam regionem egressi, praeter alias bene multos, anum expugnarunt annorum septuaginta quea malis quibusdam artibus et praestigiis vatis famam quaerebat, et nonnulla interdum ex vero praenunciatis, rudi populo illudebat; quodque deterrimum, plures adolescentulas ad eamdem nequitiam instituerat. Nefariae institutionis ea prima lex erat, ut simulante confiterentur sacerdoti peccata. Hic primus velut gradus statuebatur ad scientiam futurorum. Caetera huic praecludivi consentiebant. Jam ergo resipuit anus improba, neque solum suas ipsa labes sincera confessione detersit, sed praeterea puellas suae disciplinae alumnas ad sacerdotem adduxit, quea item animi detexerunt ulcerata et saniem evomuerunt. Simile beneficium Deo miseranti debuit Ravae senex longaevus, sed flagitiis quam annis gravior. A puero abductus in servitatem, partem aetatis maximam egerat apud Scythas; utque in medio nationis pravae in omnem vitae licentiam effusus, cum alia vitia tum illud maxime propudiosum et abominandum contraxerat,

75.
Quidam a malis
Daemonis vexa-
tione liberatur.

76.
Sceletus a sum-
ma desperatione
ad poenitentiam
adductus.

77.
RES POLONIAE.
Conversio cuius-
dam vetulæ pro-
pe Lublinum.

78.
Alii a vitiis sin-
gulari ope Nu-
minis abstracti.

ut libidinem expleret in belluis. Creverat ut ferme usuvenit cum aetate vitium, quamque semel induerat consuetudinem adolescens eam capularis et recocitus senex retinebat; et immane flagitium majore cumulans scelere, etsi poenitentiae forum adiret interdum, eam tamen animi labem pudore malo victus numquam degebat. Ecce autem hoc anno sistit de repente se nostro sacerdoti, et confessio- nem a primis vitae annis exorsus, tot scelerum infandam seriem fletu madidus evolvit. Ut noxiun pudorem excuteret, victimum se ajebat iteratis, monitionibus viri cuiusdam de Societate, cujus sibi species haud semel oblata dormienti esset. Hunc vero fuisse P. Joannem Touruski quicum usum in Scytica captivitate contraxerat, affirmabat. Paulo acriori admonitione castigatus Ostrogii emendatusque est unus e collegii famulis, mala nescio qua peccandi assuetudine implicitus. Jacenti siquidem alapam infregit gravissima specie vir in ueste Societatis (B. Patrem Ignatium ipse credidit), durioribusque verbis increpitum quod in domo Deo sacra flagitiose, viveret, ad confessionem piacularum compulit.

^{79.}
Scolasti quidam
pietatem publice
irridens Leopoli.

At Leopoli ita puniti sunt Deo vindice juvenes aliquot improbissimi ausi publicam pietatem religionemque habere ludibrio, ut posteris exemplum triste reliquerint divinae severitatis. Rem ego legentibus utilem ut opinor futuram, non perfuctorie exponendam censeo. Instituerant haud ita pridem ea in urbe nostri morem ubicumque Societas est usu receptum, ut per triduum ante cineraria publicae venerationi prostaret incruenta Hostia, idque cum quanto posset maximo apparatu ac pompa, ut hoc quasi freno contineretur bacchanalium licentia et a vanis spectaculis propudiiosisque ejus temporis oblectamentis, ad cultum Numinis avocarentur mortales. Displicuit salutare institutum viro, quam claro natibus tam inter caeteros flagitoso et audaci. Veritus ne si pia invalesceret consuetudo, voluntas eorum dierum et lascivia frigeret, ut eam in ipso ortu convelleret dare plebi spectaculum statuit non minus impium quam inficetum. Coligit juvenum personatorum turmam atque incedere per urbem jubet eodem ordine ac ritu, quo piae peragi supplications consueverunt. Praeibat grandis imago Christi in cruce suffixi (dictu nefas) confecta ex botulis, tucetis, petasonibus aliisque id genus salsa mentis artificiose dispositis. Circa illam efficta ex simili materia duo humana capita et mortuorum ossa in decussim composita gestabantur. Sequebantur longo ordine personati altera manu calices, altera thyrsos bacchantium more quatientes. In medio oenophorum ingens mero plenum devehebant. Claudebat agmen sceleratum fletus sacerdos, pileo quadrato teetus, qualem in sacris usurpare sacerdotes solent. Sic per urbem vagati cum ad collegium Societatis venissent, totum cum laeto tripudio et clamore dissono circumierunt, obvio interea cuique plenis calicibus propinantes, insani etiam clamoribus compellantibus inclusos domi Patres eosque ad comptandum invitantes, magna offensione populi, qui tunc maxime frequens in templo erat et divinam Hostiam in altari propositam adorabat. Placebat sibi de praeclaro invento quem dixi auctor nefandae fabulae, actores impii applaudebant. Ad Deum non irrideri quod illi nondum didicerant, malo didicerunt suo atque alios docuerunt. Primus violatae religionis poenas dedit qui sacerdotis personam referebat. Eas enim inter rugas triumphantem ignea repente glans incertum unde missa, transfixit dejecitque in foveam oppletam luto, ubi momento expiravit. Brevi intervallo secuti sunt alii duo ex nocentioribus, qui se in illa impiate praecipue jactaverant. Unus eadem die datus in praeceps, cervices fregit. Alterum qui cubitum jerat temulentus, mane mortuum invenerunt exerta foedum in modum lingua. Nec impium facinus impune tulit rei totius artifex et architectus; sed hujus tanto miserabilior poena fuit quanto prolixior. Non uno accusatus crimine, rapinarum praesertim accersitus, dignitate ejactus, redactis in fiscum bonis, egens, infamis, vitam aerumnosissimam egit aliquamdiu, omnibus gravis ac sibimet; donec purulenta cooptus scabie eaque sensim consumptus, nullo edito poenitentiae signo nullius adjutus opera sacerdotis decessit. Sed meliorum exempla non defuerunt.

^{80.}
Divinitus pu-
nivuntur, ac se-
vere admodum.

Sociorum res
gestae Lublini,
et Ostrogii.

intulerunt. Intra urbem vero ex Arianis et Calvinistis, quae duae praesertim sectae pollebant, viginti minimum capita Catholicis aggregarunt. Ibidem factio nobilium haereticorum omnia moliebatur, ut ministris haereseos qui pridem decreto civitatis fuerant urbe pulsi, redditum impetraret. His molitionibus obviam euntes nostri, ne cives factum mutarent tenuerunt. Ostrogii cum Ecclesia conciliati sunt apostatae septem et quinquaginta, ex iis vero qui in haeresi nati educatique fuerant plus triginta. Nec pauci Ruthenorum relicto Antistite Constantinopolitano, in fidem Romani Pontificis se contulerunt. Erat ibidem virgo calviniana a malo daemone ut certis apparebat indiciis occupata, cuius ore loquens nequam spiritus, et varias usurpabat linguis et multa doce eruditque supra naturalem puerilae facultatem respondebat. Auditus est aliquando cum diceret quae ad disturbandum Jesuitarum collegium moliti essent cives, ea coepit fuisse instigante se, quod eam hominum nationem experiretur ubique inimicissimam, nec ubi essent illi licet sibi pacate consistere. Talia garrientem adortus de Societate sacerdos in ipsa aede collegii, e corpore quod male oppresserat ringentem frustra et obgannimentem fugavit, magna omnium admiratione, praesertim haereticorum quorum in frequenti corona res acta est. Ravae cives ordinis honorarii itemque multi e territorio nobiles, coierant nuper in sodalitum divinae Matris sine labore conceptae, et solemnes conuentus in collegio nostro celebrabant. Accidit ut in proximo detergeter pestifera lues, quae cum ingravesceret sensim, merito verendum erat ne urbem ipsum corriperet. Augebant ingruentis mali terrorem copiae que in ea loca ex Prussiacis castris hiematum veniebant luc contactae. Sodales ad avertendam calamitatem ipsa die conceptae Virgini sacra, voto sese obstrinxerunt divinae matri: nec frustra. Civitatem in tanta mali propinquitate, quod vix erat sperandum pestilentia non attigit; idque beneficium pii sodales Patronae sue ferentes acceptum, se voti reos crediderunt quod deinde exsolutum est. Graudenti contra et stragem luctuosam edidit lues, et nostris in ea statione commorantibus pulchri laboris materiam mortisque non ignobilis causam praebevit. Tres aegrorum ministerio se devoverant sacerdotes et unus fratum. Dum piam singuli procriptionem tum intra urbem, tum in hibernaculis militum magno gerunt animo, nulloque respectu valetudinis suae querunt alienum salutem, omnes in tam praeclaro opere vitam posuerunt. Fuerunt ii patres Sebastianus Corsovius, Joannes Chrantonius, Joannes Laznovius et frater Stephanus Zagrenskius quorum nomina in libro vitae ut credere pium est scripta, hac etiam qualicumque annalium immortalitate frui debent.

Praeter ita mortuos sublatus est Cracoviae in medio sanctissimae vitae cursu P. Adamus Gorski magnum jam tum provinciae lumen, et majus si vita superstes esset futurus. Anno tertiae ut loquimur probationis, pio effervescent ardore jurejurando se obstrinxerat ad quaerenda in rebus omnibus, quoad ejus fieri posset, haec duo: maiorem Dei gloriam et maximam depressionem sui; quo voto nihil fingi difficultus et excellentius potest. Et quantum ex omni ejus dicto factoque judicari poterat juramenti fidem sancte servabat. Divinam rem eo faciebat conatu mentis animique, ut corpus ipsum fatisceret, sudore diffueret ac viribus linqueretur. Inde crebrae post sacrificium defectiones ac debilitas tanta ut aegre se sustentaret. Horas ut vocant canonicas ita percurrebat, ut quod pronunciabat ore idem animo ruminaret ac lente meditaretur; dicere solitus inesse divino huic officio saporem quemdam longe scitissimum qui si gustaretur a sacerdotibus, non oneri id pensum sed voluptati foret. Saepe ante sacrosanctam Eucharistiam perstabat ad plures horas immotus, incenso vultu ac profluentibus ubertim lacrimis, quae species pietatem intuentibus inspirabat. Corpus velut hostem domesticum ita tractabat, ut nunquam aliquo careret sensu doloris. Diversa sibi praefinierat cruciatum genera: quadam quotidiana eaque mitiora ac fere communia: quadam exquisitoria, sed non nisi semel intra mensem adhibenda. Prioris generis erant jejunia, cruentae verberationes, zone cilicinae circa lumbos ductae aliaque hujusmodi. Posterioris haec ferme erant. Ungues qua molior ac torosa caro iniiciebat sibi lacerbatque pellem. Dein ceram liquatam

Tom. II.

38

82.
*Mali daemonis
testimonium de
Societate.*

83.
*Ravenses ope
Deiparae a pesti-
lentia servantur
immunes.*

84.
*Socii tres in ae-
grorum ministe-
rio occubunt
Graudenti.*

85.
*Mors et Elogium
P. Adami Gor-
ski.*

urentemque apertis vulneribus guttatum infundebat. Alias brachia aliamve corporis partem admota taeda aut candente ferro adurebat. Eas denique piae crudelitatis artes ingeniosus sui tortor excogitabat, quas mirari magis quam imitari liceat. Tantam animi contentionem tantamque afflictionem corporis natura ferre non potuit diu. Cum itaque ad annum vix trigesimum septimum produxisset vitam, dum maxime theologicam tradere facultatem majorum imperio parat, peracerbo mersus est funere ad XIV. Cal. Januarias.

86.
Fundatur dominus tertiae probationis Jaroslavie.

Idem annus nonnullis in eadem provincia domiciliis natalis fuit. Jaroslaviae ad collegium quod jamdiu habebamus, accessit dominus tertiae probationis, eamque nobis populi pietas erga B. Virginem peperit. Veterum erat prope urbem templum prisca religione sacrum. In eo visebatur Deiparae imago antiquissima quae quotidianis miraculis et ingenti concurso Polonorum et Russorum celebrabatur. Ad augendam loci religionem templi cura sociis Jaroslaviensibus demandata est. Quo vero commodius ea defungentur cura, Anna Stembergia matrona aequa pia ac locuples, domum illis aedi sacrae vicinam comparavit. Ita factum residentiae initium quae postmodum amplificata, sacerdotes nostros tertium probationis annum obeentes accepit. Ortu collegii Ouruciensis et si in idem tempore tempus incidit, paulo altius est repetendus. Alexander Ignatius Jalec parente natus locuplete ac nobili in Russia, eodemque Ruthenici schismatis pertinaciter studioso, catholicam amplexus erat fidem invito patre. Ob eam rem ab inhumano parente ejectus domo ac destitutus a suis profugerat Lublinum, ubi nostris inopiam pueri sustentantibus, litteris operam tamdiu dedit, dum Societatem est ingressus, anno labentis saeculi vigesimo secundo. Antequam solemnum professionem P. Alexander ederet cessit parens e vita, ejusque obitu opima ad filium haereditas rediit. Ille in paternis bonis oppidum, in oppido collegium sui ordinis condere decrevit et utrumque circa hoc tempus praestitit. Oppido quod faeli ac rudi opere et materia excitatum est, nomen fecit a S. Francisco Xaverio quem praecipuo colebat studio. In eo domum Societatis cum templo struxit et minoribus pagis attributis dotavit. Accidit post annos ferme sexdecim, ut oppidum istud Cosaci perduelles delerent. Cum superessent tamen bona collegio attributa, pacatis rebus translati sunt socii proximum in oppidum Ourucium, ubi etiamnum collegium habet Societas, ejusque fundatorem quem supra nominavi P. Jalecum appellant.

87.
Initia collegii Ouruciensis.

Novis per idem tempus sedibus amplificata est provincia Lithuaniae. Novogroda sive ut alii malunt Novogordia, inter praecipuas magni illius ducatus urbes merito numeratur. Solebant ad eam currere identidem homines Societatis et collegio Nesviensi, non amplius decem milibus passuum inde disjuncto; et accidebat illorum labor quam fructuosus tam prope dixerim necessarius, ob colluvionem haereticorum et schismaticorum, a quibus civitas contaminata omnis erat. Cum in dies major ex ejusmodi excursionibus caperetur utilitas, multique cohortatione nostrorum pestilens erroris toxicum quod male hauserant subinde despuerent, Joannes Moszinskius vir et splendore majorum et sua virtute clarissimus stationem illis mansuram attribuit. Eam magnis deinde beneficiis auxit Joannes Holoronia vexillifer Novogrodensis, ejusque conjux femina lectissima. Nec poenitendum appendicem Martinus Gradonskius in eadem urbe Parochus eximie pius ac Societatis studiosissimus addidit: quibus adjuta subsidiis residentia Novogrodensis paulatim ad collegii statum pervenit. In Trocensi Palatinatu atque ad ipsum annum Chromi et Viliae confluentem est Cauna, civitas populosa et subeuntibus e mari Baltico navibus mercibusque locuples. Eam nostri urbem crebris ac fructuosis missionibus excolebant, cum Andreas Skoruskius nobilis Lithuanus, ut perennaret culturae fructus praedium alendis quatuor Societatis hominibus assignavit. Primarii fundatoris liberalitati accesserunt postmodum multorum beneficia, donec Caunense domicilium decursu temporis in collegium assurrexit. Id nomen nondum adepta est residentia Bobroyscensis bonis caeteroqui inititis ad perennitatem constituta. Bobroysci quod est Russiae oppidum sed Lithuaniae ditionis, nota jam pridem erat Societas,

88.
*RES LITHUANIAE.
Fundatur collegium Novogrodense.*

89.
Primordia collegii Caunensis.

Novis per idem tempus sedibus amplificata est provincia Lithuaniae. Novogroda sive ut alii malunt Novogordia, inter praecipuas magni illius ducatus urbes merito numeratur. Solebant ad eam currere identidem homines Societatis et collegio Nesviensi, non amplius decem milibus passuum inde disjuncto; et accidebat illorum labor quam fructuosus tam prope dixerim necessarius, ob colluvionem haereticorum et schismaticorum, a quibus civitas contaminata omnis erat. Cum in dies major ex ejusmodi excursionibus caperetur utilitas, multique cohortatione nostrorum pestilens erroris toxicum quod male hauserant subinde despuerent, Joannes Moszinskius vir et splendore majorum et sua virtute clarissimus stationem illis mansuram attribuit. Eam magnis deinde beneficiis auxit Joannes Holoronia vexillifer Novogrodensis, ejusque conjux femina lectissima. Nec poenitendum appendicem Martinus Gradonskius in eadem urbe Parochus eximie pius ac Societatis studiosissimus addidit: quibus adjuta subsidiis residentia Novogrodensis paulatim ad collegii statum pervenit. In Trocensi Palatinatu atque ad ipsum annum Chromi et Viliae confluentem est Cauna, civitas populosa et subeuntibus e mari Baltico navibus mercibusque locuples. Eam nostri urbem crebris ac fructuosis missionibus excolebant, cum Andreas Skoruskius nobilis Lithuanus, ut perennaret culturae fructus praedium alendis quatuor Societatis hominibus assignavit. Primarii fundatoris liberalitati accesserunt postmodum multorum beneficia, donec Caunense domicilium decursu temporis in collegium assurrexit. Id nomen nondum adepta est residentia Bobroyscensis bonis caeteroqui inititis ad perennitatem constituta. Bobroysci quod est Russiae oppidum sed Lithuaniae ditionis, nota jam pridem erat Societas,

90.
Ortus residenciae Bobroyscensis.

quod illuc e collegio Nesviensi percurrere identidem praeeones evangelii solerent. Eorum frugiferos labores considerans hoc anno Petrus Triszna, Palatinus Parnaviensis et Bobroycensis, ut vocant, capitaneus, faciendum sibi statuit ut ibi Societas perpetuo consisteret. Justo itaque censu attributo stationem fixam Societatis in ea urbe fundavit. Ad hoc etiam tempus referenda sunt primordia residentialae Duneburgensis licet ex temporaria in perpetuam versa non sit, nisi circa annum saeculi quadragesimum. Livoniae munitum oppidum est Duneburgum, et a fluvio Duna paefluente dicit nomen. Livoniam vastabat ut alibi narratum est, Gustavus Adolphus Svecorum Rex, jamque captis vi aut deditione pluribus oppidis imminebat Duneburgo; cum expeditas ad pugnam copias illi Alexander Corvinus Smolenskensis Palatinus objecit. Priusquam committeret paeleum votum concepit Corvinus collocandae Duneburgi Societatis si vicit discederet. Vicit nec ita multo post inventis in urbem sociis, votum cum fide solvit. Restiterunt ibi ut in hospitio aliquot Patres et cum urbem ipsam, tum agrum circumiacentem usitatis ministeriis excolere instituerunt. Effusi inde in Lotaviam, regionem incultissimam peragrantes portenta quaedam errorum ac superstitionum invenerunt, nec sine gravibus periculis profligant. Indigenae sacris catholicis penitus destituti erant. Quidam in antris nemorum degere soliti, non multum a belluis discrepabant. Arbores annosas colebant instar numinum. Vix adducti sunt ut eas excisci earumque loco cruces erigi paterentur. Etiam in Livonię interiorem progressi sunt Patres, atque inter caetera spolia haeresi rapta neptem Vendensis Episcopi ad partes catholicas traduxerunt, frementibus Lutheranis ac vociferantibus, impendere magnam augustanae confessioni cladem, si diutius ibi Jesuitae morarentur. Qui non idcirco pervincere potuerunt ut sua sede Societas exturbaretur.

Hoc potuerunt Batavi in provincia Flandrobelpica, quorum malevolentia collegium Silvaducense amissum est. Quae Pilva Dueis dicitur, urbs est inter Brabantiae munitissimas ad amnem Desam. Collegium amplum habebat ibi Societas ab annis viginti, in quo socii viginti octo degebant. Batavi hanc oppugnare urbem aggressi, post obstinatam quinque mensium obsidionem, fortissime licet resistentem, inopia nitrati pulveris ad deditionem coegerunt. Capti urbe haec praeter alias victimi imposita lex, ut Episcopus omniumque ordinum sacerdotes, nisi si deserere mallent catholicum cultum, sua omnia quae efferri possent secum habentes oppido demigarent. Spatium duorum mensium ad deliberandum statuebatur. Praecerat tum forte ut sors tulit collegio percurrenti Rector ultimus, qui primus nascenti praefuerat P. Walterus Clericus. Is indignum ratus in re tali spatium sumere ad deliberandum, relictis in urbe sociis tantum quatuor qui ad concessum tempus solatio essent catholicis, statim partem suorum imposuit navibus cum sacra domesticaque supellectili quae vehiculis exportari non poterat, ac proficiisci Antwerpiam jussit. Ipse cum agmine sociorum duodeviginti pedibus eodem contendit. In digressu videre licuit quanta vulgo esset caritas Patrum. Non alias facies civitatis tristor, ne tum quidem cum durissima obsidione premebatur fuerat. Quacumque transierunt a domo ad portam urbis, effusi turmatim cives omnis aetatis atque ordinis, discessum ipsum et orbitatem suam multis cum lacrimis lamentabantur. Vedit discedentes Henricus Fridericus Princeps Arausicensis Batavici exercitus imperator, ac miserabilis specie commotus, perhumanius uti semper solebat compellatos lenire consolarique studuit, tum honore verborum tum etiam datis curribus quibus Antwerpiam deferrentur. Ad didit tibicinem qui toto praeiret itinere, et tutos inviolatosque ab militum injuria praestaret exsules. Leve id quidem pro accepto damno solatium nec certe sanando vulneri acerbissimo par; quod tamen ad benevoli Principis recordationem his annalibus consignandum fuit.

Longe ab Arausicensis benignitate distabant caeteri Batavicae reipublicae Principes. Romanos sacerdotes ac nostros nominatim tanto insectabantur atrocis, quanto graviorem habere se causam irarum putabant. Nam quia Henricus Vendenburgius Hispanorum dux, ad disturbandam quam dixi obsidionem

91.
Duneburgi statio
Societatis
collocatur.

92.
Eius primi fru
ctus in Lotavia
et Livonia.

93.
RES FLANDRO-
BELGICAE.
Amittitur colle
gium Silvadu-
cense.

94.
Benignitas Prin
cipis Arausien
sis erga nostros.

95.
Durius haben
tur nostri in
Hollandia, et
quare.

silvaducensem abstrahendosque inde Batavos, transmisso fluvio Isala adjunctisque sibi auxiliaribus a Caesare submissis, exercitum deduxerat in Veluviām, totumque illum Gueldriæ tractum occupaverat, Amsfortium aliaque minora oppida Ultrajectinae ditionis expugnaverat, multum denique Hollandiæ detrimenti et plus terroris intulerat; id omne illi factum arbitrantes instinctu præsbyterorum et maxime Jesuitarum, proindeque populationem agrorum suorum ac caeteras belli clades ipsi imputantes, dolorem inde conceptum in iisdem ultum ibant. Hinc decreta pridem facta adversus Societatem severius exerceri coepit. Hinc perquiri diligentius Patres, quorum quidem multi insidiās non aliter quam singulari præsidio Numinis evaserunt. P. Petrus Laurentius Amstelodami jam tenebatur; sed cum esset licitoribus de facie ignotus ex ipsis eorum manibus se proripuit. Missioni universae praeerat P. Jacobus Tirinus, vir ille editis in sacra biblia commentariis orbi notus, partemque apostolici laboris maximam sibi sumebat.

^{96.}
*Aliqui aegre ex
manibus perquisi-
tūti eva-
dunt.*

Ut vero oculos proditorum falleret et irruptiones satellitum, latebras alias ex aliis perpetuo mutabat. Duo fuerunt præstanti animo Patres, Egbertus Vilsteren et Georgius Bronchorstius quos ex Belgio catholicō venientes in ipso itinere milites intercepserunt. Detenti in honesta custodia ad sex menses nec nisi pretio persoluto dimissi, perrexerunt nihilominus quo iter instituerant progredi, et sociis inter Batavos desudantibus auxilio venerunt. Jam ex omni fruge quae in hoc solo uberrima lecta est, nihil aquæ messores evangelicos delectavit, ac insperata conversio viri cuiusdam nobilis patria Leovardiensis, de quo haec in litteris reperiebam. Haeresim Memnonistarum combiberat puer ab eaque nullis cuiusquam argumentis depelli grandaevus poterat. Vir caetera integerrimis moribus et contra indolem sectæ adeo non infestus Catholicis, ut eos amaret potius, ac saepe cum erat in magistratu ab injuriis gregalium defenderer. Habebat in matrimonio feminam professione catholicam et eximie pianam; neque solum ut paternas pro arbitrio religiones ipsa coleret, sed et communes liberos ut catholicos educaret ei permittebat, cuius rei causa nostris sacerdotibus libertissime præbebat hospitium cum iisque familiaritatē contraxerat. Is ergo vir in quo nihil præter haeresim reprehenderes, incidit forte in morbum ut videbatur insanabilem. Uxor de salute sempiterna viri sollicita, arcessiri unum e nostris ipsi notum ac familiarem jubet. Advolat Pater; quaecumque res ac tempus poscebat decumbenti occinit. Nihil proficiebat. Turpe nimurum videbatur seni, quam coluisse a puero religionem in extremo vitae deserere. Hoc velut clypeo pii monitoris impetus repellebat, et contumaciam protegebat. Cum frustra essent caetera, secedit in vicinum conclave cum tota familia sacerdos. Ibi provoluti omnes in genua, rogare obnixe Deum ut bonam misericordiam det. Uxor priusquam secederet, precata virum ut secum ipse tantisper recognitaret audita, quiddam ex reliquiis B. P. Ignatii latenter supposuerat cervicali ad vim mali daemonis compescendam. Nec male collocatam fiduciam sensit. Hora vix interlapsa, aeger ex insperato vociferans, victoriā semel atque iterum inclamat. Accurritur. Ille oculis nunc in caelum sublati nunc in sacerdotēi blande conjectis, abiisse victimam superbiae principem confirmat, se jam mente ac voluntate catholicum esse. Hinc execratus haeresim, Deoque simul et Ecclesiae reconciliatus et sacramentis morientium munitus, laetus horam opperiebatur ultimam, cum praeter omnium spem, morbo paulatim remittente convaluit. Notior erat tota Frisia cum ob generis dignitatem tum ob famam prudentiae vir, quam ut res latere diu posset. Ea vero perulgata multi ex eadem Memnonis secta, reputantes virum tam in vita mortisque confinio positum, haud sane temere mutare sententiam voluisse, ipsius sequi exemplum, quam fabulosa doctorum suorum præcepta maluerunt.

^{97.}
*Baereticī cuius-
dem aequitas
et conversio sin-
gularis.*

Dum haec geruntur in provinciis Foederatorum, in iis quae Regi catholico parabant inusitatus incubuit nostris hominibus labor, a militibus qui in hiberna concesserant. Dum enim Vendenburgius ductis trans Isalam uti dictum est religis copiis, continentis victoriae impetu progrederit in Hollandiam, Vesalia urbs permunita trans Rhenum flumen ubi horreum exercitus fuerat constitutum, dolo ab hostibus intercipientur. Quo necopinato belli casu cum deesset annona, nec

^{98.}
*Nostri militum
curam gerunt in
hibernis.*

eius explicandae in hostico facultas esset, Vendemburgius ne penuria commeatum periret exercitus, referre pedem cogitur et legiones in hiberna dimittere. Ruremondam, Trajectum ad Mosam Lovaniumque reducti sunt ad hiemandum milites, sed fame morbisque adeo confecti ut aegre traherent animam. Eorum ubique curam nostri suscepimus, nec facile dixerim quanti laboris ac patientiae ea procuratio fuerit. Ruremondani hibernacula constituerant initio intra moenia; sed ne contagione gliscientium morborum civitas inficeretur, ea postmodum transtulere in linguam terrae quae ad confluentem Ruram Mosaque amnum, peninsulae in modum excurrit. Ibi densas inter salices tumultuario opere excitatae sunt e ligno casae, per casas distributi milites, atque ita divisa inter noscos et curatores quosdam externos administratio rerum, ut hi corporum illi animarum subsidia providerent. At tractu temporis utriusque rei cura in noscos incubuit; qui paedorem et illuviem loci natura licet nauseante perferentes, et ad sordidissima quaeque ministeria se abiiciens, peramanter inservire aegrotis usque ad ultimum perrexerunt. Durius hibernabant Trajecti ad Mosam milites. Siquidem exclusi moenibus compactique in angustas extra urbem villas, in nudo jacebant plerique solo omnium inopes egentesque. Ad eos cum ingressi sunt nostri, triste spectaculum exhibuit tenellus infans qui in sinu matris extinctae cum vagitu querulo se volutabat, sicca prehensans ubera, manantem pro lacte saniem nisi amoveretur sucturus. Paulo minus miserabilis virorum promiscue jacentium species erat. Commoti adspectu Patres, bonis primum verbis mox factis melioribus turbam aerumnosam solari studuerunt; neque solum opera sed etiam pecunia quae ab opulentioribus civium corrogata est, ejus miseriariam sublevarunt. Sed laudabilius in hoc genere quod actum est Lovani. September mensis erat, coque tempore juventus nostra toto anno theologiae studiis operata feriabatur, cum advenerunt in urbem milites. Pars encti fame, pars febribus aestuentes, omnes dira macie consumpti, vulta lrido ac cadaveroso, plane miserandum praebebant adspicuum. Subeuntes militum catervas viderunt forte nostri juvenes, dum animi gratia extra urbem inambulant. Subiit miseratio. Nec mora. Regressi domum manticas sumunt, et impetrata a Rectore venia circuire urbem instituunt, stipem ostiatim corrogantes. Atque ubi multiplicem utilium copiam collectam quam saepe humeris sustentabant, eam in militare nosocomium laeti deferunt. Adfuerunt paulo post e collegio sacerdotes, ut quorum corporibus subvenerant juvenes, eorum ipsis animos sacris ministeriis reficerent; perque has vices quamdiu manserunt Lovani milites, ipsorum necessitatibus abunde consultum est.

Sed quamquam haec charitatis officia aequi pariter iniquique laudarent, non ideo flecti potuerunt quidam Lovaniensis academiae proceres ne acribus agerent adversus Societatem. Vigebat ab annis haud minus quadraginta pium institutum, ut nostri theologiae auditores, singulis diebus dominicis christianas institutiones explicarent intra academie scholas theologicas, qui coetus magna audiunt frequentia et fructu nequaquam poenitendo celebrabantur. Jam ne id ultra fieret, collegium academicum sanxit. Quo decreto, si vera loqui fas est, non tam nobis quam civitati aegre factum. Nam ad noscos quod attinet, juvenes ii salutarem non intermisserunt laborem sed locum mutarunt tantum, exclusique ab aulis academie in agrum circumpositum operam converterunt, et ad vicina oppida diebus dominicis excurrere instituerunt, ubi et avide audiebantur a populis, et a Pastoribus populorum certatum expetebantur. Fuit ubi Parochus nostrum juvenem, paulo ante quam ad concionem prodiret, toto circumduxit oppido, notare jubens clausas ubique domos et summam fori solitudinem, quod oppidanii ad unum omnes in aedium sacram ejus audiendi causa convenienter. Magno cum primis studio nostri concionatores excipiebantur Malderci, quo in pago restitutum honorem sepulchro B. Virginis Ermelindae vidimus ante biennium. Hujus Divae cultum ut augeret unus ex iis, cum verba faceret ad populum vehementius inventus in nefarias maleficorum artes: *Cur non potius, clamabat, praesentissimum Ermelindae patrocinium in rebus asperis invocatis, quam infidam nihilque profuturam opena daemonum?* Intererat concioni mulier, cuius eadem prorsus

^{99.}
*Acta circa eos
Ruremondae.*

^{100.}
*Et Trajecti ad
Mosam.*

^{101.}
*Itemque Lova-
ni.*

^{102.}
*Academicci Lo-
vanianenses quid-
dam minus ae-
que statuunt
contra nos.*

^{103.}
*Nostrorum ju-
venes in excursio-
nes in agrum
Lovaniense.*

^{104.}
*Insigne miracu-
lum D. Ermelindae
Malderci.*

die obierat filia trimula absorpta aquis, jacebatque domi quam mox efferenda. Recurrit plena fiduciae domum, et puellae cadaver ad aram Ermelindae deferens suppliciter petit, sibi ut filiam illi vitam restituat. Vix dum absolverat precem, cum puella spirare primum visa est deinde moveri: denum apertis oculis arridens matri exsiliit. Cujus miraculi fama longe lateque pervagata, religio et celebritas loci multis partibus crevit.

¹⁰⁵
*Antuerpiæ in
aegrorum mini-
sterio occum-
bunt duo Patres.*

^{106.}
*Elogium P.
Adriani Crucii.*

Antuerpiæ nondum grassari desierat pestilentia, et adhuc ea contactis praestantes de Societate viri ministrabant. Hoc anno vitam in pio ministerio posuerunt duo, P. Adrianus Crucius et P. Joannes Baptista Leclerkius, prior ille Idibus Augusti, hic ad XII. Cal. Octobris. De Clerkio, praeter honorem ejusmodi fumeris, nihil magnopere memorandum invenio. Crucium virtus non vulgaris ornabat, ut etiamensi decesset hoc mortis genus multum ab anteacta vita laudabilis sit. Magna illi ac ferme assidua cum Deo ac caelestibus consuetudo, quāc creber in caelum intuitus et erumpentes subinde ex praccordiis lacrimae indicabant. Cultor divinæ Matris studiosissimus erat. Secundum èam B. P. Ignatium colebat, ejusque beneficio quadam interdum supra naturæ ordinem edidit. Puteus erat domi, nulli ob aquas putrescentes usui imo insalubris et noxius, idque vitio scatebrae cui vitio nullum ab arte remedium inveniebatur. Crucius paucas aquae guttas Ignatii reliquiarum attactu consecratas dejecit in puteum, eaque una re aquas in posterum persanavit. Pauperes haud secus quam filios tuebatur fovebatque. Emendicabat quibus ipsorum subveniret inopiae, quaeque corrugaverat ultro in eorum tuguria deferebat. Venator animarum diligens, nullum non movebat lapidem ut homines perditos e caeno vitiorum educeret, nec paucas ex mulierculis quae flagitosum quaestum corpore exercebant, ad honestatem reduxit. In obsequium Christi patientis quotidie se flagris cruentabat, et auditus nonnumquam est cum inter strepitum crepitumque plagarum, se ipsum compellans clamaret: *Adriane sanguinem debes pro sanguine.* Nunquam confitentes audiebat nisi cilicio incinctus, ac saepe partem multo maximam poenac quae illis injungenda fuerat sibi luendam suscipebat. Natus erat Gandavi ante annos quinquaginta duos, e quibus triginta duos in Societate confecit.

^{107.}
*Obitus et Elo-
gium P. Andreea
Schottii.*

Alli praeterea decesserunt illustres ad memoriam temporum viri, nec scio an unquam alias ea provincia tot tamque praestantia capita tam brevi tempore desiderarit. Maxime memorabiles Patres Andreas Schottus, Carolus Scribanus, Hermannus Hugo, Heribertus Rosweidus et Adrianus Mangotius. Nos de singulis pauca nostro more attingemus, Schottus patria Antuerpiensis, eruditio multipli eximiaque latinae ac graecæ linguae peritia florebat ab ipsa juventute; cuius rei gratia a summis viris non in Belgio solum, sed et in Gallia Hispaniaque certatim expeditus, transiit primo in familiam Gasparis Quirogae Toletani Archiepiscopi et Cardinalis, atque hinc graecarum litterarum cathedram Toleti inter multos competitores obtinuit. Magnis deinde praemiis evocatus Caesaraugustam, eloquentiam in ea academia, linguam graecam et historiam romanam tradidit. Postremo Tarracone cum esset apud Antonium Augustinum ejus urbis Archiepiscopum, spemque non humilis fortunae faceret Praesulsi eruditum et amissimi liberalitas, dare nomen Societati maluit anno aetatis trigesimo quarto, jam sacerdos et bonarum artium magister nominatissimus. Tirocinium viæ religiosæ posuit Caesaraugustæ, Valentiae sacra studia tractavit. Traductus inde Romam artem oratoriam in collegio romano docuit ad triennium. Rediit deinde Antuerpiam, ubi inter varia religionis et litterarum studia, legendo scribendoque consenuit. Exstant diversi generis multæ et eruditæ lucubrationes, quibus litterariam Schottus locupletavit rem, ut videre est in Bibliotheca scriptorum Societatis. Obiit X. Cal. Februarii, annum ingressus aetatis septuagesimum sextum, quo anno senex licet emeritus, domesticos iuvenes graecæ linguae rudimentis erudiendos suscepserat. In ejus obitu erekptum sibi virum, cum doctrina tum etiam integritate ac religiosa præsertim modestia commendatissimum, socii Antuerpienses dolerunt.

Carolus Scribanus natus erat Bruxellis matre Gandavensi, patre Italo viro inter Placentinos nobili et apud Farnesios Principes gratioso. Adolescens ob tumultus belli Belgici extrusus natali solo, Coloniam studiorum causa concessit ibique Societati se tradidit. Sed quamquam Rhenanae primum provinciae adscriptus, in Belgium mox a P. Francisco Costero fuit reductus, ubi producta inter infinitos labores ad annum usque undesepagesimum vita, hoc demum anno acerbum diuturnumque sui desiderium provinciae universae reliquit, extinctus Antuerpiæ VIII. Cal. Julii. Eminebat in hoc viro ingenium apprime felix, memoria tenacissima, acre solidumque judicium, loquendi scribendique facilitas prope par. Praeter latinas graecasque litteras et scientias altiores, fere omnes Europæ linguas percalebat. Quodque vulgo in ejusmodi ingenii rarum, erat idem ad res gerendas mire habilis, et quaecumque capesseret negotia, singularem ad ea indolem afferebat. Ob hanc maxime dotem a scholis, ubi amoeniores severioresque disciplinas cum eximis laude tradiderat junior, ad gubernandum assumptus est, fuitque postea in magistratu per annos continenter viginti octo, jam Provincialis Praepositus jam collegiorum praecipitorum Rector. Neque solum domi singularis prudentiae opinionem habebat sed etiam foris. Seu consiliario opus esset seu pacificatore, seu litium arbitro, unus a summis pariter infimisque Scribanus quaerebatur. Ambrosius ipse Spinula supremus in Belgio armorum Praefectus, res cum illo gravissimas conferbat, veniebatque identidem in ejus cubiculum cum octo vel decem regii consilii senatoribus, ut una cum ipso de re publica deliberaret. Si quid enodandum occurreret in pactionibus mercatorum, id omnem ad illum mutuo consensu partium referebatur, ejusque responsa pro legibus erant. Antuerpiæ per annos prope quadragesinta nihil ferme momenti gravioris, nisi de ipsis sententia suspectum confectum est. Ipse inveteratas multorum lites finivit, ipse plures potentium familias, sublati similitatibus dissidiisque ad concordiam adduxit. Neque vero solis Belgii finibus haec tanta cladebatur existimatio viri. Eum Urbanus VIII. Pont. Max., eum Ferdinandus II. Imperator, litteris humanissimis et interdum donariis ornaverunt. Philippus eo nomine IV. Hispaniarum Rex, accepto Scribani libro cui *Politico Christiano* nomen, eidem per Comitem Olivarium significari jussit, duo tantum in hoc opere sibi nonnihil displicere cum perplacerent caetera. Primum quod talis scriptoris adspectu sapientiaque coram non frueretur. Alterum quod publici juris esset factus is liber quo ipse uti velut rerum suarum moderatore, ac privato quodam intimoque consiliario vellet. Aliud opus egregium Scribanus edidit contra criminationes Calvinistarum, quod *Amphitheatrum Honoris* inscrispit. Opus istud aegerrime concoquebant adversarii Societatis in Gallia, urgebantque Henricum IV. Regem ut flammis aduleri jubaret. Rex iniqua postulantibus adeo non censuit ansiendum, ut imo diploma perhonoricum dederit ad Scribanum, quo eum dipomate prolixe laudabat et attributa gallica civitate remunerabat. Mitto Albertum Austriacum Belgij Principem, mitto Maximilianum Bavariae septemvirum, mitto Wolphagum Vilhelnum Neoburgi ducem, mitto denique amplissimos Ecclesiae Cardinales, Borromeum, Borgiam, Cobellutum, Barberinum, Bentivolum, Sanseverinum, Cuevam, aliosque praestantes dignitate et sapientia viros, qui amicitiam cum Scribano et familiare commercium litterarum habuerunt. Haec enim minima pars est laudum earum quibus maxime claruit. Illud sane praestabilius multo, quod pietatem rebus caeteris praeferebat, religiosam vero disciplinam et servabat ipse exacte, et inter suos pro viribus provehebat. Injuries non semel acceptas nunquam aliter ultus est quam reddendo pro malo bonum. Precandi studio deditus in primis erat, quod cum faceret, eo afficiebatur sensu pietatis ut a lacrimis temperare non posset. Eodem animo ac vultu secunda et adversa excipiebat erecta semper in Deum fiducia. Quatuor ante obitum annis, cum ab aulae proceribus quotidie frequentaretur Bruxellis, pertensus tumultus aulici migravit Antuerpiam, uni sibi deinceps vacaturus ac Deo. Ibi sancte otiosus multisque morbis exercitus, patientia invicta ac jugi rerum caelestium meditatione, ad mortem pie obeundam se comparavit. Paulò antequam

^{108.}
Obitius et Elo-
gium P. Caroli
Scribani.

supremo decumberet morbo, Marchionissam S. Remigii quae ad ipsum consiliu-
causa venerat Bruxellis alloquens, sermonem in haec verba conclusit. Bono es-
set animo. Instare ambobus exitum molestiarum et vitae. Praeiturum se, ipsam
intra sex hebdomadas secuturam. Quod vaticinium eventus ex omni parte affir-
mavit. Atque haec de Scribano qui quidem merito inter viros de provincia Flan-
drobelgica optime meritos censem. Non enim solum egregius virtutum exemplis,
et ingenii monumentis eam illustravit, sed ejus etiam rem fortunasque plurimum
auxit. Antuerpiensem domum professorum instituit. Mechliniense tirocinium et
domum tertiae probationis Liranam fundavit. Ut nihil dicam de largitionibus,
quibus ejus maxime respectu collegia quibus praererat adjuta a multis et suble-
vata fuerunt.

^{109.}
*Obitus et Elo-
gium P. Hermanni Hugonis.*

Hermannum Hugonem ediderant in lucem Bruxellae ante annos tantum quadraginta et unum, cuius proinde mors quanto immaturior tanto acerbior fuit. Vix dum ex umbra scholarum egressum et consueta Societatis ministeria tractare incipientem, viri principes et primores belli duces sibi a confessionibus asumpserunt, quo ex numero cum esset summus ipse praefectus armorum Ambrosius Spinula, hunc perpetuo comitari ubicunque castra fierent coactus est. Sociis qui castrensi missione fungebantur, licet infra illorum aetatem praeseditus, gravem difficilemque praefecturam retinuit usque ad extremum, et eximia cum laude gessit. Laboriosi ministerii officia capescebat primus, ut caeteros ad laborem incitaret. Aegrotis promiscue omnibus, nullo ordinis generisque discrimine inserviebat incredibili assiduitate, seque ad quaelibet infimae etiam sortis obsequia demittebat. Semel ut subigeret naucentem naturam exemplo magni Xaverii, potionem ab aegro rejectam egregius sui victor exsorbuit. Nulli sive dome-
stico sive externo qualicumque re indigent, operam denegabat suam, et fertur ad id voti religione se obstrinxisse. Non diu dilata tantae charitati merces. Hoc anno dum exercitus regius in Veluvia exclusus, ut dictum est, commeatibus, fame primum dehinc famem sequentibus morbis conflictatur, Hugo curandam sibi desumperat militum gregalium turbam in castrense nosocomium contractam Bucoltiae. Ibi nihil praetermittens laboris, quo aegrorum simul corpora animique juventur, nec curam semel susceptam contagiosa licet febri correptus dimitens, brevi ita defectus est viribus ut fuit exportandus Rhenobergam, ubi exceptus monasterio S. Bernardi, paucis diebus interiit. Incidit ejus obitus in III. Idus Septembres. Compositus est in aede Virginum S. Augustini. Funus duxerunt milites non minori comploratione quam pompa.

^{110.}
*Obitus et Elo-
gium P. Heri-
berti Rosweidi.*

Heriberto Rosweido patria Ultrajectino, praestantis ingenii viro et de sacra antiquitate quam pluribus monumentis illustravit praecclare merito, debet orbis christianus, praeter ea que vivens in lucem edidit, *Acta Sanctorum*, opus illud utilissimae eruditiois tot jam voluminibus comprehensum nec dum absolutum, quod a Joanne Bollando coepit, ab aliis postea continuatum est. Hujus certe operis primus ipse auctor ac velut architectus fuit. Nam et opus animo concepit primus, et operis specimen quoddam edidit, et in ejus denique usum ex plerisque Belgii bibliothecis copiam veterum scriptorum ingentem labore increbili comparavit, quo apparatu subingressus in eamdem molitionem Bollandus, multum complanatus invenit viam. At quorum acta scribere interceptus morte non potuit, eorum aemulari sanctitatem majori sua laude studuit. Summam eruditioinem cum pari morum probitate jungebat adeo scientia non inflatus, ut illo nihil esset domi modestius, nihil demissius. Obiit Antuerpiæ III. Nonas Octo-bris annos natus sexaginta. Domum Antuerpiensem postremus obitu suo contri-
stavit P. Adrianus Mangotius, vir hic etiam sanctimonia insigni, et scriptor in-
ter sacros non illaudatus. Goudae quod Hollandiae oppidum est natus, Lovaniæ educatus et humanis divinisque litteris probe excultus, Parochi obibat munus cum Societati se applicuit. Vixit apud nos annos plus quadraginta hujusque tem-
poris partem maximam posuit in formandis ad perfectionem religiosae virtutis domesticis, quod non verbo magis quam exemplo praestabat. Saepe dicebat ad

^{111.}
*Et P. Adriani
Mangotii.*

populum e loco superiore, praesertim Lovaniæ ubi præ ceteris Justum Lipsium

notae doctrinae virum, auditorem assiduum et magnificum laudatorem habuit. Aliquot ante obitum annis, apoplexia tactus obstupuit quodammodo ac tanta eum cepit oblivio omnium rerum, ut ne nominis quidem sui recordaretur. Tamen, quod visum mirabile, effata quaedam e sacris excerpta litteris habebat semper in promptu, eaque in loco ac tempore ut se daret occasio pronunciabat. Pie ac placide uti vixerat exspiravit XVII. Cal. Decembres, annum decur-rens aetatis quintum supra septuagesimum. Libri quos *Monita Sacra* inscripsit, etiamnum cum fructu leguntur.

Funera funeribus cumulare ad provincias Gallicanas gradum facientes cogi-
mur. In Lügdunensi multos sociorum sustulit pestilentia quae cum saevire coe-
pisset anno superiore, statim atque Lugduno depulsa est, invasit Sequanos alias
que ex aliis civitates pervagari perrexit. Ubique emicuit charitas sociorum, ani-
mam pro fratribus ponere gestientium. Ac Vesontione quidem magis moriendi
facultas iis, quam voluntas defuit. Ut prima proruperunt mali intra urbem lat-
tentis indicia, obtulerunt se nostri Magistratus, procurationem aegrorum enixe
depositentes. Illi actis impense gratis pro voluntate, preces repulerunt cum di-
cerent, alios in usus eosque graviores servatos velle homines Societatis. Mor-
bus decursu temporis cruduit; jamque et Patribus Cappuccinis qui eam provin-
ciam suscepserant quinque interierant, alii plures male habebant. Tum denique
permisum nostris, ut in operis partem succederent. At dum adornatur domus in
quam delecti Patres migrarent, dum paratur in domo sacellum et necessaria ad
rem divinam supplex, civitas praeter spem malo defuncta, eorum opera desit indigere.
Et nihilominus profuit civitati sociorum industria, utque multorum fuit
opinio iis praecipue auctoribus redditum est urbi salus. Notatum illud certe multis,
cum in sodalito collegii Vesuntini instituissent nostri supplicationem a festo S.
Ignatii ad dies quadraginta producendam, eumdem ferme supplicationis et pesti-
lentiae fuisse extitum. Evidentiore Numinis beneficio extincta est Pontarlii lues,
postquam eam urbem per quatuor continenter menses misere devastaverat. Mu-
lier infimi illa quidem generis sed pietate insignis, nostrum sacerdotem quo
utebatur conscientiae arbitrio admonuit, si civitas novendiale sacram vovisset
in honorem S. Lodovici Regis, perque eos dies faciendam quotidie rem divinam
curasset ad ipsius aram in S. Stephani, expleto voto finem calamitatis fore. Id
se pro salute urbis supplicantem divinitus accepisse. Sacerdos qui mulierem in-
time perspectam habet, minime aspernandum censuit indicium. Rem detulit ad
Magistratus, per pulitque eos votum ut rite conciperent ac solverent. Die no-
vissimalis ultima quae dies fuit Ludovici ipsius anniversaria, post peractum no-
vissime sacrificium subito pestilentia conquevit. Neque id satis. Multis post haec
elapsis diebus cum mali nullum vestigium superasset, rursum de repente detegi-
tur lues in domo cuiusdam lanionis, et quidem sic ut ipse cum tota familia
contabesceret. Commota ad eam rem civitate ac merito sollicita ne recrudesce-
ret morbi vis, mulier constanter affirmare, nihil esse cur quisquam metueret.
Non mali extinti reliquias eas esse, sed malum recens inventum a lanione, qui
liberius extra urbem incautiusque egisset cum infectis. Culparum nemini praeter
quam ipsi ejusque domesticis nocitaram. Quod qualicumque pronunciatet instin-
ctu, certe dictis eventus ex omni parte respondit. Sic ibi.

Ast alibi nec tam facile compressa est extialis morbi violentia, nec Patribus
tabidorum ministerio devotis pepercit. Viennae Allobrogum ad primum ingruen-
tis mali metum, nostri villam praedi suburbanum ad usum aegrorum, se ipsos ad
eorum curationem Magistratus obtulerunt. Utrumque acceptum est cum actione
gratiarum, ea tamen imposita conditione ut periculo quam paucissimi obicerentur.
Qui in arenam descenderunt primi, morbo tentati illi quidem fuerunt, sed
Divini Numinis benignitate nihil accidit gravius. Qui serius in ejusdem discrimi-
nis aleam se dederunt P. Oliverius Martellange et P. Petrus Richardus, paucis
diebus occubuerunt, prior ille XI. Cal. Augusti hic XV. Cal. Septemboris. Utrum-
que cives magnopere desiderarunt Richardum praesertim, quem ob studium alienae
salutis in loco apostoli habebant. Sterili luctu non contenti consules civitatis,

Tom. II.

39

112.
RES PROVINCIAE
LUGDUNENSIS.
*Quid gerint no-
stri Vesontione,
pestilentia sae-
viente.*

113.
*Pontarlii bene-
ficio S. Ludovici
Regis lues extin-
guitur.*

114.
*Sociorum labo-
res, et piae mor-
tes Viennae Al-
lobrogum.*

litteras scripserunt communi nomine ad Mutium, quibus se quam maxime obstricatos profitebantur Patribus, ob ita navatam urbi suaem in tam lugubri tempore operam, eosque laudabant nominatim qui vitae sanguinisque prodigi gloriosam oppetierant mortem. Se denique spondebant ob tale meritum, tutores deinceps collegii studiosissimos fore. Quae non magnifice magis quam vere fuisse ab iis scripta, testatus postea est P. Stephanus Binetus, Provinciae Lugdunensis Praepositus scribens ad Mutium, post illud tempus Viennenses mirifice affectos

^{115.}
*Acta Avenionie,
et nonnullorum
pia funera.*

videri erga Societatem. Par Avenionie clades, par nostrorum labor pro salute communi fuit. Nec charitatis victimae defuerunt. Urbem attigit lues autumno ineunte et statim prosilierunt e collegio impigi socii duo, P. Joannes Stella. sacerdos et frater Petrus Guye domesticae adjutor rei, partitusque vicibus aegrorum simul animis et corporibus opitulari cooperunt. Par istud hominum delegerat Rector inter multos ejusdem ministerii petitores, spe facta caeteris succedendi in eorum locum, si quid ipsis humanitas accidisset. Brevi vacavit locus. Stella et Guye dum rem gerunt securius, contracto post paucos dies morbo occubuerunt. Suffici sunt alii quatuor, Philibertus Hervaeus et Caesar Boverius sacerdotes: Gabriel Gussel et Joannes Tournerius e fratribus ordinis. Hisce posterioribus peste consumptis, illi usque ad dimidium insequentis anni cum pestilentia divino munere sedata est, praeclaro defungi officio incolumes perreixerunt. Dum sic isti extra collegii aedes languentibus impendebant operam, alii interea sacerdotes intra collegium, minore quidem suo periculo sed non minore populi utilitate, poenitentiae remedia requirentibus ministrabant. Quamdui lues grassari Avenione perrexit, semper patuit templum Societatis. Et P. Antonius Furnerius, dum tabido confitenti aures dat, afflatus pestilenti anima pestem traxit qua intra paucos dies interiit. Praeter collegium habebat jam tum Avenionie Societas domum tironum. Hanc communi civitatis incendio non deflagrasse prope miraculo fuit. Irrepserset siquidem in teneram familiam incertum quo casu morbus, et unus ex fratribus adjutoribus pestifero tactus ulcere, eo dissimulato intersodales versabatur impune. Toto biduo obticuit bonus frater, neque obticuit solum sed rem vestiarium fere omnem ratione sui muneris contrectavit. Tamen neque infecit quemquam, et ipse etiam quod magis est convaluit. Merito id in caelestis vim opis ac praesidii relatum. Nam sub ipsa mali exortientis initia, tirones communi voto Deiparae ac B. Aloysio Gonzagae patrono suo commendaverant sese, neque rogare pacem superum privatis publicisque suppliciis unquam intermisserunt. Rector praeterea (erat is P. Stephanus Gayetus) recte existimans non alio magis piaculo placari caelestes iras, quam impensa calamitosis misericordia, edixerat ianitor ne quem egenorum sine stipe dimitteret. Obsidebatur proinde pauperum et aegrotantium concurso incredibili domus. Singulis certa panis ac vini mensura, aliaque ad victum utilia dividebantur. Quae benignitas adeo grata accidit civitati, ut optimi quique civium ob eam rem fausta omnia nostro apprecentur ordini, et quidam morientes, qualiumcumque fortunarum suarum haeredem scripserint ipsam tironum familiam.

^{116.}
*Tirocinium Ave-
nionense divina
ope servatum.*

Avenione haud ita multum dista Utica seu potius Uctetia, urbs tractus Viveriensis in Occitania. Iamdiu civitas a fide desciverat Deo Regique debita, Calvinianorum partes sequuta. Nunc accisis factionis partibus Regi parebat. Unum supererat ut Ecclesiae itidem se subiiceret, abdicato Calvini errore. Id negotii datum P. Antonio Bronodo oratori sat bono et tractandis haereticorum animis valde exercitato, qui Avenione degebat. Is Uctetiam profectus, etsi refellendis Calvini fabulis omnes eloquentiae nervos intenderet, parum proficiebat, quippe averantibus oratorem de Societate incolis Calvino perditae addictis. Per haec detegitur repente intra urbem pestilentia. Bronodus hanc occasionem suam ratus, neque jam verbis sed factis persuadendam catholici dogmatis veritatem existimans, totum obsequio tabidorum devovet se. Ad primum mali gliscensrum rumorem auferunt ministri superstitionis, pastores videlicet mercenarii, et in medio periculo turpiter deseruerant gregem. Hoc magis ille operi instare, numeros omnes ac partes boni pastoris implere. Ut quisque aegrotaverat, dives an pauper, nobilis

^{117.}
*Res gestae et
pia mors P. An-
tonii Bronodi
Uctetiae.*

Avenione haud ita multum dista Utica seu potius Uctetia, urbs tractus Viveriensis in Occitania. Iamdiu civitas a fide desciverat Deo Regique debita, Calvinianorum partes sequuta. Nunc accisis factionis partibus Regi parebat. Unum supererat ut Ecclesiae itidem se subiiceret, abdicato Calvini errore. Id negotii datum P. Antonio Bronodo oratori sat bono et tractandis haereticorum animis valde exercitato, qui Avenione degebat. Is Uctetiam profectus, etsi refellendis Calvini fabulis omnes eloquentiae nervos intenderet, parum proficiebat, quippe averantibus oratorem de Societate incolis Calvino perditae addictis. Per haec detegitur repente intra urbem pestilentia. Bronodus hanc occasionem suam ratus, neque jam verbis sed factis persuadendam catholici dogmatis veritatem existimans, totum obsequio tabidorum devovet se. Ad primum mali gliscensrum rumorem auferunt ministri superstitionis, pastores videlicet mercenarii, et in medio periculo turpiter deseruerant gregem. Hoc magis ille operi instare, numeros omnes ac partes boni pastoris implere. Ut quisque aegrotaverat, dives an pauper, nobilis

an proletarius, sive demum catholicus sive eterodoxus, ad eum confestim accurare, ei quae posset corporis subsidia, et animi solatia deferre. Nullus concursationum modus erat, nullum diei noctisque discrimen. Cives hujusmodi omnium insueti, mirari primo benignitatem catholici sacerdotis deinde laudare: unum denique omnes certam exposcere. Magistratus licet e secta Calvini, delectati opera quam urbi salutarem experiebantur, compellant amico hominem, gratias agunt pro officio, suo tamen ut parcat capiti, neu tam praecepitem in aleam tam fidenter se coniiciat rogan. Simul ei domum commodam ad habitandum, et copiam alimentorum, et quedam etiam adversus vim contagionis remedia sumptu publico provident. Bronodus novo impetu captio, in omnes partes christiana exercendae charitatis animum ac vires intendit. Eo deducta res ut urbem obuenti ipsimet acclamarent e fenestris haeretici ac laeta omnia comprecarentur. Nec jam dissimulabant agnoscere aliquando se, penes quos esset vera fidei doctrina. Verum his maxime insistentem beata mors intercepit, fructus eadem charitatis et merces amplissima. Decessit vir eximius V. Cal. Octobris, secutus e populo Ucetiensi multos quos expiaverat morientes, Deoque reconciliatos ad aeterna gaudia ut opinari fas est praemiserat.

Palmam eamdem abstulerunt Aquis Sextiis tres fratres rei domesticae curatores, scholasticorum unus duoque sacerdotes, dum similiter urbem tue contactam pro viribus sublevare conantur. Praecipuum tamen provinciae dannum duo sacerdotes fuere, Jacobus Isnardus et Elzearius De Oresonio, quibus proinde peculiare elogium debetur. Aquensis collegii Rector tum erat Isnardus, nec vulgaribus naturae et gratiae donis spectandus. Ejus prudentiam domestici pariter externique laudabant. Lue saeviente miseratus extremam civitatis cladem, cum partem domesticae supellectilis multo maximam distraxisset in usum aegrorum, postremo semet iisdem juvandis impedit. Rogatus ab amicis ut pio ardori poneret modum, neque se cuius in capite publico pericitaretur salus tantum in discrimen ultro daret; se vero, respondebat, quibus pro officio praeesset, iisdem ad subeunda pro salute proximorum pericula praeire debere. Perrexitque institutum exequi incredibili alacritate, donec eodem contracto morbo fortiter cecidit V. Cal. Januarias. Mense vix uno praecesserat ad beatam immortalitatem Oresonius, extantque Isnardi Rectoris litterae, quibus generalem Praepositum de ipsis obitu faciens certiorem, hoc illum elogio cohonestat brevi sed ponderis succipe pleno. *Magnum, inquit, sui desiderium nobis et civitati reliquit. Vir enim erat religiosus admodum, humilis, pius, fervens, candidus, obedientiae studiosissimus.* Quot verba tot encomia, eoque pluris facienda quod a viro profecta laudatissimo. Natus erat Elzearius ex praenobili Oresoniorum comitum familia in provincia. Societatem inierat natu grandior anno ante hunc octavo: sed in matura aetate virtus longe maturior. Documento sint litterae, quas sub ipsum tirocinii aditum dedit ad generalem Praepositum, consilii sui nuncias ac voluntatis interpretes. Iis litteris significabat, se cum fratre suo germano de parte paternae haereditatis transegitte ex aequo et bono. At siquidem intelligeret se truncum aridum ac Societati prorsus infrugiferum fore, id saltem velle, ut quidquid sibi adhaereret et corticis, in usum ipsius Societatis verteretur et Praepositi generalis arbitrio dispensaretur. Se, addebat, ex majorum nutibus totum pendere atque ita Dei beneficio esse comparatum, ut Indos perinde et Aethiopes, Turcas et Canadenses et alias quaslibet barbarorum gentes aditurus, si ita jubetur esset. Sic tum scribebat, atque his initiis reliquae vitae tenor mire consentit, nisi quod praecipua in actu ultimo eluxit virtus. Ingente Aquensis pestilentia, Elzearium magno urgebant opere consanguinei, ut ad ipsos diverteret vitaturus in salubri secessu commune periculum. Id ipsum amici domesticique suadebant. Verum ipse nefas putans tutandae vitae causa proximorum saluti desesse, oblatam beatae mortis occasionem amplecti maluit, susceptaque procuratione pauperum, qui extra urbem fame aut pestilentia languebant, dum his omni ope studioque opitulatur, pestem hausit ac paucis diebus extabuit. Annum decurrebat aetatis quadragesimum primum.

118.
Duo sacerdo-
tes deceperunt A-
quius sextiis. Elo-
gium P. Jacobi
Isnardi.

119.
Et P. Elzearii
de Oresonio.

^{120.} *Acta Rodum-nae et Monte Limarii. Mors P. Ludovici Bovillettii.* Apud Rodummenses nemo ferme sociorum fuit, qui non aliquam pro sua parte afferret afflictæ civitati opem. Alii positas extra urbem casas animi corporisque praesidia circumferentes obiere. Alii jacentes intra urbem tabidos eodem genere officiorum juvere. Tamen quae benignitas fuit Numinis, unum tantum e fratribus cui Roberto Captardo nomen, pio labore immortuus est. Caeteri aut tabem contraxerunt nunquam, aut contractam medicaminibus depulere. Monte Limarii duo dumtaxat versabantur in missione patres, Ludovicus Bovilletus et Ignatius Martignacus, cum fratre Claudio Compagnoto rei domesticæ curatore. Hi divisa inter se aegrorum procuratione, alter in urbe alter in suburbano, totos quinque menses onus tam laboriosae provinciae sustinuerunt soli, caeteris sacerdotibus vel dilapsis metu vel morte sublati. At tandem Bovilletus audita infecti hominis confessione, pestilenti afflatus halitu occubuit XIV. Cal. Martias, anno aetatis suae quadragesimo primo. Vir non vulgari virtute et cui ab anteacta quoque vita prolixius elogium deberetur nisi festinare nos cogerer scribendarum multitudine rerum. Martignacus aliud discrimen miserrimae mortis adiit, unde minime metuebat. Obtigerat illi ea pars tabidorum, qui extra pomerium curabantur. In hunc usum quaedam excitatae fuerant opere subitario casae, secus rivum qui cum modica plerunque aqua vicinum in Rhodanum fluit. Accidit circa dimidium Octobris mensis, nocte intempesta, ut large effusis de caelo imbris intumesceret rivus, donec auctus in immensum devolvit se ex alveo praecipitem. Quo casu moles aquarum torrenti impetu late vastans omnia, casas cum habitatoribus circiter octoginta abripuit demersitque. Martignacus qui nondum inter haec ceperat somnum, ut primus insonuit ruinae frigor, qua proximum erat exsiliens superescandit arborem, in qua reliquum noctis sedens eluvionis stragem evasit. Caeterum eo tum consilio servatus potuit videri, ut illustrius caderet. Dum enim pergit qua cooperat alacritate opus suscepimus exequi, initio anni sequentis in ipso opere occubuit. Ei palmarum praeripuerunt frater Claudius Compagnotus famulique externi tres, in ejusdem functione muneris oppressi morbo et extinti. Atque haec in provincia Lugdunensi, de qua plura fortasse forent narranda nisi calamitas eadem, quae agendi materiam praebevit Patribus, otium voluntatemque acta perscribendi abstulisset.

^{121.} *Grave periculum, decide obitum P. Ignatii Martignaci.*

^{122.} *RES TOLOSANA. Sociorum ardor in expetendu aegrorum cura.*

In Tolosana per occasionem ejusdem morbi qui multis itidem locis populum depascebatur, pauciores e nostris interierunt; non ipsorum desidia tamen, sed nimia potius Magistratum ut ita dicam benevolitia, qui homines multis rebus bonos ut ipsi loquebantur publicaque utiles rei, tam praesenti exitio obiciendos non censebant. Caeterum ministerium aegrorum flagitarunt socii plus septuaginta, partim sacerdotes, partim scholastici, partim laici, seque in id promptos Praeposito Provinciali Petro Cesano obtulerunt. Et quidam tametsi exclusi a publicis nosocomiis, facile glorijs lethi viam invenerunt. Biterris P. Franciscus Massanaeus, dum negotii cujuspam causa prodit domo, rogatus ab muliere aerumnosa quae forte ad nosocomium deferebatur, se ne gravaretur audire pro confessione, audiit, ex ejusque halitu correptus peste intra quintam diem extabuit. Ibidem unus e collegi patribus nescio quo casu in idem morbi genus incidet. Ejus plagam occasionem suam arbitratus Fr. Joannes Laqueilius, vir charitate fervens qui jamdiu curam aegrotantium frustra deposcebat, addidit illi se loco famuli. Quid vero postea? Emoritur brevi sacerdos: eum vigesima post die administer sequitur. Erat Laqueilius natura fervidior ac ferme in iram pronus, quam licet rationis imperio premeret, tamen assiduo erat in metu ne quo ejus impetu extra leges abriperetur. Hanc maxime causa mortem optabat, eamque velut summam votorum laetus exceptit. Similis conditio fuit Fr. Petri Cantaloubii domestici adjutoris, quem socii Tolosates extulerunt. Dum enim uni e Patribus peste contacto operam navat, una cum ipso eodemque implicitus contagio periit. Tournonii degebat P. Petrus Brunus magni operarius animi; cumque inaudisset operam suam expeti a Thynnensibus (oppidum id est e regione Tournonii in ripa Rhodani ulteriore), ad eos nihil moratus contendit. Pestilentia misere conflictabantur non ii solum oppidanii, sed circumpositi etiam pagique.

Brunus totam regionem charitate complexus, circumagere se in omnem partem, languentium nulli deesse. Dum ex iis unum peccata confitentem audit jejonus pestilentem traxit halitum, traductaque in sanguinem tabe, post diem septimam incredibili Thynnensem luctu decessit.

Praeter hos quorum virtutem satis per se commendat obitae mortis genus, socii elati sunt duo, ab anteacta etiam vita digni qui in his annalibus vivant. In tirocinio Tolosano B. Stanislaus Kostkam quodammodo reprezentabat Bertrandus Vorderius adolescens eximia spei, et quamquam paucorum dierum novitus veteranis admirationi et exemplo erat. Atterere flagellis corpus innocentissimum cooperat a prima pueritia, sibique hunc fecerat morem, ut ter minimum intra hebdomadam se uncis ferreis laceraret. Semel cum in paterna villa rusticaretur deprehensus est in retrusa nemoris parte copioso diffluens cruento, quem impositis sibi plagiis expresserat. Rogatus a Provinciali, qua potissimum causa cooptari cuperet in Societate? Ut leviores quoque noxas facilius devitem, respondit. A primo aditu tirocinii, et orandi facilitate et dono lacrimarum praesignis apparuit. Quoties se dabat in preces amore caelestium adeo incalcebat, ut conceptum ardorem continerre sinu non posset. Audiebatur itaque a sodalibus, cum inter meditandum in clamores gemitusque prorumperet, divino aestu succensus neque potens sui. Interdum prae ardoris vehementia defectus animo ac sensibus destitutus inventus est. Jam iste adolescens, cum in maximam cresceret Societatis spem, seu *ne malitia mutaret intellectum ejus*, seu quod erat iam caelo maturus, lethali morbo corruptus occubuit pridie Nonas Novembres. Plus damni factum in P. Claudio a S. Columba, cuius vitae finem dies prima ejusdem mensis attulit. Praeclaris naturae gratiaeque dotibus toti provinciae Claudius praelucebat, idem concionator egregius, Rector summe diligens, vir exempli semper recti ac sine exceptione laudandus. Ne quo rerum externarum occurso extra lineam abriperetur, Christum Jesum animo praesentem gerere vell testem actionum suarum, et in rebus dubiis patronum aut consiliarium sollebat. Par in eo silentii amor ac moderatio linguae. Utcumque lacesito verbum excidebat numquam, quo repungoret lacescentes. Noctes ex magna parte insomnes ducebat ante sacram victimam, nec ad sacrificandum audebat accedere, nisi expiata prius per criminum confessionem conscientia, quam saepe bis intra diem semper cum lacrimis iterabat. Divina flagrans charitate, seu privatum alloqueretur quempiam, sive ad populum e loco superiore diceret, audientium incendebat animos sic, ut plerique in lacrimas solverentur. Humanas sacrasque litteras docuit Tournonii, cuius etiam urbis collegium prudentissime rexit. Sacrarum concionum cursum multis in locis peregit, magno ubique auditus plausu et pari fructu, Jomeriae praesertim (Poptiopolim alii vocant), ubi multos tum e populo tum etiam e sacerdotali ordine, eductos et coeno vitiorum in alios prope homines transformavit. Novissime Biterras concionandi causa venerat, cum lues irrepit in oppidum. Quo casu cum caeteri exterriti huc illucque diffugerent, exarsit ipse beatae mortis desiderio, neque distulit offerre se Magistribus, beneficii loco postulans procurationem aegrorum. Negarunt ii tale caput in discrimen adduci oportere, et preces repulerunt. Dejectus petitione Clavius, cum bona moderatorum venia transit Lespinianum, quatuor fere passuum millia a Biterris, quod item oppidum pestilentia vexabat. Ibi aggressus nulla non die concionari ac poenitentiae sacramentum cunctis promiscue mortalibus ministrare, paucis diebus seu peste afflatus, seu laboris magnitudine oppressus vivere desiit. Natus erat loco nobili apud Baciovenses, quod oppidum tractus cognominis caput est, in provincia Lugdunensi.

Tot moerorem funerum lenivit ex parte ortus collegii Monpelliensis, qui quidem eo accedit gravior quo minus sperandus videbatur. Mons Pelius sive ut alii malunt Mons Pessulus, civitas est Occitaniae celeberrima ac secundum Tolosam totius provinciae facile princeps. Factionem Calvinianam secuta, una ex arcibus factiosorum munitissimis diu fuerat. At nuper proclinata belli fortuna, redierat ad obsequium Regis. Quo essent erga nos animo cives vel inde colligi

^{123.}
*Oribus et Elo-
giu[m] Bertrandi
Verderi Tironis.*

^{124.}
*Mors et Elo-
giu[m] P. Claudi-
i S. Columba.*

^{125.}
*Fundatur colle-
gium Monpel-
liense.*

potest, quod etiam si posuissent arma sclerata sequē profiterentur in potestate regis esse, tamen quae situm ab Episcopo et a Rege missum hominem Societatis, intra moenia recipere animum non inducebant, minime caeteroqui abnuentes alios quoslibet religiosos si mitterentur excipere ac fovere. Adeo Jesuitarum vel ipsum nomen aversabantur. At ipsorum non erat arbitrii utrum facerent imperata nec ne. Et Ludovicus Rex qua constantia rebellium frigerat contumaciam, eadem curandam haereticorum insaniam statuebat, quamvis oblatam medicinam furentium more respuerent. Ratus ergo ad convellendam inter Monpellienses haeresim, opportunos praे caeteris religiosis fore nostrae Societatis homines, et civium tergiversatione irritatus, jam non unum alterumve sed integrum nostrorum familiam inducendam in oppidum, ac stabili domicilio donandam censuit. Gymnasium erat in urbe ab annis ferme triginta erectum. Quinque constabat classibus in quibus latinas graecasque litteras artesque quas liberales vocant, totidem professores & Calvini secta docebant. Gymnasium istud Rex ejusque vectigalia, amotis veteribus administratoribus, tradi Societati jussit. Quae jussa executis Episcopo Petro Feoliecto et Magistratu urbano, Gymnasii possessionem nostri adierunt Julio mense exente. Non dicam quibus haec oculis spectarint cives haeretici. Paucos tantum excipio qui nunquam mutaverant fidem. Non ausi regiis jussis obsistere, id saltem quod unum poterant testatum publice voluerunt, Jesuitas ab se vocatos non fuisse. Duae interim nostros angebant res; paucitas proventuum nequam alendae justae collegii familiae par, et odium civium quod in dies acerbius crudescet. At primum illud incommodum sustulit anno proximo beneficentia Regis, duplicato collegii censu. Alterum perspecta Patrum utilitate, decursu temporis per se concidit, imo in laetitia materiam vertit. Namque ubi se cives ex errorum caligine qua jamdiu involuti tenebantur, in veritatis lucem eductos viderunt, se salubribus institutis excultos, se variis artibus ad pietatem incitatos; eos quorum industria his fruebantur bonis diligere ac venerari coeperunt. Eo paulatim ventum est, ut dum haec scribimus nulla ferme sit in tota Gallia civitas, cui de benevolentia adversus Societatem Monpellienses concedant. Vel illud documentum sit, quod ad novas collegii aedes construendas, librarum gallicarum plus quadraginta millia nobis munifice contulerunt.

126.
Cives a nobis
aversi paulatim
mitigantur.

127.
RES CAMPANIAE.
In Fano S. Nicolai residentia
collocatur. Va-
riæ ejus vices.

Provincia quoque Campaniae novo domicilio aucta est, in oppido quod Fanum S. Nicolai appellant. Est id oppidum Lotharingiae peramoenum ad Murtam fluvium, frequenta peregrinorum eo religionis causa confluentium celebre. Ibi haud ita pridem Erardus Maimburgus et Catharina Bertranda pii conjuges et opulentissimi, domum Societatis considerant ex earum genere quas residentias dicimus, minime abnuentes quin collegio Nancesano subiceretur et quasi membrum ipsius esset. At nunc cum ad censum antea constitutum tantum addidissent, ut posset justae familiae numerus non incommodo sustentari, magnopere flagitabant ut esset ejusdem ordinis ac dignitatis ac domus caeterae, quarum Rectores uni tantum Praeposito Provinciali parent. Aequam censuit petitionem Mutius, et residentiam Nicolaitanam referri in ordinem collegiorum jussit. Cum tamen id collegium, ob scholarum infrequentiam totius fere provinciae despicatissimum esset, haud multo post visum gravioribus Patrum multo fore commodius, si in domum tertiae ut loquimur probationis verteretur. Id ipsum probavit Mutius. Sed quo prorsus tempore negotium conficiebatur, Fanum S. Nicolai captum ab hostibus et incensum est. Eoque postmodum restituto, res Societatis adeo belli cladibus afflita inventa est, ut neque collegii neque domus tertiae probationis statum tueri posset. Quae causa fuit ut domicilium illud ad residentiae conditionem rediret, quam etiam nunc retinet. Sed ad res Hispanicas veniamus.

128.
RES PROVINCIAE
TOLENTANA.
Aperitus Matriti
nova universitas studiorum.

Hoc anno Philippus Hispaniarum Rex, quod jamdiu moliebatur ut in collegio nostro Matritensi Gymnasium existeret omnium disciplinarum, perfectum laetus vidit. Apertum est novum Gymnasium mense Februario, nec facile dixerim quanto et plausu hominum et concursu ea res acta sit. Affuit ipse Rex cum aulico comitatu; et dramati quod per eam occasionem in scenam productum

est adeo plausit, ut ipsius jussu sexies dandum fuerit spectatorum multitudini, quae ingenti semper frequentia ac pari voluptate interfuit, iterum ac saepius interfutura si saepius daretur. Quam laetum id sociis Matritensibus, tam triste luctuosumque spectaculum Toletanis dedit obitus P. Joannes Gondini, de quo dum scribo, divini consilii altitudinem quam introspicere nefas venerari tacitus cogor. Vir siquidem fama sanctitatis inclitus laboribusque apostolicis tota Hispania nominatissimus, seu beneficii cuiuspiam uti creditum est incantamento, seu naturalibus causis, certe haud sine arcano Numinis ita permittentis nutu, de mentis potestate dejectus actusque in furorem, primo lethalem sibi plagam imposuit Placentiae; eaque deinde superis adjuvantibus persanata, Toletum cum fuisset traductus, si forte sub caelo clementiore rediret ad pristinum statum mentis, ibi nullum admittens cibi genus, seque mortalium scelestissimum, Ecclesiae maculam, Societatis perniciem clamans, inedia voluntaria confectus extabuit postridie Cal. Iulii. Caeterum non alius erat hoc tempore orator in Hispania Gondino eloquentior, nec scio an aliis esset studio divinae gloriae, rebus gestis captisque ex inferno hoste manubii illustrior. Totum fere annum percursandis oppidatim regionibus impendebat. Quocumque advenisset, ejus audiendi causa commovebantur quodammodo e suis sedibus oppida, replebantur templia, populus se comprimebat. Transferendum aliquando fuit suggestum in patentem aream, propterea quod multitudinem nulla quantumvis ampla caperet aedes. Eo perorante omnia gemitibus ac singultibus personabant. Ubi peroraverat, cernebas incredibiles ad tribunalia poenitentiac concursus accusantium sese, et priora scelera detestantium. Omnino regnare in audientium animos videbatur. Nimirus et dicendi facultate praestabat multum, et maximum ejus verbis pondus addebat ac vim per vulgata quaedam opinio sanctitatis, quam apud summos infimosque habebat; tum etiam quod ejus dicta miris interdum ostentis comprobaret Deus. Praecipuum illi bellum adversus theatrorum licentiam, quae erat ea tempestate in Hispania admodum propudiosa ac plane intolerabilis. In hanc liberissima oratione cerebatur e loco superiore, nullo potentiorum qui saepe offendebantur metu, nullo respectu. Murciae theatrum construxerant sumptu publico cives, et venale agmen histrionum conduxerant, dehortante frustra Gondino, frustra perversitatem coargente, sed non frustra divinas iras interminante. Dies erat, qua primum die sub vesperam prodituri erant in scenam mimici actores. Gondinus vocata concione admonuit populum, grande immixtere infortium iis qui spectatum iissent. Vaticinium affirmavit eventus. Dum luditur fabula inter laetos vitalantium risus clamoresque, pleraque e ligno pulpiti spectantium multitudine praegravata, laxatis de repente compagibus subsiderunt ac ruinam duxerunt. Spectatorum magna pars in ipso casu interierit. Pars vivi illi quidem, sed corporibus male multis inventi. Reliqui huc illuc inter tumultum ac metum diffugientes, Gondinum vere sanctum, vere prophetam clamabant, accusabantque se qui tam aperte malum praenuncianti non adhibuerint fidem. Hujus generis exempla, quae de ipso multa cerebantur quaeque ego brevitalis gratia praetereo, ut homini venerationem ita ingentem ejus dictis auctoritatem conciliabant. Tanti orator nominis vocatus Matritum ut esset Regi a sacris concessionibus, brevi novam pietatis modestiaeque speciem in aulam induxit. Nullum pro salute animarum laboreni refugiebat, exili caeteroqui corpore ac valitudine parum firma, quam insuper jejunio, flagris aliquo voluntario cruciatu magnopere atterebat. Cum sacris missionibus fungebatur, bis terque intra diem e suggestu dicebat, ad tres minimum horas producto sermone. Quod supererat tempus, si paucas dumtaxat horas excipias, audiendis pro confessione poenitentibus totum dabat, adeo in hoc ministerio assiduus et indefessus, ut noctes interdum cum diebus conjungeret, non somni, non cibi appetens, omnium plane oblitus rerum ac suimet. Praecipuum sumebat curam de abjectissimis quibusque, quorum magis destituta necessariis praesidiis videretur salus. Aurigas, agasones, caupones, navicularios aliosque infimae sortis homines locis omnibus conquisitos, affari complectique peramanter, et ad detestationem criminum excitare solebat. In

129.
Luctuosa mors
P. Joannis Gon-
dini.

130.
Ejus Elogium
et vitae compen-
diuum.

faciendis itineribus, si quos viderat in agro opiliones, aratores, bubulcos, si quos etiam offenderet latronum ac grassatorum globos, ad eos continuo divertebat, in oolidis tuguriis, in speluncis abditis una cum iis pernoctabat, nec ferme nisi omnibus expiatis discedebat. Beatum Societatis parentem Ignatium singulari colebat studio, eique vicissim plusquam paterna benevolentia Ignatius respondebat. Notatum est Divi effigiem Monebricensem, de qua fuse dictum alibi, quoties Gondinus rebus asperis conflictaretur, copioso sudore disfluere, perinde quasi filii laborantis laboribus afficeretur Pater. Nec est ut referam quam multis in extremo vitae periculo constitutis divinitus parta fuerit salus, Gondino Ignatium invocante. Ut de aliis sileam, cuidam adacta fuerat in latus sica, tam alto vulnere ut ex hiato spiritus permearet. Jacobat miser conclamatus a medicis, agebatque jam prope animam cum vocatus supervenit Gondinus. Eo autem Ignati reliquias admovente, coaluit momento vulnus, aeger periculo exemptus est. Sed plura de hoc viro qui velit audeat Tannerum, de Societate Europea. Natus erat Monebrigae Aragoniae oppido, ante annos sexaginta.

^{131.}
RES LUSITANIAE.
*Controversia
Lisbonne ortu
ob quandam no-
strorum & licen-
tiām.*

In Lusitania non uno genere molestiarum Societas exercebatur hoc tempore; jure an injuria, meum non est definire. Principio nonnihil turbarum fuit Uli- sippone ob rem momenti levioris, quae facili negotio composita est. Agenda cum esset solemnī more disputatio theologica in collegio Antoniano, eam nostri indixerant in diem crastinum, variasque in positiones ut assolet distributam ac typis impressam, in publico proponerant. Positionum una haec erat: Non posse sine nota temeritatis negari summo Pontifici potestatem relaxandi vota religiosa quae vulgo solemnia appellantur. Offendit haec positio quosdam e schola Thomistarum, quippe Angelico Doctori contraria, imo ut ipsi rebantur injuria. Quare graves ea de re querelas ad tribunal sacre Inquisitionis detulerunt. Ecce autem ex insperato subit collegium missus a fidei Quaesitoribus apparitor, eorumque nomine monet rectorem ne peragi disputationem sinat. Obtemperatum est. Nihil omissum tamen a nostris, quo Thomistarum querimoniae fieret satis. Prolata multorum e quovis ordine theologorum testimonia, plura item responsa Pontificum, denique Sedis Apostolicae consuetudo prope quotidiana, hisque argumentis ad liquidum demonstrata veritas ejus doctrinae quae temporibus D. Thomae latebat. Sed nihil profectum; perstabantque nihilosecius Quaesitores disputationem velle interdictam. Ne id quidem impetrari potuit, ut certi saltem darentur iudices, qui de positione cognoscerent ac sententiam ferrent. Ubi ergo caetera incassum erant, itum est Romam ad tribunal summi Pontificis; qui tantam utriusque partis obstinationem merito reprehendens, neque forensi strepitu agitandam ejusmodi controversiam, sed prudenti ac subitario iudicio fuisse praecedendam prouincians, disputationem quidem de qua agebatur licere voluit nostris, sic tamen ut quandam expungenter voculam, qua contra sentientes arguebantur temeritatis. Hoc rescripto Pontifex item finivit plus aequo longam, et partium dissidentium quieti quae numquam nisi pessimo publi- co labefactatur consuluit.

^{132.}
*Definitur Ro-
manum, et Pon-
tificis iudicio fini-
tur.*

At eodem tempore collegium Eborense multo gravioribus jactatum est fluctibus, quorum initia progressus atque exitum nonnihil extra praescriptum anni spatium evagantes, uno contextu referemus. Eborensis academie privilegia quae sane multa et ampla, iniquissimo ferebat animo, ut alibi dictum est, Archiepiscopius ejus urbis Josephus de Mello, eaque convellere ut quaeque se daret occasio conabatur. Frustra ipsius molitiones represserat Gregorius XV. ut suo pariter loco dictum, frustra academie jura novo diplomate confirmaverat. Perstabat nihilominus in priore proposito infensus praesul, et quaedam hoc anno incepit quae in publicam offensionem eruperunt. Est illud inter privilegia fere praecipuum, ut quicumque academico censemur nomine, immunes sint a foro Archiepiscopi regiorumque magistratum. Rectori per omnia subiiciuntur, qui iis per constitutos a se iudices (Conservatores illi nominant) in omni causarum genere jus dicit, eaque propter certos apparatores et accensos alit. Jam tulit casus ut academie apparitores dum noctu obambulant urbem, unum invenirent

^{133.}
*Archiepiscopi
Eborensei inca-
pitum contra pri-
vilegia nostrae
Academiae.*

e lictoribus Archiepiscopi omnino incompatum instructum tamen armis, qua hora Lusitanis lege ac more vetitum est arma ferre. Quem proinde velut facinus aliquod machinantem, nihil certe eo loco ac tempore agentem ex officio, stare jussum armis exsuerunt. Ille rem continuo detulit ad Proepiscopum, qui immagine quantam irarum molem conceperit. Postridie mane adesse jubetur dux academicus satelliti coram Proepiscopo, ad dicendam causam de vi. Conservator academiae (erat Antonius Silveira primariae aedis Canonicus) etsi de illata lictori nihil in utramque partem affirmabat, hominem tamen sui fori ad aliud tribunal trahi nefas putans et causae cognitionem sibi vindicans, homini ne eat in judicium vetat. Hinc inter Conservatorem et Proepiscopum atrox certamen, cum uteisque suum tueretur jus, suamque interpellari ab alio jurisdictionem crederet. Eo deducta res, ut ambo sibi invicem sacramorum communione inferdicerent, libellis urbe tota propositis. At praevalente si minus jure certe opibus Proepiscopo, haud multo post conservator ea dignitate vir, armata manu comprehenditur detruditurque in carcерem. Quam ipse injuriam sane gravem, reique familiaris jacturam non exiguum pati maluit, quam abdicare se officio iudicis, aut officii iura potentioris arbitrio permittere. Haec vicarii sui incepta tacite promovebat Archiepiscopus, et quiddam addidit suo nomine, quo res maiorem in modum cruduerunt.

Sacerdotes erant in collegio Eborensi duo supra triginta, ab ipsomet Archiepiscopo pridem examinati et ad sacra ministranda approbati, quae approbatio nullo certo temporis spatio fuerat definita. His renunciari necopinantibus jubet, ne ultra pergent concionari aut poenitentiae forum exercere, nisi iterum interrogati a se fuerint et approbati. Obtentes autem decreta Pontificum et privilegia, tum communia omnium religiosorum tum propria Societatis, quibus ea novitas exciperetur, et nihilosecius suorum ministeriorum functionibus insistentes, atrocibus edictis quae aliud super aliud plurima toto biennio prodierunt insectari coepit. Iis vetabatur edictis, ne quis in templo Societatis concionibus interesset, neu apud quempiam Jesuitarum confiteretur peccata. Duo tantum nominatum excipiebantur Jesuitae, quos de integro Archiepiscopus approbabat. Qui secus fecissent, sacrorum communione abstinere, iterum confiteri cogenerentur, et super haec multam pecuniarium luerent. Porro haec tametsi parum aqua, haud leviter rebus nostris incommodabant. Nec enim ab urbe Roma quo nostri detulerant causam, satis promptum malo gliscenti remedium afferebatur, cum propter longinquitatem itinerum, tum etiam ob consuetudinem romanae curiae, quae negotia quaque discutere, quanto maturius tanto lentius solet. Cives nonnisi pauci iisque clanculum nostrorum opera utebantur, metu Praesulis. In templo solitudo, silentium ac triste velut justitium erat. Ministeria Societatis Eboreae fere ex toto cessabant. Venerunt aliquando tandem romane litterae ab eo Purpuratorum consilio, apud quod disceptari id genus causee consueverunt, iisque denunciabatur Archiepiscopo, nullum fuisse ipsi jus prohibendi Patres Societatis, quos semel nulla praefinitione temporis approbasset, usu ministeriorum suorum. Desineret proinde innoxiae Societati molestus esse: si quid pecuniarum a quoquam exegisset multae nomine, propterea quod interfuisset concionibus Patrum, aut apud eos conscientiam expisset, id omne restitueret et a talibus in posterum abstineret. De causa jurisdictionis, quae inter curiam archiepiscopalem et magistratus academiae orta esset, visurum duodecimvirale collegium vulgo Rotam, quod ad tribunal rejecta esset causae cognitio. In hanc sententiam conceptae erant litterae Cardinalium. Ne vero antistes novas arriperet vexandae Societatis ansas, litteris adjunctum erat decretum, ut certi constituerentur Eboreae extra consilium Archiepiscopi judges, qui Jesuitas sive sacerdotium sive jus fungendi sacerdotio poscentes, interrogarent de scientia et an essent idonei judicium ferrent. Hujus exequendi decreti cura committebatur Laurentio Tramallio apostolico in Lusitania Legato, sive ut tunc vocabant collectori. Jam hisce litteris et decretis satis nostrorum quieti consultum videbatur. Sed quod tandem satis firmum munimen adversos iram potentissimum? Mellus adeo

Tom. II.

40

134.
Resistit illi con-servator Acad-e-miae, et indigne-vexatur.

135.
Alia quaedam
Archiepiscopus
moveat contra no-stros.

136.
Rome adjudica-tur nobis causa,
sed frustra.

non quievit, ut imo novum proposuerit edictum quo et superiora omnia confirmabat, ac ne quis romanorum decretorum obtentu ea violaret, vetabat. Habe-re nimurum se justas excusationes, cur non faceret imperata. De his scripturum ad Pontificem. At priusquam responsa advenissent, nolle de suo jure remittere.

^{137.}
Praesul voluntaria submissio-ne detinatur a Provinciali.

In hoc statu cum essent res anno saeculi trigesimo, Eboram inspicuendi collegii causa venit novus provinciae Praeses P. Dominicus Monteirus, utque erat peracri iudicio vir, facile perspexit, adversus adversarium praesentem atque iis opibus, parum valere jus quaeque tam longe peterentur juris praesidia. Adhibitis itaque in consilium gravioribus Patrum, aliam inire viam statuit, et experiri num flecteret deditio voluntaria ac religiosa, quem caetera non flectebant. Bene videlicet redimi pacem, vel cum aliqua iurius iactura. Rem esse cum Archiepiscopo. Talis etiamsi causa excederet adversarius, illaetabilem fore victoriam quae ejus exacerbatura sit voluntatem. Fuere qui consilium, pium quidem illud sed minus cautum dicenter. Rem certe periculosam videri, nec facile suscipienda. Addebat alii, non esse Praeposito Provinciali integrum cedere possessio-ne juris, quod semel collegio Eborensi fuisset quae situm Pontificis Maximi beneficio. Id saltem injussu Praepositi Generalis qui beneficium acceptasset, non licere. Verum ipse seu sua deceptus pietate, seu plus caeteris in eo negotio videns, perstitti in sententia quodque mente optimata conceperat re exequi certus, primum omnium deferri ad se jussit chirographa, quibus domestici sacer-dotes testimonium suae singuli approbationis acceperant. Ea deinde ultro detulit ad Archiepiscopum, ipsius arbitrio permittens de sacerdotibus quid statueret. Perculit Praesul insperata submissio, utque ita sunt homines generosi ut ne officio quidem ac liberalitate vinci a quoquam patientur, momento eodem chirographe ad unum omnia rata esse ac firma jussit, nulla facta mentione novi experimenti. Inde inter Mellum et nostros officiis certari coeptum, et videbatur si non omnino mutatus, certe delinitus valde Praesulis animus. Nova demum obsequii significacione captus est usque adeo, ut odium in benevolentiam verterit. Erant forte in collegio juvenes sacerdotes tres, nondum ad ministeria sacrorum probati. Eos Monteirus contra quam nuper decretum fuerat Romae, ad tribunal archiepiscopale examinandos misit. Qua in re tametsi multorum iudicio pluseculum quam oportuit Praesulis voluntati obsecundavit, non eum tamen poenituit consili sui. Haec sane finis odiosae contentiois fuit. Imo post illud tempus Archiepiscopus adeo mutavit mentem, ut futurus in posterum Societas amissimus putaretur, nisi post paulo et vivis ereptus fuisset. Ac ne quem domesticorum pie ac religioso facti umquam pigeret, qui Mello successerunt Archiepiscopi usque in praesens, nihil adversus privilegia collegii et academie ebo-rensi moverunt.

^{138.}
Et novo obse-quio fit amicus Societas.

^{139.}
Moribus et Elo-giis Fr. Bartholomaei Lau-rentii.

Redeo jam ad seriem temporum, et adhuc in Lusitania commoranti offert se mihi ad elogium Fr. Bartholomeus Laurentius, qui vitam per annos plus septuaginta laudatissime actam memorabili exitu clausit Eborae XVII. Cal. Septembri. Magnam vulgo habebat sanctimoniae opinionem, instituto vitae integerrimae virtutumque omnium exercitatione partam. Septem quotidie horas dabant meditationi caelestium. Tempus reliquum, si paucas horas excipias curando corpori necessarias, aut suo explendo numeri aut sublevandis sodalium laboribus impendebat, nunquam otari visus nisi cum piis vacaret precibus, quo tantum genere otii libertissime fruebatur. Quibus diebus feriabantur scholae, caeteris honesta quiete relaxantibus animum, ipse orationi ac voluntario cruciatui liberalius indulgebat. Auditus interdum est domi, cum praeter morem duriter sibi incuteret flagra, idque extra consuetum tempus. Rogatus quid illud esset inusitatae severitatis? *Feriatus dies est*, inquit. *His diebus debentur spiritui sua lau-tia, non tantum corpori.* Quaedam de Laurentio ferebantur naturae viribus-majora, atque illud praeter alia, quod duobus in locis longe dissitis conspicetus fuisse eodem tempore. Earum rerum fama permotus unus quidam domesticorum, ut forte dolore oculorum acerbissimo laborabat, dissimulato consilio, Laurentium rogavit sibi ut parumper flaret in oculos. Fecit optimus frater, atque uno

halitu dolorem omnem depulit. Sed miranda in primis quae in ejus obitu contingunt. Patres cum aegrotarent duo ac prope desperaretur eorum salus, Laurentius rogavit enixe Deum, ut iis salvis quorum esset vita publicae utilior rei, tolleret de medio se hominem nihil imo ordinis gravem. Quod votum habente ratum Numine, convaluerunt praeter spem Patres, ipse valens quam qui optime tentari morbo coepit, levi tamen nec admodum periculoso. Instabat tum dies Virgini in caelum Assumptae sacer, eoque Laurentius die exemplo B. Stanislai recipi in caelum, spectareque magnae Virginis triumphum cupiebat. Id suppliciter precatus Deiparam, nihil dubitans quin impetraret, eo prorsus die ut diluxit, proprieuit se lecto (is adhuc homini constabat vigor!) divina sumpturus. At mox subita ac violentia febri iterum afflictus lecto, cum vix morientium sacra rite perceperisset, placide efflavit animam.

Eodem anno solverunt Ulyssipone naves quae nova sociorum auxiliae Indiae deferebant, et contra quam acciderat anno superiore, cursum feliciter perseguatae, Octobri mense ineunte Goam tenuerunt. Eas concenderant naves socii unus et quadraginta, praeter Apollinarem de Almeida Episcopum Nicaenum nostrae itidem Societatis hominem, qui Aethiopiam mittebatur Patriarchae adjutor viventi, mortuo successor futurus. Dux totius agminis P. Sebastianus Vieira quem et laudavimus anno praeterito, et post annos quinque illustri nece donatum videbimus in Japonia. In ipsa navigatione ut fere semper aliqui e sociis perierunt; et visum lucro apponendum quod desiderati fuerint dumtaxat tres. Fuerunt ii patres Antonius Viva, Didacus item Viva et Scipio Consolimus. Reliquis amplam charitatem exercendae segetem praebuerunt morbi qui crebri gravesque, tum vectores tum navalem turbam conflictaverunt, praesertim in Praetoria qua praeter Episcopum Nicaenum, Michaël Noronia Linarii comes, novus Indiae Prorex vehebatur. Apud Azores interea insulas cum navis indica Lusitanorum, incidisset in quinque piraticos Batavorum mioparones, obstinatumque esset Lusitanis omnem eorum impetum fortiter sustinere ac mori citius quam deditiōnē facere, per plures continenter dies tormentis hinc inde certatum est. Sed cum Batavi experti tundendis navis adversae lateribus operam ludi, missilia direxisse in armamenta eaque convellere conarentur, Lusitani qui se detrac- tis iis haud dubie captos cernerent, animo destituti coopererunt. Trepidantibus affuit opportune sacerdos Societatis, unus ex convectoribus, persuasitusque ut magni Xaverii implorarent opem. Simul particulam ex Divi reliquis tormento quod in hostes librabatur, applicuit. Valuit fiducia. Explosus in ipso Xaverii nomine, quod omnium clamore invocatum est, globus ferreus, praetorianam Batavorum vulneravit adeo graviter, ut vectores impares hauriendo salo quod per cavumicti lateris influebat, raptim subduxerint navim ne mergeretur. Abeuntem sequutae sunt aliae quatuor ejusdem gentis, quo datum Lusitanis spatium recipiendi sui in Angrensem sinum, ubi solemnes Xaverio liberatori gratiae pro beneficio sunt persolutae. Azorum insularum, quando de iis incidit mentio, maxima est quam vocant S. Michaëlis. Stationem in ea fixam obtinebat Societas ab annis ferme triginta, colonis pariter et indigenis utilem, quae postea in collegium est versa. Hoc anno Praefectus insulae pro singulari suo erga S. Ignatium studio, auctor fuit Patribus instituendae piae sodalitatis, quae B. Parentis titulo ac patrocinio fruenterunt. Instituta est magno omnium assensu, quique ei dederunt nomina, Praefectus ipse ac caeteri praesidii Lusitani duces, sese uni ex Patribus regendos permisere.

Dum haec agebantur in provinciis Europae, Goam uti dixi appulit Apollinaris de Almeida Episcopus Nicaenus, inde in Aethiopiam transmissurus. Adebat ibi ab annis ferme septem P. Joannes a Rocha, Aethiopici Patriarchae adjutor itidem successorque ante Almeidam designatus et Episcopatus Hierapolitani titulo insignitus, sed nondum reipsa inauguratus Episcopus, quod nunquam pontificias inaugurationis litteras quas Bullas vocant ab urbe accepisset. Hasce nunc litteras secum Nicaenus ferebat. Sed qua causa dilatae tamdiu fuerint, operae pretium est agnoscere. Fuerat semper antea Rocha inter viros exempli

140.
Sobrant in Indiam socii unus et quadraginta. Tris inter navis gandum mortui.

141.
Navis Lusitana ope S. Xaverii se contra quinque Batavias egregie defendit.

142.
In insula S. Michaelis sodalitatum institutur sub invocatione S. Patris Ignatii.

143.
RES GOANAE.
Cur dilatae Bullae consecrationis P. Joannis a Rocha.

recti habitus, et a religiosa virtute laudatus in paucis, donec Philippi Regis designatione Episcopus est appellatus. At huius honoris vix accepto nuncio, visus nonnihil dissimilis sibi. Perperam ratus homines religiosae professionis sacramento obstrictos, eo tantum quod fuerint Episcopi designati sui juris fieri, episcopales statim induit vestes, nequidquam Provinciali Praeposito contradicente, et alia quaedam incepit ab institutis moribusque nostris aliena: quodque visum momenti gravioris, quibusdam indicis suspicionem movit, sibi cum Patriarcha cui dabatur adjutor non optime convenire. Rescivit de his Mutius, reique gravitate ut dignum erat commotus, egit apud Pontificem per se, per litteras apud Regem, ne prius mitteretur ad Rocham inaugurationis diploma, quam contractam vel levitatis vel arrogantiae labem exemplis melioribus absterrisset. Simul hominem litteris paulo acrioribus castigatum coegit quac nimis citio sumpsisset episcopatus insignia depondere, seque iterum ac per omnia Societatis disciplinae subiicere. Quod cum ille obedienter fecisset, et insuper plurium annorum experimento satis probasse virtutem videretur, non recusavit Mutius quominus pontificiae quas dixi litterae ad ipsum mitterentur. Jam eo diplomate nihil optatus accidere Goae poterat ac plane in tempore allatum est. Nam recentes advenerant ab Aethiopia litterae Patriarchae conquerentis, nullum dum advenire ex binis sibi dati Episcopis adjutoribus, magnoque flagitantis opere, ut quantocius mitteretur is qui sibi esset proxime successurus. Et super haec stabat in anchoris navis, propediem vela factura Dium qua si opportunitate uteatur Rocha, intra breve tempus posset Aethiopiam, ubi cupidissime expectabatur attingere. At vir difficulti indole, morem mutaverat non ingenium. Quin ab uno vitio, ut saepe fit cum virtus et consilium deest, deflexerat in oppositum. Qui antea episcopatus insignia properantius induerat, in praesentia nullo adduci pacto potuit ut initiari vellet Episcopus. Ne injunctam provinciam susciperet causas excusabat justas gravesque, quas et Mutio et Pontifici Maximo esset per litteras indicaturus. Ne vero hinc aliquid detrimenti sequeretur in Aethiopicam rem, jus proxime succedendi in locum Patriarchae ultro abdicavit et in Nicaenum transtulit. Sic ille, nescias majori ne levitate an obstinatione, magna certe indignatione Proregis, neque minore stomacho et admiratione nostrorum, qui praesertim negarent, fas illi esse semel constitutum a Pontifice successionis ordinem privata auctoritate intervertere. Utcumque id esset, Nicaenus ne praesentem elabi occasionem sineret, quamquam jactatione maritima aliisque peractae navigationis incommodis nondum refecerat vires, iterum se mari commitit, die postquam Goam advenerat vigesima septima ac Dium solvit. Una P. Josephus Girosus proficiscitur. Ambo Dium appulsi, quam primam nacti sunt namiv Mazuam iter facientem concenterunt, postque multa ac varia tum captivitatis tum naufragii pericula, Mazuae portum ceperunt, atque hinc transgressi in continentem, Fremonam circa dimidium Augusti mensis incolumes attigerunt. Verum haec pertinent ad annum proximum.

^{146.}
Res Aethiopicas
carumque statu
hoc tempore
difficillior.

^{147.}
Imperator mi
nus jam favet
Religioni.

Hoc interea medio tempore valde mutaverat in Aethiopia facies rerum; jamque gliscere cooperant ea mala, ex quibus quasi noxiis vaporibus, paulatim conflatus est piceus ille turbo ac procellosus, qui demum in segetes tantis laboribus cultas et tam mirifice pubescentes, horrenda strage detonuit. Ea eijusmodi fuerint mihi quam brevissime explicandum est, ne latentibus causis unde tanta repens facta commutatio, alterutrum suspicentur lectores; aut in iis quae ante narravimus de illarum gentium reductione ad Ecclesiam, plus forte vanitatis fuisse quam veritatis; aut cladem adeo luctuosam sine nostrorum culpa non accidisse. Jam ergo qui esset hoc tempore in regia qui in populo habitus animalium exponam. Senuerat Imperator Seltanus, fessusque mole civilium bellorum, quae multa ac fere perpetua post susceptam fidem catholicam gesserat, quietem et otium unice expetebat. Et quamquam veritatis etiamnum retinens, de primo tamen ejus propagandae studio paulatim remittebat. Noxii languoris causa duplex: prima ac verior, impurus muliercularum amor, quo sensim remollescant animi et quidquid usquam est indolis bonae demergitur. Namque a

foedis libidinibus quibus insueverat adolescens, nondum abstinebat senex, et adhuc in turpi coeno volutabat sese, frustra intemperantiam coarguentibus ut dignum erat Patribus, quos ob han̄ causam minus jam crebro ac familiariter in colloquium admittebat. Altera, quod Cela-Christum suspicaretur pietatis obtentu ac per nomen catholicae religionis affectare regnum, ejusque copiliis futuram a nostris opem crederet. Haec illum suspicio, quae semel infixā animo revulsa saepius semper regerminabat, ne quo cooperat impetu urgeret religionis negotium, retardabat. Principem suopte ingenio et senectutis vitio suspicissimum, dictis fraudulentis incendebant aulici. Non enim deerant qui florentem Cela-Christi fortunam, tot opes, tantam apud populum gratiam limis spectarent oculis. Urebat aemulos invidia, magnae semper felicitatis comes. Alii de potentatu certantes, dejectum cupiebant ut ipsi crescent. Multos occulte inflammabat studium paternorum rituum, quos nunquam plane restituendos nisi talentum amolirent adversarium, videbant. Praecipua in eum flagrabit invidia Imperatoris filius et haeres Facilidas jam grandior, ut qui praeferri sibi quemquam doleret. Et odium istud ipse accendebat Cela-Christus; natura dicax et Facilidam identidem jocis amarioribus vellicans. Tot ergo adversarii, communicatis inter se consiliis, aggressi refricare per suas vices Principis aegritudinem, demonstrabant esse enim vero cur sibi metueret a fratre, homine audaci, dominationis cupido, victoriis elato reique militaris experientissimo. Nihil sane promptius videri, quam ut suffultus armis Catholicorum qui toti ipsius essent, manuque auxiliari Lusitanorum succinctus, regno potiatur. Huc spectare tantam illam, tam intimam cum Patriarcha et Patribus conjunctionem. Huc illud quod tantopere ostentaret studium religionis. Quibus vocibus adeo exulceratus est Imperator, ut ad apartam cum fratre simultatem devenerit. Suspiciones injustas revellere, iram reipublicae exitiale comprimere nitebant nostri, sed frustra. De regno agebatur. Et metus amittendi regni raro totus, nunquam sine rivalis pernicie deponitur. Imperator hoc metu victimus, fratrem optimum fidei per tot casus expertae virum, subito abdicare administrationem regni Gojamensis jubet. Ejus clientes et amicos arcet aula et praefecturis exsult. Detrahit ipsi milites quorum lectam et fidam habebat manum. Ipsum denique honoribus opibusque spoliatum in ordinem cogit, incredibili bonorum omnium luctu, qui prostratum in eo maximum religionis columen as sustentaculum cernerent.

Dum haec movebantur in regia, quaedam evenerunt res quae vulgo odio sum nomen catholicum effecere. Illud primum querebantur et populo multi, mutatam a Patriarcha veterem et antiquissimam Aethiopum liturgiam, quae retineri salva catholica veritate posset. Quod ut intelligatur quale fuerit, totius ego negotii seriem a suis initii evolvam. Praesbyteri Aethiopum in re divina facienda non aliam antiquitus usurpare consueverant caeremoniarum precumque formulam, quam ab Alexandrinis traditam. Eam Dioscoranorum erroribus foede inquinatam studiose purgaverat P. Antonius Fernandius, qui ante adventum Patriarchae Mendezii rem ibi catholicam administrabat, atque ita emendatam sacerdotibus utendam dederat magno omnium catholicorum assensu. At Patriarcha reputans quae addita a Fernandio vel detracta fuissent aegre a sacerdotibus teneri, antiquam contra precum verborumque formulam omnium memoriae inhaerere, ac saepe multos sive sacris operarentur sive operantibus adessent, usu ipso atque assuetudine ad errores inveteratos offendere; haudquam ea correctione contentus, tollendam omnino veterem liturgiam eique romanam substituendam censuit, retenta dumtaxat lingua chaldaica qua in sacris utuntur Aethiopes. Romanum itaque sacrificandi ordinem chaldaice verti jussit. Addidit e liturgico volumine (*missale vulgo appellant*) excerptas missarum formulas pro dierum intercurrentium varietate, vetutique ne alio deinceps ritu sacram Praesbyteri facerent. Huic consilio nonnullam injecerat initio moram Imperator gentis offensionem timens. Sed auditis quae a Patriarcha disserebantur, non solum in ipsis sententiam ierat, sed patriarchale decretum suo edicto firmaverat, proposita contemptoribus multa pecuniaria. Actum id ante biennium dolentibus in

148.
Ejus suspicio-
nes contra Cela-
Christum.

149.
Cela-Christus
in ordinem re-
digitur.

150.
Multorum que-
relae ob muta-
tam Aethiopum
Liturgiam.

sinu multis et novitatem aegre concoquentibus, contra quam tamen hiscere ausus est nemo, quod tunc Imperator Patriarchae auctoritatem pro viribus tueret. Et jam consuefactis sensim animis auribusque novae liturgiae, priorem illam suam Aethiopes vix requirebant. Quod nisi Princeps de constantia minuisset, forte de hac re nunquam amplius sermo redibat. At eo nunc agente remissius, neque tam de religione quam de regno ut apparebat sollicito, audiit toto Imperio clamores pristinam reponi liturgiam postulantium: quibus, ut infra dicam, ex parte obsecundandum fuit.

151.
Singularis Aethiopum opinio de veneficis.

Accessit alia querelarum causa fortasse gravior a justa Patriarchae severitate. Vigent in Aethiopia sicubi uspiam artes magicas, frequentesque sunt venefici quos vulgo Budas vocant. Hinc saepe alios videas morbis ignotis vexatos, alias plagis ab occulte manu contusos, alias aliis incommodis et dannis affectos nulla quae videri possit causa. Ut tamen ullos esse veneficos credant, adduci non possunt vel potius nolunt, idque ut ajunt publicae tranquillitatis causa. Si enim fateamur, inquit, hanc esse datam hominibus potestatem, ut alii in alios clam arbitratu suo saeviant iisque exitium stygia arte afferant, quid erit usquam tutum? Nonne mutuis inter se dissidiis aeternoque metu homines collidentur? Eam ob rem capitale est illic cuiquam reprobare venefici crimen ac nomen. Nimirum publicae rei praestabilius ducitur permittere, ut siqui sunt hujusmodi occulce grassetur ac noceant, quam ut in jis et ad poenam vocentur. Qui alter sentiunt non solum ut recipublicae perturbatores punitur, sed vulgo despere existimantur, ut qui duos Manichaeorum more Deos introducant, alterum bonorum alterum malorum auctorem, imo hominem quemlibet efficiant Deum cui jus in caeteros mortales vitae necisque sit. Non latebant haec Patriarcham. Et nihilominus spreta inani persuasione vulgi, fabrum quedam ferrarium certis indicis deprehensem magican facitare, itemque mulierem ejusdem noxae affinem duci jussit in vincula. Ea res mirum ut effavererit populum. Concurrunt ad Imperatorem frequentes, praesertim e fabrorum corpore, turbari statum reipublicae conqueruntur. Exsistere jam inter mortales, contra quam persuadere conarentur leges et instituta regni, imo in ipsis Aethiopie visceribus latere exitiale hominum genus, Budas. Id contendere, id evidenter confidere Patriarcham; neque dubitandi locum relinqui, posteaquam ea sapientia et auctoritate vir quaestionem de beneficio instituerit. Nisi forte addebant aliqui, verius sit dicere, qui hanc reducere opinionem conetur, eum Manichaeorum sectam profiteri, ac fortassis quod deterius in magorum arte versatum, et in schola daemonis institutum fuisse. Movit oratio Principem ut dixi meticulosum, qui secuturas inde seditiones motusque civicos praeciperet animo, perindeque angi visus ac si rerum summa periclitaretur. Nec tenere se potuit quin Patriarcham accusaret judicium perperam et sine causa suscepti. Is contra ostendebat cognitum in sacris paginae veneficorum fuisse nomen, ut e magis Pharaonis et Saulis pythonissa et variis prophetarum locis patet. Hoc ipsum antiquis Aethiopiae monumentis et recentibus omnium gentium exemplis probabat. Verum haec quo verius dicebantur, eo graviora accidebant Principi populoque, uti quae ad confirmandam opinionem ipsorum judicio vanam imo exitialem valerent.

152.
Inde alia querelarum causa contra Patriarcham.

Hoc statu rerum, Proregis Begamedrensis imprudens et incauta pietas seu verius avaritia, atrox repente excitavit incendium, quod brevi in Patriarcham ejusque socios revolutum est. Quaedam est in eo regno provincia, Lasta dicitur, abruptis vallata montibus quos salubres aquae rigant. Regio frumenti frugumque caeterarum ferax, eoque statio seditionis ac perduellibus opportuna. Soli habitant rustici sui prope juris homines et tamdiu quieti quamdiu non irritantur, formidandi si perperam stimules. Edictum iis misit Prorex (Za-Maria nomen viro) ut in posterum ritu latino facerent sacra: ita Imperatori, ita Patriarchae placere: illi prudentius quam pro rusticorum ingenio rescripserunt, siquidem patriae religiones mutandae essent doceri velle, cur ita fieri oportet. Mitterentur proinde ad se sacerdotes et magistri a quibus erudiri possent. Non poterat responsum non probare Prorex, si ipsorum salutem sincera quaereret mente.

153.
Lastenses rustici a Prorege Begamedrensi irritati.

At homo impotens qui forte aliud nihil in eo negotio spectaret quam praedam, responsum in crimen, crimen in quaestum traxit. Lastensis quod edicto non parvissent, imponit multas, supplicia intentat. Illi injuriam non ferentes suo numero et locorum natura freti, corripiunt arma et caesis aliquot Proregis ducibus ipsum turpiter in fugam vertunt. Satis intellexerunt tamen, audax facinus sibi non futurum impune. Hinc ut proun est ab ejusmodi coepitis ruere in extrema, aperte rebellant. Exsul apud Galas degebat e prisca Imperatorum stirpe juvenis Melcha-Christus nomine, qui sibi potiori jure quam Seltano deberi imperium contendebat. Hunc ad se evocatum regis ornant insignibus et Imperatorem salutant. Ille se romanae fidei hostem, Dioscori et Eutichetis patronum denunciata proposito in hanc sententiam edicto: Se quidem legitimo successoris ordine ad regnum vocari; non tamen regnandi cupidine sed studio paternae religionis quam sui juris iniquus interceptor eversum iret, imperium legibus debitum armis repetere. Idcirco si qui ritus patrios fidemque a majoribus traditam salvam velint sequentur se. Hoc quasi classico excitati concurrunt ad eum undique suis e latchris monachi quos Imperatoris metus in officio continebat. Sequitur incondita multitudo quae caecos illos duces venerabatur. Brevi Melcha-Christus tantas collegit vires, ut totam fere provinciam haberet obnoxiam. Imperator ne cunctando spatium ei daret confirmandi sui, collectis ad triginta milia fortissimorum militum, citatum agmen in perduelles dicit. Collatis signis, superaverunt initio regii hostemque in montes compulerunt. At successu elati, dum rem fidentius gerunt quam cautius, dissimilem exitum habuerunt. Suis se rupibus confinebant rebelles acie victi, non tamen domiti et adhuc animo paeferentes. Illuc temere subeuntes promptissimi quique regiorum dum per augustas nituntur fauces, provolutis e summo jugo molaribus saxis obtutti jacuere. Quorum exitio conterrit caeteri commitlones trepide refugerunt in castra, et quia instabat hiems in hiberna se receperunt. Eo casu fracti milites, funesti belli causam totque subnascentes ex eadem causa clades detestabantur. Nullum ne finem civilium dissidiorum post invectas ab usque Roma novas religiones fore? Antea cum Galis aliisque finitimus gentibus geri bella consuevisse vario marte et incerto. Nunc cum popularibus cuique suis rem esse certa semper pernicie reipublicae. Utri victi videntur, lacerari communem patriam regni vires nervosque succidi. Tanti ne esse quo quis ritu, quo more Deum O. M. colat? Cum haec et hujusmodi alia fremerent milites et multi velle viderentur signa deserere, adeunt trepide Imperatorem patroni haerescos, quoque sint loco res docent. Videat quid agat. Auctos esse hostium animos, suorum contra cecidisse. Plurimos perduellis fortunam sequi hac una causa, quod antiquae religionis restitutor vulgo dicetur. Praeoccupanda ejus rei apud vulgus gratiam. Dandum Lastensis rusticani et aliis quibuslibet indigenis facultatem profitendae quam quisque velit fidei. Nihil esse tanti, cur imperium in discrimen ultimum coniiciatur.

Nihil factum est proprius quam ut Imperator partim praesenti periculo exterritus, partim subdola oratione confusus, prava suadentibus obsecundaret. Lastem sustinuit metus, ne gravius offendaret Cela-Christum fratrem. Namque hunc cedentibus praesenti ac certo malo antiquis vanisque suspicionibus, recipere in pristinum gratiae locum praeficereque bello Lastensi constituerat, quippe unum ejus virtute industriaque haud dubie coercendam hostium ferociam confidebat. Dimisis ergo sine responso improbis consiliariis, vocato ad se Cela-Christo partem copiarum tradit, utque fortiter suo more rem gerat, etiam atque etiam mandat. Qui summa ut solebat fide ac voluntate faciens imperata, magnis itineribus in perduelles vadit. Descenderant illi e montibus in planitiem fugatisque paucis regiorum cohortibus, quas ad regionis custodiam reliquerat. Imperator, hue illuc discurrebant impune omnia incendiis, rapinis atque omni bellum clade vastantes. Cum spargitur in castris rumor adventare cum exercitu Cela-Christum. Hoc nuncio is improbos incessit pavor, ut omissa confestim populatione suos in montes se receperint. Gestiebat miles insequi fugientes in summa usque juga, non asperitate itinerum, non hiemis inclemencia deterritus. Adeo mutato duce,

*Aperte rebel-
lanti, et novum
Imperatorem sa-
lutant.*

*155.
Regii milites a
perduellibus pro-
figantur.*

*156.
Querelae con-
tra religionem
ut funesti belli
causam.*

*157.
Cela-Christus
Lastensi bello
praeficilur.*

*158.
Ab eo perduel-
les fugantur.*

mutaverant animi: sed vetuit prudenter dux, certum demonstrans si progrederentur exitium; utque alios in usus servaretur exercitus, eum in hiberna reduxit. Fratrem post haec revertentem laetissimus vidit Imperator. Laudavit susceptum ab eo consilium deserendae provinciae quae tentari sine summo periculo non posset. Pro re denique bene gesta gratias egit ac velut oblitterata veterum suspiciorum memoria, ob id meritum provinciam illi Gojamensem et pristinam dignitatem restituit: caeterum quod adeo obsequentes ac veluti mancipatos unus haberet milites Cela-Christus, quod solo nominis terrore tales in fugam egisset hostes, id priorem anxietatem renovabat augebatque majorem in modum. Nam quid non valitrum si velit, eum qui tantam vulgo habeat auctoritatem et gratiam? An non posse totam ad se Aethiopiam momentu perlevi trahere? Unum deesse ut velit. Sed neque id defuturum semper. Quis enim regnare cum possit nolit? Praestare enim vero, ut ne possit quidem. At quamdiu Lastenses in armis essent, minime minuendam ejus auctoritatem viri qui bellum summe periculosum conficeret unus posset.

^{159.} *Laeto eventu renovantur Imperatoris suspiciones.*

Hos inter angores et fluctus ne qua re sibi decesset Imperator, condonandum aliquid multitudini statuit: experiendum saltem an aliquai indulgentia mitigarentur perduellium animi. Patriarcham ad se vocat Anfrasio unaque adesse Patres Emmanuel de Almeida, Antonium Fernandez, Ludovicum de Azevedo et Didacum de Mathos jubet. His coram praefatus; sibi quidem catholicam religionem contra aurum carissimam semper fuisse ac porro fore; at subjecit quam multis, quam gravibus ob eam causam molestis conflictetur videtis. Annis fere quindecim, quandiu catholicum palam profiteor, vix diem habui a seditionibus aut seditionum metu vacum. Quotidie mea secare cogor viscera et ferrum quo hostes imperii melius perirent in meos stringere. Tota jam civili sanguine madet Aethiopia. Suas ipsi victorias oderunt milites et tolerare diutius militiam adeo calamitosam recusant. Quid restat nisi ut desertus ab amicis, invisus omnibus, omni praesidio destitutus opprimar a perduellibus unaque mecum religio et imperium pereat? Haec tetrica ac vultuosa fronte elocutus perexit dicere, Lastenses non aliam habuisse rebellandi causam, quam quod Prorex Begamedrensis durius quam oportuit romanum ab iis ritum exegerit. Ad compri mendam hanc seditionem aliasque paevertendas permittendum videri, ut sacerdotes veteri utantur liturgia, sublati tantum erroribus. Sic ad romanae fidei concordiam facilis reductum iri Aethiopas, cum viderint non eripi sibi prorsus sua instituta sed emendari. Sensit insidias Patriarcha et hamum fallacit ectum esca. Hac convientia non obstrui seditionibus aditum, sed renovandis antiquis erroribus viam sterni respondit. Multitudinem ubi aliquid per vim extorserit audaciorem fieri ferociusque insolescere. Nihil tam timendum Principi quam ne videatur timere. Hoc si minis et terore impetraverint Lastenses rustici, quid non ausuros potentiores ac Dynastas quorum multi foventur in sinu haeresim ac restitutam vellent? Plures sane exstissemus ob causam religionis tumultus graves periculosos. At in iis, Deo propitio superiori semper fuisse Principem, qui si perget qua par est constantia Dei causam tueri, divinam illi opem nunquam defuturam. His aliquique rationibus Imperatori persuadere conabatur Patriarcha, ne quid motum vellet de iis quae circa cultum sacrorum, communis utriusque potestatis consensu fuerant constituta. Cum tamen de sententia dimoveri non posset obnitemur acrius non existimavit vir prudens; veritus ne gravius aliquid impatientia repulsae statueret, cessit ad extremum roganti et liturgiam Alexandrinam a mendis repurgatam, ut ante usurpari permisit.

^{160.} *Patriarcha pavatum obsecratus eam permitti.*

^{161.} *Schismatice audacieores fiunt, ac multa nequiter moluntur.*

De ipsa re haud multum triumpharunt schismatici, aut certe non diu. Si quidem sacerdotum plerique, jam biennium assuefacti precibus et caeremoniis Latinorum, ut alexandrinos repeterent ritus adduci non potuerunt, quippe prolixiores, nec tanto ordine ac dignitate compositos. At magna inde labes illata Patriarchae auctoritati, quem constaret invitum nolentemque in id descendisse. Mutatam Principis voluntatem divulgabant hostes religionis, abrogatas priores leges rescissam omnem cum Ecclesia Romana conjunctionem. Quibus temere sparsis,

vix credibile quantum creverit schismaticorum audacia. His rumoribus excitati quidam clerici, qui in omnem restituendi schismatis occasionem imminerent, non dubitarunt veteres erroribus licet scatentes adhibere liturgias inemendatas. Alii priscum celebrandi Paschatis morem revocare non sunt veriti, quamvis a Patriarcha graviter atque interposita anathematis poena vetitum, in quo absurde errare consueverant. Fuit et facie vulgi fanaticus qui haereticorum fraude subornatus, ausus est in aulam irrumperet et Imperatori palam denunciare, se jam pridem mortuum ad vitam divinitus rediisse hac una causa, ut ipsum de-romana fide exterminanda admoneret. Ac vide sis, inquit, ne a Christo missum ac vera nunciantem contemnas Imperator. Certa mors est eaque miserrima, nisi intra dies quindecim religionem patriam et resumpseris ipse et in pristinum restituendam curaveris. Verum longe aliter haec cessit fabula ac futurum sperabant artifices. Princeps verae fidei etiamnum tenax insanum nebulonem tolli in patibulum jussit, simulque multa in laudem catholicae religionis audiente populo prolocutus, improborum audaciam praeclera constantiae professione retardavit. Nimirum anticipi cura distractus, mediusque inter metum amittendi regni et religionis conservandae cupidinem, hanc sibi praescriperat formam gubernandae reipublicae, ut temporum opportunitati serviret, simul catholicis, simul schismaticis cum usus posceret faveret, duasque si posset res insociabiles jungeret, arcam Domini, et dagonem. Hac animi inductione palam profitebatur interdum, vitam se daturum citius quam datam Ecclesiae Romanoque Pontifici fidem falleret. At idem re factisque schismaticis gratificari studebat, et committebat identidem cur ad suas partes transgressum illi crederent, vel proxime transgresurum. Exemplo sit quod subiicio. Est apud Aethiopas praecipua religione sacer dies quo recepta de manu Persarum sanctissima Crux, triumphalique pompa Jerosolymam reportata recolitur. Diem hunc Imperator post suscepit catholicam fidem semper religiose servaverat juxta ordinem calendarii romani, postridie Idus Septembres. Hoc anno cum de more expectaretur eo die in aede sacra, ad hortos quosdam suos divertit animi causa diemque totum ludibundus exegit. Diem contra ab illo decimum, videlicet VII. Cal. Octobres cum memoriam eamdem salutiferae crucis celebrabant Haeretici, per varia religionis officia traduxit: cuius facti magna apud Catholicos fuit offensio. Jam ita affectus cum esset Princeps, de nostris quid interne sentiret constitui certo non poterat. Nunc mire benevolum se praebebat iis, nunc habere suspectos videbatur. Redebat forte in Indianum valetudinis causa P. Antonius Velascus. Discedenti litteras Imperator dedit, tum Goam ad Provincialem Praepositum, tum Romanam ad Generalem perferendas, quibus nihil ad significationem benevolentiae illustrius. Nam et praeciarum virtutis testimonium reddebat ipsi Velasco, et egregiam in nostrum ordinem voluntatem verbis amplissimis explicabat. At hisce verbis quedam non congruebant facta. Ut de aliis modo sileam, ante biennium P. Emmanuel Barradius stationem Societatis posuerat Adagasae (vicus est Regni Tigrensis haud ita longe a mari), ac praeter frequentes vicanos celebre monachorum coenobium doctrina catholica imbuebat. Hoc repente anno Imperator aboleri eam stationem, domum aquari solo jussit, idque tanta festinatione ut coactus fuerit migrare inde Barradius media hieme, quo anni tempore nefas per leges Aethiopiae quemquam extrudere sua domo quacumque ex causa. Factum excusabat Imperator cum diceret tollendam fuisse illam Lusitanis arcem, si quando fratri suo Cela-Christo auxilio venirent adversus se. Quod nostri fide bona dictum existimantes proindeque rem mitius accipientes, nihil in eo consilio praeter insinuabiles Principis suspiciones accusabant. Quae tamen secuta sunt, non tam metu Lusitanorum quam schismaticorum gratia factum id declararunt: sed haec erunt alterius loci.

Provinciae Malabaricae luctuosum hunc annum effecti funesta clades ecclesiarum, quas in Ceylano insula multas florentesque Societas obtinebat. Dixo libro superiore de Candiensium irruptione in regnum Jafanapatani, quae tamen adjuvantibus superis plus terroris habuit quam damni. Eos dum bello petit Constantinus

Tom. II.

41

163.
Eorum auda-
ciam reprimit
Imperator.

164.
At variis se-
praebet, et mul-
tis rebus favet
schismaticis.

165.
Nos trahi
proli-
xe laudat.

166.
At stationem
Adagasensem iis
admitit.

167.
Res MALABARI-
CAE
Lusitanorum e-
xercitus deletur
in Ceylano.

168.
Patrum unus
interficitur, al-
ter in captivitate
abducitur.

Noroniam illatam Lusitano nomini injuriam ulturus, post multa praecclare gesta, indigenarum proditione in insidias praecipitatus, cum exercitu periit. Erant in exercitu PP. Simon de Leiva et Antonius Pedrosus, militibus sacrorum ministri scilicet et ad rem fortiter gerendam hortatores. Hi media in acie versantes pariter consuaci sunt. Ac Leiva quidem haud multo post expiravit immixta confixus tragula. Pedrosum barbari vivum ceperunt et Candiam in captivorum turba adduxerunt. Ibi benigne curatus et liberalius quam pro gentis ingenio habitus, annum integrum apud Regem Candiensem posuit, hospiti quam captivo similius. Quo etiam tempore usus potestate quam illi Rex amplissimam faciebat agendi pro libito cum suis popularibus, incredibiliis iis solatio inter incommoda captivitatis fuit. At mutata post annum bellum fortuna, cum Candiensis magna affectus clade pacem a Georgio de Almeida quaerere cogeretur, Pedrosum ipsum ad Rectorem collegii Columbensis remisit cum litteris officiosissimis, quibus explicans dimissum ab se fuisse Pedrosum sine pretio, Rectorem rogabat ut si qua esset ejus facti gratia, ne gravaretur facienda pacis arbitre ac sequester esse. Sed haec postea evenirent. Mortuo interea ut dixi Noronia delectoque exercitu regio, ecclesiis extra Columbum sitas irreparabilis ruina omnes involvit. Nec enim cohiberi potuerunt post victoriam barbari, ne diriperent eas incenderentque ac solo aquarent. Unum supererat in tota insula Lusitanis praesidium arx Columbensis. Arcem ab operibus egregie munitam pauci defendebant milites, in eamque post cladem noronianam e suis stationibus propere configurant nostri, ne a victoribus opprimerentur. Ecce autem supervenienti citato agmine barbari, et arcem obsidione cingunt. Plures menses tenuit obsidio quo nostri tempore nec otiosi fuerunt, nec inutilem operam publicae impenderunt rei. Oppidanos metu fameque pressos, nunc ad poenitentiam criminum nunc ad malorum patientiam excitabant. Fidem Deo regique debitam inculcabant populo, desides incendebant, omnium virtutem voce pariter et exemplo extimulabant. Nec vero ab opere militari vacabant. Ipsi in stationes et vigilias per suas vices nihil minus quam reliqui ciuium ibant. Ipsi pro muris dies noctesque excubabant, ipsi hostem invadentem repellebant. Pervasis Coccinum rumor de obsidione Columbensi, cum forte recens illuc advenerat ex Jafanapatano P. Petrus Paulus Godinius, praestanti vir animo atque consilio. Is ut erat rerum Ceylanensem longo usu peritus, facile intellexit nisi ocius subsidio iretur, praesidiarios partim externa vi partim commatum penuria, facile compulsum iri ad deditiunem; quod si eveniret nihil Lusitanis in Ceylano, nihil religioni relinquebatur. Quare Philippum Mascareniam Praefectum Coccinensem adiit ac periculi magnitudine demonstrata, vix tandem suadendo rogandoque eum pepulit ut imposito statim navibus militum robore suppetias ferret arcis laboranti. Nec consilium eventus redarguit. Barbari naves ut viderunt lusitanas, de oppugnationis exitu desperantes, ab incepto destierunt et in suis fines se receperunt. Ita soluta obsidio est, neque Columbium fuit quisquam, qui non Godinius suae libertatis appellaret auctorem.

169.
Diruntur ac-
des sacrae, aix
Columbensis a
barbaris obside-
tur.

170.
Nostrorum acta
auctore P. Petro
Columbi tempora
re obsidionis.

171.
Arci subveniatur
auctore P. Petro
Paulo Godinio.

172.
Nostrri Lusitanis
operam navant
in regia classe.

Priusquam haec agerentur, egregiam et fidem et industriam idem Godinius aliisque de Societate ostenderunt per occasiōem belli, quod in illa mariū vastitate gerezant Lusitani ut oram Choromandelis adversus Batavos tuerentur. Principio Jafanapataniū cum appulisset classis regia duodecim navium sub Blaseo de Castro, armis illa quidem et militibus commode instructa, sed adeo inops a commatibus ut educi nullo modo posset; ei Godinius necessarias providit copias, idque celeritate tanta, ut intra spatiū diei noctisque unius, quod satis fuit annonaē haberet convectum impositumque navibus. Egressus inde Castrius, anchoras jecerat regione Coccini, neque tamen suorum quemquam exscendere patiebatur in terram. Quamdiu ibi stetit duo collegii Coccinensis Patres naves obire singulas instituerunt scaphis circumvecti, et quantum in iis erat nautarum et classariorum militum expiarunt. Postremo eorum alter Castro enixe poscente assectatā classem, praelio quod cum Batavis acerrimum commissum est interfuit; nec est ut referam quam multis in ipso pugnae discrimine, aut fecerit animum aut sacerdotali ministerio subvenierit. Dirempta pugna, Jafanapataniū

deportati fuerant saucii plures septuaginta, partim Lusitani partim Batavi. Omnes ut communi exciperentur nosocomio ac benigne curarentur Godinius perfect, vocatis hunc in usum e proximiорibus stationibus sociis, quos eidem ministerio una secum addictos voluit. Totos tringa dies quamdiu fuere qui curarentur, perstitero nostri iis opem ferre pari alacritate ac diligentia, non loci foeditate, non diritate vulnerum tetro cum odore putrescentium deterriti. Primae tamen in hoc charitatis officio Godinii partes fuere. Praeter operam quam suis ipse manibus ulcerosae turbae impendebat, ut necessario requirebantur pro quotidianiis tot languentium usibus multa, instituit circuire urbem ostiatum stipemque corrogare, quam conferentibus liberaliter civibus, nihil miseris neque ad corporis curationem, neque ad animi solatium defuit. Suum porro constitut tam eximiae benignitati pretium et Patrum prope spem superavit, cum prius aegrotantium consanuerint animi quam corpora. Erant ex eo numero Batavi omnino septendecim secta Calviniani. Omnes excepto navarro cuius frangi contumacia non potuit, abjecta haeresi fidem catholicam suscepserunt, et quidam rite expiati in spem vitae melioris feliciter decesserunt.

Per haec in Sina insperatam religioni securitatem peperit, quod merito ob-stupescas, scientia mathematica; atque haec fuit occasio. Regii astrologi defectio-nem imminentem lunae praedixerant ejusque horam, locum et adjuncta caetera pro more vulgaverant. At cunctis in exitum rei intentis, quantumvis accuratas corum computationes multis partibus fefellerat luna. Aegerriime tulit errorem Imperator, propterea quod Sinenses ordinem rerum publice gerendarum maxime accommodant ad statos ejus sideris recursus; suorumque mathematicorum vel inscrita vel incuria offensus, gravius aliiquid statuere in eos parabat. Illi palam fecerunt, nihil a se in computanda laborantis astri defectione peccatum fuisse: omnia cum regulis astronomiae sinensis adamassim convenire: si qua inesset errori culpa eam in ipsas regulas quae fallaces essent coniiciendam. Atque haec illi quidem unice ut deprecarentur poenam; sed eadem altiore in usum prouidentia Numinis vertit. Inter Mandarinos ritibus praepositi cui tribunal subi-ciuntur astrologi, praecipuum eruditiois obtinebat locum Doctor Paulus; utque idem studiis Imperatoris praeceps, non solum faciles habebat ad eum aditus, sed ab eodem velut magister audiebatur. Hic a suis collegis oratus, consulto prius P. Joanne Terentio astrologiae peritissimo, nunciat Principi acceptas olim a Mauris fuisse leges astrorum cognoscendorum; at in eas temporum progressu et vi-tio multa irrepsisse menda. Id faciendum sedulo, ut emendentur quibus' uterentur Sinae tabulac, et facile posse rem e sententia evenire, si astronomiae sinensis rationes ac numeri, cum europeaque nulla exactior conferantur ad ejusque rationem exigantur. Magno in hanc rem usui fore sapientes europaeos quosdam qui opportune versarentur in Sina, viros cum artium caeterarum tum praesertim astronomiae longe doctissimos. His auditis. Imperator, astrologos primum suos culpa liberavit: dein in haec verba rescripsit: *Cum regulae veteres computationis astronomicae deprehendantur falsae, corriganter. Conficiendae rei cura penes rituum tribunal esto. In operis societatem quicunque maxime idonei judicabuntur, sive advenae sive populares vocantur.* Hoc ad tribunal rituum allato Imperatoris scripto, caeteri Mandarini ingenio doctrinaeque sue diffisi, curam ejus exsequendi omnem derivarunt in Paulum adeo non repugnantem, ut id ipsum optaret potius non sua causa sed Patrum, quos ea ratione pristinum in statum ac meliorem etiam restituendos pro-spiciebat. Igitur Paulus potestate usus quae ipsi maxima conferebatur, solempne de-cretum promulgat de reformando calendario sinico, secundum regulas Patribus magni occidentis exploratas. Patres Joannem Terentium et Nicolaum Longobardum qui tune Pekini degebant operi praeficit. Iis socios et novi munieris adjutores jun-git Doctores Leonem et Philippum, utrumque Christianum et propagandae pietatis studio flagrantem. Et quoniam nonnullos ex ipsis etiam Ethnicis cooptare in hunc coetum conveniebat ad vitandam invidiam, eos eligit quorum perspecta in rem christianam benevolentia dudum erat. Ita conflatum est novum et extra-ordinarium astrologorum collegium nulli obnoxium tribunali, praeterquam ipsi

*Idem 173.
Iditionem procuratio-
rum sauciorum suscipiunt.*

*RES SINICAE.
Decernitur cor-
rectio Calenda-
rii Sinensis.*

*175.
Operi praefi-
ciuntur aliqui
ex nostris.*

Imperatori. Patres in regiam adscripti fuere familiam. Assignata illis alimenta de fisco, data copia fabricandi quae opus essent instrumenta, conducendique idoneas iisdem collocandis domos. Omnia denique non solum ad operis tanti necessitatem, verum etiam ad dignitatem et amplitudinem prolixe concessa.

^{176.}
Nostrorum auctoritas refloruerat. Testimonium P. Palmeri.

His per imperii provincias pervulgatis rebus, vix credibile quantum, quam brevi refloruerit attrita superiorum temporum procellis Patrum auctoritas. Ubique amicorum faustae gratulations, adversariorum frenitus et querelae. Ubique religioni securitas libertasque parta. Nostri perinde jam se habebant in Sina ac si lex de ipsorum exsilio extitisset nunquam, aut edicto Imperatoris nominatum abrogata fuisset. Prodibant securi in publicum, Christum praedicabant, neophytes colligebant. Hunc successum et inexpectatam rerum conversionem coram intuens P. Andreas Palmerius, quem inspicuundae causa Societatis advectum in Sinam diximus anno praeterito, vehementer obstupuit. Reputanti siquidem quanta apud Sinas invidia exteri laborarent, quanto contemptus externa repelli omnia ac repudiari solerent, instar miraculi videbatur Patres non impune tantum conspici in Sina, sed in urbibus celebrioribus habere sacras aedes et domicilia, coetus hominum cogere, peregrinam legem palam docere, audiri velut magistris a litteratis primi ordinis et Mandarinis, in ipsa aula et Imperatoris familia numerari. Neque veritus est in relatione quam de rebus Sinensibus misit ad Generalem Praepositum affirmare, licet aliud nihil impetratum hactenus in Sina foret, quam ut in ea Societas placide at tuto sua obiret ministeria, hoc unum tamen in prodigiis haud minoris loco habendum videri, quam si Turcarum cohors domum Romae posuisse ibique sua palam et libera sacra exercere, et mahometicam superstitionem populo tradere diceretur. Moleste ferebat initio visitator quandam in vestibus nostrorum pompam, ac nescio quem in adeundis excipiendisque Mandarinus usum nitidum oppido ac lautum, qui nobilium cultui propior videretur quam religiosorum humilitati ac modestiae, idque omne Patribus interdictum solebat. Sed postea quam intellexit retineri alter non posse Mandarinorum benevolentiam quo maxime adminiculio religio indigeret, cumque agendi modum optimum ad indolem gentis esse, nihil mutatum voluit. Extimuit videlicet ne si splendore majestatemque eriperet religionis doctoribus, partem quoque venerationis non modicam religioni detraheret apud vulgus, quod rerum pretia et existimationem non alia re magis quam sensibus metitur. Quid quod vestitus ille cultior ab omnibus adhibebatur litteratus, quorum ad similitudinem et institutum nostri quam proxime conabantur accedere, eo etiam consilio ut se ab impura Bonzorum secta qui sordes affectant de industria quam longissime removerent?

^{177.}
Qui cultum exteriorum Patrum reprehendit, deinde approbat.

Ante anni exitum grex Fidelium capitibus auctus est circiter mille, quo ex numero litterari plures ac Mandarinii fuerunt. At Kienkami quid oppidum est provinciae Kiamsiae, nonnullos ad fidem pellexit eventus insolens qualem sacrae litterae tradunt de arca foederis, cum apud Philistaeos bello capti custodiretur. Christianus adolescens dono accepérat a Patribus parvam iconem infantis Jesu affabre factam. Vidi adolescentis pater ethnicus quidem ille sed Christianus non iniquus, dignamque arbitratus quae in loco maxime sacro servaretur, inter idola domestica eam reposuit. Die postero mirum dictu! quidquid ibi erat simulacrum, inventum suis dejectum basibus atque humi stratum, illa stante. Ethnicus rem admiratus neque tamen rei causam intelligens, reponit suis loculis statuas, sacellum diligenter occludit. Postridie rursum jacebant imanum Deorum formae, sola Christi imago stabat. Cum id iterum ac tertio evenisset, tum vero prodigium perspexit Ethnicus, eoque evidenter edocitus unum esse Christum cui divini honores deberentur, solam ipsius retinuit, solam adoravit effigiem, caeteras confregit comminuitque, fragmenta in abjectissimam tecti partem rejecit jam tum animo ac voluntate, mox etiam baptismō ac professione Christianus. Re autem in vulgus emissā idem consiliū plures Kienkamensis cuperunt. Sed quanvis in cunctis regni stationibus (undecim omnino erant) satis belle procederent res, Singanensis omnium novissima quam ope studioque Doctoris Philippi conditam vidiimus anno praeterito, nostrorum laboribus maligne admodum respondebat. Duo

^{178.}
Ethnicus ad Christianum adductus. Singularis evenitus Kienkami.

^{179.}
Singanensis mira contumacia per annum integrum.

versabantur in ea Patres ingenti animo atque virtute, et cum ipsa morum specie tum copia litterarum spectandi, Alvarus Semedus et Adamus Schallus, nec sibi quidquam reliqui ad laborem industriadque faciebant sed conatu irrito. Eos viri quique nobiles superciliis adductis aspernabantur et arcebant procul. Eosdem in publicum prodeentes sex plebeculae conviciois et omni genere contumeliarum insultabat. Traducebantur passim ut mortaliuum pessimii ac sordes urbis. Aegre impetrabant ut in suis aedibus tuto consistarent. Ut summam faciam, anno integro nihil dum collegerant frugis, nec quidquam bonae spei ostendebatur in posterum. Inter ejusmodi frustrationes molestiasque annus effluxerat, cum Schallus sive ut falleret tempus sive ut moerorem soliditudinis fructuose leniret, sacellum moliri coepit domi quam posset ornatissimum. Pecuniam in eum usum large quem supra dixi Philippus Mandarinus dederat. Ut erat Schallus architectonicae artis eximiae intelligens et multum ingenio manuque praestabat, sacellum exiit operis praeclari, nitore atque elegantia tanta, nihil ut Singani inveniretur in eo genere pulchrius perfectiusque. Rei fama quae statim percrebuit, viciniam primo totam deinde urbem traxit. Accurrebant turmatim visendi studio summi pariter atque imi, europaeae structurae formam et artificium mirabantur omnes, omnes venustatem gravitati junctam laudabant et operis gratulabantur auctori. Schallus captata occasione, modestiae simul comitatis speciem praebere videntibus, eos officiis et honore verborum sibi conciliare. Ab his initii mutatus est habitus civitatis usque adeo, ut odium in benevolentiam, contemptus in admirationem Patrum et venerationem verterit. Documento sit quod Schallus ad sacram practerea exstruendam aedem adjectit animum, idque iis maxime hortatoribus et aedificiis sumptuosi adjutoribus, quos antea praecipios habuerat adversarios. Illud etiam accedit commodissime, ut provincia Xensiensis committeretur Mandarino in primis probo, quicum Schallo contracta pridem fuerat amicitia Pekini. Is cum praetorium haberet extra Singanum, statim atque magistratum adiit, duos misit in urbem centuriones qui Schallum suo salutarent nomine. Addidit probitatis et sapientiae testimonium aureis inscriptum litteris praegrandi in tabula, ad Patres publice deferendum, quae res summo apud Sinas honori dicitur. Inde aucta plurimum opinio de Patribus; quodque ad rem magis attinet fidem Christi de qua nemo hactenus audire voluerat, paucis mensibus cives quinquaginta suscepunt. Gestiebat lactitia quem saepe nominavi Philippus hunc percipi ex solo tamdiu sterili fructum cernens, et labores Patrum pro viribus adiutabat. Ejus domicilium diei ferme iter aberat Singano. Singulis tamen diebus festis in urbem adventabat, ut interasset rei divinae totoque mysteriorum tempore ea adstabat specie pietatis, cuius ipso aspectu Neophyti multum commovebantur. Saepe etiam peracto sacrificio priusquam coetus solveretur, rogabat Patres sibi ut liceret de Christianorum doctrina officiisque palam disserere, et impetrata venia ita dicebat, ut neque majori copia sermonis neque vehementiore animi ardore orator exercitatissimus posset.

Istiusmodi Neophytorum major in Japonia numerus sed longe iniquior conditio erat hoc tempore, cum barbarus Imperator divinae religionis ruinam machinis ultimis impellebat. Et quidem pauci usque ad coronam in acie steterunt. Pars multo maxima metu victi fidem prodiderunt. Ut ordinar a deterioribus, quaedam prope Nangasachium sunt haud magni ambitus insulae quas ab Amacusa insularum prima, regnum Amacusum appellant. Id regnum jam inde a temporibus magni Xaverii Societas excolendum susceperat, et in hac etiam temporum saevitia studio praecipuo excolobat. Nuper P. Jacobus Antonius Giamnonius totum peragraverat, nescias utrum majori suo periculo an Christianorum utilitate, quos immisit Regulus acerbe vexabat adigereque ad defectionem conabatur. At praevalente Reguli nequitia, nihil ferme christiani nominis hoc anno ibi relicturn est, quodque miserrimum, non ferrum non ignis, sed insita hominibus erga suos benevolentia plerosque prostravit. Nimirum cum experimento constaret per rogos et secures aliud nihil profici quam ut fortissimis quibusque viris res publica privaretur, idque ipsi passim quererentur Ethnici; placuit novo crudelitatis genere

^{180.}
P. Adami Schall
i industria mu-
tantur vehemen-
ter animi.

^{181.}
Accedit patroci-
nium novi Gu-
bernatoris.

^{182.}
Eximia pie-
tas Doctoris Phi-
lippi.

^{183.}
RES JAPONIAE.
Verantur in re-
gno Amacusano
Christiani, et
multi a fide do-
ficiunt.

pertentare Christianos. Cacer in aperto campo fuit extrectus ex calamis, ardentis soli, imbris caeterisque temporum injuriis patens atque ita humiliis, ut nec puer stare intus posset. Huic caveae includebantur uxores Christianorum cum filiis parvulis, totque simul compingebantur quot aegre caperet locus. Centum quandoque, pueri cum suis matribus carcerem impleverunt. Imbelli vinctorum turbae cogebantur patresfamilias suis quotidie manibus cibos inferrere, intra eum tamen modum quem judges maligne praescriperant. Quod consilium eo valebat, ut tot misericordiarum adspectu paulatim frangerentur viri, suorumque misericordia victi tyranno gererent morem. Exitus plus nimio respondit ad votum. Hac arte dejecti sunt sane plurimi, qui uxores innoxias liberosque sua licet sorte contenterent ut iis eximerent malis, a Christo desciverunt. Ut quisque in impia juraverat verba, ejus necessarii dimiscebantur. Ab his vim abstinebant judices seu quod satis ad victoriam erat expugnandum grandiorum, seu quod expugnandas postmodum a maritis conjuges, a Patribus filios confidebant. Multi fuerunt tamen invicta constantia viri quibus nullae naturae necessitudines antiquiores officio religionis fuere. Ex his, aliqui, spoliati bonis et in exsilio ejecti, alii clanculum in mare demersi. Quosdam oppidis pulsos nec habentes quo se reciperen, acermarum moles extinxit. Plerique charorum vexationem iniquissimam non ferentes, labendi periculum paeavererunt fuga et Amacusanis finibus sponte excesserunt. Quo demum Christiani in ea terra ad miserandam paucitatem adducti. Sed nihil meliora alibi evenerunt.

^{184.}
Aliorum con-
stantia. Clades
Amacusanae Ec-
clesiae.

^{185.}
Nangasachi cru-
ciantur. Chri-
stiani citra spem
moriendi.

^{186.}
Novi Guberna-
toris adventus,
Christianorum
terror et fuga.

^{187.}
Artes ad eos in-
tercipiendos ad-
hibita.

Nangasachiensi gubernator Cavacius, expertus biennio proximo quam multis serius ocyus dejecisset, non tam mortis terror quam cruciatus in longum productus citra spem moriendi; Xogunum Imperatorem docuerat, posse hoc instituto christianum ubique nomen extingui, salva mortalium anima reque publica incolumi. Quod cum placuisse Imperatori consilium, eaque grassari via instituissent alii quoque Praesides Provinciarum, multo plures existere hoc anno desertores divinae fidei quam martyres. Hac quidem certe machina expugnatum est Nangasachium, atque urbs illa jambiu caput Japonicae Ecclesiae ac per totum christianum orbem gloria martyriorum illustris, infelicititer corruit. Sed de hoc lacrimabili casu paulo distinctius agendum. Discedens Nangashio quem dixi Cavacius, quippe nobiliorem ad provinciam translatus, indicem praestantium Christianorum quos in urbe relinquebat in aulam detulit, munus tyranno gratissimum. Eo descriptae contingebantur indice familiae ex primariis sexaginta. Imperator collaudata hominis fide, ut forte successorem ipsi designaverat Tachimagam Uenum, tigridem scilicet ac si quid est in terris tigride immanius, huic tradit indicem ac ne quem illorum pacate vivere patiatur mandat. Ferrum flammas elementa caetera, et quidquid excogitare uspiam tormentorum possit, strenue adhibeat. Decessoris tamen coepitis insistat in inferenda nece. Neminem interficiat nisi diuturna exercitum vexatione, cum desperata penitus Victoria sit. Addat usqueusque tormenta alia aliis acerbiora ac tempus trahat. Citam mortem in votis esse Christianis; at producto in longum cruciatus praecisa martyrii spe, eorum patientiam infringi. Cum his mandatis Nangashium volat Uenumus, atque urbem cohorte militum quingentorum magnaque lictorum manu stipatus ingreditur. Tum erigi passim patibula, depangi cruces, palos et rogos apparari ad terrorem jubet. Locus erat prope urbem in quo Christiani tumulari solebant. Barbarus erui sepulcra et ossa mortuorum refossa cremari jubet, nempe ut immuni facto declararet Christianis, ne mortuis quidem otium a se et quietem fore. Cum primum haec agi copta, cunctis incerto metu suspensis, minime dubitarunt Christiani quin sibi atrocis tempestas ingrueret. Quare saevo apparatu examinati relicta domibus et fortunis, in fugam et voluntarium exsilio plerique se conceperunt cum liberis et uxoribus. Re cognita improbus, scriptis ad vicinos Reges litteris, edictum nomine Imperatoris ut fugitivos attinerent et tanquam perduelles gravissime plecterent. Hinc exclusi hominum commercio miserrimi exsules, contingebant se in tenebris nemorum, et apud feras quaerere cogebantur humitatem quam in hominibus nusquam reperiebant. Sed, neque sic tyranni manus

ev aserunt. Silvas totas alicubi facibus injectis Unemus excidit, ut abditos Christianos e suis latibulis excuteret. Globos satellitum in viis militaribus collocavit qui sisterent viatores, et quinam, cuius instituti et sectae essent, unde, quo pergerent sciscitarentur. Ut maritimo etiam itinere fugam praeccluderet, vetuit navicularius ne quem acciperrent alio devehendum, nisi testimonium proferret a judice obsignatum quo constaret ipsum non esse christianum. Denique in faucibus portuum singulorum lemboz duos constituit plenos armatis, qui noctu interdiuque excubarent nullumque clam exire Christianum sinerent. Ita omni praecepto ad fugam aditu in potestatem multi venerunt.

Ex iis quos novus Gubernator in dato indice notatos acceperat, delecti pri-
mum ad poenam fuere viri septem supra tringa et feminae viginti septem, ca-
pita omnino sexaginta quatuor. His voce praeconis denunciatum ne sibi inaniter
blandirentur spe gloriosae pro Christo mortis. Nolle Principem, ut gloriose moriantur sed ut miserrime vivant. Non merituros sane sed fanda et infanda pa-
suros, donec fecerint inviti quod sponte nolint. Cum nihil saeva denunciatione
moti viderentur, ad Ungenum montem transferuntur. Jam si quis enarrari sibi
singillatim velit varias et inauditas suppliciorum formas quibus tentati fuerunt,
citius credo ipsum deseret audiendi patientia quam illos tolerandi. Permixti tor-
toribus erant medici, malis remedia. Adstabat exactor poenae, cumque ita fractos
cruciatus cernebat ut animam viderentur agere, interponebat quietem insidiosam,
vulnera obliganda et persananda curabat, semianimes ac pene mortuos revocabat ad
vitam. Supra voragini omnium terribilium, transversas duxerant trabes ab una
crepidine ad alteram. Trabibus cellulas imposuerant hominis unius capaces, ab
omni parte clausas praeter quam ab imo, ubi per foramen subiungit sulphurei va-
pores et erumpens et subiecto lacu torridus fumus. Sedeabant in istis cellulis
miseri; sed nemo immanem aestum et foetidam mephitim tolerare diu poterat.
Cum periculum erat ne suffocarentur tunc ostiolum aperiebatur desuper, cumque
paulum respiraverant iterum cludebatur. Alias in margine horrendi lacus con-
stituebantur supra tignum transversum nudi, expansis alligatisque bacillo bra-
chiis et praegrandi ad collum appenso molari, ut cogerentur curvato dorso consistere. Tum iis carnifices haustam et subiecto gurgite aquam urentem infundebant, donec toto exusti corpore, cute partim detracta, partim foedis ulceribus hian-
te, gravius languore viderentur quam ut possent diutius vivere. Ubi deficeret coe-
perat vita, fomentis et affusa frigida reficiebantur, perque istas vices trahebatur
dolor semper idem et novus, cuius miser nullum exitum inveniebant. Aderant
ministri scelerati idem semper occidentes carmen, desinerent aliquando acerbiora
sibi mala consciscere, neu spe vicinae mortis contumaciam sustentarent, qui-
bus non brevi ut sperabant moriendum, sed in longa mortis expectatione miser-
rime contabescendum esset. Quibus vocibus et perpessione diurna superati,
ceciderunt ad extrellum animis cuncti, uno tantum excepto pari, cui in ipso
cruciati vita praeter opinionem erepta. Duos ipsos si excipias non tam fortiores
caeteris quam feliores, reliqui sexaginta duo fidem misere abjecerunt.
Laetus victoria Unemus, nullam sibi intulit moram quin similiter Christianos
caeteros qui Nangashchii regionatim custodiebantur, ad defectionem impelleret.
Cumque videretur ipsi Mons Ungenus abesse longius quam vellet, aquas e tar-
tareis illis voraginibus Nangashchium deportavit, et aereis in cupis cortinisque
asservavit. Addidit nitrum salem, nova sulphura, et calorem subjectis flammis au-
xit. Tum aggressus fervidi humoris infusione pavidos jam metuque consternatos
torquere, brevi fere omnes dejicit, paucis inventis qui vim supplicii qua decuit
constantia perferrent. Ita sublata beatae mortis spe qua maxime ad virtutem
confirmabantur animi, inventi gubernator impius quemadmodum ex urbe Nanga-
sachio, domicilio quondam et arce religionis, christianum nomen exterminaret.
Itaque ubi anno ante hunc tertio, ut rerum Japonicarum oculatus testis affirmat
Christiani censebantur ad quadraginta millia, ibi sub exitum anni labentis pauci
admodum iisque abditi ac velut sepulti remanserunt. Tantum hominis unius inau-
dita crudelitas potuit!

^{188.}
*Sexaginta qua-
tuor ad Unge-
num montem
transferuntur.*

^{189.}
*Dire torquen-
tur, circa mor-
tem tamen.*

^{190.}
*Sexaginta duo
fidem abiiciunt.*

^{191.}
*Nangashchii res
christiana fere
ex toto perit.*

192.
Capiuntur tres
Augustiniani, et
ex nostris P. An-
tonius Iscida.

Subacta in hunc modum urbe, adjecit Unemus animum ad oppida pagosque territorii Nangasachiensis, ubi plures occultari Religiosos non ignorabat. Hos tamen suis ut eliceret latebris astu utendum statuit. Simulat se cruciandis mortalibus defatigatum. Dolet vicem Christianorum in quos tam dura edantur exempla, dolet suam qui praeter indolem saevire fuerit coactus a Principe. Justitium indicit, intermitti institutas de religione quaestiones jubet. Fluxerunt multi dies solitis cruciatis vacui. Christiani paulum respirabant. At interea satellites fraudis consciit, multo quam antea diligentius sed dissimilanter et quasi negligenter Religiosos investigabant. Hoc dolo cepit sycophanta, quos vi non potuerat. Tres Augustiniani qui modo uni ex ea familia supererant in Japonia, falsa lenitatis specie decepti, dum latibula tantisper deserunt cum suis comitibus hospitibusque sunt comprehensi, magnum astutae simulationis praemium. Capitur haud multo post e nostra Societate P. Antonius Iscida ortu Japon. Verum id ubi, qua ratione factum sit quid capto evenerit, non aliis referam verbis quam quibus ipse de se narrat in quibusdam ad amicum litteris. «Nangasachium (inquit) ab Omu- « rensi tractu veneram jubente P. Provinciali, ut Christianis in summo periculo « versantibus et operam meam expetentibus adessem. Dies aliquot ibi commo- « ratus, accepi P. Bartholomaeum Guttierrez ex ordine D. Augustini sacerdotem, « incidisse in satellitum manus. Id cum itidem cognovisset meus hospes, gravis « eum metus incessit ne ipse mecum periret si domi caperer sua, rogavitque « me ut discederem. Discessi et a Jacobo Cufyojo receptus fui. Quatriduo post « cum rem divinam abditus domi facerem, meque totum sanctissimae Numinis « voluntati offerrem, audio tumultum ad fores. Progredior, militem armis et ore « torvo minantem conspicor. Sensi quid vellet, nihilque cunctatus quis essem ro- « ganti, respondi me sacerdotem et religiosum esse. Et ego subiecti ille adsum « ut te comprehendam. Simul innuit lictoribus qui mihi hospitique statim meo « vincula injecerunt. Ambo ad Unenum Gubernatorem ducimus qui multa di- « xit, ut a peregrina ut ajebat religione me abduceret. Verum ubi audivit neque « peritura bona neque vitam ipsam tanti mihi esse, ut animae facere jacturam « velle, me amandavit in carcerem, laudans alioqui quod candide ac sine cir- « cuitione essem professus quod eram. Paucis interpositis diebus, iterum me vo- « cat et remotis arbitris in secretum conclave ducit. Surgebat in medio acervus « ingens vestium sacerdotalium quas e piorum aedibus corraserat. Eas cum mon- « strasset mihi, quaesivit quis stolaes usus, quis linei amiculi quod superpelliceum « vulgo nominamus esset? Dixi usum illorum in sacris caeremoniis esse. Mox « amiculum pariter et stolam quia sic velle se ostendebat indui. Placuit vesti- « tus sacer et prae illo vestes Bonziorum contempsit. Quin cum essem amiculo « cooperitus, quia illo nos uti inter concionandum dixeram, ut rei specimen « optanti darem ingressus sum concionari ac de religione sic dixi, ut nunquam « uberiori ornatiusque me dixisse meminerim. Aures attentissimas dicenti Une- « mus praebuit ac subinde multa ex me quaesivit, quidquid respondebam appro- « bans. Est enim per quam ingeniosus et sagax. Nihilominus ad propositum re- « versus: quaecumque tandem sit ista tua religio, inquit, auctor tibi sum ut eam « deponas. Cui ego: ita ne vero? Ut eam ego religionem auctore te deponam « quam et probavi tibi esse unam ex omnibus veram, et quam tute veram esse « confiteris? Mihi sane certum est quovis exitio prius interire quam obligatam « Deo fidem fallere. Tum ille: dicas ut hominem probum ac sapientem decet. Vos « soli obsequium Deo ac Domino vestro cum fide praestatis. Multa nos etiam « Principibus nostris quaestuosa adulazione promittimus. Non labori non vitae in « eorum gratiam parsuros pollicemur. At ubi ad rem ventum est verbis facta non « respondent. Destituimus eos in discrimine et saepe cum fortuna fidem muta- « mus. Haec mecum loquutus, jubet in aream sacerdotales amictus deferri cum in- « genti librorum acervo, ignem iis subiici, cineres in mare proinci ne, inquietabat, « res judicio Christianorum sacrae venirent in profanas manus et ludibri pate- « rent. Postridie rursus me accivit simulque adesse juset e Japonibus litteratis « doctissimos, plerosque disputandi causa de religione. Exceptus sum humanitate

193.
Litterae P. Isci-
dae ex carcere
Omurensi.

« singulari. Disputatum acriter et diu sed frustra. Neque enim promovebant quidquam aut doceri volebant. Extremum hoc fuit: obedendum esse Imperatori, deserendam mihi omissis disputationibus legem Christi et aliquam e sectis Japonicis amplectendam. Finem altercandi nox attulit. Die postero (is quarto Idus Decembres erat) Unemus Yedum ad Imperatorem discedens, ut Omuram cum tribus aliis sacerdotibus religiosis duceret imperavit ». Si scribebat Isilda ex ipso carcere Omurense, ubi tres propemodum annos mansit. Causam tamdiu prorogati viro supplicii ejusque certamen et triumphum alibi referemus.

Binis aliis de nostra Societate Patribus Unemus insidiabatur, Joanni Acosta et Benedicto Fernandio, quos circa Nangasachium vagari certis indicis accepit. Sed ut cubilibus omnibus persequeretur vestigia eorum, ipsos intercipere nunquam potuit. Perquisitorum sagacitatem elusit Acosta, tres integros menses in antro condensis nemoris velut in sepulcro jacens, eo incommodo quod cogitatione fingere promptum est. Fernandum in summo periculo providentia Numinis texit. Scapha exceptus a christiano naviculari Firandum tendebat: cum repulsus adverso vento, occurrit lembis plenis militum qui ipsius unice perquirendi causa proximam legebant oram. Certa perniciis erat, cum paris periculi videbatur et in conspectu satellitum egredi in littus, et cum tam exili navicula in altum progrederi pelago saeviente. Cum nullo modo vitari exitialis occursus posset, Fernandus ut in re ad extremum adducta casum, totum se divinae voluntati offerebat naucleri dumtaxat sui vicem dolens, cui ob benigne factum una secum esset pereundum. Verum is quando desperata videbatur ex omni parte salus, consilium ex re sumens permittere se tempestatis arbitrio maluit. Dolonem explicat, in altum dirigit proram. Audacia saluti fuit. Quippe cursum gubernantibus superis praetervectus naves insidiatorum, Satzumam incolumis appulit. Fernandum ita dilapsum iniquissimo animo Unemus tulit, quamque effundere in eum rabiem prohibebatur, effudit in ejus hospitem quem cum tota familia comprehendit contritusque in carcerem. Addidit cum suis singulos uxoribus liberisque, hospites aliorum quatuor Religiosorum de quibus supra dicebam, atque omnes anno sequenti interfecit. Interea distributis in duas custodias, partim Nangasachii partim Comurae Christianis amplius nonaginta, extremo anni Yedum profectus est, rerum ab se gestarum rationem Principi explicaturus.

In Regno Arimensi seu quod nulli superesse Christiani putabantur, seu quod regios ministros resides et incuriosos Bungodon Regis absentia faciebat, nonnulla religioni quies hoc anno fuit. At brevem tranquillitatem tempestas exceptit omnium tetrica, de qua anno proximo dicendum erit. Caeterum in aliis ubique Japoniae partibus plus minusve contra Christianos saevitum est. Yedi in ipsa imperii sede post caudem illam infinitam quam antea narravimus *, desierant de Christi cultoribus quaestiones fieri. Nam tametsi degebant ibi frequentes, tamen propter urbis amplitudinem facile se occultabant. Hoc anno quaestiones quae per sex fere annos fuerant intermissae iterum exerceri coepit. Dedit indicium Ethnicus cui Christianus paulum debebat argenti, sed propter inopiam reddere cunctabatur. Homo immisericors non ipsum modo debitorem suum sed alios etiam Christianos ad Praefectum detulit, velut religionis patriae contempores. Hoc nomine capti sunt undeviginti. Ex his metu dejecti octo, de reliquis undecim sumptum supplicium. Ac decem quidem pari numero viri ac mulieres, suppicio affecti acerbissimo non tamen novo, quippe demersi in aquam collo tenus brumali tempore, donec gelu durati interierunt. At undecimum cui nomen Hilario, quia Christi fidem semel ejuratam resumpserat, placuit exquisitio quodam modo ac plane novo horrendoque plecti. Scrobem secus publicam viam effoderunt tres altam palmos, fere totidem latam. Stipes surgebat ex imo solo paulo infra altitudinem scrobis, inque ejus summitate transversum tigillum fixerunt. Hic sedere Hilarius est jussus, cruribus in decussim compositis, tergo ad stipitem acclini. Brachia tigillo revinxerunt. Supra fossae marginem cervix eminebat. Tum fossum ipsam conixerunt binis asseribus ad colli humani mensuram cavatis in medio, quibus commissis collumque uno orbe includentibus, solum hominis extabat

Tom. II.

42

^{191.}
PP. Joannes
Acosta, et Bene-
dictus Fernan-
dus frustra
quaesi.

^{195.}
Christiani plus
septuaginta in
vinea contri-
duuntur.

^{196.}
In regno Ari-
mensi nonnulli
respirant Chri-
stiani.

^{197.}
Yedi deficit
aliqui, alii for-
titer necem exci-
punt.
Tab. 8. n. 147
et seq.

^{198.}
Unus novo hor-
rendaque sup-
picio interfici-
tur.

ab humo caput. Vel ipse status immotus corporis in ista scrobe si paulo esset longior, supplicii satis videri poterat. Ad caeteram crudelitatem ludus fuit. Adstantib; lictores cum serra dentata ad ejus collum applicita infra occiput; utque praetereuntem quempiam conspicerent eum cogebant serram bis terque ducere. Quae cum sensim mergeretur in carnem atque ossa, nec nisi per intervallo altius desfigeretur, secabatur lente collum sensu doloris acerrimo. Tres ipsos dies in tam atroci supplicio Hilarius vixit ea animi constantia, ut vultus ille e solo ui dixi prominen, quibusdam e fidelium grege proprius accedentibus leniter aridere sit visus.

^{199.}
In aliis item Japonie partibus
sauviorum contra Christianos.

Mota Yedi tempestas latius manavit. Nam Regulorum plerique etsi Xoguni crudelitatem detestabantur, imitabantur tamen, metu ne apud eum offendarent si paulum connivere Christianis dicerentur. Xaraivae quae pars est Mongamensis tetrarchiae Sagacyus Nagatus imperitabat, nec erat nescius quaestorem suum Didacum Xeiquichium esse christianum, imo Christianorum ibi degentium patronum et caput. Eum nihilominus ob singularem in rebus agendis industriam, expertamque diu fidem in vectigalibus administrandis ferebat. Verum hoc anno veritus ne sibi criminis foret apud Imperatorem longa in re tali indulgentia, eumdem primo suasionibus, deinde terroribus urgere coepit ut Christum desereret. Cum nihil proficeret, ipsum cum Leone patre vivum combussit. Mariae uxori et quatuor liberis cervices abscidit. Cur isti septem necarentur explicabat libellus palam in loco supplicii propositus his verbis: *Quia christiani et quia Didacus multis auctor fuit eiusdem amplectendae sectae aut retinendae.* Altera pars provinciae Mongamensis est Yamagata. Qui ibi rerum potiebatur Igadonius, ut gratificaretur Xoguno a quo precarium imperium obtinebat, duos rogo damnavit conuges hac una causa quod palam coherent Christum, et summam Christianorum institutionum per domos circumferrent. Jonezavensis regulus Dangionus, cuius sanguinolenta instituta vidimus anno superiore, qua cooperat pergens, unum e suis ephesis egit in crucem et lanceis more Japonum ex utroque latere transverberavit, cuius item non aliud crimen quam religio erat. Xenajae usque adeo tyranni furor exarsit, ut promiscua caede trucidari tum eos qui in fide Christi perstabant tum qui defecerant. Etiam in regno Vexuano ubi jamdiu quies erat, crudelitatem instauravit Masamunes Rex ac denuo exagitare Christi cultores coepit. Sed quae is in locis acta sunt, nostri ob temporum difficultatem nec ad liquidum assequi, nec consignare litteris potuerunt. In summa fuit hic annus rei Japonicae in paucis calamitosus ac nigro notandus calculo. Crudescente siquidem dira tempestate, e sexcentis Christianorum millibus quot in Japonia numerabantur, vix quadrageinta millia superfuere, alii aut caesis aut a fide lapsi.

^{200.}
RES PHILIPPINA-
RIUM
De quadam
coenobio mulie-
rum Japonica-
rum Manilie.

^{201.}
Moritur Ju-
lia Nacaxima.
Quaedam de e-
jus virtutibus.

Convertimur hinc in Philippinas insulas, ac primi calamum ad se vocant exsules e Japonia Neophyti quorum erat in suburbis Manilae, ut alibi dictum est frequens paroecia quam S. Michaëlis vocabant, Societati nostrae in curam tradita. Florebant religione ac pietate isti Neophyti sic, ut Hispanis admirationi et exemplo essent. Spectabatur in primis coenobium sacrarum ex eadem gente virginum ac vulgo quaedam velut pietatis officina habebatur; cum Julia Nacaxima coenobii gubernatrix et parens, insigni sanctitate mulier vivere desiit. De qua muliere quando id locus et tempus poscit, liceat mihi quae in monumentis reperi a suis initii repeterem. Plura sunt in Japonia cum virorum tum seminarum collegia, idolorum cultui praecipuum in modum addicta. Bonzios appellant viros, mulieres Bonzias. Communiter vivunt, et pietatis perfectionem qualem ipsi norunt, ut apud nos religiosi profitentur. In uno ex his collegiis primam vitae partem exegit Nacaxima, donec ope divina a captivitate daemonis est liberata et in Christi familiam translata. Baptismum etJuliae nomen cum accepisset, non mutare vitae institutum sed umbratili ac falsae sanctitati substituere veram statuit, servata eadem vivendi forma. Hac mente, ut nobili erat genere et magnis opibus, probantibus consilium Patribus Organtino Soldio et Petro Morigonio, sociorum in Japonia antiquissimis, sodalitum Meaci condidit mulierum christianarum, quae in communis secum convictu pietatis tantum officiis vacarent, procul a commercio hominum ac

rerum humanarum tumultu. Quatuor praestanti inde virgines initio adjunxit sibi quae tria religiosae professionis vota solemini more ediderunt. Mox aliis atque alii sese aggregantibus, censebantur jam in eo coenobio religiosae partim virgines partim viduae ad duodevinti, cum ferialia prodierunt Daifusamae edicta quae igni et aqua Christianis interdicebant. Tum illae tentatae modis omnibus ut a Christo deficerent, cum nec cruciatu nec ignominia impelli ad flagitium potuissent, exilio damnatae et in Philippinas deportatae fuerunt. At quam instituerant vitae formam Meaci, eadem Manilae uti perrexerunt. Disciplinam atque omnem agendi rationem Julia descriperat, per singulas diei noctisque partes ita distributam, ut eo tantum excepto tempore quod necessaria cura corporis exigebat, reliquum inter religionis officia et labores utiles dividereetur. Quae tamen dederat toti familiae leges, una omnium religiosissima in iis servandis erat, nisi quod ultra praescriptum dedita pietati et orandi et laborandi spatia sibi ampliabat; digna proinde quam tot insignes ancillae Christi coherent ut matrem, ut virtutis ducent et magistrum sequerentur. Anno ante ipsam Manilae itidem decesserat germanus ejus frater Joannes Nacaxima, quondam Tambensis Regulus, dein Christi causa fortunis exsuts et in exsiliu pulsus, sorori non inferior virtute vir, neque minus nostrorum annalium memoria dignus. Utrique sepulchrum apud nos datum est, Joanni in aede collegii,Juliae in S. Michaëlis. Inter caeteros e Japonia exsules, duo censebant nostri ordinis sacerdotes item Japones, Michaël Matzuda et Petrus Cassui, ardebatque hoc tam difficulti tempore regredi in Japoniam, sive ut opem ferrent patriae laboranti sive ut suo sanguine illustre testimonium Christo darent. Nec per ipsos stetit ne pulcherrimi voti fierent compotes. Ut forte mittebantur naves regiae in Formosam insulam, Praetoriani consenserunt eo consilio, ut in eadem relinquerent insula, atque inde captata occasione in Japoniam navigarent. Ne vero suboleret convectoribus navalique turbae consilium quod esse occultissimum oportebat, multo ante quam classis solveret, se transformarunt in nautas nautico utentes amictu victuque, omnesque nautici ministerii partes ac numeros sedulo implentes, magna admiratione Praetoris qui tacite spectabat homines quippe arcani conscius, et sub falsa specie laborem verum, in servili operre abjectoque generosam mentem pro merito aestimabat. Successu tum quidem caruit ob tempestates adversas ea expeditio, et nulla re gesta reductae post duos menses naves fuerunt. Sed quamquam praeclaro frustrati voto Patres, piae tamen voluntatis fructum habuerunt apud Deum, et justa apud homines carere laude non debent.

Manilam interea urbem et proxima circum loca, pestilens morbus invasit horrendi moris. Quos attigerat intra dimidium diei haud dubie moriebantur attonitis medicis, qui mali peraque causas ac remedia nescirent. Causam postea reieicabant in pisces, qui quotidianus ibi cibus plerisque maxime pauperioribus; haud absurdum conjectura confidentes, potuisse vitiani pisces herbarum fruticumque venenatorum copia, quam in magnis eluvionibus aquae e montana regione decurrentes evolvissent in mare. P. Joannes Bueros provincialis Praepositus non naturalibus causis sed divinae vindictae plagam imputabat, scribebatque ad Mutium spectra quaedam pluribus apparere horrenda visu, et quibus semel obicerentur eos intra ipsam diem irreparabili exitio interire. Sed quidquid id esset, charitatem industriaque nostrorum in tam dira calamitate nemo desideravit. Ibant noctu interduique per domos impigri sacerdotes, singuli vasculum olei consecrati permissu Parochorum forebant. Quos invenerant malo contactos audiabant pro confessione, expiabant et ad extremam luctam inungebant. Verum unus e Fratribus impetrata facultate curandi aegrolos, dum iis quo potest modo optulatur animam in pio ministerio posuit. Fuit is Antonius Miranda egregiae indolis virtutisque vir, qui natus licet ex praeonibili Toparcha in Hispania, mereri apud nos in imo ordine fratrum voluerat studio humilitatis, et nunc valetudinarium domesticum in collegio Manilensi eximia cum laude charitatis procurabat. Consternata ob eam quam dixi pestem civitate, res accidit nobis quidem illa detrimentosa, sed periculo notabilior quam damno, in qua perspicere propitiam

202.
De Joanne Nacaxima ipsius fratre.

203.
PP. Michael
Matzuda et Pe-
trus Cassui re-
dire in Japo-
nian student.

204.
Exitiatis morbi
vis grassatur
Manilae.

205.
Nostrorum cha-
ritas. Fr. Anto-
nius Mirandae
mors et elogium.

206.
Corruvit tem-
plum Societatis
Manilense laeso
nemine.

Numinis providentiam licuit. In aede nostra Manilensi, celebrari religione praecipua et inusitato hominum concursu solebat dies virginis et Martyri Catharinae sacer, quod eo loco ac die participantibus sacra, noxarum remissionem amplissimam indulserant Summi Pontifices. Jam circa dimidium noctis quae hunc praecedebat diem, in summo rerum omnium silentio, tota templi moles laxatis repente compagibus murorum corruit, magnam utique mortalium stragem editura, si paucis dumtaxat horis dilatus fuisset casus aut praecessisset. Nam et pridie a meridie ad occasum usque solis ingens ibi fuerat multitudo, et major die postero ubi diluisset erat futura. Id multi animo reputantes cohorescerant periculi magnitudine, seque manifesto prodigio vivere arbitrabantur, cum tam prope abfuisset ne una mortui ac consepulti invenirentur. Nostri pro beneficio gratias servatori Deo Angelisque loci tutelaribus persolverunt. Dein ad reparandam ruinam adjecerunt animum. Cum deesset facultas domi, persuasum est P. Valerio Ledesmae (Rector erat is) ut pecuniam a civibus corrogaret. Quia in re potuit agnosciri, quo loco et numero Manilenses haberent Societatem. Ledesmae urbem circumventi comites se adjunxerunt duo ex primariis magistratibus, et quamquam ille quippe aeger pedibus sella veheretur, stipabant nihilominus hinc inde. ejus latera atque una stipem ostiati poscebant, cum dicerent totius interesse civitatis eam refici aedem ubi Societas solita ministeriorum obiret. Et consentientibus in id civium plerisque, tantum argenti collectum est quanto opus fuit ut templum ex integro conderetur.

207.
Civium liberitate reficerunt.

208.
Triste portentum ex effigie Delparac.

209.
Bissayarum variae gravesque calamitates.

210.
Hispanorum expeditio contra Jolenses. Alacritas P. Francisci Sersalii.

Per idem tempus insulas quas Byssaya habitant, multae gravesque calamitates conflictaverunt. Praecesserat triste praesagium altero ante hunc anno apud Guiganenses, quae paraeccia erat insulae Leitensis nostrorum curae concredata. Deiparae effigies celebatur in aede curiali, non minus forma insigni quam populi religione et concursu spectanda. Eam die quadam attentius contemplantes aliqui indigenarum, senserunt oris habitum ex hilaritate in moestitiam commutatum, et quasdam ex oculis stillantes conspexerunt lacrimas: quod ostentum late vulgatum, in sequiore partem acceptum est quasi certum portenderet infortunium. Miraculi neque dubia fides et nimis vera interpretatio fuit. Secuta est atrox pestilentia, quae Leitam primo deinde vicinas insulas pervagata, multos mortalium absumpsiit. Vix dum eo depulso malo, ecce tibi Jolenses gene effera et latrociniis assueta, irrumpti in regionem totamque pervastant; quodque determinum plures capiunt Neophytorum et in alienas terras venum abducunt. Hinc mira frugum inopia et fames teterima. Quippe praedones improbi non id modo quod erat reconditum exportaverant, sed pubescentes adhuc segetes et quidquid frugiferi haereret solo, foede corruperant. Neque hic miseriarum finis. Redeunt post paulo barbari ad colligendas praedae reliquias, cumque prohiberet nemo redire saepius instituerunt, excensionemque jam in unam, jam in aliam insularum faciebant adeo improvisi, aegre ut eorum vitari incursionses praevertique possent. Quare Neophyti ne subitae oppressioni paterent, in editissimos montes refugerunt in iisque velut in arcibus se tenebant, rerum caeteroqui egentes omnium, cibo carentes ac larc. Eodem se receperunt de Societate Parochi tum ut saluti consulerent suae, tum ne caris consternatisque deessent gregibus, nihil metuentes magis quam ne collecti tanto labore Christiani, taedio calamitatum dispergerentur et ad priscam vitae licentiam redirent. His Manilae nunciatis rebus, Praetor Philippensis litteris Patrum ac quarelis sollicitatus, expeditionem contra Jolenses celeriter parat. Centum Hispanos milites et indigenarum octingentos auxiliarios imponit navibus, duce Christophoro de Lugo viro forti ac belli perito. Huic mandat ut Jolum insulam recta tendat, exponat militem, regionem igni ferroque perdat, totam internecione deleat gentem. Militibus sacrorum ministrum ex nostris P. Franciscum Sersalium dat. At nimis pauci pro rebus gerendis et viribus hostium erant milites. Delata ad Jolum classe, primi in hostilem terram Lugus Sersaliusque exsilierunt. Ille gladium hic Christi patientis effigiem praeferebat. Primi ausi sunt gradum inferre, perque objectum amnum aquam pube tenus ingressi, ad hostium usque munimenta pervenerunt ac sequenti militi viam

fecerunt. Verum intra arcem barbaris se continentibus nec audentibus cum Hispano arma conferre, nihil amplius profectum est, quam ut agri vastarentur impune. Qua clade etsi acceptae vindicarentur injuria, non incidebantur tamen hosti vires ad alias in posterum inferendas, sed potius incendebantur animi. Re ipsa, summota vix classe iterum efferre se Jolenses, atque eo quidem ferocius quod populationem agrorum suorum ultum ibant. Adesse iterum praedabundi ac Pictorum praecipue insulas cum ignominia Hispani nominis incurse. Tum vero cognitum Manilae, adversus istiusmodi hostes qui latrociniis magis quam justo bello grassari solent, aut totis commitudinib; viribus aut nihil suscipiendum, cum vinci turpe sit, non adeo gloriosum vincere. Quocirca Praetor classem adoravit triplo majorem qua contra Jolenses duxta, feliciter debellatum est. In hac classe plures de Societate fuerunt ad ministerium sacrorum. Fuit prae cacteris P. Franciscus Colinus qui cum delegatam accepisset potestatem erga classiarios, qua uti solent erga suos curiales Parochi, primum omnium Dapitani quo convernabant naves dedit operam singuli ut milites conscientiam expiarent, quo alacriores scilicet progrederentur in paelium. Cum vero ad Jolum insulam ventum est pugnantibus nunquam defuit, conspectus inter districtos gladios et horrendam missilium grandinem volitare, ut sauciis cadentibusque praesto esset. Idem pro sua quisque parte socii reliqui praestiterunt.

Dapitanum cuius paulo supra est facta mentio, maritimum est oppidum in insula Mindanao frequens incolis et portu gaudens non incommodo. Ipsam insulam quae secundum Lusoniam omnium Philippinarum amplissima est, ex parte maxima possidebat hoc tempore seu praedo seu tyrannus tota illa ora celebris, Corraltius nomine, non jure ea potitus sed armis. Et quamquam secta Mahometanus, tamen ob commoda mercimonii amicitiam Hispanorum ac foedus poscebat. Pactum est foedus in has leges, ut Corraltius arcem praesidiumque Hispanorum reciperet Dapitani: ut ibidem perpetuo consistenter aliquot sacerdotes Christianorum: ut his demum liceret divinam legem vulgare, ejusque amplectendac arbitrium popularibus permetteretur. Quibus mutuo assensu firmatis legibus, lecti sunt de Societate sacerdotes, hisque sedes Dapitani attributa quae etiam num retinetur. Etiam in insula quam Nigrorum vocant, novam circa hoc tempus stationem Societas posuit. Sed quod rei initium quae occasio fuerit nusquam reperi. Othono quod Hispanorum munitione municipium est in Panaga insula, alio nomine Arevalum, jamdiu collegium obtinebat Societas. Hoc anno socii ibi degentibus commissa est administratio sacrorum, quam hactenus gessrant sacerdotes Episcopo obnoxii. Addita Barbarorum institutio qui multi vicatim circa arcem habitabant. Verum inter haec laboris apostolici incrementa, defuere qui omnium fructosissime laborabant Patres Dominicanus Pennalver, Adrianus Cortes, Christopherus Ximenius, Joannes Oconquius (hunc natione Belgam, nescio qua causa Carrillium nominabant Hispani), Petrus Telius Gusmanus aliquique praestantes operarii, quorum ut consignanda fuerunt his annalibus nomina, ita ne in laudes excurram singulorum velet praesentis operis modus. Liceat tantum mihi de eo quem postremo loco nominavi pauca dicere, non tam ad commendationem ipsius quam ad documentum posteritatis.

Vita P. Petri Telles Gusmani per varias traducta vices fuit. Non primis media non mediis ultima consenserunt. Sed bene quod contractam in medio labem abstersit in extremo, quae vitae pars utpote metae propior, de rei summa decernit. Societatem iniit ab adolescentia in Philippinis, cum bonis omnibus abundaret sub patro quodam suo earum insularum regio Praetore, et ampliorem illi fortunam in tempus posterum adpromitterent corporis animique dotes egregiae quibus erat instructus. Adeo tum caduca omnia pae caelestibus contemnebat! Mansit idem ardor mentis ad annos aliquot. At remissior progressu temporis factus, earumque rerum amore captus aetate grandiori quas adolescens magno animo conculcaverat, deserta religiosa militia ad suos reddit. Causam miserandi, lapsus postea referebat in quadam mentis duritie, qua moderatoribus non ut par erat morigerum se praebere consuisset. Quae tamen cumque esset causa

211.
Altera expeditio
felicior. Res go-
stae P. Franci-
sci Colini.

212.
Societatis novae
sedes Dapitani
et in insula Ni-
grorum.

213.
Arvati commit-
titur Societati
Paroecia.

214.
Praestantes ope-
rarii morte su-
bili.

215.
Obitus et Elo-
gium P. Petri
Telles Gusmani.

vix a nobis digressus sapere malo suo coepit. Sensit unde excidisset, quod in barathrum se dedisset praecepitem; utque aliquo tandem modo placaret oblatrantem conscientiam, rationes vitae suae componere statuit ad eam normam quae a nostris moribus institutisque quam minimum distaret. Ut erat sacerdos nec vulgari instructus doctrina, facile impetravit ut sibi Marinduquensis paroecia committeretur, eaque semel inita totum sui gregis custodiae se devovit, nullam praetermittens earum artium, quas ad augendam foventdamque inter mortales pietatem usurpari apud nos viderat. Plures annos in eo ministerio confecit idque adeo sancte, ut nihil amplius posset in ueste Societatis. Tamen amissae Societatis memoria assidue remordebat animum, ejusque repetendae incredibili desiderio tenebatur. Nihil nisi pudor quidam malus obstabat. Ob id mutare provinciam, navigare in Mexicum sique opus esset usque in Hispaniam constituerat. Sed navigationem saepius deliberatam ac diversis temporibus susceptam, inopini semper casus prohibuerunt. Consuluit ad extremum binos seorsum viros quorum explorata probitas ac sapientia, alterum et sacro Praedicatorum ordine, e Societate alterum; hisque auctoribus sibi persuasit utrumque fore Deo gratissimum, ut rediret ad Societatem neque eam tam longe quaesitum iret. Exoratis itaque moderatoribus iterum nostro ordini se aggregavit, anno quam missionem accepérat circa decimo. Triennium post haec fuit superstes: hoc autem tam brevi spatio tantam collegit sanitoniae opinionem, ut praeteritae inconstantiae maculam abunde deterserit. Nullum finem abiiciendi deprimendique sui faciebat. Domi non alio haberí volebat loco quam fugitiui, quo se passim nomine ad ignominiam compellabat. Foris conspiciebatur saepe cum ad publicum nosocomium scopis onustus procederet, atque inde elata sordium vasa ad vicinum amnem deferret palamque purgaret. Paucissimas diei noctisque horas curae corporis indulgebat. Tempus reliquum aut Deum adorando aut proximis inserviendo transigebat. Repertus interdum est intra suum cubiculum provolutus in genua, ardenti ore, mandibulis oculis atque adeo sensibus alienatus, ut neque strepitum ferientis ostium neque vocem compellantis senserit. His virtutibus coronidem obedientia imponebat. Expertus scilicet damna contumaciae, nihil parendi studio antiquius habebat. Mortem ipsam oppetiisse, ut majoribus obtemperaret creditur. Nam cum levi teneretur incommodo valetudinis, jussus a Rectore potionem nescio quam sorbere stomacho periodiosam quam praescrisserat medicus, eam nihil cunctatus hau sit, licet secutara viscerum mala tornina convulsionesque certo sciret. Quibus re ipsa secutis, quinto post die non tam morbo quam remedii debilitatus interierit.

²¹⁶
Plures in hac
provincia dise-
runt Societatem.

²¹⁷
Unus terribili
divinae severitatis
exemplum ple-
citum.

Non omiserim hic quando id historiae integritas videtur exigere, haud ita infrequentia fuisse per id tempus exempla deserentium in ea provincia Societatem: sive illi missionem peterent sponte, seu committerent cur pelli deberent. Hoc ipso anno plures sacramento ordinis exauktorati fuerunt, quorum unum tamen memorabilem divine severitas fecit, et nos ad exemplum consignamus historiae. Is primo discedendi facultatem non justa ulla impetravit causa, sed fraude et malis artibus excuspsit. Nam cum petitionem ejus reiicerent moderatores, seu potius, ut mos, differrent eo animo ut ipsis acgritudini mederentur, repulsa irritatus, talia commereri coepit de industria, ob quae cogerentur eiicere quem dimittere cunctabantur. Post ubi tandem mali voti male compos est factus, in ipso digressu insanam arrogantiam ostentavit. Quippe moestos conspicatus sodales ac paene collacrimantes: *Valete, inquit, o boni cum ipsis vestris regulis et institutis. Mihi quidem vitam beatorem posthac agitare consilium est.* Atque haec expudorata loquutus fronte, laetus abscessit. Demens qui beatam vitam praecepiter animo cum ne vita quidem diu superstes esset futura. Egressum a nostris et nova in ueste incidentem optimi quique civium vitabant Manilae, tum ob ejectionis decus, tum quod hominem norant ingenio asperum, moribus intractabilem, dicacem in primis et immodicum lingua, qua intemperantia tanto nunc licentius abusurum prospiciebant quanto impunius. Cum istiusmodi humanae societatis pestibus, nemo prudens habere commercium aut rei quidquam velit. Ille nihilominus sua sorte ac se ipso contentus caetera superbe contemnebat. Hospitium sumpserat

in quodam prope urbem viculo apud praesbyterum sibi familiarem, quicum alii duo abscissi item a corpore Societatis vivebant. Ibi dum primos libertatis antiquae fructus metit, brevi in febrim incidit. Spernebatur initio morbus. Cum tamen ingravesceret sensim et certum minaretur exitium, circumsistunt contubernales et sermonem de expianda conscientia inferunt. Mirari ille primum talia commemorari sibi adeo leviter, ut ajebat, ac circa omne periculum aegrotanti. Instantibus iterum sodalibus apertius denunciantibus, actum esse de ipso nisi quantocius perageret confessionem: Hoc nempe est, inquit, quod vellent Jesuitae, ad augendum novo mali exitus exemplo indicem discedentium a Societate. Atqui ego vivam ingratiam eorum, nec funesto indici meum nunc quidem adscribent nomen. Excipere illi ad haec de Jesuitis ne laboraret: ageret negotium suum: dum mentis, dum linguae potens, saluti consuleret sempiternae. At surdo canebant fabulam. Obmutuit miser seu moeror seu morbi vis intercluserat vocem; nec paucis quot superfuit diebus amplius verbum fecit, nutibus tantum indicans si quid vellet. Quidam de potestate mentis dejectum crediderunt. Visus est aliquando annuere sacerdoti de poenitentia admonenti, qua qualicunque motus conjectura sacerdos eum absolvit. At cum sacram viaticum allatum est tametsi alimenta caetera non incommode glutiebat, divinam ut acciperet dampnum quantavis adhibita diligentia impetrari non potuit. Itaque sine hoc pignore aeternae vitae, nullo edito poenitentiae indicio nisi admodum dubio exspiravit, terrificum posteritati exemplum et magna appendix indici de quo ipse loquebatur futurus. Sed meliora nos manent in Paraquaria.

Post foedam illam Indorum seditionem in qua PP. Rochus Gonzalus, Alphonsus Rodericus et Joannes Castilius, ut libro superiori narratum est ceciderunt, post multatos impios parcidas, post justa funcibria Martyribus quo decuit honore persoluta, secuta est in iis terris rerum atque animorum tanta commutatio, plane ut id factum divinitus videretur ad illustrandam eorum qui caesi pro Christo fuerant gloriam, et venerationem augendam. Primum poenitentiae specimen Caorenenses derunt, remisso ad Patres in oppidum Conceptionis calice sacro quo Gonzalùs ab iis trucidatus utebatur in sacrificio, et additis precibus ut ad se venire ne gravarentur. Quod cum fide bona factum videretur, Petrus Romerus et Didacus Alfarus ad eos profecti sunt, licet dehortarentur amici et metuendam hominum perfidiam dicenter. Patribus cum honore susceptis cum de mutata Caorenium voluntate satis constaret, ad eosdem se ferre ausus est Provincialis ipse Praepositus Franciscus Vasquius Truxillus, qui tum forte Paranensium et Urvaicensium Neophytorum colonias peragrabat, et majorem spe voluptatem cepit. Nunciato ejus adventu, oppidanis quo commodius accederet viarum abrupta complanaverunt, et ne circuire cogeretur, montem oppido oppositum dejectis arboribus soloque purgato et aequato, ad septem circiter stadia pervium fecerunt. Adventanti obviam prodierunt ad passus mille et quingentos, steteruntque duos in ordines hinc inde distributi. Vasquium honoris causa deducebant homines centum et triginta, sponte eum ex viciniis Neophytorum oppidis prosequiti. Medius ipse inter duos Patres incedebat. Praebant symphoniaci et cythareidi ex Itapuano adducti oppido, inflatisque tibiis et pulsu fidium barbaros talium insuetos incredibili voluptate mulcebant. Ut in conspectu fuit Provincialis omnis Caorenium multitudo humi se abjecit. Verba fecit Quarobajus Casiquius qui Christi Patrumque in fide manserat, et Arma, inquit, ante tuos pedes o magne Pater deponimus, parati poemam quamcumque impoueris subire modo ne jubeas nos Societatis Jesu praesidio et doctrina carere. Id omnes isti rogant meque innocentem deprecatore utuntur, ut veniam facilius nocentes impetrant. His dictis ingemiscere vociferari omnes. Pueri et mulieres condonari crimen parentibus conjugibusque suis lamentabili ejulatu postulare. Vasquius commiseratione motus et illacrimans: Jamdudum sperabam, ait, P. Gonzalum vestri memorem in caelis fore, qui nihil in terris habuit antiquus quam vobis opitulari. Ejus apud Deum meritis ac depreciationi tribuo, quod nunc demum agnoscatis quanto satius sit doctóribus sanctae legis auscultare, quam istis praestigiatoribus qui vos prava religione delusos in tantum scelus impulerunt. Animos et corpora erigit; et praeteritorum oblii bono

218.
RES PARAUARIAE.
Caorenium poenitentia post patratam nostrorum caedem.

219.
Eos adit Praepositus Provincialis. Ut fuerit exceptus.

220.
Veniam admisi- si rojant, ac fa- cile impetrant.

^{221.}
Provincialis
quædam prae-
clare decernit.

constantique animo in posterum estote. Ita loquuto laetis vocibus acclamatum est. Postridie Vasquiūs incruento sacrificio placare superos eo ipso loco studuit, quo Gonzalus Rodericusque superiori anno cruentam sui ipsorum hostiam obtulerant Deo. Hunc oppidani locum sponte secesserat vallo cooperantque habere pro religioso. Sacrificio peracto pueros triginta quinque vitalibus aquis lustratos albo Christianorum inscripsit, et quosdam e Nicuwiana clade captivos quos a Paranensis redemerat manumittens, suis popularibus restituit. Gubernatorem oppidi quem supra dixi Quarabajum nomine catholici regis constituit. Oppidum ipsum abrogata priori appellatione, a sanctis Martyribus denominari in posterum jussit; quo tunc quidem nomine tres Japoniae Martyres jam aris admotos volebat intelligi, at ea mente, ut Gonzalus ejusque duo socii intelligenter si quando honorem cumdem uti sperabat essent adepti. Denique oppidanis magistrum ac pastorem de Societate poscentibus, dedit P. Josephum Oregium Augustini Oregii Cardinalis fratrem, virtutis expertae virum. Hisque cum magno omnium assensu peractis, ad Urvaicam flumen iter reflexit. Crevit post haec maiorem in modum Colonia Martorum et numero Neophytorum et pietate. Hoc ipso anno sexcentae familiae ad novum oppidum sunt aggregatae, baptizati infantes centum septuaginta novem, adulti tres et quadringenti. Quae cum fecunditas merito adscriberetur sanguini Gonzali et sociorum, Praefecti sacrorum in Paraquaria datis ad Urbanum VIII. Pont. Max. litteris postularunt, ut licet de vita et morte trium istorum heroum acta conficeret, minime dubitantes quin ipsorum virtuti meritus honor ac publicus aliquando decerneretur.

^{222.}
Invenientium
oppidi sub P. Jo-
sepho Oregio.

Digressus a Caorenibus Vasquiūs, transmisso Urvaica, venit ad locum quem potentissimo Casiquio condixerat religionem christianam Societatisque operam flagitanti. Tuca nomen erat viro, locus qua Tabatus fluvius sese in Urvaicam exonerat, septimo ab oppido Conceptionis lapide. Jamdiu ibi P. Didacus de Boroa turgurium sibi et sacellum exstruxerat, ut multitudini undique confluentia divina mysteria explicaret. Areas etiam domorum divisaret et quoddam oppidi rudimentum posuerat, collecto incolarum numero non pigendo. Quibus peragendis rebus magnum momentum attulerat femina christiana, quae oblita sexus per proximos saltus una cum marito cursitans, excutiebat e suis latibulis mulieres barbaras et ad praeconem divinae legis trahebat. Detulit in eum locum Vasquiūs, turbam ingentem virorum ac seminarum reperit sub praeculta cruce contractam. Familiae erant circiter quadringentae, pleraque ex Tucae tribulibus clientibusque. Omnes in Christi familiam transcribi cupiebant. Baptismum præ caeteris expetebat Tuca; utque audit prius descendam sibi summam christianae institutionis, moram aegre ferens id saltem evicit, ut filii ipsius parvuli utique christiano more educandi abluerentur. Nusquam alias fidem inter barbaros adeo bonam tantumque baptismi aviditatem Vasquiūs viderat. Quare perfici oppidum inchoatum jussit, ejusque excolendi curam P. Josepho Ordonesio commisit. Oppidum ipsum D. Francisco Xaverio dedicatum voluit hac etiam causa, quod aliud ejusdem nominis oppidum Jaguaitienses ob infrequentiam paucitatemque suam destruxerant.

^{223.}
Perficitur a P.
Vasquiū, et a S.
Xaverio appelle-
tur.

Nondum hinc excesserat Vasquiūs cum legatione aliarum circa gentium accepit, magistros divinae legis suppliciter postulantum. Legatos benigne exceptit utque in pio permanenter proposito monuit. Quod rogabatur de mittendis Patribus, id negavit fieri posse in praesentia, quod pauci essent et multis in partes distracti. At bono essent animo: daturum se operam ut ipsorum votis quam primum faceret satis. Nec fecellit fidem. Vastata enim haud multo post Guairana latrociniis Brasiensi de quo disseremus anno proximo, profugos inde, socios partim, in haec loca, partim in antiquas Paramensis colonias distribuit.

^{224.}
Gualacorum in-
doles et mores.

Caeterum in Guairana laetae admodum hoc anno erant res et laetiorem in dies successum portendebant. Ad eam pertinet regio Gualacorum, Brasiliam versus et mare longe patens et Tajobae terris contermina. Gens aliqui a reliquis Guairanensis et lingua et moribus multum distans, ferox ingenio, subdola, e briosa cum primis et juriis rixisque dedita. Bellum assiduum cum vicinis gerebant; sed ubi compotationibus incaluerant mentes, ipsi inter se ferociter digladiabantur

furebantque in tantum, ut inter hilariora convivia mutuis sese attererent caedibus. Inde crebrae mortes ante diem, inde rara apud eos senectus. Accedebant cum malis geniis infanda commercia quibus magi ad mortalium saepe pernicem abutebantur. Nemo hactenus ad eos religionis tradendae causa pervaserat ac ne id tentaverat quidem, quod res difficillima ac plena periculi videtur. Nunc ipsi ultra legatos ad P. Ruizum misere, amicitiam et communia cum Christianis rogatum sacra. Ut id vellent motos se aiebant exemplo magni Tajobae cuius non spēnenda sibi esset auctoritas. Degebat tum Ruizius in colonia Incarnationis cum P. Francisco Diastanio. Ut nuntius tam felix ad aures accidit, ambo dant se continuo in viam, perque summas itinerum asperitates ad Gualacos vadunt. In primo regionis aditu dociles nacti incolas, infantium numerum non exiguum salutari unda asperserunt. Postea vero quam adulorum satis multi ad fundandum oppidum confluxisse visi, constituta solemnii ritu crux oppido initium dedit quod a concepta sine labo Virgine denominari placuit. Erat Curitus inter Gualacos Casiquius insignis, bellicis facinoribus, clientum numero, fama ipsa Magni cognomentum adeptus. Hic talis tantusque non tantum indigenis sed ipsis quoque formidatus Hispanis, qui aliquando vincendum desperaverant, primo Ruizii congressu victus centum adduxit e suis, in utrumque paratus aut peculiare oppidum condere in suis terris, aut si juberetur ad oppidum Conceptionis se adjungere. Primum illud Ruizius maluit. Itaque redire in patriam Curitum, popularium quam posset plurimos in unum cogere, et opperiri sacerdotem dum mittetur jussit. Quo imperata faciente mirati vehementer sunt Hispani, apud ejusmodi hominem plus valuisse sacerdotis unius verba, quam terorem armorum suorum. Etiam a Chiquitis quae natio trans Piquirium flumen incolebat, venere nuncii, metatorem oppidi et divinae legis interpretem postulantes. Sed quia ipsorum votis obsecundare in praesentia non licebat, eos similiter Ruizius cum bona spe ac promissis in suas domos remisit. His denique confectis rebus discessit Ruizius, perque intactas adhuc silvas novam ac porro breviorem aperiens viam, in fines Tajobensem concessit. Diastanius in oppido recens condito Conceptionis substitut, atque oppidanos christiana doctrina imbuendos sumpsit. Quod ut commodius in omne posterum tempus fieret, Gualacorum linguam ad certa praecepta revocavit. Quin etiam artem domos fabricandi et agriculturam docuit, quo facto indigenas mire sibi devinxit. Sed nihil eorum voluntates magis obligavit, quam funus infantis christiani, non sine apparatu ac pompa ductum. Eo adspectu adeo delectatae sunt matres, ut filios suos Diastanio certatim baptizandos offerrent.

Ruizius interea ad Tajobenses uti dixi transgressus, et in oppido Archangelorum paulum moratus, hinc suae convenire domi Guiraveram statuit, Casiquium illum Christianis inimicissimum de quo dictum libro superiore, nempe ut ab eo fidem promisorum exigeret. Nam placatus parumper fuerat barbarus eo Ruizii alloquio de quo pariter exposuimus, idem in terram suae ditionis invaderat Patres, sique aliquis successisset, nihil futurum in se morae quin oppidum conderetur, et christiana religio indigenis traderetur, promiserat. Hac ergo spe ductus quam multorum Casiquiorum apertus favor augebat, in terras Guiraverianas cum P. Simone Mazeta contendit. Venientem exceptip barbarus admodum liberaliter, neque recusavit promissa praestare. Describitur opportuno loco oppidum, huc suos lares opesque familiae frequentes conferunt. Surgenti oppido a Iesu et Maria nomen datum. Rem citius opinione confectam videns ac porro gaudens, alio se Ruizius contulit. Mazeta ad oppidi recentis curam relictus est. Verum hic ut multum apud oppidanos proficeret, quos in diem successentes et numero et pietate cernebat, de Guiraverae voluntate quid sentire speraret nesciebat. Adeo barbarus lubricum se praebebat et varium, nunc christiana laudans instituta, nunc sacerdoti Christianorum insidias struens ac necem intentans. Sua nempe illum torquebat ambitio insana et facta urebat invidia, cum amplificari Christi cultum, ejus ministrum in honore ac pretio esse cerneret, se

Tom. II.

43

Eos adit P. Ruizius de Montoya, et oppidum condit.

*228.
Curitus ferox
Casiquius Ruizius docilem se
praebebat.*

*229.
Chiquiti legem
Christi poscentes
diffunduntur. P.
Diastanii labo-
ras.*

*230.
P. Ruizius
ad Guiraveram
progrederetur, et
oppidum condit
Iesu et Mariae.*

*231.
Guiravera va-
rium se praebebat,
ac saepe infe-
stum.*

232.
Reprimitur a
P. Mazeta, ac
deum non fit Christianus.

contra a suis deserit, quamque affectaret divinitatem ludibrio haberi. Haec impotens ferebat. Quod nisi quinquaginta Casiquii patrocinium divinae legis ejusque praecolum palam suscepissent, haud dubie Mazetam interficiebat. Sed timuit ne tam multis resistere unus non posset, isque metus sacerdoti, illustrem caeteroqui necem non fugienti, salutis fuit. Semel ad eum venit barbarus clava immani instructus, darique sibi sacram supellectilem ac praesertim vestes sacerdotales, minaciter petuit. Cui Mazeta impavidus: *Ego ne, inquit, tibi turpissimo cani humana ossa rodere assueto, sacras vestes tradam? Falleris, hoc si sperasti. Fasce impurum caput, et mihi praeterea molestiam exhibere desine.* Perculit hominem virilis oratio, audacie adversus timidos, timidum adversus audaces; veritusque ne malum sibi consiceret a Casiquis christianis, siluit in praesentia et quievit. Redit subinde ad ingenium et immanes tragoeidas excitavit, quas referre longum esset. Ad extremum tamen ille tot hominum helluo, tot gentium terror, ferociam simul et insaniam posuit; quiique perfidiosissimus semper fuerat, baptizatus e Saulo in Paulum cuius nomen sumpsit, verti visus. Laudata est P. Mazetae in eo tolerando constantia, nec minor in seipso vincendo patientia; qui cum ardet saepius cupiditate martyrii, et occasione data palmam prope haberet in manibus, repressit ipse sese et vitam gregi novello necessariam servavit, nec idcirco lauream amisit quam ambiebat sed auxit.

233.
Metus latronum
Brasilienium
multos in oppi-
da cogit.

Alia tria per idem tempus oppida nata sunt in Guairana. De quibus prius quam dicam, si quis forte mirabitur tot uno anno oppida tam facile conflari potuisse, ex sciat velim, coepisse hoc anno in Guairanam irrumperem ex Brasilia praedones illos hominum sceleratos, qui amplam nobis scribendi lugendique materiam dabunt anno sequenti: hi vero cum sparsissent seu sincere seu fraudulenter rumorem, non abigendos in servitutem nisi eos qui extra fundatas a Paribus Societatis colonias inventi fuissent, Indi ne in aperto inventirentur ultro offerebant se nostris, cogique in oppida magnis agminibus postulabant. Ita aeternae mentis consilio, ad istorum salutem illorum iniquitas verebat. Jam ut redeam ad id quod dicere institueram, primum et tribus oppidis inter campestres quos vocant Coronatos, positum est sub tutela ac nomine S. Michaelis, fundatorumque P. Christophorum Mendozam habuit. Eius tamen excolendi curam suscepit P. Justus Vansurkius (Monsillam mutato nescio qua causa cognomento Hispani dixerunt), vir ortu Belga, virtute consilioque praestans, et hoc etiam memorabilis, quod unus fuit e septem germanis fratribus, qui singulari exemplo Societati pariter aggregati, provinciam Flandrobelpicam pro sua singuli parte illustrarunt. Nondum is gentis callebat linguam, quippe recens in Paraquariam advectus. Quare mysteria fidei aut per interpretem aut ex scriptis tabulis explicabat. Alterius oppidi fundamenta Ruizius jecit, unius ferme diei itinere ab oppido S. Michaelis, versus mare. Id oppidum a S. Antonio Abate denominatum, et P. Petro Molae apostolici plane spiritus viro, commissum est. Post bimensem censebantur in eo capita ad duo millia et quingenta. Tertium denique inter Tajobenses est excitatum, aequali ferme intervallo inter Archangelorum et S. Pauli oppida, et D. Thomae titulo insignitum. Fundatoris laudem P. Franciscus Diastanius tulit. Namque huc omissa tantisper Gualacorum cura venerat rogatu plurim Casiquiorum, qui Brasiliensem latronum metu in unam conjungi coloniam poscebant. Ac tantus barbarorum concursus fuit, ut novum D. Thomae oppidum familiae statim impleverint circiter octingentae. Haec facta caeteroqui praeclera cursim ac properante attingimus, ne in singulis immorantes et prolixiores justo simus, et propter rerum similitudinem satietatem legenti faciamus.

234.
Fundatur oppi-
dum S. Michaelis.
Et P. Justus
Vansurkius
praees.

235.
Et oppidum S.
Antonii, quod P.
Petro Molae com-
mittitur.

236.
Et oppidum S.
Thomae.

237.
Aufugiente S.
Mariae Majoris
oppido multa.

Apud Paranenses et Iguazuinos, utpote a Brasiliensi latrocino remotores, nullum de novo oppidum metus condidit. Servabantur tantum antiqua, et novis subinde incolarum accessionibus augebantur. Quin aegre impetratum hoc anno, ne S. Mariae Majoris oppidum apud Iguazuinos maximum, perderetur. Nam cum oppidanis quibusdam adhuc ethnici edixisset P. Claudius Ruyer, ut si Christiani esse vellent una ex pellicibus in uxorem assumpta caeteras domo pellerent; plerique,

ut parendi necessitatem detrectarent, fuga dilapsi in densa nemora se penetrarunt, nactique locum humanae vitae usibus opportunum, ibi proprium sibi pagum patrio more struxerunt. Ad eos perquendos reducendosque misit Ruyerus lectam Neophytorum manum. Verum hi libertate illecti, pro eo ut reducerent perfugas, apud eosdem manserunt, et alios ad se Neophytorum exemplo traxerunt. Simile specimen levitatis ediderant oppidani anno praeterito, ut suo loco narratum a nobis est. Non idcirco Ruyerus despondit animum. Adjuncto sibi P. Vincentio Badia et fido Neophytorum manipulo, quacsitum iit fugitivos, perque ipsorum vestigia, ad pagum quem e ramalibus foliisque composuerant venit. Aberant tum forte omnes viri, venatum lignatumve egressi. Solae in mapalibus feminae cum filiis parvulis se tenebant. Ruyerus abduci per suos Neophytorum imbellem turbam, mapalibus inicii ignem jubet. Quo facto laetus qualcumque praeda discedebat, lente tamen ut facile quivis assequi abeuntem posset. Evenit quod futurum prosppererat. Sub occasum solis reduces et silva viri, pagum ut conspicerunt incendio flagrantem, quod erat suspicati, uxorum filiorumque desiderio earum insequuntur agmen, ac Ruyerum qui ultimo loco gradiebatur adepti, accident ad ejus genua, fugae veniam ac perfidiae rogant. Eos sacerdos verbis lenissimis castigatos reduxit in oppidum, ac deinceps morigeros et ad omnia obsequentes habuit, ne uno quidem invento qui nollet baptisimi sacram initiari eiicere ob id concubinas recusaret. Verum hinc orta inter nostros dubitatio non levis, de qua paulo explicatus agendum.

Solebant isti Indi Paraquarienses, ut alii ferme Americani, tot pellices alere quot libido posceret. Cum vero jubebantur, siquidem baptismi tingi vellent, omnes dimittere excepta una, id adeo gravate ferebant, ut multi hac una causa ad fidem accedere cunctarentur. Augebat difficultatem, quod ex nostris aliqui eam nominatim retineri volebant unam pro uxore, quam omnium primam sibi adjunxisse. Durius id videbatur aliis de Societate censebantque permittendum, ut quam quisque mallet ex iis quibus consuevisset eligeret. Utraque sententia valide a suis auctoribus defendebatur. Prioris ratio haec erat, quod ea dumtaxat uxor justa videretur quae prima nupsisset; aliae pellices et concubinae potius essent censendae quam conjuges. Secunda eo maxime argumento nitebatur, quod nullum esse videretur apud eas gentes verum matrimonium, cum plerique Indorum suas non alter haberent conjuges quam famulas; eas perlevi quacumque causa ac nulla etiam data occasione dimitterent, permutterant, aut amicis condonarent. Nullo denique uterentur certo signo ad contrahendas nuptias sed libidine sola ducti obviam quamlibet arriperent ac pro libito missam facerent. Tum si prima femina ducenta sit, inquietabant isti, quo pacto dignosci poterit in tanta multitudine quenam fuerit prima, cum id ipsimet interdum nesciant viri, ac si scient consulto dissimulent? Fac etiam de prima constare. Quaerendim amplius erit an illa prius alteri nupserset viro, an iste alias duxerit. Quibus perquisitionibus aliud extricabitur nihil, nisi ut arceantur a baptismo Ethnici, et religionis cursus retardetur. Variantibus in hunc modum judicis Patrum, quamquam secunda sententia probabilior et propagandae apud eas gentes religioni opportunior videbatur, delata nihilominus Romam est causa ad summum divini juris interpretem; et P. Joannes de Lugo postmodum Cardinalis, rem totam Urbano VIII. Pontifici Maximo exposuit. Ac primo quidem utriusque rationes retulit. Deinde quantum promovendae fidei morans et impedimentum sententia prior obiiceret, explicuit. Postremo ad majorem in re tam gravi securitatem petiit, ut quando Sedes Apostolica ex gravi causa posset aliquando matrimonio infidelium dissolvere, qua in re viri quique doctissimi consentebant, eamdem ex apostolica benignitate facultatem daret Provinciali Paraquariensi Societatis Jesu, et quibus ipse communicatam vellet, non utendam tamen nisi cum dubius esset valor matrimonii in infidelitate facti, et magna difficultas in veritate explicanda aut prima repetenda conjuge inveniretur. Pontifex viris sapientibus et eruditis super ea re consultis, pronunciavit non videri speciali sua dispensatione opus esse, ubi doctorum

^{238.}
Eos P. Claudius
Ruyer in oppi-
dum reducit.

^{339.}
Celebris contro-
versia de matri-
moniis Indo-
rum.

^{240.}
Utriusque par-
tis momenta.

^{241.}
Defertur ad
Pontificem cau-
sa. Votum Car-
dinatis de Lugo.

^{242.}
Responsum Ur-
bani VIII. Pon-
tificis.

sententiae utrinque probabiles intercederent. Sequentur opinione pro conditione locorum atque hominum favorabiores, et provehendae animarum saluti magis consentaneas, nec alios alter opinari moleste ferrent. Quo responso freti Patres, sententiam posteriorem sequi instituerunt, adhibita tamen quam rei gravitas postulabat cautela.

^{243.}
Obitus et Elogium P. Alphonsi de Aragonia.

Ad hujus anni memoriam pertinet immatura mors P. Alphonsi de Aragonia, viri a religiosa virtute rebusque gestis commendatissimi, quem etiamnum socii Paraquarienses grata recordatione colunt. Natale illi solum Neapolis, ubi et Societatem adolescens inuit, et linguam hebraicam post peractum studiorum orbem adultus docuit. In Paraquariam una cum P. Joanne Viana navigavit; cumque in urbe Assumptionis elementa latinitatis per biennium tradidisset, missus ad praedicandum barbaris evangelium, socios pariter et indigenas virtutum suarum admiratione complevit. Septem ferme annos in novo Conceptionis oppido ad Urvaicam posuit, eas inter molestias quae conqueritoribus Indorum et educatoribus erant necessario devorandae. Dein coloniam S. Nicolai primus rexit, incolis auxit et optimis institutis firmavit. Delatus demum ad urbem Assumptionis curandi causa ulceris, quod ejus faciem misere depascebat, superante malo remedia sensim extabuit. Decessit IV. Idus Junii, cum nondum annum quadragesimum secundum esset vivendo supergressus, eoque gravior provinciae luctus ob ejus jacturam fuit, quod versari in medio vitae ac laborum cursu videbatur. Recentibus Praepositi generalis litteris designatus fuerat collegii Assumptionis Rector, sed prius obiit quam litterae resignarentur. Caeterum qui naturae parum, parum etiam publicae cui serviebat rei vixerat, non parum vixerat sibi atque virtuti. Ab ipso adiutu tiocinii ad perfectionem committi cooperat, tanto simul ardore ac diligentia, ut eum passim sodales alterum Aloysium Gonzagam vocarent. Inter Indos multiplici licet cura distractus, plures quotidie horas seponebat sibi, quas divina meditando transigeret. Apostolicae vitae asperitatem cumulabat voluntario cruciatu ac praeter caeteros afflictandi sui modos, cruentas sibi plagas quotidie incutens, efficit assiduate flagrorum, ut paulatim caro computresceret ac verminaret. Aragoniam dono curationum divinitus insignitum multi crediderunt. Quos certe ipse curandos suscepisset, ii quamvis a medicis conclamati, quaecumque praeberentur medicamina, paucis diebus consanescere conspiciebantur. Alia quaedam de eo memoriae sunt tradita, humanum usum facultatemque excedentia quae singillatim commemorare non vacat. Multa scripsit ediditque Guairanensis lingua, quae etiamnum eam nationem excolentibus magno sunt usui. Atque haec de rebus Paraquariensisibus.

^{244.}
*RES MEXICANAE.
Labores P. Julius
Paschalis in Ota-
naloa.*

Quemadmodum in Australis Americae partibus sic etiam per Aquilonares, inter impiorum insidias et tela, Christi imperium Societas proferebat. Quousque pertingat totus ille tractus regionis, qui a finibus novae Cantabriae inter montes Topiae sinumque Californiae in boream excurrit, quemque communis vocabulo Cinaloam Hispani vocant, incomptum est adhuc. In eo certe nostri gradum subinde promovebant, et novas barbarorum gentes christiano pariter et hispano nomini conciliabant. Apud Nebomenses duo considerant ut alibi dictum est Patres, Martinus de Bruges et Jacobus Vanderzipen. Sed cum rerum gerendarum magnitudini impares duo tantum operari quantumvis strenui viderentur, alii atque alii in partem laboris venerantur. Venit prae caeteris P. Julius Paschalis, et novale ingratum proscindere aggressus, lactas e sterili pridem arvo fruges collegit. Primus illi apud Cinipas labor fuit, quos e patriis abductos silvis in duo oppidula compulit, templis ornavit, instruxit legibus, moribus ad veterum Christianorum normam composuit. Inde ad Guazaparios, Varohios aliasque finitimos populos transgressus quorum linguas perdidicerat, eos pari felicitate ad vitae communiter ac pie ducendae societatem traduxit. Deique filios e mancipiis daemonum effecit. Ne vero cogarentur iterum e silvis suis et montibus vitae subsidia necessaria petere, corrogabat ipse ab Hispanis quae opus erant, et attributam sibi a Rege catholico pensionem in carissimum gregem bonus

pastor dividebat. Ita compositos institutosque barbaros, cum adesse omnibus in tanta locorum longinquitate non posset, per temporum intervalla visebat, pagos et oppida ordine concursans, ubique usitata sacerdotalis curae munia exercens. In his lustrationibus amnes saepe rapidi, incerto ac periculo vado traiciendi erant, superandi saepe montes abrupti, et modo ardentes aestu intolerabili, modo nivibus et gelu asperrimo algentes. Fuit cum caecas in voragine prolapsus, certissimum vitæ discrimen adiit. Difficili via perfunctum et præ defatigatione semianimum, excipiebant habendæ conciones, confessiones audiendæ, baptismus infantibus conferendum, divinae legis elementa pueris tradenda; nemo ut non miraretur, tot inter labores constare illi vitam et incolumentem posse. Itaque tanto sub onere fatiscentem ut sublevarent moderatores Societatis, socium illi et adjutorem P. Emmanuel Martínez adjunxerunt, vel potius comitem triumphi et martyrii, quod utrique divinis destinatum consilii, eodem tempore ac loco parabatur. Sed de hoc erit infra opportunior dicendi locus.

Nihilo melior Patrum caeterorum, qui apud eas gentes versabantur conditio erat. Aibinis ut alibi demonstratum est bello victis, in clientelam Hispanorum se confulerant Hoyamenses, Jaquimenses aliaeque circumpositæ silvestrium nationes hominum. Apud eas impigri de Societate operarii rem christianam curabant ac præ caeteris P. Martinus de Bruges. Populi religione mansueti multa sub novo dominatu commoda percipientes, in fide manebant. Sed quae tandem in ea barbarie fides? Erat insula exigua illa quidem sed corallis apprime dives, quam licet perfinire ad Hoyamenses perpetuae possessionis jure constaret, invaserant Jaquimenses, vicinus et ferox populus. Expulsi veteres domini, cum aliud non possent, suas ad Hispanorum ducem querelas detulerunt. Ultorem se promisit dux, edixitque Jaquimensibus ut insulam antiquis possessoribus restituerent. Si abnuerent bellum ipsis denunciavit. Improbi numero suo freti (nam triginta sex capitum millia suis in pagis numerabant, in iisque bellatorum decem minimum millia, cum Hispanorum contra modicae essent copiae) non modo facere imperata detrectarunt, verum etiam de nomine christiano et hispano funditus delendo conspirarunt. Nonnulla emicuerunt conjurationis indicia, atque illud præ caeteris, quod barbaris illic familiare atque usitatum est, cum exitium alicui moliuntur. Tunc enim uxoris liberisque in montes abductis, choreis liberalius indulgent, vultum induunt plenum humanitatis, et omni genere honoris quo destinant neci prosequuntur. Id cum animadvertisserint nostri qui legem evangelicam Jaquimensibus explicabant, celeri et occulta fuga periculo se subduxerunt, uno excepto P. Martino qui periculum seu non perspiceret, seu contemneret, manere in loco maluit. Ergo ad hunc opprimendum conversi conjuratorum animi. Ne effugeret, excubias circa aedes ipsius collocant. Addunt quatuor sicarios, quibus mandata facinoris exequendi cura, constituto ad eum necandum die S. Gregorii Thaumaturgi festo. Cantu interea, saltationibus ac tripudiis omnia circumsonabant, deliberati parricidii argumenta minime dubia. Sensit tum demum se velut indagine inclusum P. Martinus. Sed quid ageret tot inter laqueos et custodes? Ad stratagema se vertit. Agriculturam saepe commendabat populo, hanc artem in primis necessariam existimans, ut eum ab otio et vagandi licentia cohiberet. Quin anno superiore agrum conserverat tritico, cuius tumidas ac flaventes aristas ipsi mirati fuerant Indi ac laudaverant. Igitur in meridiem inclinante eo die, cuius noctem ut placebat barbaris supremam erat habiturus, cum in aedem sacram Christiani frequentes convenissent, eos sic alloquitur. Agrum serendo frumento perquam idoneum hic in propinquuo deprehendi. Date mihi hanc operam, siquidem sudum tempus ac serenum est, ut mecum hucusque procedatis. Nihil arbitror e re vestra magis esse, quam si habeatis domi unde famem et inopiam propulssetis. Incerta venatio est: culta probe seges nunquam fallit. Extemplo quadraginta Christiani sese comites illi obtulerunt. Excubatores nihil ausi contra tantum numerum quieverunt, praesertim quod redditum putabant ante vesperam, cum nihil domi mutasset, nihil in templo. Ita medio ipso die,

245.
*Jaqumensem
conspiratio
contra nos.*

246.
*Periculum P.
Martini de Bru-
ges.*

247.
*Adhibito stra-
tagemate in tu-
tum evadit.*

248.
Et Hispanorum
duem placat.

in oculis inimicorum, quasi deambulatus prodit in publicum. At egressus aliquantulum pago, concendit equum et a comitibus captato bivio declinans, per viarum anfractus, per montes avios et nemora duce Neophyto itinerum gnaro, quem unum consilii sui consciente habebat, Soyopam ad P. Jacobum Vanderzepen evasit. Jaquimenses postquam auditum est effugisse P. Martinum, ira ac furore incensi, ad vicinas gentes se contulerunt quarum armis tueri se possent contra Hispanos. Hos enim ultores nec immerito, extimescabant. Sed cum idonea bello tempestas praeterisset, Hispanorum interea ducem ultionem in ver proximum reversantem, placavit ipse P. Martinus de Bruges, ab eoque veniam et securitatem Jaquimensibus ad officium reversis impetravit.

249.
Pericula P. Ja-
cobii Vanderzi-
pen apud Soyo-
penses.

Soyopae itidem, etsi mitiora hominum videbantur ingenia, P. Jacobo Vanderzepen tuto esse non licuit. Eum pessime oderant sclestissimi quidam Ethnici propterea quod tetra ipsis exprobaret flagitia, et pudorem quamvis impudentissimis incuteret. Cum vero baptismi necessitatem persuadere conaretur, eoque vix suscepto aliqui interiissent, homicidam illum et veneficum certissimum clamitabant. Accessere aliae irarum causae a justa regii Praefecti severitate, qui unum e Sayopensis majestatis damnatum supplicio affecit. Ulturi probrum duo ejus consanguinei, quando contra Praefectum nihil poterant, conspirant contra sacerdotem innoxium, nactique solum et horariis precibus intentum domi, eum sagittis pariter emissis appetunt. Sagittarum una, ut sors tulit, non nisi frontem abrasit vano ictu. Verum altera pectori haesit infixa actuunque de ipso erat, nisi accurrentes Neophyti vulnusque lambentes, venenum spiculo illatum, ut ibi mos, sugendo exhaustissent. Ita servata Patri vita, sed non etiam vulnus persanatum. Spiculi cuspis, quod ex lapide tenuissimo et praecuto barbari fabricaverant, extrahi numquam potuit. Mansit proinde vulnus semper hians, et cum foede purulentum, tum magnis doloribus identidem recrudescens. Nec tamen impedimento fuit, quominus P. Jacobus plures adhuc annos eum excolare agrum perseveraret. Patres etiam Thomas Basilius et Franciscus Lignanus, ille Siculus hic Mediolanensis, dum apud Nebomenses curant, ab exitio proxime absuerunt. Eos hostes patriae multi vocabant, quod gentem natura liberam ab iis ubi nata et educata fuerat montibus et silvis abstractam, intra pagi unius et templi angustias inclusam tenerent. Semel barbari coitione facta, ipsorum tugurium aedemque sacram incenderunt, et aedituos duos interfecerunt. Ne ipsos neci dererent Patres, quos maxime ad necem quaerebant, fida Neophytorum custodia prohibuit. Ad Sisibatorios, nationem paulo cultiorem et Hispanis amicam, venerat anno praeterito P. Petrus Mendez, et vix in eorum territorium illato pede intellexit se plane exspectatissimum advenisse. Honori ac benevolentiae qua primum fuit exceptus, respondit aviditas qua docentem audierunt. Tantum interfuit ut Christi legem amplecterentur, quantum ut disserent, et brevissimi temporis utrumque fuit. Sed non idcirco expers periculorum Mendezius fuit. Suo ministerio fuggenti nihilque adversi suspicanti, repente nunciatur appropinquare magno agmine Ethnicos quosdam accolas, et sacerdotem Christianorum quem ipsi magum et homicidem dicent, ejusque assecas ad caudem deposcere. Eo nuncio haudquaquam perturbatus, stare in armis oppidanos jubet, non usuros iis tamen nisi lassos. Ipse cum lecta Neophytorum manu procedens, venientes ex adverso barbaros imperanti quam roganti similior admonet, vim ut abstineant. Nisi paruerint sciunt instare grande infortunium. Ad eas voces vibratum dices de caelo fulmen. Sic cuncti praecipitem in fugam se dederunt. Neque id satis. Reversi domum oratorem ad Patrem miserunt, qui publico ipsorum nomine veniam meditati sceleris rogarerit, et amicitiam offerret. Oratori quatuor addiderunt delectos adolescentes, fidei sui obsides. Foedus accepit libenter Mendezius, adolescentes retinuit, hosque rite institutos in praesentia atque initiatos, mox in ipsorum popularibus erudiendis interpretes habuit et adjutores. Simili providentia haud raro caeleste Numen suos ibi famulos tuebatur, et pericula quibus pro divina gloria obiiciebantur discutiebat.

250.
Pericula Pp.
Thomae Basili
et Francisci Li-
gnani.

251.
P. Petrus Men-
dez rem pra-
dicare gerit apud
Sisibatorios.

252.
Vicinæ cuius-
dam genit' fero-
ciam domat.

Christi legem amplecterentur, quantum ut disserent, et brevissimi temporis utrumque fuit. Sed non idcirco expers periculorum Mendezius fuit. Suo ministerio fuggenti nihilque adversi suspicanti, repente nunciatur appropinquare magno agmine Ethnicos quosdam accolas, et sacerdotem Christianorum quem ipsi magum et homicidem dicent, ejusque assecas ad caudem deposcere. Eo nuncio haudquaquam perturbatus, stare in armis oppidanos jubet, non usuros iis tamen nisi lassos. Ipse cum lecta Neophytorum manu procedens, venientes ex adverso barbaros imperanti quam roganti similior admonet, vim ut abstineant. Nisi paruerint sciunt instare grande infortunium. Ad eas voces vibratum dices de caelo fulmen. Sic cuncti praecipitem in fugam se dederunt. Neque id satis. Reversi domum oratorem ad Patrem miserunt, qui publico ipsorum nomine veniam meditati sceleris rogarerit, et amicitiam offerret. Oratori quatuor addiderunt delectos adolescentes, fidei sui obsides. Foedus accepit libenter Mendezius, adolescentes retinuit, hosque rite institutos in praesentia atque initiatos, mox in ipsorum popularibus erudiendis interpretes habuit et adjutores. Simili providentia haud raro caeleste Numen suos ibi famulos tuebatur, et pericula quibus pro divina gloria obiiciebantur discutiebat.

De progressibus interea rerum quae in eo tractu regionis gerebantur, multa ad Praepositum Generalem perscribabant Patres Mexicani. Nuncibant praeter alia, quidquid interjaceret inter novam Cantabriam et provinciam Sonoram, plenum jam esse Colonii Christianorum, qui sub disciplina Societatis feliciter adolescerent. Id ipsum diserte confirmavit P. Joannes Varela, cum eam provinciae partem pro ratione sui munieris inspexisset. Sed operae pretium est ex relatione quam is misit ad Mutium, quaedam excrivere. « Profectus, inquit, ex hoc collegio Cinaloensi VI. « Idus Februarii, fui in itinere usque ad XVI. Cal. Junii, confectis milliaribus am- « plius nongentis. Nullus est Neophytorum pagus quem non adire inspicereque « coram voluerim. Incredibili porro voluptate perfusus sum, cum vidi praesens « quo studio et quanta religionis dignitate suis ministeriis vacent filii Societatis, « barbariem hanc concionibus et catechesi excolementes. Sacerdotes sunt omnino « viginti octo et curiae totidem. Curiae singulae pluribus constant pagis, quea- « dam tribus quatuorve; quodque vix credas, pagi in unam eamdemque curiam « contributi, lingua interdum inter se differunt. Patres nihilominus linguas suo- « rum singuli populorum tenent, multi binas, quidam etiam ternas. Audivi ego- « met non neminem bis terque pro concione dicentem diversa semper lingua, nec « satis consequi veribus queam quantae ea res admirationi mihi fuerit et volu- « ptati. Curiosius inquirendo cognovi, viginti minimum numerari linguas, qui- « bus nostri operarii in hoc tractu regionis evangelium praedicant. Et habent « jam litteris consignata preecepta singularum, in modum artis redacta. Habent « onomastica et summan christianarum institutionum, itemque rationem rite « confitendi earum linguarum litteris explicatam. His artibus gentes suopte in- « genio agrestes prorsus ac barbaras, ad eam formam cum civilis tum chri- « stianae communitatis adduxerunt, quam si coram Reverende Pater Noster vi- « deres, mirabiliter oblectarere. Sunt haec vere dona gratiae caelestis fructus- « que divini Spiritus, qui Societatem ad haec excitavit. » Haec tamen illa. Cui om- « nino consentiunt, quae haud multo post P. Didacus de Sosa, vir gravis atque « integer et provinciae Mexicanae visitator, ad eundem Praepositum Generalem « scripsit. Verumtamen hic statum Missionis Cinaloensis exponus, meminit alio- « rum preeterea Patrum sexdecim qui quatuor nationes barbarorum curabant, « partim in ipsis Topiae montibus, partim in planitie montibus iisdem ad orientem « subjecta. Nationum tacei nomina. Se tamen summo suo gaudio congressum « cum Patribus testatur, et visos sibi omnes apostolico nomini et officio pares.

Didacus idem Sosa dum caeteram pro officio provinciam lustral, vidit duo esse inchoata collegia, Granatae unum alterum Realtii, utrumque in provincia Nicaragua, quae neque commode sustentari ob proventuum tenuitatem possent, neque magnum habere viderentur usum, quod in iis urbibus sacrorum ministrorum justa copia suppeteret. His perspectis rebus, veritus ne ob angustiam rei familiaris sensim dilaberetur in is domiciliis ratio vitae communis, qua re vix quidquam apud nos sanctius, verius censuit ut domicilia dimitterentur. Ejus ita- « que jussu nostri cum bona colonorum venia, quos caeteroqui amantissimos ex- « periebantur, ex iis urbibus demigraverunt. In ipsa urbe Mexico nuper duo pii « conjuges et opulentii, domum primae probationis nobis fundaverant. Et erat do- « mus, non solum pro numero tironum satis ampla, sed apto in primis loco ut « videbatur sita. At simul ac habitari coepta, frequenter nec dum firmae aeta- « tis familiaris, tot tamque pestilentes conflictare cooperunt morbi, ut tirones ce- « leriter abducendi, et Tepotzotlanum in priorem suam sedem ubi hodie sunt, fue- « rint reportandi. Morborum causa vulgo reiiciebatur in magnam aquarum alu- « vionem, qua nihil post hominum memoriam calamitosius illa imperii Mexicanii « sedes vidit. Inde solum putre et uliginosum, inde noxios vapores, inde ortum « caeli vitium, quo aetas nondum matura facile afficitur, affirmabant. Sed quando- « ea de eluvie incidunt mentio, casus adeo simul insolens et luctuosus exponi pau- « lo diligentius vult, cum praesertim hominibus nostris in occasionem bene de « multis merendi diverterit. Sedet Mexicum in parva insula, quam lacus amplissimi

253.
Progressus re-
rum in regione
Cinaloensi.

254.
Litterae P. Joa-
nnis Vareae ad
Mutium.

255.
Eadem confir-
mat P. Didacus
de Sosa.

256.
Dimittuntur col-
legia Realtense
et Granatense.

257.
Tirones ab urbe
Mexico removen-
tur.

258.
Eius urbis al-
luvio memorabi-
lis.

ambitus cingit. Circuitum lacus qui maxime extenuant, esse affirmant leucarum minimum triginta. Tota proinde urbs alluitur aqua, quo fere modo apud nos Mantua, sed adeo depressa ut nihil ab ea timendum incolis videatur. Haec nihilominus seu inusitata imbrium copia, seu quavis alia occulta causa paulatim intumescens, in eam devenit altitudinem, ut superaverit ad extremum insulam et late superfusa urbi sit. Demerso quod planum erat, cives aut in editiora urbis, aut in superas aedium partes ascenderunt trepidi et exangues metu, ut quibus sive ab aquis sive ab rerum inopia, inevitabile immineret exitium. Nam glisebat per momenta singula affluxus aquarum, cumque exitus inventiretur nullus, merito verendum erat ne tota demum urbs atque insula obrueretur. At foeda inundatio, civitatem protegentibus superis, intra certam altitudinem stetit, effecitque Magistratum providentia, ut ne mortalium quisquam periret. Nonnullam etiam charitatis et industriae laudem homines nostri tulere. Quidquid habebant domi reconditum ultro expromperunt, ut pauperiorum egestati ac periculo subvenirent. Quin ipsi frumentum, carnes, ligna naviculis circumvehentes, et iis qui intra domos inclusi tenebantur per fenestras porrigenentes, multos praesenti ope servarunt. Dux omnium ad haec misericordiae officia P. Florianus de Ayerbe collegii rector. Nec eum liberalitatis poenituit sua. Scribebat anno sequenti ad Mutium, post illam calamitatem quae quidem tres ipsos menses tenuit, summam fuisse ubertatem agrorum, et obvenisse sibi redditus multo quam solerent ampliores, imo superfuisse collegio, unde magnum aeris alieni numerum quo premebatur dissolveret. Adeo verum est, *Fenerari Domino eum qui miseretur pauperis*, sed relicto Mexico, quae ad Peruviam pertinent videamus.

^{259.}
Nostrorum charitas in ea calamitate.

^{260.}
*RES PERUVIAE.
Ad Conchucos nostri pervadunt. Forum mira contumacia.*

^{261.}
Paulatum subiunguntur. et multi Limam adducuntur.

Natio erat Barbarorum rudi admodum et agresti indole, quos Conchucosocabant. Ad eos adhuc nemo pervadere ausus erat, quamvis ab urbe Lima non abessent amplius quam iter dierum duodecim. Absterrebant omnes altissima prae-ruptorum montium juga, viae fluii rapidissimis ac torrentibus intercisa, coperatae nivibus, gelu impeditae semitae. Tot impedimenta, tot evangelii moras et obices perrupit aliquando generosa Sociorum manus. Quinque populos invenierunt tam impii absurdisque deditos ritibus, ut in hanc veluti sentinam coluvies omnium sclerum ac superstitionem fluxisse videretur. Neque tamen desperarunt Camarinam hanc, superis adjuvantibus, repurgari posse. Verum conatus illorum morabatur improbitas gentis, initioque penitus infregit ac lusit. Indigenae cognito adventu Patrum, inter se conspiraverant in hanc astutiam, ut eos obstinato silentio fatigarent. Nihil exprimi ab iis, nihil extundi minis, promissis, beneficiis poterat. Quaerentibus Patribus quae colerent numina, quos ritus adhiberent, quid sentirent de animarum post mortem conditione; aut nihil, aut aliena prorsus omnia respondebant. Sic illos docuerant quatuor praestigiatores nequissimi. Patuit tamen aliquando rima, per quam illorum sensus et arcana mysteria perlucerent. Postquam facta dicendi copia, nihil morae fuit quin divina lux offusam tot annos caecis mentibus noctem dispelleret. Veritatem cognoverunt plerique et christiana sacra suscepserunt. Caeterum tanta est Indorum omnium inconstans, tam innatus amor superstitionis, ut cum eos maxime christianos putas, interjecto brevi spatio plane mutatos et ad priorem nequitiam revolutos sentias. Huic malo ut occurrerent nostri, peculiarem Limae domum construi curaverunt, in quam collecti et tota Peruvia Casiquorum filii, religionis elementis et bonis moribus instituerentur. Et quia experimento constabat, totum Indorum genus metu citius quam amore, poenis quam beneficiis duci, addiderunt regii Praefecti domum alteram, in quam compellerentur quicumque deprehensi fuissent beneficii, magi, falsae religionis artifices ducesve, pestes publicae, populi contagia. In utramque domum plures Conchuci inducti sunt; hoc tamen discrimine, quod adolescentes ingenui Limam venerunt libentissime, cum praesertim sub disciplina Societatis se futuros scirent. Beneficii contra in suum contubernium, quod custodiae speciem habebat, trahendi fuerunt inviti. Et nihilominus isti etiam clementer habiti, audientes legem divinam et praecepta morum, paulatim impietatem deposuerunt.

At apud Ciuncos (natio erat in primis ferox ac barbara) nihil amplius P. Bernardus Reus confecit, quam ut gloriosam pro Christo mortem oppeteret. Ad eos venerat difficillimo itinere, una cum duobus comitibus ex ordine S. Augustini et aliquot indigenis. Primum illorum pagum ingressus, barbarorum globum duce quodam Mulatayo Casiquio praepotente, obvium habuit. Graviter querebatur Casiquius de Patribus Augustinianis, quod cum altera excursione quaedam promisissent patri suo munera, fidem non servassent. Ob eam rem extabescere bonum senem clamabat moerore ac rabie confectum et proxime moriturum. Patres excusare factum, multa causari. Simul plura ac meliora se afferre in praesentia, dicere. Adeo non restinxerunt iram hominis seu verius belluae, ut cupiditatem potius accenderint ac praedae sitim. Passus illos noctem unam quiescere, quam Dei famuli praeparandis ad necem animis consumperunt, postridie in eisdem immittit satellitum manum. Intentis arcubus irruentes ut vidit P. Bernardus, accidit ad pedes P. Laureani Augustiniani, nempe ut expiatus occumberet. Illi contorquent tela ipsumque pariter et Laureandum, mox caeteros e comitatu, praeter duos celeri fuga dilapsos, configunt. Tribus jaculis confosus Bernardus, surrexisse dicitur, Christi signum corripuisse in ejusque complexu animam exhalasse. Corpora sclerati dissecuerunt, extraxerunt corda et in ignem conjecta combusserunt. Vests, exigua supellectilem ac sacelli apparatus, inter se divisere. Actum id XVI. Cal. Sextiles. P. Bernardus Reus, de quo distinctius loquendum mihi est, nondum excesserat vitae annum octavum supra vigesimum. Ortus erat in Balearidum insularum majore, primamque aetatem in regio Hieronymianorum coenobio quod Escuriale vocant, exegerat. Ibi liberaliter educatus, nativa quadam indolis venustate aditum sibi ad gratiam Philippi III. Regis, atque ad honores et opes quas principum favor parturit, aperuerat. Verum humanarum rerum inanitatem ac pericula contemplatus, recipere se in nostram Societalem statuit, in qua non suae tantum saluti consuleret sed etiam alienae. Itaque cum P. Joannes Vasquez Peruanae provinciae Procurator Americam repeteret, transiretque Matrito, illi se socium viae ejusdemque instituti obtulit. Ab eo deductus in Peruviam et tironibus adscriptus, statim ad perfectae sanctimoniae culmen enti coepit. Deinde per annos duodecim, quot egit in Societate, per omnes virtutum religiosarum gradus labore non intermissu percurrent, eo devenit ut nihil ferme in ipso ad cumulatae probitatis laudem desiderares. Acri in primis servandarum animarum studio flagrabat, ejusque rei causa sanguinem fundere in votis habebat. Quare cum suscipienda ad Ciuncos missionis facultatem sibi datam cognovit, tantis incessit laetitiis ut ipse se prope non caperet. Partem gaudii in eas effudit litteras, quas referenda gratiae causa scripsit ad provinciae Praepositum sane pias ac pietatem meram spirantes, quas recitant Tanner et Alegambe in ipsis vita. Eas videre qui velit, non poterit non mirari animum quocumque majorem periculo et divina charitate penitus aestuantem. Sed nobis ad alia properantibus, in his diutius immorari non vacat.

Redit nunc sermo de Missione Canadensi, atque inde repetenda narratio ubi quadriennio ante fuit abrupta. Posteaquam Quebecum Angli tenuerunt, nihil in tota ea regione Gallis, nihil catholicae religioni relictum fuit. At post Ropellae expugnationem, de qua anno praeterito dicebamus, sancita inter Galliae Angliaeque Reges pace, ea conditione ut Gallis restituendum esset Quebecum, continuo actum in Gallia de reparanda inter Canadenses clade, non solun imperii Gallici verum etiam Religionis. Hoc consilio naves onerariae quatuor, quibus aliquot Societatis Patres erant impositi, in eam oram destinatae et mari commissae fuerunt. At Dieppa solverunt serius, quam ad statas ventorum vices aptum erat. Ventis in contrarium mutatis, earum tres ab ostiis Sanlaurentiani fluminis dispersae et in altum jactatae, aliae alium cursum tenuerunt. Unam vis tempestatis in Armorican detulit. Altera in litus Hispaniae rejecta est. Tertia, cui praeerat Daniel quidam, navarchus idem et miles egregius, in meridiem tendens, flexit in sinum Canadensem quem Cetorum vocant, quia balenis

Tom. II.

44

P. 262.
Reus ad Ciuncos
progreditur.

263.
*Ab improbis in-
terficitur. Ejus
Elogium.*

264.
RES CANADEN-
SES.
*Repertunt Quebe-
cum Galli cum
aliquot e nostris.*

265.

Promontorio Armorico potius tur gentem primus excollit P. Vimontius.

266.

Quae regio ea sit, qui mores gentis.

majoribus abundat. Hac navi P. Bartholomaeus Vimontius vehebatur. Invectus in eum sinum Daniel ac certior factus Stuardium nescio quem gente Scotum, infestum se praebere negotiatoribus Gallis in eo mari pescantibus, sedemque latrociniorum habere in insula quam promontorium Armoricum, seu caput Britonicum vulgo dicerent, excensione facta, paucos Anglorum ibi in praesidio inventos depulit atque insula potitus est. Et siquidem ea statio opportuna prohibendis praedonum excursionibus videbatur, locum operibus communire coepit, praesidiisque Gallo-rom imposito, iis Vimontium ad ministerium sacrorum concessit. Hoc habuit initium frustra alias tentata missio Canadensis, quae quia multarum deinde frugum feracissima fuit et nunc etiam est, juvat hic eam regionem obiter lustrare. In ipso aditu fluvii quem a S. Laurentio nominant, tres majores visuntur insulae: prima cui nomen indictum Terrae novae ad ortum jacet, omnium maxima. Anticusta vocatur altera: occasum spectat, estque omnium minima et ostio fluminis proxima. Tertia denique de qua modo agimus, pomen habet Armorici seu Britonis promontorii et austrum respicit. Haec leucas admodum octoginta ambitu complectitur. Dividit fere mediam ingens sinus, cuius in latere septentrionali visitur castellum permunitum, cui S. Annae impositum est nomen, cum portu pulcherrimo qui vix ullum habet parem, ut rei nauticae periti affirmant. In eo quippe tria navium millia sedere tuto possunt ab omni vento defensa. Maris altitudo semper est ulnarum plus viginti. Fluctuum accessus recessusque clemens et statim temporibus definitus. Facilis in portum aditus, nec difficilis tutela. Barbaris late per insulam sparsis annonam facilem praebent ferrae, et aves littoreae ac silvestres quibus abundat regio. Quamobrem a fame quae Canadenses alios male vulgo habet sunt tutiores, vitamque diutissime producunt. Videas senes annorum octoginta atque etiam centum, sine cannis. Robur et venustas corporum praecipua. Oris color candidus, quem tamen adipue crasso et foede tincto corrumpunt. Cognitio Numinis, cum ad eos nostri accesserunt, parca et obscura; cultus et honor nullus. Inerat nihilominus cognoscendi cupiditas summa, nec audiebant quidquam libertius quam divina mysteria, siue innata docilitate ducti sive rerum novitiae. Magnam opem fidei propagandae Patribus attulerunt virtutes gentis duea, tam ipsis familiares quam aliis Canadensis ignota: primo fidelitas alienae abstiens rei et abhorrens a furto: deinde morum honestas amorque pudicitiae tantus, ut Apostoli vocem audisse viderent vetantis vitium oppositum vel nominari. Istos mores tam praeclare ab auctore naturae comparatos, christianis fingere institutis P. Vimontius coepit.

267.

P. Philiberti Noyroti et Fr. Ludovici Malotii triste naufragium.

Quarta restabat navis ex iis quas Dieppa vela fecisse dicebamus. Hac navi quae caeteris exilior, quatuor vehebantur e nostris. P. Philibertus Noyrotius, P. Carolus Lalemantius, P. Alexander Viepontius et frater Ludovicus Malotius rei domesticae adjutor. Atque ea quidem felicior initio, in ostium Santaurentiani fluminis inventa, per obstantes undarum moles adverso tendebat amne. At subito ventus horribilis a puppi surgens, quamvis invitam ac frusta reluctantem littori scopulo illisit. Consternati vectores, ut rebus conclamatis ad mortem sese comparare ac peccata certatum sacerdotibus confiteri. Atra nox caelumque nimbosum naufragii horrorem augebant. Demersa jam erat navis una pars. In altera quae ab undis adhuc exstabat, nautae vectoresque constiterant: cum haec ipsa laxatis compagibus momento dissiluit, vectoresque pariter ac nautas in aquam effudit. Noyrotius animam Deo pie commendans, statim haustus est fluctibus, itemque frater Malotius. E reliqua, turba duodecim pariter perierunt. Lalemantius, inter quatuor trabales asseres hinc inde a pectore et a tergo interceptus, haud dubie interribat nisi recedens fluctus eos disjecisset. Ab iis felici casu expeditus, naturali quodam impetu manum extendens unum ex asseribus prehendit, haesitque ei per horam integrum, sursum deorsum jactatus ac singulis pene momentis aut obruerendus undis, aut inter solutae navis tabulas diffingendus, donec in virgulta quedam littori adnatam deportatum se deprehendit. Ibi paulum consistens, oculosque per densam noctem auribus arrectis circumferens,

268.

PP. Lalemantius et Viepontius mira ope servati.

sentit aliquos ex iis qui enataverant prope adesse: quibus clamore accitis et adjuvantibus, aegre emersit semianimis. Viepontius ante ipsum evaserat, sed quo pacto ne ipse quidem sciebat. Navicularii utpote valentiores nec rudes natandi, litus facilius tenerunt. E vectoribus servati tantum octo. Ut se paululum collegerunt, gratiis in ipso littore servatori Deo persolutis, vicinam in silvam omnes concessere, languentes, uidi, rebus omnibus necessariis destituti, de se ipsis anxiis, de aliis qui adhuc jactabantur solliciti. Noctem sub dio miserrimam egerunt, cum ne copiam quidem haberent excitandi ignem quo vestimenta siccarent salo madida. Orta luce, prior cura fuit explorare ubi locorum essent. Modicam conspexere insulam, ex qua recedente maris aestu transitus per vadum in continentem patebat. At adnatarunt interea Noyrotii et Malotii cadavera, quasi a caris sodalibus novissima christiana sepulture officia reposcerent. Persoluta sunt quanta fieri potuit maxima pietate. Fusae cum lacrimis preces, ut animabus corpore solutis bene esset. Idque merito licebat sperare, quae amborum virtus et anteacta vita fuerat. P. Philibertus Noyrotius in Augustodunensi dioecesi natus, inierat Societatem anno aetatis quinto et vigesimo. Post exactum tirocinium missus Biturigas, singulis diebus festis in vicinos pagos excurrere et agrestibus erudiendis operam dare consuevit, quo apostolicae vitae rudimenta quaedam ponebat. Ut barbaros Canadenses a servitate daemonis vindicaret, jam tertio in eam terram navigabat. Ingens illi animus ad aspera et ardua quaeque suscipienda, par ad manum ultimam imponendam patientia, ut ex iis quae libro decimo diximus colligere est. Frater Ludovicus Malotius gente Lotharingus, ortum habuit in Tullensi dioecesi, et annos in Societate quindecim confecit. Quo esset animo ac virtute vel inde peti conjectura potest, quod saepius in apertum vitae discriminem se conjectit ut peste laborantibus adesset. Illud habuit in morte solatii, quod Navarchum et Calvinii erroribus ad veritatem profitandam, non magis asidua cohortatione quam modestissimae vitae exemplis traduxerat. Artium variarum et ministerii domestici peritissimum era, eoque magno usui futurus nascendi missioni putabatur. Incidit istorum mors in X. Cal. Septembbris.

His ut dixi christiano ritu sepultis, naufragos undis eruptos Deus quae ipsius bonitas est non destituit. Parum illis erat ex aquis emersisse nisi ex ipsa etiam emergenter terra, ubi urgebat miseris fames omni naufragio peior. Conspicati parvani quam dixi insulam, ejus adeundae spe cymbam et tristibus reliquiis lacerae navis compingunt. Jam opus processerat, cum fuit in conspectu navicula. Ilicet progredi omnes ad litus, opem magnis clamoribus implorare. Clamor et multitudine nautas conterruit, qui vim aut insidias veriti, continuo incitantes sese naviculam in alium contento remigio reduxerunt. Sensit nauta e naufragis unus, et cursum fugientium observans, acceleravit solus in littoris crepidinem qua transituri erant. Ibi illis oblatus ex improviso, dempsit metum quia solus et inermis, movit commiserationem quia naufragus. Cantabri erant, perhumani illi quidem at galiae linguae ignari. Accipiunt hominem in naviculam, et ad navarchum qui haud procul navigium majus in anchoris continebat, ducunt. Is gallice cum sciret, ubi calamitatem ejus et sociorum cognovit, ad naufragos advolat cum lembo piscatorio. Conspecto eorum statu miserabili, se quidem profitebatur si res sui esset arbitrii omnes continuo avecturum in navim, imo etiam in Galliam: at explorandum prius voluntatem sodalium. Duos tantum quos videbat Patres Societatis non recusabat accipere jam tum, imo perhumaniter invitabat; quam mox ad eos qui relinquenter in littore se redditum promittens. Verecundia fuit Patribus destituere vel ad tantulum tempus socios, qui praesertim incerti de suo exitu et expectatione suspensi remanerent. Gratiis itaque actis pro tam benevolia voluntate, illud proposuerunt potius, ut uno abscedente remaneret ipsorum alter, ne deserit se reliqui existimarent. Laudavit navarchus consilium. Viepontius substituit. Lalemantius amicam deportatus in navim, naufragorum causam apud Cantabros egit tam diligenter, ut postridie omnes recepti similiter fuerint ac benignissime habiti. His ita explicitis rebus, dum navigandi tempus in tuta statione opperintur et sua

^{269.}
Noyrotii et Ma-
lotii corpora se-
peluntur. Bo-
rum Elogium.

^{270.}
Aliorum variae
vices post nau-
fragium.

^{271.}
Initium sacrae
missionis in Pro-
monstrio. Armo-
rigo.

singuli pericula securi renarrant, illato ut fit variis de rebus sermone, referant Cantabri novam Gallorum coloniam condit nuper coepisse in vicino promontorio Armorico, atque inter colonos hominem Societatis versari. Nihil dubitavit Viepontius, quin P. Bartholomeus Vimontius esset is de quo paulo ante meminimus. Et hominis laborem levare percupiens, vehementer institit apud Lalemantium quem praesidis loco habebat, sibi ut liceret ad eum excurrere, hyemem cum eodem transigere, operamque tum Gallis ibi degentibus tum Indigenis navare. Quo tandem impetrato, Lalemantius Viepontiusque dividuntur. Hic brevi fredo in promontorium Armoricum transmittit. Ille rursum defertur in Galiam, quam tamen facto iterum naufragio aegre attigit. Navis enim prope S. Sebastiani portum allisa saxo, cum oneribus periit. Viepontium interea ad se ex improviso venientem ut vidit Vimontius, vix prae gaudio oculis credidit. Et plane opportunus veniebat ad ferendam spem Galis pariter et Indigenis, quos pestilens lues invaserat et satis procurare sacerdos unus non poterat. Diviso igitur inter duos labore sed viribus conjunctis, ambo in eam curam incubuerunt et multis aditum ad aeternam vitam aperuerunt, praesertim infantibus quos in extremo discriminis constitutos aqua salutari aspergebant. Quod si linguae commercium cum Indigenis habuissent, forte nec istorum quisquam sine spe vitae beatioris decederet. Sed quae ad promontorium Armoricum feliciter hic annus incepit, felicius anni sequentes perfecerunt.

HISTORIAE SOCIETATIS JESU PARTIS SEXTAE LIBER DECIMUS QUINTUS

ANNUS CHRISTI 1630. SOC. 91.

ANNO saeculi trigesimo ad quem modo devolvimur, pestilentia Galliam Cisalpinam ingressa variasque partes Italae pervagata, campum amplissimum in quo Societas se charitas effunderet ac triumpharet, aperuit. Quid in unaquaque provincia susceptum a nostris tam saevo tempore gestumque sit, ordine referam.
RES PROVINCIAE ROMANAEE.
Florentia peste corruptitur.
Et siquidem mali participes etiam Provincia Romana fuit, hinc exordiar. Pauca urbes ex iis que cis Apenninum sunt pestifera lues attigit: ex iis vero ubi tunc erant Provinciae Romanae domicilia, omnino nullam praeter Florentiam. Collegio Florentino praeeerat P. Marcellinus Albergottus non vulgari virtute vir; et jamdiu secum reputabat attentius, hinc debitum divinae Majestati obsequium et amorem, inde humanam imbecillitatem culpis saltem levioribus obnoxiam, quas etsi vitare singulas possis ac plane debeas, universis tamen abstinere omnino non possis. In ea cogitatione defixum subit ingens vitae mortalis taedium et cupido mortis, quae ipsum ab hac miserrima quotidie peccandi consuetudine liberaret et in eo collocaret statu, in quo Deum amantissimum nunquam vel levissime offenderet. Oblatam putavit praeclarae ac promptae mortis occasio nem in communi pestilentiae strage, nec sibi Rectori praeripi a quoquam posse primas periculi subeundi partes existimavit. Praepositum tamen Provincialem consilii sui certiorem per litteras fecit, rogans cui traditam vellet collegii administrationem absente se. Nam in aedes separatas secedere constituerat. Rescripsit Provincialis, mirari se vehementer quid illi venisset in mentem, familiae caput cum esset suorum curam dimittere ut susciperet alienorum. Id aequum sibi non videri. Ageret munus suum, seque in alios usus ad majorum arbitrium reservaret. Quo responso paulum perturbatus non dejectus tamen, negatam a Provinciali facultatem a Praeposito Generali petiit, minime aliqui celans quam

P. Marcellinus
Albergottus cum
ram tabidorum
deposcit.

Negatam a Pro
vinciali faculta
tem impetrat a
Generali.

tulerat repulsam et multas simul preces rationesque congerens ut impetraret. Mutius sumpto ut solebat ad deliberandum spatio reque Deo commendata, in haec verba respondit. Vereri se ne ipsius voluntati resistens, divinae resisteret voluntati, eaque propter ejus postulatis quamvis dolenter annuere. Iret porro quo divinitus vocabatur et magno rem gereret animo. Verumtamen adhiberet cautelam, neque temere in discriminis tanti aleam se daret. Prorectorem suo relinquenter loco P. Cosmum de Pazzis. His Marcellinus accepit litteris, vix sui prae laetitia compos Patres convocat, hisque coram Pazzium collegii Prorectorem salutat. Obstarre ille vehementer et justas sibi esse causas excusandi munieris dicere, quas exponere Praeposito Generali vellet. In ea altercatione adest janitor nunciatque, ab infimae sortis cive peste correpto sacerdotem postulari, qui audiat de peccatis confitentem. Mora nulla est. Marcellinus claves et quam habebat prae manibus Mutii epistolam in medio relinquit, frustraque Patribus retinere conantibus ad aegrotum accurrit. Eo autem rite expiato, in conclave quod ad hunc usum a caeteris collegii aedibus excluderat se recipit.

^{4.}
Pium ministerium strenue suscipit.

^{5.}
Eius in procurandis aegrotis ardor existens. Et ipse quidem nullum sibi adsciscere socium constituerat, ne cui suorum esset molestus. Sed nec petenti datus est e fratribus ordine Blasius Pedrettus, patria Lucensis, vir antique simplicitatis, et in quo sola probitas plus valeret quam multae in aliis virtutes. Hoc igitur tam arduae expeditionis comite, procedere medium per urbem et aegrotis operam circumferre, quacumque diei vel noctis hora vocaretur, instituit. Quin prospiciens interdum e sua domuncula, praeterentes rogabat ut si quos rescirent lue infectos ad se perducerent, idque tanto studio, tanta contentione flagitabat, quanta cupidissimus quisque institor vocitare emptores atque urgere solet. Id agentem, die post susceptum ministerium undecima, lues corripuit ac triduo confecit. Nullum illuxisse sibi diem testatus est lactiore quam supremum, qui fuit IX. Idus Novembres. Morienti adstitit et sacramenta ultima ministravit P. Hieronymus Scappius, eidem in aegrorum procuratione suffectus. Mortuum Ferdinandus II. Magnus Etruriae Dux, motus ea quea de hominis sanctitate increbuerat fama, in communem caeteris peste confectis tumulum inferri vetuit. Quare inclusus arca dupli, sub ara sacra fuit compositus. Hunc habuit Albergottus exitum vir sane praeclarus, cuius eximiama virtutem vel illa insigniter declarat a nobis indicata ratio, quae ipsum impulit ut infectorum valetudinem ac vitam praeferret suae. Natus erat Aretii in nobili ac lauta domo, ante annos quadraginta quinque. Societate ab annis viginti sex inierat, cum inter convictores Seminarii Romani educaretur. Ut erat parentum soboles unica ac tota familiae spes, longum certamen adolescens sustinuit cum consanguineis, qui eum a religiosae vitae proposito removere conabantur. Sed iis tandem constantia supererat evolavit in Societatem, hoc etiam alacrior, quod prius abdicare se omni ad paternam haereditatem jure coactus fuerat. Omnes in eo religiosae virtutes emicuerunt, paupertas praesertim, obedientia, studium alienae salutis, charitas erga Deum et proximum. Mori quotidie mortificationis continuae exercitatione didicerat, nec dubitavit fateri amico, ita se occaluisse infligendis corpori verberibus, vix ullam ut haberet partem intactam aut non hebetatam. In rebus asperis nullum illi solarium praesentius, quam a pia mediatione rerum caelestium, et saepe quod humana industria non poterat, hoc precibus conficiebat. Tabidorum curam gerenti codicillos miserat collegii minister, quibus querebatur nihil pecuniae esse relictum domi, nec videre se undo extricare eam posset. Ob id duas sibi noctes fluxisse insomnes affirmabat. Rescripsit ipse breviter, de pecunia ne nimium angeretur. Eam quaereret in scabelllo genuali: ibi certissime inventum iri quod satis ad necessarios collegii usus esset. Non intellexit initio minister, nisi quod sonabant verba. Itaque scabellum ubi precandi causa ponere solebat Albergottus genua, ejusque omnes arculas diligenter excussit sed frustra. Sensit denique alio sensu locutum; utque morem gereret monenti, ad orandum se recepit. Ecce autem, eo maxime Deum rogante ut collegii inopiam sublevaret, adest qui jamdiu centum aureos collegio debebat, nec soluturus aliquando sperabatur. Vocari ad se ministrum

^{6.}
Intra dies undecim pie moritur.

^{7.}
Eiusdem Elogium.

jubet, eique pecuniam quam debebat pernumerat. Consimilia alia de Albergotto plurima referuntur, vulgarem virtutis modum longe praetergressa, per quae iter sibi ad pretiosam in conspectu Domini mortem stravit. Consors ejusdem mortis haud multis post diebus fuit; qui laboris ac periculi socius fuerat, F. Blasius Pedrettus rei domesticae adjutor, eodem assistente quem supra nominavi Scaplio, qui uti dixi Albergotta successerat. Sed dum hic progredi parat in publicum, Archiepiscopus Prorectorem admonuit, ne quem sociorum deinceps ad ministeria tabidorum exire sineret injussu suo. Vetandi causa fuit, quod diuturnam fore pestilentiam suspicabatur; cumque duae paucis diebus cecidissent de Societate victimae, ut se dabant initia, verebatur ne si ita pergerent nostri, in tempus posterum non sufficerent. At vis morbi citius quam putandum videbatur Florentiae remisit, nec toto consecuto tempore tantam edidit stragem, quantum primis duobus mensibus.

Longe diutius atrociusque desaevit in provincia Vedeta. In sola Venetorum ditione unde adhuc Societas exsulabat, cecidisse dicuntur hominum circiter quingenta millia. Paulo minor clades in eo tractu Galliae Cispadanae fuit, qui Bononiam inter Placentiamque porrigitur. Intra hos fines amisit Societas intra menses quinque suorum capita plusquam centum, partem provinciae ut tunc erat fere quar-tam, irreparabili damno et eo quidem graviore, quod plerique in ipso aetate robore perierunt, et multi ingenio doctrinaque, multi natalium et morum splendore fulgebant, aliqui etiam quod Mutius maxime doluit, provinciae domiciliis cum insigni prudenter praesidebant. Illud provinciae desolatae solatio non levu fuit, quod e tanto numero major pars, non tam communis necessitatibus quam suae charitatis victimae occubuerunt, et universae Societati insigne exemplum pariter et ornatum reliquerunt. Non est mei consilii de singulis explicare dicere, quod longum nimis et operosum esset. Insigniores tamen debita laude fraudatos non dimittam. Parmae quam in urbem primus pestilentiae impetus fuit, collegium tunc erat provinciae maximum, praecipuumque juvenitus nostrae seminarii. Ut increbit luem esse intra moenia, dici vix possit quale certamen exarserit inter nostros praesertim juvenes, ut curandis aegrotis addicerentur. Scribebat ad Mutium collegii Rector P. Petrus Antonius Ravizza, fidem omnem excedere tantum tam communem ardorem: se vero, addebat, tot juvenum mori gestientium precibus adeo commoveri, ut a lacrimis temperare non posset. Eadem Provincialis Praepositus P. Marcus Garzonius confirmabat. Continuo scholae jussu Duciis ocluse fuerunt. E nostri juniores scholastici cum magistris in suburbanum missi. Caeterorum pars relicta domi ad ministranda in templo sacra, pars in secretam aedium partem inducta et aegrotantium ministerio destinata. Porro istorum vel primus in publicum egressus admirationem ingentem movit, cum in communione consternatione soli mortem non reformidare, sed provocare potius viderentur. Fortitudinem alacritatemque eorum commendabat aliorum ignavia. Nam Parochorum plerique aut secesserant metu aut latebant: sacrorum vero ordinum coenobitis vel morte vel fuga coenobitarum occlusis, duo tantum ex Patribus Theatinis et Capucinorum unus, afflictæ civitati opem ferebant. Ex ipsis proletariis paucissimi inveniebantur, qui operam suam aegrorum ministerio locare quavis pretio vellent. Quo magis nostrorum charitatem mirabantur cives, cum eos cernerent nullo diei noctisque discriminé, concursare urbem, nosocomia publica, privatas domos subire: neque solum sacramenta ultima sed medicamenta aegrotis deferre: tum cadentibus succedere integros, accurrere ex circumpositis locis juvenes generosos, qui periculosa pugnae copiam extorserant verius a moderatoribus quam impetraverant: quamdui denique fuere qui mori in aegrorum obsequio possent, numquam deesse qui vellent. Communis ferme vox inter Parmenses erat, Societatem ante illud tempus haud satis sibi fuisse cognitam, sed ejus deinceps gratiam apud se summam nec unquam obliviscendam fore. Hisce prorsus verbis aliqui nobilium, cum ad amicos tum ad suos Principes, qui Placentiam secesserant perscripserant.

8.
Moritur Fr.
Blasius Pedret-tus. Alii subser-vire aegrotis ve-tantur.

9.
Res PROVINCIAE
NETAE.
Nosrorum alio-rumque horren-da strages.

10.
Nosrorum pius
ardor Parmae,
tue saeviente.

- ^{11.} *Socii quindecim in officio charitatis moriuntur Parmae.* Sed ut aliquid nominatum memoriae prodatur de iis qui pio labore feliciter immortui sunt, Parmae istorum numerus excessit ad quindecim, sacerdotes septem, scholastici quatuor, quatuor item fratres rei domesticae adjutores: ut nihil dicam de aliis tredecim, quos ibidem vel per occasionem exercendae charitatis vel quo alio casu, lues infesta decerpserit. Praeivit omnibus pridie Nonas Maii P. Dominicus Collesantius. Ad ipsas Nonas secutus est Bartholomaeus Grummellus auditor theologiae, et postridie Hieronymus Boltsius latinitatis magister. Triduo quartus accessit P. Franciscus Gherardus. Tertia post hunc die primus e fratribus laicis occubuit Joannes Ubaldus. Die proxima quae fuit pridie Idus ejusdem mensis, tres pariter ecidere, P. Joannes Baptista Riccerius qui in publico extra urbem Limodochio curabat, frater Thomas Sedaccius coadjutor veteranus, et frater Ludovicus Parenti ex domestico nuper collegii famulo novitus Societatis. Funerum seriem continuavit dies XV. Cal. Junii, sublatro Francisco Smeraldo theologiae auditore, cui ad XI. Cal. ejusdem mensis P. Hyacinthus Grillus accessit. Grillo vix una die superstes fuit P. Julius Caesar Tedeschini, et huic dies proxima Bartholomaeum Canestrinum angelicis moribus juvenem, tunc metaphysicae studiis operantem adjunxit. P. Andreas Barpus, cum vix idem charitatis stadium esset ingressus, biduo metas attigit peste consumptus ad Cal. Junii. Nec multo diutius perdurarunt frater Vincentius Coutronus, domesticae adjutor rei, et P. Felix Malaspina, quorum priorem Nonae Junii permeruerunt, alter XV. Cal. Junii extabuit. Praeter hos qui in ipsa pii ministerii functione animas posuerunt, charitati imputata fuit mors Patrum Venusti Roberti et Dominic Zadei. Dum enim in aede sacra poenitentiae sacramentum administrant, et civibus promiscue omnibus expiari cupientibus copiam sui faciunt, afflati halitu pestilenti tabem traxerunt quae exitialis utriusque fuit. Similiter P. Lucius Ursinus pestem hausisse creditur a familiaribus Octavii Farnesii, quem in Parmensi arce detentum, identidem confessionis causa invisebat. P. Aemilius Zucchius praefecturam gerebat domi, quam nos vocamus sanitatis; pharmacopolarum autem officinas aliasque venalium tabernas ratione sui muneric adeuntem, lues corripuit ac stravit. Denique Franciscus Tedesci et Joannes Baptista Lancia, duo scholastici ex iis qui in suburbanum fuerant missi, senem cum invenerint in agro decumbentem, ausi eum proprius consolari, luem inde retulerunt domum, suo et aliorum exitio. Jam ergo ut summam faciam, qui mortis causas a charitate duxerunt fure unus et viginti, infra quadragesimum aetatis annum plerique, omnes religiosis virtutibus insignes et hoc triumpho digni: quorum ego aliquos, quia praecipui videri possunt inter ferme similes, praecipua laude exornando censeo.
- ^{12.} *Kx alii tredecim ibidem extinctis sex praecipue nominantur.* E scholasticis duos primum exhibeo, Bartholomaeum Grummellum et Franciscum Smeraldum, hunc Parmae illum Brixiae natum. Ambo theologiae tunc operam dabant, magna ingenii commendatione ac virtutis, fraterna in primis charitate et accurata in omni ratione vivendi legum domesticarum custodia conspicui. Missionem Indicam in votis habebant, ad eamque se ab ipso religiosae vitae tirocinio paraverant. De Grummello P. Ascanium Marazzium, insignem christiana perfectionis magistrum, loqui solitum ferunt tanquam de juvete, in quo peculiares ac propriae Societatis virtutes eminerent. De Smeraldo id unum scire sit satis, nunquam illum scilicet in omni vita foedatum lethali noxa, eoque praeeditum fuisse candore morum, ei ingenii facilitate ac modestia totius corporis, ut non alio passim nomine, quam angeli aut angelici adolescentis vocaretur. Ex sacerdotibus memorandi in primis Patres Andreas Barpus, Lucius Ursinus, Felix Malaspina, Franciscus Gherardus et Hyacinthus Grillus. Barpo, patria Bellunensi, praeter eximiam submissionem animi multamque cum Deo conjunctio nem, magna prudentiae vis inerat et consilii in rebus dubiis, excelsitas veritatis et constantia in adversis plane admiranda. Parmense nobilium seminarium incredibili omnium approbatione per septennium gubernaverat. Cum inde Ferrariam versus secundo navigaret Pado, nempe ut ad collegium Foroliviense cui Rector fuerat datus se conferret, locis omnibus metu contagionis exclusus,
- ^{13.} *Elogium Bartholomaei Grummelli, et Francisci Smeraldi scholasticorum.*
- ^{14.} *Elogium PP. Andreae Barpi, Lucii Ursini et Felicis Malaspinae.*

redire Parmam satius duxit, sociosque ibi in communione malo rem fortiter gerentes quod re ipsa praestitit, aemulari. Ursinus ortu Romanus, inter honorarios Rainutii Parmensium ducis ephebos adolescentiam egerat. Doctorali mox laurea jurisprudentiae donatus, ejusdem Principis conjugi serenissimae ab epistolis fuerat. Rerum denique humanarum pertaesus recepit se in Societatem natu jam grandior, in eaque exinde ita vixit, ut eum decuit qui viam sibi ad hanc mortem sterneret. Malaspinam genuerant Marchiones Villafranchae, in ea Liguriae sive Etruriae parte quam Apuanos antiqui, tractum hodie Luncensem dicimus. E Romano Seminario, ubi studiorum curriculum absolvatur, Societatem ingressus, nihil habebat in ea suavioris ab occupationibus reliquis levamenti, qua cum Deo vacaret rerumque divinarum contemplationi. Quanto major apud alios prudentiae laude ac religiosae in agendo dexteritatis, quanto iis gravior mansuetudine ingenii ac morum suavitate, tanto sibi vilior atque in se ipse inclemens erat. Cibi perparum ad prandium, nihil admodum ad caenam solebat sumere, idque obtentu valetudinis. Somnum capiebat inspoliatu ut plurimum et incommode loco. Cilio frequenter utebatur eoque grandiore, ut major pars corporis tegetur et cruciaretur. Defunctus collegii Placentini regimine, cum veteri tenetur Japoniae desiderio, et optatae missionis incerta exspectatione penderet, eam oblatam sibi credidit Parmae pestilentia saeviente. Exorato itaque Provinciali Praeposito, negotia quadam haud exigui momenti, quibus implicitus Placentiae tenebatur celeriter confecit, frustraque nectentibus moras amicis ac praesertim germana sorore, Parmam volavit. Ibi domestici valetudinarii curam suscipiens, ac diligenter administrans, quod depellere ab aliis malum studebat adscivit sibi, duobus ictus carbunculis qui eum triduo confecerunt, cum annum vitae ageret quadragesimum primum.

Juniores erant aetate, sed virtute non minus maturi Patres Franciscus Gherardus et Hyacinthus Grillus, quos in eamdem charitatis arenam divini Spiritus, ut par est credere, ardor insolitus quamvis absentes impulit. Gherardus in monte Bodio Piceni oppido natus, adoleverat Parmae sub avo suo ejusdem urbis Gubernatore. Transgressus in Societatem, ibidem theologiae studiis operabatur cum sacris ordinibus est initiatu anno aetatis suaee trigesimo, unaque cum Pyrrho germano fratre parmensi tunc Canonico missus in patriam consanguineorum rogatu, ut ipsis videlicet coram spectantibus, sacerdotii primitias Deo libaret in aede Lauretana. Paulisper cum suis non tam suo quam ipsorum solatio commoranti, nunciatur exemplo contagione Parmam laborare, jamque urbium finitimarum commercio atque usu esse interdictam. Eo nuncio abire statim Gherardus velle, et adesse quam primum Parmae. Consanguinei contra, qua rationibus et argumentis dehortari, qua precibus et amica vi obniti ac retinere: saltem paucos exspectaret dies, dum Romanu scriberent. Curiae sibi fore, ut Generalis Praepositus ipsi potestatem faceret adeundi Romam ac theologicum ibidem curriculum, cuius vix unus illi annus supererat, absolvendi. At frustra omnia. Franciscus abruptis omnibus moris viam arripiuit, magnisque itineribus, neque usquam in collegiis consistens, neque animo unquam quiescens, Parmam contendit. Ut primum facta Provincialis alloquendi copia, ejus advolutus genibus, rogit obtestaturque ut eam in vineam se operarium mittat, in quam divino plane instinctu se vocatum sentire. Eam unice ob rem se cunctis naturae vocibus obsurdisse, consanguineis frustra repugnantibus supremum vale dixisse Parmamque revolasse. Jussus tum quidem a Provinciali ut se reficeret ex itinere, rusticatum cum aliis cessit. At paucis post diebus voti compos factus, incredibile dictu est quam alacer provinciam periculi plenam suscepit, quam studiose diligenterque administraverit. Contractam brevi luen, primo anhelatio difficilis ac virium defectio, tum extensus toto pectore tumor pestilens patefecit. Triduum totum inter acerbissimos dolores fluxit, idque gemitu ac questu nullo: quo exacto charitatis simul et patientiae victima cecidit. Gloriosae morti praelaruae virtutes proluserant, in primisque assidua mentis cum Deo conjunctio, et in iis omnibus quae Deum spectarent pietas ac religio summa. Inter ingenii

P. Franciscus
Gherardus, au-
diita strago Par-
mensi, Parmam
redire festinat.

Tom. II.

45

Agrois mini-
strai ac pie mo-
ritur. Ejus elo-
gium.

doctrinæque laudes quibus plerosque condiscipulorum anteibat, eximius contem-por sui, iis præcipue rebus studebat quae laboris plus haberent atque humilitatis. Quidquid demum aut clam ageret aut palam, nihil in eo observari unquam po-tuit, quod non exactum ad officii normam videretur. Non est hic omissum, quod anno ab ejus obitu altero, ejusque potissimum ut opinari dignum est vel exemplo incitante, vel adjuvante apud superos precatione, ipsius frater Pyrrhus abdicato pingui sacerdotio addixit se Societati, in qua quanta sedulitatis ac pru-dentiae fama Procuratoris Generalis munus ad annos quadraginta gesserit, ut fuerit domi forisque carus aequa ac venerabilis, alibi narrandum erit.

17.
*De Pyrrho Ghe-
rardo ejus fra-
tre.*

18.
*P. Hyacinthus
Grillo in ipso
periculo exterriti-*

19.
*Ron gerit intre-
pido ac pie mo-
ritur, eadest
nuncio praemo-
nitus.*

20.
Ejus Elogium.

21.
*Parmae itidem
moriuntur PP.
Ravizza et Gar-
zonius, ille Re-
ctor, hic Provin-
cialis.*

In P. Hyacintho Grillo videre licuit, quam experiuntur interdum viri quoque sanctiores in officio virtutis difficultatem, non tam ignaviae argumentum quam fortitudinis exercendæ materiem esse. Concionabatur ille Placentia magna civium approbatione et concursu, cum primum cognovit de Angelo exterminatore Parmam ingresso. Tenere se non potuit pro ea qua flagrabat in proximos charitate, quin Provincialem infimis urgeret precibus, ne sibi tam præclaram occasionem frustra oblatam pateretur. Bis terque repulsus passus, institut nihilo secius ro-gare atque obscurare, donec exoriat. Ita demum amicis ultimo salutatis, ut qui ad certum properaret interitum, Parmam currevit. At in ipso collegii limine videt efferti compositum in sandapila unum e nostris pestilentia extinctum. Intrōgressus, alterum vidit expirantem. Mox tertium audit supremis ad mortem sacra-mentum muniri. Conterritus inexpectato conspectu funerum: Enimvero, inquit, non putabam caelum tam vicinum esse; et animo parumper concidit. At ab eo se statim pavore confirmans: Siquidem moriendum est, subjecit, moriamur ut virum fortem, ut victimam charitatis decet. Atque his dictis, perduci recta in valetudinarium voluit ut peste contactis ministraret. Postridie foras ad aegrotos procurrens, lustrat urbem, domos infectas intrat alacer, et tantum laboris unus sustinet, quantum ferre vix multi possent. Plures præterierant dies valebatque ut cum optime; jamque ut periculis omnibus et morte ipsa major, sibi gratu-labatur; cum obvium habuit in ponte parmensi senem ignotum, habitu sacer-dotis, canitis decora venerabilem. Ab eo interrogatus, satine recte ipsi esset? Recte, inquit, Deo bene juvante ac feliciter. Tum senex: Gratum est Deo quod facis; et brevi mercedem accipies: paratus esto. Conturbatus hac oratione Hyacinthus et senem oculis aliquamdi secutus, e conspectu evolasse stupuit. Nec vanum tamen fuisse vatem agnovit die sequenti, qui Spiritui divino in terras de-scendentis sacer erat. Dum enim ad aram operatur, illapsam præcordis mortem sensit ea stomachi perturbatione, ut sacrificio continuando absistere coactus fuerit. Adest continuo vocatus Rector. Hyacinthus ad ejus accidens genua, ut sibi aeternitatis iter ineunti bene prectetur rogat, sua alioqui sorte contentus, imo incredibili perfusus gaudio. Triduo post haec inter accerrimos dolores ex-acto, animam Creatori reddidit, aetatis anno trigesimo quarto, Societatis initiae duodevigesimo. Genuae natus erat patricio genere educatusque in Parmensi nobilium collegio. Inde Novellariam transierat ad tirocinium Societatis, in qua cum ingenio plurimum ac studio profecisset, cuivis muneri par et concionator in primis egregius evaserat. Ipse tamen missiones Indicas unice expetebat, vitam religionis et Christi causa profundere gestiens. Neque id frustra flagitaverat. Paucis post illius mortem diebus, venere a Praeposito Generali litterae, quibus po-testas ipsi fiebat in Aethiopiam navigandi.

Alios præterea septem e nostris, quamvis nullam periculoso ministerii partem attingentes, lues peremit Parmae, quorum quia illaudata mors fuit, nomina in obscuru relinquimus. Ex hoc tamen excipiendus numero collegii Rector Petrus Antonius Ravizza, cuius obitus collegii ipsius cladem cumulavit III. Idus Julii. Multo etiam magis excipiendus Provincialis Marcus Garzonius, qui ibidem extinctus postridie Cal. Octobris, provinciam tunc maxime indigam idoneo moderatore, orbam reliquit. Eo luctuosior istorum accedit jactura, quod in iis amissis sibi visa est Parma longe plures, et revera uni eo tempore ac loco instar plurium erant. Caeteri enim officio militum fungebantur, ipsi ducum. Ac plane

ut periti duces, milites seligebant aptiores, pugnantibus animum ac virtutem inspirabant, cadentibus integros submittebant, totum illud denique charitatis certamen auctoritate et consilio administrabant. Garzonius secundo provinciam regebat, cum fuisset antea domus Professorae Genuensis Praepositus, et collegii Parmensis bis Rector. Theologiam septennio docuerat, et ob prudentiae virtutisque commendationem in magna vulgo erat apud viros principes gratia. Hisce ornamenti lucem, afferebant generosi natales, quos Venetiis habuerat ex familia senatoria. Vercellis ortus erat Ravizza, vir enimvero de collegio Parmensi, si quis alius, optime meritus, cui fuerat religiosae perfectionis exemplar illustreret, non tunc solum Rector sed etiam professor antea theologiae, imo et auditor multo ante. Ibidem cum studiis daret operam una cum P. Nicolao Zuccio, arcissima sibi familiaritate virtutis conjuncto, Missionis Indicæ votum conceperat. Id votum renovabat quotannis, simulque optatam missionem iteratis ad Praepositum generalem litteris postulabat. Jam vero demptis trimestri minus spatio capitibus viginti octo, miseranda plane conditio collegii Parmensis erat, cum praeassertum optimus quisque sociorum et Rector cecidisset, neque facile supplementa aliunde peti possent, quippe abrupto cum aliis Italiae urbibus commercio. Perstitere nihilominus nostri, donec vis morbi penitus concidit, ea laborantibus opitulari. Tantum ex praescripto Garzonii qui aliquanto serius occubuit, adhibitae cautiones aliquae, ut id deinceps quam minimo cum periculo fieret, neque ultra quam exigeret recta sacrorum administratio. Cavebant cum primis, quoad ejus fieri poterat, ne infectas subirent domos, sed potius aegrotos vel ad januas vel ad fenestras deferriri curabant. Et quia collegii ea pars, quae tabidorum curam gerentibus fuerat attributa, nec habitari jam nec adiri poterat sine certa pernicie (tantum noxiae tabis vel parietibus vel utensilibus inhaerebat), impetratum ab Odoardo duce alias ut iis aedes conduceret, in quas transgressi, minore deinde suo damno, non minore civium utilitate rem gesserunt.

Diu Parmae commorati, etsi pro merito sociorum vix satis, Bononiam transeamus. Luem in proximo grassantem excluserat aliquamdiu ab urbe magistratum industria. Ea nihilominus urbem ingressa et carpere populum incipiente, ad XVII. Cal. Junii venit in collegium Societatis Fabritius Cardinalis Spada Bononiensis Legatus, cum urbis ejusdem Proepiscopo lectisque ex senatu patribus, tum ut nostrorum consilium in communi periculo atque operam postularet, tum praeassertum ut Patri Angelo Orimbelli, cuius de insigni prudentia caeterisque virtutibus apostolico viro dignis celeberrima Bononiae fama erat, novi curam administrationemque nosocomii demandaret. Designatum id nosocomium fuerat extra portam quam S. Mamuli vocant, ad coenobium Franciscanorum quos vocant de observantia, in opportuno ac per amplio aedificio. Ibi et ministri et medici et opifices medicamentorum, et denique judices lictoresque, coercendis ubi opus foret contumacibus, fuerant constituti. Tantum huic regendo corpori praeses quaerebatur idoneus, et unus omnium maxime idoneus quem dixi Orimbellus videbatur. Ille tametsi ardenter optabat in publica calamitate se impendere proximorum saluti, ac saepe antea Praepositum Generalem ut sibi licet Parmae laboranti opem ferre litteris efficacissimis at irritis, rogaverat; hanc tamen praefecturam, deterritus quantulacunque dignitatis specie deprecabatur. Sed nullam excusationem recipiente Legato Cardinale, eam suscepit tandem et in paratum nosocomium cessavit. Laudata valde est Orimbelli tum in detrectando magistratu modestia, tum in eo suscipiendo obedientia. Neque minus probata Patrum caeterorum alacritas, qui Legatum circumsistentes operam quiske suam juvandis aegrotis obtulerunt. Ex his aliqui in nosocomium immisii. Alii petitione licet dejecti, occasionem rei bene gerendae domi habuerunt. Pervasis quippe in collegium pestilentia ac sociorum stragem edidit tantam, ut unus et viginti omnino, septem una die, quae dies fuit III. Idus Julii, interierint. His dum amanter assistunt, moriendi causam contagione traxerunt Patres Valerius Alamandinus et Dominicus Freguglia: tum ex fratribus laicis Christophorus Galeanus, Joannes Antonius Zelbertus et Antonius Pedrettus. Quibus addunt aliqui fratrem Joannem

22.
Utriusque Eto-
gium.

23.
Miseranda con-
ditio Collegii
Parmensis. Cau-
telae quaedam
adhibitiae.

24.
Bononiam pe-
sitis ingreditur.
Legati Cardina-
lis et Magistra-
tuum primae
curiae.

25.
Nosocomii cura
demandatur P.
Angelo Orimbel-
li.

26.
Aliquot socio-
rum chartias,
ac pia funera.

Baptistam Gallum et Patrem Franciscum Stadiera, cuius alibi a nobis est facta mentio. In nosocomio quatuor perierunt devota publicae saluti capita, P. Joannes Baptista Martinengus, P. Joannes Paulus Brixianus, frater Antonius Ravenna et P. Hilarius Berninus, prostrati omnes intra dies decem: primus scilicet pridie Nonas Julii, ultimus postridie Idus ejusdem mensis. Sed nullius tam deplorata jactura quam Martinenghi et Alamandini. Ambo ex antiqua illustri famelia geniti erant, ille Brixiae hic Bononiae. Ambo de virtutis perfectione certabant. In Martinengo praeter eximiam humilitatem, mirum afflictandi corporis studium et inexplebilis erga proximos charitas elucebat. Alamandinum ea vitae integratas ac tanta insignium virtutum conjunctio commendabat, ut dignum censerent socii. Bononienses qui caelitum albo adscriberetur.

27.
*Elogium PP. Jo.
Baptistarum Marti-
nenghi et Vale-
rii Alamandini.*

28.
*Civitas patronos
sibi adsciscit SS.
Ignatium et Xa-
verium.*

29.
*Solemnis suppli-
catione ab aede S.
Dominici ad tem-
plum Societatis.*

30.
*Supremae cu-
rare, et pretiosa
mors P. Orim-
belli.*

Redibat interea dies B. P. Ignatii anniversaria, cumque per eos maxime dies pestilentia invalesceret, Orimbellus publicae valetudinis curatores admonuit, contra ejusmodi mali vim parum proficere humana remedia, nisi caelstis ira piaculis supplicisque placaretur. Sperare vero se placandam facile, si deprecatio apud Deum adhiberentur Ignatius et Franciscus Xaverius, et publica in id vota conciperentur. Probarunt illi consilium, eaque de re ad senatum referri curarunt. Perrogatis sententiis, consensu itum est in hoc decretum: placere senatum, ob praesentis temporis calamitates, ut Ignatius Xaveriusque glorioissimi caelites, civitatis Bononiensis patroni defensoresque renunciarentur, utque ad implorandum eorum patrocinium solemnia nuncuparentur vota. Hoc decreto in Ignatii Xaveriique fidem, tutelam clientelamque jam tum Bononia se contulit: de obsequio tamen iis communiter exhibendo, dilata in aliud tempus deliberatio. Iterum ea de re consilio habito, haec valuit sententia. Persolvenda prius vota, quibus se civitas antea obstrinxisset B. Virgini a Rosario: iis persolutis, ab aede S. Dominici supplicationem solemni ritu instituendam ad templum Societatis. His peragendis rebus praeinita dies ad VI. Cal. Januarias. Nam ante hoc tempus rem aliae ex aliis enatae morae prohibuerunt. Ea igitur die, cum magistratus urbis et frequentissimi ex cunctis ordinibus cives ad S. Dominici convenienter, pontificale sacram ad aram Deiparae Episcopus suffraganeus pergit. Tum progressus ad concionem reverendissimus sacri ordinis Praedicatorum Magister Generalis, Nicolaus Ridolfius, Beatorum Ignatii et Francisci Xaverii laudes tanta orationis copia est prosecutus, ut negarent multi auditum sibi aliquando qui de iis uberiorum ornatusque diceret. Postremo frequenti agmine itum in templum Societatis, ubi Cardinalis ipse Legatus, Beatorum patrocinium implorans ex formula quam collectam vocant, supplicationem absolutivit. Ab eo tempore Ignatium et Xaverium patronos inter suos Bononia veneratur, ac templum Societatis invitis quotannis supplicatione solemni, octavo post festum D. Xaverii die qui voti dies ibidem nuncupatur.

Veruntamen P. Angelus Orimbellus novum illud pietatis spectaculum, cuius ipse auctor fuerat, non vidit. Nosocomii praefecturam per quatuor jam menses gesserat, magna fide nec minori omnium approbatione. Civitas prope defuncta periculo videbatur. A die enim festo S. P. Ignatii lues ita sensim remittere cooperat, ut circa initium septembris mensis exiguae tantum superessent mali reliquiae et intermortuae. Ipse ut qui brevi se liberandum ea administratione speraret, facultatem a Mutio impetraverat obeundi votivam peregrinationem ad aedem Lauretanam primum, deinde Romam ad tumulum B. Parentis: cum guttur intumesceat, venas ardore pestilenti morbo sensit. Continuo in aegrorum commune valetudinarium se contulit, et admirabilis modestiae exemplo in promiscua turba jacuit, nihil a caeteris discrepans nisi virtutis eximiae discrimine. Ut malum ingraevescere animadvertisit, totius anteactae vitae confessionem (quod ipsum tamen haud ita ante praestiterat) obire voluit, idque flexis genibus atque humi pronus. Tum epistolam ad senatum satis prolixam scripsit, qua maximam illi gratiam habere se testabatur, quod ipsius beneficio optati diu voti damnatus tandem esset. Scripsit autem splendore verborum et ardore tanto, ut recitatae in senatu litterae lacrimas uberes audientibus expresserint. Veniam deinde

erratorum ab iis petit quos in gubernando nosocomio administros habuerat, et cadaver suum infodi sterquilinio rogavit. Cum denique sacramenta ultima stratus humi percepisset, hymnumque pro gratiis agendis decantari solitum recitas-
set, Deo ac Deipara cum Michaële Archangelo pie invocatis, inter manus duorum e sacro Barnabitarum ordine sacerdotum ac Capuccinorum totidem, qui suam in nosocomio ponebant operam, cumulatam meritis animam Deo reddidit Nonis Octobris, annos natus quinquaginta et octo quorum duos et triginta impenderat Societati. Cadaver loculo inclusum, in aede Virginis Annuntiatae quae coenobio Franciscanorum contigua, conditum est. Addi tumulo jusserset senatus lapidem incisum litteris, cum insigni elogio cuius exemplum ego vidi. Verum id nostri, quippe alienum a modestia Societatis, prohibuerunt. Veronae editus in lucem Oribbellus fuerat. Priusquam Societati adscriberetur, illustre in foro habebat nomen, utriusque juris consultissimus, et arte dicendi pollens inter paucissimos. Haec decora consecravit Christo, et pristina dicendi facultate meliorem in usum conversa, totam concionibus sacris eruditiv Italiam, nihil de secundo constantique auditorum plausu servans sibi, praeter id quod conducere animarum salutem posset. Ad pueros rudesque instituendos, in humile solum e sublimi sacrae eloquentiae theatro libenter ac saepe descendebat, qua demissione perficit ut non minori vulgo opinione sanctitatis quam oratione artis floret.

Quo tempore Bononiam alias Galliae Cisalpinae urbes pestilentia pervasabat, miserrima omnium erat Mantua, cum tribus simul calamitatibus quae vulgo summae existimantur, acerrime premeretur, peste, fame ac bello. Mei non est instituti bellorum causas et eventus, nisi quatenus rebus nostris innectantur, attingere. Quare ut obsessa ab exercitu Germanorum Mantua; ut capta, ut barbarum in modum expilata ac direpta sit, non dicam: praesertim quod res est multorum non tantum litteris sed lacrimis et execrationibus pervulgata, et multa exponenda mihi essent dictu foeda et infanda, quae ad rem nostram non faciunt. Illud solummodo indicatum volo, conspirantibus in unum tribus quae dixi malis, tantam miserae civitati cladem importatam fuisse, ut quea ante inter Italicas urbes numero civium, splendore et opulentia fulgebat, jam partem sui populi numeraret vix octavam, eamque luctu oppletam ac miseriis coopertam. Sane constat, ex civium quadraginta fere millibus, periisse trimestri spatio ad triginta quinque milia, idque praeter externos milites praesertim Gallos qui multi in praesidio erant. Praeterea ex sola nobilitate cecidisse capita amplius quadragesinta, familiasque nobilium quadraginta penitus extinctas esse: quae sine sensu doloris commemorari vix possunt. Sed quea fuerint tam saevo tempore nostrorum partes, videamus. Simul atque auditum Mantuae de Germanorum adventu, amandati procul nostri juvenes qui philosophiae dabant operam, cum suis magistris; ejusque collegii familia ad capita dumtaxat viginti fuit redacta. Qui vero remanserunt, civibus militibusque nulla re quea ab hominibus Deo dicatis exigi poterat, defuerunt. Perdiu sola obsidionis incommoda presserunt urbem. Nam octo ipsos menses obsidio tenuit, nunc arctior, nunc laxior, semper ob cibariorum inopiam pernoesta. Hoc tempore populi excitare pietatem nostri studuerunt, quibusdam excogitatis ad clementiam Numinis exorandam pia-
culis, quae festis pariter ac profestis diebus summa omnium ordinum frequen-
tia celebabantur. Militibus praeterea praesidiariis operam non inutilem praestiterunt. Nam quia crebris ex urbe eruptionibus saucibantur multi, hos in nosocomia distributos, qua concionibus publicis, qua privatis alloquisi, ad detestacionem criminum hortabantur et sacramento poenitentiae expiabant. Auxit Patrum quotidianum laborem procuratio reorum, qui capitalia ausi, facile ac frequenter ut in bello assolet, producebantur. Quo in genere singularis industria P. Sebastiani Campeggi fuit, qui contumaces quosdam omnia poenitentiae remedia praefracte responentes, jamque laqueo collum inserentes, in ipso patibulo ad saniora consilia revocavit.

At Aprili mense exeunte, cum urbem foris bello pressam, intus fame labo-
rantem, velut malorum cumulus pestilentia invasit, tum vero latus putauit campus,

31.
*Ejusdem Elo-
giūm.*

32.
*Mantua simul
peste, fame ac
bello misere con-
flictatur.*

33.
*Sociorum labo-
res tempore ob-
sidionis.*

34.
*Ries gestae tem-
pore pestilentiae.*

ubi se charitas nostrorum effunderet et triumpharet industria. Nullus labori periculique se subtraxit, non sacerdotes, non litterarum magistri, non laici quos fratres adjutores dicimus. Neque hic ut alibi certa pars aedium segregata, pro iis qui aegrorum gererent curam, sed omnes nullo discrimine in eam curam sibi incumbendum statuerunt. Accidit non raro, ut major sociorum pars ne noctu quidem redirent domum, languentium ministeriis occupati. Illud tamen sibi faciendum curarunt primum, ut praecirent populo ad iram Numinis propitiandam. Ob eam rem et conciones palam in foro habitae, quibus hominum mentes salutari pavore excuterentur, et piae supplications instituteae. Magnam prae caeteris poenitentiae pietatisque speciem habuit supplicatio, qua deferri per urbem placuit ampullam sanguinis, de corpore Christi patientis ut pie creditur fusi, caeleste pignus singulari Numinis beneficio Mantuanis datum. Sacrum ferulum sacerdotes supplicabundi circumtulere, assectante pompam lugubrem omnium ordinum multitudine infinita, atque ipsis Principibus, Carolo Gonzaga numero Nivernensium nunc Mantuanorum duce, ejusque filio et haerede, item Carolo. Hi raro pietatis exemplo, poenitentiae habitu sordidati incessere, nudis pedibus, fune ad collum circumligato. Sequebatur Principis conjux squalido amictu, ad omnem modestiam composita, et praecipuas urbis feminas inornatas itidem et incultas, secum trahebat. Ac tantus vulgo motus animorum, is clamor ingemiscentium ac pacem superum implorantium fuit, ut non minus pia quam vera conjectura existimandum sit, qui secutis diebus peste consumpti obierunt, eos plane opportuno ad salutem tempore obiisse.

^{35.}
*Socii undecim
in officio chari-
tatis extincti.*

Nostris interim etsi in media strage diu noctuque versantes, ad nonas usque Maii persistirant salvi intactique, haud equidem sine admiratione civitatis et gaudio. At deinceps, menstruo fere spatio, ad unum omnes correpti sunt peste, atque undecim ex iis unus post alium occubuerunt. Novem reliqui, divina potius ope quam naturae viribus mali vim eluctati, revaluerunt. Viam beatae mortis praevit caeteris ad IV. Idus Maii P. Antonius Remondus senex septuagenarius, eumque sexta post die secutus est frater Joannes Dusius domesticae adjutor rei, qui ipsum curaverat. Post hunc tres brevi intervallo defecere ejusdem ordinis fratres, Joannes Jacobus Viadana, Jacobus Brandinus et Bartholomaeus Zaninus. Tum sacerdotes duo, P. Lucas Dragus, et P. Sebastianus Campegius. Erat is patria Bononiensis, operarius fervens atque impiger et praeclera virtutis fama, quem proinde praecipuo luctu Mantuani sunt prosecuti. Fatum idem in eadem charitatis palaestra subiere circa dimidium mensis Junii, duo scholarum magistri, Rainutius Lucius et Ludovicus Rozzius. Hi porro cum decessere, quicumque erant domi superstites cum mortis periculo decumbebant, et quidam ad supremum agonem inuncti jam fuerant. Soli valebant P. Hieronymus Furlanus collegii rector, et frater Stephanus Sironus domestici valetudinarii curator, in quos proinde unus rerum omnium administratio aliquandiu incubuit. At isti etiam, dum sodalium valetudinem pari charitate ac providentia curant, pestem hauserunt ac biduo interierunt. Prior decessit ad XV. Cal. Iulii Furlanus, vir annis gravis, ide meritis ac gestis muneribus clarus: quem secutus postridie Sironus, mortuorum numerum clausit. Jam cum nullus superasset domi, qui aegrotis necessaria videret, nec arcessiri aliunde possent sociorum auxilia, propterea quod Collaltus Germanorum dux supremus, aditum omnem in urbem praecluserat, itum est ad Praepositum Clericorum infirmis ministrantium, isque egregiam sane operam collegi laboranti praestit. Non eo contentus ut ipse per se sacramenta nostris ministret, habitare apud eos jussit e suis unum ordine laicum, hominem probum aegrotisque tractandis perquam idoneum, qui etiam quamdui opus fuit, emptoris et valetudinarii munus fide ac diligentia singulari gessit. Cujus facti ut perpetua apud nos memoria extet et gratia, id nos libenter consignamus historiae. Secuta est XV. Cal. Augusti, haud equidem sine praesidiariorum vel incuria vel perfidia, Germanorum irruptione nocturna et foeda depraedatio urbis. Nec multo post novus collegio Rector impoitus P. Horatius Fontana, eam quidem novem capitum familiam Deo bene

^{37.}
*Collegio laboran-
ti benigno sub-
veniunt Potes
infirmorum Mi-
nistri.*

^{38.}
*Eius collegii sta-
tus infelix.*

jnvante salvam reperit, at rem familiarem tum belli cladiis tum intolerandis exactionibus adeo accisam, ut aegre sustentari vel tam exigua sociorum manus posset. Quare sua collegio frequentia non est redditia nisi post annos plures, praesertim quod civitati ut tunc erat ad summam paucitatem redactae, et civium vix quinque millia numeranti, qualiscumque operarum numerus sufficiebat.

Non patitur praesentis operis modus, ut quemadmodum in Parmensi, Bononiensi Mantuanoque, sic in caeteris provinciae domiciliis immoremur, et molestum legenti esset in tam tristi narratione diutius detineri. Quae itaque de hoc argumento, sunt cursim deinceps exsequar, eorum dumtaxat indicans virorum fortium nomina, qui praeclera morte locum in his annalibus meruerunt. Placentiae socios duodecim lues abstulit. Ex iis quinque saluti publicae devoverant sese, et in officio charitatis animam posuerunt. Sacerdotes fuerunt duo, Christophorus Aleottus et Joannes Franciscus Natta: fratres vero rei domesticae adjutores tres, oannes Toninus, Angelus Donesius et Simón Zanucchius. His non immerito adjungendus videtur Hieronymus Guinisius patria Buxetanus, litterarum humaniorum professor. Siquidem unum e sacerdotibus comitatus ad oppidum pestilenti morbo infectum, cum ibi in promiscua confluentium turba cateschesim habuisset, vim pestiferam retulit domum ac paucis diebus extabuit. Placentiae itidem nosocomii publici praefecturam administravit P. Franciscus Garellus, idque fide ac diligentia singulare. Et in eo diversatus P. Albertus Contius, licet inter contagiosorum cadavera et simillima cadaveribus corpora, se dies noctesque circummageret, tamen pestilentiae superfuit. Collegium Mutinense binas charitati consecravit victimas, P. Antonium Palazzium et fratrem Antonium Manzinum, qui eum in usum fuerunt a caeteris segregati. Praeter hos, perierunt Mutinæ alii de Societate decem peste contacti, et aliqui moriendo causam traxerunt a charitate qua suis sodalibus adstiterunt. In his primo censensus loco collegii Rector P. Horatius Ferrarius; tum F. Antonius Blancanus, P. Josephi Blancani mathematici suo tempore insignis fratris filius, qui abiiciendi sui studio, gradum in Societate infimum sibi elegerat domestici adjutoris, in eoque annum jam decimum contentus agebat, nondum ingressus vitae trigesimum. Titulum eundem mortis pro fratribus obitae plures per minora collegia adepti sunt, videlicet P. Laurentius Miglius Buxeti, P. Augustinus Salandus et F. Joannes Martinus Mirandulae, demum Castellione Stiverorum Patres Victorianus Premolus et Petrus Justinellus. Sed hic quem postremo loco recensui, non magis genere mortis quam vitae, peculiare sibi praeconium poscit.

Lucem hausit Justinellus Brixiae, fructus multarum precum et eleemosinarum, quas mater diu sterilis fuderat. Et a superis fuisse donatum apparuit brevi in ipsa pueruli adhuc bimuli indole, quae non nisi rebus caelestibus delectari videbatur. Statim atque nití pedibus et humi figere vestigia potuit, in eo totus erat ut panem e domestico penu peteret, quem egentibus largiretur. Postquam actas accrexit, omissis ludis quibus pueri ducuntur, otium domi utiliter occupabat libris piis pervoltandis ac praesertim cognoscendis sanctorum rebus gestis: e quibus cum intellexisset, perfectioris vitae orbem in oratione ac mortificatione ut cardine gemino totum verti, animum ad utramque sedulo appulit. Divino Christi corpore semel iterumque singulis hebdomadis vesci solebat. Pridiem temperabat a coena et erratorum conscientiam apud sacerdotem deponebat. Meditationem de caelesti mysterio mane instituebat. Diem reliquum inter mera pietatis officia conterebat. Jam sepius aures oculosque accurata custodia, humili cubare, flagellis et aliis id genus poenitentiae armis corpusculum excruciare, solemne illi ac familiare erat. Et quoniam multorum saluti virtus tenera parabatur, nihil ipsi jucundius jam tum, quam omnes data opportunitate ad rerum aeternarum amorem, fluxarum fastidium incitare. Hac mente adire publicas victorum custodias, frequentare nosocomia in iisque aerumnosos alloquio consolari, perditos homines ad criminum detestationem cohortari in deliciis habebat. Id agenti oblatus semel est miles sceleratus qui in flagitorum coeno ab annis quatuordecim haerebat spemque omnem salutis abjecerat. Cohorruit prius

^{39.}
Socii duodecim
peste absumpsi
Placentiae. Qui-
dam singulari
mentione digni.

^{40.}
Duodecim extin-
cti Mutinæ, et
aliqui in officio
charitatis.

^{41.}
Sic alii Buxeti,
Mirandulae, Ca-
stellione.

^{42.}
P. Petri Justi-
nelli pietas sin-
gularis a prima
pueritia.

^{43.}
Studium alie-
nae salutis, ejus-
que fructus.

adolescens tantae perversitatis adspectu, neque hominem prius deseruit, quam emollium et peccata sacerdoti confitentem cerneret. Reversus autem die postero in nosocomium, eumdem spei optimae plenum decessisse comperit, suaque industria vindicatam ab interitu sempiterno animam sibi gratulatus est. Nondum

^{44.}
Ejusdem adolescentis charitas erga proximos.

adsum haec edebat virtutis exempla, annum attigerat quintum decimum. Hac aetate in scholas Societatis admissus, ut in studia litterarum sic in curam alienae salutis multo diligentius incubuit. Colligebat domi festis diebus adolescentes de ditos pietati, eosque in omnem dimittebat urbem, in fora, plateas et compita, ut rudem plebeculam ac pueros erudirent. Dux ipse omnium et antesignanus. Ab istis conciunculus pergebant in nosocomium, ubi praeter consueta aegrorum solatia, ad eos oblectandos adhibebantur simphoniaci cum concentu musico, quod nusquam alias usitatum, opinor, auditumque fuerat. Laudavit novum charitatis inventum universa civitas, et adolescentem ejus auctorem celebravit. Achilles vero Gagliardus, eximus ille sueae aetatis orator, non dubitavit pro concione dicere, cum omnia corporalis misericordiae officia vulgo ad septem genera revo cari solerent, iis Justinellum adolescentem addidisse octavum. Ulterius progressa est ejus industria. Canendi artem in qua non ruditus erat, cum esse utiliem levandis corporibus sensisset, animis etiam a peccato retrahendis servire jussit. Videbat aestivis noctibus exire complures aurae frigidoris captandae causa, praeterque suam domum tendere ad loca pudicitiae infesta ac scopulosa. Ut eos inde abduceret, vocem qua utebatur suavissima fidibus sociabat, sedens in cubiculo aperta fenestra, dulcibusque modulis tamdiu attentos detinebat, dum consilium progrediendi ulterius, quippe nocte intempesta, omitterent. Ex istis quasi praeludis facile coniici potest qualis fuerit in Societate, ad quam aggregatus est anno labentis saeculi primo. Praeclare de Societatis instituto sentiebat, utque vitam nostrorum hominum adumbraret, utebatur similitudine circini, dicere solitus, animi nostri quasi pedem alterum in Deo tanquam in centro figi opertore, dum alter ad opem proximis ferendam excurrit. Ipse quidem, etsi curam industriamque in eo maximam collocabat ut proximorum saluti consuleret, a Dei tamen conspectu suavissimo et amplexu nunquam discedebat. Praeter complures quas quotidie precando consumebat horas, e rebus omnibus ansam captabat ad amandum laudandumque Deum. Aegrotos, pauperes, calamitosos omnes eo fovebat impensis, quod in iis Deum quasi praesentiorum agnosceret. Et re ipsa aliquando, cum publico valetudinari daret operam, Christum aegroti specie jacentem et famuli sui obsequio blando vultu excipientem, vidisse dicitur. Annos continenter quindecim eosque vitae ultimos Castellione posuit, magna domi forisque sanctitatis fama. Novissime domum cum rediret ex urbe ubi languentibus operam dederat, abiectam in via feminam et malo pene confectam videns, accurrit opis ferendae causa. Procumbit humi, peccata confitentem audit, et ad obeundam rite mortem praeparat. At mortem ipse visceribus conceptam reportat qua post paulo consumptus est. Obiit pridie Cal. Augusti, annos natus undequinquaginta. Plura ad ejus sepulchrum patrata praedicantur miracula, quae sane credibilia ipsius sanctitas facit. Sed ut venerabilis apud posteros vigeat, nulla est opus commendatione miraculorum, eaque proinde nos intacta relinquimus.

^{45.}
Cantu abducere homines a peccatis conatur.

^{46.}
Reliquia ejus ritu in Societate.

Præludis facile coniici potest qualis fuerit in Societate, ad quam aggregatus est anno labentis saeculi primo. Praeclare de Societatis instituto sentiebat, utque vitam nostrorum hominum adumbraret, utebatur similitudine circini, dicere solitus, animi nostri quasi pedem alterum in Deo tanquam in centro figi opertore, dum alter ad opem proximis ferendam excurrit. Ipse quidem, etsi curam industriamque in eo maximam collocabat ut proximorum saluti consuleret, a Dei tamen conspectu suavissimo et amplexu nunquam discedebat. Praeter complures quas quotidie precando consumebat horas, e rebus omnibus ansam captabat ad amandum laudandumque Deum. Aegrotos, pauperes, calamitosos omnes eo fovebat impensis, quod in iis Deum quasi praesentiorum agnosceret. Et re ipsa aliquando, cum publico valetudinari daret operam, Christum aegroti specie jacentem et famuli sui obsequio blando vultu excipientem, vidisse dicitur. Annos continenter quindecim eosque vitae ultimos Castellione posuit, magna domi forisque sanctitatis fama. Novissime domum cum rediret ex urbe ubi languentibus operam dederat, abiectam in via feminam et malo pene confectam videns, accurrit opis ferendae causa. Procumbit humi, peccata confitentem audit, et ad obeundam rite mortem praeparat. At mortem ipse visceribus conceptam reportat qua post paulo consumptus est. Obiit pridie Cal. Augusti, annos natus undequinquaginta. Plura ad ejus sepulchrum patrata praedicantur miracula, quae sane credibilia ipsius sanctitas facit. Sed ut venerabilis apud posteros vigeat, nulla est opus commendatione miraculorum, eaque proinde nos intacta relinquimus.

^{47.}
Pestem contrahit ex charitate ac pie moritur.

Jam ut hujus Provinciae res aliquando absolvam, tot insignium virorum jacturam, quos in acie lues prostravit, aliorumque plurium qui vel eodem vel alio morbo, intra eumdem annum ceciderunt, diu sensit provincia Veneta, nec eam reparare nisi plurium annorum recursu potuit. Unde enim tot ac tanti legerentur qui mortuorum in locum adolescenter, eo praesertim tempore, cum ex Venetorum ditione unde suppeterent facile haud pauci tales, Societas exsulabat, et urbes aliae pestilenta desolatae ac pene vacuae, pauciores incolas, raram juventutem numerabant? Idcirco serviendum quadantenus temporis ac loco fuit, quod prudentes moment: et siquidem in ea vastitate provinciae solito plures adscribendi erant in Societatem, ne hominibus scilicet destituerentur collegia, tum qui docerent in inferioribus scholis tum qui alia obirent ordinis

^{48.}
Totius Provinciae damnum a tot funeribus.

ministeria; necesse fuit eos Societatis petidores cum meliores deessent, optimos credere qui temporibus aliis vix boni fuissent. Hinc provincia a suis caetero-qui initis florentissima, visa aliquandiu sui dissimilis, donec in urbes Venetas restituta domibusque ac viris aucta, splendorem dignitatemque pristinam recuperavit. Caeterum Deo O. M. atque Ignatio parenti nostro agendae nobis gratiae, quod nulla adhuc tam atrox pestilentia eam in Societate vastitatem fecit, cui nulla remedium afferre dies posset, id quod alii quibusdam ordinibus per eamdem pestilentiae occasionem accidisse, ex eorum annalibus intelligimus. Mutati tantisper sunt in provincia Veneta homines, non mores, non instituta. Et cum primum candidatos eligere idoneos ut prius licuit, provincia ipsa refloruit. Sed in Mediolanensem transeamus.

Principio anni res admodum parva magnam nobis invidiae molem Medioli-
ni concivit. Duo fuerunt e patricio ordine adolescentes, Friderico Cardinali Bor-
romeo tunc urbis Archiepiscopo, per ipsius sororem innexi, qui cum inter peti-
tores Societatis dedisset nomina, a P. Antonio Marchesio Provinciali Praeposito
differebant, donec facultatim a parentibus impetrassent. Inexorabiles se pre-
bebant parentes nullisque eorum precibus flectebantur. Illi multa experti fru-
stra, re demum inter se deliberata aufugere Genuam statuunt, ubi se nostris
tironibus haud dubie adscribendos sperabant. Hanc spem ne quid dissimilem,
ipsis injecerunt duo e nostra familia juvenes scholastici, qui etiam fugae consciit
et adjutores fuerunt: parum illi quidem prudentes in probando fugae consilio,
verumtamen in iis quae ad fugam pertinerent administrandis, providi admodum
ac solertes. Nam et equos in id sat bonos et fidos conduixerunt famulos, et quia
hiems erat frigidissima, aptas pueris lacernas paraverunt textu crassiore ad ar-
cendum frigus, et denique rationem peragendae viae ita praescripserunt, ut quam
modicis itineribus ac commodissime conficeretur. Quae idcirco notari volo, quia
non defuere qui ad exaggerandam facti invidiam dicerent ac late spargerent,
pueros ingenuos, ea aetatis ea corporum teneritudine, brumali tempore, per
gelidos Insubriac Campos, per montes Liguriac rigentes gelu, errorum instar fu-
gisse, non equo, non rheda vectos, non indumentis contra vim frigoris munitos
nullo viae comite, nullo duce, idque consilio atque opera Jesuitarum: quod pu-
rum putumque adversariorum commentum fuit. Utcumque id tamen esset, satis
per se habebat invidiae puerorum talium fuga clandestina, quam nostrorum in-
terventu suspectam constaret. Parentes nosquam repertis tota die filiis (dies erat
V. Idus Januarias), suspicati quod erat, dolore atque ira praecipites convolant
ad Provincialem Praepositum, indignum facinus neque vero ferendum vociferan-
tes, abstrahere liberos a complexu parentum, aliaque ejusmodi quae dolor at-
que indignatio suggerebat. Ad ea Provincialis quippe adhuc ignarus rei, obstu-
pescere. Si tamen in aliquod provinciae suea domicilium pueri configissent,
daturum se operam ut domum quantocius reducerentur; sive suorum aliquem
deprehendisset ejus facti participem, se in eum severissime animadversurum pro-
mittere. Illi responso utcumque deliniti discedunt. At re pervulgata, vix credi-
bile quam crebri, quam odiosi sermones exaudiri urbe tota cooperint adversus
Societatem. Fremebant vulgo nobiles contra nostros, tanquam puerorum dece-
ptores raptoresque iniquissimos. Neque enim multum interesse, inquietabant,
utrum aperta vi an blanditiarum lenocinio grasseris. Cardinalis ipse Archiepi-
scopus violatam querebatur dignitatem suam, et pristinam nostrorum observan-
tiam erga se familiamque suam requirebat. Nihil factum proprius, quam ut nobi-
lium liberi a Braidensi collegio omnes abstraherentur. Pueri interea triduo de-
lati Genuam, in tirocinium illi quidem hospitaliter recepti fuerant, sed quia nullas
attulerant a Praeposito Provinciali litteras, ab tironum albo excludebantur: quae
res Mediolani cognita, ad minuendam animorum offenditionem plurimum valuit.
Venere deinde a Provinciali litterae cum mandatis, ut statim redderentur pa-
rentibus, et affuit istorum unus qui quamvis invitato ac reluctantes Mediolanum
reduxit, plaudente velut in magno triumpho omni nobilitate. Eorum redditu vide-
batur confecta res. Non fuit tamen. Quae immo secuta sunt plus admirationis

Tom. II.

46

49.
RES PROVINCIAE
MEDIOLANENSIS.
Duo nobiles ado-
lescentulæ Medi-
olanæ profugi in
tirocinium Ge-
nuense se confe-
runt.

50.
Parentum ex
ea fuga dolor,
nostrorum in-
dia.

51.
Pueri Mediola-
num vel inviti
reducuntur.

*Forum mira
constantia in
proposito ineun-
dae Societatis.*

habuerunt, donec inexspectato ac ridiculo plane exitu clausa est fabula. Pueri in paternas reducti domos, licet omni cum nostro commercio prohibiti, perstabant in Societatis ineundae proposito tanta constantia, ut nisi voti fierent compotes, nunquam plane quieturi viderentur. Ausi sunt clam missis Romanum libellis, supplicare Pontifici Maximo, ut suam in id auctoritatem potestatemque interponeret. Qui aqua postulari arbitratus, ita de negotio disservit cum Praeposito Generali, ut is censuerit non posse salva religione eos excludi adolescentes, qui tam manifestis divinae voluntatis indiciis vocati ad Societatem viderentur. Jam supervacaneum sit dicere, quas ea de re litteras Mutius, tum ad Archiepiscopum Cardinalem tum ad parentes puerorum scripsit, quae mandata Provinciali Praeposito dederit. Quod ad rem pertinet, auctore ipso Christi Vicario, negotium administrante summo Societatis antistite, neque jam dissentientibus consanguineis, patuit aliquando tandem aditus in Societatem utrius adolescenti. Ecce autem in actu ultimo exemplum puerilis levitatis insigne. Alter Aronam missus ad ponendum religiosae vitae tirocinium, cum tertiam vix diem in sacris B. Ignatii exercitationibus ut moris est posuisset, causatus injectam sibi divinitus religionem, nisi lucere conaretur in candelabro Ecclesiae, remitti domum postulat: utque praecederet moras et inconstantiae labem purgaret, levitati nequitiam jungens, longam comminiscitur fabulam de oblato sibi per speciem ipso Societatis parente Ignatio, quem mutandi instituti auctorem hortatoremque habuisse. Eo autem Mediolanum regresso, alter seu amici et consobrini sui exemplo permotus, seu quod jam mutaverat mentem, cum propediem esset prefecturus Aronam ob eamdem causam, primo proferri sibi diem profectionis poscit, mox aperte nuncium Societati remittit. Quo demum illa omnis tot nobilium querela ac tanta de adolescentibus expectatio, ristum populo dedit. Utile cacteroqui nostris hominibus documentum, ut in vocationibus examinandis, non tam mores ardoremque candidatorum, quam naturam, indolem ingeniumque respiciant.

*Vix tandem ad-
missi, nuncium in
Societati remit-
tunt.*

At risum ea de re conceptum abstersit brevi moeror de pestilentia, quae sub initium aestatis Insubriam ingressa, provinciam florentissimam ejusque caput horrenda strage vastavit. Sunt qui referant, in tota ditione Mediolensi periisse intra sex menses capitum quadriginta et triginta millia, et ex his millia plus quam septuaginta in ipsa urbe Mediolano: cuius rei fides esto penes auctores. Addunt detectam factionem hominum perditorum, qui genus veneni prorsus ignotum, sed praesentissimae et inexasperabilis efficacie, parietibus stipitibusque tectorum adspergentes, grassabantur impune; et hoc etiam beneficio ajunt mortalium quam plurimos de medio fuisse sublatos. Ut ut fuerit, haud sane paucos e suis amisit Societas, et multi quod summe oplaverant sunt consecuti, ut in acie charitatis fortiter glorioseque caderent. Hos ego singulos, si non debito ornandos elogio, at saltem honoris causa nominandos censeo. Igitur Mediolanii cum tam foede atque immaniter lues grassaretur, nec contactam multitudinem quamvis per se ampla caperent nosocomia antiqua, novum aliud parari extra urbem necesse fuit, excipiendae vagae passim ac promiscuae plebi, cui videlicet minus contra malum praesidii ejusque propagandi major facultas. Nosocomii curam primus nostrorum suscepit et collegio Braidiensi P. Thomas Soresina, comite Joanne Rusca theologiae auditore. Nam etsi juventus caetera quae in illo provinciae seminario alebatur, dimissa procul fuerat in duo praedia, theologiae tamen auditores id summi beneficii loco impetraverant a moderatoribus, ut in urbe consistenter et in partem periculi ac laboris venirent. Ambo mercedem, quam maxime concupiverant, brevi intervallo retulerunt peste consumpti, prior die postquam in discriben se conjecterat octavo, alter undecimo post illum die. Soresina antiqua apud Cremonenses illustrisque familia ortus, illustrior fuit corporis animique raris admodum dotibus ac religiosis praesertim virtutibus. In his eminebat caritas erga pauperes, quibus quod elargiretur de suo sibi demenso quotidie deducebat. Annos numerabat quatuor et quadraginta, quorum viginti quatuor in Societate consumperat. Tradit Alegambius, non tam aegrorum contagio eum quam lemurum spectris quibusdam horrendisque fragoribus, quibus illud aegrorum

*Horrenda homi-
num strage in
ditione Mediola-
nensi a pestilen-
cia.*

54.

*Nosocomii cu-
ram suscepit P.
Thomas Soresi-
na cum Jo. Ru-
sca.*

55.

*Ambo morien-
tur. Utriusque
elogium.*

56.

receptaculum infestabatur, interriſſe. Sed ego in litteris ejus temporis nihil tale reperiebam. Rusca domo Luganensis, undecimum in Societate agebat annum. Spectabatur in ipso supra caeteras virtutes quibus ornatissimus erat, nunquam remiſſus inter discendi docendique curas ardor ille primus proficiendi in religiosa perfectione, quem ab ipso tirocinio conceperat: eadem vitae ratio ex praescripto nostrarum legum exacta: vultus idem semper atque animus, ad modestiam alter compositus, alter ex conscientia tranquillus. Eum moderatores, post obitum Soresinac revocare a nosocomio decreverant. Sed obſtitit summis ipſe precebus idque, ut ajebat, ne paeclarām occaſionem amitteret ponendi in tuto ſui. Nam si viveret diutius, vitae humanae pericula multa ac varia, et incertum ejus extum maximopere reformidabat. Agebat cum mortuus est annum vitae trigesimum. His ita ſublatiſſi, ſucceſſere ex eodem Braidenſi collegio P. Marcus Antonius Coſta, Baſtiae natus in Corsica, et frater Alexander Franciscus Cremonensis rei domesticae adjutor, et ambo ſimiliter pio immortui ſunt operi, hic intra vigiſimum diem ille mense viꝫ exacto. Costae locum implevit P. Joannes Baptista Vicecomes, nec alia sorte. Is quamquam annum aetatis trigesimum tertium nondum ſupergressus, adeo non horruit mortem, ut imo ad extrema deductus mirari ſe diceret, quid eſſet quod homines vulgo mori pertimescerent. Braideniſbus ſociis addidere ſe poetae et Professorum domo non pauci, in eamque curam tam ſedulo et conſtanter incubuerent, ut prius aegroti valetudinario defuerint quam ſacri adminiſtri.

Caeterum ad S. Fidelis (id Professorum templo nomen) aliis praeterea officiis afflictæ civitati ſubuentum eſt. Convenerat initio inter Patres, ut mutatis in orbem vicibus, praefato ſemper eſſet qui ad aegrotos vocatus accureret. Item ut quicunque hora qualibet poenitentiae cauſa adveniret, paratum inveniret vel in aede ſacra vel ad januam domus ſacerdotem. Haec ut alacriter conſtituta, ita exacte ſervata fuerunt. Et quia metus instantis mali quam plurimos ad eluendas animi maculas adigebat, toto pestilentiae tempore ingens ad S. Fidelis, et ſolito major poenitentium concurſus fuit. Publicas quoque vinctorum custodias, ubi tali tempore plus periculi, Patres frequentabant: quo minus mirandum, ex omni illa familia quindecim communī tabe fuiffe implicitos. Illud mirandum magis, interiſſe dumtaxat ſeptem, caeteros convaluiſſe. E numero mortuorum fratres adjuvores fuere quatuor, Matthaeus Cabellus, Jacobus Philippus Righinus, Franciscus Ghiglierus et Antonius Gerosa. Tum ſacerdotes tres, Petrus Franciscus Reina, Basilius Alamanus et Josephus Prina; qui omnes eſſent non perfunctio laudandi niſi brevitali ſtuderemus. Cabellus honeſto genere natus in Gallia, ſtipendia faciebat in exercitu Regis Hispaniarum, miles vetus et honoratus, cum potioris militiae deſiderio ſe tradidit Societati. Duodecim in ea annos poſuit egregia doſti foriſque fama, ſolitus eis ſibi praecepit ministerii domestici partes ſumere, quae caeteris abjectiſſimae et gravifimae viderentur. Righinus ante initam Societatem ab insigni oculorum modetia commendabatur, et ferebatur nullius unquam mulieris vultum curiosius adspexisse. Hanc laudem in Societate cumulavit eximio rerum divinarum ſtudio, et pia in ſemetipſum ſeveritate. Giglierus vestiarium agebat domi: ſimul vero atque ſocios aliquot peſte contactos ſenſit, mutavit officium tranſtulitque ſe in valetudinarium, ubi dum aegrotis ſedulo famulatur, charitatis quod tacite expetebat praeium tulit, eodem abſumptus morbo. Gerosa cunctis virtutibus quae ſunt in fratrum gradu potiſſimae prae fulgebat, paupertate, humilitate, obedientia aliisque id genus. Pileo ſacerdotali, tunc omnibus promiſe concesso, ſemper abſtinuit. In mensa, quod eſſet deterrimum, eo veſcebatur. Nulla admittiebat indumenta niſi uſu attrita, nec in leinteis unquam decubuit, niſi pridię quam excessit e vita. P. Petrus Franciscus Reina ſocietatem, ut alibi me dicere memini, in Vallem Tellinam natale ſolum reduxerat ante annos novem, in eaque regione laboris apostolici alte imprefſa vestigia, nec facile abolendum ſui deſiderium reliquerat. P. Basilius Alamanus, Benedicti illius Alamanii cuius praeclara in Societatem merita Sacchini perscripsit * filius, quatuor habuit germanos in Societate fratres, quos inter

57.
*Mortuis alti e
college Braiden-
si succedunt, et
pari exitu.*

58.
*Res gestae in
domo Professo-
rum Mediolanen-
ſi.*

59.
*Socii septem mo-
riuntur. Forum
elogia.*

* Par. 2. lib. 8.
n. 35.

ipse non litteris minus quam pietate excelluit. Illud in ejus obitu visum notabile, quod cum sacramenta rite omnia percepisset, postridie mane inventus est extra lectulum exanimis, habitu supplicantis, in genua provolutus scilicet et precarios Deiparae globulos manu gerens. P. Josephus Prina, ut suo unius capite domesticorum omnium saluti consuleret, janitoris exoraverat munus quod erat tunc temporis plenum periculi ac molestiae, in eoque morbum contraxit quo ingeniti omnium moerore sublatus est. Non erat de Societate Lucas Antonius Fabricator, patria Neapolitanus, professione phlebotomus: nisi tamen ejus hoc loco mentionem fecero, vereor ne in hominem de nobis praecclare meritum ingrativedamur. Is quamquam ab opulentioribus civium optimis conditionibus invitatur in suas domos ac villas, iis rejectis totum se addicere nostris curandis maluit, eoque consilio transgressus in domum Professorum, ibi nullo pretio venas aegrorum incidere, et quodcumque ministerium curatio morborum posceret exercere perstitit, donec omnium novissimus mercedem operis quam vivens recusaverat, magno fenore multiplicata ut opinari pius est moriens recepit.

60.
*Moritur apud
nos Lucas Antonius
Fabricator,
Eius benignitas
erga nos.*

61.
*Socii per pro-
vinciam extinti
in obsequio labo-
rorum.*

62.
*Quoddam cura-
tionis genus con-
tra pestem expe-
rimento probata-
rum.*

63.
*Mortui in Pedemontio. Quidam
divina ope ser-
vati.*

Quemadmodum Mediolani sic et in aliis provinciae urbibus quas lues attigit, eluxit spiritus Societatis omni major periculo, et necis pro communi salute contemptor; nec ferme collegium fuit quod non charitati victimas pro suo numero plures pauciores dederit. Cremonae in aegrorum ministerio extincti duo, P. Petrus Franciscus Pineus sacerdos et F. Laurentius Lucius domesticae rei curator. Unus Ticini, P. Joannes Baptista Ferrerius. Novariam serius ingressa est pestilentia, et vix ingressam hiems superveniens extinxit. Caeterum ibi nostri curandis aegrotis se devoverant omnes ad unum. Novocomi collegii Rector P. Carolus Torniellus, familiam divisorat in partes duas. Alios in villam dimiserat, alias secum attinuerat in collegio ad solatium prae sidiumque civitatis. Ex his licet in media strage versantibus, solus Torniellus cecidit. Eorum qui in villa extra periculum positi videbantur, partem multo maximam lues confecit, laicos nimirum duos, sacerdotes tres, totidemque ludimastros minoris ordinis clericos. Fuit in his Guido Ortononus gente Corsus, laudatissimi exempli juvenis, qui cum sodalibus laborantibus studium omne suum ac ministerium addixisset, in eoque ultra mensem perstisset intrepidus, tandem contracto morbo succubuit: hoc etiam nomine felix in morte, quod innocentiam vitae, ut conjectura minime dubia compertum est, integrum prorsus et incolumem tumulo intulit. Ponte itidem in Valle Tellina Patres Gasparem Rossellum et Hieremiam Nolum, in arena charitatis strenue certantes pestis absumpsis. At ibidem multi conceptum visceribus malum depulerunt novo quodam genere curationis, quod cuiusmodi fuerit abs re non arbitror tradere. Ut quis tentari morbo cooperat, apto medicamine purgabatur. Tum nudus demittebatur param in scroberem, stansque in ea collo tenus cooperiebatur ingesta homo. In hoc situ persistere cogebatur horas circiter quatuordecim, ac selecto interim cibo nec parce reficiebatur. Inde erutus acri diaeta curabatur ad quindecim continentis dies, cum hoc ut vino in primis abstineret: quibus exactis facile convalescebat. Hoc genere curationis cuius inventor pharmacopola quidam fuit, plus centum fuisse personatos P. Antonius Marchesius ad Mutium scripsit. Etiam in subalpinis, cum plerasque urbes ipsamque Pedemontii regiam Taurinum vis morbi corripuisse, ex spiritu Societatis gesta res es, neque excusarunt nostri pro aliena salute vitam pacisci. Pinarolii (quod caeteroqui collegium nuper factum erat Provinciae Lugdunensis, oppido in potestatem Gallorum redacto) tres in acie charitatis ceciderunt Patres, Gerardus Pensa, Amatilis Sardi et Dominicus Giriot: duo Cunei, P. Augustinus Sandilianus et P. Balthasar Lingua: Monte Regali unus isque collegii Rector, P. Josephus Ceva, cuius viri magna erat viventis opinio, et mortui diuturnum apud eam civitatem desiderium fuit. Ibidem nihil non egit P. Jo. Baptista Astria, eadem ut laurea donaretur. Tres ipso menses, quamdui videlicet funestior urbi lues incubuit, in publico jacuit limodochio inter mortuorum et morientium tabem, non labore deterritus, non perculo. Servatus tamen est credo ut meritis cumulator occumberet. Nam delatus

postmodum ad quaesitores fidei, materiam amplam habuit probandae ac perficiendae virtutis. Quo tempore, ne quid omittam, praeclearum ipsius innocentiae testimonium senatus Montis Régalis dedit, missis de suo ordine quatuor ad sacri tribunalis Vicarium delectis viris, qui publico nunciarum nomine, quaecumque contra Astriam confungi crimina potuissent, communem esse civium persuasio nem, non alio eum teneri crimine, quam quod in summo civitatis periculo vitam pro salute communis prodegerisset. Etiam Vercellis P. Jo. Franciscus Bertola, et Augustæ Taurinorum P. Secundus Santi, cum ferenda aegrotis ope diu multumque exercuisse sese et commeriti palmane viderentur, ut visum superis, pestilentiae incolumes superfuerunt. Astae contra, etsi alio genere morbi, non illaudatus decessit P. Joseph Almannus, Basilii Almanni de quo supra dictum germanus frater, eximiae probitatis prudentiaeque vir, quarum commendatione virtutum Taurini ubi vivebat, domi forisque carus omnibus et acceptus in primis Carolo Emmanueli Allobrogum Duci erat. Novissime cum regias virgines quibus erat a confessionibus Astram usque deduxisset, ibi vitam pie clausit III. Nonas Augusti.

Sed jam sat superque inter funerum squalorem et luctum, nec forte sine legentium satietate versati, divertimus in Provinciam Neapolitanam, ad idem aliqui argumentum reddituri haud multo infra, ubi de rebus transmontanis sermo erit. Nam multas quoque trans alpes provincias per idem tempus afflixit pestilenta, et eamdem ubique virtutem filii Societatis promiserunt. Nunc mihi cum fide exponenda res quam mallem equidem silentio tegi, nisi fuisset eo tempore Neapoli, et si quid aliud, in hominum sermone versata, et alter ab aliis tradita. Dixi alibi de cura carcerum quam Neapoli P. Petrus Ferracutus gerebat, et quidam indicavi de occultis machinationibus quibus saluberrimum convellere institutum, ejusque opprimeare auctorem malevoli conabantur. Cum nihil hacenus profecissent conatus improbi, is demum extitit mali daemonis minister qui summam nequitiam pari cum potentia conjungens, rem prope confecerat, nisi in eo negotio sui Numinis praesentiam ostenderet vindex innocentiae Deus. Deserter quidam Societatis fuit is (nam ipsius nomini parcimus), gente Hispanus, officio Praeses regiae curiae quam Vicariam vulgo dicunt: qui sive odio ejus ordinis in quo educatus fuerat adolescentis, sive ut potestate qua in carcerebus utebatur ad quaestum abuti liberius posset, homines nostros et Ferracutum nominatim excludere ab omni vincitorum commercio decreverat. Nactus ergo suis opportunum consilio Proregem, Ferdinandum de Ribera Alcalsium Ducem, quippe amicum sibi nobis iniquiorem, ei in aurem insusurrat, praecclare enimvero Jesuitas negotium suum agere in carcerebus. Praetexere eos quidem pietatis fovendae studium immane; at hoc obtentu magnum pecuniae numerum quem oportaret ex vincitis ad aerarium pervenire, in domum suam Professorum avertere. Fabella ea erat vetus, jam ante uti suo loco demonstratum a nobis est, cum auctorum ignominia discussa atque obtrita. Quare Prorex ut multum commoveretur initio, diligentius in veritatem inquirens, facile de calunnia cognovit eamque contempsit. Non idcirco tamen incepto destitit Praeses nequissimus, sed alia grassari via instituit, novam cudens inauditamque calumniam, quae nec refelli sine pudore aliquo et infamiae metu posset. In turba vincitorum prae caeteris custodiebantur quatuor scelerissimi, arcata inter se amicitia conjuncti et Ferracuto ob certas offensiones infesti, e quibus unus sacerdos erat, alter etiam ordine religious, eo detentus nomine quod deprehensus fuerat in occulto specu succinctus sceleratorum manu, pecuniam adulterare. Non latebat Praesidem de istorum amicitia, deque infenso erga Ferracutum animo. Eos itaque egregius videlicet legum custos et vindex, promissis ingentibus subornat ut in publico judicio testentur, conspectum sibi Ferracutum in saccello carcerum, per speciem audiendae confessionis, infanda patrarent cum adolescente quodam cui nomen Onuphrio. Qui cum operam in id suam prolixe promisissent, ipse pro tribunali delatorem audit, testes inter rogat, et singulis ex compagno dictata reddentibus, publicis consignat tabulis testimonia. Quo facto velut sollicitus de fama Societatis adit Provinciale Praepositum P.

64.
RES NEAPOLITANA
Praeses Vicariae
malis artibus
summovere co-
natur P. Ferracutum a cura
carcerum.

65.
Atroxem ador-
nat calumniam
contra eum.

66.
*Praesidisi Pro-
vincialis pru-
dens constituit
in eo negotio.*

Hieronymum ab Alexandro, cum eoque rem simulata amicitia communicans, ipsius prudentiae permititi deliberandum quid facta opus sit, modo ne crimen abeat impunitum, neu tale quid evenire possit in posterum. Huc spectabat homo vafer, ut Provincialis declinandi causa judicii, in quo vel ipsa suspicio criminis maculam habet tetricam et purgare ad liquidum innocentiam difficile, Ferracutum amoveret statim a carceribus, omnemque eam procurationem in perpetuum dimitteret. At non is erat Alexander quem vanus deiceret terror, aut facile irretirent artes veterotiae. Jam ante subulnerat ipsi de foeda quae struebatur calumnia. Nam e vincis aliqui haud obscure indicaverant nostris, se fuisse sollicitatos ut falsum testimonium contra Ferracutum dicerent: et quibusdam praeterea indicis elucebat, ipsum esse Praesidem nefariae machinationis auctorem. Certus ergo de Ferracuti innocentia, de Praesidis perversitate haud temere suspicans, collegit primum ex omni civium ordine atque ex ipsis regiorum ministrorum ac judicium collegii testimonia, publicis excepta litteris, quibus de Ferracuti integritate, probitate, fide semperque inculpata agendi ratione diserte luculentisque disserebatur, hisque obrueret adversam quae late serpebat famam studet. Tum Proregis acquitatem implorans, rogat ut ad aliud tribunal Praesidi non obnoxium trahi causam patiatur. Prorex Praesidi uti dixi amicus, nobis ut minime dicam parum aequus, bona dumtaxat verba Provinciali dabat unumque proponebat, ut amoto a procuratione carcerum Ferracuto, causa omnis silentio opprimeretur: quod si fieret, praeterquam quod Praesidis triumphabat iniurias, existentibus in perpetuum actis tam indignae quaestiones, imposita Societas nomini labes nunquam diluebatur.

67.
*Ferracutus Ro-
manum evocatur a
Generali Praepo-
sito.*

Inter has expediendi negotii difficultates itum est ad Mutium, qui recte existimans adversus imperii potentiam parum valere jus, ac tempori tantisper obtemperandum censens, consilium iniit Proregi gratum neque Ferracuto indecorum. Hunc videlicet evocavit Romanus, ut quamvis ministerio carcerum abstineret, non eo tamen dimotus aliquo suo merito videretur. Futurum interea confidebat, ut Deus O. M. mendaces ostenderet qui maculaverunt illum: quod quandcumque eveniret, munus sine nota depositum resumere cum laude posset. Non poenituit Mutium consilii, et sua fructum fiduciae spe citius cepit. Nondum Ferracutus attigerat Romanum, cum Neapolim ab urbe venit Emmanuel de Zuniga Comes Montereus, Philippi Regis ad Pontificem legatus, regias ad Proregem litteras ferens et mandata, ut tradita sibi provincia ipse sine mora migraret in Hispaniam seque ad aulam sisteret. Causa tam acris nec opinatae jussionis vulgo rejecta fuit in litteras Mariae Regiae Hungariae, quae Regis Hispaniarum soror cum esset et Ferdinandino Caesari filio nupta, dum in Germaniam ad sponsum properat, coacta metu pestilentiae Neapoli ad quatuor menses consistere, querebatur se ibi minus quam deceret Regis sororem et Caesaris nurum, a Prorege observari. Sed quae demum fuerit causa, amoto Alcalensi, tacentibus etiam nostris Ferracuti innocentia in lucem educta est. Continuo adolescens quem dixi Onuphrius ex arce Lucullani (namque huc translatus ab initio fuerat, ne haberet scilicet cum quoquam nostrorum colloquendi copiam) libellum supplicem misit Monterejo novo Proregi, in quo erat se falso delatum nefarii criminis, idque cum gravi infamia viri religiosi qui esset omnium opinione sanctus, quartum jam mensem arctissime custodiri, quod nullis neque minis neque promissis adduci potuissest ad agnosendum crimen sibi falso et per calumniam impositum. Rogare proinde, sibi ut aequi darentur judices apud quos purgaretur. Visa Proregi iusta postulatio. Judices itaque electi sunt quatuor probatissimi, hique interrogatis iterum testibus ac delatoribus, qui in priore illo latrocincio verius quam iudicio fuerant audit, ex ipsis eorum dictis variis minimeque constantibus, suppositam fraudem facile detexerunt. Ecce autem dum iudicium protrahitur, dum in accusatores ac testes tanquam falsi convictos actio instituitur, novum ex insperato veritatis indicium in quo Divini Numinis praesentiam licuit agnoscer. Religiosus ille pecuniarum adulterator, qui Ferracutum accusaverat primus, gravi corruptus morbo, dum prope a medicis conclamatus jacet votum conceperat,

68.
*Loco moretur ex
inopinato Pro-
rex.*

69.
*Ferracuti inno-
centia ad liqui-
dum declaratur.*

70.
*Falsus delator
publicis litteris
calumniam re-
texit.*

si praesenti vitae periculo eximeretur, se totam calumniae seriem fide optima declaraturum. Voti damnatus, non fecellit fidem. Ut primum recepta salus, scriptis ad Praepositum Generalem universamque Societatem litteris, veniam suppliciter petiit, quod Ferracutum spectatae integratatis ut aiebat virum, crimine non minus falso quam turpi nequiter infamasset, sumnam facti poenitentiam ostendens seque ob id scelus mille cruces commeritum dicens. Eo non contentus sistendum se judicibus curavit, hisque coram ordine exposuit de coitione inquisimae; quam cum testibus iniisset ad opprimendum falso crimine Ferracutum. Et quia in hac judicium audiencia tacuerat de Praeside coitionis auctore primario, mox actus conscientiae stimulis, quasi non satis se voti religione liberasset, chirographum misit ad regium Procuratorem (Franciscus Sanfelicius erat is), quo diserte testabatur, se a Praeside, a se testes fuisse subornatos ut crimen Ferracuto confingerent: se vero atque illos post iniquam delationem dictio nemque testimonii, pecuniam a Praeside accepisse. Hanc confessionis partem ita acceperunt judges, ut eam tamen referri in acta non permiserint. Nam etsi Praeses redierat in Hispaniam, exstare tamen in publicis tabulis tantum regii magistratus dedecus noluerunt. Quod ad rem pertinet, dimissus est decreto judicum adolescens, et Ferracutus omni non solum criminis verum etiam suspicione criminis liberatus. De quatuor reis constitutum, ut duo, sacerdos videlicet et religiosus, mitterentur Romanum judicio Ecclesiae plectendi. Duo reliqui ad triremes in perpetuum dannati fuerunt. Ut tamen Ferracuti sarcinaret fama, placuit eos prius per celebrora urbis fora circumduci, revinctis post terga manibus, praeciente praecone et ad tubae sonitu identidem proclamante: *Damnant isti ad triremes quia calumniatores, et quia virum spectandae auctoritatis falso crimen macularunt.* Quod cum in oculis civitatis factum esset, Ferracutus omni depulsa infamia, Neapolim laetus rediit et proculacionem cancerum paucis mensibus intermissam recepit. Atque hoc tandem exitu omnis ea causa peracta est, magna gratulatione tunc viventium sociorum, et nonnullo etiam nostro solatio qui haec memoria repetentes, intelligimus vetus esse in Societate ut viri quoque sanctiores publicaque utiliores rei, calumniis atrocissimis interdum onerentur: simulque hinc discimus, non deesse innocentiae patrocinium si in Deo fiducia collocetur.

Post id velut exordium, redit nobis sermo de pestilentia, quae etiam trans alpes hoc tempore uti diximus saeviebat. Tertium jam annum is morbus provinciam Lugdunensem pererrabat, nulla indemni urbe ex iis in quibus erat Societas praeter Vesulum. Et fuerunt ubique ex nostris, qui pro salute communis pericula adirent vitamque profunderent. Testatur P. Stephanus Binetus qui toto hoc triennio provinciam rexerit, occidisse intra id spatium operarios undeoctoginta, eosque ut ferme in bello usuvenit omnium praestantissimos. Hoc quidem anno collegium Camberiense octo e suis extulit, non alio prostratos morbo, quam quem aliis benigne facientes hauserant. Agmen fortunatum duxit ipse collegii Rector P. Ludovicus Serranus, vir in omni vita valde laudatus, et ob egregias animi dotes praecipue gratiosus apud Thomam a Sabaudia clarissimi nominis Principem, Caroli Emmanuelis Allobrogum Ducis filium, qui a patre missus in Sabaudiam fuerat cum imperio. Secundo decessit loco P. Carolus Reydetus, et hunc brevi intervallo secutus est P. Edmundus Moreaus. Biduo post palmam eamdem abstulit P. Joannes Bertrandus, quem Serranus moriens sibi in praefectura collegii vicarium substituerat. Accessere fratres rei domesticae curatores duo, Antonius Everardus et Antonius Gonus. Quibus jungendi ex eadem familia alii duo, P. Claudius Buinandus et frater Petrus Turrinus, licet extra Camberium extincti. Buinandus in castris Principis Thomae cui erat a confessionibus degebat. Turrinus Augustam Praetorianam venerat, socius sacerdoti datum qui illic concionabatur. His una moriendo cause fuit charitas, qua contagiosis omni officii genus impenderunt. Aliis eadem charitatis officia fuere innoxia, idque mirari maxime licuit in P. Ignatio Beausse, qui cum suburbanii nosocomii curam suscepisset, inter quotidiana vitae pericula et sexcentas mortes, stetit incolumis. Neque his tamen officiis continuit sese sociorum Camberiensium

71.
Ferracutus eri-
mina liberatur,
delatores ac te-
stes plectuntur.

72.
RES PROVINCIAE
LUGDUNENSIS.
Octo Sociorum
pias Camberi
saeviene.

73.
Alii duo ex ea-
dem familia ex-
tincti extra ur-
bem.

^{74.}
Liberalitas ege-
nis impensa.

charitas. Praeter pestem summa annonae difficultas civitatem premebat, et huic quoque malo levamen nostri quaevisserunt. Nam qui sibi non parcebant, rebus ut parcerent suis? Sex fere mensium spatio stipem quotidianam pauperibus plus quingentis erogarunt, et praeterea in medicamenta aliaque egenorum subsidia, ad duo nummum aureorum milia impenderunt. Quae nos non ostentationis causa commemoramus, sed ut perveniat ad posteros exemplum liberalitatis, qua nos civitatibus de nobis optime meritis responderemus.

^{75.}
Socii per eam-
dem occasionem
sublati Gratia-
nopolii.

Ut Camberium in ea parte Allobrogum quae Sabado paret, ita in altera quae Gallici est juris, caput rerum est Gratianopolis. Domus Professorum hic erat cum exigua operariorior manu, prae side omnium P. Joanne Arnulpho viro gravi, et olim Regi ut alibi dictum est a confessionibus. Vulgata pestilenta, emicuit sociorum ardor egregius in ferenda aegrotis ope, et quamvis pauci instar multorum fuere. Prae caeteris insignem in id operam contulere Patres Carolus a Cruce et Carolus Marius. Ac prior quidem intra paucos dies contagione extinctus est. Alter etsi ob eamdem causam a medicis desperatus, revaluit. Caeterorum nemo lue contactus. Pluris idem labor stetit collegio Ebredunensi, ubi sacerdotes elati sunt tres, Antonius de Digne, Petrus Fornac Petrus Allierus; fratresque laici totidem, Petrus Badellus, Andreas Odo et Joannes de Bois, omnes dum peste afflitti alacriter ministrabant. Eamdem pii laboris mercedem tulere Salinis Patres Nicolaus Chevalier et Antonius Richardson, sed utrum hoc an superiori anno, incertum. Quo loco non omiserim, monumenta rerum hoc tempore gestarum in iis locis haud satis exacte constare. Neque id valde mirandum, cum in ea rerum omnium perturbatione nostri vix respirandi haberent facultatem, nedum tempus vacuum ad scribenda aliorum acta invenirent. Habeo prae oculis Bineti ad Praepositum Generalem litteras, quibus narrat, ad aegrotantium praesidium dimittendos in omnem partem fuisse per urbes et agros sociorum plerosque, sic ut vix unus interdum domi reliqueretur sacerdos ad ministranda in templo sacra. Addit accidisse alicubi, in ampla aliqui civitate, ut qui relictus in collegio fuerat sacerdos unicus, licet quartana laborans, cogretur bis terque in die rem divinam facere, quod alii sacerdotes nusquam invenirentur. Sed quae Aquitanae provinciae sunt videamus.

^{76.}
Et Ebreduni, et
Salinis.

Apud Burdigalenses domum Professorum regebat P. Carolus a Lotharingia antea Episcopus Virdunensis, de quo fuse dictum, alibi. Is urbem ut sensit peste afflatam, nihil cunctatus adiit consules seque pariter ac suos ad curationem aegrorum obtulit. Responsum est a consulibus, se quidem maximas ei gratias debere pro tam benevoli voluntate. At ad ipsum quod attineret, nunquam se passuros tam nobile caput in tam ancipitis ministerii aleam dari sua causa. De caeteris Pribus, placere ne praeverterent ordinem cunctis religiosorum familis praescribendum. Priores ministrandi partes antiquorum, posteriores recentiorum fore. Ad omnes tamen redditum in orbem piae procuracionis laborem. Eo responso nequaquam quieverunt Patres duo servidores, quippe longam non ferentes moram; cumque obnixius instant ut ad aliquam ministerii partem admittentur, jussi sunt in praesentia praecesse iis, qui vel recens a pestilencia curati vel ex locis infectis advenientes, communibus in aedibus ad quadraginta dies continebantur periclitandae causa valetudinis. Aliis interea religiosis per suas vices aegrorum cura perfunctis, venit denique praestitutum nostris hominibus tempus. Verum id excessit in annum proximum, quo anno plures Burdigalensium aliorumque in Gallia sociorum pio immortuos operi recensemus. Non tacendi nunc duo fratres rei domesticae adjutores, Joannes Noirot et Joannes Allet, itemque sacerdos unus P. Ludovicus Desbarres, qui dum Rupellanis peste laborantibus opitulatur, ejus collegii ortum praeclaro funere illustrarunt. Quo loco quoniam Rupellani collegii ortum attigi, juvat ea de re paulo diligenter expondere.

^{77.}
RES PROVINCIAE
AQUTANICAE.
Nostrorum ala-
critatis Burdigal-
iae gliscente lue.

Post celeberrimam Rupellae expugnationem, de qua dictum supra, Rex novos in urbe creaverat magistratus, qui omnes catholico nomine censebantur. Isti etsi Societatem habebant apud se stabili nuper domicilio, ut diximus, ac

^{79.}
Tres officio cha-
ritatis immortu-
Rupellae.

^{80.}
Domicitium Ru-
pellense vertitur
in collegium.

sacra aede donatam, collegium tamen justi nominis expetabant, nempe ut ipsorum liberi pietate ac bonis artibus imbuerentur. Cum ergo esset Rupellae gymnasium jam pridem fundatum et apto censu dotatum a calvinistis, supplicaverunt Regi ut id gymnasium, cum suis vectigalibus contribueret Societati. Res erat factu facilis publicaeque utilis rei. Itaque suffragante Cardinali Richelio regni administratio primario, facile impetrarunt. Regium de hac re diploma confectum est sub finem anni praeteriti. Quia vero gymnasium Calviniani constituerant in aedibus quae olim fuerant Patrum Franciscanorum, sancitum eodem diplomate, ut nostri domum aedemque sacram S. Michaëlis quam nuper dono accepérant a Rege, tráderent Franciscanis, atque hi vicissim omni cederent jure in suas antiquas aedēs quas deinceps Societas possideret. Hac lege permittebatur ipsis ut remigrarent Rupellam, unde dudum antea fuerant ab haereticis dejecti. Quibus mutuo partium assensu firmatis, nostri postridie Idus Februarii, tradita Franciscanis quam hacten incoluerant domo, possessionem gymnasii adierunt ac collegium rite confectum habuerunt. Caeterum ad proventum quod attinet, ei Rex dolis nomine assignavit praeter gymnasii ipsius vectigalia, fundos quosdam ecclesiae S. Michaëlis adnexos, (quos retineri dimissa licet ecclesia voluit), et praeterea duo millia librarum francicarum, quotannis e fisco civitatis persolvenda. Constituto in hunc modum collegio, patuerunt juventuti scholae Societatis ac praeter caeteram institutionem, binae singulis hebdomadis disputationes de controversia fidei dogmatibus haberí palam coeperunt. Quae dum sedulo agitant, brevi multis calvinistarum ostensus est error, multis etiam exemptus. Ut de aliis modo non dicam, laeta cum primis accidit transitio ad Ecclesiam viri nobilis, qui erat Rupellae Praefectus militaris. Is cognita catholici dogmatis veritate, venit die dominica in aedem urbis principem, deducente Regio Praetore ac magna nobilium manu; cumque ad aram processisset ubi Vicarius Episcopi Santonensis solemniter operabatur, inter ipsam actionem rei divinae, formulam catholicæ professionis sua descriptam manu protulit ac sonora voce perlegit. Tum conversus ad sacerdotem Societatis, qui ipsi auctor fuerat haereses abdicande, eique chirographum in manus tradens, inquit: *Fidei meae testimonium habeo tu, cui secundum Deum salutem debo.* Quae voces multitudini circumfusae lacrimas expessere.

Eodem anno Marenniis (oppidum id est apud Santones non ignobile) statio paucorum operariorum est collocata, quae etiamnum retinetur. Nec is ager quamvis exiguum, novis cultoribus ingratum se exhibuit, maligne reddens frugem aut nimis seram. Primitiae fuere Calviniani centum, partim ex ipsa urbe, partim ex regione circumposita anno minus uno ad Ecclesiam reducti. Alia quoque provinciae domicilia laetam̄ istiusmodi frugum tulerunt copiam, cuius specimen subdo. Pali, cum alii plures tum prae caeteris ex densa errorum caligine eductus est Gessonius, unus e Praesidibus Bearniensis senatus, vir gravissimus et magni inter suos nominis. Utque veram fidei doctrinam hauserat a P. Petro Gualesio collegii Palensis Rectore, ita non alibi ejurare haeresim voluit quam in nostra aede; ac post illud tempus in tuenda ornandaque Societate multus fuit. E collegio Santonensi procursum est in urbem proximam Broagium, nec pigendo successu. Homines e Calvini grege viginti sex, moti hortamentis Patrum et doctrina convicti, execrati sunt haeresim et in fidem Ecclesiae Romanae se contulerunt. Apud ipsos interea Santones veritatem catholicam praedicabat evenitus insolens ac prodigio similis, quem ut divinae severitatis exemplum nobis ejus temporis litterae tradiderunt. Mulier improbe et usque ad insaniam addicta Calvinus, cum confluentem saepe populum cerneret in aedem Societatis, idque patate ferre non posset, ira ac dolore impotens, multa adversus nostros concionatores, multa item contra fidem orthodoxam impie procaciterque garriebat. Filios haec edidit plures: at quos suo ipsa lacte aluit muti omnes fuere. Quod a catholicis passim et ab ipso ejus marito notatum atque ita acceptum est, quasi hac poena maternae linguae intemperantia divinitus plecteretur. Lemovici administrationem ingentem habuit inopinata conversio senis cuiusdam haeretici, cui ob

^{81.}
Primi ac laeti
fructus collegii
Rupellensis.

^{82.}
*Hæretici ad Ec-
clesiam reduc-
ti in variis provin-
ciali locis.*

^{83.}
*Mulieris haere-
ticæ proterva
divinitus plecti-
tur.*

^{84.}
*Senis haereti-
ci conversio. No-
strorum tempe-
rantia.*

incredibilem pertinaciam novo Lutherò fecerant nomen. Hunc morti proximum adiere duo ex nostris, nactique de misterio Eucharistico ambigentem, et hoc et alia catholicae doctrinae capita ita explicuerunt, ut ille nihil habens quod contra diceret ultra admiserit omnia. Itaque fidem catholicam divina aspirante gratia professus, rituque catholico sacris procuratis, cum optima spe vitae melioris decessit. Una illi fuit disceptatio cum Patribus, quod cum libras quadringentas monetae gallicae legasset Calvinianis, mutare testamentum moriens easque transferre ad Societatem volebat. Verum ipsi ne daretur ansa malevolis vituperandi ministerium nostrum, magno restiterunt opere, perviceruntque ut magis eam pecuniam publico relinquenter nosocomio. Atque haec de rebus Aquitanicis.

^{85.}
RES PROVINCIAE
TOLOSANAЕ.
Fundatur colle-
gium Apamense.

Tolosates interea socii restitutum, vel potius de novo conditum Apamense collegium incredibili suo gudio viderunt, idque opera ac studio Henrici Spondani Apamiarum Episcopi, viri illius scriptorisque clarissimi cuius celebrius est inter eruditos nomen, quam ut plura de eo commemorari hoc loco debeant. Jam inde ab anno superioris saeculi quinquagesimo nono, ut tradit Sacchinus, inchoatum ibi fuerat Societatis collegium ab Episcopo ejus temporis Roberto Pellevo, postea Cardinali: sed biennio post disjectum ab Hugonotis eversumque fuerat. Qua praevalente haereticorum factione omniaque in Gallia veterum sacerorum jura turbante, per annos deinceps sexaginta ab ea urbe Societas exsulavit. Simul vero atque opes haereticorum bello fractae conciderunt, et tutam regno toto religionem praestitit auctoritas Regis, Spondanus advenisse tempus ratus revocandae Societatis, operarios primum aliquot in urbem induxit qui perpetua velut missione excoolerent civitatem. Nec multo post, misso ad Regem per amplio testimonio de commodis, quae suae dioecesi maxima attulissent apostolici Jesuinarum labores, de condendo collegio regum exoravit assensum. Postremo cum suis canoniciis et magistratu urbano, rationem init certum constituendi vectigal pro novi collegii dote; cumque censum annum confecisset aurorum circiter quingentorum, etsi res erat pro ratione collegii admodum angusta, Mutium auctoritate perpulit, ut sedem Apamensem quae Missionis nomine tenebatur, in collegium reciperet: quod factum est anno de quo scribimus ad XVIII. Cal Octobris.

^{86.}
RES GERMANIAE.
Consilium Fer-
dinandi Impera-
toris de conden-
dis Societatis col-
legiis.

At collegiorum multo amplior numerus nobis eodem tempore parabatur in Germania, si Ferdinandus Imperator quae conceperat animo re executi potuisse. Deliberatum videlicet illi erat in omnibus fere urbibus, tum Sveviae tum inferioris Saxoniae, quas inter Visurgim atque Albitum ad officium reduxerat, collocare domicilia Societatis, quae velut arcis catholicae religionis essent. Jamque ea moliri nonni explicata difficultate cooperat. Sed mutata inter haec bellum fortuna, alia subito rerum facies, alia conditio temporum fuit. Neque tandem ex tam munifica Caesaris voluntate, quidquam ad nos pervenit, praeter debitam illi gratiam et indebitam nobis invidiam; cui caeteroqui amolienda satis ut opinor erit, negotii totius simplex quam aggredijur et vera expositio. Bello Cimbriko confecto et perduellibus usquequa profligatis, vidit Caesar ecclesias esse in Svevia totaque inferiori Saxonia permultas, tum episcopales tum curiales, multa item monachorum et sacrarum virginum coenobia, quae Principes Protestantes per annos prope octoginta occupassent contra jus fidemque pactorum, de quibus olim in foedere Passaviensi convenerat. Jam ergo potens imperii factus, minime ferendum censuit ut quae per vim occupata fuerant bona, per injuriam possiderentur, utque ab iniquis possessoribus redderentur edicto; proposito sanxit. Eo vulgato edicto, Viennam undique accurrerunt procuratores monachorum, suis singuli ordinibus vindicaturi monasteria quae ad ipsos olim pertinuissent. Primi cum advenissent Benedictini ac Cistercienses, dum de communis inter se deliberant causa, seu sua sponte seu quod vero similius puto tacito instinctu Caesaris, consensu in id devenerunt, ut e suis monasteriis quae mulierum fuissent et alia quaedam ex tenuioribus monachorum, permitterent Caesari, vertenda scilicet in Jesuinarum collegia ac puerorum seminaria. Nisi enim anterior actas ad fidem catholicae pietatis formaretur, nunquam sibi licitum

^{87.}
Eiusdem edi-
ctum de restitu-
tione bonis Ec-
clesiae.

^{88.}
Monachi quidam
consentivit, ut
e suis coenobiis
erigantur colle-
gium Societatis.

suis in sedibus pacate consistere, et evenire facile posse ut praepollentibus iterum haereticorum opibus, iterum spoliarentur ipsi bonis quae tanto post tempore tam praeter spem receperissent. Nec eo contenti viri aequissimi, ut belli sumptus quod sibi quaestuosissimum accidisset, ex parte rependerent Caesari, pecuniae summam e recuperatis monasterii redditum constituerunt, si ei videatur, aequis pensionibus intra certum annum numerum persolvendam iis collegiis, quae de novo conderentur. Atque haec tanta voluntate transegerunt, ut iis gratias prolixe egerit Caesaris nomine P. Lamormainius, qui erat ipsi a confessionibus.

At Viennam ut venit alterius ordinis procurator, auditus quae agebantur, longe alio accepit animo rem. Nam quid attinere ad se suosque, plura ne an pauciora Jesuitarum collegia uspiam forent? Attinere vero plurimum, ne monasteria sibi jure bono debita, quorum ipsi antiquissima in possessione fuissent, aliis transcriberentur. Et intolerandam videri Jesitarum rapacitatem, qui aliorum ordinum invadere vellent bona et alienis spoliis ditescere. Haec agitantem acrius irritavit quaedam Lamormainii vox, qui in familiari colloquio dixisse ferrebat, omnium religiosorum ordinum interesse Societatem quam plurimis in locis habere scholas et collegia adolescentium, cum usus doceret, ea demum quasi totidem seminaria monasteriorum esse. Quod vere Lamormainius dixerat, sed sequiorem in partem accipiebatur ab eo, ad conflandamque Societati invidiā traducebatur, quasi vero Jesuitae nimis magnifice insolenterque de se sentirent, seque per jactantiam ordinibus caeteris anteferrent. Paucis ergo evolutis diebus, spargi late tradique per manus coepit libellus, titulum p̄aeferens epistolae viri religiosi ad Lamormainium, quo nihil invidiosius. Eu libello per speciem amicitiae monebatur Lamormainius, minus superbe existimaret de Societate, minus inique de cacteris religiosorum familiis, nea putaret nullos praeferre Jesuitas esse homines pios doctosque, et haereticis ad Ecclesiam reducendis idoneos. Videret magis ne male consuleret famae Societatis, qui aliorum religiosorum non modo proculcaret nomen, sed etiam bona fortunasque corrardere conaretur. Offendi certe homines hac tanta Jesitarum superbiam tamque insatiabili aviditate, cum praesertim abuti in id gratia pietateque Principum optimorum viderentur. Haec atque horum similia in libello multa erant, quibus tacite omnes contra Societatem incitabantur mortales, maximeque omnium monachi. Raro accidit ut edito semel e libellis istis contumeliosis uno, plures non subnascantur ejusdem generis. Quippe et respondere provocanti aequum est, et intra justae defensionis modum respondere, difficile; ex quo fit ut ejusmodi contentionibus cum hinc inde incaluerunt, haud facile exitus inveniatur. Epistolae viri religiosi de qua dicebam, fuit qui scriptum opposuit plane maledicuum plenumque temeritatis et impudentiae, quo in universam monachorum nationem falso referebantur hujus alteriusve privatim monachi vitia. Conficiebatur inde, demenda ignavis inertibusque bona, olim a piis ac munificis viris unice ad fōvendam pietatem destinata, ad aliosque qui in Dei cultum et proximorum utilitatem ea converterent, transferenda. Scripti quis auctor fuerit, incompertum est adhuc. Ego inimicissimum Societatis fuisse suspicor. Quid enim fieri potuit nobis odiosius nocentiusque? Nisi forte amicus fuit ex iis impotenteribus, qui studio partium usque ad insaniam elati, prodesse dum student, omnem excedentes modum, incommodiiores inimicis interdum sunt. Quisquis ille tamen fuerit, monachi omnes graviter ut dignum erat offensi, Societatique haud satis consulto adscribentes id quod ipsius gratia effectum videbatur, contra Societatem communī consilio conspiraverunt, et coitioni nomen dederunt ii quoque, qui paulo ante ut ostendi, partem de suis bonis obtulerant ad erigenda Societatis collegia.

Secutae post haec querelae monachorum gravissimae ad conventum Principum, quem Ratisbonae Caesar celebrabat. Ibi libello multiplici accusata Jesitarum immanis ambitio et habendi cupido inexplebilis, qui suis non contenti immensis opibus, alienis etiam inharent, praetexerentque pravae cupiditati majus obsequium Numinis. Vulgatus praeterea liber exitalis, cui titulus *Astrum*

^{89.}
*Rem intervertit
inus religiosos
rum.*

^{90.}
*Auct. scriptum
editur contra P.
Lamormainium.*

^{91.}
*Responsum mul-
to acris, incor-
to auctore.*

^{92.}
*Quaerelae mo-
nachorum, et li-
bri editi contra
Societatem.*

inextinctum, ubi multa de jure monachorum ad repetenda monasteria ac sacerdotia, quae Romani Pontifices de manu haereticorum recepta, Jesuitis contra ius fasque tradidissent. Quo libro quia non tam Societas quam Romanorum Pontificum auctoritas proterve impetrabatur, eum non minus modeste quam valide confutandum suscepit noster Paulus Laymann, magni theologus nominis, brevi opusculo quod inter caetera hujus scriptoris monumenta legi etiamnum potest. Dum haec ita agitantur, Mutius ut praecideret querelarum causas discordiam ex orientem opprimeret, libellum supplicem offerri jussit Caesari hujus sententiae: Societatem de bonis aliorum ordinum nihil poscere; nihil velle. Eam quidem si jubeatur haereticis expugnandis operam dare, ubique ac semper praestò fore, nec commissaram ut ipsis diligenter sedulitatemque desideret quisquam: sed majorum arbitrio permittere, suis ne an alterius ordinis viris ad eam rem uti malint. Suis uti si velint unum petere, ut his in usum vitae necessaria ne desint. Caeterum undecimque suppetant, perinde habituram. Vedit libellum Ferdinandus Caesar laudavitque, sed propositum non mutavit. Quin ab ipsis quae interserbant moris, causam maturandi consilii sumpsit.

^{93.}
Libellus *supplex*
Caesari oblatus
Mutii nomine.

^{94.}
Litterae *Gasporis*
Scioppii nobis
per honori facie

Prīus vero quam caetera videamus, liceat mihi hoc loco exscribere partem litterarum, quas eodem anno de eodem argomento scribebat Augusta ubi tum degebat, Gaspàr Scioppius, auctor utique nimiae erga nos benevolentiae ut cuique notum est non suspectus. Is ergo ad Cornelium Mortmannum sacrae ut loquuntur Rotae in urbe auditorem scribens III. Idus Julii, praefatus pauca de suo in rem catholicam studio, quaedam se indicaturum profitetur ad restituendam in Germania religionem necessaria, quae Pontifici summo et Cardinalibus communicata vellet. Tum ita sequitur « Primo quidem, omnino ut catholica fides in tot urbes ac provincias latissime patentes feliciter reducatur, considerare oportet, quantum operariorum numerus tam ingenti messi sit necessarius. Inferior Saxonia regni minime exigui instar habet, nec adhuc appetit unde terrarum sacerdotes ad animarum curam idoneos ei provinciae proprie possimus. Ejus inopiae argumentum inferior Palatinatus praebet, ubi Jesuitae omnia saccularium sacerdotum munia ipsi obire necesse habent, nisi populos illos destitutos videre velint, ut neque catholicis nec haereticis animarum curatoribus utantur. Quid jam in Svevia futurum putabimus, cuius multo plures ecclesias et monasteria catholicis mox restitui oportebit, si Caesar quod ostendit in sententia maneat, et edicto suo pareri velit? Omnino res magna fuerit deliberationis, nec mihi quicquam in mentem venit, nisi quod Pontificem spero minime omissurum occasionem, quam unam divinitus ipsi offerri video. Nimirum circiter sexaginta aut septuaginta monasteria in solo Wittembergensi Ducatu sita sunt, quae si recuperentur et aliqua ex parte in usum seminariorum convertantur, minime poenitendum alumnorum numerus eo pacto sustentari poterit, cum satius constet Ducem Vittembergensem plus quam quadringentos adolescentes haeresi docendae destinatos, monasteriorum fructibus alere fuisse solitum. Eadem ipsa aliarum provinciarum est ratio, in quibus nulla reliqua sacerdotum conficiendorum est ratio, nisi ad eam aliquid ex monasteriorum vestigibus convertatur. Simul tamen de doctrinis cogitandum venit, quorum scilicet cura et labore, cum sacerdotes ad animarum curam reformatur, tum innumerabilis puerorum numerus pietate ac litteris imbuatur. Ego si alios quam Patres Societatis Iesu ei rei nossem idoneos, eorum operam non modo non aspernandum, sed ultra obviis ulnis complectendam arbitrarer. At enim res ita est, ut etiam si non omnia quae apud Jesuitas video satis se mihi probent, negare tamen nec velim nec audiām, ipsis post Deum hanc deberi gratiam, quod catholica religio ex universa Germania exultatum non ierit. Tum hoc quoque verum esse compereo, jam inde ab eo tempore quo Germania catholicam fidem suscepit, nunquam tot tamque insignia monasteria, cum probis tum doctis Monachis ita plena fuisse, ut hodie in Svevia sola videmus, unde aliarum quoque provinciarum monasteria sibi Praelatos et Antistites instaurandae religiosae disciplinae causa

« adsciscunt, ut hoc nomine alia regna cur Germaniae invideant habere videantur. Optime proinde fiet, si v. g. ex uno Wittembergico monasterio, cuius annui redditus viginti florenorum millia sunt, quatuor collegia Jesuitis consti-tuantur, ubi et humanas divinasque litteras doceant, et quemadmodum Dilingae feliciter adhuc fecerunt, monachorum et clericorum Ecclesiae ministerio destinatur curam gerant. Quae ipsa in Saxonia, Palatinatu aliisque provinciis ratio servari poterit, nisi tamen aliam meliorem summus Pontifex ab aliis edo-ctus fuerit.» Hactenus Scioppius qui si alias male de nobis sentire visus, hoc saltem illi debemus, quod nihil melius nunc de aliis religiosorum ordinibus sentire videatur, cum non alios praeter homines Societatis sibi cognitos dicat ei gerendae rei, id est pueris recte instituendis et sacerdotibus ad curam animarum reformatis idoneos. Sed nimirum nemo est tam iniquus, qui omnem nobis invideat laudem, et quae nostri gerebant hoc tempore in Germania, tam erant praeclera ut ea vel ipse laudare Scioppius cogeretur. Jam ad narrationis ordinem redeamus.

Legatos pridem suos Caesar in inferiori Saxonia fecerat Franciscum Wil-helnum Wartembergiun Episcopum Osnabrugensem, et virum nobilem Joannem Hien, ad recipienda juxta edicti formulam ex manibus Principum Protestantium Ecclesiae bona. Et erat armis suffulta legatio, jussis hinc Joanne Tillio inde Alberto Valsteinio, fortissimis belli ducibus, legatorum incepta protegere. Dum suas sedulo partes legati obeunt, mandatum accipiunt a Caesare, ut adhibito in consilium nostro Hermanno Bavingo, Rhenanae inferioris Praeposito Provin-ciali, videant quae Societatis domicilia, quibus in locis expediatur esse, quales requirantur sumptus, unde peti proventus possint: quod denique de his rebus communiter visum fuerit ad se perscrivant. Nec ita multo post, accepta probataque relatione eorum, in haec verba rescripsit: Placere sibi, condi Goeslariae domum Probationis gymnasiumque omnium disciplinarum: tum collegia singula Mindae, Verdae, Hammelae, Northusii, Stadae, Alberstadii, Mulhusiae. His perficiendis assignabat sacerdota quaedam monasteriaque, partim recuperata partim proxime de manibus haereticorum recuperanda; cum hoc tamen, ne prius eorum possessionem adiret Societas, quam summus Pontifex, quod brevi futurum sperabat, assignationem a se factam approbasset ratamque habuisset. Fridlandiae praeterea Dux Valsteinius, seu motus exemplo Caesaris seu propriae pietatis instinctu, cum nuper auctus fuissest tetrarchia Mechelburgen-si, Rostochii quod ejus provinciae nobile oppidum est, gymnasium offerebat Provinciali Bavingo, itemque collegium Vismariae, quae urbs Balticu mari adjacet. Et pari voluntate duo Mansfeldii comites collegia meditabantur, alter Islebi in ipsa patria Lutheri, alter Hallae in archiepiscopatu Magdeburgensi, cuius administrator ipse erat. Ut summam faciam, nunquam alias post exorta religionis dissidia, laetior florentiorque in Germania fuerat res catholica, numquam tanta spes haereseos profligandae se ostenderat. Ad Societatem quod attinet, scribebat ad Mutium Provincialis Bavingus, fore brevi ut novam in Saxonia provinciam constitui oporteret. Disrumpebantur haec intuentes heterodoxi, caeco obmurmurabant fremitu, parere tamen cogebantur et quiescere. At praestitum divinitus tempus restituenda in Germania religionis nondum advenerat, et adhuc expectandum est. Jam summus Pontifex Caesaris precibus inclinatus, ei ad vota responderat. Tradita fuerant jam Societati plura ex domiciliis ipsi destinatis, reliqua tradenda propediem erant. Cum tantam religionis spem hora una, uno fatali praeflio, ita permittente Numine, fortuna adverse disjecit. Gustavus Adolphus Sveciae Rex, bellicosissimus quidem ille atque ingentis animi Princeps, sed hactenus ob copiarum exiguitatem Caesari haudquam timen-dus, Protestantum Germaniae Principum clamoribus excitatus, praemiis illectus, foederibus subsidiisque suffultus, stimulante in primis quod magis doleas Gal-lorum Rege Ludovico, Pomeraniam ingreditur primum cum ingenti exercitu, natusque faventem sibi ob quasdam cum Caesare offensiones Boleslaum regionis Ducem, bellum denunciat Caesari. Bello ut nonnullam honesti speciem imponeret,

95.
Caesar plura
nobis collegia
condi jubet.

96.
Alia Societati
collegia ab aliis
offeruntur.

97.
Gustavus Adol-
phus Sveciae
Rex bellum de-
nunciat Caesari.

multas gravesque praetexebat causas, sed eam maxime, ut religionis reformatae cuius se patronum faciebat libertatem tueretur, assereretque Protestantibus iniquissima dominatione ut ajebat oppressis, possessionem bonorum ac fortunam suarum. Erat tum forte Caesar a milite imparatus. Roganti siquidem ac valde cipienti, ut Romanorum Rex in conventu Ratisbonensi salutaretur Ferdinandus filius, per summam calliditatem persuaserant occulti inimici, ut tantam armatorum multitudinem, qua non tam rogare conventum quam cogere videretur dimitteret. Plus nempe valitaram rogationem inermem quam armatam, honestiorem certe nullique obnoxiam exceptioni fore. Qua illa fraude irretitus, una die quindecim equitum millia exauktoraverat, peditem vero millia fere centum, insigni errore quem brevi at sero cognovit damnavitque. Svecus contra transfugientibus ad eum quos Caesar a signis dimiserat, vires colligebat in dies, ac novissime in Misniam subeunti se adjunxerat Saxoniae septemvir cum valida suorum manu, et alii praeterea Principes auxilia submittebant. In hoc statu rerum Caesar, tum demum structam sibi foedissimam fraudem sentiens (nam et petitionem ejus de creando Rege Romanorum filio conventus Principem lusit), Tillio mandat ut contracto celeriter quod uspiam superasset militum, magnis itineribus in hostem vadat primosque ejus impetus remoretur. Imperata haud segniter fecit Tillius: at ausus etsi numero inferior pugnam conserere ad Lipsium, caesis in acie suorum millibus ferme quindecim, reliquis fusis fugatisque, omni amissio belli instrumento, in fugam avertitur saucius, irreparabili clade quae infinitas deinceps calamitates Germaniae, Religioni ac Societati nostrae, ut suis infra locis memorabimus, attulit. Nam Svecus post haec successu elatus prospere, quantum terrarum Albitum Rhenumque Danubio tenus interjacet, continentis victoriae impetu pervolans, incendiisque ac direptionibus humana omnia ac divina jura permiscens, tantam jacenti haeresi inspiravit audaciam, ut post varias alternantis fortunae vices, Caesar, quippe accisis viribus et gallico implicitus bello, pacem ad extremum fecerit cum haereticis, eamque magis ex necessitate temporum quam ex usu Religionis et Romani Imperii dignitate.

^{98.}
*Cum Caesar par-
lo ante dimisisset
exercitum male
decepimus.*

^{99.}
*In felix praeliti-
orius Religio-
nis clades Svevo
victore.*

^{100.}
*Iles Rhenane
invadentes.
Haeretici ad fi-
dem adducti.*

^{101.}
*Contemptor reli-
gionis terrifico
exempli punitus.*

Sic perierunt Societati, quae Rhenana inferior recens acceperat domicilia. Non tamen prorsus inutilis in iis quantumvis brevis, mansio nostrorum fuit. Goestriae, Hamelae, Minde, Verdae, haereticorum nonnulli Patrum sermonibus emolliiti, veritatem catholici dogmatis suscepunt, et multo plures suscipiebant, nisi pertinaciam eorum foveret respectus ad Sveciae Regem appropinquante, reique catholicae ferociter insultantem. Verda haud ita multum distat Irlichium, oppidum ad sinistram Rheni situm, in Trevirensi dioecesi. Illic antistes Trevensis procurationem sacrorum tradiditer nostro sacerdoti, pulso lutherano pastore. Post breve temporis spatium, ex omni oppidanorum numero septem dumtaxat capita sequebantur Lutherum. Reliqui in verba Romanae Ecclesiae juraverant. Veruntamen Irlichenses, ut tam prompte veritatem amplectentur hoc praeter alia incitamenta habuere. Ludimagister apud eos erat e Lutheri grege, erroris mire tenax, nugax idem ac saepe cum contemptu catholicae pietatis jocari ac risum cire solitus. Die quadam, convocata gregalium corona, protulit in medium imagines aliquot sacras ex charta quo cremarentur filii, pyro illitas pulvere. Tum: Favete, inquit, sodales. Quando miseri isti divi rigescunt frigore, efficiam ego ut paululum calciant ac praet ardoris vehementia etiam saltent. Simul iis ignem subjecit. Quae cum illico conceperissent flamam, atque ignescerentibus subinde pulvris micis multifariam pellerentur: Papae! ajebat. Ut exsilunt! ut lusitant lasciviuntque improboli, calore modico exilarati! Plaudebant circum amici ac risu dissolverbantur. At non impunita scelesto ludioni fuit impetas. Vix digressus inde, mota subito mente, clamitare, absisterent procul milites (qui nusquam erant), parcerentque sibi nullam culpam commerito. Simul fugere lymphati in morem, donec in Rhenum se praecipitem egit. Hunc habuit miser exitum, nemine non agnoscente ultionem divinitus sumptam de contemptore divinae religionis. Et congruebat sceleri poena, ut aqua puniretur is qui divorum imagines igne violaverat.

Gaeterum cum tot in ipso prope ortu domicilia perierint, quae tamen Hadamariae posita est residentia, etiamnum retinetur. Hadamaria urbs non procul confluentibus ad fluvium Lanum sita et agri circumiacentis caput, Nassaviis Principibus et Electori Trevirensi parebat, ab hoc sacra ab illis civilia petens jura. Sed Principum suorum haeresim amplexa, imperium Antistitis cum jugo catholicae religionis excusserat. Mansit ea perversitas donec Jo. Ludovicus Nassavius Princeps Hadamariensis, Calvinum ut libro superiore narratum est execratus, ut-a populo quoque suo pestiferam propulsaret luem, consulto hoc ab urbe Vienna ubi degebat venit. Tunc alia rerum facies oppido inducta. Secum augebat Princeps eductos e collegio Confluentino Patres duo. Ut affuit, vocatos magistratus et optimates egregiae oratione est allocutus. Se quidem, inquit, summo Dei O. M. beneficio exitiale Calvini toxicum quod misere hauisset puer, aliquando evomuisse. Viderent ipsi quid agerent. Si salvi esse tamen vellent, hos deinceps audirent Patres, veros divini verbi praecomes scilicet, ad eosque si quid incidenter dubii referrent. Gratissimum id fore sibi, nec aliam esse rem quam a carissimo ipse populo magis vellet. Ita loquenti assenserunt vehementer omnes. Erat enim propter singularem prudentiam et humanitatem populo acceptissimus. Ac secundum haec, haberi conciones a Patribus, a civibus frequentari coepitae. Dicebant illi in praecipuo urbis templo ac paratiore opinione auditores nacti, semina futurae messis jaciebant quae deinde in pulcherrimas fruges adoleverunt. Movebant eo praesertim oppidani, quod concionatorum dictis responderunt facta cernerent. Tum parsimoniam et frugalitatem ministrorum catholicorum cum aliorum avaritia et ingluvie comparantes, illorum sollicitudinem in juvandis aegris, egentibus et calamitosis, cum istorum superbia inertiaque, magnum enim vero esse inter veros mercenariosque pastores discrimen conficiebant. Quare rogarunt enixe Principem, ut amotis calviniana sectae ministris, curiis omnibus Jesuitas imponeret. Ille qui nihil mallet, alios duos ad se mitti curavit Patres, ac sedem iis stabilem in urbe constituit. Qui ut curias administrare cooperunt, nihil fuit morae quin caetera perficerentur ad votum. Continuo oppidani turmatim et agrestes ad Ecclesiae auctoritatem redierunt. Silentium novitatis buccinatoribus in templis et scholis impositum. Arae, sacella, aedes sacrae, deterso squalore ac situ reparatae: ritus catholici in usum splendoremque pristinum restituti. Verum hos rerum successus, quanto bonis laetiores, tanto aegrius communis bonorum hostis ferebat. Nec indignationem continere diu potuit. Inter quatuor quos dixi Hadamariensis agri cultores, eminebat labore, industria studioque religionis, P. Wilhelmus Holthausen. Huic ad oppidum Stenbachum sacri ministerii causa properanti, insidias struxerunt egressi e Susatensi Batavorum arce milites praedabundi, manusque ex improviso injecerunt. Tum optionem ei dant, aut mille et quingentis nummis imperialibus redimat libertatem, aut paratus sit indigna quaeque ac dira perpeti. Negantem vel obolum sibi esse nemendum tantam pecuniam summam, primo caudent acerrime, dein vinculis oneratum in nescio quod suum diversorum perducunt. Ibi cum vincitus attineretur, sibique jam eruendos oculos, jam nasum auresque amputandas, nisi indictum pretium repraesentasset, audiret, scripsit ad moderatores suos et quo ipse esset loco, quid de se latrones improbi cogitarent exposuit, si forte miseratione sortis suae pecuniam mitterent imperatam. Illi tametsi sodalis optimi vicem iniquissimam pro eo ut dignum erat miserarentur, tamen de pecunia statuerunt mittendum omnino nihil, idque tum propter communem inopiam, tum etiam ne nostris ultro citroque peregrinantibus intercipiendis assuescerent milites Batavi, infestioresque faceret spes et dulcedo lucri. Cum hoc responso nuncium remiserunt. Quem redisse vacuum ut senserunt inhumani praedones, ira ac furore percitti, sacerdotem innoxium ita contuderunt fustibus, ut tantum non consererent. Ipsum quin etiam nuncium, quod vel inter barbaros detestandum, nihil mitius ceciderunt ac redire ad praepositos Societatis jusserunt, nempe ut ostensis plagarum vibicibus doceret eos, qualia pateretur ipsorum sodalis ac porro esset passurus, quoad pretium impositum persolveretur. Sic illi grassabantur,

^{102.}
Jo. Ludovicus
Nassavius duce
e nostris Hada-
mariam inducit.

^{103.}
Populi docilitas,
et praeclaris,
Societate sensus.

^{104.}
Residentia Ha-
damariensis con-
stituatur. Religio
instauratur.

^{105.}
P. Wilhelmus
Holthausen a
milibus Batav-
is intercepitur.

^{106.}
Eum redinere
Moderatores re-
cusant.

^{107.}
Dire vagatur a
praedonibus.

^{108.}
*Eximuntur ipse
vinculis, praedo-
nes poenam in-
juriae tuunt.*

partim insito erga nos odio, partim habendi cupiditate. At interea loci Princeps Hadamariensis, ea de injuria gravissimis conquestus litteris, tum apud Henricum Fridericum Nassavium Batavorum militiae ducem supremum, tum apud Susatensis praesidiu Praelectum, movit aequitatem eorum ut tantam improbatem coercerent. Hinc rerum magna repente commutatio. Jussi fuerunt iniqui prae-datores recipere se suam in arcem, sacerdote dimisso. Ipsi ut non auderent repugnare mandatis, tamen sacerdotem abducere secum in arcem stauerunt. Et quia Susatum tendentibus iter erat per Attendornium, Septemviri Coloniensis oppidum, ne illuc a quoquam catholicorum agnosceretur Jesuita, sua illum tunica exsutum tectumque sagulo militari, accipiunt medium unaque secum arma ferre cogunt sic ut a milite nihil differret. At contra caeleste consilium nihil humanae artes valent. Et hunc prorsus praestiterat locum Deus, ubi irrogatas famulo suo vindicaret injurias. In ipso urbis aditu inventus casu, qui Holthause-nun de facie nosset. Is quod erat suspicatus, innuit custodibus. Occluduntur portae, milites externi ad oppidi Praelectum trahuntur ab eoque interrogantur. Quid facerent? Tenebantur manifesto in crimen, nec eludendi judicij locus erat. Igitur post brevem quaestionem, vinculis inditus, contruduntur in carcerem, unde mox transmissi Arenspergam, partim in furcam partim in rotam acti latrocinii poenas dederunt: hoc felices quod prius ab haeresi caeterisque vitae flagitiis absoluti, mortem legibus debitam cum spe vitae melioris obierunt.

^{109.}
*Mors et Elogium
P. Joannis Teint-
zero.*

Has inter rerum vices, orbata provincia magno suo damno est Patribus religiosa virtute et exemplo vitae conspicuis, Joanne Teintzero, Theodoro Schnabelio, Rainerio Egnoye fratreque Rogerio Scheffero, quorum nonnulla hoc loco mentio facienda. Teintzerus die Novembri mensis ultima pie decessit Ratisbonae, eo prefectus cum Episcopo Osnabrugensi cui erat a sacris confessionibus. Osnabruci cum esset collegii Rector, propter sociorum paucitatem, multorum partes unus implebat: idem in aede principe concionator, domi Praepositus et oeconomicus, in scholis paellectus simul et magister, in urbe vinctorum, aegrotorum, aerumnosorum omnium curator, consolator et pater. Divinam Matrem colebat observantia singulari, ejusque ope cum alia negotia tum rei domesticae difficultates saepius explicuit. Morem induxit in eo collegio, quem deinde caetera provinciae domicilia usu receperunt, ut in rebus asperis convenirent sodales ad exposcendam opem Deiparae, et litanias quas vocant Lauretanam in communis peragerent: cuius instituti utilitatem miri interdum eventus affirmarunt.

^{110.}
*Et P. Theodori
Schnabeli.*

P. Theodorus Schnabelius natus honesto loco erat Coloniae. Adolescenti mater fuit vidua fraterque unicus, qui fratrem ut vidit Societati adscriptum, secutus exemplum ejus, Societati pariter nomen dedit. Tum mater transcripta Societati utriusque filii haeredate, se itidem totam Deo dicavit in coenobium transgres-sa. Variis apud nos ministeriis Theodorus perfunctus est, egregia semper fama et opinione virtutis. Novissime Monasterii in Eifflia, cum pestilentia grassaretur, ausus quibusdam civium lue contactus ministrare, pio in officio animam posuit VII. Cal. Sextiles. Parem exitum ex eademque causa habuit Monasterii Vest-phalorum P. Rainerius Egnoye, Septembri mense: hoc laudabilior tamen quod ubi contractum sibi malum sensit, precatus Deum ut unum se quasi piacularum pro fratribus suis hostiam acciperet, ratum habente id votum Numine, suo capite reliquam familiam monasteriensem servavit sic, ut post illum nemo so-ciorum fuerit morbo pestilenti implicitus. Egerat in Societate annos prope sexaginta, ad labores apostolicos animo peraeque ac corpore semper invictus. Fra-trem Rogerium Schefferum nunquam innocentiam baptismō acceptam lethali noxa polluisse, qui conscientiam ejus intime perspectam habebant, tradidere. In omni sane vita atque in omni agendi ratione, nunquam visus vel tantulum a recti norma deflectere. Laboris domestici mire patiens imo appetens erat: ad jussa majorum, ad Patrum obsequia promptus semper atque alacer: quas vir-tutes perpetua hilaritate oris ac morum suavitate condiebat. Diem clausit Mo-nasterii in Vestphalia. Cum ultimo decumberet morbo, quem diuturnum licet ac per molestem insigni patientia pertulit, vocatum ad se unum e fratribus

^{111.}
*Et P. Rainerii
Egnoye.*

^{112.}
*Et Fr. Rogerii
Scheffer.*

professione fabrum lignarium montuit, fabricaret sibi sarcophagum perfectumque haberet ad III. Nonas Januarias. Quod qualicumque dixerit spiritu, eo prorsus die ipse expiravit.

Rhenana etiam superior viros desideravit clari nominis et ad memoriam temporum insignes, quo praesertim ex numero Patres Gisbertus Mekingus et Martinus Frenaphelus fuerunt. Prior ille vivere desit Heiligenstadii IV. Idus Novembris, cum nondum esset annum vitae supergressus trigesimum, eoque tristius sui desiderium reliquit, quo majorem de se spem si diutius vita superstes esset fecerat. Eximus Deiparae cliens et cultor fuit. Adolescens cum periculose cumberet, aggravante morbo atque omni prope humana ope desperata, Deiparam sibi praesenti specie objectam vidit, auditique praenunciantem non modo incolumentem ex morbo, verum et ingressum in Societatem. Fuisse etiam sibi divinitus praemonstratum quem habuit in Societate vitae cursum atque exitum, narravit ipse arbitrio conscientiae suae, propinqua morte. Ex quo cognosci potest non vulgari eum fuisse apud Deum gratia, qui jam inde a prima aetate superum alloquo et ejusmodi rerum futurarum perceptionibus dignatur. P. Martinus Frenaphelus defletus maxime est in principatu Badensi, quo in agro excolendo primas fere partes, ut alibi ostendimus, ferebat. Vir proximus juvandis natus, nullum pro salute animalium laborem periculumve refugiebat. Idem tractandis regendisque animis praesertim adolescentium et pauperum, mire experiens et assiduus erat. Conflictabatur a pluribus annis dolore capitis acri fereque quotidiano; nec idcirco ab apostolico opere ullam sibi cessationem unquam induxit. Quin inde creditur mortem contraxisse. Nam cum VII. Cal. Decembris Badae ubi degebatur, magna ut solebat contentione ac vehementia ad populum perorasset, statim a missa concione ad aegrum extra urbem procul advolavit, quem audierat contagiosa lue laborantem; atque eo rite procurato, domum rediit eadem afflatus peste qua intra sex dies interit.

His nostrorum funeribus liceat addere longe diversum quorundam exitum, qui malo suo didicerunt testatumque reliquerunt, quos Deus ad perfectioris vitae genus vocaverit non esse malis artibus impediendos, ne vocati respondeant ad nomen. Adolescens e Moguntiana dioecesi, humili quidem ille ortus loco sed egregia et indole et morum integritate, pelli se divino instinctu sentiens ad ineundam Societatem, Moguntia ubi operam dabant philosophiae ad Trevirensse tirocinium se contulerat, idque inscis parentibus, quippe tam pio consilio haud dubie adversaturis. Resciverunt illi post dies amplius viginti, et immane quantum exarserint. Continuo Moguntiam pater fraterque natu major advolant, et convento nostro philosophiae professore in cuius disciplina fuerat adolescens, ille filium hic fratrem minaciter repouscut. Quin hic juventa ferox, manuale tormentum ejus, admovit pectori ac forte explodebat, nisi a parente cohiberetur. Professor qui nihil expectaret minus, sibi cum furiosis rem esse, se in arcto positum sentiens, ut quoquomodo placatos dimitteret, brevi affuturum Moguntiae Praepositum Provincialem dicit. Ejus injussu nullum exui tunica Societatis novitum posse. Quiescerent tamen ac bono redirent animo domum. Se acturum de negotio ac facile adductum iri Provincialem, hominem aequissimum lenissimumque, ut ipsumr votis annueret. Hac illi spe utcumque mitigati, suum in pagum se receperunt. At Professor ut depulsum in praesentia periculum gravatularetur sibi, angebarat tamen gravi nec injusto metu, ne si Provincialis quod erat credibile remittere tironem ad suos recusaret, homines feri ludibrium sibi factum crederent atque inde atrocious baccharentur. Reversuros haud dubie ad se, fidemque promissorum cum insano tumultu ac forte cum armis exacturos praesentiebat. Sed hanc illi curam exemit terrifico severatis exemplo Deus. Non dum Moguntiam Provincialis advenierat, cum illorum domum pestilens morbi genus invasit totamque funeribus desolavit. Pater, mater, filii duo sororque eorum, capita omnino quinque paucis diebus interierunt. Postremus occidit juvenis natu grandior, qui nostro professori ut diximus tormento intentaverat necem:

Tom. II.

48

113.
RES RHENANAS
SUPERIORIS.
Obitus et elo-
gium P. Gisberti
Mekingi.

114.
Et P. Martini
Frenapheli.

115.
*Exemplum me-
morabile de non
impediendis ado-
lescentibus ad
religionem vo-
catis.*

sive ut in ipsa suorum clade graviorem lucret poenam is qui gravius deliquerat, sive ut iram laesi Numinis post tam multa argumenta evidentius agnosceret. Sed his omissis, quae superioris Germaniae sunt videamus.

^{116.}
RES GERMANIAE
SUPERIORIS.
*Litterae Caesaris
ad Provincialem
de collegiis ex-
truendis.*

Inito ut supra tradidimus consilio de recuperandis Ecclesiae bonis, id agebat Ferdinandus Caesar, ut cum alibi in variis Germaniae circulis, tum etiam in Germania superiori domicilia quam posset plurima Societatis condiceret. Quare litteras ad Praepositum Provincialem Walterum Mundbrotum dedit in haec verba. « Cum inter prima animi nostri vota sit, ut quemadmodum in illustribus superioris inferiorisque Saxonie Westphaliaeque circulis factum est, ita in superioris quoque Germaniae provinciis quae officii tui finibus continentur, Patrum Societatis coloniae deducantur, eorumque religioso instituto consentanea nea collegia, templa et scholae, quam fieri poterit celerrime erigantur; non potuimus non clementissime admonere hortarique te, ut rebus omnibus quam accuratissime circumspectis, opportuna nobis loca rationesque suggeras, ubi nam consultum aut necessarium existimes, ad propagationem incolumentatem que catholicae fidei Patrum collegia institui: qui deinde sumptus ad eorum sustentationem requirantur: quae demum ex bonis ecclesiasticis, quae Aca- tholici hucusque spoliu suum fecerunt, in hos usus converti applicarique possint. » Hactenus litterae Augusti, quae cur factis aequari non potuerint dictum est. Porro ex omnibus quae per eam occasionem fuerunt Societati destinata, nihil re ipsa datum nisi templum S. Annæ et quedam templo subiectae aedes Augustae Vindelicorum, idque ipsum nostri ut recipient cogendi fuerunt. Templum istud ab annis amplius octoginta, contra ius fasque possidebant haeretici. In aedibus litterarios ludos et amplum suae juventutis seminarium collocaverant. Utrumque ereptum iis est oblatumque Societati. Recusabant utrumque nostri ea causa, quod olim ibi coenobium familiae Carmelitarum fuisse, et nunc habitationem aedemque suam Carmelite reposcent. Nam cur occuparent ipsi fundum alieni juris, invitatis ac repugnantibus iis ad quos pertineret? Abhorrens id esse a moribus, alienum etiam rationibus Societatis, quae praesertim aliud haberet Augustae collegium, et magnam subitura esset invidiam nisi eo contenta videretur. Haec saepius Caesari, haec Episcopo Augustano Henrico Knoringo, qui negotium perurgebat, Provincialis Mundbrotus tum sua sponte tum jussu Mutii demonstravit: sed frustra. Perstantibus iis in sententia, impetratum ab Urbano VIII. Pontifice, ut Carmelitae in alia urbis parte collocarentur, in eorum vero coenobium immissa Societas est. Adeo fixum tum Caesari tum Episcopo Knoringo fuit, ibidem imbuendam sana doctrina juventutem, ubi tot annorum decursu errorem pestilentem hauserat. Ita stetit alterum Augustae collegium Societatis, quod tamen ut alia plura, bellum Svecicum et secuta ex eo pax Westphalica, post breve tempus dejecti.

^{117.}
*Novum colle-
gium constitu-
tiv Augusto,
nostris repu-
gnanibus.*

Ea pace nullum religioni exitialius bellum fuit, qua permittebatur haereticis suos ut haberent ubique pastores ac ministros. Quippe usu compertum erat, populorum plerisque pertinaciam non sponte innasci, sed istorum buccinatorum vocibus inseri, qui si tollerentur, vulgus hominum sequacis plerumque ingenii, facile ad auctoritatem Ecclesiae reducendum videretur. Nec equidem scio an ullus sit in Germania locus, ubi jussis pseudopastoribus aut exsulare aut silere, religio serius ocios non refloruerit. Exemplo sit Novoforum in superiore Palatinatu, quod nostri oppidum cum invenissent ex toto lutheranum, hoc anno omnino catholicum reliquerunt ac novo parocco deinceps excolendum, ipsi alio pergentes, tradiderunt. Namque ut alibi notatum est, procurationem curiarum in eo tractu suscepserunt nostri ad tempus, quoad scilicet revulsa penitus superstitione, iterum pure casteque coli divina religio coepisset: quod ubi evenierat, locum pariter ministeriumque deserebant. Aliis praeterea in locis haud male cum haereticis gesta res. Ac ne singula diligentius persecutar, summa omnium quos intra fines eius provinciae Societas Ecclesiae conciliavit, fuere fere sexcenti. Nec minus interea utiliter Catholicis navata opera, cum per usitatas excursiones caeteraque ordinis officia, tum praesertim per sacras B. P. Ignatii

^{118.}
*Clades haeresi-
latus in superio-
re Palatinatu.*

Fructus exercitiorum spiritualium, praesertim apud monachos.

commentationes, quibus exerciti multi sunt non e populo tantum sed e nobilitate, e clero, atque adeo e religiosis ordinum diversorum familiis, nullo quemquam pudore retardante ne ultro offerret se nostris, hoc tam salubri, tam proprio Societatis ministerio excolendum. Monachii, Ingolstadii, Dilingae dati coenobitis poscentibus Patres in primis experientes, qui in eorum coenobiis immorari ad plures dies, vetus pietatis studium mirifice provexerunt, aut sicubi elangescere visum denouo excitarunt. Dati itidem e collegio Bruntrutano coenobiarachae Lucellensi in Alsatia, qui fructum operae ingentem ac spe prope maiorem videns, animum appulit ad reparandam in ea familia primaevam Cisterciensis ordinis disciplinam, quod etiam ductu consiliisque nostrorum egregie est consecutus. Haec nostri tanto obibant libertius, quanto inde major promanabat utilitas et ad plures pertinebat. Nam praeter quam quod exempla monachorum ingens in utramque partem momentum obtinuit apud populum, pleraque Germaniae monasteria subditos habent magnos rusticorum greges, hisque non civili tantum imperio sed etiam jure sacrorum praesunt; ut facile redundet in eos quidquid inter monachos augendae causa pietatis incipitur. Rusticis tamen, quod eorum incidit mentio, non haec tantum a nostris impensa cura, sed magis e proximo consultum est Dilingae, instituto pro iis in collegio Societatis sodalitio sub invocatione S. Isidori quondam agricolae, quo nihil ad fovendam in ejusmodi hominum generi pietatem utilius. Sodalibus scriptae leges, cum moribus eorum tum captui accommodatae, quas Augustanus Episcopus confirmavit. Sodalites post haec Isidorianae per eam dioecesim plures exortae sunt, et pluribus a Romano Pontifice indulgentiarum beneficiis ditatae: cumque bonus earum odor latius in dies spargeretur, idem institutum alii quoque per Germaniam Antistites in suas dioeceses invexerunt, magno rusticanae plebis emolumento.

Eodem anno adulta jam aestate Tridentum lues invasit, atque eo quidem nocentior, quo minus initio cognita vel male dissimulata, nec caveri ante coepit quam partem multo maximam populi affecisset. Tunc enim urbem aut mortuis aut morientibus plenam, procurare audebat nemo. Ministri sacrorum seu metu absteriti, seu quod plerosque morbus afflixerat, latebant omnes. Aegrotorum multi nullo salutis aeternae praesidio decebant. Quo grator civitati accidit nostrorum alacritas, qui se ultro in tanti discriminis aleam conjecterunt. Sacerdotes in domicilio Tridentino erant haud amplius sex, ex quibus duo scholis habendis addicti. Hi cum fuissent, quippe scholis occlusis, alio missi, quatuor reliqui considerere in templo, omnibusque promiscue sacrorum causa advenientibus copiam sui facere instituerunt. Brevi lues absumpsi duos, Paulum Lucam et ipsum stationis praefectum, Ludovicum Seracimum. Non ideo duo reliqui, Josephus Feurainius et Stephanus Treguenus, ab incepto destiterunt. Quin Treguenus in publicum limodochium transgressus, totum juvandis aegrotis se addixit, haud dubie periturus nisi fuisset ope plusquam humana servatus. Jam enim hauserat pestem, decumbebatque in nulla prosperae curationis spe. At Tridentini, perinde quasi ab unius capite spem publicae incolumitatis haberent suspensam, tot pro illius salute preces fecerunt ac vota, ut demum exoraverint Numen, et optatissimum virum ex ipso mortis limine revocatum laeti conspexerint. Magna post haec animorum inclinatio erga nos facta Tridenti, et qui hactenus fuerant Societati iniquiores, mutarunt mentem in tantum, ut multi si quem viderent nostrorum etiam e fratribus ordine incidentem per urbem, eum non alter quam flexis humi genibus salutarent. Parem erga nos voluntatem videre licuit in obitu Jobi de Jobes viri clarissimi, qui primus auctor fuerat vocandae Tridentum Societatis. Huic apparatissimo funere parentatum est, quemque adversarii nostri multis gravibus injuriis exercuerant viventem, eidem mortuo aequi pariter iniquique honorem ingentem detulerunt, et pari omnibus assensu laudationem ejus funebrem audierunt, in qua orator (erat is familiae Dominicanae Praeses), caeteras viri laudes copiose ornataque exsecutus, multus praesertim fuit in commendanda constantia, qua demum perfecerat ut existaret in communi patria domicilium Societatis Jesu.

120.
Dilingae rusticorum sodalites instituuntur.

121.
Nostrorum labores et piae morties Tridenti lue grasseant.

122.
P. Stephani Treguen incolumitas. Tridentinorum erga nos inclinatio.

123.
Honor habitus Jobo de Jobes mortuo.

^{124.}
*S. Ignatii insi-
que miraculum
Trident.*

Inde etiam aucta magnopere Tridentinorum pietas erga beatum Societatis conditorem Ignatium, et is vicissim gratam sibi esse pietatem eorum non uno beneficio declaravit. Praecipuam celebritatem habuit quod subiicio. Familiam trium dumtaxat capitum pestis invaserat, et matre filioque intra eamdem diem extinctis, unum reliquerat viduum atque orbum senem, hunc etiam brevi ut videbatur sublatura, quippe aegrotantem graviter et ad haec moerore confectum ac luctu. Ipse domi solus, dolore pariter ac morbo debilitatus, collecto quod supererat virium, componit in conclavi domestico cadavera, non ante diem posterum effterenda. Et quia uxori praecipuo in honore fuisse Ignatium sciebat, ei Ignatii effigiem e regione collocat in pariete. Huic apponit lampadem, et infuso lampadi quod olei inventum in gutto, stillis admodum paucis et vix ad horam suffecturis, admovet flamnam. Tum se cubitus recipit, soporem si posset aut certe aliquid requies capturus. Pernox illi somnus fuit. Ecce autem mane summo evigilans, et vicino cubiculo totos lucere parietes conclavis in quo cadavera jacebant videt, quasi repercussu flammæ ingentis. Trepidus metuens que ne quod forte incendium exarsisset, accurrit. Nihil uspiam erat incendi: at ex ore imaginis B. Ignatii micabat vis lucis eximiae, totumque usquequaque conclave mirifice collustrabat. Prodigio attutus, advocat e fenestra spectatores ac testes. Accurrerunt multi ac pariter obstupuerunt. Ac ne vanum id esse oculorum ludibrium putaret quisquam, mansit idem fulgor ad quartam usque horam ante meridiem, cum elata solemni ritu fuerunt cadavera ad sepulturam. Jam quid eo ostendo de mortuis indicatum vellet Ignatius, pia magis quam certa conjectura confici potuit. Sibi quidem corporis salutem portendi creditit pius senex, nec vanus interpres fuit. Depulsa enim intra breve tempus quae venis insederat pestilentia, nulla prorsus humana ope est personatus. Similia de Ignatio plura memoriae sunt prodita, quibus Tridentinorum vehementer inflammata sunt erga ipsum studia. Sed ea ego ne longior sim missa facio.

^{125.}
*Obitus et elo-
gium P. Ruperti
Reindel.*

Utque reliquias superioris Germaniae res expediam, e sociis admodum duobus et viginti quos anno praesenti provincia desideravit, duos tresve potissimum commemorandos suscipio, quorum et praecipua virtus fuit et memoria legentibus gratior ut puto erit. Caeteris anteponunt hujus temporis litterae P. Rupertum Reindel, patria Passavensem. Is magnis gerendis rebus aptus in paucis erat. Quare tironum institutorem egit primum, quodque paucorum est, adhuc florenti aetate generali Societatis conventui, qui sexto Romae celebratus est, provinciae nomine interfuit. At ne amplioribus ministeriis admoveretur, obstitut valutudo oculorum, quae progressu temporis ingravescens minimum aberat a cæcitate. Inde ad caetera minus habilis, regendis nostrorum conscientiis in collegio Ingolstadiensi fuit adhibitus, gravissimumque munus annos continenter sexdecim, quoad vita suppeditavit, gessit tanta laude prudentiae, ut hac una re praclare meritus, cum de illo maximo provinciae seminario tum de provincia universa videatur. Haud facile dictu sit, quanta cura industriaque alumnos suos ad perfectioris vitae studia incitaret, perque omnes virtutum gradus quodammodo manu duceret. Nihil tamen docebat verbo quod non exemplo affirmaret. Qui in vitam ejus moresque proprius curiosiusque intendebant oculos, negabant aliud esse incitamenti genus quo magis ad pietatem impellerentur. De se adeo demisse judicabat, ut veteranus cum esset exactae virtutis, cunctas nihilominus animi latebras aperiret arbitrio conscientiae suae, ab ejusque nutra prope ut tironum novissimus penderet. Saepe etiam si quid dubitationis occurreret, juniorum consilium exquirerat sequebaturque, eorum etiam quorum ipse magister in tirocinio fuerat. Sibi semper constans et omni major fortuna, nec secundis rebus efficerabat unquam nec deprimebatur adversis. Nemo eum incommoda valetudinis praesertim oculorum, paulo aegrius ferentem vidit. Quidquid accidisset, id sibi optimum ducebat ac maxime consentaneum, quippe certus Deo se curae esse, nihilque omnium fieri nisi ipsius permisso aut voluntate. Morte proximus, circumfusis lectulo sociis rogantibusque ecquid eis maxime commendatum vellet?

Non aliud, inquit, nisi ut beatissimam Dei Matrem summo colatis studio, itemque ut Societatem impense diligatis. Nec multo post, tota complorante familia, spiritum Deo reddidit XVI. Cal. Augusti.

Reindelium praecesserat Nonis Martii ex eodem collegio Ingolstadiensi frater Daniel Volgmair, vir hic etiam in suo domestici adjutoris gradu valde laudatus, nobisque cum laude nominandus. Ortus licet parentibus secta lutheranis et erroribus ejus sectae innutritus, statim atque actas adulteri potenter sui fecit, non modo fidem catholicae religionis suscepit, sed praeterea ut quam longissime ab haeresi removet se, in eum transire ordinem statuit, cui perpetuum cum haereticis et inexpiable esse bellum videbat. Apud nos ita vixit, ut obedientia, mansuetudine, modestia inter paucos excelleret. Legendi precandique assiduitate, rerum divinarum tantam sibi peritiam comparaverat, ut iis de rebus non minus apte copiose dissereret quam quisquam theologorum. Itaque in collegium itabant externorum permulti hac una causa, ut janitorem (is erat Daniel) audirent de divinis rebus loquentem; et fatebantur ejus sermonibus tangi penetrarique se in tantum, ut non nisi meliores discederent. Mortuum honoratissimi quique civium luxerunt, sed pauperes praesertim, quorum inopiae quibuscumque possent facultatibus amantissime subveniebat. Gratait idem sui memoriam collegio Monachiensi reliquit P. Joannes Saller egregiae famae concionator, quo in munere annos omnino tringita, haud minori suo labore quam proximorum fructu posuerat. Huic adhuc juveni apparuisse ferunt unum e sociis mortuum, ac disertis verbis denunciasse, nisi constanter usque ad obitum perseverasset in Societate, aeternas inferorum poenas haud dubie incursum. Nec absimile vero visum id propius tractantibus hominem. Adeo se in omni vita modestum, demissum metuentemque legum domesticarum praestit. Orator cum esset magni ut dixi nominis, et plures continenter annos Augustae Vindelicorum in aede urbis primaria orationes habuisset omnium iudicio laudatas, se nihilominus inter mortalium postremos insimilisque numerabat. Nunquam in suggestum ascendebat nisi jejonus, idque reverentia divini verbi: quae vero esset pro concione dicturus flexis humi genibus describat, maxime cavens ne quid excideret scribenti, quod inaniter delectando vim caelestium eloquiorum obtunderet. Inde motus animorum eo perorante magni. Et plerumque ipse missa concione, cogebatur e suggestu ire recta ad sacerdotale tribunal, auditurus pro confessione eos qui expiari statim, subigente criminum poenitentia, flagitabant. Hos inter labores repentina vi morbi oppressus, communis fato concessit IX. Cal. Aprilis. Natus erat Tuzingii quod Augustanae dioecesis est oppidum, ante annos septem et sexaginta. Praeter hos laudantur in publicis litteris alii plures. Sed longum de singulis dicere, ac propter rerum similitudinem molestum esset.

Jam stilum ad se vocat Polonia, ubi quae hoc anno acciderunt multa licet ac varia, quam brevissime exsequemur. Quasdam Polonici regni partes pestilentia contactas ostendimus anno superiore. Invaluit hoc medio tempore tetra vis morbi ac late pervagata, Posnaniam florentissimam urbem corripuit. Erat tum collegium Posnaniense totius provinciae maximum. In eo juventus lecta velut in plantario pietate ac litteris culta, in spem futuri temporis succrescebat. Jam vero subit hic lues, et capita omnino tredecim quadrimestri minus spatio stravit; quodque magis doleas, partem maximam juvenes eximiae indolis et magnae spei. Luctum cumulavit funus P. Jacobi Pantouski, qui jam tertio Rector eius collegii, cum semper antea providi et experientis moderatoris tulerat laudem, tum eo praesertim tam saevo tempore familiam laborantem opera consilioque sustentabat. Caeterum in hac tanta clade collegii Posnaniensis duas tantum victimas charitatis invenio, Joannem Pzedboriensem et Thomam Rosovskium, illum e fratribus hunc e scholasticorum ordine, quis forte parcerbat lues, nisi adjuvandis procurandisque sodalibus quos morbus affixerat, ultro se devovissent. Alii nullam hujus ministerii partem attigerant. At Gedani, Lublini, Leopoli, plures in aleam tanti discriminis se dederunt, et quidam optatam abstulerunt palmam, pio ministerio feliciter immortui. Ex hoc numero fuit P. Joannes

126.
Obitus ei elo-
gium F. Danie-
lis Volgmair.

127.
Et P. Joannis
Saller.

128.
RES POLONIAE.
Clades collegii
Posnaniensis a
pestilenta.

129.
Plures charita-
tis victimae va-
riis in locis.

Rilenus annorum trium et quadraginta vir, Leopoli extinctus. Decem annis minor erat qui Gedani obiit P. Nicolaus Piwniki, sed in minori aetate alacritas fortasse major. Hunc sane Gedanenses viderunt perdiu per infectas domos nullo sui respectu discurrentem, interque morientium corpora ulcerosa, olida, sanguine tabo fluentia versantem, huc omni intenta cura, ne quis nisi rite expiatus decederet, donec mali contagione mortem prope voluntariam occubuit. Similem navavit operam Lublinensibus P. Joannes Halecius patria Calissiensis, nisi quod is non animorum tantum, sed etiam corporum praesidia large ministriavat aegrotis, et in magna annonae gravitate (quod malum sequi pestilentia solet), cum ultima prope fame civitas urgeretur, pauperibus pene quadringentis alimenta praebuit. Tam effusae benignitatis specimen non unum dederat antea, cum in publicis urbjs ejusdem calamitatibus, quae crebrae acciderunt gravesque, tum praesertim ante annos duodecim in expeditione Moscovitica, cui sic Halecius interfuit ut in eo milites communem velut parentem agnoscerent. Adeo nulla cuiquam re quae ad utramque vitam pertineret, defuit. Halecio pii laboris comitem se adjunxerat F. Thomas Bucovius, domesticae adjutor rei, quamque poterat aegrotis opem, pro modo suae professionis ferebat. Ambo brevi intervallo ceciderunt Decembri mensē. Et quia caelo maturi piae caeteris inveniebantur, uni expertes fuere insignis benefici, quo B. Stanislaus Kostka reliquos collegii Lublinensis socios partemque maximam civitatis servavit incolumem. Sed de hac re utpote in primis celebri ac memoranda, juvat paulo latius exponere.

^{130.}
*Singulare elo-
gium P. Joannis
Haleci.*

Exeunte Augusto anni proxime superioris, in Lublini suburbis pestilentia grassari cooperat, summa civitatis consternatione. Diffugientibus metu quam plurimis, aliquis aliud sibi praesidium contra vim mali quaerentibus, Patres ex nostris duo dum e loco superiore verba faciunt ad populum, instinctu nescio quo divino afflatusque, publicum votum nuncuparunt Stanislao, si ex imminentia periculo civitas servaretur. Ita locutos risere aliqui ex iis qui supra communem modum prudentes volunt videri. Alii simplicitatem carpere, alii temeritatem coarguere. Ipsi nihilominus adversus ejusmodi sermones immoti, in honorem B. Juvenis piam supplicationem instituant. Imago Divi erat affabre picta, Roma nuper advacta. Hanc imponunt ferculo persuadentque Marianis sodalibus (erant hi magna pars civium honestiorum), eam ut circumferentes per urbem, composito agmine supplicatum eant ad S. Michaëlis. Quod factum est magno concursu populi, et magistratus interfuerunt. Reducta ad aedem collegii pompa, in ara ad id excitata collocatur sacra effigies; ante eam ut divina quotidie fratres et certae sub vesperam peragantur preces, consensu statuitur. Mirum dictu! Momento eodem quo haec agebantur, pestilentia coepit remittere ac paucis diebus extincta penitus est. Revixit illa quidem extremo autumno: seu refrixerat erga Stanislauum pietas, seu qua alia causa. At Stanislauum invocantes aut illae-
sos praeteriit, aut vivos reliquit. Illud sane usu compertum est, nullam earum familiarium in quibus mos inoleverat, ut certo quotidie genere precacionis B. Juveni supplicantur, suorum quemquam desiderasse. Itaque cum proxima urbi loca funeribus desolarentur, Lublini inque suburbis ejus quae caeteroquin frequentissime habitantur, vix trecenti perierunt. Sensit Senatus cui publica debeneret salus, utque accepti beneficii monumentum extaret, lychnum ex argento fieri appendique ad aram Stanislai jussit, sumptu publico perpetuo arsurum. Praeterea quo testator esset miraculi fides, quaestionem ea super re per delegatos ab Ecclesia judices habendam curavit; in qua cum omnium testimonio constaret, Stanislai beneficio singulari pestilentiam fuisse coercitam atque dispulsa, id in publicas tabulas relatum est. Postremo in clientelam Stanislai civitas solemnni ritu se tradidit, ac post haec certari visum inter Lublinenses ac novum patronum, inde observantia hinc beneficiis. Unum de pluribus referam ad memoriam hujus anni pertinens. Septennem filium jusserset mater haurire aquam e propinquuo puto. Puer dum imperata facit incautus et nimium incumbit dorsum, praeceps in caput ruit. Cunctantem admirata mater, cum aliquandiu vestigasset in vicinia, venit ad puteum ibique extantem in aqua et mortuum

^{131.}
*Lublini pestis
comprimitur ope
S. Stanislai Ko-
stika.*

^{132.}
*Civitas benefi-
cium agnoscit.*

^{133.}
*Puer mortuus
ad vitam revo-
catur Stanislai
ope.*

132. Civitas beneficium agnoscit.

133. Puer mortuus ad vitam revocatur Stanislai ope.

videt. Exclamat infelix tam gravi icta casu, ac flebili ejulatu implet omnia. Accurrit ex omni parte, multisque certatim opem conferentibus, extrahitur corpus rigidum et livore nigro suffusum, dentibus ita compressis et adstrictis, ut nulla vi nullis ferramentis diduci possent. Nihil artis aut industriae omissum ad exhaustiendam, qua totus instar utris inflati distendebatur, aquam. Sublimibus vestigiis attollitur, pannis calidis foetetur, ut si quis superesset halitus vitalis exsuscitaretur. Omibus denique remediis etiam durioribus, at frustra, pugnatur. Actum erat ac puerum vere omnium qui aderant judicio mortuum, mater luctu perdita plangebat: cum pius adolescens qui litteris dabat operam sub disciplina nostrorum, accurrat cum aliis ad triste spectaculum. Is matrem dolore confectam intuens: Quin tuum hunc Stanislaum (id mortuo nomen) B. Stanislaao Kostkae commendas, inquit, quem potentissimum patronum, pro ea qua valet apud Deum gratia, tam multi quotidie experiuntur? Adolescentis simplicitatem nonnulli riserunt, qui crederet mortuum posse tam levi momento reviviscere. At mater monentis vocem tanquam de caelo missam excipiens, et certam in fiduciam recuperandi filii erecta, orare cum lacrimis, quas spes et uberiores et dulciores reddebat: *Ades o Beate Kostka et miserae matri succurre.* Vix ea ediderat, et oculos puer aperire moverique leviter coepit. Mox vocem querulam mittere. Postremo assurgens et matris prae gudio collacrimantis genua suavissime amplexans, stetit incolumis, ne gutta quidem aquae e turgidis membris emissaa. Postridie veniens in templum Societatis cum ipsa matre, debitas liberatori suo grates ante ipsius imaginem rite solvit. Tam insignis miraculi fama quae momento percrebuit, movit cives ut ea de re cognosci in judicio vellent. Est Lublini tribunal celebre, conflatum e cleri et populi optimatibus eruditione ac dignitate praestantibus, qui ex omnibus Poloniae provinciis lecti viritim, ut plura quisque tulit suffragia, eo mittuntur ad ferendam de gravioribus totius regni negotiis sententiam. Visa res digna tanto consessu. Hue ergo processerunt octo testes oculati, et singuli seorsum ab aliis jussi interposito jurejurando respondere ad capita tredecim, quae necessaria videbantur ad aliquandam penitus veritatem. Excipiebant responsa medici tres peritissimi, quorum unus catholicus alii duo lutherani. Hi porro auditis collatisque omnium testimoniis, consensu affirmarunt, puerum fuisse re vera mortuum, proindeque ad vitam revocatum. Unum inter ipsos discrimen fuit, quod catholicus miraculum meritis B. Stanislai ut par erat attribuit; alii vero duo, errant sectae opinionem secuti quae caelites invocandos negat, vitam mortuo redditam pueru divinae potentiae adscriperunt, nulla Stanislai facta mentione. At Judices auditis pensatisque eorum sententiis, et constare de miraculo et B. Stanislaao Poloniae patrono haud dubie tribuendum pronunciaverunt, edito ea de re decreto quod publicis tabulis testato consignatum est.

Sed ad acta nostrorum ut redeamus, usitata ordinis ministeria usum fructumque usitato majorem hoc anno habuerunt. Cracoviae per occasionem Jubilaei, numerati ad centum millia qui intra dies quindecim sacra in nostro templo percepérunt. Ex domo Professa ejusdem urbis postulati sumptique Patres, qui coenobia non modo virginum sacratarum verum etiam monachorum excolerent, et ad veterem disciplinae formam instituerent. Et magnum prae caeteris operae pretium fecerunt duo in monasterio Wachorensi, ubi bimensi spatio sunt commorati, monachis ministrantes sacra, eosque quotidiana sacrarum litterarum explicatione erudientes. Leopoli quod jamdiu moliebantur nostri, ut in obsequium B. Virginis sodalitatem instituerent, nec haec tenus perficere certis de causis potuerant, hoc anno perfectum est tanta civium voluntate, ut novae sodalitati priores quoque urbis dederint nomina. Est ea civitas caput Russiae quam nigrum vocant. Praeter Ruthenos, Armeni frequentes habitant cum suo Episcopo, qui tunc Eutichetus errori ac schismati, avito malo, adhaerebat. Huc delatus Cracovia P. Matthaeus Bembus vir multae religionis et bene doctus, cum Armenorum errores intime perspexisset, eos confutandos suscepit, fecitque qua privatis publicisque congressibus, qua edito in lucem libello, adeo simul nervose, plane atque

134.
Miraculum rit
probatur in ju-
dicio.

135.
Sociorum fru-
ctuosis labor
Cracoviae.

136.
Leopoli Arme-
norum Episco-
pus fit catholi-
cus.

^{137.}
Res gestae Ostro-
gii, et ostenta
quedam.

perspicue, ut Episcopus cum suorum permultis deditio[n]em fecerit, et abdicato schismate Romano Pontifici se subjecerit. Ostrogii itidem, praeter haereticos decem, Ruthenorum circiter septuaginta ad unitatem Romanam reduxit Patrum ibi degentium labor, Nisi plus forte his p[re]movendis valuerunt ostenta quaedam, quibus divina virtus testimonium orthodoxae veritati praebeuit. Unum alterumve subi[c]ere abs re non erit. Mulierem origine ac religione Ruthenam, multimodis malus daemon noctu interdiu vexabat. Illa sagarum opem primo, deinde sacerdotum suorum preces et quasdam superstitiones inunctiones experta, cum nulla re juvaretur adit ad extre[m]um e nostris unum, nullam conditionem recusans modo ab ea molestia liberaretur. Is cerea donatam agni caelestis effigie quam collo appensam gestaret, sperare jussit non amplius infernum hostem ei molestum fore. Nec vana fuit fiducia. Mulier nihil post illud tempus passa est malorum quibus antea conflictabatur; atque hinc verae religionis conjecturam faciens, ad catholicos se recepit. Ibidem ob longam anni siccitatem, sterilitas agrorum et frugum inopia timebatur, et varia certatim exquirebant piacula ad impetrandum pluviam. Gymnasi nostri adolescentes ritu supplicantium processerunt ad aedem Patrum Franciscanorum, quae B[ea]tae Virginis sacra, interque eundum pacem superum comprecantes pio cantu, civitatem universam modestia insigni gravitate defixam tenuerunt. Dum revertuntur in aedem Societatis, eodemque incedunt quo venerant ordine, copiosus repente imber effudit sese, tanta omnium admiratione, ut Divini Numinis praesentiam in ea facto senserint ipsi schismatici et miraculum proclamarint. Haec Ostrogii. Nec minus interim in tota late Podolia Volhiniaque, semina pietatis labore nostrorum jacta et exculta, lactam reddebat frugem. Discussa multis in locis, praesertim prope Tartaros, errorum caligine ac veteri detersa barbarie, alii prope videbantur incolae, bene morati jam metuentesque Numinis, qui antea nulla legum vincula patiebantur. Quod vulgo nostris Ostrogii, Bari, Brestae, Cameneci considentibus, atque inde in regionem circumiacentem per intervalla excurrentibus, ferebatur acceptum. Sed haec indicasse sit satis.

^{138.}
Operae pretium
in Podolia Volhi-
niaque factum.

^{139.}
Divinae ictiōnis
exemplum hor-
ribile in deserto-
rem Societatis.

Non tam cursim leviterque peragi vult exemplum triste sed utile, quod desertoribus Societatis expendendum proponimus. P. Melchior Bonikouski, vir ingenio vehemens neque dum matura virtute productus in publicum, dum sacrorum ministrum agit in castris Polonorum, magnam apud Palatinum Sandomiriensem supremum militiae decem, gratiam auctoritatemque collegerat. Favore elatum viri tam potentis, incessit desiderium vitae solitioris et religiosis legibus non adstrictae. Subiit etiam spes, tali admittente patrono, haud difficuler ad magnas opes si sui esset juris peruenturum, et ad summum quoque ordinis sacerdotalis gradum, quod esset ipsi praeclarum, proiectum iri. His incitatus pravarum cupiditatum stimulis missionem petiti, causas aliqui obtendens in speciem justas imo necessarias, ut qui matrem haberet nobili quidem ortam genere, sed ob temporum calamitates magna rei familiaris inopia pressam, viduam praeterea atque orbam, quam ab se tali ipsius tempore destitui nec pium nec fas esset. Aderat tum in Polonia cum titulo ac potestate visitatoris P. Pompilius Lambertenghus, ac facile intellexit vir sagax, praetendi simulacrum pietatem malae occultandae causa mentis. Quare petitionem reiciens, de matre visurum se, dixit, aliunde ut ejus egestati ac solitudini consuleretur. Quod re ipsa praestitit. Tum ille abjecta larva propositum urgere apertius ac contumaciis; donec censente Mutio hominem ita affectum, quem pelli vel renuentem oporteret non retinendum invitum, voti compos est factus. Sacramento Societatis solutus, aegre paroeciam abstulit a Palatino Sandomiriensi. Sed vix possessionem ejus adierat, subiit poenitentiam desertae Societatis. Anxius ob eam rem et oblatrarentem diu noctuque conscientiam non ferens, nullam requies partem capiebat. Et dictibat identidem, sibi ob ejusmodi noxam grande aliquod haud dubie imminentem ab ultore Deo infortunium. Verus nimium vates fuit. Cameneicum venerat ad veterem amicum suum, si forte mutatione caeli, ut saepe fit, aegritudo animi levatur. At frustra. Ut pacaret aestuantem conscientiam, sibique pariter ac Societati

ex parte satisfaceret, scripto exsecutus veras defectionis suae causas, professusque se reum immanis perfidiae et ob id mille cruces commeritum, qui amantissimam sui Societatem non nisi prava ambitione ac vitae liberioris cupidine deseruissest, chirographum tradi jussit Rectori collegii Camenecensis cum gravissima obtestatione, ut per omnia Poloniae domicilia euangelandum curaret. Sed neque id quidquam profuit. Acrioribus in dies morsibus interne agitari perrexit usque adeo, ut noctes traducens insomnes, ad extremum de mentis potestate dejectus diabolum auxilio vocaverit, et ad praecidendum sibi cum tot angoribus vitam invitaverit. Afflui vocanti nequam spiritus ac se quidem praesto esse dixit: verumtamen multo ipsi fore praecarius, si mortem sibimet ipse consiceret, vel ferro vel laqueo vel ruendo in praeceps. Placuit consilium ac post haec certus dare se e fenestra praecipitem, in occasionem imminebat. Prius tamen, ut erat fatuus, rem sibi a diabolo demandatam, in magno arcano communicavit amico atque hospiti quem dixi suo. Qui frustra conatus eum ab ejusmodi insania detergere, cum semel iterumque ad fenestram properantem attinisset, postrem ne tale quid domi contingere suae, tecto inclusum vehiculo, duobus expertae fidei custodibus ad suam paroeciam deducendum tradit. Reudei Parochio (nam praecesserat nuncius) magna presbyterorum obviam itione occursum est, quos ipse comiter exceptos et una secum in domum curiale inductos, vario sermone detinuit ad plures horas, vultu in speciem hilari atque tranquillo, nec certe hominis atrocia meditantis. At cum paulum ab eis petita venia cessisset, in superiorum transgressus partem, quem primo reperit funem lacunari alligatum aptavit in laqueum, et insertis laqueo cervicibus, ex editiore mensa dejicit se. Cunctantem admirati presbyteri, explorant qui' rei sit; et dictu horribile! Parochum e tigno suspensum vident, vultu livido, exserta foedum in modum lingua, ultimos trahentem anhelitus. Ferunt certatim opem, et abrupta celeriter reste, vivum ad se recipient: quos ille, ut colligit sese, velut molesto interpellatores increpuit. Dimisis dehinc omnibus ac reticere de eo quod acciderat jussis multa jam nocte lecto se commisit. Advigilabant duo custodes, iudem nempe qui fuerant viae comites. Hi conspicati dormientem ac somno oppressum rati (namque id simulabat egregie, consili sui certus), ut erant fessi ex itinere, et ipsi se cubitum receperunt. Neque dum hora interfluxerat, cum e vicino conclavi vehementius agitantem sese atque ingemiscentem audiunt. Advolant, et suo coopertum sanguine inveniunt. Quindecim sibi imposuerat vulnera, et tunc maxime ferro oblongo parieti applicato, altius fodicabat. Accitur e proximo sacerdos qui, sacra expiatione communiat morientem. Sacerdos nihil cunctatus occurrit, omnia quaes res ac tempus poscebat, moveat. At nullo effectu. Miser quantumvis de criminum poenitentia admonitus, nullo edito christiane pietatis indicio expiravit. Quem proinde Proepiscopus Camenecensis, non sacro loco, non christiano ritu sepeliri, sed nocte intempesta in agrum deportari ibique inseptulum reliqui jussit: hoc etiam mire conveniente in eum, ut qui episcopatus infulasque per insanam ambitionem voraverat animo, non alia ad extremum, ut Prophetae verbis utar * quam asini sepultura frueretur.

At in Lithuania gratam sui memoriam reliquerunt praestantes aliquot socii, qui per occasionem pestilentiae ausi eo morbo laborantibus sacra ministrare, aut aliam afferre propius opem, animas suas pro salute proximorum exemplo Christi dederunt. Nihil de istis edam distinctius praeter nomina, quod paucas invenio litteras nec satis accurate perscriptas. Tantum constat, cecidisse in hoc ministerio duos Grodnæ, P. Michaëlem Kaled et P. Andream Kosinski: duos item Vilnae, Urbanum Hepner sacerdotem et Stanislaum Gzegorzevicz e fratribus ordine: Crosae unum, P. Andream Komlevicz: postrem Fratrem Georgium Buslaki in nova statione Resseliensi, de qua mox dicam. Praeter hos quorum ab ipso mortis genere satis conspicua virtus, locum in his annalibus meruit P. Nicolaus Labrinowski, vir magna ad omnia indolis, sed morum integritate in primis et studio animalium insignis. Degebatur Vilnae, et quamquam apud ejus urbis Episcopum Benedictum Voyna mire gratiosus, eique a sacris

Tom. II.

49

* Hier. 2.
140.
RES LITHUANIAE.
Socii plures in
agrorum mini-
sterio sublati.

141.
Obitus et elo-
gium P. Nicolai
Labrinowskii.

confessionibus, infimae sortis hominibus praecipuam impendebat curam, eos in trivis, in compitis, in carceribus assidue conquirere, ad detestationem criminum adhortari expiareque solitus. Quare Vilnensium Antistes, percunctanti olim Sigismundo Regi, quoniam conscientiae arbitro uteretur? scite respondit, quo fures latronesque omnes; vereque addere poterat, et quidquid hominum abjectiorum est in republica. Nec enim verecundia impeditetur egregius Christi discipulus, ne satellites quoque despiciatissimos carnificesque ipsos sibi faceret familiares, dum eos Christo lucrifacaret. Facinorosis cum ad supplicium producebantur, aderat consolator poenae hortatorque christiana pietatis in eo maxime rerum articulo exercendae; nec absistebat nisi optime praeparatos vidisset. Si quos invenerat contumaciores, non precibus tantum et lacrimis, sed et incusis sibi ad effusionem usque sanguinis flagris pugnabat. Et emolliebat interdum sanguine, quos alii nulla arte potuerat. Episcopum dioecesim ex officio iustrantem sequi solebat. At ea aliquo in oppido consistente, ipse in agrum circumpositum procurrebat, coactosque pastorum ac ruricolarum mira inscitia laborantium greges erudiebat, et peccata confitentes audiebat. In oppidum revertebatur festis diebus, agrestium prae se agens turbam, quos ad percipienda rite sacra colendamque diei festi religionem exciverat. Sed non vacat singula hujus generis persequi. His rebus intentum omnesque evangelici operarii partes ac numeros diligenter implemen, mors oppressit Vilnae ad VII. Cal. Mai.

¹⁴²
*Initia Collegii
Resseliensis, et
missionis Lin-
densis.*

Jam initia collegii Resseliensis, ut supra promisisimus, exponenda: quo etiam loco ortum missionis Lindensis, quippe rem innexam, referemus. Cum Brunsbergam dioecesis Varmiensis caput Sveci tenerent, exclusa ab eo oppido ut alibi demonstratum est Societate, dolebat Sigismundus Rex locum nobis in ea dioecesi nullum superesse; eoque aegrius ferebat rem, quod nuper filius ejus Joannes Albertus fuerat Varmiensis Episcopus renunciatus, quem in Ecclesia administranda adjuvari fide industriaque nostrorum percepiebat. Haec agitantu injecta mens constituendae Societatis Resselii, quod oppidum praeter caeteras opportunitates, altero tantum lapide distans a celebri B. Virginis sacello Linden- si, facultatem praebaret Patribus ejus quoque loci cultum religionemque restituendi. Cum ergo id sacellum nuper Stephanus Sadorskius instaurasset, ejusque curam Societati demandare cogitaret, visum Regi ut Resselii considerent nostri tanquam in fixa statione, atque hinc perpetua ad Lindam missione instituta, sacelli gererent curam: quod factum est anno praesenti. Manet etiamnum missio ad Lindam. Stationem vero Resseliensem, post annos amplius viginti, Joannis Casimiri Poloniae Regis liberalitas ad collegii statum ac dignitatem provexit. Sed quoniam Mariae Lindensis est facta mentio, non alienum, puto, nec injucundum erit, totam ejus historiam hoc loco contexere. Jam inde ab ultima avorum memoria colebatur in ampla prope Rastemburgum silva Deiparae effigies, rudi illa quidem opere sed religione insigni, tiliæ inserta trunko, quam illi arborem sua lingua lindam appellant. Cum frequentibus miraculis celebraretur, placuit Rastemburgensibus eam deportare suum in oppidum, et in ara majori venerandam proponere. Verum ipsa die postero in suam se arborem retulit. Id cum iterum ac tertio contigisset, non ausi cives contra divinam voluntatem tam evidenter significatam ultra pugnare, pergunt magno agmine in silvam, et arborem simul sacramque effigiem parietibus in sacelli modum compositis cingunt. Inde ad novum sacellum factus ingens e vicinis remotisque agris concursus. In de congesta donaria et anathemata, quotidianorum testes miraculorum. Sed quid pietati tutum, quid usquam satis munitum contra vim et furem haereseos? Successerunt lutherana tempora. Albertus Marchio Brandenburgicus, supremus ordinis Teutonici Magister et primus Prussiae Dux, e Christi schola deservit ad lutheranam. Saevitum continuo, cum in omnia regionis tempa tum in hoc Lindense sacellum. Excisa sacra arbor, dirutum aedificium, sepulta in ruderibus venerabilis imago. Non potuit prohiberi tamen populus, ne locum viseret frequens, et sua Virgini ut prius vota persolveret. Praetor Rastemburgensis tunc haereticus, ut confluentes arceret patibulum in sacelli ruinis erexit, ex coque

^{143.}
*De effigie ac sa-
cello B. Virginis
Lindensis.*

facinorosum infamem suspendit. At loci violatorem sacrilegum non tardo pede debita secuta est poena. Eodem anno, eodem mense, eodem prorsus die, ejus filius qui tunc degebatur in Gallia, e patibulo suspensus est. Mansit tamen deinceps conspurcatus et profanatus per annos admodum nonaginta locus, donec Stephanus quem dixi Sadorskius, Regis Poloniae legatus in Prussiae conventu, purgavit locum et sacellum rursus excitavit, cuius curam Societati quo dictum est modo tradidit. Atque haec de rebus provinciae Lithuaniae.

Flandrobelgica nihil, quod sciam, notabilius habuit obitu P. Arnoldi Cathii, viri eximie litterati neque minus multae probitatis, quem collegium Ruremondanum extulit Idibus Decembbris. Natus erat Leovardiae in Frisia. Haxlemii humanioribus litteris, Lugduni Batavorum medicinae operam dederat junior. Patavium cum venisset, hinc medicis facultatis laurea insignitus cogitabat in Palestinam, studio visendi loca divini olim Reparatoris praesentia, doctrina, miraculis ac morte consecrata. At mutato nescio qua causa consilio Romam concessit, ubi nostram in Societatem adscisci petit impetravitque. Plures in Urbe annos commoratus, cum et graviora studia confecisset et ab Roberto Bellarmine Cardinali sacerdos initiatus fuisse, in Belgium fuit remissus. Undecim post haec annos in excolenda Frisia posuit, Leovardiae, Swollis, Snecae, Lugduni versatus. Toto autem hoc tempore eluxit hominis apostolici mirus ardor, prodesse omnibus quocumque suo periculo gestientis. Semel dum contagiosis navat operam pestem hausit, exstabatque jam foedum ulcus, quod tamen divina protegente ope sanatum est. Ab Frisia majorum imperio revocatus, pacatiorem deinceps egit vitam, nunc sacram interpres litterarum Lovani, nunc controversiarum quae de religione sunt explanator Antuerpiae, postremo collegii Rector Ruremondae. At diversis in officiis eadem semper et constans homini integritas, quam vel inicii Societatis laudabant. Calliditate et astutia nihil pejus oderat. Natura ipsa candidus et ingenuus, quidquid cum quovis ageret, animi sui sensus sinceritate tanta quanta major esse nulla potest, explicabat. Ob hanc maxime dotem cum excellenti doctrina prudentiaque conjunctam, magna vulgo ejus erat auctoritas, ac passim ab summis quibusque viris, ab ipsismet urbium magistratibus, in rebus dubiis consulabatur. Familiaris illi orandi usus, assidua mentis cum Deo conjunctio. In horto domestico Christum sibi cogitatione fingebat diversis locis diversa patientem, eaque inambulan recolebat tanto sensu pietatis, ut erumpentes sponte lacrimas cohibere non posset. Secundum Christum, Beatissimam ejus Matrem colebat diligebatque. Haec illi religionum omnium longe prima ac porro suavissima. In castigando corpore immitis ac prope nimius erat. Quod nisi jejunis vigilisque ejus, et quotidianis cruentisque verberationibus modum lex obedientiae posuisse, videbatur haud diu posse tantam vitae austeritatem durare, exili praesertim corpore et variis morbis debilitato. Obiit annorum quinquaginta quatuor, quorum triginta conficerat in Societate. Ac pie creditum est ad superos evolasse eum accitu germani fratris, viri itidem eximie pii, ante bimensem mortui. Quippe inter ipsos ita convenerat, ut qui prior cessisset e vita, ille superstitem quam primum ad se, Deo annuente, traheret.

E rebus Gallobelgicis illa vel maxime memorabilis, quod abolita demum sunt his primum locis instituta collegia quaedam virginum, quas vulgo Jesuitissas vocabant. Res enimvero digna scitu, sed quam uptote Juvencio decessori meo prorsus intactam, exordiri altius et a suis inititis repeterere necesse est. Jam inde a temporibus Claudii Aquavivae, cum furor haereticorum atrocissime desaviret in Anglia, catholici ex ea gente plures, viri pariter ac mulieres, seu pertaesи molestiarum seu pericula defectionis quibus undique obsidebantur extimescentes, in Belgium demigraverant. Multi ad Fanum Audomari fixerant sedem, ubi cum floreret jam tum et numero et delectu adolescentium celebre illud Anglicanae juventutis seminarium, ex quo tot deinde pugiles defensoresque catholicae religionis prodierunt, exstaretque in omnium oculis ratio disciplinae, qua juvenes in eo plus centum pietate ac litteris imbuebantur opera industriaque nostrorum, ob eam rem creber inter exsules sermo erat de laboribus institutisque

144.
Res FLANDRO-BELGICAE,
Mors et elegium
P. Arnoldi Cathii.

145.
RES GALLO-BELGICAE,
De Jesuitissis,
earumque prima
institutione.

Societatis, cum ibi tum ubique gentium utilibus magnopereque expetendis. Ac subinde aliqui, quo expeditiores fieren ad ferendam popularibus suis opem, tuendamque in Anglia rem catholicam, in ipsam cooptari Societatem poscebant; et quam laudabant vitae formam amplectebantur. Sohe moerebant feminae, praecludi sibi omnem Societatis imitandae viam, eodem alioqui studio eademque charitate proximorum incensis. Quaedam tamen animosiores ut negatam sexui facultatem supplerent industria, inter se deliberare coopererunt de novo quadam vitae genere assumendo, quod ad Societatis instituta quam posset proxime accederet. Dux caeteris Maria Wardia virgo genere nobilis, prudentia atque animi magnitudine plusquam femina. Haec plures anglici sanguinis virgines, in ejusdem societatem consilii tractas unis exceptit aedibus, ea primum imposita lege, ut in communi haberent omnia ac communiter viverent. Mox ut tenerior sui sexus actas, feminine simul operibus ac christianis virtutibus informaretur, ludum puellarum aperuit. Optimo id quidem publico, si res intra modum stetisset. Sed nimis multum extra hos fines decursu temporis excusum est.

^{146.}
*Maria Wardia
scholas puellarum instituit
Audomari.*

^{147.}
*Scholae War-
dianae late pro-
pagantur.*

^{148.}
*Magistrorum in
formam religio-
nis conjungi po-
stulant ad nor-
mam Societatis.*

^{149.}
*Romanum ex Bel-
gio venientem que-
situs apostoli-
cam approbationem,
sed frustra.*

^{150.}
*Earum sodali-
tatem Urbanus
VIII. dissolut.*

Vulgata late fama scholarum Audomarensium, cum Wardiana sodalitas aptae puellarum educationi, non utilis tantum sed propo necessaria praedicaretur, eam viri principes multi in Belgio, Anglia, Gallia Germanaque suas in ditiones acciverunt, domibusque ac vectigalibus attributis, variis in urbibus collocaverunt. Vocata quin etiam est in Italiam; et fuere qui ejus instituti feminas Romanam quoque in ipsam religionis sedem caputque orbis terrarum, invitandas invenandasque ad publicam infirmioris sexus utilitatem censerent, eaque de re agerent cum Pontifice maximo; qui tamen satis modo habuit laudare piam sodalitatem, eamque Episcopo Audomarensi per litteras commendare. Virgines interea elatae rerum successu supra spem prospero, id agere, id eniti, ut per Apostolicae sedis auctoritatem in certam religiosi ordinis familiam redigerentur. De Societate Iesu haberi dicique volebant. Vestem inducebant nostrae quam simillimam. Domesticae vitae ordinem totamque rationem formamque regiminis sumperant et Societate. Ipsa adeo Societatis ministeria quae ad proximos pertinent, quoad liceret feminis, a nobis in se transtulerant. Praeter Pontificem Maximum subesse volebant nemini nisi Generali sueae Praepositae, quo nomine supremam ordinis moderatricem vocabant. Huic summum imperium potestatemque perpetuam tribuebant. Domicilia sive ut ipsae loquebantur collegia, quae ut dictum est plurima in Belgio, Anglia, Gallia, Germania Italiaque habebant, certas in provincias descripserant. His singulae praeceptor Praepositae Provinciales, ab generali antistita designatae. Vota quibus status ordinis religiosi constat, ita concipienda decreverant, ut si quas Praeposita Generalis dimitteret e sodalitio, omni votorum obligatione exsolverentur. Clausuram, ut vocant, et quotidiam in communi psalmiodiam, res plerisque virginum sacratarum coenobii communes, non admittebant, quod se dicentes proximis adjuvandis intentas, nullis ejusmodi vinculis impediri oportere. Jam haec ejusdemque generis alia, de nostrae Societatis instituto deprompta, Apostolicae sedis auctoritate comprobari poscebant. Quo vero impetrarent facilius, Wardia ipsa aliaeque nonnullae, Romanum ab extremo usque Belgio venerunt, ausae ut hoc etiam primos Societatis nostrae Patres imitarentur, tantum terrarum tractum pedibus emetiri. Pontifex erat tum Gregorius XV., a quo rejecta cum fuisset petitio virginum ad consilium Purpuratorum interpretandis tuendisque legibus tridentinis praepositum, Cardinales rebus omnibus accurate circumspectis penitatisque, mores quidem earum piamente voluntatem prolixe laudarunt; at vitae rationem quam sibi proposerant ut probarent adduci non potuerunt. Quare ab urbe irritae abscesserunt.

Gregorio successit Urbanus VIII., atque iterum hoc Pontifice agi coemptum de Jesuitiss in religiosi ordinis formulam recipiendis. At Urbanus recte existimans, ejusmodi mulierum institutum plus decursu temporis habiturum incommodi quam utilitatis, non modo petitionem rejecit, sed etiam per suum in inferiori Germania Nuncium aliasque antistites, conatus est persuadere prius virginibus, ut omisso non suae conditionis negotio, genus eligerent vitae suo

congruentius sexui; cumque illae neutiquam acquiescerent, hoc anno sodalitatem earum apostolico decreto dissolvit. Ita defecit, viginti circiter ab ortu suo interlapsis annis, haec nova Societas Jesu, quae tamen nihil cum nostra Societate commune, praeter nomen, et quamdam institutorum similitudinem habuit. Sane quamdiu stetit, quamquamvis egregia floreret fama, quod tamen summopere quaerebat ut aliquod nobiscum quasi jus germanitatis contraheret, impetrare nunquam potuit. Quin Mutium constat diserte vetuisse nostris, ne se earum virginum rebus immiscerent ullo modo, neu plus operae praestarent ipsis, quam solerent alii mulieribus piis sacra apud nos frequentantibus. Et quia P. Joannes Girardus, cui et Tompsono cognomentum fuit, unus e gravioribus Anglicanae Provinciae Patribus, deceptus specie recti, divino instinctu agi eas, queaque inciperent non humanae prudentiae rationibus aestimanda, sed ad virtutem superni spiritus referenda praedicabat, cerebaturque ipsarum probare palam provehereque incepta, ac fortasse etiam pertinaciam occultis hortamentis sovere; hunc Mutius virum alioqui laudatissimum deque anglica missione egregie meritum, e Belgio transtulit Roman, nempe ut ab illarum congressu quam longissime abasset: neque dubitavit eidem interposito sanctiore per obedientiae religionem praeceptio prohibere, ne quo cum ipsis commercio litterarum uteretur. Adeo magno habuit in negotio, ut nostri in ea re sermonem de se nullum praeberent malevolis, omnesque obtractandi ansas amputarent.

In Anglia moritur hoc anno P. Jacobus Scharpe, alio cognomine Pollardus, patria Eboracensis, vir non pietate minus quam sacra eruditione inclitus, quo de viro haec memoriae sunt prodita. Sacerdos cum esset actate prosector, jamque moralem theologiam et sacras litteras in Duaceno Anglorum collegio explicuisse, Societati se adjunxit in Belgio. Confecto tirocinio redire in Angliam festinavit eo maxime consilio, ut parentibus haereticis quorum incredibili caritate tenebatur, detraheret errorem veritatemque catholici dogmatis persuaderet. Proclivem sibi fore victoriam sperabat de tam caris hostibus: at longe alter affectos reperit. Occuparunt illi cohortari obtestarique filium, ut sanior aliquando factus catholicum repudiaret nomen. Si faceret, lautam matrimonii conditionem, haereditatem opipam, numeratae pecuniae summam ad tria nummum aureorum millia offerebant. Flagitiis atrocitate cohorrercent, accidebant subinde ad genua hinc pater inde mater, et ploratu querulo singultibusque pugnabant. Adhibebant identidem communes amicos et consanguineos. Alias valentissimos quoque et maxime exercitatos in Calvini ludo lanistas cum eo committebant, si forte rationum momentis expugnaretur is quem caetera non tangebant. Post longum denique acerrimumque certamen at irritum, ubi recidere ad nihilum suas artes ac conatus vident, ipsi (quod vix credas, satis certe abominari non possis) ipsi inquam belluis inhumaniores parentes, filium innocentem suique amantissimum, haereticis magistratibus in manus tradunt. Adeo omnem honesti sensum, atque ipsam saepē humanitatem extinguit haeresis! Diu haesit Jacobus in squalenti carcere onustus vinculis, fame maceratus ac siti, quodque gravissimum, omnino desertus a suis, satis sua tamen virtute ac conscientiae optimae testimonio contentus, donec una cum aliis pluribus sacerdotibus in exsilium est actus. Haud multum moratus in Belgio, tenere se non potuit ne clam remigraret in Angliam, ubi totos deinde annos septemdecim inter infinitos labores et quotidiana vitae pericula, juvandis popularibus suis insumpsit, erudiens assidue multis praesertim e nobilium ordine, quorum nonnullos ab errore ad veritatem traduxit. Ut prodesse diutius posset, vernaculo sermone confecit ediditque *Examen privati spiritus Protestantum*: opus haud ita spissum at curatissimum, quo opere fundamentum unicum reformatae religionis quod in sacris paginis haeretici ponunt, non minus valide quam eruditè subruritur. Atque eo vix edito libro, quasi non alia superesset vivendi causa, satis bene de patria deque re catholica meritus, satis magna sibi ac Societati parta gloria, excessit e vita III. Idus Novembres.

^{151.}
Quid de his sen-
serit prescrive-
ritque Mutius.

^{152.}
RES ANGLIAE.
Obitus et elo-
gium P. Jacobi
Scharpe, seu Pol-
lardi.

153.
RES LUSITANIAE:
Obitus et Elogium P. Benedicti Fernandii.

Huic prope geminus fuit in Lusitania P. Benedictus Fernandez, idem operarius diligens et clari nominis scriptor, quem VI. Idus Decembres socii Ulyssiponenses extulerunt. Natus erat in Dioecesi Eborensi ex iisdem parentibus ac Benedictus ille Fernandius, quem in agro Japonico strenue desudantem vidimus prius, deinde illustre testimonium Christo reddentem fidemque sanguine obsignantem videbimus: et quemadmodum fratre non inferior religiosa virtute studioque divini cultus amplificandi, ita ingenio, eruditione, doctrina multo praestantior est habitus. Utramque sane laudem doctrinae ac pietatis, Benedictus hic noster miro nexu conjunxit, nec definire certo possis, plusne laboribus apostolicis an eruditis vigilis illustraverit ordinem. Primam religiosae vitae partem, quod ita praescriperant moderatores, humanioribus severioribusque explicandis facultatibus dedit. Post juvandis per sacra ministeria proximis ita totum adjectis se, ut quod tamen supererat temporis, legendo scribendoque haud minus fructuose contereret. Munus ejus praecipuum concionari e loco superiore, id quod statis diebus magna eloquientia, neque minore audientium motu faciebat. At eodem tempore nosocomia carceresque adibat frequens, in tribunali potentiae assiduus considerabat, nemini expianda causa conscientiae subeundi sui copiam negabat. Praeter haec, ter quaterve intra hebdomadam circumire urbem frequentissimam, rudemque ac male feriatam plebem cogere ad cateschesim solebat. Si deinde Mauri si Judaei ad baptismum praeparandi, eos erudiendos sumebat et christianis praeceptionibus imbuebat. Ut paucis omnia complectar quod aegre multi valentissimi operarii possent, unus praestabat. Et nihilominus hos inter tam multiplices tam varios apostolicae vitae labores, tria illa conscripsit in Genesim satis nota, volumina, quibus nihil in eo genere perfectius ducunt eruditi ac rerum talium intelligentes viri. Aureos item commentarios confecit in Lucam, qui tamen lucem non aspexerunt, sed etiamnum Ulyssipone asservantur inediti. Deiparae cliens cultorumque studiosissimus fuit. Testantur id scripta ejus omnia, quae non solum Divinæ Matri consecrata voluit, sed ipsius etiam laudibus encomiisque ut se dedit occasio implevit. Eadem referebat acceptum, quod ex gravi olim morbo quo fuerat ad extrema deductus revaluisse; et id modo unum videbatur optare, ut mori contingere aliquo ipsis festo die. Cujus voti compos factus, ipsa die immaculato Virginis conceptui sacra, cuius diei praecipua apud eum erat religio, vivere desiit, cum esset annorum septem et sexaginta.

154.
Tetra calamitas insulae S. Michaelis a terrae mortu et vulcano.

Provinciae Lusitanæ contributae sunt insulae oceani atlanticæ, quas vulgo Azores vocant. Ex iis una cui a S. Michaële nomen, utpote bitumine sulphureaque materia ac subterraneis ignibus feta, crebris terræ motibus obnoxia est, et horrendas et tartareis caminis flammæ haud raro evomit. Sed cum majore plerumque insulanorum metu quam damno id evenire soleat, hoc anno seu naturalibus causis seu caelesti vindicta, quiddam exstitit in hoc genere praeter morem atrox, quod regionem omnem immam terrore concussit, et multis ad salutarem criminum poenitentiam aperuit viam. Postridie Cal. Septembries circa dimidium noctis, in summo rerum omnium silentio, caelo prorsus innubi, tota drepente insula cum horrendo mugitu contremuit, continuatoque ad horas ferme quatuor aeris caeco fremitu et intremendum terrarum motu, foeda aedificiorum omnis generis secuta est strages. Eodem tempore ex edito montis vertice quem Furnum vocabant, cum crebris tonitribus, qualia majores edunt bombardæ, sordidum ac tetrum eruptit incendium, tantaque cineris pumicunque et ambustorum igne lapidum depluit vis, ut late campos ac sata obruerit omnia. Circa meridiem, offuso cineris immenso nimbo et obscurato penitus sole, cum densas tenebras insulani pavidi ac tremebundi palparent, ecce tibi rursus liquati bituminis torrens igneus, qui e monte decurrens præcipiti fertur impetu, quaque irruit, revellit exuritque arbores, pagos integros diruit et incendit, totam pervastat regionem, donec ad multa passuum millia progressus, se ejecit in mare. Mortalium, praeter infantes, ad trecenta capita perierunt igneo hoc amne abrupti absumptique. Neque horas paucas ut saepe antea, sed tres totos dies

tenebrae tenuerunt, tanta incolarum consternatione, ut solvendam jam tum mundi compagem erederent multi, fusque passim, dispalati, trepidi, pacem superum cum fletu ac miserandis clamoribus rogarent. Hanc rerum faciem atque hunc habitum animorum, occasionem suam rati qui in urbe insulae primaria domicilium habebant homines nostri, in publicum prodierunt, perque altam cineris congeriem qua opplebantur viae, aegre vestigia molientes, oppidanos exsangues metu, quippe perniciem ultimam reformidantes et magno acrique dolore compunctiones, ad spem veniae excitarunt ac solemni ritu per sacram confessionem expiarunt. Cumque supplicationes post paulo plures ad diversa urbis tempa instituissent dum istae peraguntur, discussis tenebris ac sedato incendio, luctus, moeror atque formido, in gratiarum actiones, hymnos ac laetitiam vertit. Auxit publicam pietatem repertum mox in pago, cuius tecta omnia templumque ignis voraverat, Eucharistici panis vasculum itemque simulacrum pueri Iesu prorsus illaesum: cuius prodigi certa vulgo fides et magna apud omnes admiratio fuit.

In Provinciis Hispaniensibus ac nominatim in Toletana, gravem hoc anno curam Societati inject Philipps Rex, designato in locum Episcopi Malacitanum nostro Ferdinando Salazario, viro illo quidem probo ac tanto honore non indigno, quem tamen utpote quatuor votorum professum, ab omni Ecclesiae dignitate religio voti ac sanctiores Societatis leges arcebant. Eo utebatur amicissimo atque intime familiari Dux Olivarius Regis primarius minister, ferebaturque ipsius unice consilii regi: quod adeo persuasum vulgo erat, ut hinc magna non ipsi tantum Salazario sed toti adeo Societati, ut ferme usuvenit, apud populum conflaretur invidia, cum quidquid minus commode summus ille regni arbitrus incepisset, Jesuitae impulsu factum diceretur. Haec reputantes aliqui nostrorum, ut non probarent quod de Salazario fuerat constitutum a Rege, quippe novi apud nos ac pessimi exempli rem, hunc tamen virum cuius causa publico odio Societas universa obiiceretur, in ordinem episcopalem transscribi, e re communis censebant futurum: minus id quidem certe dolendum, ut erant res, ac nullatenus prohibendum arbitrabantur. At longe alia stetit Mutio sententia. Vir nimis nihil praeferebans juri, suetusque rationes consiliorum suorum unice ad beati legislatoris mentem exigere, non tanti faciebat qualemunque popularem invidiam, ut redimendam putaret dispendio legum earum, quibus Fundator sapientissimus Societatem adversus ambitum communivit. Extinguendam aliquando invidiam, dicebat, placando vulgi animos, materiam inquis sermonibus subtrahendam. Quid vero si extaret exemplum nunquam antea visum, professi unius ad episcopatum proiecti? Hoc semel patefacto ambitioni aditu, quam proclive fore ut honorum appetentior quisque aut disciplinae intolerantior, Principum subnixus gratia ad similem dignitatem adreperet? Hac animi inductione ut primum inauditi de nominatione Salazarii, tradi suo nomine jussit libellum suppli-
cium Regi, cum gravissima obtestatione, ne beneficium conferret uni de Societate quod toti esset ordini nociturnum. Libellum Franciscus Aquadus Provincialis obtulit Regi. Cui quidem Aquado aditum ad Regem ipsem Salazarius, ut erat in aula potens, aperuit. At perstante in sententia Olivario, Regis consiliorum arbitrio, nihil impetratum. Fuere qui Salazarium notarent, quasi in ipsam rem tacite consentientem, quam cum initio disturbare unus posset, non fecerit. Verum is prolixe purgavit se, sancte affirmans superosque pariter atque homines testes faciens, de episcopatu cum oblatu fuit libellus nihil dum certo cognitum sibi, neque a Rege neque ab Olivario, nec omnino quidquam auditum ultra id quod incertis aulicorum sermonibus jactaretur: deprecari autem honorem quem nemo hactenus obtulisset, praeposterum atque immaturum sibi esse visum. Re ipsa regium suae designationis chirographum nondum Salazarius acceperat. Quod ubi allatum est, diserte rescrispit Olivario, se quidem maximas habere grates Regi pro tam munifica erga se voluntate: at Societatis professum prohiberi voto ne oblatam admitteret dignitatem, nec plane admissurum nisi si praecepto Pontificis Maximi adigeretur. Hujus deinde responsi exemplum, velut animi voluntatisque suaee testem, Romam transmisit ad Mutium.

155.
*Eo occasione
utuuntur nostri
ad pietatem exci-
tandam.*

156.
*RES PROVINCIAE
TOLETANAE.
Philipps Rex
Episcopum Ma-
lacitanum desi-
gnat P. Ferdi-
nandum Salaza-
rium.*

157.
*Primi conatus
Mutio ad rem di-
sturbandam.*

158.
*Salazarius con-
tra invidiosas
suspiciones egre-
gie se purgat.*

^{159.}
Mutius Pontifici persuadet ne electionem recipiat.
 Sed jam aliam inierat Mutius negotii conficiendi viam ac sane breviorem.

Nempe Urbano Pontifici persuaserat, ut in nova Episcoporum creatione Salazarii ne reciperet nomen. Quod cum Pontifex promisisset, ei-tamquam de Societate insigniter merito, non solum gratias egit ipse coram, sed ab omnibus etiam Societatis provinciis viginti sex quot intra Europam continentur, publicis litteris agendas curavit: quae res ad confirmandum Pontificis animum mirifice valuit. Earum litterarum una et stili nitore et sententiarum gravitate insignis, exstat inter opera Jacobi Syrmundi, a quo fuit nomine Provinciae Parisiensis elucubrata. Caeterum satis sciens Mutius permultum apud Pontificem Maximum valere preces Regum, hanc praeterea curam desumpsit sibi, ne Philippus Rex negotium urgere pergeret, quem proinde vincendum precibus et a proposito dimovendum censebat. Hoc consilio convenire Matrium jussit Praesides Provinciarum tum Hispaniensem tum Lusitanae, adducereque singulos unum e gravioribus suaे Provinciae Patribus. Tum una omnes Regis pedibus advolutos, rogare atque obtestari eum, ut inductum vellet decretum de Salazarii pontificatu; quod si faceret, hac una re tot tantisque beneficiis quibus semper antea Societatem obligasset, imponeret cumulum. Matrium ut jussi fuerant venerunt Patres. Sed nihil profectum aliud, nisi ut Rex apertius declararet voluntatem suam in priore proposito obfirmatam: quam cum per interpretem, ipsum videlicet sue conscientiae arbitrum, explicuissest Patribus, nec auditos dimisit.

^{160.}
Rex subirascitur Mutio.
 Ac Philippus quidem Rex nondum hactenus ob eam causam succensebat Mutio, sed homini constantiam mirabatur magis quam sequorem in partem acciperet. Quamquam non deerant, ut maligne res quasque interpretari solent aulici, qui firmatatem eam animi in crimen traherent; quasi contra dignitatem majestatemque potentissimi Regis faceret, qui exploratae ipsius voluntati contumacius obsisteret. Postea vero quam Matrii cognitum est, obtenu voti quo Salazarus teneretur, reiici a summo Pontifice nominationem ejus; cum minime esset dubium quin instinctu Mutii factum id videretur, huic instigantibus ministris subirasci visus Princeps. Et nihilominus seu facile placatus seu pro sua aequitate existimans, reprehendi non posse religiosae familiae praesidem, qui sanctiora legum suarum iura defendat, nihil movit gravius, sed rationem potius excogitavit ut putabat commodam, qua sue simul dignitatibus simul Societatis indemnitatibus consuleretur. Ea fuit mutare destinationem Salazarii, ac Malacitanae ecclesiae Charquensem in Peruvia archiepiscopatum substituere. Quo de consilio hoc magis placebat sibi Rex, quod cum in Indiis plures antea fuissent exemplique etiam tum Episcopi ex professis Societas, quando id novum exemplum non esset in Indiis, nihil futurum morae arbitrabatur quominus episcopatum hunc indicum Salazarus adiret. Sic ipse, nihil admodum inter unam alteramque Indiam distinguens et earum episcopatus. Sed quamquam usus tenuit, ut regiones omnes quae trans mare sunt, communis vocabulo Indias vocitemus, magnum est discrimen inter Indianam quam orientalem, quamque occidentalem vulgo dicimus. Illa principibus plerumque barbaris et a christiana religione abhorrentibus paret. Haec solam complectitur Americam, feracem auri argenteique plagam, et Hispano Regi ex maxima parte obnoxiam. Si qui in illa sunt episcopatus, pleni egestatis, laborum et aerumnarum omnes sunt, quos proinde nemo humana cupiditate expetat, nemo nisi ingenti virtute praeditus sit, velit accipere. Hic contra regali opulentia ab religiosissimis Regibus Hispaniarum fundati, plures non opibus non dignitate cuivis europeorum secundi. Quod ergo Japaniae, quod Aethiopiae, quod praeruptis Malabaricae montibus Episcopos dedisset Societas, non poterat in exemplum trahi ut similiter daret Peruviae, Mexico aliquisque id genus regionibus opulentissimis cultissimisque. Discrimen istud animadvertisit Mutio explicante Urbanus Pontifex, quaque religione deterritus anteaua fuerat, ne de episcopatu malacitano secundum regis postulata decerneret, eadem se teneri professus est, ne decerneret de Charquensi, nullisque Philippi neque officiis neque precibus potuit adduci ut sententiam mutaret. Tenuit modesta disceptatio annos amplius quindecim, perseverante hinc Rege Salazarium

^{161.}
Rex subirascitur Mutio.
 Ac Philippus quidem Rex nondum hactenus ob eam causam succensebat Mutio, sed homini constantiam mirabatur magis quam sequorem in partem acciperet. Quamquam non deerant, ut maligne res quasque interpretari solent aulici, qui firmatatem eam animi in crimen traherent; quasi contra dignitatem majestatemque potentissimi Regis faceret, qui exploratae ipsius voluntati contumacius obsisteret. Postea vero quam Matrii cognitum est, obtenu voti quo Salazarus teneretur, reiici a summo Pontifice nominationem ejus; cum minime esset dubium quin instinctu Mutii factum id videretur, huic instigantibus ministris subirasci visus Princeps. Et nihilominus seu facile placatus seu pro sua aequitate existimans, reprehendi non posse religiosae familiae praesidem, qui sanctiora legum suarum iura defendat, nihil movit gravius, sed rationem potius excogitavit ut putabat commodam, qua sue simul dignitatibus simul Societatis indemnitatibus consuleretur. Ea fuit mutare destinationem Salazarii, ac Malacitanae ecclesiae Charquensem in Peruvia archiepiscopatum substituere. Quo de consilio hoc magis placebat sibi Rex, quod cum in Indiis plures antea fuissent exemplique etiam tum Episcopi ex professis Societas, quando id novum exemplum non esset in Indiis, nihil futurum morae arbitrabatur quominus episcopatum hunc indicum Salazarus adiret. Sic ipse, nihil admodum inter unam alteramque Indiam distinguens et earum episcopatus. Sed quamquam usus tenuit, ut regiones omnes quae trans mare sunt, communis vocabulo Indias vocitemus, magnum est discrimen inter Indianam quam orientalem, quamque occidentalem vulgo dicimus. Illa principibus plerumque barbaris et a christiana religione abhorrentibus paret. Haec solam complectitur Americam, feracem auri argenteique plagam, et Hispano Regi ex maxima parte obnoxiam. Si qui in illa sunt episcopatus, pleni egestatis, laborum et aerumnarum omnes sunt, quos proinde nemo humana cupiditate expetat, nemo nisi ingenti virtute praeditus sit, velit accipere. Hic contra regali opulentia ab religiosissimis Regibus Hispaniarum fundati, plures non opibus non dignitate cuivis europeorum secundi. Quod ergo Japaniae, quod Aethiopiae, quod praeruptis Malabaricae montibus Episcopos dedisset Societas, non poterat in exemplum trahi ut similiter daret Peruviae, Mexico aliquisque id genus regionibus opulentissimis cultissimisque. Discrimen istud animadvertisit Mutio explicante Urbanus Pontifex, quaque religione deterritus anteaua fuerat, ne de episcopatu malacitano secundum regis postulata decerneret, eadem se teneri professus est, ne decerneret de Charquensi, nullisque Philippi neque officiis neque precibus potuit adduci ut sententiam mutaret. Tenuit modesta disceptatio annos amplius quindecim, perseverante hinc Rege Salazarium

^{162.}
Malacitanae ecclesiae substituit Charquensem in Peruia.
 Ac Philippus quidem Rex nondum hactenus ob eam causam succensebat Mutio, sed homini constantiam mirabatur magis quam sequorem in partem acciperet. Quamquam non deerant, ut maligne res quasque interpretari solent aulici, qui firmatatem eam animi in crimen traherent; quasi contra dignitatem majestatemque potentissimi Regis faceret, qui exploratae ipsius voluntati contumacius obsisteret. Postea vero quam Matrii cognitum est, obtenu voti quo Salazarus teneretur, reiici a summo Pontifice nominationem ejus; cum minime esset dubium quin instinctu Mutii factum id videretur, huic instigantibus ministris subirasci visus Princeps. Et nihilominus seu facile placatus seu pro sua aequitate existimans, reprehendi non posse religiosae familiae praesidem, qui sanctiora legum suarum iura defendat, nihil movit gravius, sed rationem potius excogitavit ut putabat commodam, qua sue simul dignitatibus simul Societatis indemnitatibus consuleretur. Ea fuit mutare destinationem Salazarii, ac Malacitanae ecclesiae Charquensem in Peruvia archiepiscopatum substituere. Quo de consilio hoc magis placebat sibi Rex, quod cum in Indiis plures antea fuissent exemplique etiam tum Episcopi ex professis Societas, quando id novum exemplum non esset in Indiis, nihil futurum morae arbitrabatur quominus episcopatum hunc indicum Salazarus adiret. Sic ipse, nihil admodum inter unam alteramque Indiam distinguens et earum episcopatus. Sed quamquam usus tenuit, ut regiones omnes quae trans mare sunt, communis vocabulo Indias vocitemus, magnum est discrimen inter Indianam quam orientalem, quamque occidentalem vulgo dicimus. Illa principibus plerumque barbaris et a christiana religione abhorrentibus paret. Haec solam complectitur Americam, feracem auri argenteique plagam, et Hispano Regi ex maxima parte obnoxiam. Si qui in illa sunt episcopatus, pleni egestatis, laborum et aerumnarum omnes sunt, quos proinde nemo humana cupiditate expetat, nemo nisi ingenti virtute praeditus sit, velit accipere. Hic contra regali opulentia ab religiosissimis Regibus Hispaniarum fundati, plures non opibus non dignitate cuivis europeorum secundi. Quod ergo Japaniae, quod Aethiopiae, quod praeruptis Malabaricae montibus Episcopos dedisset Societas, non poterat in exemplum trahi ut similiter daret Peruviae, Mexico aliquisque id genus regionibus opulentissimis cultissimisque. Discrimen istud animadvertisit Mutio explicante Urbanus Pontifex, quaque religione deterritus anteaua fuerat, ne de episcopatu malacitano secundum regis postulata decerneret, eadem se teneri professus est, ne decerneret de Charquensi, nullisque Philippi neque officiis neque precibus potuit adduci ut sententiam mutaret. Tenuit modesta disceptatio annos amplius quindecim, perseverante hinc Rege Salazarium

^{163.}
Discrimen inter unam alteramque Indianam, et rurumque episcopatus.
 Ac Philippus quidem Rex nondum hactenus ob eam causam succensebat Mutio, sed homini constantiam mirabatur magis quam sequorem in partem acciperet. Quamquam non deerant, ut maligne res quasque interpretari solent aulici, qui firmatatem eam animi in crimen traherent; quasi contra dignitatem majestatemque potentissimi Regis faceret, qui exploratae ipsius voluntati contumacius obsisteret. Postea vero quam Matrii cognitum est, obtenu voti quo Salazarus teneretur, reiici a summo Pontifice nominationem ejus; cum minime esset dubium quin instinctu Mutii factum id videretur, huic instigantibus ministris subirasci visus Princeps. Et nihilominus seu facile placatus seu pro sua aequitate existimans, reprehendi non posse religiosae familiae praesidem, qui sanctiora legum suarum iura defendat, nihil movit gravius, sed rationem potius excogitavit ut putabat commodam, qua sue simul dignitatibus simul Societatis indemnitatibus consuleretur. Ea fuit mutare destinationem Salazarii, ac Malacitanae ecclesiae Charquensem in Peruvia archiepiscopatum substituere. Quo de consilio hoc magis placebat sibi Rex, quod cum in Indiis plures antea fuissent exemplique etiam tum Episcopi ex professis Societas, quando id novum exemplum non esset in Indiis, nihil futurum morae arbitrabatur quominus episcopatum hunc indicum Salazarus adiret. Sic ipse, nihil admodum inter unam alteramque Indiam distinguens et earum episcopatus. Sed quamquam usus tenuit, ut regiones omnes quae trans mare sunt, communis vocabulo Indias vocitemus, magnum est discrimen inter Indianam quam orientalem, quamque occidentalem vulgo dicimus. Illa principibus plerumque barbaris et a christiana religione abhorrentibus paret. Haec solam complectitur Americam, feracem auri argenteique plagam, et Hispano Regi ex maxima parte obnoxiam. Si qui in illa sunt episcopatus, pleni egestatis, laborum et aerumnarum omnes sunt, quos proinde nemo humana cupiditate expetat, nemo nisi ingenti virtute praeditus sit, velit accipere. Hic contra regali opulentia ab religiosissimis Regibus Hispaniarum fundati, plures non opibus non dignitate cuivis europeorum secundi. Quod ergo Japaniae, quod Aethiopiae, quod praeruptis Malabaricae montibus Episcopos dedisset Societas, non poterat in exemplum trahi ut similiter daret Peruviae, Mexico aliquisque id genus regionibus opulentissimis cultissimisque. Discrimen istud animadvertisit Mutio explicante Urbanus Pontifex, quaque religione deterritus anteaua fuerat, ne de episcopatu malacitano secundum regis postulata decerneret, eadem se teneri professus est, ne decerneret de Charquensi, nullisque Philippi neque officiis neque precibus potuit adduci ut sententiam mutaret. Tenuit modesta disceptatio annos amplius quindecim, perseverante hinc Rege Salazarium

^{164.}
Protrahitur controversia usque ad obitum Salazarii.
 Ac Philippus quidem Rex nondum hactenus ob eam causam succensebat Mutio, sed homini constantiam mirabatur magis quam sequorem in partem acciperet. Quamquam non deerant, ut maligne res quasque interpretari solent aulici, qui firmatatem eam animi in crimen traherent; quasi contra dignitatem majestatemque potentissimi Regis faceret, qui exploratae ipsius voluntati contumacius obsisteret. Postea vero quam Matrii cognitum est, obtenu voti quo Salazarus teneretur, reiici a summo Pontifice nominationem ejus; cum minime esset dubium quin instinctu Mutii factum id videretur, huic instigantibus ministris subirasci visus Princeps. Et nihilominus seu facile placatus seu pro sua aequitate existimans, reprehendi non posse religiosae familiae praesidem, qui sanctiora legum suarum iura defendat, nihil movit gravius, sed rationem potius excogitavit ut putabat commodam, qua sue simul dignitatibus simul Societatis indemnitatibus consuleretur. Ea fuit mutare destinationem Salazarii, ac Malacitanae ecclesiae Charquensem in Peruvia archiepiscopatum substituere. Quo de consilio hoc magis placebat sibi Rex, quod cum in Indiis plures antea fuissent exemplique etiam tum Episcopi ex professis Societas, quando id novum exemplum non esset in Indiis, nihil futurum morae arbitrabatur quominus episcopatum hunc indicum Salazarus adiret. Sic ipse, nihil admodum inter unam alteramque Indiam distinguens et earum episcopatus. Sed quamquam usus tenuit, ut regiones omnes quae trans mare sunt, communis vocabulo Indias vocitemus, magnum est discrimen inter Indianam quam orientalem, quamque occidentalem vulgo dicimus. Illa principibus plerumque barbaris et a christiana religione abhorrentibus paret. Haec solam complectitur Americam, feracem auri argenteique plagam, et Hispano Regi ex maxima parte obnoxiam. Si qui in illa sunt episcopatus, pleni egestatis, laborum et aerumnarum omnes sunt, quos proinde nemo humana cupiditate expetat, nemo nisi ingenti virtute praeditus sit, velit accipere. Hic contra regali opulentia ab religiosissimis Regibus Hispaniarum fundati, plures non opibus non dignitate cuivis europeorum secundi. Quod ergo Japaniae, quod Aethiopiae, quod praeruptis Malabaricae montibus Episcopos dedisset Societas, non poterat in exemplum trahi ut similiter daret Peruviae, Mexico aliquisque id genus regionibus opulentissimis cultissimisque. Discrimen istud animadvertisit Mutio explicante Urbanus Pontifex, quaque religione deterritus anteaua fuerat, ne de episcopatu malacitano secundum regis postulata decerneret, eadem se teneri professus est, ne decerneret de Charquensi, nullisque Philippi neque officiis neque precibus potuit adduci ut sententiam mutaret. Tenuit modesta disceptatio annos amplius quindecim, perseverante hinc Rege Salazarium

episcopum nominare, inde Pontifice nominationem reicere, donec Salazarii ipsius obitus controversiam finivit. Atque hunc exitum habuit negotium opinione difficilius, magna commendatione Mutii, qui etsi nimius in suo persequendo jure nonnullis fuerit visus et videri etiamnum possit, tamen rem prudenter administrans, neque offendit Regem, et tenuit constantia, ut quae honores ecclesiasticos arcet lex, integra Societati atque illaesa constaret. Sed ad annum qui prae manibus est redamus.

In aede Professorum Toletanae sacellum est Christo Deo in crucem sublatum sacram. Signum eius visitur affabre sculptum, cujusdam e nostris fratribus opus non spernendum, quod magna populi religione colitur. Hoc anno cum Marianis sodales communi sumptu instaurassent sacellum, et quasi novam signi dedicacionem insigni pompa celebrarent, unus dum ante aram habitu precantis haeret, querebatur secum tacitus, inter orandum obtorpescere sibi mentem quodammodo aut ad alia evagari, nullo affectam sensu pietatis, caelesti roris expertem omnino atque aridam instar pumicis. Ecce autem in Christi simulacrum casu intendens oculos, illud videt adducto indignantis in morem vultu commovere se se ac tergum obvertere. Ostento haud secus quam par erat tremefactus, volat ad nostrum sacerdotem qui in tribunali poenitentiae sedebat, reque cum fletu singultibusque exposita, quaerit quibus piaculis placare iratum Numen debeat. Cognitum habebat sacerdos hominem, et quamvis caetera non malum, sciebat nescio quid irarum gerere adversus unum e sui aequalibus. Hanc divinae indignationis causam haud dubie interpretatus, cohortatur eum ut siquidem reconciliare sibi Deum velit, prius cum adversario redeat in gratiam. Nihil ab illo recusatum. Adit ex ipso templo domum aduersarii advolutusque ejus genibus, veniam injuriarum si quae intercesserint rogat. Quo facto regressus in templum, cum se iterum dedisset in preces, tanta est caelestium deliciarum copia delibutus, ut totus in lacrimas prae mentis dulcedine solveretur. Rem deinde evulgari ad publicum documentum jussit: quae ut increbuit, multos permoveente exemplo, statim dissidia composita sunt plura, plures accrimaeque similitates sublatae, et ad illam Christi effigiem frequentiores ab universa civitate concursus fieri coopti.

Eodem anno mos inductus in Provinciam Baeticam, ut ubicunque essent domicilia Societatis, certa intra singulos menses die ad sacram synaxin populus invitaretur. Quem morem Romae ut alibi ostendimus institutum, satagente in primis Mutio, ubique gentium societas propagare studebat, praesertim postquam Pontifex Maximus concessam Romae indulgentiam, ut vocant, plenariam, longe lateque ad omnia terrarum spatia protulerat. ubi nostri synaxin eamdem celebrarent. Praecipua approbatione accepta res est Granatae, et major quam uspiam alibi fructus existit. Utque primum est a bene cooptis progredi ad meliora, inde plus quibusdam clericis, quorum sodalitatem Augustinus Spinola Cardinalis Archiepiscopus Granatensis, recens in collegio nostro instituerat, injecta mens tale quid incipiendi in regio urbis nosocomio: quod ipsa re praestiterunt. Nam cum clerici illi ex legibus institutisque sui sodalitii aegrorum gererent curam, hisque utilia tum ad corporum tum ad animorum salutem sedulo administrarent, ut hoc etiam repreäsentarent miseris caeleste beneficium quo frui in aede nostra nequibant valetudine impediti, inferendam in nosocomium perpetuam consuetudinem censuerunt, ut alternis mensibus certa die, aegroti simul omnes divina participarent. Initium salutari consuetudini factum apparatu insigni, et magnus in ea re bonorum omnium assensus apparuit. Appetente die, quae primum dies fuerat ad id praestituta, nullus modus fuit mittendis convehendisque diversi generis peristromatis, quibus amplissimi aedificii parietes vestirentur. Collata etiam est a ditionibus pecunia qua conducerentur simphoniaci, ad augendam sacri convivii magnificentiam. Ipsa die mundissimum omne nosocomii instrumentum cerneres, respertos floribus lectulos, floribus stratum pavimentum. Ac tanto demum splendore ac pietate res acta est, ut qui spectatum confluxerant, multitudine prope

Tom. II.

50

^{165.}
Caellestis docu-
mentum de non
retinenda irad-
versus fratrem.

^{166.}
RES BAETICAE.
Menstruae com-
munionis gene-
ralsis institutum
in mores induci-
tur.

^{167.}
Idem incipitur
Granatae in re-
gio nosocomio.

infinita, haerent gaudio simul et admiratione defixi. Sacram dapem nostri sacerdotes circumtulerunt, caeteras ministerii partes sodales quos dixi clerici peregerunt.

168.
*Diocesum Granatensem nutri-
lustrant cum
Archiepiscopo
Cardinali.*

169.
*Fructus opera-
tingens in offici-
nis succurri.*

170.
*Expeditio ad ar-
cem Melitensem
in Mauritania.*

171.
*Nostris cupide
excipiuntur et
audiuuntur Melil-
lue.*

Quae dum geruntur Granatae, purpuratus quem dixi Pontifex Spinola, cum ad lustrandam ex officio dioecesim exiisset, agebat secum duos Societatis Patres, itinerum laborumque socios et episcopalibus ministerii adjutores. Hi porro quotcumque item est consueta missionum exerceentes, magnum operae pretium fererunt. Industriae eorum satis per se ad populos permovendos aptae, momentum ingens addebat ipse Cardinalis, qui pro eo quo flagrabat studio animarum, sive illi pro concione dicerent, sive catechesi pueros informarent, sive suppli- catum ducerent plebem, semper aderat laboris spectator ac saepe particeps, fructuumque qui praesente atque adjuvante se legebantur uberrimi adspectu fruebatur. Ventum erat ad maritima dioeceseos oppida. Hic vero ut in agro incultiore, et plus operae positum et multo uberior collecta fruges. Colluvies illic erat hominum perditorum, in officinis saccari qua merce abundat regio desudantium. Si qui enim tota Hispania facinorosi, si qui aere alieno oppressi, quoscumque demum malefactorum conscientia et metus legum cogere solum vertere, huc ex omnibus Hispaniae provinciis transfluebant, locaturi scilicet ope- ram et saccari opificio vitam toleraturi. Pars multo maxima religionis prorsus immemores, nec semel in anno confessionem piacularē peragebant, nisi ad id commune christianorum officium compellerentur detractione mercedis. Jam quae inter eos inolescerent portenta vitiōrum, facilius sit aestimare quam dicere. Jur- gia, rixae, maledicta, infandae libidines, ebrietas, furtū aliaque hujusmodi re- gnabant impune. Hoc tamen evidenter eluxit vis gratiae caelestis, qua aspirante duo tantum sacerdotes, brevi spatio, tot tam inveteratas pestes stirpites su- stulerunt. Nemo ex illa mercenariorum multitudine inventus, qui non apud eos onera conscientiae deponeret. Die ad id constituta, ad divinam mensam acces- serunt omnes. Ne vero subolescerent rursum antiqua vita, offendicula plura ac semina flagitiorum in perpetuum amota sunt, plura incitamenta pietatis in mo- res inducta; idque omne, quod merito obstupescas, plaudentibus iis ipsis quo- rum coercebatur licentia, libidines comprimebantur.

Parem successum habuit expeditio difficilior, quam alii duo sacerdotes obie- runt, et collegio Malacitano profecti Melillam, coloniam Hispanorum trans fretum Herculeum in ora Mauritaniae sitam. Arx ibi est urbi imminens natura atque opere permunita, qua tanquam freno Maurorum cohortes infestae ac saepe in agrum Melillensem praedandi causa excurrentes, continentur. Qui in praesidio erant milites, major pars ausi capitalia poenaque verius quam militiae causa huc ablegati, inter sexcentas scelerum formas agitant vitam. Nihilo meliores oppidani. Quippe cum Mauris Hebraeisque mercimonia exercentibus, ex frequen- ti istorum commercio haud parum adhaeserat de utriusque gentis pravitate ac nequitia. Super haec sacerdotes aderant perpauci, nec tanta probitate quantum locus, tempus officiumque ipsorum poscebatur. Ad summam pessum ibat Melillae christiana res; et jam in pluribus incolarum, praeter nomen et quadam extima religionis, vix quidpiam christiani cerneret. Ita in caeno vitiōrum voluntabuntur impune, et mira rerum divinarum inscitia laborabant. Huc ergo, ut dixi, duo sacerdotes nostri e littore Malacitano solverunt. In freto Gaditano, saevo coorto vento, procella jaqtati sunt adeo foeda, ut nautae convectoresque tanquam certum in naufragium abrepti ac proxime morituri, certatim expiationem criminum flagitarent. Tamen Deo propitio cursum tenerunt, ac Melillam incolumes ap- pulerunt. Nihil cunctati, signo aeris campani oppidanos pariter ac praesidiarios convocant in primariam aēdem: quos ut adesse frequentes viderunt, progressi ad concionem, cuius rei causa venerint, quid unaquaque die, quibus horis, quo ordine gerendum sit, docent. Auditī sunt, non tam ut homines quam ut missi de caelo angelī; perspicere hoc maxime loco licuit, quod saepe alibi, mini- steria Societatis nusquam excipi avidius utiliusque exerceri, quam ubi minime usitata ac parum cognita. Secutis diebus, ad omnia quae praescripserant Patres

concursum est, tanta simul assiduitate ac frequentia, quanta major nec esse poterat nec optari. Nam Praetor urbis qui simul arcis Praefectus, militibus quoque praesidiariis potestatem fecerat frequentandi quoties collibitum esset templi, neglectis ad breve tempus stationibus vigilisque: verius nimurum arbitratus de severitate legum militarium non nihil remittere, quam subtrahere iis occasionem quae tam opportuna offerebatur purgandae conscientiae. Jam nihil attinet explicare per partes, quantum pravarum consuetudinum excisum fuerit, quae religiones ex longa desuetudine revocatae aut tunc primum inductae. Id cautum praeter caetera, ut quoties milites lignatum pabulatumve essent prodituri, prius ad ipsam arcis portam in genua prooluti, uno ex ipsis verbis praeeunte, peccata detestarentur ex formula quae eum in usum tabellae inscripta servabatur. Ea demum secuta inter homines nuper flagitiis omnibus coopertos, morum ac vitae commutatio, ut novam modestiae pietatisque speciem ipsimet mirarentur Mauri: auditi proinde cum dicerent, nunc enimvero colonos militesque Melillenses christianis moribus vivere; at amotis Patribus haud dubie ad ingenium reddituros. Quae utrum malos divinatio fefellerit, incomptum mihi est. Similium expeditionum per provinciam susceptae sunt plures, nulla expers usitatae frugis fuit. At infinitum esset de singulis dicere.

Duos praeterire non possum singulari sanctimonia Patres, Michaëlem de Espinosa et Antonium Hurtadum, quos hoc anno vita functos aeternum vivere in his annalibus decet. Espinosam patria Alquisensem, quod oppidum est in Aecicana Dioecesi situm, ob eximiam rei theologicae scientiam, magistrorum magistrum vocitabant. Quae Hispali quae Granatae dictaverat in schola, expetebantur passim a doctioribus atque avide describebantur. Neque tamen doctrina magis quam religiosis virtutibus claruit. Jam inde ab anno aetatis quarto decimo cdm se tradidit Societati, ad disciplinae praescriptum legesquè se moresque suos ita composuerat atque ordinaverat, nihil ut addi videretur posse nihil detrahi. Innocentiam modestiamque ejus, demissum in primis animum atque in summa doctrinae fama de se abjectissime sentientem, mirabantur omnes. Erga alios mire comis, uni rigidum aspernumque se praebet sibi. Non cibi solum et somni abstinentissimus erat nihilque blanditiarum indulgebat corpori, sed cilicio flagrisque acerrime cruciabat se. Et ad haec in nudis asseribus somnum carpere, tres ipsos intra hebdomadam dies jejunare, calcis lapillos inserere scabros, ut ne movere quidem gradum sine sensu doloris posset, in more habebat. Nihil illo pauperius egentiusque. Demortui cubiculo pvestigato totaque diligenter excussa supellectili, paucae tantum inventae in quotidianae psalmodieae codice icunculae, quas non omnino necessarias ad usum vitae diceres; et has inter plagulas obtruserat ad paginarum discrimina. Spissos reliquit tamen doctosque in primam partem S. Thomae commentarios, quos edere in lucem fuerat jesus, sed morte immatura interceptus nequit. Decessit Granatae IX. Cal. Novembres, annum decurrens vitae quartum supra quadragesimum. Funus omnes, religiosorum ordines, nobilitas magistratusque urbis duxerunt. Inops a litteris P. Hurtadus erat; at quod doctrinae deerat, virtutum magnitudo reponebat. Tempus omne quod inter nos virxit, annos circiter viginti, divisum habuit inter evangelici ministerii negotia divinaeque contemplationis otium; et mirum ut re utraque excelluerit. Nemo illo audiendis quacumque hora poenitentibus promptior, nemo in eo labore perseverantior. Aegrotis operam sacerdotis poscentibus, noctu et interdiu praesto erat, nec praeferriri sibi in hoc officio quemquam sinebat. Carceres et nosocomia obibat frequens, nunquam hilarior quam cum confitentium numero obruebatur. Quod si quem audierat prava consuetudine irretitum, aut alio quovis alligatum crimen, eum obsidebat quodammodo, qua suasionibus pugnans qua precibus, interdum sanguine quem sibimet flagris eliciebat, nec ante quiescebat quam emolitum ac subactum probe ad confessionem piacularum adduxisset. Has tamen inter occupationes quae totum absorbere hominem videbantur, colligebat subinde sese, totoque animo ad caelestia intendebat tam facile ac tanto divinorum sensu, ac si in summa quiete ac solitudine sibi tantum vacaret ac Deo.

^{172.}
Eius missionis
fructus.

^{173.}
Obitus et elo-
quion P. Michaë-
lis de Espinosa.

^{174.}
Et P. Antonii
Hurtadi.

Assecutus dicitur, quod in actuosa vita rarum, ut a contemplatione summi boni nunquam fere abstraheret mentem, quamvis clamosa negotia curaeque circumstrepent. Quippe ab omni terrestrialium cupiditate purgatus, id cogitabat unice quod unice diligebat cupiebatque. Quo minus incredibile, videri debeat quod multi tradiderunt, viri sanctitatem fuisse interdum miraculis illustratam. Sed haec ego ne longior sim missa facio. Obiit Granatae pridie Cal. Novemboris, annos natus quadraginta.

175.
RES ARAGONIEN-
SES.
*Missiones fer-
vent. Eas promo-
vit P. Lopez.*

Per haec in provincia Aragonensi multo quam alibi ardenter sacrarum missionum studia servabant. Nam cum sua sponte in hunc laborem ferebantur socii, tum eos voce exemplo magnopere incitabat P. Hieronymus Lopez, magnum ea tempestate nomen, et cum ab omni vitae sanctitate, tum praesertim ab apostolicis peregrinationibus tota Hispania celebratissimum. Hujus extant viri litterae efficacissimae, jam ad Provincialem jam ad Generalem Praepositum datae, quibus unum orat rogatque, ut sacras missiones pro viribus provehant. Constare enim sibi, non alio genere ministerii largius copiosiusque fundi caelestem gratiam in populos, non alio plures lauioresque inferno hosti manubias detrahi. Cujus auctoritati cum tantum tribuerent moderatores quantum debebant, ipsorum vel hortatu vel permissu, ex cunctis ferme provinciae domiciliis prodibant quotannis impigi Patres. Alii proximiorem percursabant regionem, alii in remotiorem excurrebant, omnes huc instar nubium errantium circumagentes sese, ac nullibi ultra quam usus posceret consistentes, salutarem divini verbi imbre in sata arietia demittebant eo fructu, qui ut major minorve provenire pro natura habituque soli possit, fallere omnino nunquam potest. Non est mei consilii istiusmodi peregrinationibus enarrandi detinere lectorem, nec vero patitur praesentis operis modus. Ut aliqua tamen quae notabiliora sunt visa, cursim attingam, qui valles montesque dioecesis Orcelensis peragrarent e collegio Gandiensi profecti Patres, per amplam ac fide prope maiorem retulerunt frugem. Multae in ea locorum aspiratae insederant pestes. Concubitus vagi, pellicatus, ebrietas, impia consuetudo jurandi temere appellandique injurose Deum ac superos, publicae simultates, jurgia rixaeque, fere communia gentis mala erant. Vigebat alicubi vetus mos ac plane barbarus, ut prima anni die audacissimi quique lacesserent sese invicem ad singulare certamen, seque gladiatorum ritu vulneribus peterent. Alibi conventus aleatorum publici erant constituti, nec sine magna familiarium pernicie, multiplicique divinae Majestatis injuria frequentabantur. His ubique malis occursum est; et quaedam quibus saepe antea remedium frustra quaesuitum fuerat a magistratibus, una Patrum oratione radicitus sunt evulsa. Unus quidam e ditoribus, a longo tempore projectus in venerem et in veterato concubinatu infamis, non solum dimisit pellicem, sed pro admissis flagitiis multavit ultro se mille aureis, cum hoc ut ex ea pecunia saeculum fieret, in quo imago quaedam Christi patientis clara miraculis, decentius in posterum servaretur.

176.
*Fructus missio-
nis in dioecesi
Orcelensi.*

E collegio Gerundensi ad oppida quatuor et. quinquaginta excursionum excusum est. Nihil omnium quae hoc genus excursionum illustrare solent, uspiam desideratum. At enim Cardonae (est id oppidum Ducatus titulo insignitum) multum ad operae fructum contulit loci domina, nobilitatis eximiae parisque pietatis matrona. Non eo contenta ut ad conciones Patrum prima omnium se ferret, totam praeterea adesse familiam jubebat, ne uno quidem domesticorum domi relicto. Quin filios cum haberet apud se duos, alterum nondum puberem alterum adhuc infantem, utrumque pro suo quemque modulo Patribus navare operam voluit. Quorum proinde prior oppidum quotidie percurrebat, agmen puerorum praefato vexillo ducens ad catechesim: alter quia nondum pedibus insistebat, vectabatur a famulo sublatus in sinum ac tenella manu quatiens tintinnabulum, conueniendi signum dabat, novo ac pleno pietatis spectaculo, cuius adspectu mirum ut mentes hominum pellerentur. Missionis prouentui accessit desertor ordinis religiosi, qui in amictu non suo solitariam agens vitam, magnam apud vulgus sanctimoniae famam collegerat. Is motus concionibus Patrum, ultro eos adiit,

177.
*Missio altera
Cardonae. Eam
loci domina exi-
mie juvat.*

positaque quam male sumpserat larva, fassus quod erat, ipsorum consilio et ope militiam antiquam repetit, et violati sacramenti veniam impetravit. Etiam Tarragonensis tironum domus, ex novem quos alebat sacerdotibus, quosdam per vicina oppida circummisit: quibus strenue rem agentibus, memorabili severitas exemplo contumacem pii operis contemptorem in uno ex iis oppidis Deus ulti punit. Juvenis erat quanto indigentior Patrum opera, tanto in ea aspernanda procacior. Non modo perorantibus aures praebebat nunquam, sed arcebat ab iis audiendis populum, et conciones supplicationes omnemque multiplicis religiosi ritum, jocis, risu, sibilis et mimica gestorum imitatione in contemptum trahebat. Sed non diu impunita illi fuit impietas. Ipsa die quam ad excipiendum caelesti convivio populum Patres condixerant, dum una cum aliis undecim operariis fodit praecultam scrobem, tellus repente discedens magno delapsa est pondere ac fossores oppressit. Casu necopinato exciti qui propius aderant villici, accurrunt propere cum bipalii ligonibusque, egeruntque trepide humum. Vivi eruti sunt omnes, praeter eum unum qui Patres utilia suadentes irridere maluerat quam audire. Unum hunc terrae moles examinaverat. Et siquidem divinam ultionem imminere ei nisi resipuisset praedixerant multi, facile persuasum est omnibus, poenam hanc esse divinitus inflictam ob spretos Dei ministros et religionem ludibrio habitam. E collegio Caesaraugustano in comitatum Arandensem ierunt PP. Joannes Florencia et Lupercius Sanchez, atque oppida septem cum sacro ministerio peragraverunt. Quales hi porro quantosque motus animorum exciverint, testati sunt Augustinianae familiae sacerdotes quorum est ibi coenobium, cum dicarent, nunquam ad se tantam confitentium multitudinem ac tam acri dolore compunctam accessisse. Atque inde moti sunt viri religiosissimi, ut quae a nostris usurpari conspexerant, in suo deinceps templo quadantenuis imitarentur. Ex eodem collegio in municipium Attacense itum est, et pagi septem vel octo similiter exculti.

At insignes prae caeteris fuere hujus generis expeditiones e Valentina Professorum domo susceptae. Hinc enim apostolicus quem dixi vir Hieronymus Lopez, post Catalauniam Aragoniamque evangelicis peregrinationibus illustratam, in regnum Valentiniū coepit excurrere. Primus illi decursus fuit ad oppidum quod vulgo Bocayrentum nominant, dici ferme itinere ab Valentia. Nam quamquam ob nominis celebritatē a pluribus undique populis expetebatur, hunc caeteris locum praetulit, quod totum esse oppidum civilibus odiis factionibusque distractum et mutuis saepe caedibus attenerere se partes adversas audierat; quam discordiam nulla hactenus componere potuisset auctoritas, nulla ut erant res finitura videbatur dies. Delatus illuc et graviora quam praeceperat animo natus, conciones habere statim dicereque ad populum vehementer coepit: nullum tamē de inimicitia verbum facere. Primitis diebus totus in spargendo salutari terrore, excitandisque ad poenitentiam criminum auditoribus fuit. Post ubi sensit perculsus metu animos, paulatim et quasi vadum tentando, de malo discordiae inferre sermonem, et prima velut semina jacere patis redintegrandae. Ad extremum ausus aperte ingredi in causam, duces partium aggreditur seorsum singulos, rogatque an non parati sint illatas sibi ultro citroque injurias Christo donare? Negare ausi non sunt. Ergo prolxē assentibus diem horumque condicunt, qua simul in templo jungerent dexterās, quamque praebeuerant populo offenditionem inimicitia publica, publicis reconciliati animi significationibus delerent. Adsint proinde in templo cum suorum primoribus (erant quinquaginta omnino), pari utriusque factionis adducto numero. Illi ad praescriptum affuerunt suum quisque agentes agmen; cumque ante aram Deiparac constitissent, prodit in concionem vir venerabilis ac disertam de pace orationem habuit. Vix peroraverat, cum illi velut signo dato ruere in amplexus, veniamque injuriarum sibi invicem petere et offerre. Quidam positus humili genibus, alter alteri pedes deosculari. Quod spectaculum intuente populo ac porro admirante, erupit inter confusos multitudinis singultus et lacrimas, laetus clamor gratulantium redditam aliquando civitati pacem, ac pio pacificatori fausta omnia comprecantum,

178.
Divinae severitatis exemplum in pietatis irrisorem.

179.
Missiones aliae indicantur.

180.
P. Hieronymus Lopez ad oppidum Bocayrentum excurrit.

181.
Insignis dissidentium pacificatio ibi.

Eo non contentus Lopez, ut fidem novi foederis religione firmaret, adesse eos iterum jubet die postero, Eucharisticum panem, christianae concordiae pignus, dispertiente se accepturos. Quod factum est magno hinc sensu pietatis, inde spectantium plausu. Commune gaudium exceptit cumulavitque solemne carmen actionis gratiarum, quod laeto cantu et cum quanta potuit maxima celebritate peractum est. Scio equidem, leviora haec nec satis annalium gravitate digna visum iri, qui legendis regum pacificationibus foederibusque assueverunt. At quod alibi monui, non regum nos sed ordinis religiosi historiam teximus. Mihi deinde rem penitus intropicienti, si non illustrior multo certe difficultior videatur privatorum hominum pacificatio quam regum; cum hi nullo plerumque odio, nulla malevolentia, sed tantum conditione reipublicae bellum inter se gerant: hi contra intimo acrique urantur injuriarum dolore. Illi rursum de pace transigere vel lassitudine vel inopia, vel alia quavis necessitate cogantur interdum, neque demum nisi conditionibus quam possunt honestissimis transigant: hi vel cum famae dispendio, natura licet repugnante, sola Christi charitate iracundiam deponant. Verum haec dicis causa.

^{182.}
De Missione Viale, P. Lopezii invento imprimit utili.

Lopezius re feliciter perpetrata Bocayerenti, hinc alio contendit. Verum ego abeuntem variaque regni Valentini oppida perlustrantem non sequar in praesentia, cum praesertim alibi redditura ipsius mentio sit. Non hic omiserim tamen de quodam ejus invento, quod excitandis ac poenitentiam mortalibus excoxitatum, circa hoc tempus in usum induci cooptum est. Missionem Vialēm ab ipsa re (nam vias urbium percurrent tota peragitur) Hispani appellant. Est autem hic fere modus. Intentis tenebris, ex aede sacra prodeunt silenti agmine pauci supplicantes, praelata inter accensas faces Christi patientis effigie. Sequuntur ex nostris aliqui ac post eos collecta inter eundum populi multitudo. His per celebriora urbis lente gradientibus, non vox non strepitus auditur ullus, nisi forte plagarum crepitū et tractibus catenarum (nam et haec interdum adhibentur) nocturnum augere terrorem placeat. Tantum per intervalla, consistente parumper agmine, tollit vocem unus e comitatu ac breve concinit carmen, quo mortales vel de vicino interitu, vel de brevitate vitae praesentis, vel de futurae aeternitate admonentur. Carmen excipit turba, illas maesto cantu ingeminans voces: *Miserere nostri Domine, miserere nostri.* Ut ventum ad forum compitumve aliquod celebrius consistit turba, atque unus Patrum editiore consenso loco, brevi sed gravi oratione, peccati turpidinem multiplicesque ejus exsecrandi causas in mentem revocat populo. Claudit orationem actu, ut vocant, perfectae contritionis. Praeit ipse verba, auditores sequuntur. Hinc eodem ordine ad alterum urbis locum, qui habendae concionis videatur idoneus, proceditur, deinde ad alterum, nec ante redditur domum quam idem in tribus quatuorve locis iteratum sit. In magnis urbibus due vel plures turmae supplicantum in diversa egrediuntur, quo latius pertingat vox ad salutem vocantum. Et experimento compertum est ad concuentias salutari pavore hominum mentes, depellendumque exitialem veturn quo misere premuntur multi, vix quidquam excoxitari aptius potuisse. Hoc nihilominus tam salubre institutum Lopezius aegre ab oppugnatoribus defendit initio, gravibus contendentibus viris, periculoso videri collectam temere multitudinem noctu per urbem trahere. Sed timidis aut plus aequo prudentibus, exemit metum, obloquentibusque vocem inclusus experientia: qua cum constaret, infinitas ex eo instituto morum conversiones sequi, non probatum modo magnopere laudatum, sed brevi intervallo tota passim Hispania à nostris usu receptum est, et in Italiam usque pervasit, ubi inter caetera missionum ministeria censemur. Caeterum ut ejus auctori visum, raro est usurpandum, ne te lum insolitae efficaciae, ut sunt hominum ingenia, usu frequentiore hebescat.

^{183.}
Impugnat in initio, mox usq; communis recipitur.

^{184.}
Multorum erga nos beneficentia.

Tot interea per provinciam, tam strenue ac tanta utilitate reipublicae desudantibus de Societate viris, minus mirum videri debeat fuisse per idem tempus qui vicissim Societatem ornarent beneficiis, et ad multiplicanda ejus collegia adiicerent animum. Valentiae Elisabetha Monpalau locuples ac pia femina, amplam nobis addxit haereditatem, cum hoc ut ex ejus usuris prius absolveretur

aedificium domus Valentinae, deinde novum intra ejusdem regni fines domicilium conderetur. In insulis Balcaribus conjuges duo, non opibus minus quam pietate dites, Petrus Antonius de S. Martino et Catharina Simoneta, condendo collegio fundos idoneos obtulerunt. Quod tametsi vix erectum, casu alibi expnendo, disjectum est nec restitui nisi post annos viginti potuit, hoc tamen loco extare largitatis eorum memoria debet et gratia. Dertusae ante annos novem, ut suo loco commemoratum est, collegium Societatis civitas expetierat. Idem nunc summo studiō moliebatur Episcopus. Sed hujus voluntatem non aequantibus opibus, id modo petenti datum est, ut aliquot socii Dertusae tanquam in statione consisterent. Quae quidem statio ut amota prius, deinde paucis annis in collegium sit versa, alibi narrandum erit. Hoc demum anno Alonae familia paucorum capitum est posita, flagitante id civitate, quae amoto quem conduxerat ludimagistro, scholas latinitatis stipendumque pro iis constitutum tradidit Societati. Collegium praeterea justi numeri poscebatur. Et paratum erat eum in usum vectigal nescio quod tenue, olim a P. Theophilo Beringuerio relictum. Quod vero debeat, suppleturos se privatis largitionibus oppidanis spondebant. Sed cum certas conditiones exigerent, quas provinciae visitator Georgius Hemelmanus non putabat accipendas, dilata res in annum quintum, nec ante id tempus civitati collegium exposcenti satisfieri potuit.

Quod alibi labore apostolico, hoc Bilbili beneficentia ac largitate nostri tenuerunt, ut magnum apud summos infimosque inirent gratiam, civitatisque aliqui amantissimae fierent gratiores. Nam cum ingentem annonae caritatem anni sterilitas invexisset, multosque oppidanorum alimenta deficerent, illi partem de suo demenso subtrahentes sibi, certam mensuram panis et jusculum pauperibus quotidie plus quam centum distribuere coeperunt; idque praeter pecuniam quae peregrinis et quibus mendicitas probro erat, occulte erogabatur. Colonis praeterea suis quod sererent non habentibus, quantum frumenti opus erat liberaliter contulerunt. Quae benignitatis exempla laudaverunt omnes, diores etiam imitari studuerunt, sic tamen, ut nobis praecepitam beneficentiae laudem assignarent ii quoque, quibus non nostri sed alii nostrorum exemplo bene ac benigne faciebant. At eodem tempore collegium Licensse gravis procella concusit. Jampridem canonici dicam moverant nobis de parva aede Martyris Justi, quam Andreas Gustrozius ejus urbis Episcopus collegio a se fundato donaverat, negantes donationem se invitatis factam, ratam esse oportere. Cum nihil admidum promoverent jure, veriti ne demum caderent causa, id certe efficiendum sibi statuerunt, ne quam habitabant nostri domum (et erat aedi de qua dicebam conjuncta) aliquando ut propriam possiderent. Agebant nunc maxime nostri de ea coemenda domo. Nam hactenus locatione utendam acceperant ab ipsis domino. Id subdorati canonici occuparunt transigere de emptione, pactique pretium, eo paucis horis persoluto domum suam fecerunt. Quibus summo silentio peractis, adest repente a collegio canonicorum durus ad nostros nuncius, quas inclorent aedes in jus canonicorum transisse. Velle autem eos, intra horas viginti quatuor sibi tradi omnino vacuas. Colligerent proinde vasa atque intra praescriptum migrarent. Re subita percusi Patres, seu nondum locationis tempus effluxerat, seu alio quovis jure freti, negant cogi se posse ut tam brevi spatio discedant, nec plane cessuros loco nisi coactos, dicunt. Sibi vim inferendam, credo, non putabant. At sua fecellit eos opinio. Hora vix praeterlapsa quae fuerat ad migrandum praestituta, ad signum aeris campani convenienti canonici in aedem sacram. Hinc, dictu foedum! induit suae dignitatis insignibus, praeiente cruce, assectantibus clericis, stipantibus latera de plebe nonnullis vario telorum genere instructis, ad exturbando domo Jesuitas ritu supplicantum pergunt. Procul erat ut nostri, numero pauci, professione ab armis abhorrentes, vim vi repellere auderent. Irrupit nihilominus in tectum cohors infesta sacerdotum haud secus, quam si post acre certamen expugnasset arcem. Inquilinos inermes superumque atque hominum fidem implorantes, alios trudendo, quosdam per scalas raptando, foras expulerunt. Supellex e fenestris in publicum

185.
Dertusae et Alo-
nae Societas col-
locatur.

186.
Benignitas im-
pensa Bilbili in
magna annonae
penuria.

187.
Gravis pertur-
batio collegii Vi-
censis.

^{188.}
Vera ejus causa,
atque causis.

proicitur. Quod annonae inventum in penu, partim in praesentia absumitur, partim asportatur: hanc, ut arbitror, praedam sumentibus canoniciis loco decimarum quas nostri ut solverent, adduci nunquam potuerant. Namque haec tota odiorum causa erat. Et satis constabat, si immunitatem hanc a communi lege Societas remisisset, nunquam ejus ordinis homines ad tam atrociam descensuros. Sed quidquid id esset, factum boni quique damnarunt vheimerent. Nostri post tantam indignitatem deserere Vicum, quosque possidebant ibi census transferre ad collegium Minoressanum (id enim ex testamento fundatoris licebat) meditabantur. At superveniens P. Franciscus Ferrerius, ut multum auctoritate valebat et gratia, lenivit canonicorum animos resque perturbatas ad tranquilitatem reduxit.

^{189.}
RES SARDINIAE.
*Dissensio oria
inter Academias
Calaritanam et
Sassaritanam.*

Eodem vertente anno, gravius quam pro causae magnitudine adversus Societatem tumultuum est in Sardinia: quod ego dum refero notari velim, ex quantulis saepe initis offensiones gravissimae ac periculosissimae exoriantur. Verus erat et nota aemulatio inter Calaritanos et Sassaritanos, utrisque se dignitate praecellere contendibus: quae contentio, ut natura impotens ambitio est, totam saepe regni tranquillitatem in discrimen adduxerat. Inde nostris severe erat injunctum, ne publice privativi, dicto vel facto, alterutri partium in ea causa favere viderentur. Et nuper Mutius P. Didacum Pintum virum aliqui probitate ac doctrina clarum, Sardinia interdixerat hac una causa, quod in egregio opere de Christo crucifixo quadam attigisset ad eam quæstionem pertinentia. Utraque in urbe generale gymnasium, sive ut nunc loquimur, universitas studiorum erat: Calari quidem haud ita pridem erecta, Sassari novem ferme annis antiquior. In hanc quae communi vocabulo Turritana a turri, civitatis insigni, vocabatur, etsi Societati prorsus obnoxiam, nonnullum jus senatus populusque sassaritanus sibi vindicabat. Atque hinc orta offensio de qua scribere institui. Universitatem Calaritani suam ut aliquo distinguerent honoris titulo, generalem Sardiniae universitatem et voce et scripto appellare cooperant. Ea res movit Sassaritanos, ut itidem suae addendum aliquid honorificare nuncupationis censerent: Consilio habito consultoque in primis Archiepiscopo, de communi sententia scitum est, ut Turritana Universitas Primaria in posterum diceretur: qui titulus in tabulas statim publicas relatus est et communi usu receptus. Jam una haec vocula immane quantum turbarum exciverunt, cum pari studio alii convellere eam, alii defendere conarentur. Adeo in certamine dignitatis vel levissimae res magnum ab hominum opinione momentum sumunt! Piget referre per partes, quae utrinque suscepta ac penè hostilem in modum acta fuerint. Quod ad nos pertinet, Calaritani nova appellatione offensi, et haud dubie opera nostrorum invectam arbitrat, de ea tanquam de gravissima injuria, expostularunt apud generalem Praepositum, ac tanta quidem gravitate verborum, ut Mutius lectis eorum litteris miratus sit vheimerent, amplissimam civitatem tantula de causa tantopere commoveri potuisse. Neque tamen secundum postulata rescrispit, sed sumpto ut solebat ad deliberandum spatio, rei totius relationem ab Augustino Castagna Provinciali petiti. Quae ubi allata est, fide bona credens quod pro certo tradebatur, posse homines nostros ab odiosa appellatione abstinere sine cuiusquam injuria, interposita obedientiae religione praecepit iis, ne deinceps universitatem Turritanam, voce vel scripto, primariam appellarent. At quod consilium leniens Calaritanis erat aptissimum, accerime exulceravit Sassaritanos. Ea cum manavit in vulgo jussio, tremere continuo Sassaritani, haud secus quam si in hac re communis omnium verteret salus. Indignum dicere nec ferendum, Jesuitas honorem debitae appellationis universitati velle detrahere. At videant quid agant. Sassaritanos non violari impune, nec inmultam passuros injuriam, qui sermones tota urbe jactabantur. Ecce autem novus ex re subita irarum focus. Malo quodam fato adolescens, tum forte theologicum emensus spatium, ornandus erat usitatis doctorum insignibus. Praefinita jam fuerat ei celebratissima dies, cuius diei exspectatione suspensi cives, experiendum inquietabant eo die satisne sani essent Jesuitae, qui cum periculo capitis et fortunaram suarum gratificari vellet. Calaritanis. Periculo exterriti amici Societatis procerum insigniores, accurrunt in

^{190.}
*Dissensio in-
plicatur nostri.
Mutii praee-
plum.*

utrinque suscepta ac penè hostilem in modum acta fuerint. Quod ad nos pertinet, Calaritani nova appellatione offensi, et haud dubie opera nostrorum invectam arbitrat, de ea tanquam de gravissima injuria, expostularunt apud generalem Praepositum, ac tanta quidem gravitate verborum, ut Mutius lectis eorum litteris miratus sit vheimerent, amplissimam civitatem tantula de causa tantopere commoveri potuisse. Neque tamen secundum postulata rescrispit, sed sumpto ut solebat ad deliberandum spatio, rei totius relationem ab Augustino Castagna Provinciali petiti. Quae ubi allata est, fide bona credens quod pro certo tradebatur, posse homines nostros ab odiosa appellatione abstinere sine cuiusquam injuria, interposita obedientiae religione praecepit iis, ne deinceps universitatem Turritanam, voce vel scripto, primariam appellarent. At quod consilium leniens Calaritanis erat aptissimum, accerime exulceravit Sassaritanos. Ea cum manavit in vulgo jussio, tremere continuo Sassaritani, haud secus quam si in hac re communis omnium verteret salus. Indignum dicere nec ferendum, Jesuitas honorem debitae appellationis universitati velle detrahere. At videant quid agant. Sassaritanos non violari impune, nec inmultam passuros injuriam, qui sermones tota urbe jactabantur. Ecce autem novus ex re subita irarum focus. Malo quodam fato adolescens, tum forte theologicum emensus spatium, ornandus erat usitatis doctorum insignibus. Praefinita jam fuerat ei celebratissima dies, cuius diei exspectatione suspensi cives, experiendum inquietabant eo die satisne sani essent Jesuitae, qui cum periculo capitis et fortunaram suarum gratificari vellet. Calaritanis. Periculo exterriti amici Societatis procerum insigniores, accurrunt in

^{191.}
*Sassaritanorum
offensio, et mi-
nus contra So-
cietatem.*

utrinque suscepta ac penè hostilem in modum acta fuerint. Quod ad nos pertinet, Calaritani nova appellatione offensi, et haud dubie opera nostrorum invectam arbitrat, de ea tanquam de gravissima injuria, expostularunt apud generalem Praepositum, ac tanta quidem gravitate verborum, ut Mutius lectis eorum litteris miratus sit vheimerent, amplissimam civitatem tantula de causa tantopere commoveri potuisse. Neque tamen secundum postulata rescrispit, sed sumpto ut solebat ad deliberandum spatio, rei totius relationem ab Augustino Castagna Provinciali petiti. Quae ubi allata est, fide bona credens quod pro certo tradebatur, posse homines nostros ab odiosa appellatione abstinere sine cuiusquam injuria, interposita obedientiae religione praecepit iis, ne deinceps universitatem Turritanam, voce vel scripto, primariam appellarent. At quod consilium leniens Calaritanis erat aptissimum, accerime exulceravit Sassaritanos. Ea cum manavit in vulgo jussio, tremere continuo Sassaritani, haud secus quam si in hac re communis omnium verteret salus. Indignum dicere nec ferendum, Jesuitas honorem debitae appellationis universitati velle detrahere. At videant quid agant. Sassaritanos non violari impune, nec inmultam passuros injuriam, qui sermones tota urbe jactabantur. Ecce autem novus ex re subita irarum focus. Malo quodam fato adolescens, tum forte theologicum emensus spatium, ornandus erat usitatis doctorum insignibus. Praefinita jam fuerat ei celebratissima dies, cuius diei exspectatione suspensi cives, experiendum inquietabant eo die satisne sani essent Jesuitae, qui cum periculo capitis et fortunaram suarum gratificari vellet. Calaritanis. Periculo exterriti amici Societatis procerum insigniores, accurrunt in

^{192.}
*Crudescunt irae.
Quae fuerit oc-
casio.*

utrinque suscepta ac penè hostilem in modum acta fuerint. Quod ad nos pertinet, Calaritani nova appellatione offensi, et haud dubie opera nostrorum invectam arbitrat, de ea tanquam de gravissima injuria, expostularunt apud generalem Praepositum, ac tanta quidem gravitate verborum, ut Mutius lectis eorum litteris miratus sit vheimerent, amplissimam civitatem tantula de causa tantopere commoveri potuisse. Neque tamen secundum postulata rescrispit, sed sumpto ut solebat ad deliberandum spatio, rei totius relationem ab Augustino Castagna Provinciali petiti. Quae ubi allata est, fide bona credens quod pro certo tradebatur, posse homines nostros ab odiosa appellatione abstinere sine cuiusquam injuria, interposita obedientiae religione praecepit iis, ne deinceps universitatem Turritanam, voce vel scripto, primariam appellarent. At quod consilium leniens Calaritanis erat aptissimum, accerime exulceravit Sassaritanos. Ea cum manavit in vulgo jussio, tremere continuo Sassaritani, haud secus quam si in hac re communis omnium verteret salus. Indignum dicere nec ferendum, Jesuitas honorem debitae appellationis universitati velle detrahere. At videant quid agant. Sassaritanos non violari impune, nec inmultam passuros injuriam, qui sermones tota urbe jactabantur. Ecce autem novus ex re subita irarum focus. Malo quodam fato adolescens, tum forte theologicum emensus spatium, ornandus erat usitatis doctorum insignibus. Praefinita jam fuerat ei celebratissima dies, cuius diei exspectatione suspensi cives, experiendum inquietabant eo die satisne sani essent Jesuitae, qui cum periculo capitis et fortunaram suarum gratificari vellet. Calaritanis. Periculo exterriti amici Societatis procerum insigniores, accurrunt in

collegium Rectoremque circumsistentes (erat is P. Antiochus Canus), quo sint loco res docent. Nisi per occasionem donandae laureae primariam nominari universitatem suam audierit populus, grande imminere infortunium. Nihil abesse proprius, quam ut lapidibus obruantur Patres, flammae iniciantur collegio. Ad ea subridens Canus, consilii sui jam certus, bono sint animo dicit. Nihil futurum in se morae, quominus eam vocem auditret populus usque ad satislatem. Quo responso pacatos dimisit. Nec fecellit fidem. Die praestituta cum ad actus celebratatem insolita omnium ordinum frequentia concursum esset, arrestis intentisque omnibus, adolescens petitior laureae quoties universitatibus facienda mentio fuit, (et tertio quoque verbo redibat), toties primariam contenta voce nominavit: quae res mirifice exhilaravit concessum. Ast ubi Rectoris partes fuere, tradenti dignitatis insignia et candidatum pro more alloquenti, nunquam ea vox excidit. Hac re animadversa, enimvero stomachari indignarie omnes ac caeco fremitu obmurmure. Nihil impetratum est aegrius, quam ne per tumultum abscederent. Et faciebant, nisi furentes reverentia Archiepiscopi qui praesens aedebat continuisset. Urebat eos, praeter dolorem injuriae, quod a Rectore irrisi fuissent quodammodo. Rursum ergo exaudiri querelae, clamores, minae ac tanto quidem acriores quanto minus attendi a nostris videbantur. Postremo adit Rectorem princeps collegii consularis, nobilium manu stipatus; imperantique quam roganti similior, denunciat alium esse adolescentem qui lauream peteret. Imperitiendam ei perendie, idque majore concursu, sed nulla uti sperabat civitatis offensione. Videat ipse pro sua prudentia, ne iterum offendat ad eumdem lapidem, omisso qui deberetur universitati titulo. Secus, visurum senatum populumque Sassaritanum quid facto opus sit. Si quid vero adversi contigerit, culpam ipsius fore, nec Calaritanos quorum tanti facerent Jesuitae gratiam, auxilio futuros. Quibus minaciter dictis, nec expectato responso discessit. Canus in arcto positus, cum nec violare praeceptum Praepositi Generalis, nec gravius irritare civitatem auderet, neque demum spatum scribendi Romanum expectandique responsa darent consules, Patrum graviores in consilium adhibet: una omnium fuit sententia, cedendum tempori, obtemperandum necessitatibus. Hoc statu rerum, verius esse superioris jussa prudenter interpretari, quam temere exequi. Minime vero existimandum, voluisse Praepositum Generalem tam levi de causa turbari statum reipublicae, Societati malum consicisci. Credibile imo videri, si adesset coram resque per se perspicaret, quod bona quidem mente sed falsa opinione decreverat, inducturum. Eadem Archiepiscopo, eadem Quaesitori fidei viro gravissimo, stetit sententia. Quorum Canus auctoritatibus quantum debebat tribuens, progressus ad creationem novi doctoris, universitatem semel atque iterum primariam appellavit, tanta frequentis coronae approbatione ac plausu, ut in digressu magistratus caeterique viri nobiles, data familiariter dextera, gratias egerint ei quod suum civitati jus illaesum servasset. Factum deinde probavit Mutius, nec scio an non etiam accusaverit se, qui in re tali unius Praepositi Provincialis relationi nimium detulisset, et grave praeceptum frustrationi objecisset.

At si in errorem induci Mutius potuit, quod quidem commune hominibus malum, et potestatem exercentibus, ut facile circumveniuntur, familiarius, idem illustri documento ostendit, nullam esse rem quae corrumpere animum ejus abducere a recto posset. Hieronymus Pimentelus Sardiniae Prorex, iram ingentem conceperat adversus collegii Calaritani Rectorem, Joannem Baptistam Sattam, quod eum putaret minus honorifice de se scripsisse ad P. Ferdinandum Salazarium, eum de quo diximus supra virum, ob intimam Ducis Olivarii familiaritatem tunc in aula matritensi preevalidum. Ob eam rem, datis ad Mutium litteris querelarum plenis, moveri hominem loco atque extra insulam amandari poscebat. Mutius sententiam sustinuit aliquamdiu, cum diceret nec damnari quemquam debere inauditum, et exauktorare Rectorem triennio nondum exacto circa injuriam non licere, nisi commiserit cur plectendus videatur. Simul diligenter causae cognitionem instituit: qua peracta, cum constaret nulla Sattam noxa

Tom. II.

51

193.
Notiorum angustiae inter praeceptum Mutii et minas Civitatis.

194.
Rector praeceptum interpretatur, et turbas componit.

195.
Mutii constantia in tuenda Rectoris Calaritani innocentia.

teneri ex iis quarum reus fiebat, sed vel ab insitis suspicionibus, vel delatorum malignitate in eam de qua dixi opinionem devenisse Proregem, huic diserte rescripsit, se quidem rebus omnibus gratificari ipsi quoad ejus fieri posset paratissimum esse, neque quidquam avidius cupere: at innocentem nullamque noxam commeritum, poena afficere omnino non posse. Responso efferatus Prorex, atrocia minabatur. Et Provincialis Castagna crebris inculcabat literis Mutio, condonandum videri aliquid viro potenti et irato qui arbitrio suo posset, ut minimum, impositum navi Sattam expellere insula. An non verius videri antevertre vim, atque ultro hominem alio traducere? Sed neque id Mutium de sententia dimovit. Si Rectorem amovisset ipse tali tempore, id procul dubio speciem poenae habiturum reponebat, quam irrogare immerenti nefas. Sin eum Prorex expulisset, patienter ac placide ferendam injuriam, ut alias saepe multas Societas pertulisset. Nec unquam induxit animum a sententia discedere. Et nihilominus Prorex, seu veritus offensionem Regis seu qua alia causa, nihil eorum quae minabatur incepit. Quin aliquot post menses cognita Sattae innocentia, eum in gratiam recepit.

196.
*Atrox discordia
inter duos popu-
licos componitur.*

Per haec socii in Sardinia suis ministeriis intenti sedulo rem gerebant, atque e collegis subinde prodeunt, opus evangelicum per insulam circumferebant. Hoc anno sacerdotes haud pauciores viginti, per ferias quadragesimae quaquaversus dispersi, ac laetis onusti manipulis domum redierunt. Modum oratio non haberet, si eorum res gestas recensere singillatim velim. Ut de uno tantum ad specimen caeterorum dicam, in parte boreali insulae, haud ita longe a Sassari duo sunt populi, Gallurensis et Montagudensis. Hos inter controversia vertebat de agro pascuo utriusque oppidi territoria interjacente, quem Gallurenses sibi accoluisse communem, Montagudenses sui tantum esse juris contendebant. Cum hi pretium pastionis exigenter illi negarent, et abigendis subin de pecoribus utrunque crudescerent irae, ad extrema ventum est. Galluram subiit forte noster sacerdos, cum maxime oppidanii in apparatu armorum toti erant. Miratus omnia tumultu bellico strepere, percunctatur de causa: utque cognovit quo ea spectarent arma, exorsus palam de pace sermonem facere, tantum apud omnes dicendo valuit, ut non modo ferociam atque arma posuerint, sed ipso arbitrio pacem pepigerint cum adversarii. Eodem anno provisum Sassari, ne rude vulgus in posterum concionatorem suac linguas desideraret. Duplex quippe lingua in usu est apud Sardos, castellana quae ordinis cultioris propria, et vernacula quae ad cataloniensem proxime accedit. Hac utuntur seminarum pleraque, villici omnes et e plebe quamplurimi, castellanae prorsus ignari. Sacri vero concionatores non nisi castellanam eo tempore usurpabant, quo fiebat ut audientium parti multo maxime nihil prodessent. Ne cui ergo deesset pabulum divini verbi, mos inductus ut singulis diebus dominicis, circa ortum solis esset in aede nostra qui propria gentis lingua ad populum verba faceret, quae consuetudo etiamnum tenet.

197.
*Sassari concio-
nes instituuntur
lingua
verna-
cula.*

Et jam omni ferme peragrata Europa, locus hic esset transgrediendi, ut semper antea fecimus, ad Provincias Indicas. Sed prius immorandum nonnulli Bizantii, tum in variis Asiae plagis quae Turcici Imperii sunt. Res ibi gestas spatio annorum quindecim, etsi memoratu dignissimas praeterii hactenus de industria, tum quia nulli certae provinciae subjunctas, tum ne multas in partem scinderetur narratio quae tota uno peragi contextu vult, siquidem debeat integra omnium ratio seriesque constare. At nunc omnia quam brevissime expediam. Receptam Constantinopoli Societatem ac stabili domicilio donatam in celebri suburbio, cuius partem unam Peram, alteram appellant Galatam, fuse tradit Juvencius in quinta parte *. Galatae sedes attributa fuerat nostris cum apta domo temploque, cui a S. Benedicto titulus. Stationem eam occupabant Patres Galli quatuor vel quinque, utque inter barbaros satis commode habebant, tegente eos in primis Regis Galliae oratore cui id demandatum a Rege. Magna est enim apud Turcas gallici reverentia nominis. Multa etiam utiliter promovebant, diversarum gentium Christianos qui ibi frequentes habitant, per usitata ordinis ministeria excolentes. Verum his non contenti finibus, in vicinam Asiam Graeciamque imminebant animo, si qua

possent genti nunc miserae et errorum tenebris involutae, at olim religione doctrinaque florentissimae, verae fidei lucem inferre. Hoc prae caeteris ardore succensus P. Franciscus Caniliacus, cum in Syriam Judaeamque traicere statuisse, studio visendi loca quae indutus mortali corpore Christus Deus incessit, ad collocandam iis in locis sedem Societatis animum appulit. Magnam negotii conficiendi spem faciebat Theophanes Patriarcha Hierosolymitanus, qui ob negotia nescio quae venerat Constantinopolim, quippe id ipsum enixe cupiens neque admodum a latinis sacris, ut mos Graecorum, abhorrens. Ergo juncta amicitia, Praesuli dioecesim suam repetenter se comitem Caniliacus addit, unaque P. Hieronymum Quirotium adducit. Hierosolymae proclivia siebant omnia, dilaudante passim institutum Societatis Patriarcha, sequentibus ejus auctoritatem indigenis, qui praesertim dari suis liberis apertos litterarum magistros percuperent. Verum ut rescivit quid ageretur Coenobiartha Franciscanorum, quorum custodiae commissum est Christi sepulchrum, communibus votis tanto obstitit opere ut negotii cursum abruperit. Ratus videlicet minutum iri jus familiae sue, si alterius ordinis religiosi in ea terra consisterent, pro potestate quam a summis Pontificibus habet amplissimam, edixit nostris ut quantocius abirent. Qui quidem loca sancta venerati, eo tristiores abscessere quod ingens operae pretium praeceperant animo, et ipsum Patriarcham pro eo quem prae se ferebat mentis habitu, facile adductum iri ad unitatem Ecclesiae Romanae si paulo commodius erudiretur confidebant.

Quod in Palæstina ob eam quam dixi causam non successit, hoc sexto post anno idem Caniliacus perfecit Smyrnae, cum paulo ante Romanam Galliamque petiisset, atque inde redux auxiliarem sociorum manum secum adduxisset. Smyrna urbs est Joniae maritima, Satrapæ Turcarum sedes. Multa visuntur in ea tum antiquae magnificentiae vestigia, tum christianaæ religionis monumenta. Si desint caetera, solo Polycarpi pontificatu ac martyrio inter nobiliores totius Asiae censemur. Consul negotiantum ibi Gallorum factus cum fuisset Samson Neapolion vir pius amansque Societatis, Bizantium venit anno saeculi vigesimo tertio, sumpturus a regio legato sui magistratus diploma, per eamque occasionem cum nostris Galatae degentibus familiaritatem contraxit. Quorum consuetudine delestatu in eam devenit mentem, si par sociorum habere secum Smyrnae posset, eos enimvero et sibi et sua gentis hominibus, tum etiam indigenis, magno adjumento futuros. Re cum legato communicata, nihil per eum fuit morae ne consilium exsequeretur. Ad nostros quod attinet, iis accidere nihil poterat quod magis esset et praeter spem et ex voto. Cunctis igitur quorum intererat prolixe consentientibus, decernitur domicilium Smyrnense. Primus conferre se illuc voluit qui omnium erat praeses Caniliacus, itque cum Sampsonem quem dixi consule, visurus coram quae loci conditio esset, quos suorum quibus ministeriis adiceret. Statum rei christianaæ reperit supra quam dici possit afflictum ac miserabilem. Urbe praeter Turcas rerum potientes frequentabant Graeci Armenique, non minus commercio linguae, quam communione sacrorum et habitationis invicem separati: hoc tantum concordes, quod catholicum nomen Romanumque Pontificem aspernabantur. Nam et qui antea fuerant latini ritus destituti ministrii sacrorum, paulatim ad Graecos defecerant. Exceptis negotiatoribus, quos illuc ex provinciis catholicis ratio mercaturae identidematrahebat, verae religionis vix vestigium cerneret. Et ex his etiam bene multi curis augendae rei distracti, lingua magis quam re catholicae pietatis profitebantur fidem. Festorum profestorumque dierum nullum discrimen habebatur. Sacris vel abstinebant omnino vel ritu graeco participabant. Miseranda in primis conditio templorum erat. Ex tam multis quibus olim Ecclesia Smyrnensis floruerat, unum reliquerant Turcae Graecis D. Georgio sacrum, idque male materialatum ac ruinosum. Armeni apotheca mercatoria pro sacello utebantur. Latinorum una erat Ecclesia apud consulem Venetorum, sed adeo angusta ut aegre omnes ejus gentis homines caeteroqui paucos caperet. His coram inspectis, vidit Caniliacus quid subesset incommodi et difficultatibus exitum non inveniebat. Ut Turcae

^{199.}
*P. Franciscus
Caniliacus ex-
currit Hieros-
olymam.*

^{200.}
*Ibi domicilium
Societatis qua-
rens, abiit cogi-
tare.*

^{201.}
*Idem Caniliacus
sedem collocat
Smyrnae admini-
tente Gallorum
consule.*

^{202.}
*Rei christianaæ
status infelix
Smyrnae.*

^{203.}
*Apud Gallorum
consulem nostri
habitant Smyr-
nae.*

permitterent novum aperiri Smirnae pro Christianis templum, id non videbatur sperandum; cum satis se christianis Principibus gratificari putent, quod eorum oratoribus et consulibus copiam faciant habendi sacella domestica, in quibus suas libere religiones cum popularibus suis colant. Cum alia non suppeteret negotii conficiendi ratio, unum superesse statuit, ut apud Galliae consulem habitarent homines Societatis, et consulaire sacellum administrandum susciperent. Placuit ita fieri, et pro eorum alimentis assignatum est quoddam portori genus, quod singulae Gallorum naves cum illuc appellunt, in usum sacelli pendunt consuli ex praescripto Regis.

^{204.} *Sacellum consulari vertitur in paroeciam, et Societati commititur.*

Dum haec maxime agebantur, opportune Smyrnam appulit Petrus de Mar-chis Episcopus Therasiae (Sanctorum vulgo nominant, vocabulo ut arbitror corrupto deductoque ab S. Irene, cuius est in illa insula praecipuus cultus); qui ad inspicciandum ordinandamque in oriente rem catholicam Roma veniebat.

^{205.} *P. Caniliacus Parochi officium sedulo admini-strat.*

Is vehementer admirans ac porro dolens, in urbe tanta nullam esse latinis curialem aedem, nullum parochum, ut res adeo necessarias suppleret, sacellum ipsum consulis Gallorum Polycarpo Martyri dedicatum, esse deinceps jussit loco curialis ecclesiae, nomenque ac jus Parochi P. Francesco Caniliaco tunc sacellum administranti, ejusque in perpetuum successoribus tribuit. Caniliacus ala-cri suscepit animo novam provinciam. Continuo sacellum quam potuit decentissime ornavit, pixidem argenteam confecit, sacrosancta mysteria in altari reposuit. Tum quae veri pastoris sunt exsequens, mercatores nautasque in saccello, in navibus, publice privatimque de christiani hominis officiis admonere, iisque sa-cramenta ministrare instituit. At non contentus opera quae latinis impendebatur, cum Graecorum etiam saluti consultum vellet, adjutorem sibi adscivit e Galatensi statione quem supra nominavi P. Hieronymum Quirotium, qui delatus Smyrnam in suo cubiculo ludum litterarium aperuit pro Graecorum liberis. Hi quod nulla mercede instituebantur, brevi excreverunt ad octoginta, adeo laetis parentibus ut deliberarent de instruenda communi sumptu schola commodiore: quod plane faciebant, nisi Latinorum aliqui secta Calviniani, consilium disturbassent. Erat tamen improbus docendi labor, quod inopia librorum cogebatur magister omnia sua manu describere, quae auditoribus traderet ad discendum. Sed molestiam condebat fructus qui brevi conspicuus exstithit. Pueri quae audierant in schola de cultu pietatis, refrebant ad parentes incendebantque eos ut eadem audire ex praecceptor suo vellent. Qui cum ob id frequentes adessent, Quirotius ad laborem scholae quotidiana, adjecit festis diebus catechesim pueris pariter et adultis communem. Ea sic peragebatur. Ubi coetus convenerat, unus puerorum graeca lingua vernacula orationem dominicam, symbolum Apostolorum, et decem divinae legis praecepta recitabat. Plures deinde ejusdem aetatis, quae per hebdomadam didicerant ex libello doctrinæ christianæ, ut quisque rogabatur, reddebant. Post haec Quirotius unum alterumve ex præcipuis christianarum in-stitutionum capitibus explicabat. Cum finem dicendi fecerat, litanie lauretanae graece item redditæ communiter canebantur. Prius quam coetus solveretur, Qui-rotius ex solemni formula pro Romano Pontifice, cunctis una comprecantibus, supplicabat. Hoc instituto mirum quantum quam brevi spatio profectum sit. Ante nostrorum adventum, tanta Graecorum plerique laborabant rerum divina-rum inscritia, ut nec dominicam orationem tenerent. Multi praeterea inter eos inoleverant errores gravesque. Putabant lege piacularis confessionis non teneri mares ante annum aetatis vigesimum, feminas vero non nisi post matrimonium: fas esse sacerdoti vulgare quae audisset pro confessione, aliaque id genus; qui-bus imbuti opinionibus, poenitentiae sacramento abstinebant multi, multi male abutebantur, graviora delicta reticentes. Depulsa est paulatim inscritia, errores exempti omnes. Abstersum etiam ex parte vetus illud atque implacabile latini nominis odium, quo apud Graecos pejus prope audiebat romana religio, quam supersticio Turcarum, ac sensim Romano Pontifici reverentia haberit copta. Po-stremo Societatem nostram, quam ex suorum tantummodo monachorum relationi-bus cognitam antea detestabantur, et laudare et venerari cooperunt in tantum,

^{206.} *P. Hieronymus Quirotius ludum litterarium ope-rit pro Graeciis.*

^{207.} *Addit catechesim pueris et adultis communem.*

Faciebant, nisi Latinorum aliqui secta Calviniani, consilium disturbassent. Erat tamen improbus docendi labor, quod inopia librorum cogebatur magister omnia sua manu describere, quae auditoribus traderet ad discendum. Sed molestiam condebat fructus qui brevi conspicuus exstithit. Pueri quae audierant in schola de cultu pietatis, refrebant ad parentes incendebantque eos ut eadem audire ex praecceptor suo vellent. Qui cum ob id frequentes adessent, Quirotius ad laborem scholae quotidiana, adjecit festis diebus catechesim pueris pariter et adultis communem. Ea sic peragebatur. Ubi coetus convenerat, unus puerorum graeca lingua vernacula orationem dominicam, symbolum Apostolorum, et decem divinae legis praecepta recitabat. Plures deinde ejusdem aetatis, quae per hebdomadam didicerant ex libello doctrinæ christianæ, ut quisque rogabatur, reddebant. Post haec Quirotius unum alterumve ex præcipuis christianarum in-stitutionum capitibus explicabat. Cum finem dicendi fecerat, litanie lauretanae graece item redditæ communiter canebantur. Prius quam coetus solveretur, Qui-rotius ex solemni formula pro Romano Pontifice, cunctis una comprecantibus, supplicabat. Hoc instituto mirum quantum quam brevi spatio profectum sit. Ante nostrorum adventum, tanta Graecorum plerique laborabant rerum divina-rum inscritia, ut nec dominicam orationem tenerent. Multi praeterea inter eos inoleverant errores gravesque. Putabant lege piacularis confessionis non teneri mares ante annum aetatis vigesimum, feminas vero non nisi post matrimonium: fas esse sacerdoti vulgare quae audisset pro confessione, aliaque id genus; qui-bus imbuti opinionibus, poenitentiae sacramento abstinebant multi, multi male abutebantur, graviora delicta reticentes. Depulsa est paulatim inscritia, errores exempti omnes. Abstersum etiam ex parte vetus illud atque implacabile latini nominis odium, quo apud Graecos pejus prope audiebat romana religio, quam supersticio Turcarum, ac sensim Romano Pontifici reverentia haberit copta. Po-stremo Societatem nostram, quam ex suorum tantummodo monachorum relationi-bus cognitam antea detestabantur, et laudare et venerari cooperunt in tantum,

^{208.} *Fructus operae apud Graecos po-sitae.*

^{209.} *Eorum inclina-tio erga Societa-tem.*

ut nostrorum commercio consiliisque crebro ac libenter uterentur, et multi apud eos onera conscientiae deponerent. Quo in genere illud vel maxime admirandum quod praeceps anni festis et per quadragesimam jejuniorum, non alium in aede sua S. Georgii audire concionatorem sustinebant, praeter Quirotum, probante id ipsorum Episcopo, viro non malo nec male de Romana Ecclesia sentiente, quem frustra Patriarcha Constantinopolitanus, Calvini sectam ut infra dicam amplexus, absterre minis conatus est ut a suo templo Jesuitas arceret. Ita Graeci excolebantur.

Nec interim neglecti Armeni. In his plus docilitatis erat, apertior indeoles, alienatio a Latinis minor: at inscitia rei christiana fere quanta apud ethnicos, Parochum e sua gente habebant itemque Episcopum. Sed Parochus legendi scribendique omnino rudis, nec manu formare crucem sciebat, remque divinam faciens solemnes liturgiae preces non nisi memoriter peragebat. Hoc praestabat Episcopus, quod legere utcumque didicerat: caeterum Parochus haud multo doctior. Documento sit quod rogatus a nostro per interpretem, ut armenice scriptam tradaret orationem dominicam, non potuit nisi exscribens eam ex codice. His igitur erudiendis excoledisque evocatus est Smyrnam P. Arthaldus Riondetus, qui tamen propter imperitiam armenicæ linguae nihil admodum promovit aliquamdiu. Atque ubi expeditum linguae usum labore assiduo studioque fuit adeptus, cum felici successu institueret gentem, circa annum saeculi trigesimum ablata Societati administratione sacelli consularis, coactus est opus intermittere. Sed de hac re dicam inferius. Nunc ut summam faciam eorum quae toto sexennio Smyrnae acta sunt, versantibus in ea statione tribus quos dixi Patribus, Caniliaco, Quirotio et Riondetu et opus impigre facientibus, visa religio quodammodo reflorescere. Coepitus ex eo festorum dierum cultus servari, qui jamdiu negligebatur. Augendae eorum dierum religioni mos inductus, ut in sacerdotali consulari psalmodiae pars vespertina cum solemnem cantu perageretur. Creber jam usus sacrorum iis quoque quibus antea persussum erat, mercimoniiorum occupationes satis justam sibi afferre causam ne ad ea accederent. Impetratum a nautis convenisque, ut cum navigandum erat non prius mari se committerent quam perceperissent sacra, seque eo praesidio adversus navigationis pericula munissent. Magnum in primis illud vixque in urbe Schismaticorum plena, et Turcarum imperio subjecta sperandum, quod sacrosanctum viaticum ad Christianos moribundos deferri palam nec sine pompa coepit. Initium, quod magis mirere, factum in consule Anglorum, qui Caniliaci consuetudine catholicam amplexus fidem, cum graviter aegrotaret, ut proxime abesse diem supremam sensit, deferri ad se sacram Eucharistiam jussit ritu catholico, idque luce palam et quod magis est assectantibus suae nationis hominibus licet secta heterodoxis: qui quidem non ausi imperium detrectare, ferentem mysteria sacerdotem ritu supplicantium deduxere intecto capite, incensos cereos manu gestantes. Ac post haec perrectum quoties opus fuit sacram viaticum circumferri Smyrnae, haud secus quam si urbs esset omnino catholica. Curatum etiam a nostris perfectumque est, ut ad sepulturam Orthodoxorum certus attribueretur locus (nam antea promiscue cum schismaticis sepeliebantur), ut vel sepulchro discerni possent mortui quos viventes religio discreverat.

Verumtamen ea prima cura nostrorum fuit, ut qui catholico censebantur nomine ex ipsis moribus dignoscerentur. Atque ut recalesceret pietas Latinorum quae inter mercimoniis curas plus nimio refrixerat, praeter caeteras artes, sodalitum instituerunt sub clientele Divinae Matris, ad eorum similitudinem quae ubique gentium multa Societas habet. Huic honestissimi quique mercatorum derident nomina, coentesque festis diebus usitata religionis officia peragebant. Eo non contenti pii sodales, collata pro suo quisque modo pecunia, sortem non pigendam constituerunt hoc proposito, ut per exploratae fidei sodales utiliter collocaretur, ex ejusque fructibus inopum egestati subveniretur, integra semper sorte, immo novis sodalium largitionibus augenda. Cujus instituti multiplex fructus fuit, cum inde plures redimerentur captivi, plures item puellae ob inopiam

210.
Mira Armenorum inscitia.

211.
Eos excoledos suscipit P. Arthaldus Riondetus.

212.
Summa rerum Smyrnæ gestarum intrasexenium.

213.
Sacrum viaticum publice defertur, ac primo ad Anglorum consulon.

214.
Sodalitia quae-dam Smyrnæ instituta.

periclitantes honeste collocarentur. Perspecta itaque sodalitii utilitate, aliud conflagrunt Patres ex opificibus utriusque ritus Latini et Graeci, et huic tertium pro ingenuis adolescentibus addiderunt. Ea sodalitia velut totidem christiana pietatis officinae erant. Cujus quidem rei exempla proferre multa possem, sed brevitas gratia unum dumtaxat subiicio. Quidam e sodalito opificum praestanti forma juvenis, cogente inopia operam suam locaverat Turcae diti nec malo, ac propter diligentiam in familiari ministerio magna apud ipsum gratia erat. At placebat supra quam vellet herae, mulieri libidinosae ac procaci, atque ad flagitium sollicitanti aegre resistebat. Cum nefariam ejus libidinem saepè repulisset, ad extremum summa confici egestate maluit, quam diutius pudicitia periclitari.

Relicto itaque apud herum quod collegerat qualicumque peculio, fuga sibi consuluit. Accessere ad sodalitorum commendationem exempla quaedam divinitus edita, e quibus unum hic referre abs re non erit. Smyrnam negotiandi causa venerat juvenis patria Chiensis, haustamque a puero pietatem paulatim exsuens, in omnem vitae licentiam se effuderat. Monitus ut respiceret se, ut inter marianos sodales profiteretur nomen, monitores pios proterve contemnebat. Misericordia aberrantem non deseruit tamen misericors hominum pater. Subito corripitur morbo juvenis, eoque sensim aggravante ad extrema deducitur. Tunc enimvero alia mens, meliora consilia. Vocari ad se sacerdotem unum e nostris jubet, et quamquam aegre trahens animam ac prope in termortuus, eo coram vovet, si vitae longioris fieret compos futurum se in ciuentela Deiparae, ejusque tesseram in sodalito accepturum. Vix fecerat cum remittere coepit febris. Inde illi facultas recognoscendae conscientiae, ac peragendae per otium confessionis. Qua expleta visus sibi velut immanni levatus onere, atque intra biduum omnino persanatus votum exsolvit. Idem cum vitam post haec homine christiano dignam instituisse, fatebatur sibi ita viventi multo quam antea quaestuosior rem negotiationem fieri. Beatus etiam P. Ignatius, ignotum antea iis in terris nomen, passim in rebus afflictis auxilio vocari nec frustra coepit. Thecam habebant Patres, in qua frustulum ex Ignatii reliquiis erat repositum. Eam poscentibus commodabant, et quoties reddebatur, narrari sibi plerunque audiebant beneficium aliquod Ignatii ope divinitus acceptum, praesertim a praegnantibus feminis quae inter dolores angustiasque partus, ejus thecae contactu fetum facilime effundere dicebantur. Semel reportata est ab homine greco, non qualis tamen fuerat ei tradita sed multo ornatior, inclusa scilicet sacculo holoserico, opere phrygio pulcherrime elaborato, cuius una pars effigiem crucis constantiniane, altera sacrosanctum Jesu nomen acu splendide depictum exhibebat. Et mirantes quid ita esset Patres, admonuit Graecus mitti id munus a femina Turcae nupta, non ultimi inter suos ordinis. Eam comitiali vitio laborantem thecae contactu convalusisse, proptereaque ornatum hunc rei tam sanctae decentius asservandae suis manibus confecisse, laturam aegerrime nisi qualecunque hoc esset grati animi monumentum Patres acciperent. Ex quo cognosci potuit, nullum esse genus mortalium ab Ignatii beneficentia remotum.

Smyrnensi ita ut dictum est domicilio constituto, altero post anno qui fuit saeculi vigesimus quintus, natum est Alepense; sed hujus multo turbidior ortus fuit. Quam nunc Arabes verso nomine Alepum vocant plerique Beroeum, nonnulli Hieropolim Comagenae caput olim fuisse arbitrantur. Sedet ad Marsyam amnum, pari ferme spatio inter mare Cilicum et Euphratem, estque emporium ob situs opportunitatem totius turcicae ditionis nominatissimum. Illuc enim ex plerisque Europae atque Asiae provinciis institores varias primae notae merces opesque convehunt. Habitatorum quidem certe copia, si tantum excipias Constantinopolim et Cairum, omnes Turcarum urbes superare dicitur. In tanto incolarum numero Christiani censembarunt diversarum gentium permulti, sed omni fece sacro ministerio ut inter barbaros destituti. Quod cum nec nesciretur nec aequis animis acciperetur Romae, visum Pontifici Maximo Urbano VIII. itemque sacro Cardinalium consilio, quod haud ita pridem ipse ad propaganda ubique gentium divinam fidem instituerat, mittendos illuc de nostra Societate

215.
Exemplum pudicitiae ab adolescenti editum.

216.
Deiparae beneficentia erga aeratum.

217.
Cultus B. P. Ignatii vel inter Turcas beneficium comprobatus.

218.
Decernitur Roma, ut Societas domicilium constituatur A. lepi.

operarios, qui labantem rem christianam sustentarent. In idem summa voluntate consensit christianissimus Gallorum Rex Ludovicus XIII., qui praeterea patrocinium suum quod magni apud Turcas momenti est, habitaturis illic Patribus promittebat. Deliguntur ergo in id ita jubente Mutio, e provincia Lugdunensi Patres impigri duo, Joannes Stella et Gaspar Maniliefrus, qui cum Massilia solvissent Junio mense exeuente, ad XV. Cal. Augusti Alexandriam Ciliciae (Alexandretam yulgo nominant) appulere. Coacti dies aliquot ibi facere, donec coissent omnes qui Alepum deportatur erant merces (nam ob pericula latronum passim grassantium, non solent nisi magnis comitatibus exportari), non otiose duxerunt tempus, sed negotiatoribus et naviculariis sacra impertierunt, ac demum ingressi viam terrestrem, Alepum III. Nonas Augusti attigerunt. Ferebant a Rege Galliae litteras ad consulem sue gentis cum gravi mandato, ut eis quacumque posset re praesidio esset, videretque in primis ne qua fieret ipsorum ministeriis mora. Verum homo vecors, vel suopte ingenio alienus a Societate vel pecunia corruptus, adeo regia jussa non est executus, ut imo ad exturbandos inde Patres conspiraverit cum adversariis ipsorum. Jam qui fuerint isti adversarii, quid contra nostros, quas ob causas, quibus modis incepérunt ac perpetraverint, referendum hic esset singillatim, idque historiae leges videntur poscere. Sed prohibet lex charitatis omni alia lege potentior. Tantum igitur quod omitti nullo modo potest, ad institutionem posterorum in summa concludam.

Alepi coenobium erat familiae religiosae, cuius praeses ex veteri nescio quo privilegio, jus potestatemque pastoris ordinarii in tota dictione turcica quae ad orientem pertinet usurpabat. Is advectos ut auditii duos Jesuitas, denunciari iis per unum e suis jussit ut absisterent procal, et siquidem in urbe morarentur, ne auerterent ullam sacri ministerii parlem attingere. Tergiversantibus morasque noctentibus (nam cur jurisdictioni inferiori et incertae se subiicerent, Pontificis Maximi auctoritate subnixi?) graves intentabantur minae. Quibus cum opponerent nostri missionis sua jus legitimum, quippe ab apostolica sede profectum, cui derogare nulla inferior potestas posset, talia nihil attendens coenobiarcha, capitata hora qua in sacello consulis Galliae celebriore ritu sacrum peragebatur, ibi per publicas litteras sacris interdictis Patribus, proposita anathematis poena, si rem divinam uspici facere Alepi, nedum ullius confessionem excipere ausi essent. Parum movebant censurae nostros ab illegitima potestate profectae: provocacionem ad summum Pontificem interposuerunt, perrexeruntque nihilominus sacris operari, non quidem in sacello consulis quod sibi occlusum reperiebant, sed in aede Maronitarum mille et quingentos extra urbem passus. Et siquidem apostolicam appellaverant sedem, deque re tota certiore per litteras fecerant Gallicum apud Turcarum Regem oratorem, romana et constantinopolitana responsa placide opperiebantur. At praeverterunt adversarii, ac prius quam responsa advenirent eam paraverunt stropham, contra quam nihil in jure praesidii erat. Defertur ad Praetorem urbis libellus, in quo erat venisse Alepum de natione Jesuitarum duos contra jus, et velle per vim in urbe consistere. Esse eos Turcici hostes imperii, exploratores scilicet Hispanorum, ac nisi mature pellantur, nec ipsum Imperatorem tutum ab iis fore. Libello pondus addebat pecuniae summa non levis, quae cum magnam ubique obtinet vim tum apud Turcas maximam. Bassa (hoc Turcae nomine Praetorem vocant) confestim Gallorum consulem docet de libello. Hic contra obsistere, praeclarus videlicet simulator: Jesuitas per calumniam accusari dicere. Esse utrumque natione Gallos, professione religiosos, nullius suspectos criminis sibique a Rege impense commendatos. Pelli proinde eos, salvo foederis jure quod inter Galliam et Othomanicum Imperium esset, non posse. Hanc vafer ludebat in scena fabulam, ne sibi fraudi esset apud Regem Galliae, quod homines a se cum fide tuendos deseruisset. At submisserat occule ad Praetorem qui diceret, pergeret porro de Jesuitis consilium exequi, quantovis ipse opere obniti contra videretur. Quod postea multorum testimonio, et ipsis occulti internunciij confessione revictum est. Ergo post brevem et umbratilem disceptationem inter Praetorem et Consulem, frustra hoc

219.
Alepum deferuntur PP. Jo. Stellla et Gaspar Maniliefrus.

220.
Eos Religiosi quidam conantur excludere.

221.
Patres exsulare jubentur. Consulat Gallicorum perfidia.

^{222.} *Alexandretam delati coniunctum tur in carcere.* communis foederis leges appellante, indicitur exsilium Patribus, poena capitis denunciata, nisi intra tertium diem Alepo demigrassent. Illi paruerunt. Nam quid facerent inter occultas fraudes et apertam vim, nullo oppressae innocentiae patrocinio? Alexandriam Ciliciae cum venissent, nihil meliora invenerunt. Vel abeunte insequebatur impotes adversariorum ira. Rapti sunt statim in vincula, nec inde nisi post dies quindecim, multis gravibusque affecti molestis evaserunt.

^{223.} *Rebus desperatis redeunt in Europam.* Educi carcere constituerant ibi latenter subsistere, donec regii apud aulam constantinopolitanam legati responsum accepissent, utique sperantes una allatum iri Imperatoris diploma, quo potestas ipsis fieret manendi Alepi. Neque id consilium carebat exitu, si res tantum cum Turcis foret. At qui eos Alepo extrusserant adversarii, hanc etiam redeundi viam intercluserant. Aga Alexandrinus, praepositus inspiciens mercibus et portorii vectigalibus exigendis, pecunia sollicitatus, deliberatione subita deferri ad se jubet claves omnium apothecarum, in quibus Galli negotiatores suas habebant merces repositas, palamque contestatur, nihil efferendum inde nisi prius Jesuitae vela fecerint. Senserunt tum deum Patres, nullam sibi relinquiri rerum meliorum spem. Ne igitur cuiquam sua detimento esset mora navim anglicam concenderunt, ac relicta Asia, post navigationem dierum amplius triginta, morbo, fame marisque tempestatibus vexati ac propemodum enecti, Melitam tenerunt.

^{224.} *Acta Romae ad restituendam Societati sedem Alepensem.* Romae interea, cognitis quae Alepi mota fuerant ad disturbandom missionem Patrum, non aequo rem acceperunt animo Pontifex consiliumque Cardinalium de Propaganda Fide. Atque Urbanus quidem Pontifex, ne quo deinceps jure seu juris obtentu, ii quos dixi coenobitae nostrorum ministeria impedirent, duobus quos supra nominavi Patribus, Stellae ac Manilierio, publicas dari litteris jussit suo nomine, quibus litteris diserte declarabatur, mitti eos ab Apostolica Sede in provincias orientis cum amplissima facultate annuncandi iis gentibus evangelium, caeteraque quae id munus postulat peragendi. Cardinales vero ut coenobitas nobis aduersos in officio continerent, eosdem per supremum ipsorum praesidem acriter monendos curaverunt, ne missis hactenus atque in posterum mittendis ab Apostolica Sede cum evangelico ministerio viris, molesti essent. His rebus confectum existimabat negotium Mutius, nihil dum sciens nisi de controversiae initiis et aliquali progressu. At postea quam pulsos praeterea Patres et Melitam advectos comperit, nullam sibi intulit moram ne missionem collapsam restitueret. Scripsit ad Patres ut primo quoque tempore navigarent Constantinopolim: ibi Regis Galliae legatum adirent, unicum in iis terris fidumque Societatis praesidium: ejus deinde muniti litteris Alepum repeterent. Simul ad legatum ipsum perscrispit etiam atque etiam rogans, ut pro ea qua pollebat apud Turcas auctoritate, confidendum curaret Imperatoris diploma, quo potestas fieret nostris Alepi tuto commorandi. Omnia ad votum cessere. Et Legatus (erat is Comes Philippus Caesys, amantissimus Societatis vir) plus etiam quam rogabatur praestitit. Nam cum eodem fere tempore, quo Galatam appulerunt Patres, supremus Imperii administrator (Visirum vocant) in ordinem redactus, successorem accepisset non admodum Christianis iniquum et Gallorum Legato impense faventem, is tale excuspsit diploma, cuius beneficio liceret Jesuitis non domicilium tantum sed et sacellum Alepi habere, in eoque sua impune munera exercere. Hoc diplomate instructi Patres Bizantii solverunt et Alexandriam Ciliciae devenerunt. Vix in litus egressos agnoverunt quem supra nominavi Aga, ac rursum exigere procul aut saltem progredientes demorari parabat. At conspicits Visirii litteris, fassus se falsa relatione deceptum ab quibusdam Franchis, nullam ultra objecit moram ne porro pergerent. Itaque terrestri itinere progressi, XI. Cal. Maii anno saeculi vigesimo septimo, denuo Alepum intraverunt, quatuordecim ferme quam fuerant pulsi mensibus evolutis: quo vultu, quo animo ita redeuntes conspexerint ii, qui tot artibus, tanto conatu ac tanta in primis profusione pecuniae eiiciendo curaverant, cogitatu facilius quam dictu est. Aegritudinem eorum cumulavit adventus novi Visirii, qui prefecturus ad bellum Persicum, huc venit inspiciundi causa exercitus qui circa urbem hiemaverat. Siquidem ad eum salutandum cum processissent

^{225.} *Litterae Mutii ad Patres et ad legatum Regis Galliae apud Turcam.* nullam sibi intulit moram ne missionem collapsam restitueret. Scripsit ad Patres ut primo quoque tempore navigarent Constantinopolim: ibi Regis Galliae legatum adirent, unicum in iis terris fidumque Societatis praesidium: ejus deinde muniti litteris Alepum repeterent. Simul ad legatum ipsum perscrispit etiam atque etiam rogans, ut pro ea qua pollebat apud Turcas auctoritate, confidendum curaret Imperatoris diploma, quo potestas fieret nostris Alepi tuto commorandi. Omnia ad votum cessere. Et Legatus (erat is Comes Philippus Caesys, amantissimus Societatis vir) plus etiam quam rogabatur praestitit. Nam cum eodem fere tempore, quo Galatam appulerunt Patres, supremus Imperii administrator (Visirum vocant) in ordinem redactus, successorem accepisset non admodum Christianis iniquum et Gallorum Legato impense faventem, is tale excuspsit diploma, cuius beneficio liceret Jesuitis non domicilium tantum sed et sacellum Alepi habere, in eoque sua impune munera exercere. Hoc diplomate instructi Patres Bizantii solverunt et Alexandriam Ciliciae devenerunt. Vix in litus egressos agnoverunt quem supra nominavi Aga, ac rursum exigere procul aut saltem progredientes demorari parabat. At conspicits Visirii litteris, fassus se falsa relatione deceptum ab quibusdam Franchis, nullam ultra objecit moram ne porro pergerent. Itaque terrestri itinere progressi, XI. Cal. Maii anno saeculi vigesimo septimo, denuo Alepum intraverunt, quatuordecim ferme quam fuerant pulsi mensibus evolutis: quo vultu, quo animo ita redeuntes conspexerint ii, qui tot artibus, tanto conatu ac tanta in primis profusione pecuniae eiiciendo curaverant, cogitatu facilius quam dictu est. Aegritudinem eorum cumulavit adventus novi Visirii, qui prefecturus ad bellum Persicum, huc venit inspiciundi causa exercitus qui circa urbem hiemaverat. Siquidem ad eum salutandum cum processissent

^{226.} *Alepon repetunt Patres cum amplio Visirii diplomate.* nullam sibi intulit moram ne missionem collapsam restitueret. Scripsit ad Patres ut primo quoque tempore navigarent Constantinopolim: ibi Regis Galliae legatum adirent, unicum in iis terris fidumque Societatis praesidium: ejus deinde muniti litteris Alepum repeterent. Simul ad legatum ipsum perscrispit etiam atque etiam rogans, ut pro ea qua pollebat apud Turcas auctoritate, confidendum curaret Imperatoris diploma, quo potestas fieret nostris Alepi tuto commorandi. Omnia ad votum cessere. Et Legatus (erat is Comes Philippus Caesys, amantissimus Societatis vir) plus etiam quam rogabatur praestitit. Nam cum eodem fere tempore, quo Galatam appulerunt Patres, supremus Imperii administrator (Visirum vocant) in ordinem redactus, successorem accepisset non admodum Christianis iniquum et Gallorum Legato impense faventem, is tale excuspsit diploma, cuius beneficio liceret Jesuitis non domicilium tantum sed et sacellum Alepi habere, in eoque sua impune munera exercere. Hoc diplomate instructi Patres Bizantii solverunt et Alexandriam Ciliciae devenerunt. Vix in litus egressos agnoverunt quem supra nominavi Aga, ac rursum exigere procul aut saltem progredientes demorari parabat. At conspicits Visirii litteris, fassus se falsa relatione deceptum ab quibusdam Franchis, nullam ultra objecit moram ne porro pergerent. Itaque terrestri itinere progressi, XI. Cal. Maii anno saeculi vigesimo septimo, denuo Alepum intraverunt, quatuordecim ferme quam fuerant pulsi mensibus evolutis: quo vultu, quo animo ita redeuntes conspexerint ii, qui tot artibus, tanto conatu ac tanta in primis profusione pecuniae eiiciendo curaverant, cogitatu facilius quam dictu est. Aegritudinem eorum cumulavit adventus novi Visirii, qui prefecturus ad bellum Persicum, huc venit inspiciundi causa exercitus qui circa urbem hiemaverat. Siquidem ad eum salutandum cum processissent

^{227.} *Visirius bene volum se praebet Patribus.* nullam sibi intulit moram ne missionem collapsam restitueret. Scripsit ad Patres ut primo quoque tempore navigarent Constantinopolim: ibi Regis Galliae legatum adirent, unicum in iis terris fidumque Societatis praesidium: ejus deinde muniti litteris Alepum repeterent. Simul ad legatum ipsum perscrispit etiam atque etiam rogans, ut pro ea qua pollebat apud Turcas auctoritate, confidendum curaret Imperatoris diploma, quo potestas fieret nostris Alepi tuto commorandi. Omnia ad votum cessere. Et Legatus (erat is Comes Philippus Caesys, amantissimus Societatis vir) plus etiam quam rogabatur praestitit. Nam cum eodem fere tempore, quo Galatam appulerunt Patres, supremus Imperii administrator (Visirum vocant) in ordinem redactus, successorem accepisset non admodum Christianis iniquum et Gallorum Legato impense faventem, is tale excuspsit diploma, cuius beneficio liceret Jesuitis non domicilium tantum sed et sacellum Alepi habere, in eoque sua impune munera exercere. Hoc diplomate instructi Patres Bizantii solverunt et Alexandriam Ciliciae devenerunt. Vix in litus egressos agnoverunt quem supra nominavi Aga, ac rursum exigere procul aut saltem progredientes demorari parabat. At conspicits Visirii litteris, fassus se falsa relatione deceptum ab quibusdam Franchis, nullam ultra objecit moram ne porro pergerent. Itaque terrestri itinere progressi, XI. Cal. Maii anno saeculi vigesimo septimo, denuo Alepum intraverunt, quatuordecim ferme quam fuerant pulsi mensibus evolutis: quo vultu, quo animo ita redeuntes conspexerint ii, qui tot artibus, tanto conatu ac tanta in primis profusione pecuniae eiiciendo curaverant, cogitatu facilius quam dictu est. Aegritudinem eorum cumulavit adventus novi Visirii, qui prefecturus ad bellum Persicum, huc venit inspiciundi causa exercitus qui circa urbem hiemaverat. Siquidem ad eum salutandum cum processissent

Patres in castra, ille placide subridens: Narratum mihi est, inquit, esse vos Hispanorum exploratores: sed quales re vera sitis, satis compertum habeo ex testimonio Legati gallici. Bono estote animo. Nemo vos laedet impune, rerum habenas tractante me. Et siquidem nonnullos hic video, esse qui vobis *occulte* insidunt, efficiam ego nocere ne possint. Sub haec decretum fecit, et in acta publica referri jussit, ut si a quoquam Jesuitae vocarentur in jus absente se, liberum illis foret ad supremum regium tribunal causam trahere. Quo decreto multum infringebatur adversariorum potentia, et veteres grassandi viae paeclabantur.

Et nihilominus adversis iis quos adjumento esse oportebat, difficilia experibantur nostri omnia et impedita. In communi Gallorum diversoriò, consule ut mitissime dicam non amico, nunquam plus quam unum cubiculum obtinere ne oblatu quidem locationis pretio potuerunt, nimis plane angustum usitatis ministerii obeundis locum. Ut vero proprias sibi compararent aedes, quod omnia circumspicientibus necessarium videbatur, inopia non sinebat. His angustiis cum nullus inveniretur exitus, visum ut rediret ex ipsis unus in Galliam, ad conquiendum argentum silect et alias quasdam difficultates explicandas, manente Alepi alio et jus domicilii conservante. Discedendi partes sibi desumpsit Stella, ut pote aetate ac viribus promptior. Manilierius restitit; cumque solis usui esset Gallis, quippe alterius sermonis ignarus, adjutorem sibi e Smyrnensi statione poposcit quem supra memoravi P. Hieronymum Quirotium, multarum linguarum scientia praestantem virum. Advolavit Quirotius seque Manilierio conjunxit. Tum ambo ita inter se parti sunt opus, ut unus Gallis alter Graecis juvandis incumberet. Jam Smyrnae experiendo didicerat Quirotius, quantum haberet momenti ad conciliando schismatics institutio puerorum. Similem proinde aperire ludum Alepi statuit. Et quoniam hujus rei facultas in diversorio Gallorum propter habitationis angustias non erat, impetravit ab ipso Graecorum Metropolita, ut eum in usum partem accommodaret aedium suarum. Hic habere scholam coepit anno sacculi vigesimo octavo, habuitque eodem fere quo Smyrnae fructu menses omnino quindecim; donec submissus ab haeretico Patriarcha Constantiopolitanus Presbyter nequam, veterotiori artibus persuasit Metropolitae ut Jesuitam ab se dimitteret. Tunc se ad procurando Latinos Quirotius transtulit, praesertim Italos. Nam et hanc egregie callebat linguam. Allata interca sunt ex Gallia pecuniarum subsidia, quibus instructi Patres propriam sibi domum paraverunt, atque iterum ludum litterarium aperuerunt, exiguo primum numero ex Indigenis Maronitisque contracto, mox multis partibus auctio ex Graecis et Latinis. Sed quos deinde fructus ex ea statione Societas ceperit, in alia tempora excurrit.

Quartam Societatis in oriente sedem, anno ejusdem saeculi vigesimo octavo Naxiensem acceperunt. Quam vocant Naxon, insula est Aegaei maris, bonitate soli frequentia incolarum inter Cyclades facile princeps. Illuc ante biennium adversitate ventorum seu verius divinae providentiae consilio, dolati fuerant Patres Antonius Perrinus et Dominicus Mauritus; cumque tum forte eodem advenisset diploma Pontificis Maximi, quo suspicentibus rite sacra poenae omnes criminum ex apostolica indulgentia condonabantur, usus occasione Archiepiscopus, ad excitandam in populo pietatem hos adhibere statuit advenas religiosos, quippe homines ejusmodi rebus apprime exercitos, atque ex eo ordine cuius praeclara apud Naxienses erat opinio. Nec illum consilii poenituit sui. Totos duos menses substiterunt ibi Patres. Nulla abit dies a sacris ministeriis vacua: ac tanta ad eos frequentia confitendum fuit, ut pene obruerentur numero nec pares omnibus audiendis essent. Hinc a clero pariter ac populo Naxiensi Societas domicilium expeti vehementer coepit. Archiepiscopus, consulto prius sacro Cardinalium consilio de Propagandā Fide, poposcit in id opem Galici ad Turcarum Regem legati, rogans ut pro sua summa auctoritate, mitti ad se curaret e statione Constantinopolitana Jesuitas minimum duos. Nimirum interesse reipublicae, ut ejus instituti homines in Naxo degerent: videri autem caeteris praefendos Gallos, quod hi suspicionem turcicis magistratibus nullam afferrent. De

Tom. II.

52

^{228.}
Patrum difficultates et angustiae Alepi.

^{229.}
Discedit unus Patrum. Ei succedit P. Quirotius.

^{230.}
Qui ludum litterarium aperit.

^{331.}
Dissoluitur ea schoola, mox iterum aperitur.

^{232.}
Naxienses Societatem expetunt. Quae fuerit occasio.

233.
*Negotium urget
legatus Gallicus,
et residentia col-
locatur in Naxo.*

habitatione eorum ac censu visurum se. His acceptis litteris Caesys, vir ut dixi nostro addictissimus ordini neque minus divini cultus studiosus, vidit hac semel praestructa re, oportunas evangelio circumferendo fieri omnes Aegaei maris insulas. Quare haud cunctatus, et Generalem Praepositum per litteras, et voce Praesidem residentiae Galatensis, ipsum scilicet quem supra memoravi Antonium Perrinum, magno ursit opere ne oblatam opportunitatem preterirent. Nihil per eos fuit morae. Primus ad Naxienses iit Perrinus ipse, quasi inspecturus coram quibus conditionibus domicilium offerretur. Venientem Archiepiscopum et omnis plebs, non tam ut hospitem quam ut communem parentem exccepere. Prolatae sunt tabulae, quibus Antistes civesque summo consensu non modo pii sodalitii sacellum quoddam et huic subiunctas aedes, sed etiam nescio quid anni vestigialis Societati donabant. Donationem admisit Perrinus stationemque Naxensem constituit, binis in ea collocatis Patribus, Matthaeo Hardyo et Georgio Casa: quo demum e Constantinopolitana statione, sexenni minus spatio quatuor Societatis domicilia ut ostensus est succreverunt.

234.
*Molestiae nostris
illatae Constan-
tinopoli a Chris-
tianis.*

At quam aegre facerent humani generis hosti hi Societatis progressus, experti saepe sunt suo periculo qui in eadem statione commorabantur socii, simulque caelestis circa se providentiae non una documenta nec obscura habuerunt. Longum esset ac porro odiosum, omnia singillatim referre discrimina quibus toto praeterito tempore, eorum capita fortunasque objicit malignitas adversariorum. Structae in eos tetrae calumniae: saepe delati ad magistratus quasi Turcarum explorarent res, perscriberentque ad principes christianorum, Turcas ipsos ad defectionem sollicitarent, captiis latebras et adjumenta fugae subministrarent; quae omnia apud barbaros capitalia. Eo perversitatis ventum est, ut tota Constantinopoli spargerentur in turcicam versi linguam libelli mendacis exploratis graves, quos in diversis Europae provinciis, vel inidorum vel haereticorum iniquitas in nostrum ordinem confinxerat. Id agebant omnino, id conatus summo moliebantur, ut Galatense Societatis domicilium penitus deleretur, socii ad unum omnes palis immutibus suffigerentur. Quodque magis detestere, non a Turcis non a schismaticis Graecis Armeniisque, sed a Franchis quod ibi nomen christianis Europaeis commune, haec nostris pericula creabantur. Et nihilominus tegente innocentiam Numine, tam multae malevolorum machinae nullo effectu dissiliuerunt, nostri steterunt incolumes. Ac ne humanae tantum opes id assignes, accidit Constantinopoli anno saeculi duodevigesimo, ut ipse Regis Galliae Orator cuius praecipue patrocinio nostri fulciebantur, certas ob causas quas commemorare non vacat, in vincula raperetur primum, violato per insignem perfidiam communis gentium jure, deinde in Galliam revocaretur. In eo tamen rerum statu cum certa videbatur Christianorum omnium, et maxime religiosorum pernicies, nostros quamvis potenti atque unico rerum suarum patrono orbatos, nemo violavit; plane ut appareret in tutela Numinis eam sedem esse. Quod demum consecuti videbantur malevoli anno saeculi vigesimo octavo, id etiam divina ope disiectum est. Verum hoc quale fuerit, paulo copiosius disserendum.

235.
*Dominationum Ga-
latensem circa Nu-
minis pruden-
tia servauerit.*

Jam ante Angli Batavique conspiraverant, ut ad suam communionem doctrinaeque societatem adjungerent Graecos. Nempe facile trahendam in partes putabant gentem, suopte ingenio alienam ab romano nomine, sibique mire consentiente in eo capite, quod est de aspernanda Romani Pontificis auctoritate. Opportunum coesiliis suis arbitrii Presbyterum et Graecis unum (Cyrillo nomen erat), huic spondent, si sequi Calvinum, calvinianamque propagare doctrinam inter suos velit, effecturos se ut ad Patriarchatum Constantinopolitanum evehentur. Quid sceleris recusaret is, qui post dominationis cupidinem haberet omnia? Fit ergo pactio impia in has leges, ut hic juret in Calvini verba, illi vi pecuniarum turcicis magistratibus persoluta, patriarchale solium ut ibi mos licentetur Cyrillo. Et jam servata pactorum fide, impurum ac vile caput prima orientis thiara vestiebat, cum rescitum est de conventione iniquissima. Orator Gallicus periculo religionis exterritus, adit continuo nummarium regni administrum, majori onustus pecunia, impetravitque ut exauktorato Cyrillo in alium transferretur

236.
*Cyrilli Patriar-
chae odium erga
nos, epusque
causae.*

dignitas, virum antiquae doctrinae et Latinorum amicum. Sed ut status rerum publicarum varius semper et instabilis est apud Turcas, translato post paucos menses Imperio a Mustapha ad fratris filium Osmanem adhuc puerum, mutatisque praecepit regni ministris, Cyrilus ab exilio revocatur, et fautorum opera atque opibus in sedem unde exciderat restituitur. Nec vero dubitans, quin contra se Galliae legatus tam acriter consurrexisset consilio suasque nostrorum, in omnem occasionem perdendi eos imminebat. Accidit ut domi nostrae considerent aliquot Graeci, veniretque in sermonem opinio S. Cyrilli de processione Spiritus Sancti. Arrepta disputandi ansa, qui aderat P. Dionysius Guiller, non eruditus minus quam copiose demonstravit, magnum illud Ecclesiae lumen in hoc fidei articulo stare pro catholica veritate contra errorem Graecorum. Id satis causae visum Patriarchae, cur Jesuitas velut novorum satores dogmatum, Graecorum subornatores publicaeque perturbatores rei, deferret ad Caimacanum (id Visirii absens vicario nomen), et exilio plectendos contenderet. Utrum huic accusationi se immiscuerint legati Anglorum ac Batavorum, non ausim dicere. Illud constat, ex eorum familiaribus unum clam properasse ad legatum Galliae, eique in magno arcano significasse, Jesuitas postridie in vincula abruptum iri. Utcumque fuerit, Caesys ea re cognita, socios primum omnes ne injuriae patenter domi ceperit suea. Tum suscepto ipsorum patrocinio apud Caimacanum, qui jam de Patribus capiendis decreverat, dilutisque iniquae delationis capitibus, non modo lenitus barbarum, sed novas abstulit ab eo litteras, quibus potestas fiebat nostris tuto ac libere in suis ad S. Benedicti aedibus habitandi.

Ita tum quidem compositum fuit negotium. At diebus post haec vix quindicim, multo acerbior Patriarchae et fautorum ejus indignatio recruduit. Initio ut dictum est consilio imbueni Calvinianis dogmatibus Graecos, deportati fuerant ex Anglia Constantinopolim typi calcographici, res nunquam antea in iis partibus visa, et clavis custodiebantur in aedibus Patriarchae, utique imprimentis graece libris quibus Calvini dogma spargeretur. Fuit ex orthodoxis qui ea de re admonuit Caimacanum, velut deinceps exitiali et Turcarum legibus vetito. Nec dilatum malo remedium. Adsunt ex improvviso regii apparitores, Patriarchae ingrediuntur domum, scrutantur penetralia universumque typographici operis instrumentum, quod facile repertum, auferunt. Id ubi ad aures accedit Oratoris Anglici, dixisse fertur indignantis in morem, haud dubie hanc sibi contumeliam intulisse legatum Galliae; at Jesuitas poenam datus. Et brevi patuit minaci quid subasset dicto. Paucis interjectis diebus, mane summo, domum Societatis irrumpit manipulus militum, duce quadam Patriarchae Janizero; repertosque domi Patres dumtaxat duos, Dionysium Guillerum et Joannem Regnierum (alii duo degebant tum forte apud Oratorem Galliae), unumque e Fratribus ordine, vincunt ac navicula impositos (nam Galatam inter et Constantinopolim breve fretum, seu potius aestuarium interligit) ducunt ad Caimacanum. Bibliotheca pariter asportatur. Quidquid reliqua supellestis inventum, milites diripuerent, excepto ecclesiae instrumento quod servatum est. Captos ut audit Patres, advolavit ad Caimacanum Caesys, fidem aequitatemque ejus implorans. Cui barbarus non unius criminis arcessitos Jesuitas respondit. At bono esset animo. Se jus illis cum fide dicturum, et donec cognitione causas perageretur, futuros apud se in honesta custodia. Quae qualicumque animo loqueretur, promissis certe non stetit. Legato enim vix digresso, sociis ferrea collaria sunt injecta, et una omnes catena innexi sic, ut moveri unus non posset alio immoto, quod fieri nisi latronibus ac facinorosis non solet. Ita cum triduum in carcere exegissent, ad Caimacanum producuntur. Interpretis apud eum gerebat munus quem dixi Janizerus Patriarchae, habebatque prae manibus librum italicice scriptum contra Mahometicam superstitionem, quem inventum ajebat in Jesuitarum bibliotheca. Viderunt tum demum iniquitatibus mysterium Patres antea sibi ignotum. At librum suum esse aut fuisse aliquando, pernegrantur. Indicio esse, quod suorum singulis quaedam inveniretur inscripta nota, quae in illo decesset. Aliena ergo malitia inter suos fuisse conjectum, neque id sibi fraudi esse apud aequum judicem qualis ipse esset

237.
Primi ejus conatus ad expellendam Galatam Societatem irruunt.

238.
Patres rapiuntur in vincula. Quae fuerit causa.

239.
Oratoris Gallici studium in iis tuendis.

340.
Eorum innocencia declaratur.

debere. Sensit Caimacanus crimen dilui; sed emptus magno ab adversariis, iudicium trahens reos restitui jussit in carcerem. Ea re animadversa Caesus, nihil sibi reliquum faciens ad tuendos Patres, evicit ut causa de libro utpote ad religionem spectans, reiiceretur ad Muphtium, turcicarum religionum summum Antistitem. Qui re mature discussa pronunciavit, nec si aperte constaret librum fuisse Patrum, id magis criminosum esse quam aliam quamlibet a mahometica religionem sequi. Muphtii non probavit Caimacanus et iterum causam ad se traxit. Instabat apud eum Caesus, et alii plures dignitate praestantes viri pro nostratum innocentia perorabant. At multo eloquentius accusabant eos adversarii, non voce sed pecunia, quae apud venalem judicem omni ratione potentior erat. Emissis dicuntur damnationem Patrum milibus aureorum amplius quadraginta. His ergo victimis Caimacanus, cum maxime Patres calumnia liberati et quam mox vinculis liberandi videbantur, eos repente in navim conjectos deportari Chium, atque inde in Galliam remitti jubet. Quo facto Missio Constantinopolitana penitus concidit. Quis hic insanam haereticorum laetitiam, quis triumphum explicit? Triumphavit prae caeteris Patriarcha Cyrillus, nec scelestum de successu facinoris gaudium tacitus habuit. Die Dominica, quae tertia fuit in quadragesima, concionem frequentissimam vocat in aede quae dicitur Chrysopigi, ac praefatus multa contra omnes in universum Latinos, dein ad Jesuitas nominatim delapsus, homines ut ajebat nequissimos et ex omni malitia concretos, a quibus nemo sibi cavere satis posset, eos vitae suae, eos famae dignitatique insidiatos dicit. Se ipsum causa centum aureorum millia consumpsisse, tum periculis propulsandis tum ulciscendis injuriis. At immortali superum beneficio, depulsa aliquando tandem has pestes esse. Agerent cuncti gratias Numini; at Latinis ne fiderent in posterum et minime omnium Jesuitas. Quae elocutus, orationem claudens vetuit sub poena anathematis Graecis, ne Latinorum scholas frequentarent. Haec tota boni Pontificis oratio fuit, haec homilia in evangelium ejus dei.

^{241.}
*Nihilominus in
testuum pellitur.*

^{242.}
*Patriarchae tri-
umphus de Pa-
trum exilio.*

^{243.}
*Novum Impera-
toris edictum
pro Societate.*

^{244.}
*Nostris in suam
sedem Galatae
restituuntur.*

^{245.}
*Litterae Regis
Galliae pro ca-
stione, aliae
qua nostrorum
curae ad eam
conservandam.*

Sed oppressae innocentiae non quamdui sperbat improbus insultavit. Caesi Comes, laesum clamitans jus foederis quod inter Gallicum et Othomanicum Imperium sanctum esse oporteret, tanto simul studio ac solertia agere Societas causam institit, ut post sex fere menses novum exculpserit ab Imperatore diploma in hande sententiam. Trium Jesuitarum expulsionem quae recens facta esset, causas habuisse non veras. Placere proinde Imperatori, ut alii duo ejusdem ordinis religiosi qui apud Galliae legatum adhuc degerent, et quoscumque idem legatus ex Gallia evocandos censuisset, restituerentur in suam domum aedemque S. Benedicti. Simul negotium dabatur Vaivodae Galatensi qui Praefectus est urbis, regii diplomatis exsequendi curandique ne quid in posterum molestiarum inferretur Jesuitis Galatae commorantibus. Ita adversariorum ingratiai Patres Isaacus Daulryus et Franciscus Martinus, pridie Idus Julias, luce palam ex domo Caesi legati, ubi hactenus se tenuerant, in possessionem antiqui domicilii redierunt, et intermissa a sex fere mensibus ministeria resumpserunt. Advenere postmodum missi ex Gallia ali duos, P. Georgius Fons et P. Renatus de S. Cosma, et eorum qui ejecti fuerant numerum supplevere. Opinione citius restitutae quam saevus turbo prostraverat Missioni Constantinopolitanae, novam securitatem attulere christianissimi Regis litterae, tum ad ipsum Turcarum Regem, tum ad Muphtium, ad Caimacanum aliquos aulae purpuratos, quibus literis Rex pro sancto amicitiae fodere poscebat, ne deinceps Jesuitae vexarentur, homines sibi ut ajebat grati, sibi item ab ortu subditi, et quod magis est probi innoxiumque. Caeterum quia non tam cum Turcis negotium erat, quam cum haereticis Turcas incitantibus, quorum multo acerbiora erga nos odia; apparebatque, ut erant res, nunquam ab iis pacem et quietem fore; P. Antonius Ferrinus consilium cepit navigandi in Galliam, coram educturus Regem, per quos, quibus de causis tantopere urgeretur Societas exsilium ab Imperio Turcico, si forte ipse pro ea qua valebat apud omnes Europae Principes auctoritate, praecidere ejus mali radices posset. Sed quae secuta post haec fuerint, suis infra locis disserendum erit.

Nunc provincias Indicas percurrere aggredior. Utque ab iis quae intra Asiam sunt ducam initium, in Sina ut libro superiore dicebam, delecti fuerant e nostris duo, Joannes Terentius et Nielaus Longobardus, ut una cum Sinensium doctissimis allaborarent corrigendis astronomicis tabulis, et calendario sinico quod erroribus scatebat reformando. Huic intentum rei Terentium vita defecit III. Idus Majas. Dolenda accidit viri jactura, tum ob egregias ipsius dotes tum etiam quod aetatis erat nondum exactae, annum agens vitae quintum supra quinquagesimum, et medicorum potius imperitia quam valetudinis gravitate extinctus ferebatur. Natione Germanus, patria Constantiniensis, a prima juventute philosophicus ac mathematicis litteris ac medendi arte florebat in tantum, ut eum plures ex potentioribus Germaniae Principibus conarentur optimis conditionibus ad se trahere. Verum ipse omnibus vitae commodis Christi crucem praecoptans, Societati nomen dare maluit, qua mente profectus Romam anno aetatis sue trigesimo quinto, tironibus aggregari impetravit, nec multo post ad Missionem Sinicam se transtulit. Ingenii dotes animi virtutes ornabant multae et insignes, quas non domestici tantum neophytique sed etiam ethnici mirabantur. Novem tantum annos in Sina vixit, sed multis utiles. Funus quod apparatu splendidissimo efferendum socii censuere, ut supremum illud officium christiana pietatis nostris exsulstantibus intermissum, revocaretur in pristinam possessionem, frequentes prosecuti sunt christiani vero luctu, et multi pompam funebrem collata sponte liberalitate haud parum ornaverunt. Jussus ab Imperatore Doctor Paulus subrogare in locum demortui Terentii homines eruditos, et operi quod inchoaverat absolvendo pares, accivit Patres Jacobum Rho et Joannem Adamum Schallum, qui calendario sinico manum ultimam, ut postea ostendemus, imposuerunt.

Amissi Terentii desiderium auxit Ludovicus Gonzalus, immatura per idem tempus morte raptus, quem inter insignes agri Sinensis operarios aliquando numerandum haud dubia spe licebat praesumere, si vita longioris usuram super annuisserint. Macai natus patre Lusitano matre Sinensi, ante etiam quam religiosam indueret vestem, dici merito religiosus poterat. Ita virtutes omnes colebat, quae hominem religiosum commendant. Magnam noctis partem ducebat orando, maximam diei ministrando aegrotis in nosocomio. Civibus quorum sodalitio praecebat, ad omnia pietatis officia ducem se et antesignanum praecebat. Pauperum aerumnis mirifice affiebat, nec raro eorum egestatem vestibus sibi detractis tegens, domum seminudus rediit. Operam theologiae dabat annos admodum viginti emensus, cum Societati ac Missioni Sinensi sese dedit. Tirocinium in ipsa Sina tanquam in militari campo jussus ponere, illud auspicatus est a victoria sui; cum enim esset natura praefervidus et in iram praecepis, eam sic domuit ut abundare pituita crederetur, id quod de beato Societatis Fundatore proditum legimus. Vix ulla sunt arma christianae austeritatis quibus in se non saeviret. Sanguine quotidianis plagis espresso pavimentum respergebat. Jejunia non solvebat plerumque, nisi arido pane. Si quid obsonii mittebatur a propinquis, in egenos dividebat. Amor paupertatis inerat tantus, ut perpetuae servitutis conditio optaret, in qua nihil ac ne se ipsum quidem dicere posset suum. Ita rebus omnibus humanis ac se ipso velut exsustus, Dei videndi fruendique desiderio sic aestabat, ut perennibus lacrimis suavissime diffueret, votisque patriae caelestis pasceretur simul ac contabesceret. Iis confessus septimo quam Societati nomen dederat anno, ad sempiterna quae suspirabat gaudia feliciter evolavit Hamcei, annos natus viginti tres. Ajunt optimum juvenem in tanta animi bene compositi pace non caruisse intestino scrupulorum bello; sed eorum permolesitos cursus ut peritum militem et constanti sustinuisse patientia, et vice tristitia propulsasse.

Domesticas Societatis jacturas exceptit altera velut publica, nec religioni minus lugenda quam Societati. Nondum sextus ab obitu P. Terentii mensis fluxerat, cum Ecclesiae Sinensi erexit Doctor Leo, columnus illud et ornamentum rei christiana, cuius in nos ac religionem merita saepe in his annalibus recurserunt. Nulli parcebat opera ac labore, quem ad amplificandam vel illustrandam

246.
Res SONGAE.
Obitus et elo-
gium P. Joannis
Terentii.

247.
PP. Jacobus Rho,
et Jo. Adamus
Schallus corri-
gendo Calenda-
rio adhibentur.

248.
Obitus et elo-
gium Ludovici
Gonzali.

249.
Moritur Doctor
Leo. Insignia e-
ius merita in
christianam
rem.

religionem pertinere judicaret. Urgebat Patres assidue ut Europaeorum egregia scripta in sinicum verterent sermonem, et longe lateque spargerent, hanc certissimam escam putans perducendis ad fidem litteratis. Eam ipse in rem opes, curas, stilum conferebat. In libris quinque et viginti, quos ea tempestate nostri de rebus piis in lucem sermone sinico ediderunt, vix illa erat pagina quam non ipse elimare ac perpolire, quippe vernaculae scientissimus linguae, studiisset. Libros ejusdem argumenti multos suo ipse marte composuit ediditque. Affirmabat ethnicum esse neminem posse, qui Matthaei Ricci catechismum attente perlegisset. Summa votorum illius erat, ut homines Societatis quamplurimi mitterentur in Sinam: iis vero qui jam in ea degebant, tutoris, patris ac magistri operam, curas, sollicitudinem praestabat. Quae viri virtus et quam supra omnes humanos eventa metus esset, ab uno licebit exemplo cognoscere. Urbem falsorum numinum in primis addictam cultui gubernandam acceperat. Deductus in praetorium magno, ut illic mos, nobilitatis ac magistratum comitatu, aedes ut vidit refertas idolorum statuis: Quid istud est tartari? inquit stomachabundus. Quae simulacra daemonum, quam foeda et abominanda conspicio! Et vocatis famulis: Deturbate, inquit, actutum omnia et communiate. Cohorruerunt ad eas voces qui aderant proceres. Famuli quos ibi ethnicos reperit, inter Gubernatoris ac deorum suorum timorem suspensi attonitique paulisper haesere. Ipse cunctationem non ferens, sua manu quascumque contingere potuit statuas evertit. Mox allatis scalis deficere reliquas, plurimas impacta securi diringere. Pavore defixi omnes conticescere; jamque ruituras in suum et Gubernatoris caput aedes rati, pacem decorum quos impie violatos mussabant, supplciter exposcere. Ubi incolumem illum et fictis numinibus impune insultantem, se ipsos salvos sospitesque senserunt, pars ultiorem certam etsi forte seram ominari, pars melior inanes Deos a quibus nihil timendum, sperandum nihil esset, ridere. Quales dominorum patrumque familiarium mores, tales fere sunt domesticorum. Nihil familia Leonis modestius. Omnia spirabant pietatem. Singulis in cubiculis arula cernebatur suis ornata eleganter imaginibus, ante quas bis quotidie recipiebant se ad precandum. Nec deerant cruenta flagella quibus et suas expiare noxas, et parentibus demortuis succurrere laborabant. Fuit qui dierum decem jejunio macerare se non dubitavit, ut pervicacem ethnicum Christo lucraretur. Praelubebat omnibus doctor Leo viris aque ac feminis, facemque praeferebat. Statim atque instare mortem affecta aetas et vires accisae monuerunt, ad eam se comparavit obeundis intentio studio spiritualibus S. Ignatii exercitiis: quibus peractis supremum imminere dicunt sentiens, vocavit Doctorem Paulum, ejusque manum stringens et suaviter illacrimans: Eripitur, inquit, mihi vita, cum vivere me vel maxime juvabat, ob nonnullam quam navare mihi videbar operam christiana legi et ejus magistris. Sed ea me consolatio sustentat, quod illos tibi aequo caro esse ac mihi certo scio. Tutore te ac patrono, facile me carebunt. Si me amasti, ut amasti profecto, illos tueri ac fovere quaequo perge. Quibus dictis, haud multo post placide exspiravit, die Novembri mensis prima, anno post quam Christo Deo sacramentum dixerat vigesimo primo.

^{250.} Sublato Leone et aliquot aliis christianae rei columnis, stetit nihilominus compacta *Christo angulari lapide* caelestis aedificii fabrica, et Patrum in aula Pekinensi ad calendarii emendationem incumbentium auctoritas, magnam evangelii longe lateque propagandi praebebat facultatem. In provincia Xaniensi Ethnici fere bis mille solus P. Alphonsus Vagnonus baptismō consignavit. In Xensiensi atque in ejus urbe primaria Singani, P. Adamus Schallus, priusquam Pekinum ad calendarii reformationem evocaretur, praeter privatum sacellum de quo dictum supra, aedem publicam aedificavit, et omnibus ad usum sacrorum sacrifice aedificiū majestatem ornamenti locupletavit, collata quod mirari jure liceat, ab ipsis Ethnicis pecuniae parte maxima. Erat aedes non solum operis praeclarū, verum etiam spatio per ampla, tamen concurrente ad audiendum multitudini angustior. Discedens Singano Schallus, Neophytorum curam P. Alvaro Semedo reliquit, qui commissa felici terrae semina perduceret ad maturitatem. Provinciam

^{250.}
Contemptus fal-
sorum. Auni-
nnum.

^{251.}
Studium pietatis
familiae ejus
commune.

^{252.}
Supremae ejus
curae ante mor-
tem.

^{253.}
Fructuosi labo-
res in variis Si-
nae partibus.

Fokiensem P. Julius Alenius excolebat, homo vere apostolicus et labori quamlibet magno par, qui strenue rem gerens, incredibile dictu est quot urbes adierit, quam multa daemonum stabula in ovilia Christi converterit. Addidit illi hoc anno annum et magnum evangelicae doctrinae pondus adjecit, casu inventa crux in aedificiis veteris ruderibus, optime sculpta in plano marmore. Exstabat digitis crassitudine, alta palmos duos cum dimidio, emergetebat instar scapi e planta illic notissima, densis in orbem foliis et floribus redimita, qua calathi impleri ornarique solent. Rei novitas et antiquitatis veneratio, quae apud Sinas summa, excivit omnium admirationem et cognoscendi studia. Praesto erat Alenius. Sciscitantibus quid signi hoc esset, quid mysterii lateret in cruce, omnia ordine explicabat, nec paucos cognita veritas perculit et ad Christum adduxit. Simul est revicta Bonziorum stolida loquacitas, dictitantum crucis doctrinam et christianam legem, novum esse commentum Patrum, utque ipsosmet Patres, omnino peregrinum. Sed nullum de veritate ac sanctitate divinae crucis testimonium erat illustrius ipsa Christianorum vita. Ut quisque Christum induerat, in alium velut hominem transformabatur. Hancei juvenis fuit natura supra quam duci possit iracundus, in agendo asper, et ad haec vitiis omnibus quaecumque fert actas inquinatissimus. Baptismum cum suscepisset, celatum id volebat Patrem, stomachum ejus reformidans ethnici accerrimi. Latere ac celari diu non potuit. Illum mores sui tanto pristinis dissimiles, tanto sanctiores, prodiderunt. Doluere graviter amici et cognati, tum odio sanctae legis tum quod juvenis de se statuere sic ausus esset inscio patre, auctoresque semi erant ut filium cogeret ad avita reverti sacra. Quibus ille: Imo, inquit, si nondum esset christianus, ut esset cogerem, fuissetque jam pridem auctore me nisi vim admirabilem baptismi ignorasse. Quas ego artes non adhibui ut illum in modestiae girum reducerem? Frustra fuerunt omnia, jamque emendari unquam posse desperabam. Nunc ultro frugi ac bonus est, adeo ut pudorem inicuat mihi nondum tot annis id consecuto, quod iste paucis diebus. Agnosco divinam in baptismo vim, quae bestiam imo demonem, in angelum tam subito tam facile transmutavit.

Eiusmodi commutationum multa passim ac splendida exempla occurribant. Homines lauti et sinensis innutriti deliciis, tenerae virgines, adolescentes ante libidinosi, non leves ultro poenas imponebant sibi, ut offenso Deo satisficerent. Jejunia, vigiliae, cilicia, diurnae nocturnaeque preces, usitatae ac dulces erant. Documento sit uxor ethnici annos viginti nata, de qua haec memoriae sunt prodita. Taeniam sub coma gerebat ferreis aculeis tringinta contextam; cumque, ut fert Sinensis usus, inter obvios adeantes salutant saepius applicaret fronti manum, hirsutum acumibus circulum premebat dolori refricando, idque in obsequium spineae Redemptoris coronae. In suum corpus tam crebris et immutibus saeviebat flagellis ut cruore manaret; neque cohiberi vel mariti obtestatione vel incommodo valetudinis, sed acri dumtaxat sacerdotis, qui pietatem ejus regebat, imperio potuit. Eadem moribus aliqui suavissimis erat et Christum vel perditissimis feminis persuadebat. Ad matronam aegrotantem nec ita pridem christianis initiatam sacris, aliquando cum venisset, ut moerentem et vicinae mortis horrore conterritam adspexit, prehensam leniter ejus manum admovit lateri suo quod ferrea catena praecinctum gerebat. Aegrota durum attrectans cingulum: quid hoc supplicii est! clamat. Tene sic dies noctesque cruciari? At illa: sic solemus, inquit, contracta cum Deo nomina dissolvere. Et quamvis nulla nos morderet peccati conscientia, possemus ne tamen Christum inter opprobria cruciatusque morientem, deliciis commodisque vitae circumfluentes intueri, praesertim cum per nos ille ac propter nos, nostro scelere et amore nostri moriatur? His accensa verbis aegrota, depulit moerorem, ac morbi dolores gravissimos noxarum suarum recordatione, atque adeo Christi patientis exemplo et amore lenivit. Mitto alia ejusdem generis, quae Ethnici conspicientes, ut multum intelligentia ac ratione pollent. Sinae, vere ac recte conficiebant, Christianorum baptismō divinum inesse aliquid oportere, quo sic hominum flecteretur natura, ut vel perditissimi in optimos verterentur. Sudabant hoc argumento constricti Bonzii ac sacrificuli; cumque

254.
Crux e marmo-
re casu reperta
in provincia Fo-
chiensi.

255.
Mira mutatio
juvenis improbi
post baptismum.

256.
Neophyterum
eximia pietas,
praesertim uni-
us feminae.

257.
Memorabile
exemplum chri-
stianae mortifi-
cationis.

258.
Stolidum Bonzio-
rum responsa
deridentur.

prodigiosas ejusmodi mutationes adscriberent arti daemonum et industriae, merito ridebantur qui daemones facerent meliores suis ipsorum diis; siquidem isti ethnicios vitiis omnibus deformatos, illi christianos omni virtute ornatos efficerent. Inde progressus divinae religionis quotidie laetiores, qui annis sequentibus explandi erunt.

^{259.}
RES COCINCINAE.
Rex legatione et
muneribus Lu-
sitanorum pla-
catur.

Longe dissimilis hoc tempore status rerum erat in Cocincina, ubi non doctrinam, non religionem Lusitanorum, sed unice commercium et opes Rex avarissimus cordi habebat. Post irrogatum nostris exsilium et aequatas solo aedes sacras, quibus de rebus biennio ante dicebamus, perpauci Patres praeside omnium Emmanuele Fernandio occule manebar in Cocincina, et rem christianam quantum conditio temporis iniquissima patiebatur curabant. At interea P. Benedictus de Matos Macaum navigaverat ad agendum cum Lusitanis, ut onustam mercibus exquisitis navim compararent, et legationem ad Regem cum muneribus mitterent. Non enim alia revocandae ab exsilio Societatis et restituendae religionis via commodior patebat. Instructa est cleriter navis, et directo in Cocincinam cursu portum Turonensem cum legatione subiit. Rex quem sola commercii et quaestus utilitas ut dixi movebat, legatum Macaensem et legationis auctorem P. de Matos per quam clementercepit, facile nimurum placatus muneribus quae ampla afferebantur. Negavit commissum a nostris quidquam aut in eorum moribus reprehensem, cur pellendi Cocincina essent. Id tantum dispuisse, quod unum coli Deum juberent. Inde incensum ira populum, Bonzios effrateros, ortas seditiones. Caeterum fieri posse ut res ad concordiam adducatur, et mitigatis odiiis pax coalescat. Ita P. Benedictum bonis verbis prosecutus dimisit. Vulgata rei fama, prodierunt confestim et suis latebris alii Patres, et soluti metu Christiani superis gratias agebant; cum scelere calumniisque Mandarini improbissimi qui Regis erat et aulae potens mutatus Rex, confirmavit exsiliis legem et spem pulcherrimanadmit. Data tantum a Principe venia P. Mathiae Machidae Japoni, ut Japones christianos populares suos, qui Faisone frequentes habitabant palam adjuvaret, modo ipsum ueste uteretur. Non ideo tamen Patres reliqui abscesserunt nec animum desponderunt. Emmanuel Fernandius et Gaspar Lui-sius, ille extraordinario visitatoris munere nuper perfunctus, hic recens Praeses sociorum in eo regno degentium renunciatus, cum navim vela faciente una cum ceteris conseddissent, intentis tenebris paratam in scapham desilientes, recti sunt in terram advertente nemine, totumque peragrare regnum inobservati ut ante perrexerunt. Provincias in meridiem versas Fernandius obibat, protectus egregia Neophytorum fide et industria. Luisius vitam fere totam agebat in parvo linte, ultra citroque oram trium provinciarum legens: et nunc Christianos ad se venientes docebat expiabatque, nunc ad eos excendebat noctu et sacra poscentibus ministrabat. Sic ambo cam excolere gentem perseverantes, non modo pusillum Christi gregem servarunt incolumem, sed multis etiam partibus auxerunt, ferentibus operi praeclaris ubique Neophytis quos operae sue laboris que vicarios et adjutores constituerant.

^{260.}
Maxexsiliis legem
confirmat.

^{261.}
Aliquae Patres
occulte remanent
in Cocincina.

Interea P. Franciscus Buzomius, relicta ut diximus Cocincina, una cum P. Hieronymo Majorica et F. Antonio Suriano, vela fecerat in regnum Ciampae quo nullus dum aditus Societati patuerat. Secundo usum vento et placido aequore, in ipso portus Ciampensis conspicu pyraticus Batavorum myoparo invasit. Cum nec pugnae locus nec fugae esset, nautae in hostium manus ne venirent, proximo littori illidunt navim, bene videlicet emptam vitam ac libertatem rati navi-gii jactura. Inde ipsi pariter vectoresque fugam capessunt. Sed dum Batavos fugiunt, comprehenduntur ab indigenis ut naufragi, quae lex mosque regionis est, et tanquam Regis mancipia abducuntur. Buzomius Regi oblatus, non ausus tam adverso tempore sermonem inferre de religione, id modo unum petuit ut sibi ac sociis libertas redderetur, neque prohiberentur commeare quo vellent. Annuit benigne Rex, hac tamen lege ut statim atque daretur facultas navigandi, regni sui finibus demigrarent. Laetus recepta libertate Buzomius, at simul praeclusam sibi viam rei gerendae videns apud Ciampenos, excurrit in Cambogiam, quod

^{262.}
Pericula P. Bu-
zomii in regno
Ciampae.

^{263.}
Excurrit in
Cambogiam, in-
de Macaum re-
dit.

Interea P. Franciscus Buzomius, relicta ut diximus Cocincina, una cum P. Hieronymo Majorica et F. Antonio Suriano, vela fecerat in regnum Ciampae quo nullus dum aditus Societati patuerat. Secundo usum vento et placido aequore, in ipso portus Ciampensis conspicu pyraticus Batavorum myoparo invasit. Cum nec pugnae locus nec fugae esset, nautae in hostium manus ne venirent, proximo littori illidunt navim, bene videlicet emptam vitam ac libertatem rati navi-gii jactura. Inde ipsi pariter vectoresque fugam capessunt. Sed dum Batavos fugiunt, comprehenduntur ab indigenis ut naufragi, quae lex mosque regionis est, et tanquam Regis mancipia abducuntur. Buzomius Regi oblatus, non ausus tam adverso tempore sermonem inferre de religione, id modo unum petuit ut sibi ac sociis libertas redderetur, neque prohiberentur commeare quo vellent. Annuit benigne Rex, hac tamen lege ut statim atque daretur facultas navigandi, regni sui finibus demigrarent. Laetus recepta libertate Buzomius, at simul praeclusam sibi viam rei gerendae videns apud Ciampenos, excurrit in Cambogiam, quod

regnum est Giampae finitimum ad occasum. Huc fidem christianam inferre tenuerant annis superioribus nostri ut alibi narratum est; et ante biennium eodem pervaserant ex Philippinis religiosi quatuor viri alterius ordinis, sed re infecta redierant. Jam vero avebat rescire Buzomius, numquid restaret spei ad inferendam huc evangelicam lucem. Regem adit; qui sit, cuius rei causa venerit, fiderenter aperit. Rex exceptum auditumque humanitate singulari, proficiisci Macaum jubet ibique negotia quadam sua cum Lusitanis conficerere. Si post haec redierit in Cambogiam, proclivia ipsi omnia, se in primis fore propitium spondet. Quibus ille promissis recreatus nec rem aliquando bene gerendam desperans, Macaum se retulit. Ibi cum aliquamdiu substitisset, confectis rite negotiis quae sibi a Rege fuerant commendata, denuo in Cambogiam cogitabat. Cum oblate praeter expectationem est navis mercatoria, Cocincinam versus vela faciens. Eam concendit, rejectaque in aliud tempus cura de Cambogiensis in Cocincinam transmittit, haud dubie mitigandum importans ultro mercibus Regem Cocincensem putans. Sinonam delatus, cum Regem tanquam Macaensium legatus alloqueretur, sermonem de se de sodalibus suis intulit. Princeps seu placatus ex animo seu ita simulandum censebat, excusare acerbitudinem praeteriti temporis. Pater eius Lusitanis portus dicere, nec sibi displicere ipsum religionem. Sed quando ipse Christianorum Deum minime aspernaretur, vicissim petere ut ne deos Cocincinensis christiani contemnerent ac templis deturbatos vellet. Hanc unam fuisse causam exsilii Patribus irrogati, hoc discordiarum semen. Ostendebat Buzomius, christianorum Deo, qui Deus verus et solus esset, nihil posse cum diis Cocincinensis fictis falsisque convenire. At surdo cecinit. Totus terrenis in rebus curisque defixus Rex caligabat ad istam lucem, nec religione aliter utebatur quam hamo, cuius ope praedae quidpiam et commodi compararet. Princeps ita affecto, cum Onsajos Mandarinosque potentiores stimularet odium sanctae legis, non quia patriis duis quos nibili penderbat sed quia ipsorum moribus vitiosque repugnantis, poterat ne religio secura diu stare? Aliqua nihilominus quies fuit, nec infructuosa pietati quae visa per hanc occasionem reflorescere.

Patres in integrum restituiri instaurare versa tempora festinabant; cum Regem ingenio versatilem et ad haec senecta invalidum, adoritur improbus minister et permolestas suspicione de Lusitanis movet. Eorum commercia hue spectare scilicet, ut aliena invaderent regna. Non alio consilio praemitti ab iis sacerdotes, quam ut religionis vinculo quo nullum fortius consociarent populum, et in verba Lusitanorum jurare cogerent. Id ex eo perspicue intelligi quod quoscumque ad sua aggregassent sacra, notarent cruce tanquam tessera militari, referrent eorum nomina in indicem, ne quis impune a signis et inobservatus recederet; saepo denique congregarent cunctos in eundem locum, nempe ad copiarum rectionem. Concussus hoc metu, hac machina dejectus Princeps, exterminare in perpetuum quos modo restituerat, animum induxit. Deliberato Patrum exsilio, populi ac Bonziorum in eos odia excitavit repentinum incendium quo urbis regiae magna pars deflagravit; tum annonae caritas et metus famis, ob aestuosum diu caelum et arva nullo imbre nec solitis fluviorum eluvionibus rigata. Nam utramque cladem Bonzii Numinibus assignabant ob receptam denudo Societatem iratis. Suis igitur calamitibus et Bonziorum vocibus incensa plebs, ad regiam cum insanis clamoribus procurrit, necem flagitans hominum ut ajebat nequissimorum, quorum scelere tot tam graves rem publicam affligerent pestes, plures gravioresque imminenter. Furentes pacavit Rex, jussis e vestigio Patribus solum vertere. Qua in re tanta est adhibita festinatio, ut Buzomius quamvis aeger, die eadem coactus fuerit navim descendere atque inde se prorpere. Atque ille quidem Ciamporeanum regnum ac Cambogiense repetiit, complanaturus, si qua posset, viam evangelio in eas terras inferendo. At Fernandius Luisiusque ut antea instituerant, remotiores regni provincias occule percurserunt ad annum usque saeculi trigesimum quartum, cum revocati ab exsilio nostri stabiliora Missionis fundamenta, ut infra referemus, posuerunt.

Tom. II.

53

264.
*Revertitur in
Cocincinam ut
Macaensium lega-
tus.*

265.
*Iterum Patres
exsulare juben-
tur.*

266.
*Bonziorum ac
populi tumultus
contra eos.*

^{267.}
Pietas Neophytorum, et unius praesertim feminae.

Hoc medio tempore, quamvis non magnos progressus religio fecerit in Cocincina, tamen Neophytorum nemo a fide defecit, eorumque mirari virtutem licuit qui templis licet, doctoribus aliquique praesidiis quibus humanae fulcitur imbecillitas orbat, nec nisi furtim ac raro sacris recreati, tamen medios inter hostes immoti steterunt, neque solum in fide manserunt ipsi sed alios etiam ad Christum trahere studuerunt. Portenti simillima praesertim fuit e media plebe mulier cui Joannae nomen. Haec merces quasdam venales circumferebat, magis locum insinuandae cœlestis doctrinæ captans, quam inopiae subsidium quaerens. Coarguebat Bonziorum imperitiam, mugas fabulasque diffabat, nec dubitabat descendere cum illis identidem in concertationem, populo applaudente et victos a femina theologos ridente. Praefectum oppidi Mandarinum cum ethnici quadraginta traduxerat ad Christi fidem. Aegre id tolerunt quidam superstitionis patriæ studiosi, eamque ad disputandum provocarunt. Victi cum nihil haberent quod *spiritui qui loquebatur* opponerent, obtulere illi infantem gravi laborantem morbo. Tum faciamus, inquiunt, periculum. Credimus tibi hunc si sanas. Illa nihil cunctata oculos in caelum tollit, Dei opem implorat, signat puerum cruce ac vivum valentemque restituit. Percrebut miraculi tam evidentis fama, et multis veritatem christianae doctrinæ persuasit. Non nesciebat ista Rex sed dissimulabat, satis habens nullos superesse, ut rebaratur, in regno suo Christi ministros. Nemini sane religionem in crimen vertebat. Soli acerbum se praebuit Paulo illi Xabino Mandarinorum nobilissimo, cuius alibi est facta mentio. Hujus licet probatam haberet longo usu fidem et industriam, neque diffiteretur ministrorum suorum esse neminem cui publica committere negotia tutius posset, tamen ferendum ultra non putavit versari in aula christianum tantarum opum ac tantæ auctoritatis. Ita nimur illi persuaserant alii Mandarinii eo dejecto crescere cupientes. Vocato itaque drepente ac nihil tale cogitanti præcipit, ut ad patrios ritus ac Deos referat sese. Ni fecerit, honoribus, opibus atque adeo vita spoliandum edicit. Nihil turbatus impia ac saeva denunciatione Xabinus, impietatem detestari, Christum libere confiteri, neque recusari pro sancta lege vitam pacisci. Ita loquenti Rex in furore actus capillos e vertice abscindi jubet, quo nihil apud Cocincinenses probosius. Eudem magistratu exsult, et quantum ex eo rem auxerat suam, tantum inferre regium in fiscum cogit. Pergentem Deos inanes ridere corripiunt lictores, et centum plagis tyranno imperante atrociter incurrissim, semianimem sternunt. Restabat tamen vox libera, qua se uxorem liberosque neci offerebat. Ac timebatur ne Rex furore amens generosa audiret vota. At proceres commiseratione moti, summovendum illum curaverunt. Atque haec toto triennio acta sunt in Cocincina.

^{268.}
Pauli Xabini fides duro experimento probata.

Nihilo meliora fluebant religioni tempora in Tunkino. Rex nullam advenire in suos portus navim Lusitanorum videns, amissa spe commercii qua maxime tenebatur ne Patres Rhodium Marguesiumque pelleret, misit repente ad eos apparitorem qui cum turba satellitum introgressus: Quoniam, inquit, fratres vestri Lusitani toto jam biennio non apparent, perspicuum est vos ab iis nequaquam in loco fratrum ut dicitis haberi, sed contemni potius et abdicari. Abite igitur bonis avibus in Cocincinam, ubi naives Lusitanæ portibus nostris neglectis distescunt. Illae vos Macaum reportabant. In promptu est triremis quae vos in Cocincinam ducat. At videte ita, Rex mandat, ne quam interponatis moram. Praeyisum multo antea fuerat hoc fulmen, eoque minorem intulit plagam. Responderunt Patres, se Regis imperata facturos. Ejus jussu restitisse in Tunkino, abiutros ejusdem jussu ac voluntate. Unum petere sibi ut copia fieret supremum alloquendi salutandique tam bene de se meriti Principis. Quod tamen nullis impetrare precibus potuerunt. Fixum iis erat Concincinam vitare ne periculum crearent socii ibi degentibus, neve ipsimet adirent certum libertatis capitisque discrimen, flagrante inter utrumque regnum bello. Fuerat enim a Bonziis disseminatus rumor, ipso exploratores esse Lusitanorum. Quia tamen tacitam fovebant spem, fore brevi ut navis aliqua Lusitanorum solitas merces in Tunkinum veheret, quod si eveniret abrogandam exsilii legem confidebant; trahendi causa

^{269.}
Acta in Tunkino. Indicatur exercitum Patribus.

Nihilo meliora fluebant religioni tempora in Tunkino. Rex nullam advenire in suos portus navim Lusitanorum videns, amissa spe commercii qua maxime tenebatur ne Patres Rhodium Marguesiumque pelleret, misit repente ad eos apparitorem qui cum turba satellitum introgressus: Quoniam, inquit, fratres vestri Lusitani toto jam biennio non apparent, perspicuum est vos ab iis nequaquam in loco fratrum ut dicitis haberi, sed contemni potius et abdicari. Abite igitur bonis avibus in Cocincinam, ubi naives Lusitanæ portibus nostris neglectis distescunt. Illae vos Macaum reportabant. In promptu est triremis quae vos in Cocincinam ducat. At videte ita, Rex mandat, ne quam interponatis moram. Praeyisum multo antea fuerat hoc fulmen, eoque minorem intulit plagam. Responderunt Patres, se Regis imperata facturos. Ejus jussu restitisse in Tunkino, abiutros ejusdem jussu ac voluntate. Unum petere sibi ut copia fieret supremum alloquendi salutandique tam bene de se meriti Principis. Quod tamen nullis impetrare precibus potuerunt. Fixum iis erat Concincinam vitare ne periculum crearent socii ibi degentibus, neve ipsimet adirent certum libertatis capitisque discrimen, flagrante inter utrumque regnum bello. Fuerat enim a Bonziis disseminatus rumor, ipso exploratores esse Lusitanorum. Quia tamen tacitam fovebant spem, fore brevi ut navis aliqua Lusitanorum solitas merces in Tunkinum veheret, quod si eveniret abrogandam exsilii legem confidebant; trahendi causa

^{270.}
Supremæ rotum curae, Neophytorum dolor.

Nihilo meliora fluebant religioni tempora in Tunkino. Rex nullam advenire in suos portus navim Lusitanorum videns, amissa spe commercii qua maxime tenebatur ne Patres Rhodium Marguesiumque pelleret, misit repente ad eos apparitorem qui cum turba satellitum introgressus: Quoniam, inquit, fratres vestri Lusitani toto jam biennio non apparent, perspicuum est vos ab iis nequaquam in loco fratrum ut dicitis haberi, sed contemni potius et abdicari. Abite igitur bonis avibus in Cocincinam, ubi naives Lusitanæ portibus nostris neglectis distescunt. Illae vos Macaum reportabant. In promptu est triremis quae vos in Cocincinam ducat. At videte ita, Rex mandat, ne quam interponatis moram. Praeyisum multo antea fuerat hoc fulmen, eoque minorem intulit plagam. Responderunt Patres, se Regis imperata facturos. Ejus jussu restitisse in Tunkino, abiutros ejusdem jussu ac voluntate. Unum petere sibi ut copia fieret supremum alloquendi salutandique tam bene de se meriti Principis. Quod tamen nullis impetrare precibus potuerunt. Fixum iis erat Concincinam vitare ne periculum crearent socii ibi degentibus, neve ipsimet adirent certum libertatis capitisque discrimen, flagrante inter utrumque regnum bello. Fuerat enim a Bonziis disseminatus rumor, ipso exploratores esse Lusitanorum. Quia tamen tacitam fovebant spem, fore brevi ut navis aliqua Lusitanorum solitas merces in Tunkinum veheret, quod si eveniret abrogandam exsilii legem confidebant; trahendi causa

temporis minime abnuerunt quominus longissimo per fluvios Tunkinenses tractu, Cocincinam versus deveherentur. Discessum cum apparent, rumore sparso sententiae feralis in eos dictae, lactari scilicet Saui Bonziique gentis profani sacerdotes, et ex ethniciis perditissimus quisque. Moerere contra insolabiliter christiani, ruere in aedes Patrum, carissimos magistros postremum complecti. Multi peccatorum in sacramento veniam, plerique aquam consecratam postulabant et sacrarum particulas reliquiarum, ut praesentissima contra malos daemones amuleta. Instabant etiam catechumenti ut baptismo donarentur. Sed donati sunt tantum ii qui paratores visi. Ad reliquos comparandos, ad baptizandos infantes, moribundos adjuvandos, rudes erudiendos et obeunda alia similia pietatis officia, recti catechistae duo spectatae probitatis et fidei. Dum adornatur discessus, dum triremis instruitur, dies aliquot fluxere. Interea Patres inclusi privata domo a militibus custodiebantur. At Rhodius annuente cive honorato cuius ea domus erat, identidem noctu per aversam a vico fenestram demittebatur in sporta, et urbem celeriter percursans, christianos sacramentis et sacrificio recreabat. Ante lucem, domum et custodianam eadem via repetebat.

Ut illuxit discessu praestituta dies, Patribus triremem consensuris affuit a Rege Eunuchus cum litteris publicae fidei testibus, quae securos illos quacumque commare opus esset praestarent. Addidit nummos aliquot ita jussus a Principe, qui nimirus sic praecones evangelicos dimittebat, ut oblatu spe commercii cum Lusitanis instaurandi, eos non aegre revocaturus videretur. Sed improbus spado corrupit munus convicii, quae multa jecit in patres. Eorum artibus ac praestigiis factum ajebat, ut vilesceret deorum cultus ac vetustissimis caeremoniis christiana plebs proterve insultaret. Quibus illi opprobriis nullum praferentes encomium, laeti ad triremem perrexere. Sequebatur christianorum turba moerens, pars conferta in littore transeentes opperiebatur. Rhodius elata voce, posteaquam gemitus et lacrimas paulum compressit, brevi oratione omnes ad fidei constantiam cohortatus est. Spatum non fuerat audiendi plurimos, qui de peccatis confiteri enixe cupiebant. Quare procubuerunt in littore, veniam delictorum lamentabili planctu orantes. Rhodius dolorem percuesso ter pectori testari jussis, rite omnibus benedixit. Ac tum demum remis incubuerunt nautae oraque solverunt. Non ejectos in exsilium Patres, sed missos procul ad evangelium propagandum diceres. Confluebant quacumque iter erat Christi cultores fama abeuntium exciti. Ubique ministrabantur sacra, baptizabantur catechumeni, ethni docebantur. Permittebat id praefectus triremis homo caeteroqui ferus, motus christianorum pietate, et eximia qua Dei famulos observari viderat veneratio. Quin potestatem fecit Patribus erudiendi milites ac navalem turbam, et ipsemet quotidie facientibus de religione verba auditorem benevolum se praebat. Millia passuum fere centum emensi ab regia civitate, Chebum appulerunt. Laetus illorum adventu Gubernator oppidi, quem anno superiore Paulum in baptismo nominaverunt, occurrit cum uxore, liberis et reliqua familia christiana, domumque suam duxit advenas cum bona praefecti navis veteris amici venia. Mox illis clientes suis sexaginta sex, a se institutos et ad baptismum praeparatos obtulit, qui omnes ex aqua et Spiritu Sancto regenerati fuerunt. Complexi beatum gregem Patres et consolati referebant se ad navim, cum praesto fuerunt bajuli qui deportarent illos via lutulenta, nec impetrari precibus ullis atque obtestationibus potuit, ne ipsemet Paulus subiret onus et carissimos magistros suis humeris inferret in navim. Postridie pernoctarunt Noae, qua in urbe ante biennium prima jecerant religionis christiana fundamenta. Ibi superstes adhuc erat senex ille Joachimus de quo dictum supra, adhuc templi curam gerebat. Ejus ductu et exemplis auctum insigniter ovile Christi, conditum nosocomium aegrotis, pauperibus ptochotrophium invenere. Sed post ipsorum discessum et Joachimi mortem quae brevi secuta est, concussa improborum conatibus religio pene concidit in ea urbe atque aedes sacra incensa est. In quo illud accidit memorabile, quod pietatis eximiae femina dum cineres exusti templi dimovet, scrutaturque numquid sacrae supellectilis effugisset flammarum vim, crucis titulum

271.
Ii tri triremi
imposti disse-
duni Cocinci-
nam versus.

272.
Religionem pro-
pagant in iline-
re.

273.
Veteres Neo-
phytos revisunt
Noae. Prodi-
gium ibi secu-
tum.

e ligno reperit intactum penitus et inviolatum. Revocati aliquot post annis ab exsilio praecones evangelici, non sine admiratione conspexerunt hunc titulum, dulces tristis incendi reliquias, ne afflatis quidem fumo characteribus qui sini- ce inscripti visebantur hac sententia: *Veri Domini caeli et terrae sanctum signum.*

274.
Cuacivae portum subeunt. Quodam superstitio circa ilum.

Digressos e Tinoa provincia Patres excepti Gheana. Est in ea celebris portus (Cuacivam appellant) Veneri Tunkinensi sacer, id est famosae olim meretrici, quae a patre Sinarum Rege in mare dejecta ac postmodum ab indigenis consecrata; eodem apud illos loco et numero est quo Venus olim apud Graecos et Romanos. Hanc quaecumque praetereunt naves colunt sacrificiis, habentque nautae persuasum, infames scupulos qui littus praetexunt impune vitari alia ratione non posse. Porro procellis ac tempestatibus adeo crebris et immanibus ea vexatur plaga, ut daemonis alicujus permissa potestati videatur. Gubernator navis ut fuit in conspectu portus, ad impium sacrificium se accingebat. Obstitere Patres enixe deprecati, magis ut maris ac ventorum potentem Deum, caeli ac terrae dominum coleret, in eoque spem collocaret. Neminem illo invocato spe sua falsum unquam fuisse. Credidit, oravit et portum impune subiit. Excepit Patres Simon antique probitatis christianus, eosque domum cum duxisset suam, affines complures et vicinos collegit de christiana doctrinae capitibus a se diligenter eruditos, neque aliud ad baptismum quam sacerdotalem manum exspectantes. Abluti omnes rite sunt. Idem beneficium matri uxori ac socrui sue cupiebat Andreas quidam, miles Christo recens auctoratus, eaque causa progressus mane summo ad portum, ibi consedit cum suis Patres opperiens discessuros, ignarus jam discessisse. Nam surgentem media nocte ventum ac velut invitantem secuti solverant. Ubi vero profectos rescivit dolore ac luctu perditus, consequi eos terrestri itinere in Cocincinam usque statuit. Nec mora. Viam difficultem per nemora montesque praeruptos carpit, ac ne quis properanti necteret moram mercatorum habitu referens, oryzae saccos suis imponit ac mulierum humeris. Millia passuum octoginta permensus, haud procul Tunkini finibus adeptus est Patres, qui collaudata viri constantia familiam ejus Christo similiter auctoraverunt. Legebant post haec littus provinciae Bochinae, quae Tunkini ultima versus meridiem est; cum subito coorta tempestas incubuit mari et navim in summum discrimen adduxit. Gubernator ad placanda loci numina confestim adjectit animum. Patres contra orare atque obsteari, ut veri Numinis ante perspectam imploret opem. Si fecerit omnia fausta pollicentur. Ille cum paruissest, pacandam momento eodem procellam sperabat. At stridentem vehementius ventum, triremem quassatam fluctibus ac per momenta singula opprimendam sentiens, cum neque regredi neque progredi nisi in cautes et scopulosum littus licet, furere, suam credulitatem incusare, de Patribus in aequor deiiciendi deliberare, quo gratiores scilicet offerret iratis diis victimas. Patres tantulum modo spatii postularunt dum suo supplicant Deo: quo impetrato proni in genua orationem dominicam et angelicam salutationem recitant. Audit voces mare ad omnia prius navarchi vota surdum, ac placidissimi stagni ritu consedit. Stupens prodigiis novitate Gubernator abjecit se ad pedes Patrum, et verum confessus Numen negavit se ante surrectum, quam caelesti perfusus unda superioris vitae maculas et superstitiones expiasset. Ita quem nec Patrum quotidiane adhortationes, neque militum suorum exemplum moverat, e quibus octodecim nomen in Christi militiam dedecant, repentina maris compositi species, aspirante coelo flexit ac domuit. Augustini nomen in baptismo sumpsit. Ducem imitati ali sex milites, vexillum Christi pariter secuti sunt.

275.
Aliquot Neophytorum ardor eximus pro sancta fide.

E Bochinensi provincia brevis erat trajectus in Cocincinam, quo jussu Regis exsules exportabantur. Patres quibus certum Cocincinam non attingere, cum fuisse praefecto regionis ab Augustino traditi, duo rogarunt praefectum. Primo ut sibi arbitrium et curam quaerendae eligendaeque navis permetteret, qua deferri possent in Cocincinam. Deinde discessum ne urgeret. Utrumque nullo negotio exorarunt a Praeside, viro prudenti ac moderato, qui etiam non longe abesse videbatur a regno Dei. Cum enim libellum accepisset a Patribus de doctrina

276.
Saeva tempestas invocato Deo secatur.

Praefectus triremis in Christum credit, et baptizatur.

277.
Praecepit provinciae Bochinæ veritatem cognitam respuit, et quare.

E Bochinensi provincia brevis erat trajectus in Cocincinam, quo jussu Regis exsules exportabantur. Patres quibus certum Cocincinam non attingere, cum fuisse praefecto regionis ab Augustino traditi, duo rogarunt praefectum. Primo ut sibi arbitrium et curam quaerendae eligendaeque navis permetteret, qua deferri possent in Cocincinam. Deinde discessum ne urgeret. Utrumque nullo negotio exorarunt a Praeside, viro prudenti ac moderato, qui etiam non longe abesse videbatur a regno Dei. Cum enim libellum accepisset a Patribus de doctrina

christiana olim a P. Matthaeo Riccio compositum, eo attente perfecto fatebatur lege christianorum nihil fingi posse sanctius. Et iam veritatem agnitam et probatam parabat amplecti, cum perincommode auditum est de morte nobilis Neophyti, qui regiam in urbem profectus, paucis post susceptum baptismum diebus obierat. Eo nuncio uxor Pracisidis ethnica pertinacissima, christianos palam exsecrari, eorum legem mortiferam clamitare, Patres mortis anteambulones, baptismum mortis tesseram dicere. Vetus haec erat calumnia et quamdam veri speciem habebat, non quod baptismus perniciem afferret cuiquam, sed quod moribundis multo facilius quam caeteris Patres aquam salutarem infundere consuissent. Id satis non advertens Praeses, percursus metu tantoque avidior vitae retinendae, quanto mortem proprius instare cernebat (annos erat octoginta natus), removit se paullatim a consuetudine nostrorum, neque moleste tulit eos in Gheanam provinciam unde nuper venerant redire. Miser! qui nihilominus sexto post mense expers baptismi periit. Ipso interim convivente Patres clam in Tunkino manserunt, et multis veritate doctrinae evangelicae persuaserunt. Summam adhibebant industriae ne temere darent in publicum, vitabantque impense hominum et offensiones et oculos. Tamen improborum oculos et odia effugere non potuerunt. Non enim se continebat ardor neophytorum quorum numerus augebatur in dies, et e discipulis magistri noscebantur. Irritavit praecipue Bonzios Mandarini cujusdam benevolentia, qui cum eclipsim a Patribus multo ante praevisam et suis omnibus numeris vere descriptam observasset, complexus illos singulari studio, propositam ab hominibus tam eruditis legem non posse esse falsam praedicabat. Conquesti sunt ea de re Bonzii, et Mandarinum tanquam patronum exsulum et regii praeveravaricarem edicti, reum fecerunt. Ille regis offenditionem metuens, auctor Patribus fuit ut se tutas in latebras abderent. Quare cymbam coemerunt, eaque legentes ripam errantesque nunc prono nunc adverso flumine, docendi occasionem si quis non suspectus occurseret captabant. In hoc mobili carcere diu perstiterunt, aestu, frigore, fame conflectati, nec raro in gravissimum naufragii periculum adducti vento vehementius ingruente, cum in littus excendere non auderent. Semel egressi in siccum et agniti, lapidibus appetiti fuerunt ac rursum in suam cymbam rejecti. Alias Neophytus qui eos tecto excepérat, hospitium pie datum jactura fortunarum et suo uxorisque exilio luit. Per haec menses fluxerunt octo, aerumnosi illi quidem Patribus at multis utiles. Hoc enim spatio sexcenti amplius baptismō consignati fuerunt.

Subiit tandem portum Tunkinensem tot expedita votis oneraria Lusitana; quodque altioris providentiae visum; ad eam prorsus provinciam appulit quam nostri exsules in summa rerum omnium difficultate pererrabant. Navi vehebantur admixti mercatoribus Patres duo, Gaspar Amaralius et Paulus Saito. Is postea in Japoniam profectus, fidei suea testimonium illustre ut alibi referemus dedit. Certiores facti Rhodius Marquesiusque de adventu navis et ab Amaralio per litteras invitati, accurrerunt continuo ad portum, et pristinorum incommodorum memoriam in suavissimo sociorum complexu deposuerunt. Sperabant fore ut placatus per hanc occasionem Rex legem exsilii rescinderet, saitem ut Patres duos recens advectos remanere in Tunkino pateretur. At febellit illos sua spes. Affuit Eunuchus teterrimus a Rege missus, ac merces quidem inferri in regiam civitatem, Patres vero absistere procul jussit. Lusitani non dissimulandam suorum sacerdotum injuriam rati, barbaro denunciarunt alterum e duobus omnino faciendum, ut aut Patres secum pergerent in aulam, aut oneraria in Cocincinam vela retro daret. Eunuchus ad eas voces multum de ferocia remisit, et ad certas conditiones descendit. Ita demum Patres cum institutoribus Lusitanis Checium venerunt. Quis hic laetitiam neophytorum, quis erumpentes praet laetitia lacrimas cum magistros reviserent optatissimos satis explicet? Tantam hilaritatem compescabant prudenter nostri, ac ne quid cum clamore ac per tumultum fieret cavebant, ne ansa daretur Ethnicis obloquendi. Ad minuendam concursuum magnitudinem, duas longe dissitas domos in tempula converterunt. In iis divisos cogebant neophytes et catechumenos. Hos erudiebant, illos divino verbo ac sacramentis pascebant.

279.
Patres clam remanent in Tunkino. Labores sorrum et pericula.

280.
Alii duo Patres in Tunkinum appellunt.

281.
Ad regiam civitatem proprie invito Rege.

282.
Priora repetunt ministeria, sed tamen caute.

Operam sedulam et assiduam conferebant strenui catechistae. Multi procerum protegebant copta, in primisque Catharina Regis soror de qua dictum alibi. Rex dissimulabat ac connivebat. Restabat impetrandum a Rege ut Patres in suum venire conspectum sineret. Nunquam exorari potuit, quamvis omnem Rhodius lapidem idcirco moveret. Adeo aditus omnes occluserant mortalia scelustissimi Eunuchi, quorum maxime intererat ne Rex christiana sacra susciperet.

^{283.}
*Iterum exsulare
jubentur. Agno-
scunt errorem,
at sero.*

Ecce autem paucis interjectis mensibus, Rex posteaquam distractas merces cognovit, edici jubet Patribus, tum iis qui jamdui in Tunkino degebant, tum alii qui nuper lusitanos mercatores fuerant associati, ut confestim e regno suo discendant, et Macaum cum oneraria suis jam levata oneribus repeatant. Aegerime mimirum tulerat, Rhodium Marquesiumque spreta exsili lege in Tunkino restitisse, et omnino valere legem semel jussam volebat. Tum demum intellexerunt nostri, intempestivum fuisse ardorem quo regiam in urbem venire tantopere properaverant, vimque adhibuerant quodammodo ut reciperten. Multo sane consultius fuerat, ut suis inclusi manerent latebris, donec placatis per amicos Mandarinos Regis animus ad mitiora consilia se flecteret. Sed abrepti cari gregis revisi desiderio dum ferre necessarium recusant moram, festinatione inconsulta negotium corruerunt. Serò haec ac frustra senserunt. Rex neque precibus neque donis dimoveri de sententia potuit. Omnino demigrandum fuit. Vulgata rei fama is exstitit inter Neophytes dolor, qualis vulgo esse solet cum parentes carissimi a liberis divelluntur. Moerere quiritarique omnes. Se miseros, se perditos clamitare. Patres contra solari eos et spe temporum meliorum erigere. Se forte redituros brevi, sed etiamsi rediissent nunquam, si Deum pie castequent non defuturam ipsis divini providentiam Numinis. In eo spem collocarent. Neophytes relinquabant ad quinque millia, triennis operae ac laboris fructum non pigendum. Pusilli gregis curam catechistis praestantibus commiserunt. Ad istorum vero constantiam sanctioribus vinculis adstringendam, concederunt praecepit quisbusdam ut concepto rite voto haec pollicerentur Numini: se tamdiu christianam rem pro virili curaturos quamdui ipsorum opera videretur necessaria, intereaque caelibes mansuros: in commune collaturos quidquid singulis pia christianorum liberalitas impertiret: denique uni cuidam obtemperatus quem Patres reliquis praefecerant. Quod consilium vix credibile quantum profuerit, non conservandae solum in Tunkino religioni sed etiam augendae. Rebus demum omnibus probe ordinatis, flentes a flentibus divulsi Patres Macaum vela fecerunt, secum ferentes communem Neophytorum epistolam ad Pontificem Maximum in haec verba conceptam: «Nos milites Christi Tunkinenses, adorato dejectis humi frontibus « caeli ac terrae Domino, et gratis illi propter summa ejus in nos beneficia « persolutis, Sanctitatem vestram quae Christi locum in terris obtinet rogamus ne « moleste ferat, si eam hisce interpellare literis ausi sumus. Facere non potui- « mus, quin Sanctitati vestrae grates maximas ageremus pro singulari studio quo « divinum regnis omnibus honorem propagari, et ad omnes gentes religionem « veram inferri per sacerdotes egregios curat. Nos quidem a primis usque sae- « culis viximus expertes divinae legis et ignari. At novissime affulsit nobis bea- « ta lux, opera duorum e Societate Jesu Patrum, qui ab occidente magno per « immensam procellosi maris vastitatem huc pervenerunt. Illi nobis vitae ac « salutis aeternae legem promulgarunt, suisque concionibus cultum veri et unius « rerum Domini persuaserunt. Hunc amplexi magno numero statim sumus, mul- « toque plures in posterum, Deo adjuvante, amplectentur. Rex noster multique « proceres ac dynastae pristinis adhuc obcaecati tenebris, molestiam Patribus « exhibent iisque pertinaciter adversantur. Doctrinae sanctae novitatem accusant, « integratatem resipiunt. Nobis tamen perspectant veritatem ad extremum usque « spiritum retinere fixum omnibus ac deliberatum est. Quae voluntas ut semper « nobis constet, opem Sanctitatis vestrae, ad ejus pedes humillime prostrati « imploramus obtestamurque ut paternaue suae pietatis ac providentiae oculos « ad regnum hoc adiiciat, et praecones evangelii multos mittat, quorum exem- « plis et voce discutiantur errores, lucem veritatis principes populusque pariter

^{284.}
*Eorum provi-
dentia circa Neo-
phytos.*

^{285.}
*Macaum disce-
dunt. Neophy-
torum litterae ad
Pontificem.*

« adspiciant, omnes Christum ejusque divinam legem profiteantur, ut perpetuas effugere poenas et sempiternae felicitatis compotes esse possint. Haec nos Sanctam vestram capite humi demisso rogamus anno reparatae salutis MDCXXX. » Epistolam Macao Roman transmiserunt Patres ad Generalem Praepositum Societatis, Mutius vero tradidit summo Pontifici Urbano VIII. qui suorum temporum felicitatem impense est gratulatus, quibus tam praeclaram nasci Ecclesiae sobolem contigisset.

At eodem tempore apud Japones, invalesce contra christianos non tantum Imperatoris sed etiam minorum Regum saevitia, omnia in deterius ruebant. Yedum ad urbem regiam profectus negotii causa Bungodonus Rex Arimensis, certis et assiduis nunciis monebatur, rediisse ad Christi fidem complures e subditu ditioni suae populo, quos ab ea desciscere diris modis coegerat; iisque nunciis in furorem actus nec sui compos audiebatur vociferari, si semel rediisset dominum, se vero impunitam non dimissurum tantam perfidiam. Se ministrorum suorum incuriam cumulate compensaturum, se urbes et agros sanguine Christianorum inundaturum promittebat. Reversus hoc anno in regnum, non levius quam promiserat fecit. Irruit lupi rabidi more in ducentos octoginta qui flos christianae pietatis erant. Eos dimissi per pagos et oppida satellites collegerant ac Ximabaram deduxerant. Ex omni carnificum numero legit experientissimos ac ferocissimos sexaginta, qui diu noctuque omnibus tormentorum quae hactenus explicata sunt formis singulos laniarent, secarent, urent, nullo virorum, mulierum, puerorum aut infantium discriminine; hac tantum cautione adhibita, ut ne eos cito interficerent sed diu cruciarent. Frangi siquidem longo cruciatu fortissimos quoques, experientia constabat. Ferociter imperata ferocius executi carnae, patientiam et praemium sempiternum extorsere ducentis et triginta. Defecerunt a Christo miseri jam pene victores, jam prope lauream caelestem adepti; idque non ut viverent diu sed ut paulo tardius morerentur. Stabant adhuc quinquaginta quos nulli cruciatus revertente potuerant, non fustuarium, non probroso corporum nuditas, non immissa per nares auresve sulphura, non inducta in partes corporis abditissimas candalia ferramenta, non torti ante oculos parentum innocentes et adhuc vagientes filioli, non exusta taedis aut adipice liquato corpora, non ipsa demum surunga. His subigendis placuit tyranno incognitum prioribus saeculis supplicium, cuius exemplum viderat anno praeterito Yedi, et a nobis libro superiore explicatum est. Addidit tamen de suo quiddam quo multo acerbior fieret dolor. Delectos ex eo numero septem viros ac feminas, collocat totidem in scrobibus, ac sedere cogit revinctis ad transversum lignum brachiis, exstante toto quantum humeris eminet collo et per tabulam foratam transmissio. Compositis ad hunc modum secari collum jubet per dies septem; primo quidem et altero die serra ferrea; tertio ac sequentibus lignea et obtusa, quae leviter incisam ferro carnem non tam secaret quam scinderet, attereretque minutatim ossa. Ter singulis diebus vulnus recens infligebatur, plerumque in eodem prioris plaga cuius obduci jam cooperat cicatrix loco, doloris tam acri sensu ut animo miseri linquerentur. Statim adhibebantur parata ut rediret animus medicamenta. In recentes plagas salis pugillus iniiciebatur, qui ardore suo et acrimonia vulnus crudum aeribaret. Spectabant caeteri et aspectu sociorum adeo sunt exterriti, ut duo et quadraginta impium iusjurandum ediderint. Uni dumtaxat constituit animus et erga Christum fides. Ex iis vero septem quibus cervices paulatim secabantur, quinque post quintum diem Bungodon se permiserunt; quodque satis deplorari nequeat, unus annorum amplius octoginta senex, cum deditiōnem fecit jam septimae lucis qua penitus erat obtruncandus metam tangebat; nec nisi paucarum horarum vitam aeternae vitae jactura mercatus est. Namque ipsum aliosque complures fidei desertores, licet se suaque victori dedidissent, necari tamen Bungodonus jussit. Ajunt istorum plerosque cum sibi nihilominus moriendum senserunt, ad poenitentiam criminis et divinae clementiae spem excitatos, iterum se christianos esse professos in eaque professione cervices carnifici tradidisse. Caeterum ex illis quinquaginta tantum duo promissam

286.
RES JAPONIAE.
Regis Arimensis
furor contra
Christianos.

287.
Defeuerunt a fide
plerique. Alio-
rum constantia
admiranda.

288.
Novum et in-
mane supplicium.
Multi mi-
serere probabun-
tur.

289.
Pauvissimi ad
finem usque per-
severant.

legitime certantibus coronam, et martirii honorem sunt consecuti, Thomas Qui-biyou et Michaël Xozaburus; hoc magis laudandi heroes, quod neque atrocitate supplicii infracti sunt, neque sodalium exemplo a constantia dimoti.

290.
*Rex Arimensis
febri corripitur.
Ejus deliria.*

Triumphabat Bungodonus tanta religionis clade, seque natum in perniciem Christianorum gloriabatur; cum immane monstrum ultioris Dei manus percussit. Nangasachium se contulerat, ut cum Unemo Gubernatore sua communicaret consilia de excindendis Christianorum reliquiis. Redeuntem in regnum suum exente sextili mense occupavit febris, tertiana quidem illa nec adeo periculosa, sed qua aeger dimotus mente delirio vexari statim coepit. Instar phreneticorum dabant incompositos ore et corpore toto motus, horrendum clamitans, amoverent recisa illa capita quae torvo vultu et collisis dentibus sibi intentarent minas. Tum, an non cernitis hunc adolescentem? En ut me stricta sica petit! Arcete, prohibete. Alias cum paulum ad se redierat, plaudunt sibi christiani, sat scio, inquietabat, et morbo meo laetantur; sed efficiam si vivo, ut quantum meis nunc rident malis tantum suis brevi plangant. Lusi hactenus cum illis. Nunc nunc serio agendum. Ximarambam ingressus pronunciari per praeconem jusseral, ut quicumque tertianae febri remedium nosset certiore se faceret. Plus viginti allata sunt. Ea permisit omnia ac simul sumpsit, stolidae dictitans, si singula depellere tertianam possunt quanto magis universa? At vix hauserat cum ardore sensit viscera incendio repentinio. Torri se vociferatur, tota dari sibi flumina quibus refrigeretur petit. Balnea sunt calida ad radices montis Ungeni (Obamas aquas vocant indigenae) et multis utiles morbis habentur. Huc deportari aegrum placuit, certo ut appareat divinæ justitiae consilio, ut ibi poenas impietatis carnifex sceleratus lucret, ubi teterrimam in christianos carnificinam exercuerat. Temperari solent aquæ illæ ferventes infusa frigida ut prosint. Bungodonus morac impatiens, insiliit in eas contempto ejusmodi temperamento, ac duplice tostus incendio, altero externo altero intestino, inter ululatus mugitusque horribiles, oppignoratam stygiis tortoribus animam exhalavit. Hunc habuit vitæ exitum Bungodonus, princeps antea christianorum amicus deinde acerrimus insectator, quem nos alicubi * Arimandonum per errorem appellavimus.

291.
Ultore Deo mortem sibi horrendam conciscit.

Llib. 7. ann. 214. 292.
*Plus nonaginta
necantur Nangasachii et Omur-
rae.*

Unemus interea Nangasachii Gubernator ab aula reversus, nova iniisse consilia videbatur. Seu longa Christianorum laniatione fessus, seu jam intelligens, qui ut tormentorum succumberent, eos non vere, non ex animo sed specie tantum a Christo deficerent ad eumque mox alacriores reverti, seu demum Christi cultores superesse paucos eorumque facilem jacturam putabant, certe eos quos haberent in potestate, non ut ante torquere diu sed cita morte tollere de medio coepit. Vinctos reliquerat uti diximus plus nonaginta, quo ex numero octodecim Nangasachii, Omurrae tres et septuaginta custodiebantur. Hos intra annum omnes, partim ferro partim igne necavit. Triste in primis spectaculum hominibus, at laetum superis praebuerunt quadraginta una die eodemque prope Omurram loco combusti, qui cum ad rogum ducerentur ac palis alligarentur, non aliam auditu sunt vocem mittere quam sanctissima Jesu ac Mariae nomina, eaque suaviter ingeminantes cederent. Unum ex iis tyrannus quod constantiam præ se ferret communij majorem, vestibus denudatum paleis stipulaque contegi primum jussit. Dein iis succensis, semiustulatum ac pene exanimem ad paratum stipitem vincendum misit; neque tamquam querulam ex eo vocem aut suspirium expressit. Par caeterorum quibus amputatae cervices virtus fuit, mulierum etiam ac puerorum qui plures eadem poena involuti, ne uno quidem invento qui flagitio redimere vitam ac libertatem vellet. Procellae Nangasachiensis velut appendix fuit, quea mota per idem tempus est in regno Fingensi. Quippe Unemus certior factus in id regnum multo Nangasachiensem Christianorum profugisse, gravissimis litteris monuit Regulum, ut cum cura perquisitos puniret ex praescripto legum, nec impunitos dimitteret qui tectum iis locassent aut alia quavis re comodassent. Quod ut vulgo increbuit, indigenæ metu capitalium perquisitionum non tantum contra advenas ac fugitivos, sed contra christianos universe omnes seditionis in morem consurrexerunt, atque omnibus denunciatum voluerunt, ut

293.
*Versatio Chri-
stianorum in re-
gno Fingensi.*

vel abscederent ocios vel fidem mutarent. Abscesserunt multi, et quamvis egenissimi, proripere se in saltus invios et condensa nemorum maluerunt quam fidem prodere. Ast alii quo se reciperent non habentes, ne uxores et parvos liberos infinitis aerumnis obiicerent, misere desciverunt. Unus cui Michaëli nomen, tentatus saepe semper invictus, abscissis cervicibus fidei erga Christum suae praeciarum testimonium dedit.

Interest modo scire quas hoc anno vices adierit P. Matthaeus de Couros, qui cum in omni Japonia rem christianam utpote Proepiscopus, tum maxime in hac parte regni occidua utpote praesens curabat. Ariae in oppido regni Aremensis degebat, cum affuerunt missi a Bungodono satellites. Monitus in tempore de ipsorum adventu, ac satis sciens multo atrocius saevitum iri in Arienses, si apud eos Japonicae Ecclesiae caput deprehenderetur, proripere se'inde statuit, processisque silentio noctis ad littus ubi paratus erat ad fugam lembus. Vix conciderat, cum supervenient citato cursu duo satellites stare, jubentes nautas; qui nisi abcesso protinus fune naviculam quanta vi remorum poterant subduxisse, haud dubie opprimebantur. Ereptus eo periculo Couros, graviora incurrit in regno Amacusano quo post saevam maris jactationem appulit. Nam Bungodonus elapsam sibi e manibus praedam adeo concepitam furens, et quo evasisset subodoratus, magistratus Amacusanus per litteras monuit, eam elabi si bi ne sinerent. Hi vero haud temere rati, si talem interceptissent virum penes quem summa inter Christianos potestas jusque sacrorum esset, magnam enim vero gratiam se inturos apud Imperatorem, perquirere cum diligentissime omnibusque, ut ajunt, cubilibus persequi instituerunt. Hospitium sumpserat initio in frequenti oppido cui nomen Hojae, apud Lucam nescio quem expertae fidei christianum. Digressus parumper domo, audit eam obsideri domum ab infesto militum globo qui sacerdotem Christianorum quaesitum issent. Eo nuncio mutat indumentum ac japonico amictu tectus, se quatuor Neophytis valentissimis permittit abducendum in tutum. Mons erat in proximo editus ac difficillimi ascensus. Huc illi optimum senem exportant corbe inclusum, nactique tumulum secretiorem ac denso nemore circumvestitum ibi deponunt. Ecce autem brevi intervallo alii atque alii ab Hojensis Christianis nuncii, Lucam cum tota familia comprehensum esse adnotumque quaestione, satellites hac illac praedabundos excurrere: tutum ne putarent locum sed in interiora magisque inaccessa devherent Patrem. His auditis aliae confestim latebrac perquiruntur. Ter una die mutatus est cum summa trepidatione locus. Qui asperior et aditu difficilior, is commodissimus putabatur. Quatuor quos dixi Neophytis accesserunt alii sex. Omnes ad custodiā cari patris excubant et vigilias agebant, cum nescio quid strepitus ad aures accidit. Hostem suspiciati, quamquam nox erat concubia et largus effundebat se caelo imber, corripunt eodem momento corbem in qua Couros jacebat, eamque per dorsum montis trahentes ac propellentes, in summum jugum evadunt. Inde per latus adversum aeque praeruptum descendentes, in occultissimo extra Hojense territorium saltu, densas inter carices fruticesque Patrem demittunt. Sed neque his latebris satis fisi, postridie rursum sedant in viam carum succollantes onus, seque per aspera atque invia in tumulum remotiorem transfrerunt proceris arboribus consitum, ubi cum septem dies quievissent, in aliam insulam navigio transmiserunt. Ita servatus est Couros magna Neophytorum fide et industria, sed non minore ipsius incommodo. Nam cum efferretur per precipitia trepide ac celeriter, allidebatur identidem ad prominentes cautes; et ad haec imbre assiduum excipiebat, et ubi demum constiterat, non tecto, non igne, non ullo si tantum tenuem exacias orizam reficiebatur cibo: ut miraculo prope fuerit, ea aetate senem ac valetudine jamdiu attrita, tot superesse aerumnis potuisse. Sed miranda in primis accidit Lucae illius quem supra nominavi fides atque constantia. Captus, ut dixi, ac per tormenta interrogatus de praebito sacerdoti Christianorum hospitio, de hospitio quidem sine

Tom. II.

54

P. Matthaeus de
Couros praesen-
ti pericolo eripi-
tur.

295.
*Ilerum e satel-
litum manibus
elabatur.*

296.
*Egregia Neophy-
torum fides in
eo tenuendo.*

297.
*Insius incommo-
da.*

298.
*Christiani vi-
gini ipsius cau-
sa necantur.*

ambagibus confessus est. At quis sacerdos esset, quo ore, quo habitu, unde, quo prefectus, constantissime tacuit. Neque quidquam amplius ab ejus domesticis iudices exculpserunt. Quare omnes ne exceptis quidem puerulis adhuc vagientibus, capita omnino viginti, securi percussi sunt. Atque haec de Japonia.

^{299.}
RES MALABARICAE
Mors et Elogium
P. Petri Nocitae.

Circa idem tempus incerto tamen loco ac die, diem supremum obiit in provincia Malabarica P. Petrus Nocita, quo de viro pauca memoriae sunt prodita sed digna scitu. Hunc nobili ortum loco Catacii (Catanzarum nunc vocant) in regno Neapolitano, Societati dedit sanctissimus Mariae sponsus Josephus, quem praecipuo studio ac plane singulari adolescens colebat. Dum enim egreditur domo nescio quo prefecturus, Josephum quallem saepe depictum viderat conspergit aliquanto praeeuntem. Sequitur, per ejusque vestigia ad aedem Societatis recta ducitur, nec ultra viae ducem videt. Ex quo intelligens quid sibi indicatum patronus amantissimus vellet, recipi in nostrum ordinem petuit impetravitque anno superioris saeculi nonagesimo octavo, aetatis sua decimo septimo. Tali duce stadium religiosae perfectionis ingressus, eodem auspice progressus mirificos fecit, brevi assecutus ut sodales post se omnes relinquaret. Cum annos aliquot perquam utiliter impendisset suae provinciae, Patri Roberto de Nobilibus in missionem Malabaricam proficiscentes comes fuit additus, transmisitque cum eo Goam ubi perdiscenda Malabarum linguae totum adjecit se, non studium pietatis interea, non orationem, jejunia, non caeteras virtutes quibus velut armis instrui virum apostolicum decet negligens. Atque ubi visus sibi satis ad pugnandum contra Ethnicorum errores et via comparatus, ad Malabares transit. Quid ibi rerum gesserit nullae distinctivae litterae, quas ego viderim, tradiderunt. Tantum constat labores infinitos exantlasses, et magnum ex ea gente numerum ad ovile Christi perduxisse. Magnopere optabat laborem ac vitam finire gloriosa pro Christo nece, nec eam sibi inferendam aliquando ab Ethnicis desperabat. Sed pulchri voti compos non est factus, et manum carnificis aerumnae quibus oppressus est praeverterunt.

^{300.}
P. Nobilius Regis Madurensis animus sibi decinit.

Caeterum quem dixi P. Robertus de Nobilibus jamdiu in regno Madurensi degens, rem christianam secundis successibus promovebat. Tirichalipali, ut supra dictum est, fixerat sedem. Ea tunc secunda regni Madurensis erat civitas, nunc prima quia Rex frequentius eam colit. Et tametsi minime aduersum sibi Naiketem (sic suum Madurenses Regem vocant) sciebat, tamen veritus odia improborum, et pertinere putans non solum ad splendorem verum etiam ad libertatem et securitatem religionis, ut publico et honorifico Regis testimonio probaretur, adiutum sibi quaequivit ad regias aures, ac procerum ope quorum bene multos in aula habebat sibi deditos facile obtinuit. Introductus in regiam, data Regis alloquendi copia, munus obtulit Principi pretio quidem leve at novitate et artificio non contempendum. Addidit muneri brevem at plenam leporis officiique orationem, Grandonica qua utuntur illic eruditii lingua. Delectatus munusculo Rex, eruditionem et modestiam dicentis laudavit, et magnum illi honorem tantum Saniassio praestanti habuit. Demum evangelii publice praedicandi potestatem amplissimi verbis fecit. Voto potitus Nobilius, cum Brachmanibus coepit miscere sermonem de litteris eorum et libris. Auditus initio cum voluptate, sensim delabitur ad causam religionis. Populares fabulas ac profana commenta difflabat adeo nervose, ut disputarent reformidarent adversarii et laudare quae diceret aut certe obmutescere cogerentur. Cum manus veritati dedissent multi, eos christianam professos fidem colligere unam in domum quam in templi modum aptaverat, instituit. Ibi liberior de pietate sermo ac frequentior. Ibi divinae concinabantur laudes, ac caetera religionis officia interpellante nemine pergebantur. Has nascentiae ecclesiae fruges alebat Nobilius, non tantum verbis sed etiam vitae abstinentissimae exemplis. Ipsi Saniassii quorū austeritas tota celebratur India, delicati ac remissi piae illo videbantur. Victus mera olera ac legumina. Ad haec productae in multam noctem vigiliae, labor-assiduus, summa

^{301.}
Ejus fructuosi labores in urbe regia.

rerum omnium egestas; ut vix capere quisquam posset quemadmodum tantae et corporis et mentis contentioni par esset.

Perstrinxit ea lux, ut assolet, oculos impiorum. Pandari (sunt illi religiosorum quos poenitentes appellare possit genus) praeferri sibi Europaeum sacerdotem non ferentes, conjurant contra ipsius caput. Deliberantibus quo lethi genere eum tollerent, visum abstinendum ferro quod vulgo odiosum, sed magis beneficio rem conficiendam. Praesto fuit veneficus insignis et negotium ex eorum votu transigendum suscepit, effecturum se magicis carminibus spondens, ut vel vita vel certe rationis et sanac mentis usura inviso doctori eriperetur. Nec defuit sibi. Diu multumque praeparatus, die constituta progreditur in domum Nobilium cum Ethnicon genti caterva, quos ad spectaculum ut ajebat festivum invitaverat. Nihil eorum latebat Nobilio (arcani quippe apud Madurenses nihil est), sed neque metuebat quidquam divino patrocinio tutus. Dum magum domi sedens ac pacatus opperitur, irrumpit circulator improbus et energumeni ritu os occluso horribilem in modum distorquens, stridet, ringitur, ululat: terram pedibus, manibus, fronte ferit. Quærerit sedate Pater quos ludos paret, quam personam adeo belle agat? Pupugit sycophantum jocus et spectatores metus incessit ne comoedia non succederet. Veneficus quasi prologum dumtaxat ac prolusionem dedisset, dira carmina intonat erekisque furias omnes ac monstra inconditis clamoribus ciet. Subridens contra Nobilius, bortatur ut parcat voci neque se clamando rumpat. Cui magus rabie ac furore aestuans: Risisti hactenus, nunc morere. Et pixidem deprimens nigranti ac pieco gravem pulvere eumque in auras jactans, exspectabant dum mortuus Pater humi corrueret. At paulum moratus, ubi sanum et corpore et mente vidit, attonitus, irrisus ac plenus ignominiae aufugit. Tum Nobilius assurgens verba ex re fecit, Ethnicisque potentiam supremi Numinis commendavit, qua freti ejus famuli conjuratas daemonum vires nullo negotio refringenter. Ea res populi jactata sermonibus, Nobilius nomen valde illustravit. Eum civitas deinde tota suspectis tanquam divinum hominem, cui nullae veneficorum artes nulla vis tartari nocere posset. At non idecirco improborum odia quieverunt. Pandari postquam perditam viderunt praeстиigatoris operam, alia via pugnare aggressi, saepe decantatam semper secundis populi auribus acceptam fabulam repouiere, Nobilium e stirpe Pranguorum et casta vili oriundum esse. Id nominis et vitii quid sit, fuse explicatum est alibi. Cum increbresceret calumnia, refutandam iterum Pater duxit quippe suo ministerio noxiā. Itaque defensionem luculentam foliis palmarum quae illic pro papyro sunt mandavit, arborisque procerae trunco figendam curavit in platea. Subjecit summam doctrinae christianaæ, quam curiosa plebs quasi aliud agens perlegeret. Hac ratione ingens emolumentum e calumnia, et e periculo commodum non leve exstitit.

Dum sic Tirichalipali P. Nobilius novam instituit ecclesiam, Madurae P. Antonius de Vico jam ante institutam regebat ac novis subinde incrementis angebat. Templum erat nigris e marmore columnis visendum. In eo divina officia publice ac libere a Christianis celebrabantur, sciente Rege nec improbante. Frequentes conveniebant statim diebus, sive ut perciperent sacra, sive ut pias preces in communi peragerent, sive ut concionem audirent, quo prorsus modo in catholica civitate fit. Vita omnium inculpata, multorum mens in Deum erecta et procul a mortalium rerum cupiditatibus disjuncta, veram Ecclesiae veteris vel caelestis potius imaginem referebat. Exemplo sit mulier Mandarini christiani uxor. Haec in tenuis Brachmanum libris diu multumque versata, non facile errores patrios projicit. Ast ubi Christo dedit nomen, satis non habens detestari commentitia quae prius coluerat numina, trahere ad Christum amicos et affines ethnicos, quantum per sexum licebat, conabatur. Vitam praeterea omnem ad normam divinae legis exigebat sic, ut ne minimos quidem apices parvipenderet. Licet valetudine parum commoda, tamen tota quadragesima producebat, nec cibum nisi semel

^{302.}
Sacrificuli de eo
perdendo conspi-
rant.

^{303.}
Venefici cuius-
dam conatus
contra eum ir-
ritati.

^{304.}
Adversariorum
calumniam egre-
gie refellit.

^{305.}
P. Antonius de
Vico praece-
re rem gerit Ma-
durae.

^{306.}
Eximia pietas
christianaæ mu-
lieris.

post solis occasum sumebat. Sanctiorem vero hebdomadam transigebat paucis dumtaxat fructibus pasta. Ad haec piis praecationibus magnam diurni nocturnique tempori partem dabat. Pietatem tantam carere praesenti premio Deus noluit. Matrem se laeta vidit cum fuissest diu sterilis, et impetranda causa prolixis votis infinitis at irritis inanis Deos fatigasset. Similium exempla passim occurrerant inter Christianos, quae mirabantur Ethnici majorem in modum, et inde multi sanctitatem divinae legis aestimantes eam sponte amplexabantur. Quosdam etiam permovebant suorum numinum perulgata dedecora, quae iis objectare et reprobare Christiani non cessabant, libidines, adulteria, stupra. Cum vero unius veri ac summi Dei dotes eximias enumerari a Christianis audirent, sapientiam, bonitatem, odium vitii cuiuslibet vel levissimi aliaque id genus, facile adducebant ut prae hoc suos contemnerent Deos, ac ne hominum quidem nomine dignos crederent. Quo in genere lepidum ac memoratu dignum est, quod una cuicadum accedit e Brachmanum ordine. Cognita christiana legis sanctitate Maduram venerat ad Patrem Vicum, uberioris ab illo scilicet instituendus. Divertit ad Gubernatorem urbis quicum veteri conjunctus erat amicitia. Gubernator in medio procerum coetu praebebat tum forte aures sacrificulo, vitam nescio cuius Indorum numinis lexitant. Erat illa tam foeda tot conspurcata flagitiis, ut iste recens catechumenus non se tenerit quin exclamaret: Possumus ne tot flagitia aequis auribus et animis audire, aut hos credere Deos et colere in quos talia scelerum portenta cadant? Cum id maxime diceret, superveniens alter sacrificulus Gubernatorem trepide monuit, instare tempus obscundae supplicationis in honorem Chokanadae. Hoc Madurensium princeps idolum est. Quaerenti Gubernatori, quid esset opus tanta celeritate? respondit, Chokanadam longiores moras non ferre: diu illum abesse a suis uxoribus ad easque nunc revisendas festinare. Indignatus rationem tam sordidam Gubernator: Nae Deos, inquit, valde uxorios et obsecenos habemus. Certum mihi est illis dimisis, sanctiorem apud Christianos Deum et veriorem quaerere. Quibus dictis valere jussit impuros cum suis ritibus Deos, seque Vico erudiendum ac baptizandum obtulit.

^{307.}
Ethnicum Numinum vilia probrosa.

Alia via ac magis admirabili, ad Christi cognitionem amoremque divina providentia perduxit Rajam, id est virum nobilem primi post Bracmanes ordinis. Vexatus a tenebrarum principe et oppressus crudeli jugo, jam annos viginti tenebatur. Nihil artes veneficorum et praestigiae, nihil alia ex aliis remedia miseris proderant. Doluerunt ipsius vicem Christiani et in promptu esse remedium affirmarunt, si amplecteretur Christi fidem qui summum in daemones imperium obtineret. Raja cui nihil optatis quam dira perfringere vincula, Patres adit, utque se vindicent in libertatem enixa rogat. Illi satis gnari non semper in sacris esse medicis ut ejusmodi currentur morbi, bono illum quidem animo jusserrunt esse; at simul dederunt operam ut intelligeret, quantum discriminis inter corporis animaeque salutem sit. Cruciali posse corpus a daemone, anima salvimo sancta. In hanc juris nihil esse hominum hosti, illud ipsius furori aliquando permitti. Videndum unice ut sua constet animae salus, quae si adit corporis cruciatum utilitate sua non carere. Si res ita se habet, inquit Raja, nihil moror quin animae primum consulam meae: de corporis sanitate Deus videbit. Hac mente christiana doctrina rite instiuit ac baptizari voluit cum filio praeclarae indolis, nec minoris ingenii puer. Vix emerserat e salutari fonte, cum ferus animalium praedo eruptam sibi praedam dolens, illum majori invadit impetu torquetque multo quam soleret durius. Parum ipsi visum tamen laniare corpus: animum quoque perdere molitur. Nunc inane nomen ac futilem caeremoniam esse baptismum suggerebat; nunc amicos et affines qui oggererent idem submittebat. Aderant venefici et incantatores, et praesentissimam in malis operem certatim offerebant. Hic vero quid possit caelestis gratia intellectum est. Solus contra daemonis, amicorum, affinium, veneficorum catervam neophytus pugnavit, hac una quam alta mente defixam habebat voce armatus: *Pereat corpus*.

^{308.}
Ethnicus a daemone possessus fit christianus.

^{309.}
Aerius vexatur a daemone, nec fides deserit.

dum anima salva sit. Fortissimi pugilis virtutem ut probaret utque augeret gloriam Deus, illum in ultimum adduxit discrimen, immisso ad malorum cumulum gravi morbo. Toto debilitatus corpore cum jaceret et jam supremum instare diem crederet, filium ad se vocat, hortatur ad constantiam, ac porro praecipit ne introduci magos ac veneficos, aut aliquid superstitionis ritus domi fieri patiatur, cum vocem sibi vicina mors et audiendi videndique facultatem abstulerit. Nec ita multo post jacuit vocis ac sensus expers. Hic aliquis guttulam aquae consuetis Ecclesiae precibus consecratae in os morientis indidit. Et mirum dictu! assurgens eodem momento aeger: Qui mihi autem, exclamat, salutarem hunc succum infudit? Valeo, sanus sum. Nec valebat solum sed depulsus una cum morbo fuerat malus daemon, duplice beneficio quod ille sancto latice acceptum retulit. Didita per vicinos pagos fama magnos in animis excivit motus, ita ut in ore omnium esset Christianorum Deus qui facit mirabilia magna solus.

Dum haec apud Madurenses Indos geruntur, Provinciam Goanam valde sollicitam habebant res variae ac turbidae quae ex Aethiopia afferebantur. Eius namque provinciae velut appendix Missio Aethiopica, ut alibi dixi, erat. Multum remiserat Imperator, ut anno superiore dicebam, de veteri illo suo erga catholicam religionem studio: et tametsi nondum inducebat animum ab ea apertere desciscere notam levitatis metuens, minus tamen favebat catholicis eorumque doctoribus: schismaticis contra quibuscumque posset rebus gratificare studebat. Eo devenit insaniae ut rogaverit Patriarcham, an non verum esset, ad sedanos civiles tumultus, permettere Abissinis quem antea usurpare solerent ritum circumcisionis. Hunc ipse ritum ante annos quatuor proscrisperat sub poena capitis: nunc quia exposcebant eum multi et factiosi, tolerabilem arbitrabatur. Petitionem absurdam cum stomacho rejecit Patriarcha, et pudorem incussit ita locuto Principi. Et nihilominus venere haud multo post ad praefectos provinciarum regiae litterae, ut si qui posthac se liberosve suos circumcidenter, in eos ne animadverteretur. Adeo demoliri clam ac pedentim incipiebat, quae prius tanto labore praestruxerat. Nihilo meliore erga nos animo erat. Varias praetextens causas et in speciem honestas, ad tollendas paulatim stationes Societatis equidem a se conditas, occulite pridem sed tamen valide grassabatur. De Adamassensi dictum est libro proximo. Hoc anno sustulit Adeganensem atque hanc causam obtendit. Facilius Imperatoris filius atque haeres, stativa castra posuerat prope Adeganam regni Begamedrensis oppidum, per eamque occasionem uti familiariter cooperat P. Hyacintho Franceschio, uno e sociis in ea statione commorantibus. Accidit ut illac transiret cum exercitu Cela-Christus in hostem vadens, qui ut nunquam solebat in bellicam expeditionem profici sine uno aliquo de Societate, Hyacinthum arcessivit, virum quippe sibi antea notum ac familiarem. Is ire non ausus inconsulto Faciliida, ne scilicet illum deserere videatur in gratiam Cela-Christi, veniam ab eo petit impetravitque hac lege ut ad certam diem rediret. Eo spatio non contentus Cela-Christus, hominem apud se detinuit aliquanto diutius. Id satis causae visum Imperatori ut sedem Adeganensem eriperet Societati, dirueret domum, agrum quem Patribus sustentandis attribuerat fisco addiceret. Questo nimurum filio de nostris, quasi pluris facerent Cela-Christum patrum suum quam se, hanc satisfactionem pater tribuendum censuit pro injuria; nemine aliqui non intelligente, eo facto non tam de Hyacintho poenas expeti, quod ipsum tamen in tanta viri innocentia iniquissimum erat, quam gratiam apud haereticos quaeri.

Moerentur haec videns Patriarcha Mendezius, moerentur Patres, tum quod gravia ipsa per sese, tum quod esse graviorum initia videbantur. Accessit ad moeroris cumulum obitus Cela-Christi, viri non minus scientia militari quam religione pietateque incliti, quo non alius post Cela-Christum patronus catholicus nominis studiosior potentiorque tota Aethiopia erat. Impositus nuper fuerat regno Tyreo, ut pro ea qua pollebat virtute frenaret Lastenses rebelles ejus

310.
Eiusdem mira
pietas in gravi
morbo.

311.
Simil a morbo
ac daemone di-
vinitus libera-
tur.

312.
RES PROVINCIAE
GOANAE
Imperator Ae-
thiopias occul-
taverit schismati-
cis.

313.
Stationem Ade-
ganensem eripit
Societati.

314.
Cela-Christus
Tyre Prore
triduum ponit
in expienda con-
scientia.

regni finibus imminentes. Dum ad capessendam provinciam venit, itinere divertit Fremenam, et quasi praeagiret supremam sibi diem imminere, totum triduum in expiandis conscientiae maculis insumpsit apud P. Hieronymum Lobum, tam intimo poenitentiae sensu ut praecopias lacrimarum saepe vox confitentem deficeret. Ita ad mortem comparatus, eamque sibi seu caelesti monitu seu naturali praeensione brevi affuturam dictans, quo iter instituerat transiit. Vix provinciae administrationem suscepérat, cum accepit litteras a Facilida, si quemdam occupasset saltum qui hostium praesidiis tenebatur, eo venturum se cum omni copiarum robore, ut junctis deinde viribus in hostem tenderent. Eo nuncio contrahit quidquid habebat militum, progrederetur instructa acie ad conditum saltum et locum pulsis rebellibus capit. Castris post haec in tumulo factis, operiebatur Principem. Sed plures moratus frustra dies, cum Princeps non adesset et ipse comateatum inopia laboraret, recipere se eo unde venerat statuit. Senserunt hostes de receptu, ac ferocius numero insequi abeuntem festinaverunt. Caba-Christus in ipso descensu montis irrue re hostem a lateribus ac tergo cernens, sustinere impressionem parabat. At suorum plerisque fuga dilapsis interficitur. Ajunt primo accepto vulnere procubuisse in genua, seque ultro schismaticis matrandum tanquam fidei victimam obtulisse. Victores corpus exanime dispoliantes, cilicio coopertum invenerunt. Jam non est ut referam, quam multis, quam veris lacrimis talis occasum viri bonus quisque sit prosecutus, hoc praesertim tam difficulti tempore, cum defensores ejus generis multos religio requirebat. Nostri ad qualecumque lenimentum doloris, exhibito quanto potuit maximo apparatu bis ei justa persolverunt, semel Dancazzii apud aulam, iterum quadragesimo post die in aede Ganetensi. Et Patriarcha cum funebrem caeremoniam perageret, viri dotes egregias oratione laudavit.

315.
Fortiter dimi-
cans interficitur.
Damnum in eo
factum.

316.
Nova seditio com-
primitur in ipso
ortu.

317.
Novae Imperato-
ris suspicione-
et curiae.

318.
Imperator non
nihil respicet.

Ardebat ut cum maxime bellum Lastense, cum Laza-Maria regiae cognationis princeps, difficultatem ejus temporis occasionem suam ratus arma cepit, adjuncto sibi factiosorum ingenti numero, Amaharensem provinciam invasit. Religionem ut ferme caeteri perduelles obtendebat sceleri, tyrannidem accusans Imperatoris, qui ad romana sacra cogeret gentem, et ritus patrios tot annorum possessione roboratos everteret. In ipso ortu compressa seditio est singulari virtute Cela-Christi, qui ad primam rei famam raptim expeditum agmen in hostem duxit, et nec opinantem adeptus ita cecidit, ut unico praetilio debellaverit. Commissum est praelium in lata planite, quae in summo jugo montis patebat. Et erat mons ex omni fere parte adeo praeruptus, ut victis negaret effugium. Itaque perduelles aut in acie cecidere, aut in subiectas valles ultro se praecipites dantes, gravi casu confracti periere. Hoc bellum tam secundo exitu etsi paullum respiraret a metu Imperator, non eum tamen Victoriae fructum quem debuit cepit, consilia in melius vertens. Aderant quippe fautores haereseos, idem assidue occidentes carmen, ne speraret tranquillam rempublicam, quamdiu starent quas tulerat leges de religione romana. Ejus mysteria capti ardua, disciplinam populo severiorem videri. Nisi redderetur professio alexandrina, cui tamdiu Aethiopes consuevissent, nunquam defore in Aethiopia seditiones ac bella civilia. Haec saepius jactata senis animum vehementer angebant. Ipsa felicitas qua bellum fuerat a fratre confectum, veteres refricabat suspiciones ac curas, ne regni tyrannidem affectaret, quo facile eum potiri posse si modo vellet sentiebat. Quam Principis anxietatem cum introspicerent Patres, viderentque morbi tabem nullis remedii cedere, erant in magno metu ne eo demum prorumperet quo impiorum consilia trahebant. Verum inter haec nonnulla rerum meliorum spes repente interluxit.

Caeso ut dixi Caba-Christo ac regio exercitu dissipato, irruperunt magno impetu Lastenses in Tygraeum regnum, eoque potituri nullo negotio videbantur, cum et incolarum magna pars clam faveret novo quem ipsi elegerant Imperatori, et novus Prorex viribus longe impar nihilque fidens popularibus,

tantam belli molem sustinere nullo modo posset. His cognitis rebus expalluit Imperator ut in re ad extremum adducta casum, et visus aliquando ad meliora flecti consilia. Professus suis praesertim sceleribus tot evenire alia ex aliis mala, agnovit in publicis calamitatibus manum ultricem Numinis, agnovit benignissimi patris vocem ad officium se revocantis. Hinc acri dolore compunctus Ganetum venit ad P. Ludovicum Azevedum, provolutusque ad ejus genua piacularum confessionem peregit, quaedam quae publicae offensioni erant corrigenis in praesentia, alia se correcturum recipiens. Cunctis deinde vocatis in unum Patribus, iis coram declaravit in causa religionis eamdem sibi constare voluntatem, ac porro constitutam in posterum quae antea fuisset, huicque rei supereros hominesque testes fecit. Ita loquentem incredibili gaudio audiverunt Patres. Nec dilata Principis pietati merces. Ut intelligeret nulla re magis firmari regibus imperia quam religione, qua ipse die Deo placando operam dabat Ganeti, Prorex Tygrensis juncitis sibi tribus diversorum praesidiorum praefectis, irruit ex improviso in perduelles dum maxime desides et incuriosi curabant corpora, caesisque quamplurimis reliquos intermix ac seminudos e provinciae finibus dispergit, insigni Victoriae coequa laetiore quo minus speranda videbatur. Hoc accepto praeter spem nuncio, tenere se non potuit Imperator quin clamaret illacrimans: *Bone Deus! tantamne mercedem pro tantulo obsequio?* Et quibusdam aulicorum monentibus, videret ne dum retinere fidem romanam studet regnum amitteret, diserte respondit se vero nec recusaturum pro ejusmodi causa vitam amittere nedum regnum. Qua Principis contestatione quaedam religioni secunditas affulxit.

Per has vices fluxerunt in Aethiopia res ad finem usque Novembbris mensis, cum Dancazium attigit advectus nuper ex India Episcopus Nicaenus Apollinaris de Almeida. Hujus adventus viri novos Imperatori stimulus ad bene coepit fortiter prosequenda subjecit. Nam praepter quam in magna exspectatione ob egregias animi dotes et episcopalem dignitatem ipse erat, afferebat ab Urbano VII^o Pont. Max. litteras tum ad Imperatorem, tum ad Facilidam ejus filium, tum digne ad Patriarcham, quibus Pontifex litteris eos omnes nominatis pro re h^ctenus bene gesta laudabat, utque porro pergerent institutum ex equi incendebat. Nicaenum tam peregre venientem comiter except Imperator. Oblatas nomine Romani Pontificis litteras assurgens accepit, capiti imposuit suo, quod honoris praecipui signum apud Aethiopes est, et vernaculaum in sermonem conversas magna cum voluptate audivit, sententiarum gravitatem ac stili majestatem praedicans. Caeterum Pontificis summi cohortatione plena officii ac charitatis, non quantum debebat commoveri est visus. P. Emmanuel Barradius qui praesens aderat, scripto notatum reliquit hoc quoque indicium ex eo produisse nutantis in fide animi, quod tam ardentis admota face non admodum incalueret. Quo animi sensu litteras pontificias acceperit Facilidas, incompertum mihi est. At Patriarcha, vocem cum audiret supremi pastoris humanissima oratione se alloquentis, gratulantis de rebus ad eam diem confectis et ad similia in posterum adhortantis, incredibilem concepit ardorem, coequa magis doluit iniquitatem temporum quae majora incipere in praesentia non sinerent. Par alacritas Patrum caeterorum fuit. Nam de his etiam perhoronificam mentionem Pontifex faciebat, eorumque laudes cum Patriarchae laudibus jungens, ipsissima haec verba intersuerat litteris: «Quod vero attinet ad Fraternitatem tuam et sacerdotes Societatis Jesu, Venerabilis Frater, triumphatis in benedictione apostolici se- « natus et plausu Europae. Nec vobis constanter perseverantibus, ea perfecti « decoris diademata in caelo deerunt, quae policetur Omnipotens propagatoribus « regni caelestis. Benedicimus sacris vestris laboribus, petimus vobis angelorum « auxilia, pollicemur pontificiae auctoritatis patrocinium. Dilectus filius Societa- « tis vestrae Praepositus Generalis, qui tuis consignatum monumentis regale « jusjurandum ad nos detulit, prolixe testari poterit qua te laude et charitate

319.
Ejus pietas praes-
senti praemio re-
munerata.

320.
Adventus Apol-
linaris de Alme-
da Episcopi Ni-
caeni.

321.
Litteras Ponti-
fici Maximi pri-
lide accipit Im-
perator.

322.
Pontificis litte-
rae ad Patriar-
cham nostris
perhoronificue.

« prosequamur, plantantem caelos in Aethiopicis agris etc. » Praeter tres istas, secum attulerat Nicaenus diploma pontificium, quo communis toti Aethiopiae fieberat indulgentia jubilaci, promulgata Romae anno labentis saeculi vigesimo quinto. Sed quia promulganda haec non erat in Aethiopia nisi anno sequenti, de ea nos in sequenti libro disseremus.

323.
RES PHILIPPINA-
RUM.
*Mors et elogium
Fr. Francisci
Baptiste.*

In Philippinis insulis ingens desiderium sui et parem sanctimoniae opinionem reliquit frater Franciscus Baptista, domesticae adjutor rei, Manilae extinctus V. Cal. Novembres. Natus in Hibernia, in Americam navigaverat adolescens auggendae causa fortunae, qua admodum tenui utebatur. Accidit ut commereare hinc cogeretur in Insulis Philippinas. Inter navigandum, auditis piis colloquis concionibusque P. Petri Gomez qui eadem navi vehebatur, exarsit desiderio vitae sanctioris, spretisque mercatura compendiis meliores quaerere opes in Societate statuit. Praestit id Manilae ac tanto animi ardore, ut quidquid secum extulerat mercium distraxerit, pretium sublevandae inopiae collegii Manilensis contribuerit. Novo post haec negotiationis genere instituto, religiosis virtutibus comparandis totum se adjecit. Prima illi cura subigere naturam, quam sortitus erat fervidam ac ferme in iram praecipitem. Tantam vero in hac re diligentiam adhibuit, ut decursu temporis primos quoque iracundiae impetus, qui vulgo praeverttere rationem solent, haberet in potestate, ac mitissimam passim indolis ne dicam stupidae putaretur. Rem domesticam administranti in collegio Manilensi evenit aliquoties, ut cum hominibus inurbanis haberet negotium, qui neque ratione ducebantur et malam in partem dicta ejus omnia factaque accipiebant. Conviciis oneratis ab iis, pugnis interdum calcibusque appetitus et fuste contusus, aut silentio tulit injurias aut furentibus placide admodum sedateque respondit, aestuantem in simu bilem comprimens tanta vi, ut semel pree contentione fregerit veniam et copiosum ore sanguinem ejectaverit. Rem collegii tractabat summa non solum fide sed etiam diligentia, utpote patrimonium Christi, nec colonos famulos adhibebat nisi expertae probitatis et fidei; largus alioqui erga egenos quibus quod largiebatur in quaestu collocatum ducebat. Janitorem egit aliquamdiu in seminario Manilensi. Eo cum fungeretur munere, pauperibus quotidie duodecim in honorem duodecim Apostolorum alimenta dividebat. Vir tanta erga omnes benignitate, soli immisericordem se praebebat sibi. Ad extremam pene maciem redigerat corpus. In illud tamen saevire non cessabat, cum omni aspiratum genere tum praezeros flagris, quae sibi quotidie incutiebat adeo duriter, ut plagarum crepitum tota fere vicinia personaret. His aliae congruebant virtutes quas singillatim enumerare longum esset. Nec defuerunt illi dona caelestia, ex iis quae sanctitatem examiam si non efficiunt certe indicant. Oranti supernae perceptiones infundebantur, quales assequi nulla humana cogitatio queat. Saepe illi Christus Deus visendum se praebebat forma perspicua, idque tum etiam cum mensae accumbebat, quo adspectu totus extra se rapiebatur. Datus olim comes uni ex Patribus in sacram missionem proficiscenti, dum pagos Indorum atque oppida percurrit, coortum est casu tetrum incendium quo pagus integer misere deflagrabat. Caeteris metu diffugientibus insiliit medias in flamas Franciscus, signum Christi crucifixi manu gestans sublime, vias igne fumoque oppletas pervolavit illaesus, et quacumque ipse transit incendium ultra extinctum est. Ob haec aliaque ejusdem generis multa quae cogor praetermittere ne longior sim, vulgo sanctus audiabat. Vixit annos quadraginta octo. Mortuum Manilense honore insigni extulerunt, celebritate funeralis ad plures continentem dies producta.

324.
*Acta nostrorum
in regno Sia-
mensi.*

Praetor interea Philippinenis Joannes de Sylva, cum audiisset in regno Siamensi (regio ea est per ampla Asiae in peninsula Indica) quosdam detineri captivos gente Hispanos, eos ut eximeret vinculis mitti illuc curavit tres de nostra Societate internuntios, qui negotium tractarent et si qua possent via conficerent. Delati ob id in Siamum Patres Petrus Mojeronus et Franciscus Cardinus cum Romano Niseyo Japone, nactique apud Regem Siamensem gratiam, non libertatem

modo captivorum, sed et promulgandi in eo regno evangelii facultatem, quod erat maxime in votis, impetraverunt. Praetor tantam in Rege barbaro liberalitatem admiratus, cum praeterea ex Mojerono qui captivos Manilam reduxerat intelligeret, perutilem Hispanis nec difficilem impetratu fore Regis Siamensis amictiam, hujus conciliandae causa virum quaerebat idoneum qui sua ad eumdem Regem legatione fungeretur. Nemo aptior visus P. Julio Caesare Margico, viro nave et novac missionis percipido. Huic ergo negotium dat ut in Siamum profectus, primo debitam referat suo nomine gratiam Regi pro capti-vis dimissis; tum conciliare eum nomini Hispano studeat foedusque sancire. Quod ubi e sententia successorit, Cardino Romanoque illic degentibus se comitem si velit et evangelici operis adjutore jungat. Mandata executus Margicus, proclivia reperit apud Regem omnia, virum ut in ea barbarie satis liberalem et cultum, nec iniquum hospitibus. At longe alia mens populo, externa omnia aversanti praeter mercatorias naves et merces. Sancito foedere, ad opus evan-gelicum se converterat Patres. At nihil publice proponentes nisi Christum et hunc crucifixum, aut spernebantur ut sordes hominum, aut velut hostium explo-ratores accusabantur. Solus tegebant eos Rex tutosque praestabat. Ita menses flu-xerunt aliquot, nostris illi quidem ob aerumnas et patientiae meritum fructosissimi, at indigenis ferme inutiles. Solus fructuose occupabatur Romanus circa Ja-pones populares suos, qui multi illuc profugerant ex Japonia tuendae causa christiana professionis et vitae. Mortuo per haec Rege, cum carerent Patres rerum suarum patrono unico ac summo, multo deterior ipsorum conditio est facta. Cardinus omnium praeses statim regno pulsus. Romano aegre permisum, ut suos excolare Japones pergeret. De Margico quod nondum gentis calleret lingua neque promoturus quidquam putaretur, nihil consultum. Quare is in sua statione consistens, Siamensem missionem sustentabat unus ac lente pro-movebat, cum falsi amici scelere ac proditioне de medio tollitur. Interpretem sibi adsciverat unum et Neophytis mobili ingenio maloque virum, eodemque ute-batur admodum familiariter, quippe addictissimo ut putabat sibi, nec suspectae fidei. Is in priorem superstitionem occulte relapsus, Patri immerenti nihilque suspicanti, struere insidias coepit. Fingit exaratias ab eo litteras quibus consilia explicabantur de prodendo Lusitanis regno; quasque scripserat ipse litteras, clam desert ad judices. Hoc indicio captus cum fuisset sacerdos innocens contrususque in carcерem, adit eum perfidus quasi salutandi consolandise gratia, et ci-bi nescio quid offert quod prius lethali infecerat toxicō. Veritus nimirum ne sibi tanquam caluniac artifici irrogaretur poena, si ille quod erat factu facil-limum innocentiam probaret suam, occupandum statuit novo et inauditō scele-re, ne ulla de litteris quaestio fieret. Pater nihil adversi suspicans ab amico, sumit exitiale escam; nec ita multo post inter acerbissima viscerum tortura convulsionesque animam exhalavit. Ita decessit Margicus, anno aetatis sue quar-to supra quadragesimum. Odio christiani nominis fuisse necatum ab ejusdem nominis desertore impio, opinari fas est. Et fidem huic opinioni facit, quod cum cadaver cymbae impositum exportaretur ad sepulturam, conspecti sunt aliquot insigni forma juvenes, utique caelestes genii, circumstantes corpus examine, eique exequias christiano ritu facientes. Natus erat Aquilae in Vestinis ex pae-nobili Margicorum familia, anno superioris saeculi octogesimo sexto. Primam adolescentiam ea exegit laude pietatis, ut proludere jam tum ad apostolicos quos deinde exantlavit labores videretur. Societatem post longum molestumque cum parentibus certamen ingressus, unam aliquam petuit et Missionibus Indicis, propagandae studio gloriae divinae, id etiam tacite spectans ut sanguinem si ita placaret superis, pro Christo funderet. Obtigit ei Japonica qua nulla id tem-poris opportunior ipsius votis. Sed ejectus inde in Philippinas insulas, quae-sitam frustra inter rogos securesve Japonum palmam, in Siamo quo diximus mo-do reperit.

Tom. II.

55

^{325.}
*P. Julius Caesar
Margius ad Re-
gem Siamensem
legatus mittitur.*

^{326.}
*Nostris parum
fructuose labo-
rant ibi, et qua-
re.*

^{327.}
*Margicus veneno
interficitur ab
impio proditore.*

^{328.}
*Prodigium cir-
ca ejus corpus.
Ejusdem elo-
giūm.*

329.
RES PARAQUARIENSIA
De oppido S. Pauli in Brasilia.

330.
Quae natio hominum sint Paulopolitae.

331.
Eorum immanitas in praedanis ac dizeundis Indis.

332.
Primo irrumptu in Paraquariam.

333.
Indorum multitudini capiuntur. Aliorum terror fuga.

Ingridimur jam provinciam Paraquariensem, non sine horrore tamen aliquo et indignatione, quippe visuri atrocitatem post homines natos inauditam teterri-
mamque, christianum gregem a Christianis indigne vexatum atque disperditum.
Res cum vulgo Lusitanis at falso ac per injuriam assignetur, primum omnium
aequum arbitror de veris ipsis auctoribus pauca praefari. Est in extrema Bra-
siliae ad meridiem ora oppidum, quod primo de provinciae nomine Piratinia-
gam, deinde auctore P. Emmanuele Nobrega primo Societatis Brasilicæ Provin-
ciali, urbem S. Pauli appellarunt. Sedet in regione intérieur, a mari millia pas-
suum plus quinquaginta. Locus ob caeli temperiem salubris in paucis est et amo-
enus, solique ubertate humanis usibus abunde sufficit. Accedit contra hostiles in-
cursus eximia securitas, non tam ab arte operibusque quam ab ipsa loci natura.
Nam qua aditus ad urbem est a mari, rupes obiicitur ferme impervia nec supe-
randa nisi per calles perangustos, quorum fauces vel unus armatorum manipulus
tueri contra justum exercitum si vera narrant queat. His illecti commoditatibus,
in oppidum recens conditum frequentes immigraverant non Lusitani tantum, sed
ex alius etiam Europæ nationibus multi, quos diversi casus vel maris vel fortu-
narum ejecerant in Brasiliam. Successere postmodum velut in asylum, plures di-
versarum gentium facinorosi extortores a patro solo; qua colluvie quantum crevit
incolarum numerus tantum conspurcati sunt mores. Super haec cum coepissent
passim oppidanis cum feminis barbaris matrimonia contrahere, vitiata quodammodo
ex tam impari conjugio europei seminis indole, propagati sunt Mamaluci (sic
hybridas istos per contemptum Lusitani vocant), ferox et crudele genus et ipsos
barbaros immanitate superans. Ita Paulopolis civitas quondam plena religionis,
venerabilis Josephi Anchietæ Brasiliorum apostoli laboribus diu culta ac miraculis
illustrata, processu temporis a prisca pietate degeneravit in tantum, ut jam non
urbs Lusitanorum sed latrociniis publici infame receptaculum haberetur. Contra
inopes et inermes Indos præcipue grassabantur homines inhumani. Eos nulla li-
cet injuria provocati, in pacato perinde atque in hostico ferarum ritu venab-
tur, et quoscumque ceperant abripiebant in servitutem. Alios deinde ad cultum
agrorum, alios ad ministeria domestica adhibebant: alios etiam nullo humani-
tatis respectu loco jumentorum habebant, et vectare onera cogebant; homines
alioqui naturali divinoque jure liberos, et quosdam conditione Casiquios id est
suarum gentium principes, nec certe ejusmodi ad laborem et ignominiam natos.
Reliquos suis usibus non necessarios in ora maritima venales proponebant, et
negotiatoribus id genus commercii exercentibus vendebant, quaestum sceleratum
at magnum facientes ex hominibus prorsus innoxii, quorum ut maximos habe-
rent greges nullum praedandi modum facebant. Nec vero privatorum hoc sce-
lus erat; sed consilio publico quaquaversum ad perquirendos Indos mittebantur
agmina armata, reclamantibus frustra Brasilie Gubernatoribus, quorum leges,
edicta, minas mortalium scelestissimi suo freti numero, et loci munitione con-
tumaciter contemnebant.

Et jam omnem circa regionem feri Mamaluci latrocinando desolaverant, cum
venit iis in mentem sub finem anni praeteriti irrumpere in infinitam Paraqua-
riam, quippe regionem populosam sibique haactenus inaccessam. Re deliberata
colligunt praedonum ingens agmen quale nunquam in ejusmodi expeditiones
ierat, civium ad nongentos circiter, Tupiorum, (natio ea erat ferox et ipsorum
tributaria) ad duo millia; cumque his copiis atque omni belli apparatu, qua-
tuor periti duces in Guairanam quae proximior Paraquaria pars effunduntur.
Ibant agmine quadrifariam diviso: montes avios silvasque inhospitales percur-
sabant, latibula omnia scrababantur. Quoscumque invenerant viros, mulieres,
pueros, nullo sexus aetatisque discriminé catenis onerabant et tanquam feras
agrestes præ se agebant. Paucos subduxit fuga. Indefensæ multitudinis plura
millia in manus latronum inciderunt. Rei fama totam momento regionem per-
vagata, mirum quantum late terrorem sparserit. Angi, consternari omnes. Cum

uxoribus viri, matres cum filiis parvulis qua cuique proximum fugere. Nostri gravissime exulcerati quod odiosum fieri christianum nomen, sibique eripi praedas meliorem in usum abigendas cernerent, hoc tamen consolabantur sese quod a coloniis Neophytorum vim abstinerent impii raptiores, nec eas violaturi unquam putarentur. Namque id ipsi sparserant de industria. Quod cum vulgo esset persuasum, inusitatiae fiebant Ethnicorum transitiones ad Patres, salutem apud eos ac securitatem quaerentium. Sed neque hoc qualicumque doloris lenimento frui licuit diu. In oppido S. Antonii Casiquius degebat, Paulopoli olim captivus deinde profugus. Id cum rescisset unus latronum dux, mittit ad P. Franciscum Molam oppidi Parochum nuncios, qui mancipium ut ajebat suum repeatant. Negante Mola fas esse reddi in servitutem hominem re et jure liberum, dux tantisper cunctatus dum haberet velut militare consilium, confirmato ad scelus animo ad oppidum castra promovet, oppidanos ad ejusmodi casum imparatos opprimit, ac primo incursu duodecim ad terrorem caeterorum interfectis, reliquam multitudinem tanquam belli jure captam abducit. Fuisse dicuntur quos abripuit, praeter infirmiores turbam, bis mille apti ad portanda onera. Non Parochi domus cuiquam non sacra aedes perfugio fuit. Qui huc se receperant viri pariter ac mulieres per vim ejecti, supellex altaris direpta. Fuit qui in ipsum Dei sacerdotem impietatem coarguentem direxit tormentum; et forte explodebat nisi a sodalibus prohiberetur. Aegrius tamen contineri potuerunt eundem ne trucidarent aliqui oppidanis, qui abducti cum fuissent, clapsi e praedonum custodia vacuum in oppidum redierunt. Viri scilicet natura suspiciosi, nec ita pridem a silvestri feroque vitae genere ad civilem cultum traducti, persuasum habebant dollo malo se fuisse in unum contractos locum, ut Paulopolitis offerrentur in praeclaram. Ob id Patres tanquam latronum foederatos ac certissimos proditores detestabantur. Vix tandem hanc illis persuasionem exemit Mola. Postea vero quam pacatos vidi, quo testatiorem faceret animi sui fidem optimam, progressus una cum ipsis ad oppidum Archangeli Michaelis, monuit oppidanos sibi ut consulerent celeri ac prompta fuga. Venturos namque illuc latrones improbos praesagiebat. Profuit consilium. Paulopolitas abjecta semel religionis ac Patrum reverentia, id quoque oppidum hostiliter invaserunt. Meram nacti solitudinem nihilominus biduum ibi fecerunt, missisque in saltus proximos Tupiorum manipulis ad perquirendos incolas, plures recteis quibus se abdiderant latebris abduxerunt.

Secuta est depraedatio oppidi frequentissimi, quod haud ita pridem conditum et a Jesu Maria nuncupatum demonstravimus. Curabat in eo P. Simon Mazeta clari nominis operarius, saepe a nobis cum laude appellatus. Oppidanis pars catichemum pars christiani, studio religionis si qui alii ferrebat. A praedonibus nihil videbatur timendum, quod aberant eorum castra longius. Sed quid tam remotum quo prava cupiditas non pervadat? Extremo Martio adest repente agmen infestum, effundit se circa oppidum, aditus omnes ne cui pateret effugium occupat. Jesumariani inermes, imparati, exterriti, cum alia non occurreret spes salutis, legatos de pace mittunt ad duces si forte placarentur obsequio qui vi repelliri non poterant. Delecti ad id Casiquii duo prodiere obviam subeuntibus, provolutique in genua mandata populi Jesumariani suppliciter exposuerunt, rogantes per Christi charitatem, per quidquid sanctum ubique est, Christiani ne laederent Christianos praesertim innoxios, nullamque quam quidem sibi conscient culpam commeritos: et siquidem communis sub Rege viverent, ne vim ini quam afferrent iis, qui ultro in fidem et clientelam Regis catholicis se contulissent. Nihil tam justae preces, nihil junctae precibus lacrimae valuerunt. Fererant Casiquii virgas Regis nomine sibi traditas, legitimae potestatis insigne, et armis more patrio erant instructi. Virgas iniqui sicarii per vim ablatas confringunt, extorquent arma, ipsa miseris corporum velamenta detrahunt. Tum progressi ubi turba promiscua omnis actatis ac sexus legationis exitum exspectabat, singulis frustra quiritantibus superumque atque hominum fidem implorantibus

334.
Oppidum S. Antonii dirigitur, oppidanis abducuntur.

335.
Nostrorum pericula tum a rapitoribus tum ab incolis.

336.
Oppidum S. Michaelis vacuum relinquitur.

337.
Oppidum Jesu Mariae a Paulopolitis invaditur.

338.
Oppidanis pacem suppliciter poscentes capiuntur.

339.
*Inmane flagi-
tum Paulopoli-
tiae unius.*

iniiciunt vincula, ac prae caeteris Guiraverae, Casiquio illi nuper ferocissimo de quo saepius dictum. Nihil omnium quae nequierer et indigne facta vidimus apud Antonianos, hoc loco omissum est; et quaedam addita exempli deterioris. Neophytus graviter ac sine causa percussus ab uno Tupiorum, de illata sibi injuria querebatur cum Mazeta. Audit querentem ferox Paulopolita, excussaque confestim glande ignea, miserum in oculis ac pene in complexu sacerdotis sui stravit examinem. Et quia Mazeta indignitatem facinoris objectabat, sicarius in hunc quoque truculentus insiliit stricto acinace. Sed cum bonus pastor paratus pro ovibus animam ponere, ulti fieriendum praeberet jugulum, et nihilominus crudelitatem liberrima voce exprobraret, miratus ille majorem audacia sua virtutem incepto destitut. Mitto alia nequierer ac flagitiore patrata praelestum contra pudorem mulierum, in quo tuendo multa fortiter ceciderunt. Unum non praetermittam, ex quo licet cognoscere quam falso tunc aliqui nostros de peculatu accusarent, quasi clam exercerent metallum cum fraude regii juris in Paraguaria, et magnam auri argenteique vim coacervassent. Societatis domum scrutati latrones, cum rem domesticam invenissent sola paupertate notabilem, eam eduentes explicantesque in oculis multitudinis: Videte, inquietant, ab his pastoribus quid sperare possitis boni, in tam turpi ac misera mendicitate viventibus. Sublevabant sane inopiam alienam, cum egentissimi omnium ipsi ut videtis sint. Atqui apud nos lauta omnia reperiens, omnibusque vitae commodis abundabit. Qua oratione quamquam id agebant unice ut servitutem minus abhorrent infelices Indi, praeclarum tamen Societati testimonium ad refellendam quam dixi calumniam vel inviti dederunt.

340.
*Quam falso ja-
ctarentur Soci-
etas divitiae in
Paraguaria.*

Sic demum tribus vastatis oppidis, et multis praeterea Indorum gregibus inter montium silvarumque latibula deprehensis, praeda onusti suos in fines se recipiebant. Captivam turbam veluti pecora prae se agebant, ne cui daretur effugii locus. Casiquorum et nobilium colla ferreis torquibus inseruerant: reliquum vulgus vinctis post terga manibus incedebat. Iter agebant longum millia passuum fere nongenta. Plerique morbo, fame, miseriis confecti praelestum senes ac pueri, medio in itinere concidebant. Matres implicatos collo filiolos, viri uxores, fratres sorores parvulas aliquamdiu gestabant; sed via et inedia debilitati pium carumque onus abiecere cogebant. Nec licet filio apud patrem, matri apud filium jacentem humi ac moribundum remanere. Quo quisque loco viribus fuerat destinatus, eodem solus et avulsus a suis moriebatur. Viam longus mortuorum aut morientium ordo signabat, in primis infantium qui ad latera matrum mortuarum animalis exhalabant. Plura item occurrabant puellarum cadavera sanguine ac vulneribus deformata, quas scleranter raptiores mactaverant quia pudicas, nec illecebris ullis aut vi expugnabiles. Nostri interea communicatis inter se consiliis de communi sententi constituerant, ut quando caetera nihil proderant, saltem ex ipsis duo in Brasiliam usque sequentur captivos, tum ut eorum causam apud regios magistratus agerent, tum etiam ne miseria in itinere perituras deessent consolatores et sacrorum ministri. Addidit in id stimulos vulgo gliscens rumor Patribus cum Paulopolitis tacite convenire, quam deleri ex hominum mentibus suspicionem ad rei summam pertinebat. Dant ergo se in viam Patres Simon Mazeta et Justus Vansurkius, magnisque itineribus progredientes praeecedentium captivorum vestigis insistunt. Crebram interponebant moram relicti sparsim in via aegroti curandi, mortui sepeliendi, moribundi aut baptismo aut absolutione expiandi. Tamen his rebus partim sua partim fida Neophytorum opera confectis, devenero tandem latam in planitiem ubi tum forte infelix turba considerat. Mazeta occursu primo notos ut vidit Neophytes moerentes, squalidos, catenatos, ruit per medios hostes, amplectitur carissimos in Christo filios, insolubiter dolens eorum vicem et ubertim illacrimans. Tum conversus ad circumstantes milites, instare supplex eo usque non destitut, dum aliquos ac nominatum Guiraveram eximi vinculis sibiique condonari impetraret. Cum tamen pro

342.
*Eos sequuntur
Paulopolitae in
Brasilium rede-
unt cum ingenti
praeda.*

Sic demum tribus vastatis oppidis, et multis praeterea Indorum gregibus inter montium silvarumque latibula deprehensis, praeda onusti suos in fines se recipiebant. Captivam turbam veluti pecora prae se agebant, ne cui daretur effugii locus. Casiquorum et nobilium colla ferreis torquibus inseruerant: reliquum vulgus vinctis post terga manibus incedebat. Iter agebant longum millia passuum fere nongenta. Plerique morbo, fame, miseriis confecti praelestum senes ac pueri, medio in itinere concidebant. Matres implicatos collo filiolos, viri uxores, fratres sorores parvulas aliquamdiu gestabant; sed via et inedia debilitati pium carumque onus abiecere cogebant. Nec licet filio apud patrem, matri apud filium jacentem humi ac moribundum remanere. Quo quisque loco viribus fuerat destinatus, eodem solus et avulsus a suis moriebatur. Viam longus mortuorum aut morientium ordo signabat, in primis infantium qui ad latera matrum mortuarum animalis exhalabant. Plura item occurrabant puellarum cadavera sanguine ac vulneribus deformata, quas scleranter raptiores mactaverant quia pudicas, nec illecebris ullis aut vi expugnabiles. Nostri interea communicatis inter se consiliis de communi sententi constituerant, ut quando caetera nihil proderant, saltem ex ipsis duo in Brasiliam usque sequentur captivos, tum ut eorum causam apud regios magistratus agerent, tum etiam ne miseria in itinere perituras deessent consolatores et sacrorum ministri. Addidit in id stimulos vulgo gliscens rumor Patribus cum Paulopolitis tacite convenire, quam deleri ex hominum mentibus suspicionem ad rei summam pertinebat. Dant ergo se in viam Patres Simon Mazeta et Justus Vansurkius, magnisque itineribus progredientes praeecedentium captivorum vestigis insistunt. Crebram interponebant moram relicti sparsim in via aegroti curandi, mortui sepeliendi, moribundi aut baptismo aut absolutione expiandi. Tamen his rebus partim sua partim fida Neophytorum opera confectis, devenero tandem latam in planitiem ubi tum forte infelix turba considerat. Mazeta occursu primo notos ut vidit Neophytes moerentes, squalidos, catenatos, ruit per medios hostes, amplectitur carissimos in Christo filios, insolubiter dolens eorum vicem et ubertim illacrimans. Tum conversus ad circumstantes milites, instare supplex eo usque non destitut, dum aliquos ac nominatum Guiraveram eximi vinculis sibiique condonari impetraret. Cum tamen pro

343.
*Charitatem im-
pendunt Neophy-
tis captivis.*

aliis quoque redimendis instaret, importunitate offensi milites, minis illum ejusque socium Vansurkiūm et verberibus abegerunt. Non abiēre longius Patres, sed miserabile agmen quam proxime poterant sequi perrexerunt, genus omne misericordiae impendentes iis qui defecti viribus ac pene exanimes in via relinquebantur. Totos quadraginta dies tenuit peregrinatio, quo spatio temporis quantum molestiarum exhauserint boni Patres non est dictu facile. Iter erat perlungue que paludosa aut aspera, nullo usquam tecto nullo quo vherentur iumento. Ad necessarios vitae usus nihil habebant provisum. Victum praecabant sponte nata, quae ex proximis silvis quotidie petebantur. Sed nulla re aequa angebantur ac quotidianis verberibus injuriisque, quibus vexari Neophytes innocentes videbant. Unum erat solatūm aegritudinis, quod cum morerentur subinde multi tum parvuli tum adulti diversi absumpsi casibus, eos suo ministerio in caelum receptos opinari non temere poterant. Ventum est denique Paulopolim, nono post mense quam profecti inde fuerant praedones. Illi praedam quindecim captivorum milia inter se divisorunt, palam jactantes nunquam se felicius rem gessisse. Mazeta Vansurkiūsque, cum ex degentibus ibi sociis cognovissent, qui essent capita civitatis eosdem fuisse nefariae populationis autores, non ausi apud ejusmodi magistratus verbum facere de captivorum restitutione, porro progressi sunt in coloniam omnium Sanctorum, et ad supremum provinciae praesidem negotium detulerunt. Praeses cognita aequitate causae, secundum petitionem decrevit. Misit quin etiam Paulopolim judicem qui restituendos curaret Patribus clientes suos. At potestas haec erat sine viribus. Paulopolitae assuti Regum quoque leges et edicta contumaciter aspernari, Praesidis decretum riserunt, et Patribus qui illud impetraverant velut sui juris interpellatoribus convictione fecerunt. Quod nisi se deprecatores apud magistratum interposuissent collegii Paulopolitanī Patres, forte in Mazetam Vansurkiūmque gravius aliquid statuebatur. Adeo obfirmaverant non modo retinere captivos, sed alias atque alias praedas in Guairana querere, dum totam regionem ad solitudinem redegissent: quod plus nimio factum videbimus anni sequentibus.

Per haec in Paranensi regione ab oppido Nativitatibz ubi Acarajenses degebant, difficilis suscepta est expeditio nec pigendo successu. Inter Paranci et Urvaicam sparsim in silvis habitabant Caaiguac, gens incultissima ac belluis quam hominibus similior. Vix humano more loquebantur. Sibilabant anguum instar, ut bubones stridebant. Cibus vermes, formicæ, mures, viperæ. Alces quas magnas bestias Hispani vocant, luctando mactabant comedebantque. Simis etiam vescebanturn ipsimet illis non absimiles, naso simo, capite glabro, gibboso tergo. Quamvis incederent nudi tamen ita calloso erant corpore ac tam dura cute, ut spinis horrentes dumos impune pervaderent. Bellum illis crebrum et grave cum tigribus a quibus plerumque victi devorabantur. Hinc vastitas regionis et infrequentia incolarum. Si qui bello caperentur, curvari vix poterant et mansuescere. Dentibus mordebat vincula et inedia voluntaria conficiebantur. Nonnullos e silvis natalibus abduxerant aliquando socii; sed ferme omnes statim atque oppidis fuerant inclusi, more plantarum quae in umbra natae solem non ferunt moriebantur. Placuit fortunam iterum hoc anno experiri. P. Petrus Alvarus fidis Neophytes comitantibus, silvas densissimas vixque feris ipsis pervias ingressus, non occursu tigridum crebro, non cadaverum semesorum tetro adspectu deterritus, in Caaiguarum regionem erespit, et octodecim ex ipsis suscepti laboris praeimum non leve, secum in oppidum Nativitatibz deduxit. Sperabat futurum ut nisi possent in oppido vivere, at saltem in patriam reversi popularibus suis instituendis utilem navarent operam. Verum tam hebetes tam ineptos ad discendum reperit, ut videretur sibi aquam in mortario tundere. Quod multis diebus et improbo labore iis inculcaverat, momento penitus effluebat. Et nihilominus memor divinae clementiae, quae homines et jumenta salvari cupit, edictos pro capti et necessitate baptismo expiavit, quo suspecto paulo post ad unum omnes extincti

344.
Patrum incom-
moda ac mole-
stiae toto itinere.

45.
In Brasilia cau-
sam agunt cap-
tivorum, sed
nulla effectu.

346.
De Caaiguais,
corumque indo-
te ac moribus.

347.
Expeditiō ad
eos P. Petri Al-
vari, et expedi-
tionis exitus.

sunt. Alvarus gratias ingentes egit superis, quod collectus ex messe tam labiosa tenuis manipulus in horreum magni patris familias esset admissus: nec suscepti laboris illum poenituit, qui reputaret gloriosum esse non tantum agere pro Christo multa, sed etiam pauca agendo multa pati. Annis consequentibus nonnulli similiter Caiguae fuerunt ad oppida christiana deducti, sed successu nihilo commodiore.

348.
Oppidum Assumptionis conditum ad Acara-guaum flumen.

At qui tractum Urvaicensem excolebant Patres, frugem hoc anno uberrimam collegerunt. Ut nihil dicam de Ethnorum ingenti numero, quos in oppida pridem condita adductos ac probe institutos, Christi cultoribus aggregarunt, tria de novo, fabricaverunt oppida quae silentio praeteriri non debent. Qua Acaragua fluvius in Urvaicam influit, septem ab oppido S. Xaverii leucis, sparsim habitabant plures barbarorum familiae, neque recusabant in civilis vita societatem conjungi. Quin missis ad Vasquium Provincialem nunciis, postulaverant saepè sacerdotem de Societate qui oppidi formam describeret remque publicam ordinaret. Re aliquamdiu ob sociorum paucitatem protracta, venit illic P. Petrus Romerus, ex ejusque praescripto familiae trecentae et quinquaginta unum in locum domicilia transtulerunt, qui locus ab assumpta in caelum Virgine est appellatus. Constituto oppido magistratum, Romerus creavit, infantes baptizavit, multa ex usu civilis et sacrae rei constituit. Relicto demum P. Christophoro Altamisano qui pusillum custodiret pasceretur gregem, in austrialem regionis ejusdem partem, quae magis mediterranea, se transtulit. Nationes ibi erant duae modico intervallo disjunctae, Caapienses et Caasapaguacuenses, jungi similiter socialis vi-tae nexibus cupientes nec alieni a christiana lege. Ad eos progressus Romerus cum duo separatis locis oppida moliretur, bellum repente atrox exarsit. Urebatur invidia hariolus toto illo tractu celebris, cum tot florere clientelis sacerdotes Christianorum cerneret, se contra sensim a suis deserit atque contemni. Vicinos itaque populos ad arma vocans, vindicandam cladem Niezuvianam clamat, magna coacta armatorum manu in Caapienses vadit. Nactus imparatos et oppido extruendo intentos, quosdam mactat, reliquos in fugam agit. Inde in Caasapaguacuenses movebat. At Romerus mature cognito ejus consilio, periculo non defuit. Stare omnes in armis jussit, neque solum stimulus subiciebat genti incendebatque ad defensionem desides, verum etiam e proximioribus Neophytorum coloniis fortissimos quoque, velut ad tuendam communem causam auxilio vocavit. Qui cum undique advenissent frequentes, consociatis viribus itum est contra hostem, viceruntque acie qui causa vicebant. Uno paelio debellatum est. Hariolum belli facem ac furiam subduxit fuga. E caeteris conjuratis pars caesi, pars dissipati, capti quam plures. De captivis sumendum supplicium censebant Casqui victores, idque ut ajebant ad incutendum vicinis terorem. Sed nimiam severitatem prudenti consilio temperavit Romerus, id modo unum permittens ut occisorum aliquot cadavera ex arboribus suspenderentur. Qua de re postea scribens ad socios non illepede affirmabat, rebellium quosdam suspendio adjudicatos ab se fuisse quamvis sacerdote, nec proinde contra sacros canones fecisse se, aut jure usque sacerdotii excidisse. Bello confecto neque dum tamen dimissis copiis, iterum ad construenda duo quae dixi oppida admotae sunt manus. Caasapaguacuenses comportatio in unum familiis admodum sexcentis, locum Apostolorum Principibus Petro et Paulo dedicarunt. Oppidi curam suscepit P. Vincen-tius Badia tanto incolarum plausu, ut venienti viam unius leuciae complanaverint per densum nemus, sublatis virgultis et arboribus deturbatis. Caapienses suum oppidum S. Carolo Borromaeo consecrarunt, in gratiam Friderici Borromaei Cardinalis de ista missione optime meriti, illudque sexcentae statim et quinquaginta familiae frequentarunt sub P. Petro Mola.

349.
Ethnici bellum inferunt Novophytis.

Bellum multo difficultius eodem vertente anno moverunt in Tucumania indo-miti Calchaquinae vallis incolae, quorum in Hispanos odia et libertatis nativae studium alibi commemoravimus. Duas in ea valle sedes Societas—ut ibi dixi

350.
Commissio paelio figuratur. Consilium prudens P. Petri Romeri.

Excitantur oppida SS. Petri et Pauli, et S. Caroli. Qui cum undique advenissent frequentes, consociatis viribus itum est contra hostem, viceruntque acie qui causa vicebant. Uno paelio debellatum est. Hariolum belli facem ac furiam subduxit fuga. E caeteris conjuratis pars caesi, pars dissipati, capti quam plures. De captivis sumendum supplicium censebant Casqui victores, idque ut ajebant ad incutendum vicinis terorem. Sed nimiam severitatem prudenti consilio temperavit Romerus, id modo unum permittens ut occisorum aliquot cadavera ex arboribus suspenderentur. Qua de re postea scribens ad socios non illepede affirmabat, rebellium quosdam suspendio adjudicatos ab se fuisse quamvis sacerdote, nec proinde contra sacros canones fecisse se, aut jure usque sacerdotii excidisse. Bello confecto neque dum tamen dimissis copiis, iterum ad construenda duo quae dixi oppida admotae sunt manus. Caasapaguacuenses comportatio in unum familiis admodum sexcentis, locum Apostolorum Principibus Petro et Paulo dedicarunt. Oppidi curam suscepit P. Vincen-tius Badia tanto incolarum plausu, ut venienti viam unius leuciae complanaverint per densum nemus, sublatis virgultis et arboribus deturbatis. Caapienses suum oppidum S. Carolo Borromaeo consecrarunt, in gratiam Friderici Borromaei Cardinalis de ista missione optime meriti, illudque sexcentae statim et quinquaginta familiae frequentarunt sub P. Petro Mola.

351.
Nostri vallum Calchaquianum deserunt.

Bellum multo difficultius eodem vertente anno moverunt in Tucumania indo-miti Calchaquinae vallis incolae, quorum in Hispanos odia et libertatis nativae studium alibi commemoravimus. Duas in ea valle sedes Societas—ut ibi dixi

aceperat, in quibus annum jam sextum commorantes aliqui Patres, tametsi cicu-
rare ferocem gentem nondum potuerant, remque christianam non admodum pro-
movebant, opera tamen premium aliquid facere sibi videbantur baptizandis in-
fantibus, et inquieta natione ne bellum moveret continenda. Parum id erat His-
panis, et passim querebantur se Societatis reverentia cohiberi, ne talem aggre-
derentur adigerentque ad obsequium hostem. Ad praevidendas ejusmodi querela-
rum causas, simul quia fruges culturae non respondebat, sedem utramque nostri
deseruerunt et in ultimos vallis fines recesserunt. Tunc vero quantum quieti publi-
cae conferret eorum praesentia et auctoritas, evidenter apparuit. Aipotis iis, velut
sublati repagulis erupit Calchaquinorum solitus furor. Principio proximas His-
panorum villas destruxerunt, ipsos cum uxoribus liberisque trucidarunt. Mox

^{353.}
*Atrax inde bel-
lum exercitatur
contra Hispanos.*

urbem Londinum everterunt, Riocam cinxerunt obsidione. Denique metum, stra-
gem, funera decennio toto circumulerunt tanta obstinatione, ut Hispani multis
attriti cladibus, ad extinguendam calamitosi belli flammam coacti fuerint So-
ciatem inter Calchaquinos restituere. Sed haec postea evenerunt. In hoc bel-
lico tumultu non desisterunt Patres excurrere quocumque licuit, et praedam non
aspernandam principibus tenebrarum extorserunt. Nonnulli in castra Hispanorum
profecti, utilem navarunt operam cohibendae militum licentiae. Alii mitigandis
hostibus et ad pacis conditiones adducendis, omne genus officiorum adhibue-
runt. Praeclarum vero Societati testimonium ipsimet Calchaquini dedere, qui ex-
cisis circumquaque Hispanorum pagis et villis abactisque pecoribus, nihil nobis
usquam intulere damni vel injuriae, cum dicherent nefas esse illis nocere qui
nihil noxae hominum corporibus, plurimum opis animabus afferrent. Vastatis et
exustis agris fames regionem invasit et famis comes pestilenta, magna mortalium
edita strage. Neque his calamitatibus defuit charitas Patrum, Saltae praesertim
et Riocae ubi Societas domicilium habebat. At Riocae res per eam occasionem
accidit, quea tum quidem terrori nunc utili documento ut spero erit. Unus
Colonorum post collectas malis artibus immensas opes, scelus avaritiae cumu-
lans flagitio libidinis pellicem alebat domi. Corruptus pestilenti morbo jamque
morti proximus, non ideo ut eam dimitteret animum inducebat. Res cum esset
publicae offensionis, noster sacerdos omnia expertus frustra ut molliret contu-
maceam, velut inexpiablem dimisit, negans virum talem tan perditum, supre-
mis mortientium sacris muniri christiano ritu posse. Ille his, nihil infractus pro
eo ut mutaret mentem, sacerdotem sibi quascivit indulgentiorem, a quo male
expiatus sacrum quoque viaticum ore sacrilego sumpsit. At vix demissa in sto-
machum panis consecrata particula, horribile dictu! audiri fremitus quasi gregis
immundi intra ejus viscera grunniens: qui quidem fremitus per singula mo-
menta clarior horrordiorque, non prius obtutum quam cum aegrotus impuram
animam exhalavit. Terrifici ostenti tot testes quos adstantes fuere. Et horrorem
inter ac metum subiit recordatio illius divinae vocis, *Non esse proiiciendas mar-
garitas ante porcos*, qua voce monentur sacerdotes ne sacra mysteria impertian-
tur indignis. Atque haec de provincia Paraquariae.

^{354.}
*Res gestae no-
strorum fla-
grante bello.*

Nihilo interea pacator res Brasiliensis erat. Et fuere ita permittente Numine,
qui reponerent in Brasilia clades quae inde in Paraquariam inferebantur. Ba-
tavi quod ante quinquennum cum valida classe navium triginta trium frusta-
tentaverant, Olindam praefecturæ Pernambicensis arcem precipuum repente ca-
piunt hoc anno, mox omni quam late patet praefectura potiuntur: ex qua cum
universæ imminere Brasiliæ videbentur, nusquam deinceps per annos decem ab
armorum motu vel metu cessatum est, donec Joanne IV: regnum Lusitaniae
adepto, ad certas conditiones Batavi descenderunt, alindque nihil pacti quam ut
sua secum efferrent provincia cesserunt. Jam isti quamdiu Pernambucum te-
nuere, difficile admmodum loco res Societatis fuerunt. Non modo collegium Olin-
dense cum adnexis stationibus amissum est, sed parum absfuit quin omnia simul
amitterentur. domicilia provinciae. Siquidem aerario Regis detractione vectigalum

^{355.}
*Divinae ultionis
exemplum in
morte peccatoris
obstinati.*

^{356.}
*RES BRASILIÆ.
Batavi praefe-
ctura Pernam-
bicensi potiun-
tur.*

^{357.}
*Multiplex Socie-
tatis incommo-
dum.*

imminuto primum, deinde belli diuturni sumptibus pene exhausto, defecerunt vel ex toto vel ex maxima parte annua subsidia, quibus eorum plura sustentabantur. Accessit huic incommodo Praetoris Brasiliensis acerbitas adeo abhorrentis a Societate, ut ejus nec nomen ferre posset. Praeter alia iniquissime contras facta, praetexens immanes sumptus in rem publicam faciendo, intolerandis pecuniarum exactionibus collegia nostra vexabat, praesertim Bahiense provinciae caput, quod ad extremum miseriarum redactum vix non funditus eversum est. Plus quidem certe humanitatis inventum apud Batavos, aliqui haereticos, hostes atque victores. Expugnata arce Olindensi, e sociis viginti et uno quo eo in Collegio censemabantur, quatuor in castra Lusitanorum se receperunt, ministraturi militibus sacra flagrante bello. E reliquis alii Paraibam migraverunt, alteram in eo tractu coloniam arcemque Lusitanorum, alii per circumpositos pagos stationesque se divisorunt, ut si forte ad defectionem solicitarentur populi, eos in Regis fide continerent. Evenit brevi quod supra dixi ut totam regionem occuparent hostes. Cum plerique indigenarum se Batavis dederent non inviti, idque mallent quam sedes, agros fortunasque suas, ut praescriptum fuerat a Praefecto Mathia Alburquerque deserere; addubitatum est inter nos quid sibi consilii caperent. Nam et destituere id temporis Neophytorum greges, commerciis haereticorum baud dubie depravandos, indignum pastoribus videbatur; et siquidem manerent apud eos in suspicionem vocabantur perfidiae, neque minus quam ipsi numero ac loco perduellium habebantur. Hac tam ancipiendi cura distracti medium denique inierunt viam, ut nec a suis gregibus abessent longius, nec inter eos habitarent. Latebras nimirum curaverunt sibi vicinas pagis colonisque Neophytorum, ad hos quoties vocaret necessitas advolatur. At latere qui possent nunquam ferme quiescentes, semet suis ministeriis et quotidianis concursationibus prodentes? Detecti sunt brevi interceptique plures, ac prae caeteris praeses omnium P. Franciscus Ferreira, quem rebus omnibus dispoliatum ad supremum armorum praefectum milites adduxerunt. Praefectus clementer exceptum, bono esse animo jussit. Se nulla re ipsi, ullive de natione Jesuitarum nocitrum. Id modo unum poscere ac porro velle, ne quid moliantur praeter id quod ad salutem animarum pertineret, propriumque esset muneris sacerdotalis. Si intra hos limites se tenuerint Jesuitae, neminem ipsis molestum fore. Quae comiter elocutus non modo captivum dimisit inviolatum ac liberum, sed reddi illi quaecumque erupta fuerant jussit. Nec vero datam fecellit fidem. Dic constitere sub imperio Batavorum socii sex, magno indigenarum commodo, nihilque praeter sacra ministeria tractantibus molestiam exhibuit nemo. Quamquam vocati postea in suspicionem periculosi cum Lusitanis commercii, decreto senatus Batavici in Hollandiam deportavit fuerunt conjectaque in vincula.

^{359.}
Capiantur ali-
qui et a Batavis
clementer haben-
tur.

Sed istorum captivitate miserabilior fuit libertas P. Emmanuelis Moralii, de quo multo tacenter libentius, nisi eorum iniquitas qui unius culpam trahere in infamiam universae Societatis solent, cogeret me rem perpetua oblivione delendam memoriae tradere. Ergo Moralius praestantis aliqui vir ingenii et Brasiliæ lingue peritissimus, sed ut mitissime dicam inops a religiosa virtute, cum ab annis pluribus paroeciam nescio quam Pernambucensium administraret, usitata collegiorum disciplina solitus, receptos ut vidit Olindaë Batavos atque hinc in regionem effusos, oblitus suae professionis ac nominis et ex parochio miles imo praefectus militum factus, jactare se inter Neophytes militari licentia coepit. Quasi armis agenda sibi esset res, armis probanda erga regem fides, cursabat hic illuc armatorum globo succinctus, fortissimos quoque sibi adjungebat, annoram, arma, omne belli instrumentum comparabat, omnia quae ducis sunt officia praestabat: parum caeteroqui ad rei summam conferens, quippe refugus plerumque et discriminis aelam caute vitans. Novissime Paraibam oppugnantibus Batavis, cum in longum obsidio traheretur, advolavit ipse e suo pago cum sagittariis trecentis tanquam latus obscessi opem. At prius quam perveniret,

^{360.}
P. Emmanuel
Moralius paron
religiose se gerit.

^{361.}
Batavis ultro se
dedit, et sacra
mentum dicit.

ditionem fecerant Lusitani in has leges, ut eadem futuri essent conditione sub Batavis qua sub Rege fuerant, vita, libertate, opibus salvis, atque hostem intra moenia receperant. His per antecursores cognitis rebus Moralius, cum posset ac plane deberet retro pedem ferre, parumper cunctatus seu deliberata veniebat defectione seu tum primum subiit animo haec perversitas, porro ire maluit intra oppidum, ubi ultro se cum toto agmine victori subjicit, et foederatis Ordinibus sacramentum dixit insigni recordia, cuius foeditatem ipsi ut reor in sinu abominati sunt hostes. Mansit deinde non ut captivus sed ut transfugorum honoratissimus in castris Batavorum, donec in Hollandiam navigavit, credo perfidia pretium a summis reipublicae magistratibus quaesitus. Sed quid egerit posthac sive in castris Brasiliensibus sive in Hollandia, non magis interest Societatis, quam acta alterius cuiuslibet ad eam nihil pertinentis. Audit a siquidem transito ejus ad Batavos, P. Dominicus Coellius iterum Provincialis, indignum caput ex albo sociorum erasit. Multum vero interest scire, cur moderatores Societatis quibus non ignoti suorum mores atque indoles, tam aliena incipientem in tempore non represserint, cur saltem cum loco non moverint. Ut dicam quod est, placebat Lusitanis initio ea in homine Societatis virtus bellica solis patiens ac pulveris, non adspectum tormentorum non horrenda tonitrua reformidans. Atque aliquis e regiis ministris ita de Morilio scripsit ad Regem ut ei persuaderet, plurimum in tali viro momenti ad belli summam fore. Dum itaque Provincialis Praepositus reducere in girum religiosae modestiae hominem liberius inter arma versantem parat, allatae sunt Regis litterae, quibus Rex Morialium prolix laudabat, hominem sibi ut ajebat gratum, in agendo strenuum publicaeque utilem rei, quem proinde nefas esset eo tempore a Pernambucensis removere. Hasce literas quibus vinciebantur provido moderatori manus, utique exquisierat regius ille quem dixi minister, Praepositi Provincialis consilium subdoratus. Sed quisquis ille fuit, heroem ut vidit suum ad hostium partes turpi defectione transgressum, haud multum ut opinor placuit sibi de interposito apud Regem officio, merito culpatus quod immerentis patrocinium suscepisset et ab ipso suspicendum curasset Rege. Quod nos potentiorum documento si qui forte haec legent notari volumus, ne temere se rebus ordinum religiosorum immisceant, neu putent de privatis religiosis quemquam statuere melius posse, quam suos ipsorum praeses. Sed meliorum exempla non defuerunt.

Post captam Olindam Praefectus provinciae Alburquerque, ut caeteram regionem in Regis obsequio contineret, magnam contraxerat Lusitanorum et fidei-um indigenarum manus, obvianit iterum hostibus quocumque excurrent. Erat in castris praeter alios tres de Societate P. Antonius Bellavia, non ut miles tamen sed ut minister sacrorum, omnesque ministerii sui partes soliter implebat. Concoches habebat frequenter cum apud indigenas tum apud Lusitanos, propria utriusque gentis lingua: confitentibus operam assiduam dabat, aegrotos sublevabat, moribundos aeternae vitae praesidiis muniebat. Ad haec quoties conserenda manus, milites in aciem sequens, recipiebat e pugna saucios, nec minus animis eorum quam corporibus remedia curabat. Semel collato pede accidit ut Lusitani, qui primo armorum confictu vicerant, mox auctis hostium copiis cogerentur trepide in castra refugere. In ea trepidatione ac tumultu refugos insequentibus Batavis, Bellavia dum nescio quem sauciorum audit pro confessione, eminus glande plumbea transfixus est; cumque nihilominus pergeret expiare morientem, cominus adacto in jugulum gladio conficitur. Corpus examine abstulere Brasili ac reti impositum retulere in castra, ubi qua lieuit pompa parentatum est optimo sacerdoti, et justa funebris ab universo exercitu persoluta. Gente Siculus erat patria Calatanixetus. Panormi Societatem inierat ante annos viginti tres, aetatis suea decimoseptimo. Ejus magna vulgo erat opinio, cum ob caeteras laudes tum praesertim ob charitatem eximiam, quam erga omne genus mortaliū impendebat. Bis per summas itinerum difficultates in abdita montium saltusque invios penetrauerat ad conquirendos barbaros, et nunc in castris Lusitanorum tantum ferebat laborem ut unus multorum instar esset.

Tom. II.

56

362.
Eicitur de Societate.

363.
Cur eum superiores antea non coruerint.

364.
P. Antonius Bellavia rem strenue gerens interficitur.

365.
Ejus elogium.

366.

Obitum at clo-
gium P. Fran-
cisci Lobati.

Lib. 4. num. 206.

Praeiverat illi ad beatam immortalitatem P. Franciscus Lobatus, haud inferior sanctimonia, superior aetate rebusque gestis vir, hoc felicior quod ante extinctus quam in Brasiliam exscenderent Batavi, secutas post paulo clades calamitatesque regionis non vidiit. Incidit ejus obitus in XIII. Cal. Februarii, cum annum octogesimum vivendo excessisset. Silvestrium Indorum egregius conqueritor atque educator fuit, cuius rei specimen non obscurum dedimus alibi *, cum de quibusdam ipsius expeditionibus ageremus. Partem vitae maximam traduxit in pagis indigenarum, fere semper sociorum ibi degentium praeses; cuius tamen praefectureae non alium capiebat fructum, quam ut caeteris abjectiorem pauperiorem duceret vitam, graviora subiret onera, plus ferret incommodi ac laboris. Nec enim sua interesse arbitrabatur, si propterea apud Indos de uniuscujusque dignitate ex humano sensu judicantes minoris fieret, et interdum ut famulus caeterorum spernetur. Obedientiam prae omnibus religiosae vitae officiis habebat. Quidquid majores preecepissent, factu facile sive arduum, excusabat nihil, moram nullam interponebat. Semel cum longe abesset a collegio Pernambucensi, acceptis a Rectore litteris visus sibi est intelligere gratum ipsi fore, si ad certam quae instabat diem in collegium esset reversus. Et continuo quamvis caelum saeviret horrenda hieme, se dedit in viam; monenti autem socio mitius interpretandam videri Rectoris mentem: atqui ego, respondit, non interpretandam ullo modo arbitror sed implendam. Alias allata cum fuissest ipsi aegrotanti epistola Provincialis Praepositi cum mandatis, ut perquisitum ierit gentem nescio quam barbarorum in remoto nemore habitantium, surrexit momento eodem, frustraque sociis demorari conantibus, quo jubebatur contendit. Obedientiae par animi demissio, par mansuetudo. Injuriarum non patientem modo sed avidum, sed inexplebilem dices. Saepe conviciis, alapis interdum pugnisque illum impetebant Indi nondum cicures. Ipse non animo non vultu perturbatus, tantum lenire iratos mitissimis verbis studebat, et quod denum cumque vellet ab iis blandiebatur. Vitae apostolicae incommoda cumulabat voluntario cruciatu in asseribus nudis cubans, flagris se quotidie diverberans, cibo semper vili utens et parco, nunquam vino quod ne in extremo quidem morbo nisi jussus admisit. Ut omnia paucis absolvam tot in Lobato spectabantur virtutes ac tantae, ut fide maius videri non debeat quod vulgo ferebatur, saepe eum futuros rerum eventus praescisse et ex vero praenunciasse, saepe morbos insanabiles imposita tantum aegrotantium capitri manu dispulisse, aliaque id genus travisse multa naturae vim facultemque excedentia. Evidenti sane miraculo servatus ipse est aliquando, cum inevitabile videretur exitium. Redux ab expeditione Carisiana, de qua supra narravimus, vehebatur una cum paucis Neophyti linte quem Brasili canoam vocant: cum subita procella inhorruit mare ac saevo percussa fluctu navicula subversa est. Neophyti nandi periti facile in oram proximam enatarunt. Solliciti de patre ac magistro suo, respiciunt e littore ac placide sedentem vident in convexo naviculae, quae nihilominus superexstabat innatabatque aquis ita prorsus ac si non esset inversa, et in magna accendentium ac recentium collisione fluctuum lente propellebatur in littus. Excipiunt laeti venientem, gratulantur, mirantur. Ecce autem nova ac major admiratio ex re nec opinata. Patrem amplexantes incoluem, dum vestimenta cinctrectant omnino secca deprehenderunt. Nimirus medio licet salo submersa primum, dein undis superfusis saepe obruta nihil hauserant humoris: quod illi prodigium cum cernerent palparentque, vix suis ipsi oculis, vix manibus credidere. Hujusmodi ostentis Deus servi sui pietatem illustrabat.

367.

In Maranione
tribuuntur So-
cietati paroeciae
a Franciscanis
dimissae.

Agro Pernambucensi finitura est provincia Maranonia. Sedem hic habebat Societas sex ante annis acceptam, intra coloniam Lusitanorum quibus operam non inutilem navabat. Indigenas tamen ex quodam Regis privilegio, ut alibi dictum est, soli excolebant e Minorum familia Franciscani quos Observantes vocant. Accidit sub finem anni praeteriti nescio quibus de causis, ut curias sibi commissas ultro Franciscani dimitterent. Praefectus regionis Franciscus Carvallius, nefas putans recentes Christianorum greges pastore destitui, in easdem

immissit sacerdotes de Societate, tamdiu mansuros in iis dum Regis responsa advenissent. Simul scripsit ad Regem nihil sibi verius videri, quam si abdicata a Franciscanis procuratio curiarum penes Societatem in perpetuum esset. Nihil ad haec responsi datum per annos sex, quippe Rege multiplici curarum mole distento. Interea loci Neophytes ad pietatem informare et numero etiam augere nostri perrexerunt, tam evidenti religionis commodo, ut unus jam omnium communisque esset sensus, si multiplicarentur operarii Societatis posse ex ea barbarie ecclesiam florentissimam colligi. Id ipsum anno saeculi trigesimo sexto demonstratum est Regi et consilio Indico persuasum. Quare negotio mature discusso tum Matriti tum Ulyssipone inter regios Senatores, de compuni omnium sententia decretum est, non modo committendami Societati curam gentium earum, sed praeterea dandum Maranonio Episcopum, et hunc legi de corpore Societatis oportere. Additum ut proficidente illuc novo Praetore, una irent Sacerdotes nostri ordinis minimum decem, alendi ad normam stipendi militaris ex regio aeroario. Sed non haec quam facile decreta, tam celeriter confecta sunt. Morae plures intercesserunt, donec post triennium Brigantinus Dux cui deinde Joanni IV. nomen rerum in Lusitania potitus, fundatae in Maranonio rei christiana gloriam tulit.

368.
*Res ibi gestae, et
decreta quae-
dam pro Societate.*

HISTORIAE SOCIETATIS JESU PARTIS SEXTAE LIBER DECIMUS SEXTUS

ANNUS CHRISTI 1631. SOC. 92.

ANNUM saeculi primum supra trigesimum ingredienti¹, primum se mihi offert obitus viri inter nos clarissimi Virgilii Ceparii, quem magno cum moerore socii Romani extulerunt pridie Idus Martias. Panicali natus in oppido Dioeceseos Perusinae, prius quam iniret Societatem, quod fecit adolescens annorum duodeviginti, totum se adiecerat jurisprudentiae condiscendae, quasi vitam acturus in foro agendisq^{ue} causis domesticis egestatem sublevaturus. Et suus vel in Societate usus huic scientiae fuit, quam videlicet provecta aetate ad agendas Sanctorum causas convertit in Congregatione sacrorum Rituum, tantam in eo tribunali peritiam et auctoritatem adeptus, ut nullus Romae esset vivo Cepario istarum rerum consultior. Ejus *Tractatus de Canonizatione Sanctorum* in magno nunc etiam apud eruditos est pretio, facile principem in ea facultate locum habiturus, nisi materiam eamdem multo uberius disertiusque tractasset penitusque exhausisset memoria nostra Prosper Lambertinus Cardinalis, postea Benedictus P. M. eo nomine XIV. qui caeteroqui saepe Ceparium cum laude appellat. Accedebat scientia theologica non vulgaris itemque rerum mysticarum mira intelligentia, ut testatur editum ab eo *Exercitium praesentiae Dei*, quod opus pervolutans saepe Ven. Robertus Bellarminus Cardinalis, ea lectione se mirum in modum affici affirmabat. Porro evenit Cepario quod paucissimis, ut totam verae sanctitatis rationem cognoscere, non tam ex libris quam ex ipso sanctorum commercio prope quotidiano posset. Nam et S. Mariae Magdalena de Pazzis conscientiae moderator omniumque arcanorum conscius diu fuit Florentiae, et ibidem Ven. Hippolyti Galantini, cuius dum haec scribimus agitur causa in sacra Rituum Congregatione, confessiones toto triennio exceptis, et in Collegio Romano cum S. Aloysio Gonzaga intimam familiaritatem dum studiis operabatur

1.
RES PROVINCIAE
ROMANAEC.
Obitus et elo-
gium P. Virgilii
Ceparii.

habuit; et rursum collegii ejusdem Rector Ven. juvenem Joannem Berchmans habuit obnoxium, ejusque penitus animum saepe conscientiae rationem nostro more exigens introspexit: ut minime mirum sit qui tantum haberet, tam assiduum, tam intimum cum viris sanctis usum, ei abstrusiora quaeque sanctitatis mysteria fuisse perspecta penitus et explorata. Illud praestabilius tamen, quod sedulo imitari, quasque observabat in aliis virtutes exprimere in se ac suis moribus aemulari studebat, tam illustribus incitatus exemplis. Ceparium sane ut religiosas perfectionis exemplar domestici mirabantur. Par apud externos existimatio, et major fortasse cum ob vitae probitatem tum ob prudentiae magnitudinem atque doctrinae. Humaniores litteras junior docuit Recineti, eamque deinde sedem fuisse sibi ex omnibus jucundissimam affirmabat ob propinquitatem aedis Lauretanae, quippe animo erga beatam Dei Parentem eximie pio. Rexit collegia Florentinum et Romanum. Firmani erectionem egregie juvit, ut in quinta annalium parte narratum est *. Obiit denum Romae non minus meritis quam diebus onustus, annos natus amplius septuaginta.

Lib. XV. num. 26.

^{2.}
*Duo ex nostris
operam navant
Citernenis
tue sciente.*

Nondum per haec extincta penitus pestilenta, quae in aliquot Etruriae partes, ut anno superiore diximus penetraverat, quaerebant ex nostris qui Citernum excurrent, oppidum haud ita frequens in Dioecesi Aretina, seque Citernensem saluti devoverent quos miserandum in modum mali pestilentis vis depascebatur. Multis in id ultra se offerentibus, missi illuc sunt e Collegio Tifernate Patres Bernardinus Ugolinus et Patriitus Columbus duo impigni operarii, qui statim sacris ministrandis appliciti, totam cam procriptionem menses omni quinque sustinerunt, idque nullo periculoso operis adjutore. Nam e sacra Capucinorum familia, qui ad idem ministerium evocati fuerant, tres brevi spatio mercedem pii laboris tulerant morbo impliciti et absumpti. Qui vero superstes ex iis fuit unus, cum esset ordine laicus, curandis tantum corporibus charitatem impendebat. Oppidum luctu lacrimisque oppletum invenerunt initio Patres, quod interirent quotidie e populo multi, nec ullum superando aut mitigando saltem malo remedium inveniretur. Ipsi praeter alia piacula ad placandas caelestes iras adhibita, auctores civitati fuerunt ut Beatis Ignatio et Francisco Xaverio solemniter obstringerent voto, intra certum dicrum numerum exolvendo. Qua cum magno assensu approbata re, itum est ritu supplicantium ad duas oppidi portas, atque uni quidem Ignatii alteri Xaverii imago praefixa, eo nimirum consilio ut prior ille oppidum hic agrum acciperet in clientelam, et a praesenti calamitate liberaret. Supplicationi interfuerunt admodum pauci, ii nempe uni in quos morbi suspicio non cadebat. Reliqui tamen suis licet inclusi domibus, spectarunt e fenestris pium agmen precesque junxerunt, misericordiam Numinis et beatorum caelitum patrocinium lamentabili clamore invocantes. Tum institutum ut aqua divisorum reliqui consecrata poscentibus tribueretur, atque ultro in domos languentium comportaretur. Neque haec frustra fuerant. Laticem de quo dicebam ut quisque aegrotorum hauserat, eum momento eodem convalescere aut certe paucis diebus persanari experimento constabat, cuius proinde dispergi nullus modus erat. Sic passim revalescentibus iis quos morbus affixerat, brevi nullum mali vestigium superfuit. Qua itaque die celebrandum fuit ex voto sacram Eucharistiae convivium, ea die quae fuit VI. Idus Septembres, frequentissimi interfuerunt oppidanii qui sanitatem Ignatio acceptam referebant. At ne minor esset erga Xaverium gratia, die ejus anniversaria Decembri mensis secunda, publicum nosocomium occlusum est, pestilentia etiam ex agro omnino depulsa.

^{3.}
*Ope SS. Ignatii
et Francisci Xa-
verii luctu depel-
luntur.*

Sed quamquam haec ita essent, magnam patientiae materiam Patres habuerunt, non tam ab laboribus voluntariis quos sane multos gravesque exantlarunt, quam ab praesbyteri unius odio ac malignitate. Hunc natione Siculum majores praesides administrando praefecerant nosocomio, quippe virum, ut rebantur, industrium et alias in ejusmodi rebus exercitatum. At homo perditis moribus acceptam potestatem vertens in occasionem peccandi, ea aegrotantium colluvie ad explendam libidinem nequiter abutebatur tam propria licentia, ut coenobium

^{4.}
*Praesbyteri cu-
jusdam odium
et calunniae
contra Patres.*

Franciscanorum in quo situm erat Nosocomium a luponari vix differeret. Patres qui viderent *abominationem stantem in loco sancto*, pravitatem pro eo ut di-
gnum erat detestabantur, offensam divini Numinis, populi offenditionem dolebant.
Ille exprobriari sibi sua scelera vel tacito eorum adspectu sentiens et qualemcun-
que objurgationem non ferens, Patribus succensere primum: inde accusare pas-
sim calumniarique eos, quasi per speciem expiandi moribundos, haereditates or-
borum et testamenta captarent, nihil de ipsorum salute sempiterna solliciti. Quam
calumniam quadam veri specie tectam, adeo persuasit multis ac per totam spar-
sit Etruriam, ut Mutius declinandae causa invidiae, abdicandam censeruit op-
imam haereditatem aureorum nummum ad viginti quatuor millia, quam unus
quidam Citernensium Societati reliquerat, licet vulgo constaret supremas tabulas
ab eo fuisse scriptas Patribus non modo non impellentibus, sed ne consultis
quidem ac prorsus ignarus. In tantam devenit amentiam bonus presbyter, ut
palam ac publice quereretur, tot inter vitas pericula constare valetudinem Pa-
tribus, neque dum afflari iis ex tot tabidorum commercio pestem, id quod pot-
tentibus quibusdama ac vulgo ignotis Jesuitarum remedii adscribebat. At si fatto
suo malo in nosocomium curationis causa deportarentur, se vero visurum de
remediis quae opportuniora ipsis essent. Quibus verbis improbus haud obscure
declarabat, se mortuos Patres si posset velle. Vixerunt illi tamen presbyteri
siculi ingratii, quamque aliquo in votis habebant mortem effugerunt, non ex-
quisitis ac peregrinis antidotis sed divina ope servati. Et homunculi unius inju-
rias abunde compensavit Citernensium omnium favor, qui Patribus multum se
debere profitentes pro navata sue civitati opera, discessuros frequentissimi cir-
cumsteterunt, magno rogantes opere ut aliquanto diutius apud se morarentur,
ac demum discedentes omni honoris ac benevolentiae significacione sunt prosecuti.

Caeterum rarae admodum pestilentiae scintillae supererant in Etruria, et in
altera Italiae trans Apenninum parte non ultra Ferrariam erat progressa. Et ni-
hilominus civitates omnes pontificiae ditionis, malo carentes quidem sed non
mali formidine, cunctis quas humana industria excogitare potest artibus arceere
pestem studebant, et super haec votis ac suppliciis insistebant, superos omnes
auxilio vocabant. Praecipuo fuit in metu Ancon urbs Piceni maritima, uti que
ob crebrum appulsum navium et negotiatorum undeunde adventientium accu-
sum, periculo propior videretur. Inde ibi studia pietatis effusiora. Quorum ut
specimen tradam, in collegio nostro Anconitano duas praeter alias erant sodalites
culturum. altera juvenum scholasticorum, altera ex mercatoribus opificibusque con-
stans, utraque pietate sodalium et numero florens. Prior illa, quod vulgo fere-
batur magno ad pestem propulsandam adjumento esse patrocinium Beatae Rosaliae
Virginis Panormitanae, imaginem ejus affabre pictam in suo sacello propo-
nendam censuit, idque cum insigni apparatu ac pompa, nempe ut nova religio
ad universam civitatem manaret, atque inde omnes ad implorandum Rosaliae
opem excitarentur. Praefinita itaque die collocata est in altari imago sacra. Ea
die tubarum lacto sonitu et minorum tormentorum fragore vicinae viæ perso-
nuerunt, et sub noctem pleraque urbis tecta dispositis per fenestras funeralibus
coruscant. Quod vero praecipuum, mane postero ad novum altare Rosaliae
incredibilis ex omni civitate concursus est factus, et in honorem Divae sacrum
augustiore ritu celebratum; nec inde abiit quisquam nisi rite expiatus, sacro re-
fectus epulo, numismate item Rosaliae vultum referente donatus et sacra in-
dulgentia locupletatus. Ne quid enim ad augendam diei sanctitatem decesset, im-
petraverant in antecessum pii sodales litteras Urbani VIII. Pontificis, quibus lit-
teris certa religionis officia eo die rite ac recte peragentibus, poenarum quae
cuique pro malefactis luendae supererent venia generalis concedebatur. Atque
haec pro modulo suo scholastici quos dixi juvenes, ut appropinquantem arce-
rent urbe luen. Plus aliquid efficiendum sibi statuerunt mercatores opificesque,
in alteram, ut dixi, sodalitatem conjuncti. Jam ante ad excitandam sovendam
que erga divini Reparatoris vulnera pietatem, solebant per singulas magni jeju-
niis sextas ferias lugubri ornare apparatus templum Societatis. Dispositae per

^{5.}
*Optimam haere-
ditatem Mutius
respuit.*

^{6.}
*Ancone juve-
num sodalitas
cultum S. Rosa-
liae promovet ad
arcendum pe-
stem.*

^{7.}
*Alterius sodali-
tatis plus fervor
ob eandem cau-
sam.*

parietes pictae tabulae visebantur Christi cruciatus coloribus exhibentes. Concentu musico alliciebatur populus, aptis concionibus detinebatur. Hoc anno theatrum addiderunt mole et ornatu spectandum, in quo lumina ardebant e cera plus ducenta. Verum haec leviora. Eo non contenti pii sodales ut spectaculum praeberent loco ac tempori maxime consentaneum, iis diebus aspero induti sacco, sese acerçime diverberantes in templo apparuerunt; quae species multitudinem circumfusam admonuit, quo maxime modo recoli Domini patientis memoriam, quo laesum numen placari oportet. Eundem se concidendi morem saepissime usurpabant in suis conventibus. Saepe etiam per varia urbis templa ritu poenitentium adierunt, non flebili tantum cantu sed plagarum crepitu et catenarum tractu pacem superum comprecantes. Eo non contenti ad aedem usque Laurentanam, quindecim ab Ancone millibus passuum, uno ac moesto agmine processerunt, et sacram Deiparae domum perfusi sanguine quem sibi flagris expresserant subierunt. Ibi divinae Matris ope suppliciter implorata, solemni voto se obstrinxerunt, si suae civitati dira calamitas pepercisset, reddituros quamprimum se eodem habitu ac ritu ad reddendas patronae ac tutrici amantissimae gratias; quod votum hoc ipso vertente anno fideliter persolverunt. Jam vero haec pro communi salute suscepta, ut sodalium commendabant pietatem, ita in eorum præcipue Patrum laudem vertebant, qui sodalitia moderantes hunc in suis alumnis spiritum ardoremque exsuscitabant. Similia de aliis Provinciae collegiis narrari possent, sed haec ad specimen indicasse sufficiat.

^{8.}
Moritur Ancone
Cardinalis His-
palensis, et a-
pid nos sepeli-
tur.

Metus pestilentiae per magnum Italiae tractum grassantis, detinuerat ad plures menses Neapoli Mariam Austriacam Hispaniarum Regis sororem, Ferdinandum Hungariae Regi despontam, quae illuc mari ex Hispaniae littoribus venerat in Germaniam migratura. Eadem initio hujus anni longam pertaesam moram, deserere Neapolim ac Viennam iter facere statuit. Quamquam autem multis reseditte partibus videbatur mali contagiosi vis, cum nihilominus suspicionem afferrent terrestria per ditionem Venetorum itinera, devenire maluit per Samnitium fines Anconem ubi magna erat longarum navium parata classis, atque hinc per Adriacum fretum Tergestum devecta est. Erat in comitatu regiae sponsae praeter alios proceres, Didacus de Guzmano Cardinalis Episcopus Hispalensis, non ultra Anconem tamen Reginam deducebat, hinc reversurus Romanam ubi regius apud Pontificem Maximum administer erat designatus. At quae mobilitas est rerum humanarum, Romanum non vidit, festinata morte interceptus Ancone ad XII. Cal. Februarii. Ut erat nostri ordinis præclarus aestimator et fautor, moriens in nostro tempore sepulcrum sibi delegit, et quidquid apud se habebat sacramentorum, templi ejusdem suppellectili adjunctum voluit. Funeri quod insigni pompa ductum est, splendorem addidere qui aderant principes tum Romani tum Hispani, imprimisque Thaddaeus Barberinus Praefectus urbis Romae, Pontificis ex fratre nepos, et Albae Dux regiae domus Praefectus. Exequiales vero preces ac ceremonias, ita poscentibus Cardinalis ipsius fratribus, nostri peregerunt.

^{9.}
De miraculis
quid sentien-
dum.

* Bibliothèque des
sciences et des beaux
arts. T. 4. Art. 6. à
l'année 1754.

Prius quam ad alia veniamus, attexere hoc loco libet nonnulla miracula, quibus illustratam aliquot servorum suorum sanctitatem voluit Deus auctamque venerationem. Neque vero ab his enarrandis absterret nos, quod in superiore volumine visi simus non nemini venditores miraculorum plus nimio creduli: aut minus cauti *. Equidem ita persuasum habemus, miracula nec credenda facile nec temere divulganda esse. Quaedam evenire tamen interdum in vera Christi Ecclesia quae usitatum naturae ordinem ac potestatem excedant, certo scimus, et quae in hoc genere ab idoneis auctoribus traditi invenimus, ea evulgamus libenter hac potissimum ratione, quod nonnullum pietatis incitamentum afferre possunt lectoribus. Si nihilominus ea credere quisquam nolit, quod uniuscuiusque arbitrio permisum est, id saltē postulamus ne temere traducantur ut falsa ac fabulosa, cum nihil difficile divinae potentiae sit, nec usitatis naturae legibus divina providentia adstringatur. Franciscum Xaverium honore præcipuo Anconitani colebant. Aram ejus assidue frequentabant, diem festum pridiano

jejunio et perceptione sacrorum, velut unum e sanctioribus anni diebus celebabant. Par religioni fiducia in ipsius ope. Ut quisque aegrotaverat, mali remedium sibi quarebat ab oleo ante ejus aram ardente quo statim inungi cupiebat. Vicissim divus ferebatur nunquam invocari frustra, quod ipsum votivae tabellae plures et anathemata circa aram appensa testabantur. Jam vero matrona fuit ex illustrioribus civitatibus, quae noxi humoris illapsu oculi unius lucem omnino amiserat. Medicus ignito ferramento adurendum censebat oculum, ne totus periret. Mulier quamquam non abnuebat dirae curationi se subiicere malo vexata, mali tamen remedio exterrita, rem differri in diem posterum jubet. Ac nocte intermedia, Xaverium patronum suum precata ne sibi in talis suo tempore decesset, ex oleo quod ante ipsius aram in lychno ardebat, vitiatum limit oculum. Redit mane postero medicus, adest cum tetra apparatus ignis ac ferri chirurgus. At mirum dictu! oculus omnino erat persanatus, nulla relicta labe aut nube quae nativam lucem vel tantulum infuscaret. Quod tam subito factum admirans medicus, haud dubie in opem humana majorem referendum affirmavit. Plus habuit admirationis quod subicie. Maceratae puer nobilis annorum circiter duodecim, gravi oppressus morbo agebat jam prope animam, adeo deploratus a medicis ut constanter negarent post horae quadrante fore superstitem. Parentibus eo casu collacrimantibus funusque adornantibus, supervenit noster sacerdos, sibique fieri copiam videndi pueri morientis petit. Id cum facile impetrasset, progressus ad aegroti lectulum, eductas et lipsanothecea Xaverii reliquias ejus imponit pectori, simulque in genua provolutus brevem pro ipsius incolumente precem peragit. Reliquiarum attactu primo commoveri visus puer qui antea mortuo quam vivo similius jacebat; ac ne longior sim, prius quam recederent qui circumstabant domestici externique, non modo sensum sed colorem, vires, integrum denique sanitatem recepit, tam certo atque evidenti miraculo ut qui prae caeteris aderant duo Canonici itemque duo e sacra Barnabitarum familia sacerdotes, de eo attestari vel jurejurando interposito non dubitarint. Fuit itidem Maceratae qui gravissimo decumbens morbo jamque ad extrema deductus, pelli se instinctu nescio quo sensit ad implorandum opem Ven. Cardinalis Roberti Bellarmini, de cuius sanctitate magna tum erat opinio ac porro est; utque audierat servari apud unum ex nostris pilicolum rubrum quo vivens uti consuisset, eum afferri ad se impetravit. Tum precatus enixe Deum, ut siquidem vera essent quae de Bellarmini sanctimonia tradebantur, praesentis beneficio declararet, pileolum cum ingenti fiducia applicuit capiti. Vix fecerat et momento eodem melius habere coepit. Nec ita post multo persanatus exsiliit lecto is qui nuper omnia expertus frustra, in nulla salutis spe versabatur. Postremo S. P. Ignatii vim opemque in suo maximo periculo sensit Interamne mulier admodum pia, quae hunc sibi patronum adsciverat, et cultu praecipuo venerari solebat. Accidit ut decideret e solario domus, altitudine cubitorum quindecim, unaque trabe aliquot asseresque secum in praecipio traheret. In ipso lapsu Ignatium inclamans, tam clementer allisa est humi, ut nullam corporis partem laeserit. Ne vero dubium esset Ignatii beneficium, quadam ut ipsa affirmabat occulta manu oblique propelli se sensit ad plures passus, ne sequentium lignorum ruina oppimeretur. Ea sic ab interitu liberata, corripitur gravi morbo ipsius maritus, vir nobis capitaliter infensus qui Jesuitarum nec nomen ferre poterat. Decumbenti jamque a medicis concilamato, pia conjux Ignatii effigiem offerebat exosculandam, ejus ut exposceret opem suadebat. Ille stolida ferocia effigiem aspernari reiicereque; Ignatii mentionem ipsam auribus animoque respuere. At sensim ingravescente morbo, brevi modestior est factus et meliora cepit consilia. Effigiem quam paulo ante cum contemptu repulerat, jam ultro poscere, eam piis subinde osculis venerari, pectori appressam gerere. Simul B. Patri supplicare, ut injuriarum oblitus sibi in rebus tam perditi praesto esset. Dum ita pergit, quod nemini venisset in mentem opinari, intra biduum omnino convulxit. Sed de his satis multa.

Inter notabilia Provinciae Neapolitanae ad quam modo progredimur, primum sibi vindicat locum Vesovi montis celebre incendium, quo nihil post homines

Tom. II.

^{10.}
S. Francisci Xa-
verii insignis be-
neficium Ancone.

^{11.}
Aliud ejusdem
generis Macera-
tae.

^{12.}
Ven. Bellarmini
reliquiae miracu-
culo illustratae.

^{13.}
Duplex S. P. I-
gnatii miracu-
lum Interamne.

^{14.}
RES NEAPOLITA-
NAE.
Vesuvii montis
memorabile in-
cendium.

natos formidolosius, et humani generis extremae cladi proximus unquam est visum. Mei consilii non est ea de re fusiū exponere, quam praesertim apud alios scriptores accurate descriptam videre qui velit poterit, ac p̄ae caeteris apud nostrum Julium Caesarem Recupitum, qui de vesuviano hoc incendio libellum eruditum edidit. Quaedam tamen de tam memorabili eventu attingere abs re non erit. Nocte ea quae diem p̄aecebat XVII. Cal. Januarias, terrae aliqui motus non vehementes quidem verumtamen crebri, Neapolim totamque late Campaniam agitare coeperunt. Albente caelo remugire auditus mons immāni fragore, quaalem edere majores bombardae solent. Atque ubi diluxit, in summō jugo picea cineris ac fumi nubes apparuit, flammis subinde intermicantibus. Quae cum cresceret sensim, quippe materiam assidue eructante tartareo camino, brevi in insanam altitudinem elata, immensus caeli spatium nigra caligine obduxit. Ea mox nube coorto vento dissipata, Neapoli et in proxima circum regione, tanta cineris vis tam spissō fuscoque imbre depluit, ut adulta die lucem omnem extinxerit. Quamquam non proximis tantum locis sed etiam remotoribus decidit ea cineris pluvia, et si vera narrant in Illyricum usque ferente vento pervenit atque adeo in Aegaeum mare, quo mari discurrentes aliquot naues exterruisse dicitur pluviae genus tam sordidum et ignotum. Sed quidquid id fuerit, non nisi initium malorum ac veluti p̄aeclūdūm cīnis fuit. Die sequenti circa meridiem apparuit inter atros cineris fumique vortices torrens igneus e liquato bitumine ac sulphure, isque e summo vertice cum horribili striore prorumpens, primum sese per montis dorsum uno velut alveo devolvit; ut vero prope radices fuit, in plures scissus est rivos (septem fuisse perhibent), atque hinc pluribus diversisque viis vagari late per campos coepit, quaecumque habuit obvia proruens et incendens, donec omnia una eademque strage consumpsit. Praeter minores vicos et oppida circa Vesevum sita, funditus periere Herulanum et Pompeii, duo oppida p̄evetusta ob frequentiam incolarum justis ferme urbibus paria, in quibus nihil postridie repertum praeter solum in quo fuerant, tetro cinere ac p̄aealto constratum. Arborum, segetum, aedificiorum, brutorumque animantium nihil reliqui fecit vorax flamma, nec paucos mortaliū aut una cum suis tectis exussit, aut in ipsa fuga interceptos peremit. Quosdam etiam ex his sub dio morantes incautius, p̄aegrandes pumicēum saxorumque moles, quas vulcanus ardens identidem emittebat atque instar pyrolini bellī longissime propellebat, misere oppresserunt. Secuta post haec foeda aquae inundatio ab ipso, quod vix credas, Vesovo; qui mons dum ex parte mari obversa flammis immītibus saeviebat, ex opposita quae Nolam urbem despectat, tantam aquarum molem in patentes campos effudit, ut plures repente extiterint amnes, majoribus fluviis et copia undarum atque impetu haud multum impares. Alicubi ad quindecim palmorum altitudinem subitarii isti amnes excreverunt, et ubique summo decurrentes impetu, stragem pecori, aedificiū ac villis ruinam, agris excidium vastitatēmque attulerunt, memorabili clade luctuosaque quae villicorum permultos ad inopiam extremam ac mendicitatem adegit. Atque haec in summa de celebri illa eruptione Vesevi memoriae sunt prodita, quae nos properanti calamo executi, ad ea jam quae per eamdem occasionem suscepserunt gesseruntque nostri convertimur.

^{15.}
Clades ab eo seculac.

^{16.}
Nostrorum labor Neapolī in audiēndis poenitentib⁹.

Quo primum de Vesevus ardore coepit, cum simul exesa igni saxa pumicesque ut dixi usqueque jactaret, et ad singulos jactus horribili terrae motu aedificia cuncta intremiserent, magna Neapoli exorta est consternatio, qualis in metu imminentis exitii fingi potest. Continuo ad propitiandos superos placandamque iram Numinis omnium conversae mentes. Complebantur templa populo turmatim affluente, et sacrae expiationis remedium suppliciter exposcente. In foris ipsis ac publicis viis erigenda fuerunt poenitentiae tribunalia, vel quod nullae sacrae aedes tantam multitudinem capiebant, vel quod moram nullam homines pavidi ac tremebundi ferebant. Ita affecti cum essent animi, duo Societatis templū alterum Professorum, S. Ignatii alterum ad forum ut vocant nundinarium situm, tres continenter dies noctu interdiuque patuerunt, totoque eo

temporis spatio quotquot aderant domi sacerdotes, aut aptis habendis concionibus aut confessionibus excipiendis intenti, nullam sibi quietis partem sumpserunt. Fuere qui noctes integras exigent insomnes, itemque alii qui dies solidos impasti traducerent, ne populi ingemiscerentur et purgare conscientiam peroptantis, pia vel tantulum differrentur vota. Cum deinde publicae supplicationes aliae ab aliis haberentur tota urbe plures, quatuor a nostris institutae fuerunt ex totidem diversorum ordinum sodalitiis ipsorum curae subjectis. Quintam ipsi peregerunt nullo externorum admisso; nisi quod tamen procedentes uno ac longo ordine socios pone sequi multi e proceribus voluerunt cum populi turba promiscua. Agmen nostrorum duxit P. Vincentius Carafa, tunc dominus Professorum Praepositus, prae grande Christi Crucifixi signum sublime gestans. In his porro supplicationibus, quas ad venerandum in suis reliquiis Januarium Martyrem, urbis ac regni Neapolitanii patronum praecepitum institui placuit, nihil admissum vani apparatus ac pompa. Sola eluxit pietas, modestia, gravitas, ea denique in omnium habitu, ore et incessu species, quae merum poenitentiae sensum ostenderet atque intuentibus inspiraret. Verum haec non propria nostrorum, sed aliis etiam ordinibus religiosorum communia.

Gliscente in dies Vesevi montis incendio, effuderant se intra urbem regni principem homines aerumnosi plures omnis aetatis et sexus, quos imminentis exitii metus e suis expulerat sedibus. Ad decem millia fuisse dicuntur qui rerum omnium egeni, sine tecto, sine annonae, sine ullo tenuidae vitae praesidio, tota vagantes urbe, alienam misericordiam implorabant. His etsi magistratum providentia et piorum beneficentia non deerat, nostrorum etiam sedulitate et industria ex parte subventum est in hunc modum. Florebat in collegio nostro S. Ignatii, quod ad forum nundinarium situm docuum, insigne sodalitum sub patrocinio Virginis ab ipso conceptu Immaculatae, cui qui dederant nomen partim sacerdotes erant, partim juriconsulti, partim denique cives ex honorariis illius viciniae. Ut erant isti suopte instinctu assueti calamitosis omnibus opem ferre, facile sibi a nostris persuaderi sunt passi, ut tot inopum convenarum egestati succurrerent. Quocirca collectos quam potuerunt plurimos coegerunt in nosocomium S. Januarii extra urbis moenia, ibique de suo sustentando collatis ulti pecunii suscepserunt. Verum id ubi fieri vulgarique coeptum, adesse continuo mendici ali atque alii immenso numero, se pariter recipi flagitantes. Cum multitudini pares non essent arcae sodalium privatae, illi qui nec repellere supplices audent nec alere suis facultatibus possent, ad montem misericordiae (sodalitum id est hominum delectorum, qui amplius proventus in subsidia pauperum dispensandos administrant) rem detulere. Hujus providentia montis alebantur jam ex illa mendicabulorum turba fere tria millia, contracta in aedibus S. Mariæ ab Arcu, sexto ab urbe milliari. Nihilominus montis praesides et administrari, vere sui nominis viri, miserati istorum pro quibus rogabantur miserrimam vicem, his etiam nutriendi ampla subsidia obtulerunt, cum hoc tamen ut qui pii operis auctores promotoresque fuerant Mariani sodales, ipsimet curatores et administrari essent. Quod illis prolike recipientibus, paucis diebus intra nosocomium S. Januarii numerati pauperes ad mille et sexcentas. His domicilio conjunctis, plures tamen in classes secundum aetatis et sexus discrimina distributis, quaecumque opus erant afflatim praebebantur. Necessaria corpori videbant sodales non industriae parcentes non sumptui, pergentesque uti coeparent, quosdam privatis de suo largitionibus alere. Idem ut rite atque ordine fluenter res, ut quies esset domi, in primis ut salva esset modestia, rara in ejusmodi hominum colluvie virtus, curabant. Quae ad cultum animi pertinent nostris hominibus commissa erant, qui nosocomium assidue frequentantes, praeter alia salubriter gesta, per duas ipsas hebdomadas omnia sacrae missionis ministeria intra illud septum obierunt. Quibus rebus adeo delectati sunt praesides ejus quem dixi Montis, ut sodales Marianos, qui haec tam sapienter administraverant, decreto admodum singulari, declaraverint appellandos deinceps filios Montis Misericordiae, eosque in societatem privilegiorum quibus ipse Mons fruitor vocandos censuerint.

17.
Publicas supplicaciones instituunt.

18.
Piae sodalitii evigilam curae ad sublevandam egenorum indigiam.

^{19.}
*Alterius sodalitatis
par studium ob
eandem causam.*

Cum illis de pio ardore certarunt alii sodales genere opibusque illustriores, hisque itidem nostri stimulus ad exercendam in illa communia aerumna charitatem subjecerunt. Celebris est in domo Professorum sodalitas nobilium, nascensis Denparae titulo insignita. Praeter caetera laudabilia, peculium administrat non leve ex piorum liberalitate conflatum, eorum subsidio pauperum quos palam mendicare pudor vetat. Jam vero hi sodales, ut primum compertum est de torrente igneo in subjectam monti planitiem devoluti, admoniti a nostris occasione esse eam bene de multis merendi qui suis omnibus momento dispoliati invenirentur, et ex commoda fortuna in extremam pauperiem subito devenissent, convento habito divisores certos designarunt, qui tum intra moenia tum extra urbem ad pontem Magdalene, qua Neapolim ab illa ora tendentibus unicum iter est, homines conquirerent a suis laribus profugos et pecuniae quidpiam singulis distribuerent. Ne vero a suis discederent institutis, ex omni profugorum multitudine eos potissimum juvandos sumpsero, quos pudibunda premeret egestas. Eum in usum ab insigne sodalitatem quam vocant sanctissimae Trinitatis, impetraverunt sibi ut benigne commodarentur aedes ejus per ampliae, cum superlectilis copia quam excipiendis peregrinis paratam semper habet, easque in aedes pauperes ex honestioribus fere ducentos virilis muliebrisque sexus induxerunt, qui diversis pro sexus diversitate conclavebus collocati, duos et amplius menses sat commode vixerunt, sumptum faciente ea quam dixi nobilium congregatione, nostris vero hominibus quae ad pietatem pertinerent administrantibus. His artibus inopiae eorum quos metus fugaverat, et quantum licuit honestati etiam ac pudori consultum est. At erant praeterea feminae haud ita paucae quarum praecipue consulendum pudicitiae videbatur, quippe quas aetas ac forma pericula propiores faciebat. Hanc nostri provinciam piis quibusdam matronis sacra apud eos frequentantibus, demandarunt. Quae quidem societate inter se inita, primo domum amplam conduxerunt ac necessario instrumento instruxerunt. Tum urbem circumneentes, quascumque viderant paulo venustiores feminas errabundas, aut in trivii compitivo male feriatas, secum excipiebant curru, et in paratum hospitium dabant. Ita cum brevi coalisset familia capitum plus centum et quinquaginta, ne quid omnium illis ad vitac usum decesset providebant matronae eadem, pecuniam in id large conferentes, partim e suis depropria scrimis partim ab aliis corrogatam. Nec enim veritae sunt ea dignitate feminae ob ejusmodi causam circuire nobilium domos, et stipem ostiatim ab aequalibus poscere. Nostri etiam ab amicis ac piis viris pecuniarum subsidia conquirebant, et in illud hospitium transmittebant. Hospitii praefecturam sibi desumperat, caeteris ita poscentibus, matrona aetate provecta, genere et titulis inter regni primarias. Haec ut erat masculi pectoris et auctoritate multum valebat, domum ab externorum insidiis tutam, et a discordiis tumultibusque intestinis immunem praestitit. Eadem quid quoque hora gerendum domi esset prescrispsit, atque eam disciplinae formam induxit, quae non tam coetum mulierularum temere collectarum, quam bene moratum parthenonem exhiberet. Unam impetrare non potuit rem ut illuc nostrorum quisquam pedem inferret, ad ministranda saltem quae ad animi cultum pertinebant. Id enim moderatores justis de causis vetuerant.

^{20.}
*Mulierum men-
dicantium pudici-
ciae consultum.*

Cardinalis interea Boncompagnus Archiepiscopus Neapolitanus, ut haec intra urbem laetus adspiceret, multum de iis angebat locis que utpote Vesovo proximiora, totum horrendae procclae impetum exceperant. Obyversabatur menti miseranda hominum strages, quos aut repens vorasset flamma, aut tecta diruta oppressissent. Superesse tamen multos animo reputabat inter ruinas tectorum male multatos, semineces, fame enectos, omni humana ope destitutos, vivos tamen et spirantes adhuc, qui peraeque indigerent subsidiis corporum et animorum. His qua ratione subveniri posset non videbat; cum praesertim nondum atrociter resedit incendium, et vias omnes obstrueret praecultus cinis, quem si perrumpere auderes, haeribant ut in viscossa argilla pedes impliciti ac saevum in modum torreabantur. Consilio cum delectis sacerdotibus habito, quaerebat num saltem

^{21.}
*Curie Archiepi-
scopi Cardinalis
de locis Vesuvio
proximis.*

Cardinalis interea Boncompagnus Archiepiscopus Neapolitanus, ut haec intra urbem laetus adspiceret, multum de iis angebat locis que utpote Vesovo proximiora, totum horrendae procclae impetum exceperant. Obyversabatur menti miseranda hominum strages, quos aut repens vorasset flamma, aut tecta diruta oppressissent. Superesse tamen multos animo reputabat inter ruinas tectorum male multatos, semineces, fame enectos, omni humana ope destitutos, vivos tamen et spirantes adhuc, qui peraeque indigerent subsidiis corporum et animorum. His qua ratione subveniri posset non videbat; cum praesertim nondum atrociter resedit incendium, et vias omnes obstrueret praecultus cinis, quem si perrumpere auderes, haeribant ut in viscossa argilla pedes impliciti ac saevum in modum torreabantur. Consilio cum delectis sacerdotibus habito, quaerebat num saltem

oblata pecunia confici quidquam posset. Negarunt omnes quemquam repertum iri tanta temeritate et audacia, qui quantovis pretio vellet tam praesens adire discrimen. At qui aderat unus ex nostris Patribus, se vero respondit inventurum de Societate quam plurimos, qui minime recusarent quocumque suo periculo illic pervadere, idque mercede nulla sed tantum exercendae causa christiana misericordiae. Delectavit antistitem ea vox generosae alacritatis plena. Patrem redire ad suos jubet, et videre num magnifice dicta paribus aequari factis possent. Ille regressus propere domum, quid vellet Cardinalis, quid ipse receperisset, domesticos viritim omnes docet. Erant tum in domo Professorum Neapolitanae socii, sacerdotes pariter ac laici fere quinquaginta, pars magna senes grandevi, aetate ac meritis graves. Omnes ad unum rata habuerunt promissa eaque pro se quisque confirmarunt, parati quocumque Archiepiscopus jussisset e vestigio proficisci. Id ipsum domus Praeposito P. Vincentio Carafa significarunt. Carafa descriptis omnium nominibus eadem hora adit Archiepiscopum, oblatoque quem ferebat suorum indiculo, ne cunctetur eorum experiri fidem et voluntatem rogat. Haesit ad ea Praesul admiratione defixus. Tum collaudata vehementer Patrum alacritate, ex omni eo numero decem selegit consilio manuque promptiores: sacerdotes septem, tres rei domesticae adjutores qui quatuor potissimum adirent flammis exusta oppida; Herculanium, Retinam, Boscum et Porticum, et si qui in iis invenirentur communis cladi superstites, eorum tum egestati tum saluti aeternae consulerent. Alios postea religiosos quorum virtutem nostrorum exemplum extimulaverat, in alia loca dimisit. Provinciam aeque difficilem ac periculosam magno suscepserunt animo socii, nihilque cunctati in viam se dererunt, nihil efferentes secum praeter sigillum Christi crucifixi et collo suspensum et baculum viatorium. Nam de commeatu ita fuerat constitutum, ut vel navicula, vel si tempestas prohiberet jumentis quotidie supportaretur ea copia, quae tum ipsis tum aliis indigentibus abunde sufficeret. Quis jam fructum ejus expeditionis fando explicet sat? Mortales supererant per ea loca pauci, adeo tamen exsangues metu, ut magis spirantium larvarum quam hominum viventium speciem referrent. Reperti quidam vesuvianis adusti flammis, alii inter murorum collabentium rudera male contusi, alii saxorum quae mons emittebat grandine sauciati. Omnes immani mortis pavore tenebantur. Itaque nostros cum cernerent tam suo tempore subeuntes, haud secus affecti quam si angelos intuerentur de caelo missos, tendebant manus et sacerdotalem expiationem ultra deposcebant. Expiati omnes rite ac spe rerum meliorum recreati sunt. Refecti itidem cibo qui longa inedia languebant, et quantum licuit sauciorum curata vulnera. Postremo curae fuit Patribus, ut quae passim jacebant mortuorum cadavera inseputa removerentur et christiano ritu sepelirentur, quem in usum, eti praestato erat magna vespillonum manus, tamen ipsi haud modicam pii laboris partem sumpserunt, ea praesertim colligentes atque asportantes peremptorum corpora, quae quia corrupti ac putrescere cooperant, adspectu ipso atque odoris diritate caeteros absterrebant. Ita denum post plures dies in his expediendis rebus positos, laeti curarum suarum exitu ac magnam vulgo adepti opinionem virtutis, Neapolim redierunt.

Per idem tempus in Sicilia natum est collegium Siciense, et orientali provinciae contributum. Est Siclis urbs pervetusta Siciliae, in parte meridiana vallis Netinae, ad oram eius maritimam sita juxta Pachinum. Iosephus Miccichius, Siciensis civis avita nobilitate clarus christiana pietate multo clarior, ut carebat liberis, amplas quas possidebat opes pios in usus, sublevanda praesertim egenorum inopiae impendebat. Cum vero jam ante coenobium Capucinorum extraxisset, et insigne sacerdotum collegium a S. Bartholomeo nuncupatum aere suo constituisse annuisque redditibus locupletasset, anno denum superiore aetatis suae septuagesimo, collocare in patria sua Societatem induxit animum, eumque in usum haereditatem suam omnem facto testamento transcripsit. Eo paucos post menses vita functo, haereditatem nostri adierunt et moliri collegium cooperunt. Cum pauciora tamen invenirentur pro operis magnitudine bona, subingressus

^{22.}
*Eam provinciam
multi ex nostris
sibi depositi.*

^{23.}
*Socii decem mit-
tuntur ad qua-
tier incensa op-
pida.*

^{24.}
*Eorum labores
ac res gestae ibi.*

^{25.}
*Res SICILIAE.
Ortus collegii Si-
ciliensis.*

qui Miccichio hortator collegii instituendi fuerat Hieronymus de Ribera, vir itidem genere illustris idemque causidicus excellens, tantam de suo addidit partim numerato partim aestimatione summan, ut amplum aedificium inde conseratum, et quod justo deerat censi suppletum fuerit. Quem proinde Riberam alterum post Miccichium collegii Sicilensis fundatorem appellare non veremur. Accessere postmodum legata non spernenda Angelae Mojae, Vincentii Apari et Antoniae Belliae, quae tamen ita fuerunt collocata, ut ex iis annui proventus ad augendam dumtaxat bibliothecam sacramque templi supellectilem redirent.

²⁶
Moritur in Societate Antonius de Aragonia Moncada, dux Montis alti.

Eodem anno vita cessit Antonius de Aragonia Moncada, dux Montis alti. quamque vivens impense dilexerat Societatem in ipso amplexus obitu, magnum simul dolorem et ornamentum sociis Siciliensis reliquit. Vir titulis, opibus distinctionibusque inter Siciliae primarios, unus ex Hispaniae optimatibus primae ut loquuntur classis, aurei velleris eques, eximia in primis erga Deum pietate conspicuus, ita olim transegerat cum uxore Joanna de la Cerda, ex ducibus Methimnae Caeli nata, piissima item femina, ut illa inter virgines Deo sacras ipse in Societate Jesu vitam deinceps agerent sanctiorem, quippe a curis rerum humanarum prorsus abstractam. Cujus conventionis fidem cum servasset Joanna, ad Theresianas excalceatas transgressa, Antonius re ad aliquot annos extracta, dum videlicet aetas maturior filium natu maiorem familie gubernandae fecisset idoneum, denum sacerdotio initiatus Romam venit ut optatam Societatis in eundem facultatem a Mutio impetraret. Voti compos effectus, dum revertitur in Siciliam religiosam militiam in Panormitanu tirocinio auspiciaturus, Neapolis corripitur gravi morbo ac paucis diebus ad extrema deducitur. In eo statim vir plus et jam animo ac voluntate religiosus, nihil habuit antiquius quam ut in nostrum ordinem recipiceretur, eique trium votorum professione ut Mutius permiserat se obstringeret. Sumpta itaque de manu P. Vincentii Caraffae qui Praepositi Provincialis gerebat vices Eucharistia, eo coram tria solemnis ritu vota nuncupavit ex formula professorum quos trium votorum dicimus, adstante Prorege Neapolitano Alcalensium duce cuius nuper filiam colloccaverat suo, aliasque viris primariis praeter filium ipsum ac nurum Montis alti Principes. Ac post haec mira mentis dulcedine delibutus, quasi non in lauta domo sed in religiosa palestra ad eam diem vixisset, aut certe omnes cognitionum et amicitiarum necessitudines penitus exsudisset, nihil nisi caelestia versare animo visus. Inter morbi molestias et vicinae mortis expectationem, tribus maxime erigebatur rebus, signo Christi crucifixi, Rosario B. Virginis et nostrarum regularum libello, quae tria exemplo ven. Joannis Berchmans praे manibus dum vita suppeditavit habuit. Et his erigeratur in tantum, ut affirmaret nullos sibi in omni vita dies fluxisse jucundiores istis, quibus se religiosae militiae adlectum, et summo hono proxime uti sperabat conjungendum intelligeret. Quaerentibus numquid vellet?

²⁷
Exempla virtutum ab eo edita in morbo extre-

mo.
Cupio dissoli et esse cum Christo, respondebat, idque tam incenso ore tam intimo animi sensu, ac si de caelesti felicitate quiddam praegustaret. Post emissam vota aversatus priores honoris titulos, non alio compellari voluit nomine quam Patris Antonii, utque omnino unus de Societate P. Vincentio Caraffae Professorum Praeposito se per omnia morigerum et obsequenterem praebuit. Removeri jusserset lecti conopeum sericum, quod hunc ornatum diceret homini paupertatis voto illigato minus convenire. Id verum esse respondit Caraffa si in domo religiosa adhiberetur; at non item si apud externos, multo minus si facultas superioris accederet: quam facultatem, subiecit, ut omnis reverentiae vestrae scrupulus eximatur ego ultra facio. Ad hanc vocem ut ad Dei nutum quievit Antonius, neque de conopeo quidquam ultra movit. Icunculas nescio quot papyraceas, quas in codice precum quotidianarum servabat ad discriminandas chartas, mitti optabat sua olim conjugi inter Theresianas ut dictum est degenti. Verum id praescribere non est ausus, nisi petita prius et impetrata ab eodem Caraffa venia. Sed longum sit omnia hujus generis singillatim exsequi. Quod praetermitti non debet, post plures dies inter vitae mortisque confinia pie admodum placideque traductos, cohortatus filium ut dignam christiano nomine ageret

vitam, ut rem familiarem recte administraret, ut patris in morem regeret populos sibi obnoxios, denique ut Societatem Jesu impense diligenter ac pro viribus tueretur, inter manus lacrimasque nostrorum, Christi vulnera suavissime exosculans, supremum spiritum duxit XII. Cal. Majas, annos natus quinque supra quadraginta. Cadaver eadem die, ut ipse praescriperat, indutum ueste Societatis ac curru delatum in aedem Professorum, postridie communii sociorum more funeratum communique Patrum sepulchro illatum est.

Aque dolenda Provinciae Venetae accidit mors P. Marci Gussoni, qui per occasionem pestilentiae socios ac mulatos fervidores eamdemque atque illi arenam charitatis ingressus, parem denique sortitus est exitum palmamque eamdem promeruit. Hunc velut postremam victimam collegium Ferrarensis extulit, doloris sensu non tam suo quam urbis totius singulari. Venetiis natus antiquo et patricio genere, Societatem inierat adolescens Patavii, qua in urbe cum tirocinium ponere acuta febri corruptus est. Haec sensim in pestiferum evasit ulcus. Intumuit foedum in modum lingua. Os dentesque putridi tabo ac sanie diffuebant. Nulla vocis usura, vix ulla bona ac sanae mentis. Denique spes valetudinis nulla aut perexigua. Ita sentiebat medicus quo jubente sacrum viaticum morienti parabatur; cum venit in mentem non nemini ex nostris, ut aeger votum B. Aloysio Gonzagae conciperet, cuius magna apud Deum merita recentibus miraculis increbescabant. Annuento Rectore deferuntur ad aegrotum sacrae Beati reliquiae. Votum pie concipit bonus tiro ac statim remisit febris; postriede vero omni periculo solutus est. Memor tanti beneficij Gussonus, restitutam sibi divinitus vitam Deo deinceps uni immolare statuit religiosis virtutibus impense colendis, sui in primis demissione et ardentissima in alios charitate. Neque secus quam statuerat fecit. Hinc licet doctrinae merito ac virtutis majoribus gerendis muneribus par, nullo tamen loci discrimine, nulla temporis habitatione, sat habuit e minore suggestu ad populum pro concione dicere, christianam cateschesim rudibus exponere, apostolicas missiones obire. Neque severiorum interea domesticae disciplinae custodiam tantisper remisit unquam, perinde ac si uni vacaret sibi, cum maxime animarum salute occupabatur. Argentam oppidum Ferrarensis agri celebre, excoluerat diligenter hujusmodi missione, cum eodem in agro grassari lues coepit atque hinc Ferrariam ipsam corripuit. Ea res Gussono occasionem quam maxime quaerebat, ponendas pro fratribus animae obtulit. Suum statim saluti publicae devovit caput, eaque mente non domesticis tantum sistit se sed etiam publicis moderatoribus, Cardinalibus Julio Sacchetto et Laurentio Magalotto, huic nimirum Episcopo illi urbis Legato. Cunctati parumper sunt isti, tum videlicet ne virum talem praesenti periculo expondere, tum praeferea ne molestam rem facerent ejus cognatis et consanguincis, quorum erat Venetis vicina in urbe insignis, ut dictum est, nobilitas et auctoritas. Cum instare tamen Gussonus pergeret, ita cesserunt ejus precibus ut suburbani tantum valetudinarii gereret curam, et ea quidem cautione, ut languentium casas non adiret neque ad eas proprius accederet. Intra istas constricta leges et cancellis hominis actuosa charitas, licet omnem jacentis turbae sublevandae et pretiosae mortis lacesendae locum rimaretur, spe sua frustrata est. Abiit inde pestilentia ipso incolumi. Sed cum alterum Ferrariae suburbanum incessisset vicum cui Figarolo nomen, rursum Gussono flagitanti commissa est valetudinarii procuratio; qua dum sedulo perfungitur, seu vitio aeris seu quod misera plebs ejus obvia benignitate abutebatur, pestem hausit ac paucis diebus extabuit. Incidit ejus mors in ipsas Calendas Augusti, cum paulo ante litteras religiosi plenas officii ad collegii Rectorem dedisset, quibus errata sua omnia dolenter graviterque deprecabatur.

Caeterum pestilenta multis alibi locis aut extincta penitus aut intermortua, plerasque Venetorum urbes vastare pergebat. His cum prohiberentur nostri opem ferre, quippe tristi adhuc exsilio damnati, Mutius consilio ex re captio scripsit ad serenissimum Principem, suorumque illi operam et promptam ad omne obsequium voluntatem pro tam calamitoso tempore obtulit; utique sperans fore ut

28.
RES PROVINCIAE
VENETAES.
Mors et elogium
P. Marci Gussone
ni.

29.
Mutii litterae ad
Principem Rei-
publicae Venetae.

sin minus revocaret exsili edictum certe gratum haberet officium, atque illud intelligeret saltem, Jesuitas neque cupidinem neque spem adhuc deficere in sedes pristinas revertendi. Id ipsum valitum speravit ad emolliendos inclinandosque aversos senatorum animos, quorum aliqui silentium Societatis superbiae assignabant ac contemptum interpretabantur. Litterarum haec erat sententia. Scire quidem se Rempublicam amplissimam externis auxiliis non indigere, neque deesse in ea praestantium virorum copiam qui populis pestilenti morbo contactis omne ministerium deferant. Si tamen iis addi vellent serenissimus Princeps homines Societatis, praesto fore ad ejus nutum omnes omniumque primum se, neque recusaturos pro Venetorum salute vitam ipsam quod alibi fecissent pacisci. Dilatam tantisper ab se fuisse hanc publicae suorum voluntatis significationem, quod speraret calamitatem non fore diuturnam. At siquidem desaevire pergeret morbus et optimi quique infirmorum ministri in dies interirent, contineare se ultra non potuisse, quin et privato suo et publico Societatis nomine debitum expletet officium, audaci fortasse consilio, sincero tamen, ut experimento cognosci facile posset. Haec summa litterarum quibus nihil quod ego sciam responsi datum, laeto nihilominus facti conscientia Mutio, quod occasione ac tempori quantum in ipso erat non defuisse.

30.
*Balneocaballii
collegium conditi-
tur.*

Novis interea provincia domiciliis in ea parte quae pontificiae ditionis est augebatur. Tiberiacum (Balneocaballum vulgo appellant) illustre oppidum est duatus Ferrarensis, in eo Aemiliae tractu quem Romandiolum inferiorem vocant. Ibi collegium Societati dedit civium duorum pietas in Deum et amor in patriam. Alter illorum nobilis erat medicus Joannes Baptista Gorus, alter Alexander Zanzolus pharmacopola celebris. Uterque moriens cum civitatem pestilentia vastaret, Societatem fortunarum suarum haeredem testamento scripsit, haec imposita lege ut in ipsorum patria collegium excitaretur. Quo facto visi ambo in id conspirare, ut qui dum viverent prodesset corporibus studuerant, animis quoque civium suorum mortui prodessent. Admonitus Provincialis de condito in gratiam Societatis testamento, duos e nostris misit qui remotis prudenter obiciibus per testamenti curatores paratis, jussu Cardinalis Sacchetti legati a latere Ferrarie, in pacificam possessionem utriusque haereditatis venere. Inde operi adnotae manus, et anno sequenti collegium Balneocaballi inchoatum est.

31.
*Albertus Angele-
lus noritus So-
cietas ampli-
patrimonii haer-
ites invenitur.*

In eundem annum incurrit ortus tirocinii nostri Bononiensis, quae tamen res cum variis ea tempestate sermonibus fuerit usurpata, et invidiosis deinde recordationibus ad posteritatem transmissa, paulo fusius expponenda atque a suis initii hoc loco est repetenda. Per eamdem occasionem quo pacto fundata sit in collegio Bononiensi studiorum universitas (nam fundatorem eundem habuit) explicabimus, et plurim annorum historiam uno narrationis contextu peragemus.

32.
*Certam pecunias
summanum fru-
stra pnsit a con-
sanguineis.*

Anno labentis saeculi duodecimo Societati dederat nomen Albertus Angelellus adolescens optimae spei, ex illustri et opulenta ortus familia Bononiae; utque laqueos omnes perfringeret quibus alligari caducis rebus poterat, quidquid ex amplissimo patrimonio ad se spectabat, nulla admodum re sibi reservata, fratri unico natu minori transcriperat, donationis causam praefferens quod statum religiosum amplectere tur. Menses post haec octodecim in tirocinio Novellariensi peregerat, neque dum religiosa ediderat vota, cum frater ejus moritur, testamento nullo condito. Eo nuncio Albertus, etsi nihil cogitabat minus quam aviti patrimonii haereditatem quae ad se tota redibat cernere, quippe deliberatum habens in Societate vivere ac mori religiosa paupertate contentus; re tamen aliqua commode Societati optime de se merita cupiens, petit ab affinis et consanguineis, qui haereditatem ut vacuan coequo suam adierant, ut de paternis bonis certum sibi pecuniae numerum assignarent pios in usus conferendum, quem si haberet reliquum ultro ipsis condonabat. Rejecerunt illi petitionem aquissimam, quoddam praetexentes vetus fideicommissum, quod distrahi familie bona non sineret. Reponente ad ea Alberto se nihil ex asse patrimonii detractum velle, sed satis habiturum si tantum ex annuis proventibus milleni sibi quotannis aurei penderentur per annos decem, nihilominus in repulsa

persisterunt, credo fiducia donationis de qua dictum supra; minime aliquo abnentes ea de re si ita visum esset agere in judicio. Appetebat interea dies tironii ultima, qua tirones die obstringere se votis religiosis solent. Albertus multa volutans animo, hunc sibi proferri tantisper diem petit donec de re sua domestica transegisset. Admoniti consanguinei, quibus nihil erat longius quam ut voto paupertatis obligaret sese is qui dum sui erat arbitrii, totam adire suo jure haereditatem poterat (nam quis alius fratri vita functo intestatoque, meliori succederet jure?) interponendam curarunt auctoritatem Praepositi Generalis, expresseruntque ab eo acres ad Albertum litteras, quibus urgebatur ut quamprimum et quamlibet iniquis conditionibus transigeret. Quas quidem litteras eo facilius scripsit Generalis Praepositus, quod verebatur ne Societas daret sermonem iis a quibus insimulatur, non solum ut rei suae plus nimio tenax sed avida etiam alienae. Hisce litteris accensus est tiro, ut eo magis prodesse Societati vellet quo id minus illam cupere sentiebat. Angebatur tamen, quod viam nullam inveniret perficiendi sine Societatis ipsius molestia consilii sui, quippe reiicientibus propositas conditions affinibus ac velle se judiciali jure agere mimitantibus. Incertus animi, perturbatus, inquietus, theologos quosdam domesticos quid licet sibi, quid facto esset opus consuluit. Responsum est id quod erat, suo eum jure uti posse, utpote nullo dum adstrictum vinculo Societati. Quin P. Jo. Baptista Lambertinus vir annis doctrinaque gravis, qui olim unus e praesulibus Romanae, ut vocant, Rotae auditoribus fuerat, nec nisi aetate prosector in Societatem erat transgressus, addidit, si forenses lites contentionesque amputare omnes uno ictu vellet, viam patere expeditissimam, ut nempe exiret de Societate. Id ipsum cogitabat Albertus, sed ne faceret multa metuebat et deliberationem extremam protrahebat, si forte flecterentur interea consanguinei et ad aequiora consilia descenderent. At post annos irritae cunctationis duos, nihilo secius obfirmatos videns, precatus Deum O. M. ut id bene sibi ac feliciter verteret, discedere a Societate statuit, verumtamen corpore tantum non item animo, non vitae instituto, neque denique nisi ad tempus, reversurus ad eam statim atque tantum comparasset pecuniae, quanto erat opus ut insigne aliquod beneficium Societati praestaret. Audax profecto et periculi plenum facinus, de quo ipse postea jam regressus in Societatem fatebatur, neminem unquam auctore se usurum exemplo suo, neque id ausurum se rursus si daretur occasio, fieri optime processisset semel. Certa igitur die, quae dies fuit XVI. Cal. Augusti Divi Alexio sacra, refectus caelesti pane quem animi ardore insolito sumpsit, domum paternam cum bona moderatorum venia repetit, ibi religiosam exsult vestem ac certo reponit loco, servandam scilicet diligenter ac suo tempore resumendam. Tum propinquus affinibusque per codicillos nunciat, se certis de causis consilium deserendae Societatis cepisse, reque ipsa suam in domum jam rediisse. Nuncium nec opinatum quo accepert illi animo, coniicere promptum est. Confusi quod nullum sibi relictum locum litigandi cernerent cum homine non amplius religioso neque dubio paternorum bonorum haerede, adveniebant tamen salutandi gratulandique causa, quodque suis frui bonis et servare familiam statuisset prolixie laudabant. Ille dissimulans moerorem suum, ore hilari ad omnia respondebat.

Minus officiosum sinceriorem tamen repertit Societatis Praepositorum Generalem, cui per idem tempus de suo discessu scripserat, et totam propositi sui rationem nemini hactenus aut certe paucissimis indicatam aperuerat. Rescripsit aperte Mutius, sibi vero consilium ejus utcumque ex bona profectum mente, probari, nullo modo posse. Juvenem in religiosae perfectionis palaestra educatum non debuisse ob caducas operi discedere a domo Dei, atque iterum se objectare periculis quae semel Deo adjuvante vitasset: nulla humana causa abrumpendum fuisse religiosae vitae cursum. Nam ad utilitatem Societatis quod pertinet (ipsa ejus verba refero) pluris ergo fecerim vel unum sociorum in Dei famulatu constantem, quam quidquid uspiam terrestrialium commodorum ac bonorum est. Sic ille ut Ignatii successorem decuit. Caeterum quidquid eo de facto Mutius sentiret, non omnia quae de servis Dei legimus ad commune consilium et normam sunt exigenda,

Tom. II.

58

33.
Vota religiosa
differt per duos
annos. Theologos
consulti.

34.
Discedit e So-
cietate animo ad
eam revertendi.

35.
Factum aperte
reprehendit Mu-
tius, et si ex bona
profectum men-
te.

cum instinctu superiore ducantur interdum in ipso praesertim vitae sanctioris exordio, et communes inter leges non coarctetur divinae mentis mentis numen atque consilium. Hoc quidem certe facinus etsi per se audax, periculosum, nec cuiquam temere imitandum, recta mente Albertus suscepit, prudentia singulari tractavit et felicem ad exitum perduxit, ut non immerito quiddam humano ius in eo sibi videre sint visi plures sapientes viri. Transgressus in lautam domum, nihil admodum de religiosae vitae forma mutavit. Idem cibi somnique modus, eadem piarum precum mensura, eadem diurni nocturnique temporis distributio. Familiam ad normam christiana pietatis exigebat, domesticis exemplo praeluebat. Mirantibus quibusdam quod hominem religiosum in saeculo retinere, sola ueste diversus; aliis improbabilibus quod in nullum ferme saeculi usum religiosam uestem exsuisset, cum nec uxorem matura jam aetate duceret, nec admodum inter sui similes conspicendum se daret; ipse constans sibi magnique simul propositi ac secreti tenax, vanas vulgi voces objurgationesque contemnebat. Hoc tantum visus nonnihil sibi dissimilus, quod nostros homines quam minimum frequentabat, nec ferme domum Societatis nisi peragendae causa confessionis subibat. Ita apud se vixit partim Bononiae partim Parmae, ad annum usque saeculi vigesimum septimum; atque hoc medio tempore rem domesticam per fideles administris diligenter curans, collectamque ex redditibus pecuniam in quaestu collucans, eam paulatim confecit ex fructibus patrimonii summam, qua videbatur sibi posse jam non incommodo eximio aliquo beneficio Societatem ornare, quod sui erga illam amoris perpetuum ac splendidum monumentum esset.

^{36.} *Albertus vitam agit in saeculo religiosam.*

Cogitanti jam qua maxima re benefaceret Societati, venit in mentem excitare Bononiae in patria sua domum primae probationis, ubi tirones nostri religiosa institutione fruerentur. Namque id ipsum audierat magnopere inter nostros expecti. Multas gravesque ea res difficultates habebat. Nonnullam objicit initio moram lex nuper edita ab Urbano VIII. Pontifice, qua lege sanciebatur ne cui sacramrum familiarium liceret novum uspici ponere domicilium, nisi imperato prius permisso. Episcopi, omniumque ordinum religiosorum eodem in loco commorantium assensu. Sed hanc moram facile dejectit Archiepiscopi Cardinalis Ludovisi nota in nostrum ordinem benevolentia. Quod enim ad se pertineret, novam Societas domum Bononiae condit, non permittebat solum sed vehementer cupiebat, idque palam profitebatur. De aliorum vero religiosorum assensu affirmabat constare sibi ex ipsiusmet ore Pontificis, illum ad hujus generis domum non requiri, nec ea lege comprehendi domos Societatis quae instituendis tironibus destinarentur. Duo videlicet spectasse Pontificem latorem legis. Alterum ne aucto praeter modum numero mendicantium in aliqua civitate, minuerentur religiosi ibidem mendicato viventibus ea vitae subsidia; quae ex piorum beneficia colliguntur. Alterum ne religiosi sese invicem interpellarent in sacris ministeriis, quibus suo singuli more atque instituto christianam exercent plebem. Neutrum ex his timeri posse de tirocinio Societatis, cujus familia et propriis aeleretur vectigalibus, et ab omni usu ministeriorum quae coetus hominum frequentiamque desiderant abstineret. Sic dempta de aliis ordinibus cura, non tam facile inveniebatur exitus alteri haud paulo graviori difficultati, quae in voluntate Senatus Bononiensis tota vertebat. Nimurum is ex veteri nescio quo privilegio hoc sibi sumebat juris, ne ulla intra urbem erigerentur sacrorum ordinum domicilia injussu suo, et certis indicis putabatur in istius erectionem, si peteretur facultas, neutiquam consensurus. Quidam propterea ex ipso senatorum ordine, viri alioqui graves et amici Societatis, tacite suadebant nostris rem uti perficerent inconsulto senatu. Quod enim factum esset semel neminem magnopere curaturum; at ne fieret plerosque obstiuros. Consilio benevolo magis quam tutto, non acquevit provinciae Praepositus P. Pompilius Lambertengus, sed medium inire viam maluit. Ut non ita certo constabat de eo quod dixi privilegio senatus, supplicem libellum nomine Societatis confecit eo artificio verborum, ut non tam querere facultatem condendi tirocini videretur, quam significare senatu de tirocinio propediem erigendo, quod tamen pro sua in amplissimum

^{37.} *Novam molitur probationis dominum Bononiae. Prima operis difficultas supervenit.*

^{38.} *Difficultas altera declinatur, ita suadent Archiepiscopo Cardinali Ludovisi.*

ordinem observantia cum bona ipsius gratia factum vellet. Libelli hujusc ad Se-natum transmittendi curam suscepit Archiepiscopus Cardinalis, utque adderet momentum, deferri una voluit suos ad eumdem codicillos officiosissimis conceptos verbis, in quibus erat, quod facturi essent Jesuitae, suo jam permisso ac voluntate transactum compositumque esse. Diebus aliquot interlapsis, cum nihil neque ad libellum supplicem neque ad codicillos responsi datum esset, Cardinalis silentium pro assensu tacito interpretatus, nostros admonuit ne ultra differente admovere operi manum. Quod factum est, cautione tamen adhibita, in hunc modum.

Coemptae fuerant opportuno ad tirocinium loco per ampliae Camilli Gabrielli aedes, at aliae quedam minores iis adjunctae. Ex his una amplior in qua recondi servarique currus solebant, ad templi formam aptatur ornaturque clanculum, excitata ara et sacro omni instrumento comparato. Nocte demum quae diem precedebat VIII. Cal. Majas, aes campanum imponitur tecto, simulque foribus contiguae domus hic praefigitur grandioribus litteris titulus: *Dominus Probatio-nis Societatis Jesu*. Quibus summo silentio peractis, mane primo recluditur novum templum et campanulae pulsus improviso vocatur ad sacrificium populus. Affuit ex omni vicinia frequentissimus, rei nimirum novitate ductus. Mirari omnes visi, ne unus quidem e tanta multitudine obloqui auditus. Adulta die major cursus, par admiratio, nulla quae notari posset obmurmuratio adversa. Cum ad meridiem usque litatum esset, ex ipsis senatoribus ad quos devenerat inopinatus rumor affuerunt nonnulli, visique omnes rem mirari magis quam factam nolle. Ab his initii nostri rem pro confecta habebant, et satis belle confectam sibi gratulabantur. At adversarii qui numero pauci sed viribus opibusque praevalidi, negotio non indormiebant. Et quamvis nihil palam moverent Bononiae, sive Archiepiscopi Cardinalis sive publicae invidiae metu, Romae tamen moliri multa cooperunt ut Societatem ab nova domo depellerent. Sexcentae volitarunt in urbem litterae, accusationum plena ac querelarum adversus Jesuitas. Bononiensi apud Pontificem Maximum oratori injunctum publico nomine, ut de laeso civitatis jure quereretur, tum apud ipsum Pontificem, tum apud ejus fratris filium Franciscum Barberinum Cardinalem qui erat regiminis pontificii primarius administer, tum etiam apud Generalem Praepositum Societatis. Id oratori saepius inculcatum et gravissimis quidem verbis, perinde quasi de summa reipublicae ageretur. Sed frustra omnia. Mutius auditio oratoris querelis, satis sciens ea de re parum laborare senatorum plerosque, multos quin etiam Societati favere; se vero respondit, per litteras satisfactorum senatu. Tum ad senatum Bononiensem in haec verba scripsit. De nova Societatis domo quae erecta nuper esset Bononiae, se non nisi post factum cognovisse. Si qua ejus facti culpa esset, totam residere in Archiepiscopo Cardinali Ludovisio, qui unus consilii auctor atque operis hortator fuisset. Patres Societatis in eo negotio nihil incepisse nisi ex praescripto ipsis, neque vero iis fraudi esse debere quod tali obtemperaverint viro; multo etiam minus licere sibi rem talis viri auctoritate confectam inducere. Caeterum ne putarent aquissimi senatores, homines Societatis in tantam vecordiam deve-nisse, ut vellent tam excelsi ordinis atque ita de se meriti, jura perfringere et offenditionem incurgere. Experimentur magis quibuscumque malling rebus voluntatem eorum initio a se ducto, ac facile perspecturos non aliud esse hominum genus ipsis addictius et obsequientius. Haec summa litterarum, quibus in senatu recitat ea valuit sententia, negotium quod sine Archiepiscopi Cardinalis offensa urgeri non posset, silentio premi oportere. Quid Pontifex, quid Barberinus Cardinalis oratori responderint incomptum mihi est. Certe factum mutavit nemo, stetitque nova probationis domus Bononiae Alberti Angelelli beneficentia erecta, quam S. P. Ignatio nuncupari placuit. In eam hoc ipso labente anno inducti sunt Societatis tirones, ac sub P. Alexandro Bosello instituti nostro more cooperunt.

Laetus successu Angelellus non eo contentus tamen, confectis rite tabulis donationis bonorum in quibus dotem novae domus constituebat, opus longe magius in collegio Bononiensi perficiendum suscepit, scilicet academiam seu studiorum universitatem, disciplinas omnes complectentem quas alii in locis tradere

^{39.}
*Nova tirocinii
domus repente
publicatur, oblo-
quente nomine.*

^{40.}
*Adversariorum
conatus irrili
contra illam.*

^{41.}
*Mutii litterae ad
senatum Bononiensem, et ne-
gotii exitus.*

^{42.}
*Angelellus stu-
diorum univer-
sitetum fundat
in collegio Bono-
niensi.*

Societas consuevit. Nam Bononiae humaniores tantum litteras inferioribus in scholis nostri docebant. De bonis igitur quae non erant fidei familiae commissa, vetigial annum confecit vel designavit potius, quo alerentur deinceps in collegio S. Luciae, tum philosophicae tum theologicae scientiae professores, et justus praeterea scholasticorum de Societate numerus qui iis studiis operam darent. Beneficium insigne cui debet Bononiense collegium, nunc totius provinciae primarium, partem maximam dignitatis et amplitudinis suae. Universitatem ita condidit, ut vir erat in posterum longe prospiciens, iis adversus fortuita praesidiis munivit, ut non facile labefactari decursu temporis posset aut immuni. At enim satis non videbatur viro amantissimo dedisse Societati partem fortunarum suarum, nisi semetipsum etiam daret vel restitueret potius. Et jam advenisse tempus putabat, quo magnum arcanum quod hactenus inclusum sinnu gesserat, declararet. Ergo missis ad Praepositum Generalem litteris recipi denuo in Societatem petuit, sic tamen ut in infimum cooptaretur ordinem fratrum quos ministerii domesticis addictos Coadjutores temporales vocamus. Petitionis primam partem facile admisit Mutius, alteram praeceps rejecit. Quin collaudata ipsius demissione ac modestia singulari, ita recipiendum putavit ut prius sacerdotio iniciaretur. Quod ille obedienter faciens, primum peregit solemni ritu sacram VII. Cal. Apriles, quem in diem eo anno saeculi trigesimo secundo, Dominica ut vocant, Passionis incurrebat. Tum vocatis consanguineis affinibusque denunciat, se per annos sexdecim (tot fluxerant ab eius egressu e Societate) animo et voluntate religiosum fuisse, nunc ipsa re ad extremum usque spiritum Deo aspirante esse velle, camdemque elegisse olim ab se desertam Societatem Jesu in qua vitam perpetuo degeret. Ad praeccidentias litium omnes ansas, scripto profitetur, cedere se jam tum patrueli quidquid bonorum haereditario jure obtinere ipsi posset a suo obitu. Quibus in hunc modum compositis rebus, reliquis negotiis vel celeriter confectis vel abruptis, diem praeinit postridie Nonas Maii quo rursum vestem Societatis indueret. Eo appetente die famulos omnes vocat ac domesticos administratos, eosque monitis salutaribus et annua pensione virtutim donatos dimittit. Mox inter ipsorum lacrimas et singultus, victor saeculi ac propinquorum Novellariam ad inchoandum ex integro tirocinium contendit, Societatem deinceps non minus virtutum religiosarum exemplis quam antea beneficiis ornatus. Agebat tum annum etatis quadragesimum primum, aliosque sexdecim vixit in Societate, quos quam pie sancteque traduxerit, dicam cum de ipsius morte ac virtutibus sermo erit.

44.
RES PROVINCIAE
MEDIOLANENSIS.
Socii novem in
tabidorum mini-
sterio extincti.

Per hacc in Provincia Mediolanensi, etsi multum deferbuerat pestilentia de qua anno superiore dictum, quaedam supererant tamen mali scintillae, quae multos subinde et populo concerpebant. Ex nostris haud ita pauci curam aegrorum gerebant, dumque iis solatium opemque magno charitatis ardore praebere student, periere diversis in locis ad novem, quorum non vulgari virtuti hoc saltē debetur ut in his annualibus immortaliter vivant. Castronovi ad annem Scriviam quatuor occubuerunt, idque mense paulo plus uno; quod in familia paucorum capitum gravissimi instar excidii fuit. Praecivit omnibus ad Cal. Augusti P. Melchior Bobbius patria Placentinus, annos natus tres supra quadraginta. Secutus quinta post die P. Vincentius Rignolius Mediolanensis, cum annum vitae decurseret quinquagesimum. Eadem erat aetate qui tertio accessit loco P. Bernardinus Turrianus Comensis, extinctus X. Cal. Septembres. Numerum quartus implevit frater Andreas Dordanus Laudensis domesticae adjutor rei, quem nondum annos triginta tres vivendo supergressum Nonae Septembres peremerunt. Niceae quae urbs est ad flumen Varum in extrema Italiae ora, qua parte infero alluitur mari, tres in eadem charitatis acie ceciderunt; sacerdos unus qui fuit P. Mutius Monga, ortu Alexandrinus annorum vir quadraginta duum, ac duo rei domesticae curatores, frater Andreas Compagnanus et frater Jo. Baptista Bracellius. Ponte in Valle Tellina solus pio immortuus est operi P. Theodorus Varesinus, Ticini natus ante annos triginta novem; itemque solus Mediolani in patria sua P. Franciscus Fanianus, senex annorum quinque supra sexaginta, quem inter postremos pestilentia sensim relangescens absumpsit V. Idus Octobris.

Has inter sociorum jacturas collegii Casalensis fundamenta sunt jacta, quod tamen ad hanc usque diem, fato nescio quo adverso, ultra fundamenta nunquam surrexit. Quae civitas in Italia sit Casale quam opulenta quam splendida, quemque obtineat dignitatis locum inter caeteras Montisferrati cuius provinciae caput est urbes, notius arbitror quam ut hoc loco explicandum videatur. Cum multae in ea sunt familiae nobiles ac generosae, tum nulli secunda habebatur hoc tempore quae a Turri dicta. Hanc pestilentia totam extinxit, uno excepto P. Antonio a Turri qui vitam in Societate degebat Romae, nondum edita professione solemni, neque dum abdicato bonorum suorum dominio. Audita suorum clade Antonius, redire ad se paternam haereditatem sensit. Ne tamen rursum curis rerum caducarum implicaretur, transcribere eam maluit Societatis Praeposito Generali, donatione ut loquimur inter vivos rite instituta. Quibus vero tabulis bona ac jura omnia familiae suea in eum transferbat, tametsi ipsius permittebat arbitrio ut de iisdem quocumque vellet modo statueret, haud obscure indicabat gratissimum fore sibi, si excitando Casali in patria sua collegio addicerentur. Ut enim tenuiora pro operis magnitudine essent, non defuturam decursu temporis aliorum liberalitatem confidebat. Cui aequissimo viri desiderio Matius obsecundandum ratus, eodem anno haereditatem illam omnem quanta demum cumque ea esset, in dotem futuri Casalensis collegii assignavit. At cum propter pestilentiae bellique clades, quae duo mala eam regionem misere pervastabant, cunctarentur nostri illuc accurrere et bonorum possessionem adire, id magno ad rei summam detrimento fuit; quique sub finem anni sequentis affuerunt Patres, adeo impedita omnia invenerunt ut pene de negoti exitu desperarent. Primus nec exiguis labor detegere bona ad Turrianam haereditatem pertinentia. Nam neque documenta prae manibus erant ulla, et coloni quibus praediorum commissa cura, partim peste assumpti, partim a suis sedibus profugi inveniebantur. Bonis utecumque inventis, quae quidem hoc medio tempore ab aliis occupata ex ipsorum manibus recuperanda erant, Victoria Bobba ultimi et Turriana familia possessoris vidua, ad alias nuptias transgressa, nostris accrime obsistebat, et molestis eos litibus implicabat. His de causis multi laboris temporisque fuit iis potiri bonis, quae demum ad mali cumulum, immenso aere alieno praegravari pertinuit. Quare nostri qui id dissolvere praesenti pecunia non possent, coacti sunt non solum conditionibus quantumvis iniquis transigere cum creditoribus, verum etiam versuram facere ut se ab eorum molestia liberarent. Sic perdiu de collegio nihil admodum promoveri potuit, quippe litibus, reparationibus et pecuniae feneratiae usuris totos pene fructus haereditatis absorbentibus. Accidit sub finem saeculi praeteriti, ut Marius Calorius vir non minus genere quam pietate illustris, amicitiam contraheret cum P. Bartholomaeo Madio qui rem futuri collegii curabat, ejusque hortata ac ductu obiret S. P. Ignatii exercitia spiritualia. Movit hominem earum exercitationum utilitas quam experimento suo didicerat, indeque coniiciens quantum civitati profuturum esset si perficeretur collegium Societatis, subsidio venire operi male inchoato statuit. Liberata itaque diversis largitionibus Turriana haereditate et quodam latifundio attributo, fundationem angustam laxavit provexitque in tantum, ut non ipsi minus quam P. Antonio a Turri laus fundatoris ac titulus debeatur. Ejusdem beneficentia coempta est Casali apta domus pro iis Patribus, qui collegii erigendi prouratione fungentur. Novum haud multo post subsidium attulit Jo. Baptista Madius sacerdos aequi pius ac locuples, ejus quem dixi P. Bartholomaei Madii germanus frater, collata pecuniae summa non contempnenda cum hoc ut in quaestu collocaretur, ac tamdiu fructus revolverentur in sortem, donec excitatum esset collegium Casalense, quod ipse etiam civitati magno futurum usui existimabat. Eos deinde fundos memoria nostra administrandos suscepit P. Balthasar Scozia, spectatae vir prudentiae, Casali e patricia domo natus, perfectique multorum annorum industria ac sedulitate, ut anni proventus augerentur nec fere quidquam ad collegium erigendum deesset, praeter nutum supremae potestatis. Sed quavis haec ita sint, rei perficiendae tempus nondum advenit et adhuc expectandum est.

^{45.}
Collegii Casalen-
sis prima rudi-
merita.

^{46.}
Res in longum
prorahitur ob
inopiam proven-
tuum.

^{47.}
Quidam de futu-
ro collegio bene
meriti.

^{48.}
Collegium adhuc
est erigendum.

Quae quidem omnia haud ita pridem nos ex P. Ignatio Scozia, Patris de quo dixi Balthasaris fratris filio et in eadem procuratione successore dignissimo, dum apud eum Casali hospitarem accepimus. Sed jam stilum ultra montes transferamus.

40.
RES GERMANIAE
SUPERIORIS.
Svecico bello tur-
bantur nostri,
maxime in sup-
eriori Palati-
natu.

Germaniam quam dicimus superiorem vehementer sollicitam habebat Svecorum Rex Gustavus, qui commisso prospere praelio ut supra narratum est ad Lipsiam, adversus Germaniam catholicam universam ferale bellum urgebat, jisque Turingiam atque Franconiam cum victricibus copiis ingressus, Palatinatu superiori, quae hujuscemodocia pars ad septentriones ultima, imminebat. Primos ejus incursum extimuit Ambergia, Palatinatus caput. Defensionem parante milite praesidiario, urbem deseruerunt primores civium plerique, religiosi vero sacerdotesque fere omnes celiter diffugerunt. Nimurum hi cum primis male sibi ominabantur ab Rege barbaro et haeretico, qui non tam contra Caesarem sociosque ejus ac foederatos, quam contra catholicam religionem gereret bellum. Nostros prae caeteris admonuerat Praefectus urbis, si salvi esse vellent, prompta sibi consulerent fuga. Venire enim pessime animatum erga eos Svecum, quippe quos reformatae religionis hostes eversoresque praecipios dicere. At collegii Rector, seu divinae opis fiducia, seu civium charitate quos tali tempore omni saeculum praeedio destituti relinquere nefas duceret, stationem omnino deserendam non putavit. Dimissis itaque in loca tutis sociis caeteris, ipse cum sacerdotum lecto pari mansit Ambergae, datus se pro salute communis in omnem casum, si urbe potirentur hostes. Consilium probavit eventus. Siquidem Svecici belli turbo contra quam putabatur, in alias hoc quidem anno plagas detonuit, Ambergia atque omni Palatinatu incolumi. Parem constantiae laudem tulere socii plures, qui sparsim diversis per Palatinatum locis paroecias administrabant. Etsi enim metu ingruens hostis oppidis agrisque omnibus fieret passim fuga, ipsi commissos sibi greges nunquam deseruerunt, uno tantum alteroque excepto, qui missis Amberga nuncis admoniti ut primos vittarent hostium impetus, recesserunt parumper a suis stationibus, sed eas postmodum confirmato ad omnem casum animo repeterunt. Quamquam vero pepercit hoc anno Palatinatu ferox hostis, dolenda admodum Religionis ac Societatis conditio ibi fuit. Haeretici qui adhuc in regione plures, propinquitate ipsa liberatoris ut ajebant sui, insolescere, tumultuari, minas alicubi ac vim catholicis sacerdotibus, atque adeo magistratibus intentare. Recentium catholicorum ii qui sincere juraverant in Ecclesiae Romanae verba, labare; qui vero simulate ac solo exsilio metu, larvam deponere. Nostri nihil magnopere audendum rebus adeo perturbatis existimantes, modeste obticescere, atque illud modo unum agere, ut in fide Maximiliani septemviri et in obsequio Ecclesiae continerent populos, quod aegre tamen nec sine praesenti Numinis ope impetratum est. Turschenreutiae, quo de oppido disseruimus supra, concitata plebs invasit aras furore caeco, et imagines divisorum deturbavit, comminuit, igni aut ferro perdidit. Non tamen impune. Ex illis sceleris iconomachis aliqui repentina morte oppressi fuerunt. Unus dum statuam bipenni concidit, exsiliens ligni sacri fragmine, vulnus in fronte foedum accepit, cuius cicatrix purulenta nullis unquam remediis arte nulla obduci potuit. Alius dum impensis vocibus Divos et eorum imagines proscindit, usuram vocis amisit computrescente lingua. Quibus caelestis irae documentis eruditae caeteri, ab inceptis desisterunt.

50.
Sociorum con-
stantia Amber-
gae et in aliis
locis.

In tanto molu reipublicae tamque tristi impendentium malorum apparatu, natum nobis est, quod merito obstupescas, novum collegium Straubingae. Urbs ea est antiqua Bavariae, amoena eadem atque elegans, et cum frequentia tum-splendore civium una e provinciae primariis. Straubingani ante annos quadraginta Societatem expeterant, totoque hoc medio tempore ejus obtainendae neque cupidinem neque spem unquam abjecerant. Quod hactenus ob varias temporum difficultates non licuerat, hoc demum anno perfectum est, admittente imprimis regime ut vocant Electorali ac senatu civitatis. Namque is arrepta occasione cujusdam litis, quae ipsi cum collegio nostro Ingolstadiensi erat, collocandam

51.
Haereticorum
audacia ob Sve-
ci propinquita-
tem.

Quidam religio-
nis contemporanei
divinitus ple-
ctuntur.

52.
Ortus collegii
Straubingani.

In tanto molu reipublicae tamque tristi impendentium malorum apparatu, natum nobis est, quod merito obstupescas, novum collegium Straubingae. Urbs ea est antiqua Bavariae, amoena eadem atque elegans, et cum frequentia tum-splendore civium una e provinciae primariis. Straubingani ante annos quadraginta Societatem expeterant, totoque hoc medio tempore ejus obtainendae neque cupidinem neque spem unquam abjecerant. Quod hactenus ob varias temporum difficultates non licuerat, hoc demum anno perfectum est, admittente imprimis regime ut vocant Electorali ac senatu civitatis. Namque is arrepta occasione cujusdam litis, quae ipsi cum collegio nostro Ingolstadiensi erat, collocandam

in urbe sua Societatem statuit, ac rei exsequendae facultatem per litteras quae-
rens a Principe, ea scripsit in laudem ipsius Societatis, quae ego ne referam
verecundia prohibebo. Litteras ut accepit Maximilianus, qua erat in nostrum or-
dinem benevolentia, non id solum quod petebatur concessit, sed Straubingano-
rum praeterea studia erga nos voluntatemque prolixe laudavit. Inde initium col-
legio factum. Senatus geminas donavit aedes Patribus, alteras in quibus ipsi al-
teras in quibus musas habarent. Praeterea nihil eorum quae pertinent ad rem
domesticam desiderari est passus, large omnia subministrans. Addidit postre-
mo templum aedibus vicinum, quod ducentis ante annis unus quidam civium
Straubinganorum aere, suo condiderat in honorem Divinae Matris. Quibus omni-
bus et Maximiliani Septemviru et Episcopi Ratisbonensis auctoritate comprobatis,
P. Antonius Welserus provinciae praeses quinque sociorum coloniam in novam
sedem immisit. Urbem socii subierunt IX. Cal. Novembres, magnâ omnium or-
dinum gratulatione, et ante exitum ejusdem mensis scholas latinitatis aperuerunt.
Tamen suus collegio modus ac nomen nisi post annos novem non advenit. Sic
turbidis hisce procellosisque temporibus, dum alii per Germaniam socii antiquis
sedibus exturbati alibi perfugia querere cogebantur, haec de qua scribimus pro-
vincia novum proprio Deo domicilium accepit. Unam solummodo amisit statio-
nem, sed cuius facilis nec admodum pigenda fuit jactura. Rebizii quod Bohem-
iae est oppidum in ditione urbis Egrae, Palatinatu fere conterminum, duo de-
gebant ut in fixa statione socii, remque catholicum cum ministerio paroeciae pro-
curabant. Jam vero Egra per Saxoniae septemvirum qui Sveco se adjunxerat
occupata, audaciam adeptus oppidi magistratus haereticus, nostris minaciter de-
nunciavit ut actutum facesserent. Quibus imperata facientibus, ea statio disso-
luta penitus et eversa est.

Mitius id tamen acceptum in provincia quam damnum in uno factum P. 55.
Jacobo Keller, quem collegio Monachiensi cum eximia laude praesidentem subita
mors intercepit VII. Cal. Martias. Vir fuit doctrina non vulgari, ut erudit libri
plures quos de vario arguento conscripsit, quosque in Bibliotheca Societatis
Alegambius recenset, sati testantur. Catholicae pietatis studio inflammatus, Lu-
theranos nullo consistere loco patiebatur. Fuit cum publice vocatos in disputa-
tionem ita fregit vi rationum ac pondere, ut contra hiscere non audent. Cum
scientia theologica qua potissimum excelluit, amoeniores litteras conjungebat,
oratoriam praesertim artem atque poeticam, hasque ipse litteras non calluit
solum sed per provinciam ductu, exemplo consilioque suo mire provexit. Par
doctrinae prudentia, par in rebus agendis dexteritas atque solertia, quarum com-
mendatione virtutum regendis collegis Ratisbonensi ac Monachiensi diu fuit ad-
hibitus. Consiliis ejus atque opera, magno suo reique publicae commodo ute-
batur Princeps sapiens in paucis Maximilianus Bavariae septemvir, cum illo de
gravissimi imperii negotiis conferre solitus; ac tanti hominem faciebat ut si
vera narrant, eo mortuo pictam ejus imaginem habere prae oculis voluerit, in
intimiore suo conclavi positam. In poenitentiae foro administrando tractan-
disque hominum animis pollebat arte praecipua, cujus rei gratia Septemviri fra-
ter Albertus ejusque conjux Machtildis, illi arbitrium conscientiae suae detuler-
rant. Tot ornamenti coronidem imponebat eximia erga omnes benignitas indi-
gos praesertim et aerumnosos, quorum neminem a se moerentem dimittere con-
suevit. His de causis Kelleri magna vulgo erat viventis existimatio, et mortuum
summi pariter infimique, si tantum excipias catholici nominis adversarios, fleven-
t. Fuit Monachii religiosorum familia, quea haud secus ipsi quam sui ordinis
summo praesidi parentavit, aeris campani pulsu multiplici, pompa funebri et
apparatu solemnibusque funerum caeremoniis ad tres dies productus. Natus erat
Seckingae dioecesis Constantiensis oppido ante annos sexaginta tres, quorum
duos et quadraginta in Societate confecit.

Caeterum usitata ordinis ministeria suum ubicunque licuit cursum tenuere,
et fructum non poenitendum reddidere. Ex heterodoxis numerati tota provincia
ad quadringtonos triginta septem, qui ad obsequium Ecclesiae redierunt, numerus

54.
Statio Rebizien-
sis dissoluitur.

55.
Mors et elogium
P. Jacobi Keller.

56.
Haereticis ad ec-
clesiam reduciti.
Unitus virus e-
gregia.

pro illa temporum iniunctate conspicus; et quidam ad id duris admodum conditionibus devenierunt. Ut de aliis sileam, Burghemii quod ducatus Neoburgensis est oppidum, puella fuit honestis orta parentibus at haereticis, quae cum veritatem catholici dogmatis ex nostris sacerdotibus, qui illic opus evangelicum fecerant agnoverisset, agnitam amplecti palam ac profiteri gestiebat. Obstabat acerrime parens, femina errori perdite addicta et graves minas, si ficeret, intentabat. Illa nihilominus pii propositi tenax, e paterna domo clam profugit ad familiam quamdam catholicorum, ubi recepta inter ancillas haeresim ejuravit, ac famulari deinceps inter extraneos maluit errorum vinculis exsoluta, quam vitae commodis abundare antiquis erroribus illigata, et aeternum peritura inter suos. Catholicis etiam sive e viitorum coeno educendis, sive ad sanctiorem vitae formam perducendis, diligens impensa est cura, in iiii praesertim secessibus quois divinis meditandis rebus B. P. Ignatius instituit. Secessus istos multi ex omni ordine, atque alicubi integrae cum suis coenobiarachis monachorum familiae frequentaverunt. In collegio Lucernensi viginti codem tempore inventi monachi cum suo praeside, commentationibus hisce exercentes sese ex praescripto unius de Societate, cui suam singuli conscientiam et secretiores animi recessus velut moderatori ac magistro aperiebant. Eodem anno Lindaviae nonnulli milia mitigata sunt vetera civium erga nos odia, atque haec causa fuit. Accidit nocte intempesta ut duae conflagrarent aedes, iisque collabentibus etiam tertia ruinam duceret. Eo casu cum oppressi multi aut male multati fruissent, cladem otiosi spectarunt Lutheranorum ministri, qui adhuc viginti urbem infestabant, nec lamentabiles sauciorum gemitus quemquam illorum permoverunt ad ferendam opem. Accurrit tamen noster sacerdos, mediumque se inferens inter rudera igni fumoque torrida, quosdam et lapidum caementorumque acervis erutos quod agerent jam prope animam expavil, alios ad publicum nosocomium exportandos curavit. Hos quin etiam ipse deduxit, ausus eum ingredi locum qui a lutheranis praedicantibus temebatur, ne miseri sacerdotem et sacra catholica desiderarent. Charitatem per se splendidam, alienae socordiae comparatione splendidiorem ipsi admirati sunt adversarii, ex eaque de tota Jesuitarum natione judicium ferentes, acquisi posthac de rebus nostris sentire ac loqui coepérunt.

^{57.}
*Monachi plures
Exercitia spiri-
tualia apud nos
obtineunt.*

^{58.}
*Charitatis exem-
plum a nostro
sacerdote editum
Lindaviae.*

^{59.}
*S. P. Ignatii be-
neficentia Dilin-
gæ.*

^{60.}
*RES RHENI SUPE-
RIORIS.
Rex Sveciae Er-
furtum venit.*

At Dilingae casus ejusdem generis novos B. P. Ignatio clientes peperit. In suburbana villa (Schrazeimum indigenae vocant) ardebat eximiae magnitudinis horreum, ac sensim gliscente incendio, metus erat ne diffunderetur vento flamma ac totum pagum absumeret. Pavore ac tumultu miscente omnia, unus rusticorum processit ubi pavidae cum filiis parvulis matres ac tremebundae spectabant; et quando, inquit, nihil aut parum praesidii est in humana ope, quin vertimur ad caelestem? Simul cadens in genua, Ignatum supplex inclamat. Ignatium ingeminant elata voce feminae, Ignatum pueri, totus confuso ac pio clamore locus circumsonat Ignatum invocantium, ut bonus, ut praesens rebus afflictis adsit. Ad eas voces, mirum dictu! caelum obduci nubibus coepit antea innube, nec ita multo post tantus sese imber effudit, ut flammæ jam in immensum exsuperantes, momento coercitas viderit laeta plebs atque restinctas. Quo tam evidenti beneficio obstricti pagani, ut liberatori suo gratum testarentur animum, die postero in urbem ritu supplicantium venere et ad aram Ignatii munera detulere. Quamquam non hoc tantum facto apud eam gentem commendata Ignatii beneficentia. Ad arcendam pecori luem contagiosam quae late serpebat, non aliud vulgo remedium praesentius habebatur, quam aqua conceptis ad Ignatum precibus consecrata, eratque communis nec falsa persuasio, quae de hoc humore bibissent pecudes, aut non contrahere morbum aut sanari si essent infectae. Quaerebatur proinde ea magno concursu, atque a nostris Dilingae dispertebatur tanta copia, ut interdum una die eadi plus quinquaginta fuerint poscentibus distributi. Atque haec de rebus Germaniae superioris.

Provinciis geminis quae Rheno adjacent, valde luctuosum hunc annum effecerunt arma Svecica, quae regionem celerrime pervagata terrorem ubique ac luctum sparsere, et cum locis omnibus rebusque sacris, tum nostris praecipue

domibus ac collegiis clades infinitas attulere. Rhenanae quam dicimus superiorem, primum incubuit foeda tempestas, ab eaque proinde ego narrationem exordior. Nec mei tamen consilii est singula diligentius exsequi, quod nimis longum et propter rerum similitudinem permolestem esset; sed pauca referam ex quibus fieri de reliquis conjectura poterit. Erfurti ut primum Caesarianorum ad Lipsiam clades nunciata fuit, incredibile dicta est quanto exsilierint gaudio haereticorum qui frequentes in urbe erant. Laetitiam cumulavit auxilique haereticorum audaciam, quod ipse Rex Gustavus Erfurtum cum exercitu adventare diceretur. Degebant id temporis in collegio Erfurtensi socii quindecim, cum repente nocte intempesta audiiri et via clamores inconditi voces in Societatem contumeliosae: simul crebris lapidum ictibus fenestrae confringi. Ea res Rectorem admonuit quanto in periculo socii versarentur. Neque tamen deserendum collegium censuit, sed tantum juniores magistros quatuor, alieno amictu testos, in proximam Eichsfeldiam mature dimisit. Rex interea praemissis aliquot sub Guillermo Vimariensem Duce legionibus appropinquabat, et postridie Cal. Octobris, nullo admodum strepitu neque ullo apparatu urbem' ingreditur. Vix equo de-lapsus, quaerit de Jesuitis. Quos ubi in urbe remansisse cognovit, id gratum sibi esse significans, eodem die sub vesperam collegii Rectorem (erat is P. Joannes Bettinger) evocari ad se jobet in D. Petri coenobium. Namque in hunc editissimum urbis locum visendi causa subierat. Affuit cum socio sacerdote Rector. Eos conspicatus Rex ante coenobii fores, ubi tum forte in magna Principum corona consistebat, utrumque clementer porrecta dextera et aperto capite honorifice salutavit, dominos more patrio compellans. Tum professus habere se de quibus eos alloqueretur, postulata a coenobii praeside qui aderat venia eoque subsequi jussu, nostros intro in monasterium deduxit. Ibi Rex fenestrae admixus, quae in horum despectabat, nostros pariter ac coenobii presidem ad tres ferme horae quadrantes detinuit. Quo in colloquio, quoniam vana de eo multa typis praesertim gallicis per Europam divulgata fuerunt, juvat hic quae ultro citro que dicta fuerint paucis adscribere. Igitur sic fere Rex lingua vernacula coepit. Quod ego vos, domini, ad me huc excierim ea causa fuit, ut intelligerem an Archiepiscopum Moguntinum vestrum esse dominum prosteamini? Attonitis ad haec Patribus ac nutu potius quam voce ita esse significantibus, tum paulo contentiore voce Rex: atqui illum, inquit, hostem ego reputo meum, quippe qui et copias et belli apparatum contra meam salutem Tillio submisit. Verum (quod plena dextra feriens pectus adjecit) Deus concessa victoria, nunc omnia mihi in manum potestatemque contradidit. Dominum equidem vestrum nunquam ego ne verbo quidem offendи, ut nec Caesarem. Quin potius hic immissio in Prussiam exercitu, me laçessivit prior. Necessarios affinesque meos Megalopolitanum et Pomeraniae duces, et recens Marchionem Brandenburgicum Magdeburgi administratorem, quam male indigneque tractarit, ut ditiones eorum occupari omnique maleficio vexarit, nemo nescius est. Plura in eamdem sententiam elocutus, ita subiecit. Vestrae jam partes erunt domino vestro Archiepiscopo suadere, uti quem apud Tillium residuum habet militem revocet et ad me transmittat, malique amicitiam societatemque mecum quam cum hostibus meis colere. Quod si fecerit, eo salvo et incolumi, persecuar inimicos meos neque convertar donec deficiant. Propius vero erat, si mutatis paululum verbis sacri vatis dixisset potius deficiam, ut exitu declaratum est. Tum converso ad utrumque nostrum sermone: Vos equidem sociosque vestros, inquit, urbe non pello. Sin ultro volentesque discedere constituetis, quoquo versum ire placuerit securos incolumesque praestabo, nec per me quidem quisquam vestrum violabitur. Si tamen in urbe resistitis, chirographo testari vos deceat, nihil contra meam meorumque salutem dicturos facturosque esse. Hac lege quin negotium vestrum quieti ac securi agatis non impedio. His dictis paulum progressus quasi discessurus, mox iterum conversus ad nostros, subridenti similis ita latine perrexit. Si fides in vobis est, acceperim promissionem et sponsioni vicissim fidem dederim; si inquam fides in vobis est. Estis enim homines admirabiles, de quibus mira praedicari audio.

Tom. II.

59

61.
Nostros in collo-
quium vocat, ac
benignissime ex-
cipit.

62.
Summa rerum
eo colloquio di-
ctarum.

Verum haec agite, ad me crastina luce responsum perferte. Delapsus inde in alium sermonem: Num quendam, inquit, ex vestratis nostis, Schatchium nomine? (Is ille est P. Henricus Schatchius, de quo nos fuse disseruimus * alibi). Rectore notum sibi hominem affirmante, quin a se auditum saepius cum regiam suae majestatis clementiam depraedicaret: et merito id quidem, Rex inquit. Nisi enim legum severitatem clementia temperassem, capite flagitium luebat. Vir vere malus, qui optimum de meis secretariis pervertit! Flagitio videlicet vertebat Rex, quod Georgius Ursinus qui erat ipsi a secretis, fidem catholicam hortatu Schatchii esset amplexus, quem proinde uti narratum est publice obtruncari jussit. Atque haec summa colloquii, quo absoluto Rex ultro nostris discedentibus in clamavit: Patres, custodias domi vestrae recipiatis, suadeo. Habeo namque militem, fateor, varium ac petulantem. Verum, me quidem concio, nemo vobis molestiam facset. Actae a Patribus regiae clementiae gratiae ac discessum est.

Verum quod de custodiis beneficii loco proposuerat Rex, praefecti cujusdam malignitate nostris in maleficium vertit. Homo siquidem catholici nominis et Societatis nostrarum hostis acerrimus, regia mandata ad libidinem interpretatus, cum duo tressa satis ad custodiā essent milites, viginti quinque in collegium intravit, quibus velut in publico hospitio militari more habitantibus, portis noctu interdiuque patentibus, perdiu in ea domo non ordo, non quies ulla ac nihil minus quam religiosi domiciliī forma exstitit. Caeterum Rectō regressus domum, postulatam sponsonem scripto concepit, sociorumque subscriptione et collegii sigillo consignatam postridie ad Regem detulit. Rex litteris liberenter accepit, quae pridie dederat mandata ad Moguntinum perferenda ultro revocavit, quod vero promiserat neminem socii Erfurti quiescentibus molestum fore, iterum confirmavit. Quin liberrimum iis abitum reditumque fore dixit, si modo urbis praesides quos erat post se relicturus certiores facerent itionum suarum, nec sine eorum litteris patentibus itineri se committerent. Die eodem plures ex summis belli dubibus, ac prae cacteris Vimariae dux Guillelmus et Gustavus Hornius, perspecta Regis erga nos voluntate ac clementia, in collegium advenerunt, neque solum benebole sed plane familiariter ad horas fere tres cum nostris egerunt. Id laudabant illi potissimum, quod Patres Regis humanitate freti stationem non deseruissent. Regis ipsius aequitatem moderationemque animi, sanctimoniam etiam, si superis placet, in caelum ferebant. Quibus praefisi nostri rebus, nihil admodum pensi habuerunt ut Regis promissa tam liberalia scripto consignarentur, ullumve regiae voluntatis documentum litteris comprehensum sibi relinquerebatur, qui error postea capitalis apparuit. Rege nimurum cum exercitu in Franconiam transgresso, Vimarii dux Guillelmus, qui se pro legato regi exercitus primario gerebat, involat repente in monasterium, ut vocant, regularium quod in collegii praediis erat, et congestam eo loco annonam exportat. Quod hostiliter contra spem factum; Rectorem admonuit, promissis ne nimium fideret sed familiae suea mature consuleret. Auxit metum quod cum satis grave tributum ab initio imperatum collegio fuisset, re ipsa multo gravius exigebatur, et variis identidem largitionibus redimere militum vexationem nostri cogebantur. Cum igitur annona ita ut dictum est diminuta in quotidianos collegii sumptus non sufficeret, et jam schedis ab senatu acceptis civis ab urbe digrediendi copia fieret, Rector alias atque alios sociorum clam mutata ueste dimittere instituit, donec collegium omnino vacuum relictum est. Verum id excessit in annum proximum.

Iisdem ferme gradibus ad solitudinem post varias rerum vices perductum est collegium Heiligenstadiense. Hoc anno circa dimidium Septembris mensis, cum tota circum regione ad arma conclamaretur, et Vimariensem dux Guillelmus qui Sveco militabat, extrema omnia facere diceretur ut Eichsfeldiam haberet in potestate, qui Heiligenstadii degebant nostri (quindecim erant numero) omnes praeter Rectorem duosque Fratres rei domesticae curatores, convasatis propere rebus Gottingam profugerunt, usque Patrum Dominicanorum hospitio liberali, ibi ad duos et quadraginta dies substiterunt. Vix credibile dictu est quanta humanitate habiti ab iis Patribus nostri cultique fuerint; qui vicissim ne per otium

63.
Milites in collegium immittuntur praepter voluntatem Regis.

64.
Iterum Rex benevolum separabit nostris, itemque summi ducers.

65.
Post Regis discessum nostri vexantur, et aliqui Erfurto excedunt.

66.
Heiligenstadio aufgiunt nostri metu hostium.

67.
Hospitium summi Gottingae apud Patres Dominicanos.

LIB. 5. n. 27.
P. 422.

tradicent tempus, eosdem adjuvare qua habendis concionibus, qua confessionibus excipiendis studuerunt. Consumpto per haec Octobri, cum interea Heiligenstadiensibus subsidio venisset turma equitum caesarianorum quam comes Wartembergius ductabat, nostri exemptam periculo civitatem arbitrati, denuo Heiligenstadium se receperunt eo consilio, ut proxime post Calendas Novembres gymnasium solemni more aperirent. Et vero aperuerant. At dum maxime fervent studiorum initia, ea rursum belli motus ac strepitus interverterunt. Decembris mensē ineunte, adest cum infestis copiis Vimariae ducis legatus, deditio[n]emque oppidi Regis Sveciae nomine et imperio postulat. Oppidanos cunctantes partim pollicitationibus allicit, partim minis ac terrore cogit. Quibus demum portas aperientibus, binas equitum turmas Heiligenstadii in praesidio collocat, data civibus fide, futuros in tutela. Ducus Vimariensis nihilque illis molestiae illatum iri, nisi quod certum pecuniae numerum pendere cogerentur. At quorsum evaserint haec promissa, dicam anno sequenti. Per eosdem interea dies egressus e Turingia cum praedatorio Vimariensem agmine Schlamerdorffius, Eichsfeldiam occupat maximamque partem rapinis et incendiis vastat, non sacris locis, non ipsis virginum sacratarum coenobitis ferrum flammam abstinens. Furenti non nihil iniiciebat freni arx Gheichensteinia, haud multum alioqui ab operibus ac praesidio firma. Eam ut expugnaret citius, singulare acerbitas exemplum edidit. Agrestes homines binos ex iis qui pecora sarcinasque in arcem comportabant, pabulum de nocte longius progressos interceperant milites. Captos perductosque ad se ferus Dux jacere aleam jubet ea conditione, ut qui numero superior fuisset sodalem ex arbore suspenderet laqueo, idque prope arcem et in conspectu praesidiariorum militum. Detestabatur uteque immanem conditionem, neuter ut vellat sodali et amico esse carnifex animum inducebat. Sed frustra fuit tergiversatio. Unum ex iis vi compellunt feri milites iniicere alteri manus, eique cervicem frangere. Quo perfecto immani facinore, tum eundem in arcem remittunt facti nuntium, simulque denunciare praesidiarii jubent, actum iri in eos pari severitate ni mature arcem triderint. Quae cum non ex vano jactarentur minae, praesidiarii exterriti desperato auxilio deditio[n]em fecerunt. Capta arce, Duderstadio tota belli moles incubuit. Id porro oppidum accrime defendente viro nobili Friderico Westphaleno cum trecentis fere militibus et agrestium armatorum delectis cohortibus, perdiu elusi hostium conatus fuere. At demum accurrens cum majoribus copiis ipse Dux Vimariensis, praesidiarios coegit, si salvi esse vellent ipsius arbitrio se permittere. Potius oppido Dux evocat ad se regionis primos, eosque in fidem ac verba sua jurare cogit. Capita jurisjurandi haec erant. Contra Regis Sveciae sociorumque ejus salutem ac dignitatem, nihil novi neque palam neque clam quacumque ratione esse molitus, in ejusque Regis fide ac potestate futuros, donec aliter de republica decerneretur. Degebant Duderstadii tres quatuorve ex nostris ut in propria statione, Rectori collegii Heiligenstadiensis obnoxii. Dux juramento eorum non contentus, accersitum Heiligenstadio Rectorem, tum pro se tum pro suis jurare in eadem verba jubar. Quod cum ille obedienter fecisset, nihilominus omnes ex oppido Patres dimisit, stationemque Duderstadiensem penitus dissolutam voluit. Quo loco non omiserim, non tam ipsius malevolentia quam civium aliquot occulto impulsu factum id esse, quorum aequa desiderata eo tempore fides in patriam, et aequitas erga nos, et in catholicā religionē constantia. Sane ita ut auditum de Vimariae ducis adventu, adeo nullam defendendi oppidi curam sumpserunt, ut immo minime dissimularent hujus dominationem principis fore sibi gratissimam. Itaque neque sub signa uti decuit convenire, neque excubare pro muris, nec ullam militaris officii partem attingere voluerunt. Auditū deinde cum aperte obtrectarent Jesuitis, eorum ejectionem sibi gratularentur, et multo antea emotos eliminatosque oportuisse nequissimos nebulones istos dicerent. Idem cum lutheranum divini verbi praecōnēm concionatori nostro suffectum cernerent, ea re magnopere delectati gloriabantur palam, nunc enim vero datum civitati ecclesiastē idoneum, qui ad captum hominum apposite diserteque esset dicturus. Et

68.
Redeunt Heiligenstadium.
Dux Vimariæ
oppido potitur.

69.
Vimarienses
Eichsfeldiam va-
stante. Exem-
plum crudelita-
tis ab iis editum.

70.
Duderstadium
occupant, jura-
mentum exigunt
et Residentium
Societatis dissol-
vunt.

71.
Civium aliquot
perfidia in pa-
triā, Societa-
tem et ecclesiam.

non nemo ex primoribus, eo vix audito semel concionatore ut gratiam iniret a novo Principe, nihil veritus est ad coenam lutheranam una cum ipso accedere; quod contra tamen atque ille sibi proposuerat evenit. Miratus siquidem ac porro aversatus hominis levitatem prudens Dux, sic ferme illum compellavit. Ita ne, vir bone, pontificiam religionem tam levi de causâ deseris? Cui non credibile facis, brevi a nobis quoque conversa vela facturum, si melior aliunde ventus adspiret? Quibus dictis confusus ac pudore opletum reliquit. Sed reliqua expediamus.

^{72.}
Nostrorum consilia Heripoli appropinquante Sveco.

^{73.}
Ilorum Principis collegium et urbem deserunt.

^{74.}
Peculium Svecorum odium erga nostros ex uno exemplo.

^{75.}
Prestiosior tempi superllex detegitur ac diripiatur.

Transgressus in Franconiam Gustavus Rex, brevi Konigshovium, provinciae claustrum perrupit. Ea re vulgata trepidatum est Heripoli, et continuo primores civitatis alio dilapsi fuga sibi consuluerunt. Addubitibus nostris quid sibi consilii caperent, superveniens Konigshoviensis arcis Praefectus qui eam Sveco tradiderat, nunciat, auditum sibi Gustavum ipsum Regem cum palam profiteretur, propositum sibi esse in clerum et monachos nihil statuere durius, exceptis tamen Jesuitis quorum nemini esset parsus. Eo nuncio Rector (erat is P. Petrus Facies), adhibitis in consilium gravioribus Patrum, amandare procul statuit juvenes, tum qui humaniores tradebant litteras, tum qui philosophiae operam dabant, capita omnino duo supra quinquaginta, et aliquot praeterea e Fratrum ordine, uti qui nullam afferre opem afflictæ civitati possent. De Patribus vero decernit, nemo ut loco se moveat. Manendum ipsis in urbe quocumque suo periculo, ne civibus metu consternatis consolatores et sacrorum ministri desint. Rem ita compositam miro consensu probarunt domestici; at non item Princeps Episcopus, quem de suscepto consilio Rector censuit admonendum. Ac mihi quidem, ait ille, deliberatum est fuga salutem quaerere. Vos quid vestra intersit videte. Si me tamen auditis, neminem vestrum hic commorantem inveniet crastina lux. Hoc certe rerum statu, cui futuri sint usui tot sacerdotes non video, nisi ut impune ipsi mactentur ab hostibus, et ipsorum fortasse causa civitas universa immittus habeatur. His auditis Rector regreditur mutata mente domum, vocatisque in unum sociis omnis actatis atque ordinis, (erant amplius octoginta numero) denunciat, sarcinulas actutum colligant ac parati sint spatio horae unus abscedere. Nam appropinquare hostis fercebatur. In ea temporis angustia, quamquam per trepidationem ac tumultum omnia administrabantur, nulli ad rem gerendam defuit animus. Mutuata est ab amicis pecunia, et in usum viatici inter omnes divisa. Supellex sacra prestiosior fidis latebris abdita. Conducta jumenta, vehicula comparata. Demum collegio quod ab annis ferme septuaginta habitabatur Deo superisque tutelaribus commendato, sub noctem, caelo pluvio, tota complorante civitate, miserable agmen, in quo senes grandaevi plures et quidam affecta valetudine erant, oppido excessit. Pars in Austriam, pars in Bavariam, nonnulli in Galliam Hispaniamque ut sors et opportunitas tulit devenere. Tres tantum Heripoli restitere, sacerdos unus seminarii Kilianei Praefectus ac duo juniores Scholastici, qui quod erant patria Heripolitani latere apud consanguineos in alieno amictu maluerunt, elusuri uti sperabant ac porro evenit sagacitatem militum, commodiusque postmodum elapsuri. Post biduum prius Idus Octobris, urbem indefensam hostis ingreditur. Ductor militum Gustavus ab Horno, comperto aufugisse civium permultos, edictum proposuit quo revocare profugos conabatur, sancte promittens nihil cuiquam inferendum injuria. At cum ei se obtulisset noster ille sacerdos quem substitisse in urbe diximus, negavit edicto comprehendi Jesuitas eumque facessere quantocius jussit, beneficio apponens quod abire inviolatum sineret. Quo amoto, etiam quod dixi contubernium, alumnis aliis alio migrantibus, dissolutum est. Relicti fuerant in collegio duo expertae probitatis et fidei famuli, qui rem domesticam custodirent. Hi prohibere non potuerunt ne in collegii aedibus reconderetur annona pro regione exercitu. Id autem tametsi tolerabile videbatur malum initio, postea in damnum longe gravissimum vertit. Siquidem qui in vicinis aedibus excubabant ad annonae custodiā milites, latibulum nescio quo indicio subodorati, ubi sacros calices, candelabra ex argento plura, statuas, lychnos atque omne templi

vasarium nostri reposuerant, omnem eam gazam sibi vindicarunt. Partem interea collegii inhabitabant seu conspurcabant potius, cum suis mulierculis ac liberis ministri haereseos quos praedicantes vocant. In templo declamabant assidue e suggestu, ad infrequentem concionem tamen e meritis plerumque lixis calonibusque exaltatam. Nam, quod notari maxime velim, ut multum disrumpentur isti erroris buccinatores, nemo e civibus paulo honestioribus eos audire unquam induxit animum. Adeo defixam sinu avitam religionem habebant, et indignum arbitrabantur vendi sibi nugas ac fabulas eo ipso loco, ubi salutarem haurire doctrinam tot annorum decursu consuissent.

Nihilo melior fortuna collegii Fuldensis fuit, cui tamen non a Svecis sed ab Hassianis ipsorum foederatis illata pernicies. Initium mali factum ab certis offensionibus, quas praetexens Hassiae Langravius Guillelmus, ingentem pecuniae numerum a Fuldensibus exigebat. Cum pecuniam imperatam repreäsentare Fuldenses recusarent, eam ferox Princeps ut extorqueret vi, turmas aliquot equitum peditumque in Buchoviam immisit. Atque id quidem perdiu conatu irrito, quod urbem egregie defensarent cives et vim summa virtute repollerent. At secuta ad Lipsiam Caesarianorum clade, cum victrices Svecorum copiae imminerent et nulla relinqueretur auxiliis spes, versa momento est facies rerum. Fuldensium plerique exterriti, abjecta rei publicae cura extra oppidum se ejecerunt, et ad villas saltusque celeriter profugerunt. Princeps ipse atque Antistes Fuldensis, Tillianorum reliquias assecutus, longe se proripuit. Quare urbem omni praesidio destitutam Hassianus obsidente nemine occupavit. Cives arma primum ponere, dein pecuniam quantum hostium ingluvies posceret pendere coguntur. Restituent ibi ex nostris dumtaxat duo, caeteris in tempore dilapsi. Eos Hassianorum Praefectus Albertus Urselius minus illiberaliter, quam ab hoste et haeretico sperandum videbatur habuit. Excepto enim quod pecuniam subinde corraderet variò obtente studebat, caeterum nihil illis exhibebat molestiae; neque solum pacate vivere in suo collegio, sed etiam suis fungi libere Ministeriis in templo patiebatur. Quae causa fuit ut Fuldam redirent alii duo Patres, quos haud ita pridem pavor fugaverat. Quinque fere menses tenuit haec qualiscumque tranquillitas. Quo medio tempore Fuldam cum advenisset Sveciae Regina, collegium nostrum invisere ac Patres benigne affari non dubitavit. Femina ea erat supra sexum intelligens, et Lutheri doctrina non leviter tincta. At liberius de religione garrientem unus Fuldensium procerum haud magna doctrina vir, una interrogatiuncula egregie confudit in hunc modum. Inducto super coenam sermone de sacerdotum catholicorum caelibatu, negabat Regina eam rem esse licitam et plura de hoc arguento disserebat. Illud addidit, majorem humanis viribus virtutem caelibatum esse, neque mortalium quemquam posse venere abstinere diu. Tum adstantium unus loquentem modeste interfatus, quaequivit ex ea, quamdui suum non vidisset serenissimum Regem? Biennium integrum, inquit illa. At simul ut erat prompto ac sagaci ingenio, se velut hamo captam ac tacite irretitam sentiens, ne revinceretur apertius sermonem alio detorsit.

Caeterum ut ad institutum redeam, quinto post mense quam Fulda potiebantur Hassiani, multo est facta deterior conditio rerum nostrarum. Adest ex improviso missus Cassela vir ut ferebatur doctus, qui publicam Fuldensium rem multis partibus collapsam erigeret atque ordinaret, amplissima in id potestate instructus. Homo Calvino plenus, primum instaurandae reipublicae gradum ponens in catholici nominis oppressione, continuo senatoribus ac consiliariis Principis loco motis calvinianos substituit. Progressus hinc ad minora munia, ea hominibus suarum partium attribuit, prioribus administris nulla causa exactioratis. Ita cum pedetentim grassari contra Catholicos pergeret, nulli erat dubium quin tandem ad collegium nostrum seminariumque pontificium deveniret. Nec diu praesagio absfuit eventus. Februario mense exeunte, proclinata jam die collegium improvisus subit cum manipulo militum, vocatisque in unum Patribus (quatuor numero erant) edicit nomine Principis, ut collegio jam tum excedant, atque intra horas viginti quatuor totius Buchoviae finibus exsulcent. Poenam

76.
Prædicantes in
tempo decla-
mant, sed non
audiuntur.

77.
Hassiani Ful-
dam occupant.

78.
Nostris ad ali-
quot monses
haud male ha-
bentur.

79.
Regina Sveciae
collegium invi-
sit. De caelibatu
disservens una in-
terrogatione con-
funditur.

80.
Hassianus mini-
ster catholicos
opprimit Ful-
dae.

81.
Nostris indicit
exsilium summa
inclemencia.

capitis denunciat, nisi obtumperaverint. Patres saeva denunciatione perculsi, roga-re ut noctis unius, unius saltem horae spatiū condonetur sibi. Nihil impetratum. Poscuntur nomina singulorum, perscribuntur et in litteris securitatis quas salvi conductus vocant, consignantur; quibus traditis litteris momento eodem abire coguntur, non pallio, non ullo ad iter viatico instructi. Ne id quidem po-scentibus permisum, ut quotidianarum precum codicem exportarent. Quantum porro securitatis praestitutiae essent eae quas dixi litterae, prius etiam quam e collegio discederent cognosci potuit. Circumstetere milites audacissimi, ac singulos suis indumentis usque ad interulam dispoliaverunt. Et quia hanc quoque detrahere conantibus resistebat ab insita verecundia P. Jacobus Fichtner, eum improbi, senem aetate ac canitie venerabilem, fustibus colaphisque barbarum in modum ceciderunt. Unus quin etiam more canis involans in ejus os genas mordit tanta saevitie, ut impressa dentium horrenda vestigia deleri nunquam potuerint. Alteri itidem ex Patribus quiranti foeditatemque facinoris exprobranti, ferox miles ictum imposuit capiti tanta vi, ut in duo frusta dissilierit baculus non exilis. Spectavit haec bonus reipublicae restaurator, neque tamen suorum licentiam paulum repressit. Ita Patres suis exsuti tunicis, fustibus male contusi, mille indignitatibus contumeliisque onerati, per scalarum gradus insano impetu ac furore impelluntur primum, dein e collegii limine in publicum extruduntur. A collegio ad portam usque oppidi, qua abeundum erat, stabant longis ordinibus dis-positioni hinc inde milites, armis velut ad pugnandum intentis. Medii incedere coacti sunt Patres timpanis tubisque persprentibus, ut in publica gratulatione ac laetitia fieri consuevit. Ut ventum in suburbium, irruunt denuo in praedam soluti milites ac reliqua veste, quam pudor detrahi non sinebat, ut cuique libido fuit, miseros exsunt. Unum jam omnino nudaverant, eamdemque injuriam caeteris faciebant. Sed foedum et immane facinus execratus nobilis centurio, cui non omnem honesti sensum haeresis eripuerat, adequitans cohibuit impuros praedones ac subculam lineam homini nudo restitui jussit. Id itaque unum relictum est Patribus modestiae munimen, quo male contra vim frigoris cooperati, inter pro-cacis multitudinis sannas et scommata dimissi sunt.

82.
*Patres indigne
spoliatur a mi-
litibus, ac conci-
duntur.*

Ad eum modum exacti quo se verterent non habebant. Et quamvis rerum omnium egentissimi, ut erant tamen seminudi, pudore prohibebantur ne se in cuiuspiam conspicuum darent, et eorum etiam a quibus juvari poterant occursum vitabant. Ecce autem circumspicientibus apparent pri adolescentes aliquot, effuso cursu properantes ex urbe. Alumni Societatis erant, collegii nostri scholas frequentare soliti, qui carissimos Patres eminus prosecuti nonnihil indumentorum iis deferebant, ipsorum miserantes vicem et quam possent opem prolixe offentes. Solatio fuit istorum adolescentium pietas. Patres actis impense gratis, oblatas vestes quae, demum cumque eae essent, induunt. Quod deearat, a villicis mendicant corrogant. Satis demum tecti, si non contra hiemem quae frigidissima erat, at contra hominum procacitatem ac lascivos obtutus, proficisuntur. Ibant intentis jam tenebris, nimbo caelo et inclemeti, via nivibus impedita, male vestiti, consiliis inopes, itinerum ignari, fame frigore ac recentibus animi corporisque aerumnis debilitati, laeti tamen atque hilares quod digni essent habiti prp nomine Jesu contumeliam pati. Unum dolebant, quod non pro ejusmodi causa vitam etiam sanguinemque profundere contigisset. Delati per tenebras ad familiae Benedictinae coenobium in colle Petriño situm, pro usitata Patrum eorum benignitate hospitaliter sunt excepti, ac rebus omnibus necessariis adjuti. Ibi quod reliquum fuit noctis posuerunt. Die postero albente vix caelo, iterum se dant in viam summa festinatione. Nam capitale erat, si post horas viginti quatuor intra Buchoviae fines deprehensi forent. At Jacobum Fichtnerum aetatis exactae senem, adeo defecerunt inter progrediendum vires ut manibus interdum fuerit deferendus. Buchovia egressis multa fuit deliberatio quo tenderent. Quippe itinera infesta, locus omnis intutus ac militibus, praedonibusque interseptus erat. Fichtnerus Bambergam cogitabat. At metu latronum undique discurrantium coactus Walteschebacium Franconiae vicum divertere, ibi longius quam putaverat

83.
*Oppido extru-
stum accipiunt
a piis adolescen-
tibus.*

Ad eum modum exacti quo se verterent non habebant. Et quamvis rerum omnium egentissimi, ut erant tamen seminudi, pudore prohibebantur ne se in cuiuspiam conspicuum darent, et eorum etiam a quibus juvari poterant occursum vitabant. Ecce autem circumspicientibus apparent pri adolescentes aliquot, effuso cursu properantes ex urbe. Alumni Societatis erant, collegii nostri scholas frequentare soluti, qui carissimos Patres eminus prosecuti nonnihil indumentorum iis deferebant, ipsorum miserantes vicem et quam possent opem prolixe offentes. Solatio fuit istorum adolescentium pietas. Patres actis impense gratis, oblatas vestes quae, demum cumque eae essent, induunt. Quod deearat, a villicis mendicant corrogant. Satis demum tecti, si non contra hiemem quae frigidissima erat, at contra hominum procacitatem ac lascivos obtutus, proficisuntur. Ibant intentis jam tenebris, nimbo caelo et inclemeti, via nivibus impedita, male vestiti, consiliis inopes, itinerum ignari, fame frigore ac recentibus animi corporisque aerumnis debilitati, laeti tamen atque hilares quod digni essent habiti prp nomine Jesu contumeliam pati. Unum dolebant, quod non pro ejusmodi causa vitam etiam sanguinemque profundere contigisset. Delati per tenebras ad familiae Benedictinae coenobium in colle Petriño situm, pro usitata Patrum eorum benignitate hospitaliter sunt excepti, ac rebus omnibus necessariis adjuti. Ibi quod reliquum fuit noctis posuerunt. Die postero albente vix caelo, iterum se dant in viam summa festinatione. Nam capitale erat, si post horas viginti quatuor intra Buchoviae fines deprehensi forent. At Jacobum Fichtnerum aetatis exactae senem, adeo defecerunt inter progrediendum vires ut manibus interdum fuerit deferendus. Buchovia egressis multa fuit deliberatio quo tenderent. Quippe itinera infesta, locus omnis intutus ac militibus, praedonibusque interseptus erat. Fichtnerus Bambergam cogitabat. At metu latronum undique discurrantium coactus Walteschebacium Franconiae vicum divertere, ibi longius quam putaverat

84.
*In exsilio abe-
unt iungere pe-
rincommode.*

Ad eum modum exacti quo se verterent non habebant. Et quamvis rerum omnium egentissimi, ut erant tamen seminudi, pudore prohibebantur ne se in cuiuspiam conspicuum darent, et eorum etiam a quibus juvari poterant occursum vitabant. Ecce autem circumspicientibus apparent pri adolescentes aliquot, effuso cursu properantes ex urbe. Alumni Societatis erant, collegii nostri scholas frequentare soluti, qui carissimos Patres eminus prosecuti nonnihil indumentorum iis deferebant, ipsorum miserantes vicem et quam possent opem prolixe offentes. Solatio fuit istorum adolescentium pietas. Patres actis impense gratis, oblatas vestes quae, demum cumque eae essent, induunt. Quod deearat, a villicis mendicant corrogant. Satis demum tecti, si non contra hiemem quae frigidissima erat, at contra hominum procacitatem ac lascivos obtutus, proficisuntur. Ibant intentis jam tenebris, nimbo caelo et inclemeti, via nivibus impedita, male vestiti, consiliis inopes, itinerum ignari, fame frigore ac recentibus animi corporisque aerumnis debilitati, laeti tamen atque hilares quod digni essent habiti prp nomine Jesu contumeliam pati. Unum dolebant, quod non pro ejusmodi causa vitam etiam sanguinemque profundere contigisset. Delati per tenebras ad familiae Benedictinae coenobium in colle Petriño situm, pro usitata Patrum eorum benignitate hospitaliter sunt excepti, ac rebus omnibus necessariis adjuti. Ibi quod reliquum fuit noctis posuerunt. Die postero albente vix caelo, iterum se dant in viam summa festinatione. Nam capitale erat, si post horas viginti quatuor intra Buchoviae fines deprehensi forent. At Jacobum Fichtnerum aetatis exactae senem, adeo defecerunt inter progrediendum vires ut manibus interdum fuerit deferendus. Buchovia egressis multa fuit deliberatio quo tenderent. Quippe itinera infesta, locus omnis intutus ac militibus, praedonibusque interseptus erat. Fichtnerus Bambergam cogitabat. At metu latronum undique discurrantium coactus Walteschebacium Franconiae vicum divertere, ibi longius quam putaverat

85.
*P. Jacobus Fi-
chtnerus pie mo-
ritur. Ejus elo-
gium.*

Ad eum modum exacti quo se verterent non habebant. Et quamvis rerum omnium egentissimi, ut erant tamen seminudi, pudore prohibebantur ne se in cuiuspiam conspicuum darent, et eorum etiam a quibus juvari poterant occursum vitabant. Ecce autem circumspicientibus apparent pri adolescentes aliquot, effuso cursu properantes ex urbe. Alumni Societatis erant, collegii nostri scholas frequentare soluti, qui carissimos Patres eminus prosecuti nonnihil indumentorum iis deferebant, ipsorum miserantes vicem et quam possent opem prolixe offentes. Solatio fuit istorum adolescentium pietas. Patres actis impense gratis, oblatas vestes quae, demum cumque eae essent, induunt. Quod deearat, a villicis mendicant corrogant. Satis demum tecti, si non contra hiemem quae frigidissima erat, at contra hominum procacitatem ac lascivos obtutus, proficisuntur. Ibant intentis jam tenebris, nimbo caelo et inclemeti, via nivibus impedita, male vestiti, consiliis inopes, itinerum ignari, fame frigore ac recentibus animi corporisque aerumnis debilitati, laeti tamen atque hilares quod digni essent habiti prp nomine Jesu contumeliam pati. Unum dolebant, quod non pro ejusmodi causa vitam etiam sanguinemque profundere contigisset. Delati per tenebras ad familiae Benedictinae coenobium in colle Petriño situm, pro usitata Patrum eorum benignitate hospitaliter sunt excepti, ac rebus omnibus necessariis adjuti. Ibi quod reliquum fuit noctis posuerunt. Die postero albente vix caelo, iterum se dant in viam summa festinatione. Nam capitale erat, si post horas viginti quatuor intra Buchoviae fines deprehensi forent. At Jacobum Fichtnerum aetatis exactae senem, adeo defecerunt inter progrediendum vires ut manibus interdum fuerit deferendus. Buchovia egressis multa fuit deliberatio quo tenderent. Quippe itinera infesta, locus omnis intutus ac militibus, praedonibusque interseptus erat. Fichtnerus Bambergam cogitabat. At metu latronum undique discurrantium coactus Walteschebacium Franconiae vicum divertere, ibi longius quam putaverat

commoratus, post sex fere menses pie decessit. Erat is non solum proiectae vir actatis, sed etiam maturae virtutis et multorum in Societate stipendiiorum miles. Solemne habebat stipem ab opulentis civibus cogere, collectam egentioribus pro cujusque necessitate dividebat; qua re tantam adeptus erat charitatis et misericordiae famam, ut vulgo pauperum pater audiret. Eosdem fidei religionisque documentis instituebat aegros praesertim, quos omni ope sublevatos peccatis insuper absolvebat. Ob has dotes diligens senex, gratius vulgo fuit dum vixit, moriens vero cum multis aliis, tum maxime iis quorum regebat expiabatque animos, magnum sui desiderium reliquit. Mortuo loci Parochus cum quanto potuit maximo honore justa funebris persolvit. Etiam Fuldae parentatum illi est in aede Deiparae; nec non in vicinis pagis ubi cognita viri virtus et merita. Pagus fuit in quo ad indicum pro P. Fichtnero funebre sacrum, interfuerunt coloni eo numero ac frequentia quantam nemo alias viderat. Sed ad narrationis ordinem redeamus.

Ejectos tanta inclemencia et indignitate Patres iniquissimo animo civitas Fuldensis tulit, neque inventus quisquam tam nobis adversus, qui non eorum doleret miserrimam vicem et immite factum detestaretur. Amici tametsi utile nihil possent, dolorem tamen silentio ipso moestissimoque vultu et quidam etiam lacrimis testabantur. Neque ipsis adeo haereticis probari potuit crudelitas inter cultas gentes haec tenus inaudita, qua humanae naturae sacratiora jura violata viderentur magno Hassiani nominis dedecore et infamia. Aderant tum Fuldae legati Regis Daniae, et immanem pompam qua ex urbe pellebantur nostri e fenestra conspicati, barbarum scilicet facinus oratione libera reprehenderunt, deque militum saevitia graviter cum Gubernatore conquesti, auctores ei fuerunt ne tantam crudelitatem inultam dimitteret. Guillermum Hassiae Langravium furent de re tota edictum infremuisse, et in praecipuis facinoris auctores inquendum curasse ut pro modo culpae plecterentur, cum praesertim eo de facto multi cum indignatione ac fremitu tota Germania loquerentur. Sed quidquid id fuerit, qua prorsus hora pulsi fuerunt nostri, eadem milites cum solemnii timpanorum tubarumque strepitu, velut insigni parte Victoria collegii possessionem ceperunt. Non tamen intromissi omnes in penetralia, sed ii tantum qui magis in ludo mercurii ad farta erudit. Prae caeteris unus dignitate et rapacitate insignis, spe praedae ac rapinarum collegium ad aliquot hebdomas incoluit, atque hoc medio tempore quidquid ullius pretii repertum, diripuit convasatumque alio exportandum curavit. Relictum in altari panem consecratum haud aegre permisit Parochio reposcenti, modo sibi argentea pixis in praedam cederet. Sacram Hostiam Parochus in aedium curialem ritu solemnii religiose detulit, et nostros ea de re solitos ingenti cura liberavit. Bibliotheca non exigui pretii quam sex circiter coronatorum millibus aestimabant, Casselam transmissa ad Principem. Ejusdem addicti aerario omnes collegii preventus. Domus probe expilata binis Calvinianae sectae ministris ad habitandum permissa, cum hoc ut unus haeresim pro concione proclamaret, alter ludum litterarium exerceret. Suam eterque spartam strenue obire ministri cooperunt. Sed civium honestiorum constantior fuit animus, quam ut audire haereticum concionatorem vellent, aut suam sobolem haeretico ludimastro instituendam permittere. Quare in templo peraeque ac in schola, si non solito ac silentium mira certe auditorum paucitas quamdiu nostri exsulaverunt fuit. Atque haec de collegio Fuldensi, quae nos usque ad exitum paulum extra annum praesentem evagati perduximus, ne rerum adeo lamentabilium seriem abrumpere, earumque saepius refricare memoriam cogeremur. Jam ea tantum quae ad hunc annum pertinent exsequemur.

Nondum belli flamma qua totum fere ardebat Romanum Imperium, Hagenoam attigerat. Cum tamen gliceret in dies latius, et jam e proximo stridor ingruentis incendi quodammodo exaudiatur, ea res valde sollicitum habebat provinciae praesidem quid de familia collegii Hagenensis statueret. Erat namque praeter modum frequens, utpote cui accesserant nuper noviti viginis tres, Molshemio propter pestilentiam profugi, aliique multi se addiderant socii e suis

^{87.}
Indignam nostrorum ejectoriem ipsi determinantur haereticis.

^{88.}
Hassiani collegium Fuldense occupant ac diripiunt.

^{89.}
In eo habitant duo Praedicatorum. Istorum conationes et scholae sunt auditoribus.

^{90.}
Collegium Hagenense penitus vacuum relinquitur.

sedibus exturbati, qui in hoc Alsatiae oppido asylum sibi perfugiumque quaeſie-
rant. Parte alia magistratus publicaque administratores rei, minime dubitantes
quoniam huc etiam brevi svecica arma pervaderent, urbem regionemque circumpo-
sitam omni commeatu spoliaverant, sive ut subtraherent hosti pabulum, sive ut
res fortunas suas in tuto collocarent. Quod prudenter more militari factum,
tametsi in ejusmodi casu reprehendendi non debuit, tamen civitati universae perin-
commode accidit, omniumque animos immani pavore concussit. Nostri igitur
qui ea annonae paritate se sustentare, ne dum tantam hospitum multitudinem,
ultra non possent, collegii deserendi consilium ceperunt, ac plerique in Lotharin-
giā jussu Provincialis Praepositi se receperunt. Duo tantum restiterunt ad civitas-
tis solatium sacerdotes ac fratres adjutores tres, qui rem domesticam custodirent.
Verum sacerdotes dum stationem suam magnis tuentur animis, et in omnem
rei bene gerendae occasionem incumbunt, materiam amplam exercendae virtutis
unde minime rebantur habuerunt. Deprehenditur ex improviso lues intra
oppidum, incertum unde inventa, qua passim infecti cives misere interire coe-
perunt. Patres mali diritate non absterriti, huc illuc quo necessitas vocabat ac-
currere, solari expiareque moribundos, nulli officio deesse. Quod dum agunt in-
cautius quam res ac tempus posceret, ambo morbum contagione traxerunt et
in pio ministerio feliciter occubuerunt. Fuerunt hi PP. Hermannus Marckelsbach
et Ubertus Wangh, viri satis hoc mortis genere commendati. Accessit litterarum
magister admodum juvenis, Nicolaus Lindt Luxemburgensis, qui Herischsfeldia
Svecorum appropinquantium metu fugiens, hic in pestilentiam hostem nocen-
tiorem incurrit, vitamque pie innocenterque actam pari exitu clausit. Caeterum
hoc anno Svecum militem Hagenoa non vidit. Sed neque Molshemium vidit, licet
qui ex Rheno Moenoque pulsi huic confugiebant magno numero socii, appro-
pinquare hostem et magnis itineribus in Alsatiā contendere nunciarunt. Hic
rumor quamquam temere sparsus, cum valde similis vero esset, movit civium
opulentiorum plerosque ut circa natalias Christi ferias urbe excederent, et ad
tutoria loca se suaque comportarent. Nostri tamen ne reliquis civibus minueren-
tur animi in loco manserunt, ac ne tum quidem usitata studia exercitationesque
juventutis intermisserunt. Solummodo ne repentinis eventibus excluderentur, sa-
cram templi supellectilem atque hujusmodi gazam omnem tutis latebris abdi-
derunt. Haec sub anni exitum. Quae prius quam agerentur, corrupta caeli plaga
urbem afflictavit lues et miserandam mortalium edidit stragem. E nostris obie-
runt octo. Novitios Praepositus Provincialis Hagenoum ut supra indicavi traduci
jussit. Sed rebus tristibus juvat laetiora quaedam intexere.

^{91.}
*Relicti in eo so-
ciū tres pastores ab-
sumpti moriun-
tur.*

^{92.}
*Status collegii
Molshemianis
inter bellum me-
tum et pestilen-
tiae clades.*

^{93.}
*Residentia Ba-
densis augetur
liberalitate Prin-
cipis.*

Dum locis ad Rhenum omnibus, vel armorum terrore vel haereticorum in-
juriis exagitatur Societas, eam contra Catholicī Principes amplioribus ornare be-
neficiis studebant. Prae caeteris egregiam erga nos voluntatem Guillelmus Marchio
Badensis ostendit, collocatam pridem Badae residentiam Societatis augere,
et ad collegii conditionem provehore summa ope studioque conatus, aerario licet
ob temporum calamitates exhausto. Malbergae in ditione Lharense bidui itinere
a Bada, coenobium olim fuerat ordinis ut vocabant Steigensis, sub Divi Augus-
tini regula. Eo per summos Pontifices abolito ordine, institutum illic fuerat ca-
nonicorum collegium, idque postea Nassavii comites haeretici dum eam regionem
possiderent sustulerant, bonis aut dissipatis aut in fiscum redactis. Jam ergo
Guillelmus, recepta de Nassaviorum manibus ex aequo et bono Malberga, quam-
quam ejus coenobii bonis frui Urbano VIII assentiente poterat, ea tamen con-
tribuere nascenti Societatis collegio Badensi maluit. Addidit villam insignem uno
ferme ab urbe milliari aere suo coemptam. Quibus beneficiis cum redirent re-
sidentiae anni proventus ampliores, auctus itidem est sociorum numerus ad
quatuordecim et novae scholarum apertae classes, ut nihil jam deesse ad col-
legii rationem praeter titulum videretur. Verum inter haec Caesarianorum ad
Lipsiam clades omnia intervertit. Badensis enim Marchio, qui hactenus de
suo legionem ter mille peditum sub Tillio duce aluerat ac per suum legatum
ductaverat, nunc ut luculentius fidem suam erga Caesarem Romanumque

Imperium declararet, arma ipse induit et nova legione aliisque copiis sibi adjunctis, in Franconiam proficisci statuit et tillianis reliquiis subsidium sex mille militum ferre: quo distractae de collegio perficiendo curae, et in aliud tempus rejectae fuerunt. Neque minus eluxit hoc anno Francisci Lotharingiae Ducis liberalitas erga Residentiam Bockeneimensem, quam similiter ad collegii statum perducere moliebatur. In ea Princeps munificus octonos alebat de suo Patres ex diversis provinciis evocatos, praeter fratres adjutores aliquot; ac libenti quidem animo sumptum hunc faciebat, quod triennio minus non ipsam modo urbem Bockeneimum sed Comitatum omnem Sarverdensem, Patrum opera, ab erroribus repurgatum et vitae religioni restitutum cerneret. Cum tamen ad collegii rationem census opus esset stabili ac proprio, huic conficiendo adjectit animum. Altero ab urbe lapide coenobium erat pervetustum, olim a Rege Dagoberto ut creditur pro familia Benedictina fundatum, deinde in usum virginum sacratarum conversum, nunc vacuum et a comitibus Nassaviis regnante haeresi in villam commutatum. Hanc ut vocabant abbatiam Herlitzemensem, cum suis fundis Dux in dotem Residentiae Bockeneimensis a summo Pontifice assignandam curavit, in ejusque possessionem hoc ipso anno Societatem immisit. Nonnulla fuit disceptatio inter nos, quod, Patres Galli hoc domicilium ad suam trahere provinciam campanicam conarentur, inducendamque in urbem contendenter linguam gallicam, Germani contra pro se ac sua lingua pugnarent. Sed contentionem praecedit ipse Dux fundator, rogato per litteras P. Joanne Coppero Rheni superiori Praeposito, ut de sua provincia magistros Bockeneimensis daret qui lingua patria docerent litteras. Accessit auctoritas Mutii qui Residentiae novum imponens Praesidem, eum a Rectore collegii Molsheimensis pendere jussit. Compositis in hunc modum rebus haud multum aberat ut collegium perficeretur, cum immatura morte sublatus est Dux Lotharingorum Franciscus; cumque illi successisset Carolus filius rebus nostris non adeo additus, adversarii multis motis litibus rem disturbarunt, donec potitus urbe Suecus nos pariter et adversarios eadem ruina involvit.

Inferas quoque Rheni partes svecici belli flamma corripuit, et nostros alicubi suis sedibus depulit. Hoc ipso labente anno (nam insigniores clades in sequentem excesserunt, opportunius proinde a nobis libro proximo referendae) ante exitum Octobris mensis, subita hostium irruptione capitul Paderbona, collegiumque quod ibi habebamus capitulum amplius sexaginta dispergitur. Res ita accidit. Guillelmus Hassiae Lantgravius, qui Sveco stipendia faciebat, Rhenumque inter et Visurgim supremis bellu dux fuerat renunciatus, post occupatam Fuldam et minores aliquot in eo tractu urbes, cum porro progressurus ad Moenum flumen putaretur, converso repente itinere Paderbonam contendit admodum imparatae civitati exercitum. Simil dispositis in editiore elvo qui urbi imminebat tormentis muralibus, ditionem minaciter poposcit. Minas ridebant e populo plerique, suas scilicet respicientes vires, quibus facile repelliri posse militem novum et tumultario delectu conscriptum confidebant. Hinc fortissimi quique raptis armis ad moenia convolantes, tormenta curulia expedire, emunire portas, quacumque ad defensionem patriae pertinerent summa fide ac virtute administrare. At dum haec maxime geruntur, primores urbis reique publicae gubernatores, quis uti ampliores fortunae ita carum amittendarum metus gravior, legatos de pace ad Hassianum mittunt, frementibusque frustra bonis quibusque civibus hostem intra moenia recipiunt. Designata fuerant sua militi externo diversoria. Princeps collegium nostrum delegit sibi ultro professus placeare sibi prae caeteris hoc hospitium, ea maxime causa quod eodem esset usus in simili casu Christianus Brunswicensis, cuius omnia sequi exempla statuisset. Male ominosum id nostris erat. Namque hic ille est Christianus de nomine. Episcopus quem invaserat vulgo Alberstadiensis appellatus, Societatis nostrae vexator acerrimus, quem nos ante novem annos, Paderbona itidem in potestatem redacta, in collegio nostro habitantem ac saeva multa contra nostros statuentem

Tom. II.

60

Dux Lotharin-
giæ stationem
Bockeneimensem
erigere in colle-
gium studi.

Multiplici mora-
res disturbatur.

RES RHENI INFEE-
TIORUM.
Paderbona Hassiae Lantgravio
se dedi.

Qui collegium
nostrum sibi eli-
git habitandum.

* Lib. 7. n. 61. p. 564.

^{98.} *Eius inclem-
tia erga quatuor
residuos Patres.*
vidimus. * Nec sane aequior Lantgravius fuit. Restiterant in collegio Patres dumtaxat quatuor, quorum unus senex erat annis morbisque fractus atque oculis omnino captus, et aliquot praeterea in alieno amictu fratres quasi totidem domestici famuli. Reliqui mature diffugerant ac divisis manipulis Coloniam, Monasterium, Sigenam, Confluentiam ut cuique promptius concesserant, paucis quibusdam exceptis, qui mutata veste latere in urbe apud amicos maluerant. Principio Lantgravii una cum fratre natu minore ac lauto procerum comitatu collegium ingressus, eo curiosius perlustrato Patres in unum conclave contrudi omnes jussit, apposita custodia ne cui liceret pedem efferre. Qui sex continenter dics in eo detentis veluti carcere, praeter angustiam loci, contumelias ac probra multa sorbere coacti sunt, accedentibus pro arbitrio militibus protervis, et sexcenta Jesuitarum crimina ipsis objectantibus, summam arrogiantiam scilicet, avaritiam inexplibilem, romanae superstitionis amplificandae malum impotensque studium et his similia, quarum rerum causa inquietabant totam hoc tam ferale bello deflagrare Germaniam. Die septimo adest ferox Principis administrator, atque haec truci vultu denunciat. Solvant jam tum numnum imperialium decem millia, pensitaturi deinde in singulas hebdomadas florenos centum tributi nomine. Non aliter redimi libertatem posse. Addit non latere Principem de sodalibus eorum plus viginti, qui mentito amictu diversis intrâ urbem latebris occultarentur. Eos adesse festestim jubeant, nisi malint per vim et cum ignominia in lucem profrahi. Nisi fecerint imperata, Casselam se exportando atrociterque cruciandos scient. Responsum est libere ac nulla verborum ambage, pecuniae nihil esse quod mercandae causa libertatis penderent, ne teruncium quidem. Patre Principi collegium, res possessionesque in ipsis potestate esse. De his ageret pro arbitrio, at pretium libertatis nullum speraret. Si qui delitescerent in urbe socii, sibi privatis hominibus jus in eos nullum potestatemque esse. Frustra proinde peti a se, ut illi e suis prodire latebris cogantur. Caeterum se suaque omnia in manu esse Principis, quem sperarent nihil pro sua aequitate decretrum nisi quod jus fasque sinerent. Hoc semel dato ac saepius confirmato responso, cum de sententiâ dimoveri non possent Patres, Lantgravius resisti sibi armato ac rerum potenti non ferens, corripi omnes ac deferri Casselam jubet, tamdiu macerandos scilicet squallore carceris, dum pacisci imperatam pro libertate pecuniam cogerentur. Rei exsequendae curam commitit uni e suis accensis viro truculento et immitti. Ipse Paderbona cum parte copiarum discedit.

^{99.} *Patrum con-
stantia aduersus
ipsius postulata.*
100. *Eos Princeps
deportari Casse-
lam jubet.*
101. *Tres Patres Cas-
selam traducen-
tur itinere pe-
rincommodo.*
Mandatum Principis perficere nihil distulit saevus minister. Immisso derepte in collegium curru, denunciat Patribus itineri se accingant: momento eodem demigrandum Casselam. Aegre exorari potuit ut senem illum caecum, de quo supra dixi, licet multiplici valetudine debilitatum, non una cum aliis ad profactionem compelleret; quod si faceret, haud dubie in itinere moriturum prænunciabant medici. Dempta de illo cura, tres reliqui Patres paratum cum viderent currum, cum satellites improbos discessum urgentes audirent, at illud saltem flagitarunt, sibi ut traderentur hostiae consecratae quae in ara templi maxima servabantur. Quod facile concessum est, modo sacrum ex argento calicem haberet sibi minister, quasi mercedem pro beneficio debitam. Eas sacerdos unus absumpsit. Tum laeti currum condescenderunt, seque stipatoribus quocumque vellet duendos permiserunt. Iter etsi biduo confectum, tale fuit quale suum describit Ignatius Martyr, cum inter decem leopardo id est milites ad custodiam appositos, Romam e Syria traduceretur. Praeter alia incommoda quae numerare singula longum esset, aurigae vel imperitia vel perversitate bis subversus est currus lapsu admodum periculo, qui tamen Deo protegente fuit innoxius. Ut ventum Casselam constitut parumper in suburbio currus, dum concurreret ad visendum seu potius ad insultandum plebecula, cuius insano clamore, sibilis conviciisque fenestrae omnes ac viae quacumque praetergrediendum fuit personuerunt. Conspectae procaces vetulæ, quae pene exscreando rumpebantur, ut salivam conatu summo collectam despuerent in Patres. Ita deducti in arcem sunt ac Burchardo Vigilio urbis Gubernatori in custodiam traditi. Postridie qui dies

^{102.} *Tetrum in car-
cerem conjiciuntur,
ac dire ve-
xantur.*

sanctis omnibus sacer erat, nempe ut recordatione eorum *qui calicem Domini biberunt* ad similia perferenda confirmarentur, migrare jubentur in vicinam turrim, et in foedum tetrumque carcerem facinorosorum, latronum, reorum denique capitalium infame receptaculum contruduntur. Locus erat oppletus sordibus, uliginosus, angustus et adeo obscurus ut vix malignam admitteret e fenestella lucem, quanta opus erat ad sacerdotale pensum quotidianaes psalmodiae persolvendum. Mephitis praeterea intolerandam exhalabat. Lectus in eo nullus, ne stramen quidem ad deponenda corpora. In conspectu equulei, rotae, fidiculae aliaque instrumenta crucifixus ad incutendum terrorem. Cibus praebebatur ingrati saporis et adeo tenuis, ut vix arcendae morti sufficeret. Triduum cum haesissent in eo ergastulo, scriptis ad Principis consilium litteris quibus homines superosque testes faciebant, nullo suo merito se tam indigne atrociterque vexari, aequitatemque judicum ac fidem implorabant, id facile tenuerunt ut in cubiculum paulo commodius transferrentur. Hic sub acri primum custodia dein' mitigato apparitorum praefecto, laxius mitiusque detentii sunt ad diem usque Christi natalem cum libertatis recuperandae viam casus necopinatus aperuit. Accidit ad Lichtenavum oppidum, ut equites Caesariani interciperent ex Hessianorum cohorte milites sexaginta cum suo duce, homine in primis strenuo. Hunc Lantgravius liberum vehementer cupiebat. At certior factus nunquam dimittendum nisi dimissis Patribus, ac nihil mitius habendum apud hostes quam illi haberentur Casselae, unum ut reciperet tres nostros nullo hinc inde pretio persoluto dimitti jussit. Sic illis libertas reddit. Quale jam collegium repererint Paderbonam reversi Patres, commemorare nil attinet. Adspectu ipso diceres habitatum ab hostibus iisque rapacissimis. Vestiarii quod pro sociis septuaginta instructum erat nihil reliqui fecerant. Flores et armaria confregerant, lodos, stragula, libros in primis quorum erat ingens copia et par delectus, templi quoque supellecilem, atque omne sacrificii instrumentum surripuerant, incredibili damno quod sarciri nisi plurium annorum decursu non potuit. Sed clades hujus generis plures anno sequenti referemus.

Dolore praeccipuo amissa hoc anno sunt tria vix nata domicilia, Alberstadiense, Goslariense et Verdense, de quorum ortu libro superiore diximus. Alberstadii tam secundo successu res gerebatur, ut non vana esset concepta spes, brevi totum oppidum ad fidem catholicae pietatis adductum iri. Sacra concionesque frequentabantur tanta assiduitate, quantam vix in catholica civitate cerneret. Anno minus uno canonici plures abdicato Lutherero, juraverant in Ecclesiae romanae verba; et quidam sacris B. P. Ignatii commentationibus exulti sanctiorem vitae formam sibi praescripserant. Per dies Paschatis sacro epulo excepti fuerant e populo plus quingenti. Sacramenta ordinis et confirmationis, quae duo ab annis amplius quadraginta ne nominabantur quidem, palam in aede nostra administraverat Episcopus Suffraganeus Erfurtensis, eaque multis ultro poscentibus contulerat. Delectabantur in primis cives apta liberorum suorum institutione, quibus erudiendi binae apertae fuerant scholae et magno puerorum concurso frequentabantur. Primores urbis quantumvis haereticī familiaritatem cum nostris libenter contrahebant, hominibus ut ajebant sibi antea haud satis cognitis, eosque de controversiis religionis capitibus disserentes pronis auribus audiebant. Et subinde aliqui ad Ecclesiam trahebantur. Unus fuit e primariis, cui veritatem catholici dogmati persuaserat auditus semel in familiari colloquio noster sacerdos. Ne tamen aperte catholicum profiteretur retardabatur uxor metu, feminæ erroris tenacissimæ, quam si contristasset magnam augendæ fortunæ spem amitterebat. Erat namque ea praeditiis praedicantis filia, et de paternis bonis statuere pro arbitrio poterat. Subiit spes frangendam facile uxor contumaciam si modo unum ex nostris audiret de religione disputantem. At id ipsum qui fieri posset non videbat, cum esset mulier odio Jesuitarum usque ad insaniam imbuta et congressum cum iis omnem aversaretur. Multa pervolutans animo, hunc denique astute excogitavit dolum. Rogat amicum catholicum ut duos Patres Societatis convivio excipiat certa die. Affuturum ea die se cum conjugé quid

103.
*Facta captivo-
rum permuta-
tione liberantur.*

104.
*Dama collegio
Paderbonensi il-
lata.*

105.
*Laeti religionis
progressus Al-
berstadii.*

106.
*Mulier Luther-
na per occasio-
nem convivii er-
rorum deponit.*

ageretur ignara. Et sperare mitigandam Patrum praesentia feminam, quasque ex sinistris parentis sui relationibus concepisset adversus eos opiniones male praejudicatas deposituram. Consilium successit ex voto. Aderant vocati convivae. Mulier duos ut vidit Patres, quaesivit claim ex marito num isti essent de natione Jesuitarum? Eoque annuente etsi paulum perturbata, tamen ne convivii hilaritatem corrumpere, perturbationem prudenter sinu pressit. Ac inter epulandum eos curiosius adspectans, notavit singulariem in vultu modestiam; gravitatem in loquendo, in sumendo cibo temperamtiam; et quiddam in ore oculis totaque agendi ratione compositum et pudoris dignitatisque plenum, qua specie perculsa velut aliud quidpiam insurans in aurem marito: Evidem, inquit, tales non putabam Jesuitas. Cui ille: Gratum est quod oculos aperis aliquando: fac porro istos plenus agnoscas homines, et opinione meliores invenies. Remotis dapibus, prior inducit de religione sermonem femina eruditiri gestiens. Percutinationibus satisfacunt Patres. Ne multa. Manus dedit veritati mulier antea tam contumax, eademque paucis post diebus una cum marito catholicae Ecclesiae sacramentum dixit. Ut vero palam faceret cui secundum Deum salutem deberet suam, multum pretiosas vestis ad aedem Societatis in usum sacrae supellectilis vertendum misit. Adeo nulla est incommoda occasio ad lucrandas proximorum animas, ne inter convivia quidem atque epulas, si modo uti loco ac tempore sapienter scias. Haec et similia Alberstadii gerebantur magno praesentis operae pretio, majore in tempus posterum spe; cum rerum tam belle fluentium cursum unus Lipsiensis praelii nuncius abrupit. Eo siquidem vulgato nuncio, cum haud dubie viatores in id oppidum datus impetu nostri praeciperent animo, ne injuriis haereticorum patenter praeverendum fuga eorum adventum censuerunt, stationemque biennio minus occupatam ultro deseruerunt.

^{107.}
Statio Albersta-
dienensis deseritur
Svecorum metu.

^{108.}
Goslarienses no-
nstrorum causa
vehementer a Sve-
cis.

^{109.}
Nostri sponte
discendunt. Res
biennio minus
ibi gestar.

^{110.}
P. Joannes Ar-
noldus interfici-
tur. Verdensis
residentia dissol-
vitur.

Paulo diutius manserunt Goslariae, neque tam metu hostium quam civium charitate hinc excesserunt. Nempe sub initium Decembris mensis affuit tribunus Svecorum ferox, id praeter alia minaciter poseens a magistratu, sibi ut Jesuitas in manus traderet. Magistratus etsi Lutheranus Caesari tamen fidus, constanter respondit, Jesuitas a Caesare in urbem missos, ejus injussu a se tradi non posse. Efferatus responso tribunus, induxit in agrum circumpositum milites praedabundos, qui cum pecora hominesque abigerent nec ullum praedandi facerent modum, profitebantur haec ita fieri quod Jesuitae non fuissent traditi, et quādiū non traderentur, nunquam se destitutos ab immīti populatione jactabant. Tum nostri etsi extremam experiri fortunam constituerant, veriti odia plebis quae caeco fremitu obmurmurabat, in latebras se conjecterunt. Nec ita multo post, ne ultra civitas sua causa vexaretur, mutato amictu discesserunt. Caeterum qui degebant Goslariae socii septem, tum ob tenerae aetatis institutionem in scholis, tum ob sacra ministeria quae in aede urbis primaria exercebant, in magna erant apud populum gratia nec mediocrem brevi spatio collegerant famam doctrinae ac probitatis. Ut libentius ibi habitarent efficerat nuper liberalitas Ferdinandi Imperatoris, qui cum audisset in usum tirocinii eam a nostris sedem destinari, ampla assignaverat prædia ex quibus non solum familia frequens sustentari, sed etiam capax extrui aedificium posset, quod re ipsa nostri moliri cooperant. Plus danni factum in statione Verdensi. Non enim ipsa tantum, sed una cum ipsa periret etiam P. Joannes Arnoldus magni operarius nominis, cui data pridem fuerat stationis servandæ cura et circumiacentis agri excoldendi. Tres rurales paroecias pastoribus destitutas Arnoldus labore non intermissò administrabat, animo caeteroqui quam viribus firmior, cum ad Alleram fluvium svecici belli torrens prorupit. Occupato per fraudem Lanckweidlio oppido, cum religiosi sacerdotesque passim, atque ipsi etiam milites praesidiari facerent fugam, perseveravit ipse tamen intrepidus commissam sibi spartram tueri ac paroecias suas lustrare. Forte ex paroecia S. Martini Verdam redibat esedo vectus, aurigante ut illic mos puerο; cum involat in eum rusticorum fanaticorum turba, ac primo impetu inermem ac solum curru deturbant. Eudem mox ligonibus, sudibus aliisque agrestium armis feriunt adeo graviter,

ut conciderit humi mortuo similis. Spirabat nihilominus post immanem carnificinam, et adhuc Iesu ac Mariae nomina moribundo ore invocabat. Illi tardius pro suo voto hominem mori aegre ferentes, redintegrato furore corripiunt semianimum alligantque ad arborem. Atque unus caeteris immittior, adacto in jugulum gladio fauces praecidens, Age, exclamat, perge si potes tuum illud *Dominus vobiscum* nobis occinere. Mortuum spoliavit, sacram supellectilem quam ad sacrificium quotidianum circumferebat diripiunt, spectante eminus pueru quem fugere cum equo coegerant. Catholicae religionis odio peremptum nemo dubitavit. Cadaver in aedem Visselfeldensem delatum est quam ipse magnifice exornandam curaverat, in eaque cum honore quanto potuit maximo humi conditum. Patriam habuit Arnoldus Warburgum, Dioecesis Paderbornensis oppidum in Westphalia. Caesus est III. Idus Novembres. Quanta esset animi magnitudine, quam nihil mortem reformidaret, vel inde licet agnoscere quod anno superiore ad necem quaevis ab haereticis et glande plumbea appetitus, trajecto pileo aegre evaserat salvus; et nihilominus perrexit inter inimicorum insidias ac tela ministerium suum implere, donec illustrem pro Christo necem quo dimicamus modo oppetit. Verdam post haec milite destitutam subiit Svecus ac nostros in fugam compulit, quibus Osnabrucum se recipientibus, Verdensis residenzia est dissoluta.

Has inter clades non defuere fausti varis in locis religionis progressus, quorum specimen subdo. Ovackenbrugum, oppidum ab annis octoginta omnino Lutheranum, quartum jam annum velut stabili missione excolebant duo Societatis nostrae sacerdotes. Hoc anno traductis ad ecclesiam civibus quingentis septuaginta quatuor, qui soli supererant haeresi impliciti, negotium confectum est. Quare visum Provinciali non ultra detinendos ibi Patres, uti qui satis sua procuratione perfuncti essent, et reipso illos alio transtulit, quibus discedentibus idoneus e clero saeculari parochus est substitutus. Sigenae praeter reductos ad ovile Christi haereticos ingenti numero, magnum tuendae pietatis ardorem inter Catholicos videre licuit. Plures fuerunt insigni virtute pueri, qui catechesi apte instituti, dura quaque pati a parentibus improbus maluerunt, quam carnes ultrò ingestas attingere diebus esurialibus. Ob id quidam longa inedia macerati, alii etiam fustuario male multati fuerunt non tamen a sententia dimoti. Par in sexi infirmitate virtus eluxit. Conveniebant piae virginculae festis diebus certum in locum, legendisque sanctorum Virginum et Martyrum actis, earum exemplo ad constantiam se confirmabant. Convenerat inter eas ut si quem audissent Divinae Matris nomen impie violantem, millies idem nomen cum honore compellarent, ad sarcinam scilicet quo tandem modo possent illatam Virginis injuriam. Et una auditio forte haeretico scelestissimo, qui contumelias in Beatam Virginem sacrilego ore jactabat, colligit confessum puellarum lectam manum, deduxitque in aedem sacram ad decantandas ejusdem Virginis invocationes quas Litanias Lauretanas vocant. Has reddebat fruges vix jacta teneris mentibus semina pietatis. At non alibi citius feliciusque ad maturitatem perducta quam Hadamaricæ, quo in oppido collocatam anno praeterito Societatem vidimus. Ibi stationem paucorum capitum de suo sustentabat loci dominus, Joannes Ludovicus Nassavius, neque tantum pecunia sed quod magis est opera et exemplo Patrum incepta adjutabat. Cunctis religionis officiis praesens aderat pari assiduitate ac modestia. Sacras orationes quae saepe ad populum habebantur non audiebat solum, sed iis audiendum auctoritate et imperio faciebat. Si restaurandæ ecclesiæ, si ornandaæ aræ, si divini cultus instrumenta comparanda, sumptum praecipuum ipse faciebat, multum supellectilis et vasarii conferbat. Nec vero tanti pro religione studii fructum cepit exiguum aut nimis serum. Hoc anno receptos in sinum Ecclesiae vidit ex circumpositis pagis ad tria hominum millia: sacella quae haereticorum furor dejecerat aut conspurcaverat, ad nitorem pristinum revocata viginti tria: altaria de novo erecta octo supra triginta. Novos pio Principi stimulus addidit summus Pontifex Urbanus VIII., attributa illi facultate statuendi de desertis aliquot monasteriis eorumque

111.
*Ovackenbrugum
oppidum omnino
catholicum
relinquitur.*

112.
*Fructus collecti
Sigenae. Puerto-
rum ac puella-
rum virtus ad-
miranda.*

113.
*Hadamaricæ re-
ligio restorscit.
Principis eximia
pietas.*

vectigalibus; cum hoc tamen ut parochorum augeret censem, juventutis seminarium erigeret et domum Societatis stabili proventu firmaret: quae ille omnia cum fide praestitit. Postremo piam Principis voluntatem favere simul ac remunerari visus praesenti beneficio Deus, quod quale fuerit paulo distinctius explicandum est.

^{114.}
Insignis supplicatio Hadamariæ habita.

Unus Patrum qui Hadamariæ parochi gerebat munus, quoddam indexerat velut ambarvale supplicium ad impetrandam fertilitatem agrorum et frugum copiam. Elegerat in id collem horac vix unius itinere ab urbe distante, aramque ibi excitaverat ad quam supplex turba consisteret, dum ipse ante incruentam Hostianam solemnes usitato more preces funderet, et consuetum bene precantis ederet signum. Peracta fuit res pari pietate ac concursu. Processerunt ad collem ritu supplicantium ii ferme omnes, qui recens catholicam fidem suscepserant. Singuli ardenter manu facem gestarunt. Pone sequens noster sacerdos sacra mysteria sub eleganti conopeo, inter fumantia thuribula et luminum copiam ingentem detulit: quale spectaculum nemo unquam Hadamariensi exsulante divina religione conspexerat. Sed quidquid id fuerit, pietas praesenti praemio non caruit et major votis beneficentia Numinis fuit. Postridie quam haec acta fuerant, puella parvuli armenti custos a longo tempore lusciosa, dum per eum quem dixi collem agit pecus et altaris vestigia rimatur, aquam videt e sicco arentique pridem solo erumpentem. Mirata novam ex insperato scatram et humoris vitreo nitore illecta, lavat oculos lippientes; et mirum! detersum momento omne oculorum vitium, sibique redditam priorem videndi facultatem sentit. Recurrit laeta domum, suis quid acciderit nunciat. Certam miraculi fidem faciebant puellæ oculi antea lacrimis fluentes et oppleti sanguine nunc sinceri. Quare sparsa quam ocissime fama de novo salubris aquae fonte, qui beneficio Numinis singulari datus Hadamariensis videretur ad pellendos morbos continuo ad eum magni undique fieri concursus coepit. Accurrebant visend' studio multi, tum quicunque aliqua corporis valetudine tenebantur, claudi, caeci, paralytici longa febi languentes ac tabe. Pars rhedis vehebantur, pars grallis aege subnixi adreprobant. Ut se paulum abluerant eo latice, persanati discedebant plerique; multi testes beneficij grallas ac subalaria fulra relinquebant. Dolebant aliqui tamen querebantur se beneficij expertes, tum quod longius ab urbe abesset beneficis fons, tum quod exilior pro concurrentium multitudine videretur aquae vena. Querelis occurrit Deus novo prodigio. In horto Principis suburbano detegitur repente alia uberior limphae scaturigo, et experimento facto ejusdem virtus deprehenditur. Eam Princeps per occultos canales corrivari in viam publicam jussit ut omnium utilitati prostraret; quae cum plenis deinde hydriis in urbem, et ad remotiora quoque loca comportaretur, aegroti commodius curabantur. Notarunt periti, qui limphae naturam accurate exploraverunt, praeter communem modum dulcem eam esse, crystalli instar limpidam ac pellucidam et ad haec subtilitas levitatisque eximiae ad similitudinem olei, ut facile insinuare se in humana membra quibus adspiceretur posset. Inde ejus virtutem conficiebant ad sanandos citra miraculum morbos, nervorum praesertim dissolutiones contractionesque. Quod etiamsi ita sit de quo nihil definio, in eo tamen quod ita reperta est talis tali loco aqua divini praesentia Numinis evidenter apparuit, a quo haec pietati merces, si non perpetuo miraculo certe perpetuo beneficio reddebatur. Sic demum novellas istas fidei plantationes irrigabat caelestis agricola.

^{115.}
Detergivit extra urbem fons mirae salubritatis, aegroti multis sanantur.

Fons altius urbi commodior, et ejusdem virtus invenitur.

Docebant aliqui tamen querebantur se beneficij expertes, tum quod longius ab urbe abesset beneficis fons, tum quod exilior pro concurrentium multitudine videretur aquae vena. Querelis occurrit Deus novo prodigio. In horto Principis suburbano detegitur repente alia uberior limphae scaturigo, et experimento facto ejusdem virtus deprehenditur. Eam Princeps per occultos canales corrivari in viam publicam jussit ut omnium utilitati prostraret; quae cum plenis deinde hydriis in urbem, et ad remotiora quoque loca comportaretur, aegroti commodius curabantur. Notarunt periti, qui limphae naturam accurately exploraverunt, praeter communem modum dulcem eam esse, crystalli instar limpidam ac pellucidam et ad haec subtilitas levitatisque eximiae ad similitudinem olei, ut facile insinuare se in humana membra quibus adspiceretur posset. Inde ejus virtutem conficiebant ad sanandos citra miraculum morbos, nervorum praesertim dissolutiones contractionesque. Quod etiamsi ita sit de quo nihil definio, in eo tamen quod ita reperta est talis tali loco aqua divini praesentia Numinis evidenter apparuit, a quo haec pietati merces, si non perpetuo miraculo certe perpetuo beneficio reddebatur. Sic demum novellas istas fidei plantationes irrigabat caelestis agricola.

^{116.}
Contempnatores religionis divinitus puniti prope Falckenagum.

Ast alibi religionis irrisores impios memorabili severitate Deus ultor coercuit, cuius rei duo exempla subiicio. Ab oppido Falckenagensi instituerant nostri piam supplicationem ad montem, ut tunc vocabant Deorum nunc a S. Ignatio nuncupatum, qui mons haud ita ab urbe distat et insigni altitudine inter multos conspicitur. Et siquidem eo die recolebatur exaltatae crucis memoria anniversaria, placuit in summo jugo crucem praetaltam erigere, eo etiam ut existeret initium quoddam sacrae aediculae, in honorem B. P. Ignatii exstruendae. Crux ista, ut olim de Judeis dictum, haereticis scandalum fuit. Vicini cuiusdam

pagi incolae (Rischenavum appellant) supplicationem cum risu spectarunt, omnemque sacrarum caeremoniarum pompam atque ordinem ludibrio habuerunt. At non impune. Die postero circa meridiem flamma repens, incertum unde missa, corripuit pagum, totumque depasta est tetro ac irreparabili incendio, cui vix aedes quatuordecim superfuere. In agro monasteriensi sacellum visebatur divinae Matris, præsca populi religione spectandum. Existabat in ara imago Deiparae miraculæ inclita, id quod appensa hinc inde votivæ tabellæ plures testabantur. Casu praeter sacellum transierunt equis inventi milites aliquot heterodoxi; atque unus audacior ut vidit intus Catholicorum supplicantium turbam, militariter insolescens, educto manuāli tormento, plumbeam adegit glandem in sacram effigiem. Nec illi tamē impunitum fuit scelus. Momento eodem, quasi repercussu quodam resiliisset glans in ipsius latus, corripitur acri dolore lateris ac pene examinis equo prolabitur. Jacentem circumstunt sodales, explorant trepide latus, nulloque invento vulneris vestigio, rati peste contactum quae in regione saeviebat, semianimem exportant in proximam casam ab omni hominum commercio segregatam, tum ut curaretur commodius tum ne morbum contagione diffunderet. Perdiu nullis fomentis levari, nullis depelli medicaminibus potuit haerens lateri acutus dolor, donec miser sua interprete conscientia intelligens, poenam eam esse sibi divinitus irrogatam ob laesam sacrilego ausu Deiparam, votum concepit, si revaluissest transiturum se ad catholicos et futurum deinceps in fide ac clientela magnæ Virginis, quam poenae deprecaticem apud Divinum ipsius filium interponebat. Peracta vix prece, remittere dolor coepit. Inde aeger per momenta singula convalescens, paucis diebus omnino est persanatus. Neque distulit votum exsolvere. Monasterium venit ibique apud nostrum sacerdotem peccatum confessus, solemnī ritu haeresim ejuravit. Nec eo contentus inter sodales Marianos cooptari voluit, futurus in posterum uti promittebat tanto studiosior in colenda Virgine, quanto impudentius ipsam antea violaverat.

Nihil minus mirandæ nullo licet intercedente miraculo, aliorum haereticorum transitiones furent. Novesii captus et in nosocomium deductus miles Hollandus fuerat, secta Calvinianus. Huic secundum censebant chirurgi brachium, quippe graviter in congressu nescio quo militari sauciatum jamque ulcerosum, et nisi recideretur reliquo nociturnum corpori. Nostri prius quam ad sectionem cui non nihil periculi suberat deveniretur; nihil non moverunt ut repudiare errorem vellet sed conatus irrito. Homo Calvinus perdite addictus, suasiones peraeque ac preces ferociter repulit. Brachio amputato rogatus num illud condì vellet in communī catholicorum sepulchro? Evidem patibulo appensum malim, respondit. Adeo obfirmaverat, superstitionem cui fuerat innutritus nunquam deserere. Is nihilominus tam indomita contumaciae vir, paulatim a nostris circurratus et ad sanctora consilia traductus, non modo abjectit haeresim sed in aliud prope hominem Deo adjuvante versus, haereticos suæ gentis plurimos ad partes catholicas traxit. Lipstadii recurrente eo die quem præcipuo Corporis Christi cultu sacrum habent Catholicæ, placuit nostris divinam solemnî supplicatione Hostiam per urbem circumducere, id quod in corrupta civitate fieri ab annis amplius octoginta desierat. Peracta res est splendore quanto potuit maximo, nec minore pietate; eaque religionis augusta species haereticos intuentes confudit, et nonnullis errorem detrahit. Marcoduri magno aucta est opere pietas erga beatam Deiparae parentem Annam, cuius venerabile caput se possidere nostri gloriantur. Sodalitas in ejus honorem est instituta ex honorabilibus loci feminis, hisque certae præscriptae leges, atque illa in primis ut sacra frequentarent festis diebus, quod statim in mores inductum. Die Annae sacra nullus in aede nostra modus confessionibus excipiendis mysteriisque disperetiendis fuit, tum quod ea die sacram sumentibus rite dapem noxarum omnium remissionem indulserat summus Pontifex a nostris exoratus, tum etiam quod populum splendor apparatus insolitus alliciebat. Sic incendebantur hominum studia erga Divam, atque haec vicissim gratum sibi esse obsequium clientum suorum multis maximisque beneficiis ostendebat. Ut omittam privata quae commemorare longum esset, hoc

^{118.}
Divinæ ultiōnis
exemplum ob
laesam Deipa-
ram in sua effi-
gie.

^{119.}
Deiparae bén-
ignitas erga of-
fensorum suum;
et hujus conver-
sio.

^{120.}
Calvinianus
mire contumaz
præter spem fit
catholicus Nove-
sii.

^{121.}
Pia supplicatio
Lipstadii habita.

^{122.}
Marcoduri au-
getur cultus S.
Annae. Publi-
cum beneficium
ejus ope impe-
ratum.

anno cum ab assiduis imbris et eluvionibus computrescerent in agris fruges nondum maturae, variaque ad avertendam famem piacula vulgo exquirerentur, nostri sacrificio indicto augustinoribus caeremoniae peragendo, sacrum Annae caput venerationi publicae proposuerunt. Vix fecerant et ad primum aeris campani pulsum, quod item aës a S. Anna habebat nomen, aperuit repente se caelum antea obductum nubibus, atque ii secuti sunt soles, quibus emortuae simul segetes et anni spes revixerunt. Duo diversi generis beneficia nostris hominibus debuerunt Cosfeldienses, et inde magna voluntatum inclinatio erga Societatem facta. Principio decretum urbi fuerat militare praesidium ad cohibendos latrones qui per agrum impune discurrebant, jamque designatae viritim domus quibus distributi milites habitarent: res vulgo odiosa ac toti civitati perincommoda. Adierunt nostri Principem, eorumque interventu inductum decretum, et molestis hospitibus aditus est occclusus. Illud deinde magnam in vulgus commendationem habuit, quod Patrum depreciation denuo permisum est civitati ut suos sibi magistratus eligeret, id quod ante septennum ob certas offendentes fuerat ipsi interdictum. Id adeo gratum accidit civitati, ut novi magistratus (quorum electioni proludit apta oratione unus Patrum) decreto facto declaraverint, ratum esse oportere quod obtendebant nostri jus, ne adolescentes Societatis disciplinae concreti adiderent ad dicendum in judiciis publicis testimonium, quod jus aliqui temere impetebant.

^{123.}
*Nostri bene inge-
rentur de Cosfel-
diensibus.*

^{124.}
*Socii Colonien-
ses in novum
collegium mi-
grant.*

^{125.}
*Multorum bene-
ficiencia erga no-
vum collegium.*

^{126.}
*Ingens hospitium
monius per oc-
casione bellii.*

^{127.}
*S. P. Ignatius
feminas parienti-
bus propitiatus.*

^{128.}
*Eius ope puer
mortuus ad vi-
tam revocatur.*

Coloniae quod pridem condi cooperat novum collegii aedificium, cum hoc anno suis omnibus numeris absolutum inveniretur, in illud socii e veteri Schwol-giano collegio immigraverunt, relicts in eo tamen Patribus aliquot et litterarum magistris qui jus domicili servarent. Praefinitus fuerat migrationi dies postridie Idus Augusti, in ipso scilicet Assumptae Virginis pervigilio. Eo die Rector votata in unum familia, orationem luculentam habuit de nostrae professionis officiis, cohortatusque in communis omnes ut Maria auspice novum caperent ad virtutem impetum, profectionem indixit. Itum est sub vesperam uno ac silenti agmine quod' ipse Rector claudebat. Triclinii possessio non aliter quam publica verberatione, ut assolet apud nos certis intra annum diebus, inita. Secutae Procerum crebrae accessiones visendi gratulandique studio. Affuit ipse Septemvir et Archiepiscopus Coloniensis Ferdinandus a Bavaria, neque dubitavit qua erat humanitate Princeps, diem integrum facere in novo collegio, communis sociorum mensa exceptus eorumque familiari colloquio plurimum delectatus. Accessit multorum liberalitas ad augendam domus ac templi supellectilem, e quibus caesareae militiae dux Tillius tormenta curulia undecim ex metallo dono misit aeri campano conflando, aliisque alia tradiderunt. Porro opportunissimum accidit novum istud laxiusque aedificium excipiens magno numero sociis, quos belli terror suis domiciliis exturbabat et omni ex parte profugos Coloniam velut in asylum compellebat. Istorum exsulum numerati ante anni exitum plus trecenti, idque praeter familiam stabilem quae ad septuaginta fere capita censebatur. Omnes benigne hospitaliterque more Societatis habiti. Nec desuit amicorum beneficentia qui tot alendis hospitibus utilium copiam identidem submittebant; ea etiam credo causa ut nonnullam rependerent vicem Beato Societatis Parenti Ignatio, cuius multa ferebantur ac recentia erga Colonenses merita, atque illud praeter caetera quod praegnantes feminae ejus implorata ope suos quam facilime effunderent fetus. Id adeo persuasum vulgo erat, ut obstetrices chartam nescio quam divi manu exarata circumferrent ad feminas partui propinquas, neque prius puerperium susciperent adjuvandum quam certis precibus invocatus esset Ignatius eaque syngrapha e parturientis collo suspensa. Quo in gene-re res accidit plane admiranda. Matrona fuit nobilis, nondum illa quidem catholica sed catholicis in omnibus religionis capitibus consentiens, praeter quam in uno quod est de Sanctorum invocatione. Haec uterum gerens, ad partum deducta nullo adduci pacto poterat ut Ignatium auxilio vocaret; ejus vero syngrapham ut oscularetur ad moveretque tantisper ventri, adeo sibi persuaderi non patiebatur ut imo eam rem quasi grande piaculum detestaretur. Filiolum satis

feliciter enixa, hoc magis sibi de sua contumacia placebat. At vix horae unius spatio interjecto puellus moritur. Mortuum certe credidere quicumque aderant: ita jacebat sensibus omnibus destitutus nullumque vitae indicium praebebat. Hic vero alia mulieri mens ac melior. Tristi casu confusa Ignatium supplex inclamat. Vovet si revixerit puer dum saltem aqua salutari adspiceretur, cum se Ignatio consecraturam. Syngrapham de qua dixi ultro postulat, et exanimi corpusculo admovet. Eo conctatu, mirum! moveri puer coepit, mox etiam vire. Confestim baptismus est initiatus et Ignati donatus nomine, vivebatque adhuc cum haec in annalibus litteris scribebantur. Porro mater prodigio attonita simulque erroris quem unum mordicus retinebat convicta, Catholicis se adjunxit.

Prae caeteris sociis qui plures hoc anno in provincia desiderati, locum sibi praecipuum vindicat P. Gerardus Ortmarcensis gente Transilvanus, vir quidem ille inops a litteris sed religiosis virtutibus locupletissimus, quarum commendatione ad professionem trium votorum admissus pridem fuerat, et in magno honore apud domesticos habebatur. Decessit Confluentibus longa consumptus tabe, cum annos ultimos inter malas valetudines varias ac per molestas invicta patientia exegisset. Oppressus licet multis ut dictum est morbis, nullam vitae communis relaxationem sibi indulgebat, nec in victu cultuque corporis quidam singulare admitebat. Deiparae cultor et ciens studiosissimus fuit. Certum sibi praescriperat pensum piarum precum quod quotidie in ejus honorem exsolveret: si qua vero die id minus posset morbo impeditus reponebat alia die; et interdum praesentius imminere consuetos morborum recursus quibus cogebatur ad plures dies otiose decumbere, ne divinam matrem quotidiano fraudaret obsequio, una simul die dierum sequentium obsequia repraesentabat. Natura ipsa ac corporis constitutione timidior, ubi tamen Virginem invocaverat patronam suam, nihil adversi reformidabat et qualemcumque fortunam incredibili fortitudine excipiebat. In malos daemones miram exercuit potestatem. Eos a corporibus hominum, a pecore, a domibus quibus insiderent pro imperio exigebat, cuius rei causa saepe obcessi a daemone ex remotioribus quoque locis ad eum adducebantur. Nempe superbissimi spiritus summam hominis demissionem qua maxime pugnabat, ferre non poterant. Fuit cum trepide vocatus est in domum nescio quam, ferendae causa opis homini misero quem inferni tenebriones dire vexabant. Accurrit propere atque illum reperit (horrible dictu!) in aere suspensum elatumque ad usque cubiculi forniciem, unde si praeceps rueret haud dubie comminutis ossibus intererat. Domesticis arrecta coma rigidibus, humi se Gerardus abjecit, ac stygii raptorem imperiosus compellans: Ades, inquit, nequissime atque hoc meum caput pedibus procula, dignum scilicet quod vel tibi rerum vilissimo subiiciatur. Ad eas voces labi deorsum homo, ac minaciter in Patrem sese abiicientem ferri coepit, quasi calcem impositurus capiti. At proprior factus retraxit pedem; cumque parumper deliberanti similis constitisset examinis concidit. Surrexit deinde mali omnis expers et a malo spiritu liberatus. Erat Pater Gerardus cum mortuus est annorum sexaginta, quorum ferme quadraginta duos in Societate confecerat. Sed gradum ad alia faciamus.

Quo tempore Sveciae Rex Gustavus Lipsiensi paelio victor, in Thuringiam Franconianam infesta signa inferebat, ejus innexus foederi Joannes Georgius Saxoniae Dux idemque Romani Imperii Septemvir, e Misnia in Bohemiam irrupt ac primo impetu Pragam regni caput quorundam civium prodione in protestatem accepit. Domicilia Pragae tria habebat Societas, in totidem amplissimae urbis quae trifaria tota dividitur partibus collocata: domum Professorum, collegium S. Clementis ac recens conditam Neopragae residentiam, praeter aliquot externae juventutis contubernia. Una die omnia per hujus occasionem belli dissipata fuerunt, quod quemadmodum acciderit per partes exponam. Statim atque Pragae cognitum est de irruptione Saxonum in Bohemiam, qui degebant in domo Professorum socii viginti tres, partim inopia, partim amicis ita suadentibus, in ulteriore Bohemiam Moraviamque celeriter profugerunt, tribus tantum exceptis sacerdotibus qui cum fratribus totidem rei domesticae administris,

Tom. II.

^{129.}
Obitus et elo-
gium P. Gerardi
Ortmarcensis.

^{130.}
RES BOHEMIAE.
Pragam occu-
pant Saxonies,
et Societatem
tribus domiciliis
exturbant.

^{131.}
Sociis domus
Professae crimen
frustra que-
runt.

ad solatium afflictæ civitatis in sua statione resistere mahuerunt. Patribus ad eam paucitatem redactis et nihilominus usitata ordinis ministeria tractantibus, perdiu quies ab hostibus intra urbem receptis ac securitas fuit. Apparebat tamen ut se dabant res, insidiosam tranquillitatem esse nec fore perpetuam. Crimen quarebatur scilicet ad irrogandum illis exsilium, ne per manifestam injuriam sua exturbati sede viderentur. Nam et qui volunt facere contra jus iusti nolunt videri, et Saxones quantumvis nobis inimicissimi justitiae et aequitatis laudem affectabant. Eo consilio immissus primum est miles in domum Professorum, ad exquirienda quae latere dicebantur arma. Pro armis oblati calami, atramentaria, libri. Omnibus curiosissime pervestigatis angulis, cum nihil usquam inventum esset armorum, deliberato nihilominus Patrum exsilio, sub ferias natalitias spargi rumor malignus coepit, Jesuitas aliquid machinari contra rempublicam: iis certe clanculum convenire cum caesarianis cohortibus quae circa urbem excurrenter. Vetandos proinde ne pietatis obtentu ullos haberent hominum coetus neu pulsu aeris campani populum convocarent. Ea re Patribus denunciata, per diem Christi natalem eorum aera campana siluerunt, et nihilominus in aedem Professorum magnam populi multitudinem pietas traxit. Visa haec hostibus justa causa maturandi consilii. Die postero qui S. Stephano sacer erat, irrumpt in aedem sacram centurio cum denso militum globo, ac primo populum sacrificii intentum facessere actutum jubet. Tum Septemviri nomine edicit Patribus, ut ante solis occasum excedant urbe. Causam irrogati exsiliis comminiscitur, quod explorarent quid ageretur intus, et ad Caesarem per occultos internumcos referrent. Informe erat edictum, nulla apposita Principis subscriptione, nullo sigillo. Tamen obtemperandum fuit. Aegre imperatrum ut nocte una spatium discedendi ampliaretur. Huc adducti interea Patres alii fuere quinque, quorum tres e collegio S. Clementis, duo reliqui e residentia Neopragensi pellebantur, hisque similiter permissum ut eam noctem exigenter in domo Professorum. Sequenti igitur die S. Joanni Evangelistae sacra, primo diluculo sacris operati Patres panem Eucharisticum absumpsérunt, seque itineri accinxerunt. Affuit notus centurio magna militum manu stipatus, et securitatis litteras discessuris detulit. Eo coram obsignatae rite sunt foræ templi et sacrarii, tum etiam bibliothecæ et conclavium aliquot grandiorum in quibus supellex domestica servabatur. Atque his sedate peractis rebus, socii omnino undecim vultu hilares, animo imperturbati se stipatoribus abducendos permiserunt. In digressu per binos militum ordines ingredi coacti sunt, tubis timpanisque undique perstrepentibus. Egressis urbe quid evenerit, dicam infra. Nunc de iis qui e collegio extrudebantur, quædam paulo distinctius exponi postulant.

^{132.}
Indicatur iis
exsilium, atque
una pelunur.
Socii collegii ac
residentiae.

^{133.}
Patrum consilia
in collegio S. Cle-
mentis ante ho-
ustum adven-
tum.

Quod collegium vocant S. Clementis, universitas studiorum est maximumque nostræ juventutis in ea provincia seminarium. In eo socii censebantur hoc tempore ad centum et viginti, major pars juvenes altioribus studiis operantes. Aderrat forte P. Florentius Montmorancyus, recens advectus illuc ex Belgio cum titulo ac potestate Visitatoris; cum aliis super alios advenientibus nuncis auditum est, Saxoniae Septemvirum, quem multi neutrarum partium futurum existimarent, a Sveco in partes tractum, repente movisse in Bohemiam, jamque intra regni fines exercitum traduxisse: Auscham oppidum collegio Pragensi obnoxium vi occupasse praedaeque habuisse, neque dubitandum videri quin citato cursu Pragam iter intenderet. His cognitis rebus, Visitator, Rector aliquie Patrum graviores in consilium adhibiti, recte existimantes eo vastato oppido cuius præcipue vectigalibus collegium sustentaretur, pro tam frequenti familia defuturam annonam, juvenes confessim omnes alio traducendos censuerunt. Quod factum est. De sociis reliquis (et adhuc multi supererant) nihil constitutum initio, et fugae consilium plerique reiiciabant. Videbatur namque civitas si suas respiceret viras haud impar repellendo hosti, quem constaret neque magno esse numero, neque admodum expertae virtutis. Sane miles erat is collectivus, per tumultum ac nullo delectu conscriptus ex iis ferme Bohemis haereticis, qui coacti pridem edicto Caesaris aut superstitionem deserere aut patriam, hoc alterum per

contumaciam maluerant, nunc vero ut antiquos impune reviserent lares, ultro ad signa saxonica se aggregaverant: Addebat animum, quatuor Caesarianorum cohortes veteranae, nuper in urbem introductae. Et super haec delecti magno numero scholastici arma ceperant, nullique militum officio defuturi sive ad communis patriae sive ad collegii defensionem videbantur. Sed quamvis haec ita essent, praevalentibus perniciosis quorundam consiliis, qui restitutos in patriam eos quos dixi exsules cupiebant, ad primam tibicinis denunciationem civitas defensionem indecoram fecit, atque hostem certis sub conditionibus intra moenia recepit. Conditionum una fuit, ut militi praesidiario licaret luce palam abscedere cum armis atque omni impedimento. Qua usi opportunitate nostri sibi pariter abeundum censuere, ac permixti militibus urbe excessere, quatuor tantum relictis in collegio Patribus queis paratior ad omnem casum fuit animus. His jam ipsis salva erant omnia, si quidquam jus fasque apud heterodoxos valerent ac perduelles. Cum enim extores ii de quibus dictum supra, pessime animati contra nos redire dicerentur, ut quis exsilii sui rebantur auctores, magistratus ad praecavendas injurias inter caetera conventionis capita illud nominatum apponi curaverant, neminem Jesuitis molestum fore, nec dominibus, templis fortunisque eorum quidquam illaturum incommodi. At fidem pactorum insigniter frergerunt mortalium pessimi, invito licet Septemviro eorumque audaciam frustra inhibente. Ut omittam plura per causam inspiciendi collegii ac vestigandorum armorum furto sublata, quae tamen Septemvir restitui jussit; ut haec inquam minora praeteream, Teynense quod vocant templum jam inde a ziscanis temporibus celeberrimum, ac tum quidem infandis Hussitarum superstitionibus pollutum dein ritu catholicō consecratum, ab annis ferme duodecim permisum Societati fuerat ad concionandum, eratque eum in usum designatus in collegio sacerdos, qui statim intra annum diebus ibi ad frequentem populum lingua patria concionabatur. Jam vero is progressus usitato more ad templum Teynense habendae causa concionis, rabulam lutheranum reperit ad confertam gregalium multitudinem e suggesto declamantem. Ipse illiberaliter repulsus et templi aditu prohibitus est. Quod factum novo ausu cumulantes improbi, mox templum ipsum sibi suo quasi jure vindicarunt, catholicum parochium per vim expulerunt, ei praedicantem et suis unum propria auctoritate substituerunt. Ac ne deessent Lutheranis cultoribus dignae reliquiae, octo perduellium capita quos ante aliquot annos Caesar supplicio affeceral, et turri ponti imposita ubi ad terrorē affixa cernebantur in templum transtulere, idque adhibito apparatu ac pompa. Nec veritus est unus praedicantium de laudibus ita mortuorum in frequenti concione disserere, qua oratione nor minus multa contra ordinem nostrum, quam contra ipsam Caesaris majestatem proterve impudenterque jactavit.

Ulterius prorupit hominum furirosorum audacia. Cum nobis eripere non possent bona a Principe prohibiti, at saltem obscurare conati sunt famam usitata impunitate mentiendi. Utque ipsis catholicis atque adeo Caesari odiosum facerent Societatis nomen, rumorem mendacissimum qua litteris qua voce sparserunt, ab Jesuitis cum ingenti gratulatione exceptum Pragae Saxonem, ab iisdem Teynense templum ultro concessum Lutheranis reposcentibus; quae tamen duo nulli satis sano persuaserunt. Parte alia apud Septemvirus nostros in suspicionem perfidiae vocabant, viros quippe totos Caesari et Romano Pontifici perdite manipulos. Hinc Patrum clandestina commercia cum Caesarianis finixerunt. Hinc fabulam recoixerunt antiquam de armis in collegio occultatis, licet non nescirent multo ante compositam et cum auctorum probro diffidatam, ut fuse traditur in quinta parte * nostrorum annualium. Sic ipsimet sibi discordes contraria loquebantur, in eo tantum mire consentientes ut nostro nomini per fas nefasque conflarent invidiam, et quibus possent artibus Societati nocerent. Caeterum quādiū Pragae Septemvir substitūt, nihil admodum artes nefarie valuere. At circa dimidium Decembris mensis eo Dresdam reverso, cum Caesariani magnis inguerent copiis et obcessuri urbem putarentur, qui rerum summam pro Septemviro administrabant Joannes Georgius Comes a Salmis et Laurentius Baro ab

Urbe capta quatuor tantum Patres remanent in collegio.

Eos haereticī a Teynensi Templo excludunt.

Haereticorum insignis audacia.

Crimes opposita affingunt nostri.

Post discessum Ducis Saxonie columnus praevalens.

Lib. XIV. sum. 45.

Hoffhirchen, ut erant sinistris contra nos suspicionibus occupati, facile victi sunt fraudulentis eorum vocibus, qui in tanta hostium propinquitate extrudendos urbem Jesuitas affirmabant. Quorum proinde jussu, tum e collegio tum e residencia, traducti sunt in domum Professorum socii quos dixi quinque, ac postridie una omnes, ut dictum est, urbe pulsi. Discedentibus additus fuerat manipulus equitum praesidio futurus scilicet, si quid a latronibus militibusque qui infesta habebant itinera, eveniret adversi. At casus talit ut defensores suos ipsi defendere debuerint Patres. Siquidem paulum extra urbem progressis occurrit turma equitum caesarianorum, qui Jesuitas ut conspexerunt inter manus hostium quasi captivos, ferociter irruerunt totumque agmen Saxonum intercepterunt, Patribus in libertatem vindicatis. Versa autem in hunc modum vice, nostri ad Galassium comitem, qui Caesarianis imperitabat Beraunam deducti, ejus implorata aquitare ac fide, ut vincti dimitterentur impetraverunt; quod pie religioseque factum ipsi postea laudaverunt hostes. Beraunae quod oppidum tribus fere milibus passuum Praga distat, biduo constiterunt Patres a Galassio liberanter habitu cultique. Idem mox ut novos suis militibus sacrorum ministros adderet, duos ex ipsis attinuit secum ac Pilnam in hiberna deduxit, caeteros meliore equitum praesidio instructos in loca tuta dimisit.

^{139.} *Nostri in exercitu acti defensores suos defendunt.*

Hoffhirchen, ut erant sinistris contra nos suspicionibus occupati, facile victi sunt fraudulentis eorum vocibus, qui in tanta hostium propinquitate extrudendos urbem Jesuitas affirmabant. Quorum proinde jussu, tum e collegio tum e residencia, traducti sunt in domum Professorum socii quos dixi quinque, ac postridie una omnes, ut dictum est, urbe pulsi. Discedentibus additus fuerat manipulus equitum praesidio futurus scilicet, si quid a latronibus militibusque qui infesta habebant itinera, eveniret adversi. At casus talit ut defensores suos ipsi defendere debuerint Patres. Siquidem paulum extra urbem progressis occurrit turma equitum caesarianorum, qui Jesuitas ut conspexerunt inter manus hostium quasi captivos, ferociter irruerunt totumque agmen Saxonum intercepterunt, Patribus in libertatem vindicatis. Versa autem in hunc modum vice, nostri ad Galassium comitem, qui Caesarianis imperitabat Beraunam deducti, ejus implorata aquitare ac fide, ut vincti dimitterentur impetraverunt; quod pie religioseque factum ipsi postea laudaverunt hostes. Beraunae quod oppidum tribus fere milibus passuum Praga distat, biduo constiterunt Patres a Galassio liberanter habitu cultique. Idem mox ut novos suis militibus sacrorum ministros adderet, duos ex ipsis attinuit secum ac Pilnam in hiberna deduxit, caeteros meliore equitum praesidio instructos in loca tuta dimisit.

^{140.} *Benigne habentur a Galassio Comite.*

Occupata Praga ad Egram se Saxones applicerunt, sed adeo pauci numero, ut quamvis nihil ferme esset intra moenia praesidii, nullam potiundae urbis permunitae facultate haberent. Documento sit quod uno adversus eos exploso tormento murali, praecepitem in fugam se dederunt omnes ac cessim ad duo passuum millia abierunt. Verumtamen quod hosti deerat, civium perfidia supplavit. Opifices aliquot sellularii, quorum frequenter erant in suburbio officinae, occupato ponte quo Egra amnis jungitur alioque demissio ponte versatili quo in urbem est aditus, hostem pavore cessantem ultra accessiverunt, atque in oppidum obsidente nemine induxerunt. Ac principio quidem hostium duxor laudem clementiae affectans, continuo parumper suos ab usitata latrocinandi licentia, dum scilicet adessent vocati ex vicina Voitlandia rustici armati, quorum numero firmandam sibi ante omnia possessionem oppidi statuit. Verum ut affuerunt hi larvam abiecerunt. Hinc dejecto velut repagulo effudit se in aedes sacras sacerdotesque militum improborum furor, quos insuper insana plebecula ad omne facinus incendebat. Nullus depraedandi saeviendi modus fuit. Nostri non solum suis omnibus dispoliati, sed infinitis indignitatibus onerati fuerunt. Collegii Rector quod certum pecuniae numerum pendere cunctabatur, carceri inclusus tenebrioso, fame sitique diu tortus. Miles fuit caeteris inhumanior et impudentior, qui cum postulatum ab eo argentum non impetraret, immani elatus iracundia sacerdotem innocuum per summam inauditamque barbariem evirandum suscepit. Jamque expedita novacula quam salsa cultrum sacerdotalem vocabat, dirae in admovebat manum sceleratam. At praeter spem conspicatus zonam ciliacinam qua ille praecinctos lumbos gestabat, eaque specie deceptus, ratus scilicet haud dubie insutos aureos nummos, zonam laetus abstulit. Quam ut meris contextam villis horrentibus deprehendit, nec occultandae pecuniae sed erucandi causa corporis adhibitam cognovit, pudore simul ac virtutis admiratione confusus ab incepto destitit. Per haec multi fluxerunt dies plane aerumnosi Patribus, quippe sub arcta custodia detentis, ac semper incerto metu suspensis quo tandem prorumperet impotens hominum furiosorum audacia. Qui cum obstinate perstarent pecuniam semel imperatam exigere, nec alia conditione placari videbant posse, Rector implorata amicorum ac praecipue Silikii Comitis collegii fundatoris liberalitate, summam confecit nummum imperialium quadringtonitorum eaque repraesentata suam pariter ac suorum libertatem redemit. Sic demum educti e custodia fuerunt Patres, hac tamen lege ut festim oppido demigrarent; quibus haud cunctanter imperata facientibus, collegium Egrense vacuum relictum est. Simili fere modo dissolutum est, quod vix annum ab ortu suo numerabat, collegium Litomericense. Litomericum sive Litomiersca, octo tantum milliaribus germanicis distat Praga septentrionem versus. Sedet ad Albim

^{141.} *Recipiuntur Egrae Saxonem a quibusdam predictoribus.*

^{142.} *Hostium rapacitas ac saevitia contra nostros.*

^{143.} *Qui coguntur pecuniam pendere et excusare.*

^{144.} *Collegium Litemericense via constitutum dissolvitur.*

fluvium, et Episcopi sedes est sub Archiepiscopo Pragensi. Abactis Bohemia magistris haerescos, catholicus Litomericci grex veros doctores a Caesare postulaverat. Ejus votis obsecundans Ferdinandus II preeceperat suis in urbe administris, ut Societatem in scholas Hussiticas inducerent eique domum, templum, praedia, redditus assignarent. Negotium secundum optimi Principis vota confectum fuerat anno superiore. Et jam collocati in urbe socii ut in proprio ac stabili domicio, catholicis civibusque aliis nondum ab haeresi liberatis, operam navabant strenuam nec inutilem. At copta prosequi non licuit per Saxonem, cuius terror primum dissipavit scholas, mox socios Olomucium in Moraviam compulit. Par clades illata collegis Commotoviensi, Gitzinensi aliisque; sed nimius sim si velim singula distinctius persequi. His ergo praeteritis, quaedam potius de rebus gestis nostrorum carptim indicabo.

Contra haeresim quae licet principalibus editis proscripta, multis tamen locis, aut occulta fraude aut aperta contumacia se sustentabat, satis prospere decertatum est. Olomucii manus veritati dederunt heterodoxi tringita supra sexcentos, Commotovii quinquaginta quinque, Novodomi quadraginta, Glacii sexaginta, Igloviae octodecim, Nissae sexaginta tres, Svidnicii quinquaginta, Gitzini quatuor supra septuaginta, Kuttembergae biscentum triginta quinque, Oppaviae centum quinquaginta duo, Brunae centum septuaginta sex. Qui quidem omnes nostrorum cohortationibus victi ab iisque probe erudit, palam in nostris templis Romanae Ecclesiae sacramentum dixere. Alii praeterea in minoribus oppidis expugnati per usitatas expeditiones fuere, quorum non tam facile iniiri potuit summa. Qui e collegio Crumloviensi in villas pagosque circumpositos excurrebant Patres, in deditonem accepérunt plus quingentos. Budvicium Moraviae oppidum, ante annos fere sex excoluerant socii Brunenses eo successu ut vix ullum haereseos vestigium restaret; sed hoc medio tempore cultorum sive inopia sive incuria, regerminaverant malae errorum stirpes. Rursum eas velleire conatus noster sacerdos, sub finem hujus anni purgatum a zizaniis agrum reliquit, oppidanis ad unum omnibus fidem catholicam profitentibus. E collegio Pragensi prolectus sacerdos alter Bernarticum, ad professionem catholicae veritatis perdidit incolas viginti. Transgressus inde Prachaticum, Pisecium, Tinam, Warlicium aliaque diversis dominis obnoxia oppida, admittentibus Caesaris administris plura ubique ex usu religionis confecit, atque illud in primis, ut adultis singulis exigeretur testimonium sumptae per dies paschales Eucharistiae, tum ut ubique libri exitiales e vulgi manibus eriperentur. Landsromii quoq[ue] Principis Lichstenteinii frequens oppidum est, tres e praedictantum numero publice ad concionem progressi, errores praeteritos saepe antea e pestilentialiæ cathedra praedicatos damnarunt. Ibidem res accidit ad excitandam sanctorum venerationem insignis. Mulier cui malus insidebat daemon, ad desperationem adacta lucem invisam abrumpere saepius tentaverat. Prohibita per cognatos qui ab ejus latere nunquam discedebant, volutabatur tamen humi furens, et instare sibi spiritus nefarios vociferabatur. Sacerdos Societatis aeream S. P. Ignatii effigiem collo baccantis circumdedit; statimque femina salutare crucis signum formavit manu, quod antea ut faceret nulla vis exprimere poterat. Mox numisma sacrum osculo pie libans et Divi opem implorans, redditâ sibi est. Sed cum beneficam effigiem et collo delapsam amisset furere iterum coepit, donec repertum sospitale amuletum collo rursus implicuit, ac salva in posterum retinuit. Überem in primis frugem reddidit missio instituta Brzesnicii. Dominium hujus oppidi nuper adeptus beneficentia Ferdinandi Imperatoris Adactus Genisekus, ut erat eximiae pietatis virtutisque vir, nihil habuit antiquius quam ut haeresim ab eo penitus propulsaret. Accitum itaque Patribus id negotii dedit ut opus evangelicum facerent Brzesnicii, tamdiu alendi de suo dum rem perfectam habuissent. Nostri injunctum munus strenue exsequentes, brevi non eam modo urbem, sed et finitimatam late regionem cum Ecclesia Romana conjunxerunt. Delectatus successu Adactus, ut collecti fructus maxime essent diuturni, Brzesnicii collegium Societatis moliri statim coepit, quod annis sequentibus constitutum

^{145.}
Haereticci ad Ecclesiā reducū
varis in locis.

^{146.}
Fructus sacra-
rum expeditio-
num.

^{147.}
S. Ignatii virtus
ad fugandos
daemones.

^{148.}
Brzesnicii reli-
gio restituatur,
et collegii funda-
menta jaciuntur.

149.
Nostrorum labores Visovicis haud satis prosperi.

videbimus. Plus operae ac laboris positum est in missione Visovicensi, nec tanta tamen ubertate respondit fructus, sterili nimirum solo et adversus cultorum industriam contumaci. Est Visovicium non ignobilis ditionis caput decem pagorum dominium complectens, ad Hungariae fere confinia. Urbs olim populo frequens et aedificiis, sed postremis temporibus in illo Hungariae tumultu quem Bethle-mius Gabor concivit, dimidia sui parte diruta atque prostrata, haeresim tamen suarum calamitatum causam pertinaciter tuebatur. Loci Dynastes Melchior Dyczus vir eximie catholicus idemque nostri ordinis amantissimus, miseratus gentis miserae caecitatem, ut sarciret illatas ei non tam ab hostibus quam ab haeresi clades tetricas, cum primum quies ab intestinis motibus et externo bello fuit, ad restituendam ibi religionem adjectit animum. Cumque sacerdos e populo adesset nullus, qui provinciam periculi plenam vellet suscire aut parem operi perficiendo virtutem ostenderet, mittendos illuc duos e nostris curavit, homines ingentis animi, religionis studio flagrantibus et sacris ministeriis apprime exercitos. Hi vero annum integrum in ea regione commorati, licet nulla re sibi officioque deessent, labore immodico vix quatror et quinquagenos errorum vinculis exsolutos ad Christi ovile traxerunt.

150.
Puerorum fortitudis in servanda Ecclesiae legibus.

Catholicis etiam ad pietatis studia excitandis diligens impensa est cura nec irrita; cuius rei, ut caetera praeteream, illustria in primis documenta aetas im-maturior praebuit. Inventi mira fortitudine adolescentes qui quamvis in haeresi natu atque innutriti, hausta semel in scholis catholicae dogmata constanter defendere non dubitarunt, iratis licet parentibus minasque graves ac verbera intentantibus. Quidam eiici domo ac paternis bonis spoliari maluerunt, quam carnes attingere diebus esorialibus, aut aliam ejusmodi ecclesiae legem infringere. Feliciores alii parentes ipsos inhumano a quibus religionis causa vexabantur, paullatim patientia mitigarunt doctrinae vera imbuuerunt, ac tandem victos in ejusdem fidei concessionem perduxerunt, cujus generis exempla plura litterae Opavientes referunt. His nostri experimentis edocti erudiri quodammodo parentes in liberis, et facile manare ad grandes natu viros institutiones quibus pueri informarentur, prae caeteris ministeriis catechesim exercebant, dabantque operam ut frequentissimos haberent puerorum concursus. Hos proinde illecebris variis ac munusculis alliciebant, et e triviis interdum compitisque collectos magnis agminibus in aeDEM sacram deducebant. Eodem plures in classes pro aetatis ac generis diversitate tributos separatim eruditib; ad singulorum captum enarrantes religionis christianaee dogmata, ea praesertim in quibus ab Ecclesia Romana dissident heterodoxi. Res tanto apparatu gerebatur Olomucii ac Brunae, ut ipse Olomucensis Episcopus Cardinalis a Dietrichstein coetus istos identidem praescient honestaret sua, nec alienum a se diceret ea dignitate vir puerorum interrogare, quosque doctiores comperisset laudare palam ac praescienti praemio remunerari, quo alacriorres scilicet ad salutarem doctrinam condiscendam efficerentur caeteri. Ita sensim ministerio atque opera puerorum religio propagabatur ac radices agebat. Neque minus eorum saepe pietate utebantur nostri ad corrigendos adulorum mores corruptos, ut ex uno exemplo, quod speciminis causa libet at texere, palam fiet. Nissae cum agerent festa bacchanalia, eosque dies insana plebecula per variam procacitatem lasciviamque suo more traduceret, medios inter lusus atque orgia personatorum, prodire e collegio nostro longis ordinibus adolescentes ii qui Marianis in sodalitatibus censebantur, totamque urbem ritu supplicantium obiere, flagris caedentes sese ac pacem superum cantu flebili compantes; quae species adeo confudit permotisque male feriatum populum, ut hoc quidem anno multum de usitatis computationibus, saltationibus, caeteraque eorum dierum licentia remissum fuerit. Sed frequentiora haec erant, quam ut singula commemorari debeant. Claudat Bohemicae provinciae res obitus Jonae Barjonae Archidiaconi Kuttembergensis, qui licet Societatem cui dederat adolescens nomen adulterio reliquisset, sua tamen erga ipsam benevolentia singulari efficit, ut in his annalibus praeteriri sine ingrati animi nota non possit. Is de Societate tam honorifice sentiebat, tam magnifice quaecumque se daret occasio-

151.
Catecheses ministerium cura praecipua exercetur.

Singulariter pietatis exemplum a pueris editum Nissae.

152.
Mira in Societatem benevolentiam Jonas Barjonae ejusque obitus et exequiae.

Ita sensim ministerio atque opera puerorum religio propagabatur ac radices agebat. Neque minus eorum saepe pietate utebantur nostri ad corrigendos adulorum mores corruptos, ut ex uno exemplo, quod speciminis causa libet at texere, palam fiet. Nissae cum agerent festa bacchanalia, eosque dies insana plebecula per variam procacitatem lasciviamque suo more traduceret, medios inter lusus atque orgia personatorum, prodire e collegio nostro longis ordinibus adolescentes ii qui Marianis in sodalitatibus censebantur, totamque urbem ritu supplicantium obiere, flagris caedentes sese ac pacem superum cantu flebili compantes; quae species adeo confudit permotisque male feriatum populum, ut hoc quidem anno multum de usitatis computationibus, saltationibus, caeteraque eorum dierum licentia remissum fuerit. Sed frequentiora haec erant, quam ut singula commemorari debeant. Claudat Bohemicae provinciae res obitus Jonae Barjonae Archidiaconi Kuttembergensis, qui licet Societatem cui dederat adolescens nomen adulterio reliquisset, sua tamen erga ipsam benevolentia singulari efficit, ut in his annalibus praeteriri sine ingrati animi nota non possit. Is de Societate tam honorifice sentiebat, tam magnifice quaecumque se daret occasio-

loquebatur (multorum vitium id est vix amicitiae condonandum), ut molestum eo nomine se praebaret caeteris coenobitis presbyterisque, aegre ferentibus scilicet nec immerito, solos praedicari, solos in caelum ferri Jesuitas eorumque comparatione se tacite reprehendi. Quam vivens declaraverat in nostrum ordinem benevolentiam, novo argumento confirmavit hoc anno moriens, relicto bonorum suorum ex asse haerede collegio Pragensi, in quo primam institutionem hauserat. At cum esset usitato ritu efferendus ad sepulturam, nemo inventus, quod merito obstupescas, neque ex ordine sacerdotali neque ex ulla religiosorum familia, qui pontificam funebrem assecari vellet. Adeo omnium alienaverat mentes, si non odium nostri certe dolor injuriarum suarum, quod tam profusas Societatis laudes contemptum interpretarentur suum. Totam ergo execuarum curam sibi desumpserunt nostri, adhibitusque in id partheniis sodalitatibus et omni cum magistratibus nobilitate invitata, funus quam potuit apparatuissimum duxerunt. Caeremoniam clausit unus Patrum oratione funebri, qua viri laudes copiose ornatae executus, nonnullam ei vicem pro egregia voluntate et magnis in Societatem meritis reddidit.

Progradimur ad provinciam Austriacam quae quidem licet mali omnis ac periculi expers, tamen funestis progressibus belli svecici haud leviter afficiebatur. Namque huc profugi e Bohemia Silesiaque confluenter magno numero socii hisque hospitium benigne ut Societatis consuetudo fert praebebatur, quamvis alicubi obstat penuria domestica et charitatem non aequarent opes. Caeterum intra hujus provinciae fines suis ubique ministeris nostri pacate incubuerunt, nec pigendo successu. Viennae eorum dumtaxat Patrum industria qui in domo Professorum degebant, in sinum Ecclesiae redierunt haeretici trecenti septuaginta duo, quibus alios viginti qui in collegii familia censebantur addidere. Princeps ex omni eo numero fuit femina insignis e Ducum Lavemburgensem familia, quae cum jamdiu consilium mutandae religionis versaret animo, statim atque in Augustae Imperatricis honorarium gynaecum adlecta fuit, a nostris probe instituta orthodoxam pietatem palam tota plaudente aula suscepit. Proximus illi accessit Richardus a Sternbergio, vir nobilissimi generis ac multarum opum. Is ad unum ex nostris disputandi causa adductus, post brevem concertationem adeo victus est vi veritatis ac pondere, ut paucos post dies in sacello B. P. Ignatii detestari sectam nefariam in qua fuerat educatus, et de sacra mensa ritu catholico participare non dubitaverit. Neque minus inter catholicos utiliter gesta res est, praeceps per occasionem majoris ut vocant Indulgientiae, quam Urbanus VIII. P. M. ad avertenda impendientia belli svecici mala circummisera. Auditi pro confessione multi, qui a longo tempore conscientiam non expiaverant. Multis persuasum ut flagitious abrumperent consuetudines. Multis ut inimicos in gratiam reciperent, aut cum domesticis concordiam redintegrandent. Marianae sodalitates, quae tum in collegio tum apud Professos, pro actatum atque ordinum varietate, plures institutae erant, jam ad aedem Hiezinganam, jam Nicelsburgum ad Virginem Lauretanam ritu supplicantium deductae fuerunt, ea specie pietatis quae intuentes admiratione defixit. Et inventi sodales haud ita pauci, qui quam aptos haberent christianae perfectionis magistros factis illustribus docuerunt. Quidam juventa licet florentes atque opibus, religiosis severioris disciplinae ordinibus se aggregarunt. Alii per varias illecebras ad libidinem provocati, pellaces feminas aut eluserunt fuga aut cum acri objurgatione repulerunt. Alii egenorum inopiam quis mendicitas probro erat, largitionibus occultis sublevarunt. Praecipuum laudem christianae misericordiae tulit unus, qui conspicatus forte inopem prope domum suam in simeto jacentem fame oppressum ac morbo, ab omnibus derelictum, eum suis ipse ulnis sustulit in domum ac proprio in lecto compositum peramanter procurandum suscepit. Medicum adhibuit, omnia corporis animique praesidia liberaliter subministravit. Et quia nihilominus aeger morbo succubuit, mortuum honorato funere extulit. Quibus aliisque laborum suorum successibus cum delectarentur nec immerito socii Viennenses, laetitiae cumulum imposuit auctus SS. Ignatii et Francisci Xaverii cultus ex eo quod collegii

154.
RES AUSTRIACAE.
Haeretici ad Ecclesiam revocati
Viennae.

155.
Res ibidem ge-
stae inter catho-
licos augendae
causa pietatis.

156.
Singulare pie-
tas querundom
e Marianis soda-
litatibus.

157.
Collegii Viennen-
sis tempum so-
lemni ritu dedi-
catur.

templum in ipsum honorem solemini ritu Deo dedicatum est. Dedicationis caeremoniam cum insigni pompa peregit Cardinalis a Dietrichstein Episcopus Olomucensis, qui per eos forte dies Viennam ad venerat missus a Pontifice Maximo cum titulo ac potestate Legati a latere, ut solemini ecclesiae more bene precatetur nuptiis Ferdinandi Regis Hungariae et Mariae Regis Hispaniarum sororis, celebratatemque per se splendidam splendidorem fecit praesentia Principum qui pio spectaculo interfuerunt. Affuit namque Imperator ipse Ferdinandus cum regis sponsis liberisque ac tota augusta familia, nec fere quisquam e proceribus defuit. Sacro ritu absoluto restitui apud nos nos humanissimus Caesar, nec alienum a suo fastigio duxit totum eum diem familiariter ponere in collegio, ubi sibi pariter ac Patribus lautum parari epulum juss erat. A prandio productum est in scenam per delectos scholasticos drama latinum, non minus textu fabulae quam apparatu et actione laudatum; spectaculo optimus Princeps non attente solum sed cupide, sed voluptatis incredibili sensu, id quod ore, oculis, plausu et erumpentibus identem lacrimis indicabat. Exacto demum inter manus et obsequia nostrorum die, quem sibi diem fuisse ex omnibus jucundissimum testabatur, sub occasum solis laetus in aulam se recepit. Caesaris exemplo caeteri quoque Principes gratulati sunt Patribus, et profusam erga nos voluntatem verbis humanissimis ostenderunt. At Caesaris frater Leopoldus Tirolensis. Archidux, sterili verborum officio non contentus templo recens consecrato aera campana quinque munifice donavit, quae secundo Danubio e Tyroli subvecta ac turri summae imposita ut primum audit a sunt Viennae, admirationem ingentem et parem admirationi voluptatem populo attulerunt. Nam praepter eximiā magnitudinem (quod maximum septem millia pondo habere dicebatur), ita erant ad numeros temperata, ut si perita pulsarentur manu concentum harmonicum ederent: res ibi nova ac propter ipsam novitatem magno omnium excepta plausu. Per haec ventum erat prope ad anni exitum, cum seriem tot secundarum rerum casus nec opinatus abrupit; in quo tamen plus periculi, Deo protegenti, quam mali fuit. Templo de quo dicebam duae incumbebant turres praecelsae, quae pyramidum in morem fastigiate ac splendenti cupro tectae, non minus mole operis quam elegantia conspiciebantur. Jam vero ad XI. Cal. Januarias coortus repente ventus procellosus ex iis quos turbines vocant, turris utriusque verticem violento vortice involutum ac vi summa revulsum dejecit, gravissima nobilis aedifici clade quam nostri pariter et externi doluerunt. Quod tamen ruina tam immanni, tam subita, in tam celebri loco, oppressus fuerit nemo id nostri pariter et externi singulari Numinis providentiae assignarunt, et pro eo gratias servatori Deo reddiderunt.

^{159.}
Leopoldus Tirolensis Archidux
quinque campanas donat tem-
plo.

^{160.}
Duas templi tur-
res turbo impro-
visus decollit.

^{161.}
Multi haeresim
ejurant Grecii.

^{162.}
Mulier contu-
max miro ostend-
to ad fidem re-
vocatur.

Per idem tempus aliis provinciae domiciliis contra haeresim ac depravatos hominum mores felici marte certatum est. Ut quaedam in hoc genere attingam notabiliora, Grecii errorem abjecerunt heterodoxi viginti novem, ac piae caeteris illustres aliquot matronae nobilium Dynastiarum uxores, quae viris licet ad catholicas partes transgressis, ad contumaciam obfirmaverant animos ac nunquam plane expugnandae videbantur. Ex his una ferocior ne monentem audire Jesuitam, molestum interpellatore scilicet, cogeretur, haud ita pridem secesserat ab urbe procul in pagum suae ditionis. Eadem affuit ex insperato in aede collegii seque ultro nostri sacerdotis arbitrio permisit. Miranti porro sacerdoti ac causam mutatae tam subito mentis percunctanti, narravit objectam sibi nocte proxima speciem tartareae voragini, igne sulphureo cum stridore horrisono ebullientis, simulque auditam vocem minaciter denunciantem, nisi sacra catholica amplecteretur in illud barathrum brevi ruituram praecipitem, in eodem cruciandam aeterno tempore. Se ad eam vocem evigilasse horrore salutari perfusam et continuo meliora cepisse consilia, vixque albente die in urbem revolasse eo animo, ut conscientiam confessione purgaret et in Ecclesiae Romanae fidem se reciperet. Haec illa illacrimans et adhuc, ut apparebat, ex nocturno illo terrore contremiscens, qui ut naturalem somni modum non excesserit, bene quidem certe ac feliciter ad ipsius salutem Deo adjuvante vertit. Clagenfurti

haeresim ejurarunt octo supra quinquaginta, quo ex numero viri quatuor fuererunt genere nobiles. Unius dumtaxat mentio fit in litteris labacensibus, qui unus tamen ob ingenii doctrinaeque praestantiam instar multorum videri potuit. Is a prima pueritia ductus in Saxoniam ejusque gentis doctrina institutus, ita hauserat Lutheri dogmata, ut tamen ad religionem majorum suorum reflecteret subinde mentem. Magna alioqui florebat eruditio[n]is fama; cuius gratia inter doctores Academiae Lipsiensis cooptatus, in illo celebri sapientum collegio politiores litteras cum exima laude profitebatur. Subiit desiderium revisendi natale solum aliquando, delatusque hoc anno Labacum, quasdam oportas sibi dubitationes conferre cum uno aliquo Societatis theologo statuit. Congressu autem primo edocitus veritatem, mox abdicata cathedra lipsiensi, spretaque ampliore quam Eleitoris Saxoniae favor promittebat fortuna, ad catholicos transiit.

Qui transitionem ex diversis sectis fecerunt Linci, ad ducentos septuaginta duos sunt numerati. Felix praeceteris sexen annorum nonaginta sex, qui vocatus novissima hora, parente caeteris mercede ut sperare pium est tulit, morte inter catholicos obita. Plus aliquid conficiebat Sociorum Linciensium labor, nisi bellorum terror et prosperi haereticorum successus eorum coepit interverterent. Edixerat Caesar ut nostri totam cum sacro ministerio lustrarent Austria[m] superioriem, jamque eum in usum evocati fuerant Lincium e residencia Eberendorfensi plures ex iis sacerdotibus qui tertium probationis annum obabant, viri omnes animi corporisque robore praestantes. Jussa ob eam quam dixi causam Caesar revocavit. Illi tamen ne nihil agerent, quando lustrationis consilium in aliud tempus differre cogebantur, ad vicina oppida dimissi fuerunt, et nihilominus luculentam haeresi plagam intulerunt. Multis falsam persuasionem ex animo, multis libros pestilentes e manibus extorserunt. Alicubi, interposita magistratum auctoritate, dissipanda curarunt clandestina haereticorum conventicula, quae certis diebus ad Postillae, ut vocabant, lectionem cogebantur. Alibi suam diebus festis sanctitatem debitamque Ecclesiae legibus observantiam, quae ex parte conciderat, restituerunt.

Passaviae praeter receptos in sinum Ecclesiac haereticos viginti et octo, sedulam dederunt nostri operam augendae pietati erga beatam Dei Parentem, quo nimurum praesens et propria adesset armis caesareis, quae iniquiorem in Imperio fortunam experiebantur. Ea de causa tres scholasticorum sodalitates aedem Virginis auxiliatrixis in vicino colle sitam, cultu antiquo et peregrinorum concurso celebrem, ritu supplicantium deductae fuerunt. Qua in aede notatum est, cum aliqui polluta conscientia subiissent, eos repentina velut caecitate ictos, Divae effigiem venustate dignitateque conspicuam intueri nunquam potuisse. Collegium interea Passaviense, cum hospites subinde multos de Societate exciperet quos armorum, tumultus ac terror e suis sedibus exturbabat, serenissimi quoque Leopoldi Archiducis hospitio nobilitatum est. Princeps quippe nostro addictissimus ordinis, ut forte Oenipontum redibat Vienna, quo novam nuptam ad Ferdinandum Hungariae Regem Ferdinandi Imperatoris fratri sui filium deduxerat, ex itinere ubicunque consistendum erat, si ibi esset domicilium Societatis, ad illud perhumaniter divertebat, malebatque amice inter nostros cultu modico diversari, quam parata adire palatia interque luxum ac pompam usitatis procerum obsequiis obsideri ac prope occidi. Effugere tamen hoc loco non potuit, ne delectos audiret scholasticos, ipsi pariter ac Austriacae domui conceptis carminibus gratulantes; quod adeo moleste non tulit ut imo ea re majorem in modum delectari sit visus. Eadem erga nos animi inductione Magdalena Austriaca, soror Caesaris, magni Etruriae Ducis uxor, dum Viennam ad salutandam novam Hungariae Reginam proficiscitur, ut primum est ingressa Passaviam misit ad nostros qui nunciaret, se die postero, qui dies sanctis omnibus sacer erat, afflustram cum liberis in aede collegii ad sacra participanda. Verumtamen id praestare morbo primum impedita, dein morte intercepta non potuit. Mulier siquidem a longo tempore mitiori Italiae caelo assueta, prima anni frigora quae multo acriora sunt in Germania non ferens, ad haec longo itinere defatigata, tentari

Tom. II.

62

^{163.}
*Haereticorum
conversiones Cla-
genfurti et La-
baci.*

^{164.}
*Res gestae Lin-
ci, et in oppidis
circumpositis.*

^{165.}
*Supplicationes
habitiae ad Pe-
parae templum
Passavie.*

^{166.}
*Leopoldus Archi-
duc in collegio
Passaviensi ho-
spitatur.*

^{167.}
*Moritur Passa-
viae magna E-
truriae Bucissa.
Nostrorum obse-
quia erga eam.*

statim coepit levi fabricula, qua sensim aggravante, intra paucos dies interiit. Adstitit morienti sacerdos de Societate, quem secum ipsa ad sacras confessiones adducebat. Socii vero Passavienses, memores quantum Austriaco pariter ac Mediceo Societas deberet nomini, praeter exhibita quaecumque potuerunt viventi obsequia, multa privatim ac publice piacula adhibuerunt pro ipsis incolumitate, ac demum mortuam luctu publico solemibusque sacrificiis sunt prosecuti. Quibus devincti rebus duo ejus liberi, ornatisimi Principes, ut gratum pro tot officiis animum nostris hominibus testarentur, simul ut moerorem amissae matris ex parte lenirent, post remissum Florentiam cum parte comitatus cadaver, ultra se in collegium intulerunt, diemque solidum inter Patres perquam familiariter posuerunt. Nec ultro morati Passaviae porro progredi Viennam, quo iter direxerant, perrexerunt.

^{168.}
Crembsae liberi
dieni, unum
transigunt in
collegio.

^{169.}
Crembsae Semi-
narium erigi-
tur.

^{170.}
Superstitiosa
quædam abvo-
gantur Juden-
burgi.

^{171.}
De lapillis Fojen-
sis, eorumque
origine ac vir-
tute.

^{172.}
Haeretici ad Ec-
clesiam aggre-
gati Tyrnaviae.

Crembsae, praeter alias augendae pietatis artes nostris ubique gentium communes, pro studiosis adolescentibus quibus angusta domi esset res, stabile seminarium excitatum est. In eo alumni sustentari cooperunt viginti quinque, quorum quae esset institutio, brevi non in scholis tantum, sed etiam in templo cognosci potuit. Edocti enim artem musicam, in eaque se naviter exerceentes domi, haud parum splendoris divinae conferebant rei, quoties augustiore ritu peragebatur. Judemburgi gliscebat sensim pravus mos, ut depellendis morbis malisque genii averruncandis, quorum nocturnis terroribus infestari dicebantur domus, amuleta quaedam superstitionis adhiberentur. His cerae Pontificis Maximi prece consecratae, aut Fojenses lapilli, suasu nostrorum subrogari cooperunt. Atque id quidem utiliore, ut experientia demonstravit, consilio, cum piam fiduciam optati plerumque eventus sequerentur. Quorum lapillorum quando frequens in Germania usus et magna religio erat, non otiosum puto erit eorum hoc loco notitiam aliquam interserere. Dionantis, quod Belgii est oppidum in ditione Leodiensi, anno saccufo de quo scribimus nono, dum eximiae magnitudinis quercus caeditur fabricandae navi, in trunko fere medio simulacrum divinae Matris repertum est affabre elaboratum. Erat id parvis quibusdam e ferro clatis ex parte anterieiore praesepsum, apparebatque huic olim trunko affixum, ut a praetereuntibus coleretur. Sed processu temporis, novo increcente cortice, novaque inducta materia coopertum, coli pariter ac videri desierat, et jam in suo velut loculo inclusum latebat. Statuam ita repartam, ut caeleste palladium venerari statim Dionantenses cooperunt. Quo vero decentius collocaretur, post annos ferme novem, eodem in loco ubi excisa fuerat quercus paucis ab urbe stadiis sacellum excitarunt, quod miraculis in dies inclarescens, peregrinorum concursu donariis et anathematis, brevi evasit longe celeberrimum. Fojense vulgo appellatum est id sacellum, nomenclatura fortasse ducta a fide, que gallice Foi scribitur. Jam dum effoditur egeriturque jaciendi sacelli fundamentis humus, admirationem ingentem effecerunt detecti magno numero, et praecella specie lapilli, alii alter ad gemmarum modum colorati. Placuit experiri, num qua indita iis virtus esset ex sacrae statuae propinquitate, et accedente fide ac pietate erga beatam Virginem, attactu eorum curari morbos quantumvis insanabiles, stygiisque spiritus tum ab humanis corporibus tum ab aedibus eliminari, usus docuit. Hinc Fojenses lapilli passim expeti, ac late per Belgium Germaniamque dispergi. Et usus tenuit, ut ab iis quibus aliquid noxaea pestis inhaereret, e collo suspensi gestarentur. Haec igitur religio, uti dicere institui, inter Judemburgenses invecta est ad exterminanda quibus multi perperam abutebantur, superstitionis malorum medicamenta, malis omnibus deteriora.

Nihilo interea segnissus res agebatur in Hungaria, utque ibi sectarum diversarum magna colluvies erat, ita majori numero haereticii ad fidem Ecclesiae redierunt. Tyrnaviae nostris se dediderunt plus centum et quinquaginta, e quibus viri ac feminæ plures e nobilibus ortae familiis, ac sectarum ministri duo, Calvinus unus, alter Lutheri praeco. Hos cupiditer incessit explorandi quid ageretur in iis secessibus, quos divinis commentandis rebus apud nos institutos videbant, eaque propter totos dies octo in collegio nostro exegerunt, unum quotidie

audientes e Patribus divina oracula explicantem. Die autem octavo, quod nemo rebatur futurum, uterque errores quos palam in suis synagogis docuerant, palam in aede nostra damnarunt. Tyrnavia haud ita multum abest Sellia, oppidum eo tempore haereticis tantum aut malis catholicis habitatum. Illuc rogatu Petri Pazmanii Cardinalis procursum a nostris est, et ad plures continenter dies, qualis in sacris missionibus assolet, oppidanis impensa opera. Praecipuum tamen operae pretium constituit inter catholicos, qui concionibus Patrum concussi charitate et patientia illecti, sui ad eos scelera detulerunt, et confessionibus a prima usque aetate repetitis deterserunt. Haereticorum, quod erant Calvini perditæ addicti, aegre subacti undecim. Jaurini ad Ecclesiam aggregati e diversis sectis tres et viginti, fere totidem Posonii. Hic vero cum grassaretur pestilenta, non ideo occulæ scholæ, aliave ordinis ministeria sunt intermissa, sed potius nova piacula supplicationesque ad avertendas caelestes iras adhibita, idque re ipsa impetratum, ut e catholicis admodum paucos, e discipulis nostris fere neminem lues carperet, cum interea haereticorum miserandam ederet stragem. Anguste habitaverunt nostri haec tenus in collegio Posoniensi. Fuerat enim ingratias civium, ut suo loco diximus, conditum, in iisque aedibus collocatum, quas unas eo tempore malignitas adversariorum utendas permisit. Hoc anno laxius multo commodiisque habitare cooperunt, idque munificentia Petri Pazmanii Cardinalis, qui civitatem sentiens erga nos aequiorem, collegium quo demum cumque licuit modo inchoatum, ampliore structo aedificio, perfecit. Accessit, quod non videbatur sperandum, liberalitas civium aliquot opulentiorum, quorum alii fundos frugiferos, alii pecuniam ad comparandum domesticum instrumentum collegio tradiderunt. Prae caeteris comes Paulus Palfi, vir genere opibusque praecipuus, vilam elegantem attribuit mille ab urbe passibus sitam, ubi Patres loci amoenitate certis intra annum diebus animum relaxarent. Postremo P. Georgius Kaldi collegii ipsius Rector, ut forte suarum concionum priores ediderat tomos Pazmanioque inscripserat, donatus ab eo pecuniae summa non levi, hanc in usum collegii totam transcripsit, ac praeter alia beneficia, coemptis exquisitoribus libris græcis et latinis, bibliothecam domesticam insigniter locupletavit. Residētiam Levensem sub auspiciis Ferdinandi Imperatoris institutam vidimus anno ante hunc altero. Ea nunc frugem haud pigendam edidit, ad Ecclesiam revocatis e Lutheri Calvinique gregi capitibus quinquainginta quinque, qui numerus pro nostrorum paucitate non exiguis. Nec enim plures binis in ea statione degabant. Patrum laetitiam cumulavit inopina transitio Lutherani Doctoris, qui modo unus rem Lutheranam in eo oppido sustentare videbatur, cum præter ipsum esset nemo, qui pestilentem doctrinam sive in schola sive e suggesta Levensibus traderet.

Haec dum geruntur in Pannonia, missio Transilvanica, favente Societati novo Transilvaniae Principe Georgio Ragochzio, non improspere procedebat. Sane Ragochzus licet secta Calvinianus, praecipuam erga nostros benevolentiam declaravit Monostorii, quo in oppido stationem fixam, ut alibi dictum est, habebamus. Huc enim delatus, cum ab delectis gymnasii nostri adolescentibus soluta ac vincta oratione salutaretur, eos per quam libenter audivit, et pro faustis appreicationibus gratias egit ipsorum doctoribus; Arrianis vero et Calvinistis, simile gratulationis officium Claudianopolis in vicina urbe offerentibus, ut præberet aures adduci non potuit. Quod adeo impotenter tulerunt haeretici maxime Calviniani, ut palam quererentur usitatis Jesuitarum præstigia fascinatum. Principem aliqui bonum, ac bene de Religione sentientem. Inde nostri, sumpto animo, juventutem Monostoriensem, quam haec tenus in una erudierant schola, duas in classes divisereunt, novumque gymnasium aperuerunt. Sui quin etiam domicilii angustias prolati aedificio laxaverunt, aedemque sacram antea ruinosam ac sordidam instaurarunt, adjuti liberalitate nobilis cuiusdam viri, qui haud ita pridem moriens, testamento facto, haud levem pecuniae numerum in hos usus transcripserat. Accessit munificentia viri itidem nobilis Stephani Erdeodi, qui ad caetera sua erga nos voluntatis argumenta, hoc anno tres pagos circumiacentes cum molendino apprime-

173.
Socii Sellian
excurredunt, ac
rem bene gerunt.

174.
Sociorum acta
Jaurini ac Poso-
nii.

175.
Collegium Po-
soniense multo-
rum beneficentia
amplicatur.

176.
Fruges collectae
ex Residētia Le-
vensi.

177.
Novus Transil-
vaniae Princeps
benevolum se
præbvet Societati.

178.
Residētia Mo-
nistoriensis au-
getur.

utili grandique piscina, Residentiae Monostoriensi, ubi ipse cessisset e vita, possidendo addixit. Ne vero ulla super his molestia ullo unquam tempore exhiberetur Societati, donationem a se factam publicis Principis ac senatorum litteris confirmandam curavit. Quod attinet ad res Monostorii gestas, ex omnibus fere sectis quae ibi grassabantur impune, nonnullam stygio tyranno praedam eripuit nostrorum industria. Ex Arrianis septeni sacro abluti fonte Christum induerunt, itemque mulier et Sabbatarii una genere nobilis. Unus praeterea e schismaticorum numero gente Rascianus, Calvinianique septendecim, detestati superstitionem patriam, in Romani Pontificis verba juraverunt. Admiracioni pree cunctis fuit ingenuus e Calvini schola puer, qui cum mortuum efferri catholico ritu conspexisset, captus sacrae caeremoniae sanctitate ac dignitate, id satis cause habuit ut sacra catholica amplectetur. Sed non quam facile amplexus est, etiam retinuit. Recivit pater, homo usque ad insaniam Calvinio adductus, et immane quantum exarserit. Continuo urgere filium suasione primum blanda, dein minis atque verberibus, ut ad ecclesiam reformatam (sic illi loquuntur) se referret. Cum nihil proficeret, ut degenerem ac familiae maculam domo pellit. Ille receptus a consanguineo, nostris in disciplinam se tradidit, ac sedulam navans operam litteris, ut erat praestanti ingenio, brevi tantum profecit, ut supra aequales excelleret. Quod ubi cognovit pater, ea re magnopere delectatus, non modo filium innocuum recepit in gratiam, sed alium natu minorem illi addidit comitem, abstractumque a schola lutherana nostra similiter frequentare jussit.

179.
*Plures ibi sunt
catholicici. Pueri
unius eximia
constantia.*

180.
*Res gestae Karan-
sebii, ejus-
que residentia-
ries variae.*

Altera Transilvanicae Missionis sedes erat Karansebium urbs montana, quam in urbem ante annos sex, ut alibi me dicere memini, Gabor ipse Betlemius, ut catholicis gratificaretur, Societatem immiserat. Consistentes in hac statione bini Patres, licet major pars civitatis et potior Calvinio studeret, verbum Dei cum fiducia loquebant vivente Gabore, quippe litteris Principis ac benevolentia freti. Multum illis accessit animi, cum sublatum Dei nutu potentem adversarium viderunt, qui unus tumultum ciebat et ipsorum incepta retardabat. Famosus Calvini buccinator erat is, ac nativa facundia tenebat imperitum vulgus usque adeo, ut facile auditores suos quocumque vellet impelleret. Accidit ut equum consenderet temulentus. Quem dum praecipitem per montis abrupti clivum urget, prolapsus cervicem fregit. Eo casu prona facta sunt Patribus omnia usque ad Gaboris obitum, et multi Indigenarum hoc medio tempore ab errore ad veritatem traducti sunt praelestum in pagis rusticorum, quos illi assidue percurabant. At tempore interregni, ob eas quas alibi memoravi causas, nihil factum est proprius quam ut Residentia Karansebiensis penitus excinderetur. Tamen, Deo protegente, Societatemque tuente novo Transilvaniae Principe Georgio Ragochzio, stetit incolumis. Hoc quidem certe anno, non solum pacate vixerunt in sua statione Patres, sed et Calvinianos viginti in fidem Ecclesiae receperunt. Templum quin etiam ab haereticis per vim usurpatum, ut catholicis redderetur, implorata aequitate Principis, pervicerunt. Per easdem ferme vices nunc faventes nunc adversantis fortunae, ad hunc annum devenit quae AlbaeJuliae sita erat Residentia Societatis, hoc felicior tamen quod hinc aditus ad Valacos nostris hominibus patuit. Initio namque anni, cum adhuc turbatione ea in urbe reipublicae status esset, facile adducti sunt Patres ut in Valachiam quae Transilvaniam attingit ab occasu excurrerent, invitante nobili viro Clemente Kaschza, qui rem magnam et lauta praedia illic possidebat circa Nagyhalmagium oppidum, eaque nostris, siquidem collocare ibi stationem vellent, in perpetuum offerebat. Regio ea erat, si qua usquam alia, evangelicis operariis indiga. Gens omnis eo miserabilior, quod cum de ingenii bonitate nulli ferme europaeorum concederet tristi rerum divinarum laborabat ignorantia, passimque erroribus ac superstitionibus scatebat. Hariolos ac divinatores in magno habebat pretio. Iste vicinos montes petebant certis diebus, ibique e proceris arboribus, quas perniciitate summa concidebant, velut e dodonaea queru futuros eventus praenunciabant. Haerebat circum stupens multitudo, eorumque dicta accipiebat tanquam oracula de caelo missa. Ita genti miserae malus daemon illudebat. Accedebat ad miseriae cumulum

181.
*Nostrorum ex-
cursio in Vala-
chiam. respe-
ctu gestae.*

quod ipsi se putarent unos piae caeteris compotes verae sanctaeque religionis. Dies festos observabant summa pietate, jejuniorum tenacissimi erant. Hoc uno sancti sibi videbantur, caetera nominis christiani officia sus deque habentes. Ad eos ut ventum est, de statione quidem decerni nihil potuit in praesentia, quod non erant in promptu qui ibi relinquerentur operari. Quod unum tamen licuit, auditu pro confessione multi sunt, multi a solutiore vitae instituto in orbitam christiana modestiae reducti, multis errores quibus male ludebantur excepti. Re demum satis feliciter pro tempore ac loco' gesta, suam in stationem Patres se receperunt. Caeterum AlbaeJuliae quod reliquum anni fuit nullo prope fructu transactum est, tum propter haereticorum qui numero opibusque praevalebant artes nefarias, tum maxime ob depravatos mores aliquot sacerdotum, qui otio diffuentes ac luxu, libidinibus, ganeis ac vino defiti, exemplo offendebant catholicos, haereticos in catholici nominis contemptum armabant. Eos ad officium revocare conati Patres, adeo nihil profecerunt ut ipsorum potius offensionem incurrerint, iramque in se concitarint, magno suo dolore, at inutili. Solatio fuerunt tamen plures e populo catholici, qui licet variis haereticorum artibus, atque adeo vi minisque ad defectionem solicitati, nihilominus in fide Ecclesiae manserunt. Tres fuere feminae genere nobiles, quae ob eam causam convicis primum ac verberibus vexatae, dein ferro minaciter appetitae, mucronibus objecere pectus plus quam feminea virtute, diserte affirmantes, daturas se citius vitam et sanguinem, quam obligatam Ecclesiae Romanae fidem fallerent. His multum dissimilis altera, claris item orta natalibus, quae ne fortunarum jacturam faceret, fidei catholicae nuncium remisit, auctore calvinista consanguineo. At non impune defectionem impianit. Fortunis enim paulo post spoliata, vitam in egestate contemptuque traxit. Ac ne dubium esset, poenam hanc esse perfidia ab ultore Deo irrogatam, auctor ille pessimi consilii calvinista uno prope funere tres liberos extulit, quos ipse brevi mox intervallo secutus est ab inimico confossus.

Præter eas, de quibus hactenus disseruimus, stationes, fixum Societati domicilium in usum perpetuae Missionis erat in Sicilia. Pars ea est Transilvaniae secretior ac Poloniae vicinior. Gens militiae dedita, equitatibus insignis, in hoste consecrando vexandoque pertinax. Anno ante hunc sexto, cum illuc venit Societas, Sabbatum colebant Siculi ritu judaico, ac porcina carne se abstinebant. Cultiores Calvinum sequabantur. Magistro erroris utebantur Simone quodam Pecumio praestigiatore teterrimo, qui larva sanctitatis et austerioris faciem populo faciebat. Quos autem felicioris ingenii adolescentes nancisceretur, Claudiopolim submittebat plenius a suis erudiendos. Arti pestiferae ut aliam opponerent Patres, erudiendae melius juventuti scholam aperire statuerunt, simulque refellendos sumpserunt exitiales libros, quibus doctor improbus venenum mentibus instillabat. Quos deinde successus habuerit ea Missio, nullae quas videre potuerim satis explicant litterae. Unius duntaxat rei mentio fit, quam abs re non erit hoc loco referre, quod præsertim ex ea licebit intelligere, quantas habeant vires ad frangendam hominum ferociam calamitates. Henricus Lisibonus, metallorum apud Siculos Praefectus et Calvinistarum eo loco antesignanus, bellum atrox romanis sacris et verbo et exemplo inferebat. Die quadam invitatis ad convivium amicis, inter epulandum generoso mero incaescens, petulantem linguam in maledicta contra Romanum Pontificem omnesque catholicos solvit. Plaudebant convivae, et accommodata huic argumento carmina dictoriaque certatim inter scyphos fundebant. Remotis mensis, ne quid ad hilaritatem decesset, laetas agitant choreas, praesertim Lisibono, vino graves aliqui atque aegre vestigia molientes. Ecce autem in medio saltantium, ac subinde collabentium fremitu ac tumultu, pavimentum solutis repente trabibus depresso corruit. Convivae pars oppressi, pars semianimes inventi. Lisibonus, fracto crure, toto corpore contrito vix e ruderibus educitur, eique mors in diem tertium a medicis denunciatur. Attonitus edicto ferali miser, prope se desperabat; cum opportune ab amicis quibusdam catholicis de mortis aeternae periculo est admonitus. Enimvero gravius

^{182.}
Minus fructu-
sus labor Albae
Juliae, et quare.

^{183.}
Virtutis et igna-
viae quaedam
exemplia.

^{184.}
Nostrorum acta
apud Siculos
Transilvaniae.

^{185.}
Exemplum cala-
mitatis ad ani-
mam salutem a
Deo immiscae.

multo ac formidolosius hoc esse periculum sensit, quod vitari tamen posset adhibitis in tempore praesidiis catholicae pietatis. Igitur momento eodem, (et erat nox intempsa), arcessit sacerdotem Societatis, detestatur impietatem, recantat maledicta, sacramentis demum rite sumptis comparat se ad supremum iter. At Deus, qui teste Divo Augustino, *novit mutare sententiam si nos neverimus emendare delichum*, poenitentem respexit eique valetudinem quam non sperabat, cumulato beneficio restituit. Neque hic divinae misericordiae finis. Unius salus multos ad spem divinae bonitatis, professionemque catholicae veritatis erexit, chirurgum in primis, qui partam miraculo tam insperatam sanitatem praedicans, Lutheranum virus quod hauserat a nutrice exspuit.

^{185.}
Mors et obloquium
P. Stephani Rattkai.

Socios plures intra hunc annum provincia desideravit, et quosdam virtute insignes. Ex omnibus unum producimus P. Stephanum Rattkajum Zagabriae extinctum, qua in urbe narrationem de rebus Austriacis, justo fortasse longiore, claudemus. Is ortum habuit in Croatia, ex perpetua Baronum Rattkajorum familia. Vixit annos quatuor supra quinquaginta, ex iisque fecit in Societate tringinta sex, tria tantum professus vota. Obiit pridie Cal. Aprilis; respirandi difficultate oppressus, sacramentis ultimis rite pieque sumptis. Multis spectabatur magnisque virtutibus, sed illa in primis, quae teste D. Jacobo perfectum indicat virum, ut qui in verbo nunquam delinqueret. Hanc sibi prescripserat servabatque exacte legem, ut ne' vocula quidem una laederet unquam alienum nomen famamque, eaque propter sermones plerumque pios in familiari colloquio inferbat. Si quos autem audiret de quoquam obloquentes, aut alio detorquebat mira dexteritate sermonem, aut abscedebat. Superiores prope ut parentes diligebat, tanquam ministros Numinis divinaeque voluntatis interpretes observabat. Quidquid illi praecepit, factu facile an difficile, prompte integreque obtemperabat; nec obtemperabat solum, sed imperium exquisitis rationibus contra obrectatores defendebat. Ob has aliasque dotes egregias, erat P. Stephanus domesticis mire gratus, nec parum foventae pietati usus ob vim exempli putabatur. Rem quoque collegii oeconomiam magnopere sublevabat annua pensione florenorum quingentorum quam sibi a propinquis debitam, statisque temporibus pensitari solitam, vertebat in collegii utilitatem, ac ne obolo quidem sibi retento, totam Rectoris arbitrio permittebat. Quo orbatum subsidio collegium, temui alioqui utens preventu duplicum uno sublatu viro plagam accepit. Cacterum Zagabriae, ut in aliis ferme locis Hungariae, plura ex usu religionis pietatisque confecta sunt. Tria Lutheri mancipia, quatuor Calvini, in libertatem Ecclesiae catholicae vindicata. Additus his unus, qui in turcica servitute Mahometem Christo praetulerat. Laudata praeceps est Patrum solertia in mitigando feroci militum tribuno, qui ob acceptam nescio quam injuriam toti infensus civitati, educta extra oppidum legione, agrum suburbanum igai ferroque vastabat, colonos spoliabat, pecora abiebat, nulloque omnes discrimine habens cives, si quem invenerat portis egressum, conviciis, vinculis, ac mille indignitatibus onerabat. Hoc rerum statu, cum nemo jam auderet efferre extra muros pedem, tribunum immitem adiere fidenter nostri, eique demonstrantes quanto piaculo contra civitatem Caesari apprime fidam adhiberetur miles Caesari stipendia faciens, ut maleficiis finei faceret persuaserunt. Movit hominem scilicet cum oratio et auctoritas Patrum, tum vero maxime quod audierat, deprehensum prope urbem e suis manipulariis unum, cum male multaretur ab insaxa plebecula ac prope fustuario conficeretur, nostrorum interventu fuisse e furentium manibus eruptum atque servatum. Haec apud illum benignitas prae omni alia ratione valuit. Sed quamquam ob haec merita Societati optimi quique Zagabriensium stuperent, illa etiam re delectati, quod nostri hoc anno scholam quam habebant unicam, erudiendiæ commodius juveniuti in duas divisorant; tamen duo tresve e canoniciis, ut nunquam desunt malévoli, collegio nostro molestiam quamcumque poterant exhibebant. Vexationum ea causa erat, quod indicta ab Episcopo supplicatione solemní ei interesse nostri, procedereque sub signis perinde ac caeteri de clero renuissent, sua instituta et apostolica privilegia excusantes. Ob id capitales inimicitias cum Patribus

^{187.}
RHS. GESTAE ZA-
GABRIÆ.
Diram verbi ve-
xationem nostri
avertunt.

^{188.}
Quorundam Ca-
nonicorum acer-
bitas erga no-
stros. ejusque
causa.

exercebant, et hoc anno ut ipsis aegre facerent, binos collegii scholasticos, nullam licet culpam commeritos in carcere contruserunt. At caeteris canonicis iniquitatem aversantibus collegarum suorum et aequitatem Episcopi implorantibus, is educi e custodia innoxios adolescentes jussit. Nostri vero qui hactenus modestia sua audaciores effecerant adversarios, eorum deinceps audaciam invocato Caesaris patrocinio repremandam curarunt.

Hactenus in provincia Austriaca commorati progredimur ad Polonicam, ut que ab urbe regni principe ducamus initium, Cracoviae magno elatus est nostrorum exterrorumque luctu P. Andreas Lavicius patria Posnaniensis, vir idem prudentia ac sanctitate insignis, munisque ab rebus gestis Polonicae Societati nunquam obliscendus. Olim ab Demetrio magno Moschorum Duce ad Paulum V. Pontificem missus, ea dum legatione perfungitur, ob eximiam probitatem et in agendo dexteritatem, dignus est habitus qui ex inferiore gradu Coadjutoris, ut loquimur, spiritualis ad professionem quatuor votorum provehetur; professionemque ejus ipse exceptit Praepositus Generalis Claudius Aquaviva, rem valde probantibus Patribus Assistantibus atque ipso summo Pontifice. Idem deinde Pontifex redeunti in Moschoviam Lavicio, anno hujus saeculi sexto, perhorificum testimonium dedit, scriptis ad Demetrium ac Marinam ejus conjugem Marinaeque patrem Georgium Mnisekum Palatinum Sandomiriensem litteris, quibus viri pietatem, prudentiam morumque facilitatem prolixe commendans, eum sibi ob has dotes ac toti aulae Romanae acceptissimum fuisse testabatur. Quas vero literas ad Marinam dabat, totidem verbis cladebat. « Eum, inquit, ejusque que toti orbi terrarum utilem Societatem tantum dilige nostra causa, quantum nos te amamus in Domino, hoc est summe, et nostra Apostolica benedictione, quam is tibi impertietur, christianam tuam pietatem firma atque auge ». Sacram Missionem Lavicius instituerat in Moschovia, cuius successum non aliis referam verbis quam Abrahami Bzovii, e sacra Praedicatorum familia scriptoris, qui in vita Pauli V., * de propagatione fidei eo Pontifice facta disserens, ita loquitur: « Andreas vero Lavicius Demetrium Moschorum Ducem sedi Apostolicae obsequenter effecit, ac procul dubio universam Moschoviam Romanae cathedrae adjunxit, nisi inimicus humani generis tantam felicitatem genti (Demetriae scilicet e vivis atrociter et fraudulenter ante ejus Roma redditum sublatu) invidisset ». Abrupta ob acerbam, Demetrii mortem missione inter Moschos, operam suam Lavicius transtulit ad pagos et oppida gentis Zamoiskae, eaque per annos aliquot cum sacro ministerio percursavit, virorum alicubi, puerorum alibi sodalitates multas ac varias instituens, ubique catechesi, concionibus sacrorum administratione populum excolens. Praecipuum operac pretium fecit Bari, ac vero tantum, ut qui prior in eam civitatem nostros induxit Stanislaus Zolkevichius, post aliquot annos affirmare non dubitaverit, Lavicii virtute Barennes, qui antea a feris bestiis, quippe Tartaris finitimi, vix different, homines aliquando factos sibi videri. Hisce laboribus exantlatis in Podolia, Cracoviae tandem consedit in Domo Professorum, ubi cum vitam semper aequa actuosa ad annum usque tertium supra sexagesimum produxisset, maligna febri diebus undecim conflictatus, post suscepta rite morientium sacra, vivere desiit Idibus Martii.

Jacturam hujus capitatis laeti compensavere fructus per consueta ordinis ministeria collecti, quorum specimen subdo. Cracoviae in aede S. Barbarae, quae ad Professorum familiam pertinet, haeresim solemnri ritu ejurarunt trinita, partim Lutheri, partim Calvini asseciae. Nobilis item virgo annorum octodecim arrianis erroribus innutrita, sacro fonte abluta est, cuius exemplum secuta mater quae pridem ad Arrianos desciverat, denuo in sinum Ecclesiae se recepit. Schismatici praeterea duo in verba Romani Pontificis juraverunt, et unus quidem opportuno ad salutem tempore, quippe paulo ante mortem, quam expiata conscientia sumptaque Eucharistia, pie admodum ac placide inter manus nostrorum obiit. Sacrae expeditiones susceptae ad loca diversa decem, gestaeque fructu non pigendo, in ea praesertim Silesiae parte quae Cracoviensi territorio finitima est.

189.
RES POLONIAE.
Mors et elegium
P. Andreæ La-
vicii.

Cap. 23.

190.
Res gestae no-
strorum Craco-
viae.

Eam sacerdotes duo nostri toto bimensi spatio perlustrarunt, utque in regione corruptissima, neque minus vitiis quam erroribus infecta, multos ab salutis aeternae semita misere dearrantes in orbitam reduxerunt. Mikulcovium cum venissent, oppidum id est S. Adalberti Martyris memoria magis quam alia re celebre, eti divum hunc oppidi velut patronum colebant, aedemque habebant sacram ipsius nomine insignitam, ejus tamen cultum nostri multis auxerunt partibus, religionemque priscam, quae ex parte conciderat, restituuerunt. Fons ibi visebatur aquae albidae, saporem lacteum referentis; atque ita a majoribus traditum narrabant indigenae, hoc olim fonte Adalbertum, cum iis in locis evangelicam doctrinam sereret, cucullum abluuisse quem Ethnici per ludibrium aspersissent late. Inde alborem saporemque lacteum aquae inditum; et huic persuasiōni fidem facere quae crebro sequentur per eum latīcē curationes morborum, naturae vim facultatemque excedentes. His auditis rebus nostri, occasione arrepta, de S. Adalberto multa atque praeclara et loco superiori praedicaverē, quo scilicet erga beatum virum recalesceret antiqua veneratio, simulque intelligeret populus, fidem ab sanctissimis viris antiquitus traditam nulla fuisse causa deserendam aut immutandam. Utrumque feliciter tenerunt. Zielenicci, qui pagus est in ditione tirocinii Cracoviensis, dedicatum fuerat anno praeterito sub titulo Virginis Elisabetham invisitum templum, et inter rusticānam plebem Missio instituta. Missionis ea praecipue fruges fuit, quod populus pietate erga Beatam Dei Parentem incensus, voto concepto, pestilentiam in proximo grassantem evasit. Quod cum vulgo in opem nūmenque Virginis referretur, inde aedes Zielenicensis ab remotioribus quoque locis frequentari coepit. Eodem anno Cracoviae in aede Professorum sepulta est Agnes Pakoscianka honestissimi generis virgo, neque minus ob eximiam pietatem, quam ob effusam erga nos tristis beneficentiam digna quae in his annalibus vivat. Voto castitatis se obstrinxerat a prima aetate. At sat sciens multis gravibus ac fere assiduis hunc florem patere insidiis, in egregia praeceptum quae ipsi obtigerat forma, eum custodire exquisitis artibus studuit, nostri sacerdotis consilio ductuque semper usa. Sacramenta usurpabat singulis dominicis ac festis diebus, ac post sumptam Eucharistiam quod dixi votum renovabat. Quotidie flagellis cruciabat corpus. Saepe catenam ferream lumbis praecinctam gestabat, saepe in nuda humo somnum carpebat. Interdum cum scilicet sacrae incident dies, ceram liquatam manibus pedibusque instillabat, sensu doloris acerrimo. Solitudini et orationi dedita in primis erat, atque inter orandum divina identidem pati ferebatur. Quo die elata est, visendam se exhibuit virgini cuidam piac, eique gratias ingentes egit, quod sibi morienti Deum propitiare studiisset, fusis in id precibus et Eucharistia accepta; cuius facti perpetuam apud se fore gratiam promisit.

Collegium interea Cracoviense acerbe vexare pergebant juvenes aliquot Academicī, ob eam de qua alibi dictum est controversiam, crudescentibusque in dies odii, scholas Societatis, etsi jure optimo constitutas et Pontificis Maximi iudicio firmatas, quacumque possent via perturbare studebant. Nunc scholasticos contumeliis afficiebant, nunc clamoribus, sibilis jactisque in fenestras lapidibus, scholaram quietem rerumque gerendarum ordinem disturbabant. Eo devenit insania ut neque sacro pepercirent loco, remque in honorem Christi institutam, non minus impie quam procaciter intervertere ausi sint. Nam cum per ferias Christi natales propositum fuisse ex veteri Christianorum instituto praesepē manufactum in nostro templo, et electi e scholasticorum numero adolescentes divino Infantī conceptis carminibus plauderent, coorti repente e media spectatorum turba procaces aliquot Academicī, succlamare primum, dein densatos e nive globos jacere in declamantes cooperunt; qua illi grandine actionem intermittere seque subducere sunt coacti, fremente nequidquam populo et indignum facinus increpante. Graviter id factum tulit legatus Pontificius Honoratus Vicecomes, ad quem delata causa de violata loci sanctitate. Et jam contra sontes quaestionem acerrimam instituerat, sed evocatus Varsaviā ubi tum Rex cum tota aula considerbat, eam deducere ad exitum non potuit. In ipso tamen discessu scholarum

191.
S. Adalberti monasterium Mikulcovii repertum.

192.
Missio Zielenicensis fructusque pietatis erga B. Virginem.

193.
Moritur Agnes Pakoscianka, Eius eximia pietas.

194.
Audax factus quorundam Academicorum contra collegii Cracoviensis scholasticos.

195.
Scholarum quieti consuliū legatus Pontificis et novus Cracoviensis Antistes.

securitati providit, decreto facto gravissimo quo et nostrum jus ac possessio fir-mabatur, et adversariorum licentia in posterum comprimebatur. Turbas compo-suit postmodum novus Cracoviensis Antistes Andreas Lipski, vir nostro addictissimus ordini, qui a primo episcopatus aditu professus se palam scholarum So-cietatis patronum ac vindicem, ita de hoc arguento scripsit ad Rectorem Aca-demiae, ut iis visis literis multum de audacia remiserint juvenes academicici, seu vere pacati seu pacem astute simulantes, ne praesulem contra se concitarent. At qualemurque tranquillitatem brevi corrupit optimi praeulis obitus inopina-tus, et nostorum moerorem incredibiliter cumulavit allatus Varsavia nunc de morte serenissimae Constantiae Polóniae Reginae, cuius praecipue patrocinio collegium hoc Cracoviense tegebatur, munificentia crescebat. Beneficiorum ejus postremum fuit altare novum, eleganti opere hoc ipso anno extrectum in nostra aede, quod piae ac splendidae Reginae monumentum tota merito civitas dilaudavit.

Per haec in plerisque provinciis domiciliis, dispulso metu pestilentiae, quae magnam anno praeterito ediderat stragem, sua nostri munia liberius obibant; nec ferme locus fuit, ubi aut haeretici ad veram adducti fidem, aut schismatici cum Ecclesia conciliati, aut improbi catholici e veterno vitiorum excitati nostro-rum non commendarint laborem. Ut e multis pauca subiiciam, Leopoli tum Graecanico tum Armenico abolendo schismati haud levi operae pretio desu-datum est. Nicolaus Thorosowicus Armenorum Episcopus, ut anno praeterito di-cebamus, a nostris eductus damnaverat interne schisma, promiseratque praestit-urum se Romano Pontifici debitam obedientiam, in ejusque fide ac potestate mansurum. Sed quamquam sincera id promiserat mente, tamen suorum metu facere cunctabatur. Cunctantem impulere hoc anno nostri ut promissorum fidem servaret; qui proinde una cum suo clero fidem catholicam palam professus, supremo Ecclesiae capiti solemini jurejurando se adjunxit. Rem iniquissimis tulerunt animis schismatici ejusdem gentis, et inde contra pastorem suum aperte rebel-laverunt. Tempa occulserunt, vestes sacrificales caeteramque sacram supellecti-lem poscenti denegarunt. Nostri qui sua praeuersum causa excitatam procellam viderent, sua etiam opera sedandam rati, Sigismundum adeunt Regem ejusque in id opem et auctoritatem exposcunt. Cujus nutu in causam ingressi tum civi-les, tum ecclesiastici magistratus, factiosorum audaciam represserunt tranquil-litatemque pristinam inter Armenos reduxerunt adeq feliciter, ut multi e con-tumacibus sui Episcopi exemplum sequi maluerint, quam ab ipso in posterum dissidere. Multum porro his perficiendis rebus profuit gravissimus ex eadem gente vir, Joannes Patriarcha Constantinopolitanus, qui nuper Leopolim tanquam de caelo missus venerat, Romanum hinc prefecturus. Senex enim et specie ipsi-oris et canitis venerabilis, a doctrina etiam probitateque magnopere commen-datus, nihil dubitavit accidere palam ad pedes Honorati Vicecomitis legati Apo-stolici, Romanoque Pontifici, cuius ille personam sustinebat, tanquam Pastorum Pastori summo, fidelitatis et obedientiae sacramentum dicere. Quod exemplum, ut erat auctoritatis eximiae, movit veltementer Armenos tumultuentes, ac multis errorem pariter atque iram eripuit. Jam quod attinet ad schismaticos Graecos, quorum plena erat Russia, eorum saluti hoc maxime modo consultum est. Uniejowii quod oppidum haud ita distat Leopoli, coenobium erat vetus ac locuples, olim genuinis Monachis S. Basilii, nunc meris schismaticis habitatum. Huic Josephus Rudzky totius Russiae Metropolis, tum pro suo in rem catholicam studio, tum horlatu nostrorum, Archimandritam novum imposuit virum appri-me catholicum Paulum Oroloczynskium, veteri exauktorato homine perfidissi-mo, qui Romani nominis nec mentionem ferebat. Rem impotenter accepere Monachi, utpote qui schismati pertinaciter adhaerent. Itaque Dynastae praepo-tentis ope suffulti catholicum Archimandritam, verberibus ac contumeliis affec-tum in carcere coniiciunt, schismaticum in antiquam sedem restituent. At ille clam elapsus ex carcere, Leopolim profugit ad nostros qui non ipsum modo peramanter atque honorifice excepero, sed ipsius quoque causam officis ad-juvandam rati, tamdiu institere apud Regem ac judices, donec istorum decreto

Tom. II.

196.
*Acta Leopoli ad
abolendum Ar-
menorum schi-
smam.*

197.
*Patriarcha
Constantinopolita-
nus Romano
Pontifici sacra-
mentum dicit.*

198.
*Graecorum coe-
nobium a schi-
smate vindica-
tur.*

coerciti rebelles Monachi legitimum Archimandritam admittere, eique se subiit
cere sunt coacti. Neque hic stetit praecclari exitus laetitia. Monachi, quod magis
est, sub novo praeside emollii, mutarunt mentem usque adeo, ut suapte sponte
in verba Romani Pontificis jurarint omnes ad unum, ne illo quidem excepto
coenobiarca nequissimo, qui paulo ante caeteros ad contumaciam confirmabat.
Quam virorum talium conversionem pro merito admirantes e populo multi, idem
considi cuperunt seque pariter ad catholicos transtulerunt.

^{199.}
*Insignis conver-
sio Graeci cuius-
dam, aliorum-
que schismati-
cum Cameneci.*

Sed in hoc genere notabilius fortasse quod collegii Camenecensis litterae tra-
dunt. Rutheni Vicarius Episcopi, vir magnae inter suos auctoritatis, colloquio
non semel habito cum Societatis theologe de iis capitibus, in quibus ab Ecclesia
Romana discrepant Graeci, adeo pressus praesens est momentis rationum ac plane
devictus, ut satis non haberit catholicis per omnia consentire, sed mutatae
sententiae documentum publice edendum existimaverit. Progressus itaque ad fre-
quentem in aede sacra concessionem, haec palam explicitur. Sibi post longam ac-
curataramque consultationem vera esse comperta quae Latini crederent, tum de
processione Spiritus Sancti, tum de primatu Romani Pontificis in Ecclesia uni-
versa. Nihil prouide fuisse causae cur Graeci ab Latinis secederent, nec nisi am-
bitionis ductu ad eam secessionem, quae funestissima genti esset, devenisse. Quae
palam et aperte elecutas, recepit se ad nostros, et fidei catholicae professionem
solemni more edidit, una cura filio quodam suo aliisque schismaticis ex eadem
gente decem, qui tuto se posse tam sequi ducem crediderunt. Laetum id Came-
necensibus accidit. Nec illud minus, quod ibidem insignem detexerunt nostri fra-
udem, quae in perniciem ac dedecus catholici nominis struebatur. Camenecum ad-
venerat Christophorus, inter Episcopos Armeniae Primas (Caciendorum illi vocant),
vir externa specie ad omnem modestiam pietatemque compositus, in sinu perdite
schismaticus, ferebatque quorundam religiosorum ex Persia litteras, in quibus
erat mitti hunc ab Armeniae Patriarcha ad Pontificem Maximum, ut supremo
Ecclesiae capiti deferret obsequium, totamque Armenorum gentem illi subiceret.
Hoc nomine privatum ac publice colebatur, et procerum plerique officiis erga ip-
sum certabant. Nostris certis indiciis hominem subdorati concordiae inimicissi-
mum, haereseos Entichianae fautorem, Dioscori propagatorem acerrimum de-
prehenderunt, suasque de illo suspiciones ad magistratus detulerunt, magnopere
flagitantes ut excuterentur scrinia ipsius et scripta. Quod eum facile impetraser-
ent, dum interiores chartae nostris assidentibus pervolutantur, apparuerunt ma-
nifesta documenta perfidiae; et sycophanta, detractam sibi larvam sentiens, ce-
leri fuga se proripuit. Venere postmodum ab Armeniae Patriarcha litterae, ex
quibus constitit Caciendorum, hominem mire subdolum ac veteratorem vaferrim-
um, nihil ab ipso habuisse mandati, eaque legationem simulasse ad ciendas
impune turbas remque publicam perturbandam. Qua vulgata fama, duo schismati-
ci qui fraudis consciit immo artifices et architetti fuerant, malum sibi metuen-
tes a magistratibus, in Thraciam profugerunt.

^{200.}
*Ibidem inge-
nitus de-
tector fraus,
et diffatur.*

^{201.}
*Memorabilis
conversio cuius-
dam apostatae
Calissii.*

Calissii, ut in aliis ferme locis, plures e coeno vitiorum feliciter sunt educiti.
Unius tamen, sive ob claritatem generis, sive ob scelerum magnitudinem, men-
tio praecipua facienda. Is olim et paterna domo profugerat in Bohemiam, et ma-
joribus licet infra sacerdotium ordinibus inititus uxorem duxerat, procreandis
que liberis operam diu dederat. Postremo nequitiae cumulum imposuerat, eju-
rata fide catholica. Tot tam immanibus flagitiis cooperitus, cum pro desperato
haberetur, et illum consanguinei velut familiae maculam detestarentur, rediit ex
improviso Calassium, suorumque ac totius civitatis conspicuum ob infamiam no-
minis fugiens, contulit se recta ad nostros, consilium in rebus dubiis, opem in
afflictis et mali remedium flagitans. Rector bono esse animo jussum collegio
permanenter exceptit, aluitque una cum ipsis equis ac famulis mense integro,
quod ille tempus totum in recognoscendis conscientiae rationibus, defensisque
superioris vitae mox posuit. Post ubi visus sacris B. P. Ignatii commentatio-
nibus satis subactus, dignum putarunt nostri qui rite expiarebatur, ac denu in
Ecclesiae sinum reciperetur. Quia vero quaedam supererant in externo foro

componēnda, eumdem sacerdos unus ex nostris ad Archiepiscopum Lovisi tunc commorantem deduxit, qui laetus reperta ove diu profuga ac fere deperdita, ipsius redditum sibi vehementer est gratulatus, ratusque in ea tam insperata laetitia remittendum aliquid de legum severitate, nullam illi poenam pro irrogata sacro ordini injuria, aut certe leuem imposuit.

Lublini interea augebatur B. Stanislai cultus in tantum, ut ejus imago de qua anno superiore dictum, aerumnosorum omnium commune perfugium videatur. Mos hoc anno inductus, ut ipsius arae novi quotidie ac recentes imponeantur flores, qui deinde in vulgus distributi vim admirabilem tum contra mortuos tum contra lemures nocturnasque infestations, quae in Polonia crebrae, habere dicebantur. Sed ex omnibus beneficiis quibus clientum suorum pietatem remunerabat incendebatque Divus, unum praeccipue celebratum est, quod hoc loco exponere abs re non erit. Matrona fuit Lublini clara natalibus, sed nimis multum ab avita nobilitate degener, quae malo nescio quo acta genio, vicinis aedibus occulte subjecit ignem. Incendii arcessita cum diluere non posset crimen, hac ab judicibus damnatur poena, ut in eodem incendi loco viva comburatur. Vetus, illi odium erat cum alia quadam matrona quae in proximo habitabat; utque impotens est ira mulierum, in tam acerbo suo casu hac maxime cogitatione angebatur, risuram de suppicio aemulam ac rivalem suam. Hinc ne irrisa caderet, ut stetit in ferali pyra, se quidem incendi ream clamat, at maleficii ejusdem conscientiam fuisse matronam sibi domo conjunctam. Ab ea materiam ignemque ministratum; et communem extitisse causam, cur utraque eam dominum incensam vellent. Sic illa per insigne mendacium, ac plane impudenter. Qua de re admoniti statim judices, dilato tantisper eliquandae causa veritatis supplicio, corripiunt feminam innocentissimam frustaque reclamantem ac fidem publicam implorantem, subitario judicio ream incendi pronunciant ac pariter rogo addicunt. Viri nimirū boni persuaderet sibi non poterant, mulierem proxime morituram voluisse falsum crimen imponere innocentem, et quibusdam praeterea movebantur indicis, ne subesse accusationi fraudem suspicarentur. Producitur ergo ad supplicium misera una cum improba accusatrice, eodem atque illa rogo cremanda. Sed quam perperam damnaverant homines, non destituit vindicta innocentiae Deus. Ut in conspectu fuit rogus, venit illi in mentem B. Stanislai cuius praesens numen opemque tot quotidie portenta loquenter, eumque elata voce compellans: ades, inquit, o Beate, et nisi puras preces ac vota miserorum respuis, propitium te mihi praebre hodie famamque simul ac vitam, quae duo mihi immerenti, ut probe scis, eripiuntur tuere. Vix ea; et alia mulier quae jam pyrae insidebat clamare, parumper ut amplietur supplicium poscere. Adeundos sibi denuo judices, quaedam esse sibi cum iis necessario communicanda. Fit quid rogabat. Perducitur ad judices, hisque coram priora retexens dicta, duplice se obstrictam piaculo profitetur, et quod incenderit vicinam domum, et quod matronam innoxiam velut incendi conscientiam falso accusaverit, solo malevolentiae instinctu. Ut faceret ingenuae confessioni fidem, de antiquo suo erga illam odio multa disserit, odique testes plures appellat. His auditis, judices feminam insontem dimitti jusserunt: quae servatam praeter spem vitam ac famam uni se debere sentiens Stanislao, ejus deinceps obsequio totam se devovit. Altera poenam semel constitutam luit flammis absumpta. Sed nec ipsa expers omnis beneficium fuit, immo beneficium accepit, ut in eo statu, maxime expetendum. Nam cum sacerdos adesset nullus, carnifex praecise negavit se ignem materiae subjecturum, nisi prius mulier christiano more conscientiam purgasset. Instantibus vero lictoribus suo ut ministerio fungeretur, datam sibi inquit potestatem necandi corporis non etiam animae. Qua constantia tenuit, ut confessim vocaretur sacerdos e nostris unus, a quo rite expiata aptisque sermonibus praeparata, mortem atrocissimam pie, uti decuit, exceptit.

Prae caeteris provinciae domiciliis florebat hoc tempore operariorum numero ac virtute collegium Ostrogense. Ejus enim fundatrix Anna Palatina Vilnensis, quo studio collectam ibi familiam sovebat, ac hevis in dies beneficiis ornabat

^{202.}
*Lublini augetur
cultus B. Stanis-
lai. Ejus insi-
gne beneficium.*

^{203.}
*Nostrorum ras
gestae Ostrogi.*

eodem dabat operam apud Provinciales Praepositos, ne in eam nisi delecti adscicerentur. Pars frugis hoc anno collectae schismatici fuere centum et septem ad catholicam unitatem traducti, itemque desertores Ecclesiae viginti tres ad priora quae male deseruerant castra revocati. Accessere Hebrei duo una cum suis liberis Christi sacramento initiati, et nobilis e Turcarum gente femina, quae abdicata Mahometis impura superstitione, Christo renata per baptismum est. Praecipuo nostrorum gaudio excepta est transitio unius e Calvini secta haereticorum non eo contentus ut catholica suscipere sacra, templum etiam aere suo struxit pro catholicis, in eoque Christi Crucifixi simulacrum magnitudine ac forma visendum publicae venerationi proposuit. Colitur etiam num magna populi religione id signum; templum vero sepulcrum catholicorum, qui antea promiscue cum schismaticis sepelebantur, addictum fuit. Ibidem praestigiae, beneficia aliaeque abominandae superstitiones (malum Ostrogii familiare, ex Ruthenorum consuetudine haustum) multis partibus sunt exciseae, substituto aquae lustralis usu aliisque ex disciplina catholica piis amuletis ac religionibus. Id praeter alia institutum, ut quibus aedibus insidere putarentur inferni spiritus, eorum partibus sanctissimum Jesu nomen cum S. P. Ignatii effigie suspenderetur. Quo facto, qui antea nocturnis saepe spectris ac larvis se ternerū affirmabant, ejusmodi deinceps terroribus ac molestiis caruerunt.

^{201.}
Nostrī in Polesiam excurrunt. Quae regio eas sit, qui mores gentis.

Haec dum geruntur intra urbem, quidam egressi ex eodem collegio Patres materialm novi operis quaesitum ierunt in Polesia, nec inde nisi manipulis onusti redierunt. Sed quae regio ea sit, qui mores gentis, cognoscere pretium est. Quam Polesiam vocant, provincia est Russiae citerioris, obscura illa quidem nomine, sed ambitu per ampla. Attingit ab oriente Russiam quam albam appellant, atque hinc per millia passuum fere octoginta protenditur in Podlachiam, qua clauditur ab occasu. Adjacet ei a meridie Volhinia, a septentrionibus Lithuania. Alluitur in ima sui parte Boristhene, fluviorum Poloniae maximo. Caput provinciae Pinschum urbs episcopal, de qua dicam infra cum de rebus Lithuaniae sermo erit. Tota regio aequatam in planitiem funditur, silvis fere perpetuis consistit. Caelum asperum, hiems frigidissima ac praefestinata. Documento sit, quod sub initium Novembris mensis, dum rem divinam faceret noster sacerdos, vinum aliqui generosum sacro exceptum calice, in glaciem concrevit. Aperiente se vere, cum montanae solvuntur nives, quidquid aquarum est in Volhinia effunditur in humilem depressamque Polesiam, quae tunc tota natat, nec nisi cymbis percurritur. Per aestatem sicca omnia et arentia in tantum, aegre ut invenias humorem explendale siti hominum ac jumentorum. Hinc soli maligna sterilitas, hinc mira frugum inopia. Melle tamen silvestri abundant regio, et certis anni temporibus etiam piscibus, ex quibus sale duratis quaestuosam mercaturam indigenae faciunt. Ferae per aestatem nullae, tum propter aquae penuriam, tum quod eas dire vexant exiguae muscae numero prope infinitae, et in ima penetrantes interdum enecant. At per hiemem magna belluarum vis, alcium praesertim, ursorum caprrearumque silvestrium. Nulla in oppidis nobilitas, vix civibus cultus et elegantiae quidpiam. Tota enim provincia in potestate est magnatum, qui per suos administratos exigunt vectigalia, et qualecumque jus populo dicunt. Cibus vulgo usitatus rapae raparumque aridae frondes. Potum praebebat succus acidus, e maceratis pomis expressus. Gens suopte ingenio bona et alienae abstiens rei, nihil aequa abominatur ac furtum atque homicidium. Tempore de quo scribimus, reorum capitalium vindex apud eos publicus nemo erat. Si quod tamen ejusmodi facinus fuisset deprehensum, non abibat impune. Conurrebat multitudo, et reum in arborem compulsum laqueo sibimet fauces elidere cogebat. Qui si cunctaretur, summovabant scalam, ne posset exscendere. Caeterum populus mire rudis in alta errorum caligine demersus jacebat schismate simul atque haeresi ab Ecclesia divulsus. Sextam hebdomadæ feriam vulgo sacram habebant in honorem aquaticaæ cujusdam virginis, quam Piatuicam vocabant. Hanc circa paludes apparere fingebant, et eos qui diem festum non servassent morbis immissis plectere. Eamdem supplicationibus demereri

studebant, praesertim prope cisternas ac lamas, quae per aestatem plures publica auctoritate fodiebantur, idque puerorum ac puellarum manu. Curandis morbis non alia passim remedia, quam vetularum incantationes adhibebant. Sepulcris inferebant dapes quibus vesci mortuos putabant, et certa quotannis convivia pro defunctis celebrabant, cibos identidem sub mensam projicentes ut eos animae famelicae commodius sumerent. Matrimonia pro libito dissoluebant conjuges, modo aliquid pecuniae penderent Popis (erant ii gentis sacrificuli), qui summum hujus rei arbitrium sibi arrogabant. Mitto alia errorum portenta, ne justo prolixior fiam. Jam istud senticetum ingressi Patres, velut hostes publici vitabantur initio ab indigenis, ac ne oblatis quidem munusculis allici quisquam poterat ut docentes audiret. Postea vero quam conspecti sunt solemne catholico ritu sacram facere, eos plerique tamquam sacerdos in honore habuerunt, et multi veram doctrinam tradentibus aures animosque praebuerunt. Totos illi messes octo in peragranda regione posuerunt, eo labore quem cogitatione fingere promptum est. Adeundi namque erant pagi longe inter se dissiti, saepe in praetexta nive gradiendum, saepe inter omnia aquis oppleta naviculis committendum, ubique cum barbarie gentis ac rusticitate pugnandum. Nec labori maligne respondit fructus. Superstitiones, de quibus dictum, ex parte abolitae sunt. Uxores multae legitimis viris redditae, multi pellicatus sancto matrimonii vinculo commutati. At enim abstracti a schismate tantum octoginta duo. Cujus paucitatis ea potissimum causa fuit, quod Episcopus Turoviensis, homo natione Graccus religione schismaticus, cognito adventu Patrum, eosdem percursare pagos instituit ut suspectam nostrorum faceret fidem ac coepit interverteret. At labem hanc anno sequenti sustulit, quam saepe laudavi Anna Kodzhevicia Palatina Vilnensis. Femina siquidem verae religionis studiosissima, cum Turovum haberet in potestate, schismaticum Episcopum dejiciendum curavit, eique substitendum Georgium Michaeliem Witzium Episcopum Pinsensem, nostro ordini addictissimum virum, quo admidente Missio perpetua per Polesiam est instituta, et statio fixa Societatis Turovii posita, quam tamen Provinciae Lithuaniae subjungi placuit.

Sed Ostrogum ut redeamus, jamdiu Anna, quam dixi, Palatina urgebat ejus collegii socios, novam ut sibi domum templumque molirentur. Nam perincommoda habitabant et templo utebantur angustiore, quam ut capere concurrentium multitudinem posset. Amplas in id areas de suo ipsa coemerat, et in usum fabricae partem silvae caeduae, operas' quoque et certam pecuniae summam prolixe offerebat. Rector (erat is P. Albertus Czarnoski) utendum tam effusa munificentia ratus, adjecit operi manum. At aedes sacra quam primo extrui placuit loco, cum jam ad fastigium perdulta esset, imposito vix fornice ruinam duxit ob imperitiam architecti, qui satis alte non egesserat jaciendis fundamentis humum. Eo casu Rector novam exordiri molitionem coactus, ne rursum populo risum cum detimento rei familiaris daret, primum omnium mittendum ad se Tergesto curavit Fratrem Jacobum Brianum, hominem Italum architectonicae artis peritum, cuius scientiae specimen non unum dederat in Polonia, structis sat commode collegiis Lublinensi, Leopoliensi, Luceoviensi et Sandomiriensi. Atque is ubi affuit, nova descripta aedificii forma ac multo altius effosso fundamento, primum novi templi lapidem jecit pridie Nomas Julii. Eodem anno Ravae, sur gente novo collegii aedificio, certarunt quodammodo de liberalitate erga illud duo nobilissimi e Volukiorum familia fratres, Palatinus alter, alter Ravensis, ut vocant, capitaneus. Hi nempe caementa ac materiam ultro obtulerunt, magnumque servorum numerum coegerunt quae opus essent sine pretio convehere ac ministrare. At dum maxime servet opus, B. Stanislai effectum est ope singulari, ne vetus collegium in quo nostri habitabant subito deflagraret incendio. Repens nempe ignis vicinas corripuerat aedes nocte intempesta ac per momenta glicscens, collegio jam proxime imminebat. Periculo exterriti Patres, omni desperata humana ope, Stanislaum suppliciter invocare. Et continuo, mirum! amicus oritur ventus, qui flamas adversam in partem impulit, collegio illaeso. Servati in hunc modum Patres aram in honorem liberatoris excitarunt sui, quam

205.
Initia Missionis
Polesianae, et
Residentiae Tu-
roviensis.

206
Novum collegii
aedificium in-
choatur Ostro-
gii.

207.
Itemque Ravae,
ubi etiam augen-
tur cultus B. Sta-
nislai.

208.
Grave dannum collegii Sandomiriensis, et Numinis prouidetia in co.

Ravenenses magna religione frequentare ac donariis ornare cooperantur. Unus quinetiam e collegio canonicorum, praecipuo in Stanislaum studio incensus, lampadem perpetuo arsuram appendit ante ejus aram, et stabilem proventum oleo comparando assignavit. Eodem anno fulmen e caelo ecclae incedit repente horrum, quod amplius collegio Sandomiriensi erat Czermiñii, et quidquid in eo reconditum fuerat frugis absumpsit irreparabili clade, qua cum periret tota anni unius annona, non apparebat unde soci eo anno tolerare possent vitam, nisi grande aes alienum contraherent. Confusis inopina calamitate nostris, hanc mentem iniecit Deus Parochi Czermiñii Christophorus Marciszenski, homini diti proboque, ut de suo peculio inopiam collegii sublevaret. Atque id quidem large pro praesenti necessitate praestit. Verum, ut quaedam est in benefaciendo voluptas quam gustare qui coepit facile ad ulteriore progrederitur, idem mox bona sua omnia collegio Sandomiriensi transcripsit, ea tantum imposita conditione, ut ex proventu adolescentes aliquot alerentur studiis operantes. Nec ita multo post laetus occubuit. Funus duxere nostri non vulgari apparatu, atque ita de se meritum virum publica oratione laudarunt, eundemque communis sociorum sepulcro ut ipse prescripterat considerant. At enim adolescentium institutioni multo opportunius consultum est Crosnae, qua in urbe cum pauci vixissent hactenus ut in simplici residentia Patres, addicti hoc anno sunt tres ludimagi, ac totidem litterarum apertae scholae incredibili civitatis gaudio, quae diu multumque id expeterat. Scholas frequentare statim cooperant ex omni ordine adolescentes tanto concursu, ut cum angustus pro multitudine esset locutus, in aliam extra residentiam domum fuerint transferendae. Crevit anno sequenti numerus et amplior quaerenda domus fuit. Quam cum nostri invenissent suis quoque usibus opportunam, eam pretio persolvo suam fecerunt, quique hactenus in conductis habitaverant aedibus, ibi deinceps ut in proprio concenterunt.

209.
Crosnensi Residentiae addunduntur scholae.

Caeterum elsi pleraque jam regni urbes respirabant, ut supra dixi, ab eo pestilenti morbo, qui dudum antea omnia luctu funeribusque compleverat, restabant tamen aliquibus in locis mali reliquiae, et adhuc nostris materiam amplam exercendae misericordiae ministrabant. Ut alia praeteream, Graudentum adveyti fuerant, tum ex acie Polona tum e castris exterorum auxiliarium milites frequissimi, hique partim infecti lue, partim vulneribus male multati inveniebantur. Turbam aerumnosam per sacra ministeria procurandam suscepere tres nostri sacerdotes, Joannes Chrastonski, Sebastianus Cosrovius et Joannes Lažnovius, dumque pio diligenter insistunt labori, contractor contagio, mercedem charitatis quam unice percipiverant aliis ex alio sunt consecuti, mortem scilicet martyrio quam simillimam. Praeter hos desideravit provincia P. Hermolaum Buchouskium collegii Jaroslaviensis Rectorem et Fratrem Mattiam Klimkowiczum domesticae adjutorem rei, par hominum memorabile, quorum et laudata semper vita fuit et singulare quiddam habuit interitus. Hermolaum acciverat Ostrogium ea de qua saepe dixi Anna Palatina Vilnensis, ut cum ipso de rebus animae suea confret. Quippe ab annis fere undecim non alio utebatur conscientiae arbitrio. Versatus illic aliquot dies, dum redditurus Jaroslaviam in comitatu ipsius Palatinae erat, prius peragere totius vitae confessionem voluit, peregitque tam intimo doloris sensu tamque exquisita cura, ut miraretur vheimerter is qui constiterat audiebat sacerdos. Pernacante porro huic, quid ita faceret? Quia tempus breve est, inquit, nec amplius mihi confessionis copia, ut sentio, flet. Verus nimium vates fuit. Postridie quam itineri se commiserat, Brodii cum pernoctasset, mane summo sacris, uti solebat, est operatus, multo tamen intensiore quam solebat pietate, quam et stillantes ubertim lacrimae, et crebra suspiria demonstrabant. Conscenso denum caru, corripitur inter eundam placido, ut videbatur, somno; et mox ad latus Palatini Russiae qui viae comes erat, exanimis eorund. Non dicam quantum ea res conciverit inter adstantes luctum, heros pariter, famulos et aurigas. Indoluit praeceteris Palatina, cui cara hominis vita, fides et prudentia longo usu perspecta, nec cohibere se potuit quin lacrimas ubertim funderet. Corpus delatum est Jaroslaviam eisque justa funebria cum

210.
Graudenti tres nostri in tabidum obsequio ritam ponunt.

211.
Subita mors et elegitum P. Hermolaui Buchowskii.

quanto potuit maximo honore persoluta, dolentibus passim civibus virum sic decessisse publicae utilissimum rei, quem esse dintissime sospitem oportet. Inerant namque Hermolao multae dotes atque praeclarae, quarum commendatione in magno apud omnes pretio erat. Prudentia consilioque praestabat in paucis, itemque ingenio ac sacrarum litterarum scientia, cuius causa passim in rebus dubiis consulabatur. Eum per annos quatuordecim concionantem audierant Jarrowvienses, pari semper voluptate ac fructu. Natio animi candore comitataque sermonis ingenua, quoescunque semel alloqueretur sibi obligabat. Accedebat generis eximia nobilitas, grande opinione hominum vel in religiosis hominibus ornamentum, cuius splendorem nullae satis obtegunt, nullae infuscant vestes, utcumque eam in se ipsis nem contempnere homines religiosi, sicuti caeteras humanas laudes debeant. Incidit ejus obitus in VI. Cal. Februarias, cum annum vitae decurceret septimum supra quadagesimum. Frater Matthias Klimkowiczius, senex annorum sexaginta trium, in collegio Luceorensi periculose decubuit diu, multiplici valetudine conflictatus. Cum tamen B. Stanislaus incredibili coleret studio, quantumvis ingravesceret morbus, diserte negabat prius se moriturum quam patroni sui diem festum attigisset. Vaticinium comprobavit eventus. In ipso enim Divi pervigilio, quae dies Novemboris mensis duodecima, sole in occasum inclinante expiravit. Id illum praescisse divinitus facile sibi persuaserunt ii, qui hominis singulari pietatem habebant perspectam. Nemo illum religiosa humilitate, nemo charitate vicebat. Domesticos subservire, eos quibuscumque posset rebus sublevare in deliciis habebat. Datus aliquando comes sacerdotibus in sacras expeditiones proficiscentibus, sedulam iis navabat operam, omnia quae usus vitae posceret cum ingenti cura administrans, ne illi per causam istiusmodi rerum a sacris ministeriis abstraherentur. Picturam didicerat junior, hujusque opificii plura reliquit monumenta e parietibus collegii suspensa, quorum etiam gratia socii Luceoriensiu*m* diu bonum Fratrem in memoria ac desiderio habuerunt. Atque haec de rebus Polonicis. Lithuanicas nunc quam brevissime expediam.

Varsaviae (quae urbe licet primaria Poloniae, in descriptione tamen provinciarum Societatis ad Lithuaniae pertinent) impositam sibi plagam acerbissimam Societas doluit VI. Idus Julias, quo die Constantia Austriaca Poloniae Regina e vivis erupta est. Mortis causam ab insigni quam profitebatur pietate contraxit. Quo enim die sacram Christi Corpus ex veteri Christianorum instituto circumvehi piae supplicationis ritu solet, ipsa pro insita Austriae genti erga divinum mysterium religione, solemnem deducere pompa voluit per celebriores urbis vias, idque sub ardente sole, nullo ob reverentiam umbraculo interjecto; quo circuitiois labore debilitata simulque aestu insolito inflammata, gravi primum febri correpta est, mox intra paucos dies malo remedia superante cessit e vita. Aula illam omnis ingenti ac vero luctu slevit. Flevere omnes regni ordines, quod in ea magnum exemplar pietatis in Deum, charitatis erga egenos, erga omnes comitatis atque clementiae amissum esset. Nulli flebilior tamen occidit quam nostrae Societati, cui se patronam semper matremque amantissimam insigni beneficentia praestiterat. Inde Rex Sigismundus, piissimae uxoris mentem quam probe habebat cognitam interpretatus, cor ipsius a reliquo exceptum corpore nostris hominibus tradi jussit, in aede Professorum Varsaviensi velut pignus benevolentiae condendum. Vulgato deinceps optima Regiae obitu ut lugubres tota Polonia Lithuaniaque induit vestes, ita in nostris ubique domiciliis Deo litatum est, ut bene esset anima*m* eius. Nondum ab eo tam acerbo casu fluxerat totus mensis, cum in eodem nostro templo Varsaviensi quiddam accidit insolens, quod visum multis futuri mali praesagium. In summo aerae maxima*m* fastigio signum Christi Reparatoris situm orat, magnitudine ac forma spectandum. Accidit ut delapsum caelo fulmen id repente icere*m* signum, ac caeteris illae*m* partibus, caput manumque dexteram revelleret: quod licet fortu*m* fortasse factum, tamen ut est populus in auguria pronus, in malam partem acceptum vulgo est, quasi hoc ostendo infortunium publicum portenderetur. Nec ablusi a vero praesagium. Anno enim proxime consecuto obiit Sigismundus Rex, qua morte suum regno caput ademptum est.

212.
Mors et elegium
Fr. Matthei
Klimkowicz.

213.
Res LITHUANIAE.
Mortuus Con-
stantia Poloniae
Regina. Cor eius
Societati tradi-
tur.

214.
Sinistrum omen
ex fortuito even-
tu Varsaviae.

215.
*Initia collegii
Pinscensis.*

Hoc interea anno collegii Pinscensis fundamenta sunt posita, quod quemadmodum acciderit paucis docebo. Quo tempore egressi e collegio Ostrogensi Patres, Polesiam ut supra narratum est peragrabant, deliberare cooperant socii Lithuaniae, an non utilius religioni propagandae foret stabile Societatis domicilium collocare Pinsci, quae cum urbs Polesiae metropolis et caput esset, facile inde possent evangelici operarii in regionem excurrere, et semen divini verbi per pagos et oppida circumferre. Movebantur in primis miserrima gentis conditione, quae schismatis Graecanici tabe infecta omnis esset; tum etiam quod per temporarias expeditiones, quales suscipi ad loca remotiora solent, parum profici videretur posse, cum e contrario perpetua ac fixa mansio nostrorum certam spem rerum bene gerendarum ostenderet. Hisce rationibus facile sibi persuaderi passus est Nicolaus Telskius, Tribunus et Capitanus, ut vocant, Pinscensis, vir idem pietatis eximiae et multarum opum, ut Societatem Pinsci collocatam vellet. Quare aream ponendo domicilio, templumque S. Georgii a se aedicatum Patribus assignavit. Addidit aliquantum nummorum, et manum operi ultimam parabat admovere, cum inimica mors piis consiliis intervenit. Verum peropportune accidit, ut ejus in locum munusque Capitanei subrogaretur Princeps Albertus Stanislaus Radzivilius, Magni Ducatus Lithuaniae cancellarius, quo decessoris sui vestigia prosequente, venere Pinscum lecti e nostris sacerdotes duo ibique tanquam in residentia stabili consedere. Parum absuit quin desponenter initio animum Patres. Quippe e duodecim et amplius civium milibus, quot in urbe numerabantur, vix quadraginta catholicos eosque non optimis invenerunt. Haec illos tamen sustentavit spes, futurum ut quae cum lacrimis et labore jacerent semina, cum exultatione multiplicata colligerent. Nec sua fefellit eos fiducia. Paucis mensibus tanta est facta morum et doctrinae tota passim urbe commutatio, ut anno sequenti Pinscensis nobilitas Principi Radzivilio gratias egerit, quod Societatis coloniam suam in urbem deduxisset. Ille qui jam ante deliberatum haberet residentiam vertere in collegium, non tamen id perfici speraret posse ante annos decem, hoc delectatus tam laeto fructu curarum ac consiliorum suorum, maturandum censuit ut cogitata perficeret. Stimulos addidere preces civium honoratorum, magno consensu supplicantum ut cumulareret publicum beneficium, gymnasiumque institueret, in quo juventus litteris ac bonis moribus per Societatis homines imbueretur. Itaque anno eodem evocando curavit ludimagistros, qui XII. Cal. Octobres initium scholis dederunt. Terruit schismatis defensores nova haec juventutis palaestra; utque arti similem opponerent artem, novas vicissim aperte scholas properarunt. Sed cum essent sine auctoritate publica erectae, illas Princeps idem Radzivilius regiis in id impetratis litteris everti jussit, simulque edictum circummisit ad colonos vicinorum agrorum et oppidorum incolas, significans ac porro praeciopiens, ut nulla per quemquam fieret mora, quin Patribus veram doctrinam tradentibus templo, aures et animi patenter. Repressis in hunc modum conatibus improborum, ubiores deinceps fruges collegium Pinscense reddidit, quae suis infra locis expoundendae erunt.

216.
RES PINSCI GE-
STAE.
*Addiuntur colle-
gio scholae.*

217.
RES GALLOBELGI-
CAE.
*Sacra Missio in-
ter milites Cae-
surianos Magde-
burgum obside-
ntes.*

Diciturus jam de rebus provinciae Gallobelgicae, primum omnium cogor in agrum Magdeburgensem parumper divertere, quaeque ibi per unum hujus provinciae sacerdotem, cuius tamen nomen litterae tacent, salubriter acta sunt summatim perstringere. Is igitur initio anni Ratisbonae cum esset, quo tempore Imperii comitia celebrabantur, ut multum valere in sacris Missionibus cerebatur, inde missus est iussu Caesaris ad exercitum, qui Tilio Duce Magdeburgum urbem munitissimam obsidebat. Eidem injunctum nomine Imperatoris, ut sacris ministeriis excolet militem, tum etiam ut eum ad rem fortiter gerendam incenderet. Ita namque existimabat pius Princeps, curandum sibi ne frigesceret inter milites pietas, qua maxime compertum est bellicam virtutem exaci. Progressus in castra Pater quae ad Otterslebium oppidum sita erant, primo vetus templum, haereticorum sordibus conspurcatum, solemni ritu purgavit, cultumque in eo catholicum refectis aris restituit. Confluentes deinde militum turmas

ad poenitentiam criminum cohortari et audire pro confessione instituit, stimulos subinde iis addens ut bellum justum ac pium magno gererent animo, spemque boni exitus in ope superum collocarent. Magna in primis religione peragendas curavit, quae in hoc medium tempus inciderunt, ferias paschales, nec ferme iis diebus militum ullus fuit, qui non conscientiam confessione expiaret sacramque usitato more dapem sumeret. Interea in longum obsidio trahebatur, et nihilominus obfirmati ad omnem casum milites Caesariani mira constantia insistebant labore, et propius in dies ad urbem opera promovebant. Obsessi contra cives pugnacissime resistebant, nullamque deditioonis spem faciebant. Quin ex his aliqui triduo ante quam urbs caperetur, ferocius pro muris discurrentes ausi sunt suam catholicos exprobare pietatem, maxime vero cultum Divinae Matris, eam verbis procacibus proscindentes. Protervia eorum totum incredibiliter effravat exercitum. Pater dolore simul atque ira incensus, ut sarcire illatam Virginem contumeliam, aram centum fere a fossa passibus loco tuto erexit, in eaque Beatae Parentis effigiem spectandam proposuit. Tunc sacrum solenne in honorem ipsius facit, addita praecepua ad Virginem prece, ut in proximo discrimine cultoribus clientibusque suis praesidio sit. Quo ardenter effecti milites, novo impetu capto, murum diu tormentis everberatum multisque partibus dejectum, densati supervadunt, atque obvium quemque ferociter contrudicantes, urbem in potestatem recipiunt. Actum id VII. Cal. Junii, die Magdeburgensis in omne tempus posterum memorabili, quod eo die cladem extremam, impietatis sue dignissimam poenam, subierunt. Non aetati, non sexui pepercit ira victoris. Quod ferro subductum, flammis confectum est. Urbs quondam Saxonici imperii caput, S. Norberti episcopatu primum deinde reliquis ejus nobilitata, sed jam Luternae factiosus arx primaria omniumque superstitionum infame receptaculum, spatio horarum octodecim fere tota cum templis novem amplissimis conflagravit. Civium qui in latebras se conjecterant ad quindecim millia eodem incendio absunti. Noster interea quem dixi sacerdos, cum in aedem urbis principem festinasset solemnes Auspici Deo gratias pro victoria redditurus, confertum repetit promissa virorum ac mulierum turba, miserabiliter ingemiscentium ac pacem superum ejulata querulo compreendant. Ea specie commotus prodit in medium clamatque voce contenta, si salvi esse velint, Virgini beatissimae satisfaciat pro injuriis, quibus nomen ejus ac dignitatem impie violaverint. Sustentatum ab omnibus, se ad omnia praesto esse. Tunc visum Patri ut salutatio angelica publice decantaretur. Decantata est ipso verba praeente, atque illae voces *Ora pro nobis peccatoribus* elatiore voce iterum ac tertio ingeminate. Cujus deinde rei gratia Tillius imperator, etsi Magdeburgenses ad unum omnes neci dare constituerat, tamen istorum vitam Patri poscenti condonavit.

Pater post haec aede repurgata parochi obire vices coepit, sacra militibus administrans. Cives praeterea ab incendio reliquos, seminudos, semiustos, cibo carentes ac lare, non solum vera doctrina imbuiebat, verum etiam emendicata in id pecunia adjuvabat, qua multi charitate victi ipsius arbitrio se permisérunt, et in Ecclesiae Romanae verba juraverunt. Illud cum primis efficiendum sibi statuit sacerdos pius, ut refloresceret Magdeburgi præsca pietas erga Beatam Dei Parentem. Et siquidem ea civitas a Virgine dicit nomen (nam Magdeburgum litterati Parthenopolim ex antiquis monumentis vocant), in id curas omnes intendit ut hoc se nomine non indignam praestaret. Hujuscem nuncupationis originem Luterni stulte referebant in Venerem feminarum impurissimam, cuius proinde imaginem seruo redimitam portis omnibus ad ostentationem præfixerant. Pater initium nominis, idque verius, repetens a Virgine Dei Matre, cuius olim in tutela Magdeburgenses fuissent, hanc ut pie colerent ac veteris patronae loco haberent omnibus persuadebat. Ut adderet persuasioni pondus, repertum casu in sacrae aedis angulo simulacrum Deiparae vetustissimum, pietatis antique monumentum, carie licet exesum ac pulvere produxit in lucem, detersumque a sordibus ac sub eleganti conopeo collocatum publice venerandum proposuit.

Tom. II.

218.
Magdeburgensium impietas
contra B. Virginem, Caesarianorum pius ar-
dor pro ea.

219.
Urbs expugna-
tur, et fere tota
incenditur ma-
gra hominum
strage.

220.
Servantur ab
interitu multi ob
teve obsequium
B. Virginis praesi-
tum.

221.
Cultus B. Virgi-
nis Magdeburgi
restituitur.

Supra simulaci verticem haec uncialibus litteris inscriperat verba: *Virgo Virginum*. Infra pedes haec alia: *Auxilium Christianorum*. Quibus notis declarabatur quae ea esset Virgo, cuius nomine ac patrocinio Magdeburgenses gloriarentur. Statuam ita compositam milites et quicumque erant in urbe catholici, frequentabant tanta religione et concursu, ut omnium commune perfungium videretur. Ad eamdem subinde donaria et anathemata, acceptorum beneficiorum indicia, comportabantur. Aucta est magnopere pietas Novembri mense, cum affluere vi- trices Svecorum copiae, magnoque molimine urbem oppugnandam suscepere. Tunc ut in gravi periculo, concursus ad caeleste palladium multo crebriores, tunc omnium in illud conjecti oculi spesque in eo repositae. Aram ad statuae latus constituerat Pater, in qua donec soluta esset obsidio divina quotidie res pro urbis salute fieret, interposita magnae Virginis deprecatione. Ad eamdem aram piae Virginis invocationes quas litanias Lauretanas appellant, quotidie cum cantu peragebantur. Neque haec frustra fuerunt. Circa ferias Christi natales defeccerat obssessos annona, non animus defecit tamen. Quin ut sunt dies ii Christianorum genti supra caeteros fausti jucundique, per eos praesidiarii dies testandae laetitiae causa, maiores minoresque bombardas muris omnibus exploserunt; quod hostis, vanam ex eo fiduciam interpretatus, superbe derisit. At non vanam fuisse fiduciam in ope Virginis collocatam, exitus demonstravit. Si quidem intra octavum diem superveniens cum tribus Caesarianorum millibus Papenheimius legatus, Svecos coegerit obsidionem solvere, quodque merito obstupescas, cum tanta militum paucitate hostem triplo superiore numero suisque vi- ribus praefidentem praecipitem in fugam compulit. Caesar nihilominus, ne tueri ultra cogeretur magnu militum ac pecuniae dispendio urbem ex maxima parte exustam ac civibus pene vacuam, deducto praesidio, quidquid ex ea supererat flammis aboleri jussit. Quo memorabili casu Magdeburgum solo aequatum, et in meram cinerum congeriem versum, tunc demum sensit deesse sibi opem S. Episcopi sui Norberti, cuius sacrum corpus ne ultra ab haereticis violaretur, ante annos tres delatum fuerat Pragam. Sic ea omnino jacuit civitas, jaceretque fortasse etiam nunc sine nomine, nisi totus ille tractus regionis pace monasteriensi in ditionem Septemviri Brandenburgici devenisset. Inde enim Magdeburgum in eam, qua nunc est, amplitudinem et firmitatem est restitutum. Sed jam quae intra fines provinciae acta sunt videamus.

222.
*Urbem obsident
Seect, et ope Vir-
ginis profigan-
tur.*

Leodii per causam pestilentiae, quae populum dire vexabat, amplam nostri materialm exercendae charitatis et patientiae nacti, aegrorum procurationem in se receperunt gesseruntque quatuor continenter mensibus, tanta civitatis approbatione, ut cum suum in collegium extincta lue se retulerunt, iis civiles pariter sacrique magistratus publice gratias egerint. Verum ea cura perfunctos valde sollicitos habuit ferale dissidium, quod inter plebem et Episcopum Principem (erat is Ferdinandus a Bavaria Septemvir Coloniensis) exortum est. Non est ut referam quales ex eo turbae sint consecutae, quae mala florentissimam civitatem affixerint. Sicariis passim tota urbe cursitantibus, et domos cum civium honestiorum tum etiam canoniconum impune invadentibus ac diripientibus, divina omnia humanaque jura sus deque habebantur, et fugam optimi quique captabant, cedendum tempori ac perduellium furori existimantes. In eo tamen nostri tumultu nec excesserunt urbe, nec violati sunt a factiosis; et prudenti consilio tenerunt ne apud ullam partium dissidentium offendherent. Cum enim furenti plebi obsistere periculosum, obsecundare nefas ducerent, professi ab initio sibi civilem discordiam, quae nunquam nisi pessimo publico grassaretur, unice displicere, caeterum in eo dissidio velle se partium esse neutrarum, in hoc proposito nullam vel levissime in partem inclinantes, sine cujusquam injuria persistere; quod deinde consilium, redintegrata concordia, plebi pariter ac Principi probatum est. Audomari lues contagiosa quae late saeviebat, victimam unam de nostra Societate decerpit. Fuit is Fr. Jacobus Piequart domesticae adjutor rei, moris laudissimi vir, patria Abbevillanus, aetate major sexagenario. Patribus nimurum qui eo morbo contactos procurabant socius et administer datus, dum suas sedulo

223.
*Magdeburgum
jussu Caesari-
fonditus dete-
tur.*

224.
*Nostrorum acta
Leotii, peste pri-
mum, deni di-
scordia saeuen-
te.*

225.
*Pretiosa mors
Fr. Jacobi Pie-
quart Audomu-
ri.*

exsequitur partes, remque fidentius fortasse quam tutum erat gerit, pestem hausit exiftalem qua intra paucos dies extabuit. Numerabat ab inita Societate annos triginta et octo; toto autem hoc praeterito tempore diversis sui gradus muneribus occupatus, opinionem sanctitatis non vulgarem collegerat. Multae in eo magnaenque virtutes spectabantur, sed supra caeteras christiana charitas et misericordia eminebat. Janitorem cum ageret (et egit in Audomarensi collegio diu), nullum egenorum aliquantula stipe indonatum dimittebat, caeteros liberali vultu ac yerbis quam humanissimis excipiebat. Si qui externorum ad januam, ut saepe fit, negotii cujuspiam causa consistentur, ne sine fruge esset mora, eos pii sermonibus detinebat, quibus interdum aliqui ad poenitentiam criminum trahebantur. Aegrotis sive domesticis sive externis nullum denegabat obsequium. Vulneratos quosdam personasse dicitur sola adhibita in speciem medicamenti pice: quod tamen non medicaminis sed medentis virtutis vulgo assignatum est.

Eodem anno Huum cum venisset Elector Coloniensis Ferdinandus a Bavaria, cui tanquam Episcopo Leodiensi subjecta haec civitas erat, praeter alia eximiae in Societatem benevolentiae documenta, diem ultro condixit nostris, quem apud ipsos totum familiariter poneret. Eo igitur die, praemissa in collegium famulis ac ministris, qui epulum ipsius sumptu apparent quale deceret Principem, affuit ipse nullo admodum comitatu, neque solum discubere in communis triclinio voluit, sed Patribus communiter ac viritim omnibus per quam familiarem in colloquisi totaque agendi ratione se praebuit, ita prorsus ac si unus de numero ipsumsum esset. Remotis mensis illatoque variis de rebus sermone, cum subinde Princeps humanissimus pro insita sua genti benignitate profiteretur, si qua re commodare posset Societati, se nullam occasionem faciendo praetermissurum, fuit ex Patribus qui opportune subjecit infinitum esse quod ejus familiae serenissimae, et ipsi nominatim deberet Societas; nondum tamen Huensi Societatis domicilio facultatem esse factam scholarum aperiendarum, quod si fieret, immortalibus ejus meritis fieret accessio non levis. Ad ea Princeps, miratus quid ita esset, adeo se facilem praestitit, ut eadem die litteras quas Patentes vocant exarari jusserit, quibus litteris non solum quod rogabatur de scholis prolixe decernebat, verum etiam cessurum id in commodum multo maximum Huensis juventutis verbis amplissimis declarabat. Nec eo contentus alias eodem de argumento litteras ad Praepositum Provinciale ultro dedit, significans pergratim fore sibi, si quamprimum aptos ludimastros Huum mitteret. Adeo in eam rem, non facile tantum sed volens libensque consensit. Fuit ibidem vir honestissimi generis Theodorus Herbajes nomine, qui munificentiam Principis aemulatus bonorum suorum ex asse haeredem scripsit domum Societatis Huensem, hac tantum imposita lege, ut in Marchiam natale ipsius solum in Westphalia, excurreret quotannis aliquis de Societate sacerdos, ibique consueta Missionum obiret. Adit haereditatem Societas, et ante anni exitum Marchiensis Missio ex testatoris praescripto est instituta. Bethuniae ad caeteras augendae pietatis artes additum hoc anno praeclari exempli sodalitum, quod sub tutela Beatissimae Virginis constitutum, ab ipsis sui primordiis sodalium non minus numero quam delectu floruit. Ei nomen dedere honoratissimi quique civium, tum canonici plures ac praeceteris Guberñator ipse urbis Dominus de Gomicurtio. Tanta vero assiduitate ac diligentia usitatos conventus singuli celebrabant sodales, ut cum semel Guberñator paulo serius, quippe alias curis distentus, advenisset, qualiscumque culpae veniam publice rogarit; quod in ea dignitate exemplum demissionis, mirum ut caeterorum afficerit animos et ad sedulitatem incitaverit. At deteriorum exempla non defuerunt, e quibus unum subjicio, futurum legentibus, ut spero, utile nec injucundum. Miles Bethuniae fuit pari improbitate ac vecordia vir, qui magico nescio quo fretus praesidio, se plane invulnerabilem et ad omnes ictus impenetrabilem gloriabatur. Haec dum inter sodales temulentus jactabat, ut faceret fidem, eductam vagina sicam militarem bis terque adegit in brachium, nullo inflichto vulnere. Ne vero subesse fraudem adstantes suspicarentur, nudatum in omnium oculis brachium iterum summa vi caesim punctimque

226.
Electoris Coloniensis mira benignitas erga collegium Huensem.

227.
Scholas decernit in eo collegio apriendas.

228.
Theodori Herbajes beneficentia erga idem collegium.

229.
Novum Bethuniae sodalitum instituitur.

230.
Ibidem beneficitus a daemone miseretur.

petuit ictu semper innoxio, quod plane mirum intuentibus accidebat. Hinc successu elatus, ut jam periouli expers convertit ferrum in pectus impulique eadem ferocia, at longe dissimili exitu. Pervasit alte pectus sica, quae paulo ante brachii nec cutem violaverat, et inde misér large manante sanguine exanimi similis jacuit. Vocatur continuo chirurgus, adest, vulnus obligat. At prosperae curationis nulla spes erat. Die postero cum satis edormisset crapulam, sensusque vino pariter ac vulnere alienatos recepisset, respexit se infelix, temeritatem agnovit damnavitque suam, at dolore sero et inutili. Quod ergo unum supererat, evocato, ad se sacerdote et nostris uno, apud eum confessionem piacularem cum magno poenitentiae sensu peregit, seque ad mortem pie excipiendam christiano more comparavit, quam re ipsa post paucos dies oppetiit, salutare documentum relinquentis posteris, ne quam hostium nequissimo daemoni adhibeant fidem, qui saepe per has artes suos clientes ludit, semper humano generi perniciem machinatur.

231.

RES FLANDRO-BELGICAE.
Antuerpiiæ duo nobiles Hispani capituli poena damnantur.

232.

Eorum mira fiducia erga Regem, et par famae studium.

233.

Supplicio excepient incredibili constantia et pietate.

Sequuntur res Flandrobeltigicae, e quibus primum sibi vindicat locum triste spectaculum, quod Antuerpiiæ praebuerunt viri duo nobiles, gente Hispani supremo affecti suppicio. Neque id quidem ego utpote alienum a rebus nostris attingerem nisi spectaculi atrocitatem ex parte mitigassent documenta pietatis quae viri fortes in extremo illo discriminis, haud equidem sine opera et interventu nostrorum, ediderunt. Fuerunt hi Franciscus Cossanus et Gaspar Peres de Calderonio, alter arcis Vesaliensis pro Hispaniae Rege praefectus, alter legionis tribunus. Supplicii causa, quod eam arcem non satis strenue defendissent, sed citius quam oportuit Hollandis oppugnantibus tradidissent. At si quam eo facto subierant vel ignaviae vel perfidia notam, eam certe praecularis et virtutis et fidei documentis ante obitum eluerunt. Abducti namque una cum vinctorum turba in Hollandiam, quamquam intelligebant, si in potestatem Hispanorum rediissent haud dubie se capite plectendos, nullis tamen neque precibus neque consiliis amicorum sibi persuaderi sunt passi, ne ad suum Principem, qui eos pacto pretio reposcebat reverterentur. Quin et Arausiensi Principi et Regi Galliae, stipendum et conditions honestissimas ultro offerentibus, constantissime restituerunt, malueruntque certum in exitium profici ac sui Regis arbitrio se permettere, quam procul a periculo mutatae fidei suspicionem incurrere. Adeo deliberatum fixumque habebant emori potius fama integra, quam cum aliqua nominis infamia vitam tueri, vere et genere et animo nobiles, vere Hispani. Reducti itaque in Belgium et Antuerpiam deportati, arce includuntur primum dum causa apud judices disceptaretur. Post annum re ad severitatem legum bellicarum expensa, sub finem mensis Martii capitulis in eos sententia dicitur. Jam quanta uterque constantia poenam sibi decretam exceperint, quae dederint usque ad extreum exempla fortitudinis ac pietatis, longum esset per partes exequi. Vel illud documento sit, quod odia civium qui ipsos antea velut certissimos reipublicae proditores execrabantur, non mitigata solum sed in commiserationem atque adeo admirationem sunt versa. Calderonius denunciatione supplicii nihil turbatus continuo hominem Societatis expetit, qui assisteret morituro. Cossanus carmelitam exalceatum maluit. Ambo deinde, negotiis domesticis propere confecti, quod reliquum vitæ fuit inter mera pietatis officia traduxere. Calderonii cluxit praecipua virtus, cum conjugem aetate forma opibus spectatissimam ex Hornensium comitum familia feminae supremum alloqueretur, ab eaque in perpetuum divelleretur. In illo namque tam acerbo digressu, licet pro tantæ necessitudinis charitate intime, ut opinari fas est, vulneratus, tamen nec lacrimam nec vocem ullam querulam aut dolentis indicem misit, atque ita divulsus ab ea est, ut deinceps mentionem ipsius nullam fecerit. In loco supplicii multitudinem circumfusam nihil rogavit aliud, nisi ut pro aemulis suis, iis praesertim qui necis sibi irrogandæ auctores fuissent, precarentur Deum, sancte contestatus se animo adversus neminem exacerbato mori; quae voces lacrimas adstanti populo uberes excusserunt. Par Cossani virtus fuit, donec utriusque orationem dominicam percurrenti caput abscissum est, cunctis infelices magis quam

noxios commiserantibus viros, qui non tam suo merito quam rerum humana-
rum conditio ad hunc casum perduti fuisse.

Caeterum Antuerpiæ infelix expeditionis adversus Batavos susceptæ exitus
ut moerorēm ingentem attulit civitati, ita novum nostris hominibus praeclari ope-
ris campum aperuit. Nempe huc advecti sunt ab exercitu milites magno numero
aut pallentes fame, aut morbis laboribusque confecti; cumque alii urbem misé-
rabilis specie oberrarent, alii passim in triviis compitisque quippe oppletis jam
nosocomiis jacerent; ea res movit nostros ut miseris opem ferrent. Quibusdam
itaque civium opulentiorum persuaserunt, ut suas iis domos patere vellent, aliis
ut stramen, lectos cibosque largirentur. Moribundos ipsi per se procurando
sumperunt, diu noctuæ accidentes iis et extrema Christianorum praesidia mi-
nistrantes: cuius laboris pretium fuere haeretici sexdecim proxime ante mortem
in Ecclesiae sinum recepti. Verum dum id operis studiosius quam cautius facit
P. Nicolaus Gregorius Monier, morbum contagione traxit ex coeque paucis die-
bus occubuit. Vir apostolici spiritus erat, divini cultus amplificandi causa pagos
et oppida circumposita perpetuo percursabat, ubique rudes ad catechesin cogebat,
scelestos ad poenitentiam, dissidentes ad concordiam trahebat, Parochos
etiam sacerdotesque, quo meliores fierent, ad sacros B. P. Ignatii secessus iden-
tideum alliciebat. Eum denique ut hominem proximis juvandis natum publicaque
utilissimum rei, domestici pariter et externi in magno habebant pretio, ac diu-
tissime sospitem cupiebant. Praeter Monierum, periculose decubuerunt Patres alii
septem, lue itidem ex militum quibus pie assistebant commercio hausta; sed
omnes Deo proprio revaluerunt. Non sic servari potuit juvenis eximiae spei Re-
natus de Chalon, quem adhuc theologiae studiis operantem acerba mors inter-
cepit. Is nobilissimo ortus genere, quo Mansfeldiis Principibus et Aransiensibus
innectebatur, liberaliter pro conditio generis institutus et ad haec familiae
suae proles unica, licet amplam fortunam adpromitterent domesticæ opes et
splendidae cognationes, Christi crucem amplecti in Societate maluerat. Ita deinde
in ea vixit, ut sodalibus virtutum omnium exemplo praeluceret. At in me-
dio studiorum cursu, rupta derepente vena copiosum ejecit ore sanguinem,
nec ita multo post sacris rite expiatus occubuit. Mortuum socii Antuerpienses
magno ac vero luctu extulerunt, tum quod eum eximie diligebant, tum quod fu-
turum sperabant singulare ordinis ornamentum si diutius viveret.

Pari ferme elatus est luctu Bruxellis P. Philippus Arents, dignus plane vir
cujus memoriam vetustas nulla delectat. Huic germani fratres in Societate fuere
quatuor, omnes virtute præstantes viri. Ipse cum esset aetate omnium maximus
virtute nulli secundus, postremus hoc anno occubuit Decembri mense, annos na-
tus novem supra septuaginta. Plura ac diversa tractavit in Societate munia, Re-
ctoris, Ministri, Oeconomi, omnia cum laude. Theologiam etiam quae de mori-
bus agit, aliquandiu docuit. Olim a P. Oliverio Manaraeo Gandavum ubi col-
legium Societati parabatur missus, demissione ac modestia cives ita devinxit sibi
ac Societati, ut nihil illis longius videretur quam collegium habere numeris om-
nibus absolutum. Nosocomia, carceres olidasque inopum casas multo libentius
quam procerum palatia frequentabat. Aerumnosos consolari, omnes a vitis ab-
ducere trahereque ad frugem studebat. Nulli austerus præter quam sibi, ciliciois
flagris cibi somnique parcitatem corpus macerabat. Ad ignem ne in summa qui-
dem hieme licet senio confectus et frigore obrigescens accedebat, dicere so-
litus has homini religioso delicias non deberi. Magna illi mentis conjunctio cum
Deo ac fere assidua. Patientis Christi cruciatus ut commodius versaret animo,
oculis etiam perpetuo objectos habere voluit in imaginibus papyraceis, quas per
parietes cubiculi dispositas supplex quotidie obbat in hunc modum perstans ali-
quantulum atque singulas demiso in terram vultu, mente in Deum erecta et
largum interea imbre lacrimarum ex oculis demittens. In senectute extrema
ob offusum oculis caliginem jussus sacrificio atque adeo omni lectione abstine-
re, fecit quidem ille obedienter mandata; nihil tamen minus, multum ex quo-
tidiana sacerdotum psalmodia memoria retinens, sacerdotiale pensum ut poterat

234.
*Militibus aeru-
potitiantur An-
tuerpiae.*

235.
*Mors et elogium
P. Nicolai Gre-
gorii Monier.*

236.
*Mors et elogium
Renati de Cha-
lon.*

237.
*Mors et elogium
P. Philippi A-
rentii.*

persolvebat. Et siquidem sacris operari prohibebatur, divina quotidie mysteria de manu operantis sumebat, nullam itidem praetermittens diem, qua non conscientiam confessione purgaret. Pudicitiae custos adeo diligens ac prope immodicus fuit, ut nunquam se a quoquam tangi permiserit, ne aegrotus quidem a valedictione ac ne in morbo quidem extremo. Sacro munitus Viatico duo Rectorem rogavit. Alterum ne suum abhui usitato more corpus sineret. Alterum ne circummittens per provinciam, ut ibi fert consuetudo, litteras de suo obitu, commendationem ullam suo adderet nomini: quorum illud singularis pudicitiae, hoc summae humilitatis fuit.

^{238.}
Gandavi aegrotis opitulantur nostri.

^{239.}
Ibidem Parochi turbas client, quas componit Episcopus.

Ses. 24. §. 4.

Gandavum inclinante autumno luem contagiosam intulerunt milites, qui
huc in hiberna concesserant. Quamquam vero malum late non serperet, rogati
a senatu duo ex nostris curam infectorum suscepserunt, ac post unum et alterum
mensem, extincta penitus lue, incolumes nec illaudati in collegium se recepe-
runt. Verum hic nonnulli molestiae nostris hominibus creatum est unde mini-
me timebatur, gliscebatque malum fortasse, nisi exortientem procellam prudentia
Episcopi avertisset. Nimirum Parochi aegre ferentes quos fieri videbant ad tem-
pla religiosorum concursus, eoque ferentes aegrius quod magham in suis infre-
quentiam cernerent, coitione facta, explicandum pro concione sumpserunt illud
concilii Tridentini decretum *, Teneri unumquemque Parochiae suae interesse, ubi
commodo id fieri potest, ad audiendum verbum Dei, atque ita ex composito explicab-
ant, quasi gravi piaculo se obstringeret quicumque alibi quam in curiali templo
concionis sacrae interesset. Ea re cum graviter turbarentur e populo multi, unus
nostrorum eximendam hominum mentibus vanam religionem ratus, occasione
arrepta magni in Societatis templo concursus, veram concilii sententiam e sug-
gestu exposuit. Id impotenter ferentes Parochi nostros ad Episcopum detulerunt.
Verum is sapienter existimans ejusmodi contentiones comprimi in ipso ortu oportere,
nostris perinde ac Parochis vetuit ne ea de re verbum ultra facerent. Qui-
bus ut aequum erat obtemperantibus, omnis est perturbatio composita. Rure-
mundam tota fere aestate pestis afflixerat. Senatus sub extremum Julium, quo
tempore redit dies B. P. Ignatii anniversaria, praegrandem Ignatio votivum cereum
ad ipsius aram arsurum, et ex eo die sensim remittere lues coepit; quodque
vulgo notatum est, statim ab aedibus collegio nostro vicinis longius recessit. Ea
mox penitus depulsa, senatus cereum obligatum Ignatio reddidit. Quo loco non
omiserim, fuisse qui id beneficium deberi mallent Beatissimae Virgini, quod aedem
ejus Aspicollensem loci sanctitate toto Belgio percelebrem, adiissent supplicium
ritu cives fero quadrangenti, agmen ducente nostro sacerdote qui piae pe-
regrinationis auctor praecipuus fuerat. Utrumvis tamen fuerit quod certe parum
aut nihil refert, partam caelesti ope salutem nemo dubitavit. At Bredae in urbe
alioqui parva sed plena militum praesidiariorum, eadem morbi vis miserandam
edit stragem. Bredanae praeerat residentiae P. Ludovicus Robillaert, suae et
alienae salutis studiosissimus vir. Is cum toto anno perrexisset aegrotis sacra
ministrare, contracto ad extremum morbo, victima charitatis cecidit. Nullibi ta-
men atrocius grassata est lues quam Ultrajecti. Fuere domus haud ita paucae
quas omnino exhaustis, totam fere urbem funeribus desolavit. Quodque deterri-
num, nulli cedens malum remedio, ut quemque corriperat brevissimo spatio
conficiebat. Magistratus et Parochi rogaverant ab initio nostros, ne tali deessent
civitatis temporis sed suo more rem gererent. Quibus oblatam procurementem
cupidissime arripientibus, primus in arenam charitatis prodit P. Robertus Rob-
be cum fratre adjutore Lamberto Cuypers. Nec dum fluxerat mensis, cum sa-
cerdotem pariter adjutoremque sive halitu pestilenti, sive attactu hausta lues
extinxit, incredibili civitatis moerore, quae ab eo hominum pari plurimum leva-
menti capiebat. Mortuis substituti alii duo, qui tametsi pari alacritate ac diligen-
tia insisterent operi, periculo superfuerunt. Affuere mox in aede collegii Prae-
fectus urbis, magistratus et Parochi, ut auspici Deo primum, deinde nostris
agerent gratias, hisque coram in honorem B. Parentis Ignatii augustiore ritu sa-
crum cum hymno eucharistico peractum est.

^{240.}
*Res gestae Rure-
mundae, Bredae,
et Ultrajecti lue
sacriente.*

Quamquam vero tantam impenderent nostri misericordiam aegrotis morbo pestilent laborantibus, non ideo usitatam curam animarum abjecerunt, sed intenderunt potius, et alicubi fructum laboris non poenitendum retulerunt. Casleti cohortes aliquot anglorum militum hiemabant, apparebatque, ut erant plerique facilis ac sequacis ingenii, facile ex iis aliquos traduci posse ad veritatem fidei catholicae, si errorem patrium dedocerentur. Ea re animadversa socii Casletonenses, cum ipsis anglice nihil scirent, Vatenis evocando curarunt aliquot Patres ejusdem gentis et linguae, qui contracta cum militibus consuetudine, sensim inferentes de religione sermonem, plus quam ducentos ad sacra catholica traduxerunt. Dunkerchae milites Hollandi plures bello capti publicis in custodiis attinebantur. Ad eos itare cum coepisset certis diebus noster sacerdos, de fidei controversia disserens, viginti tribus veritatem catholici dogmati persuasit. At Hollandorum multo ampliorem numerum ii subegerunt Patres, qui in Missione Hollandica desudabant. Harderwicæ in Velavia cum Ecclesia conciliati sunt plus trigesinta; Noviomagi viginti, totidem Amstelodami atque in his matrona ex illustri Boetiorum familia, quae antea sua sectae pene ad insaniam addicta Romanae Ecclesiae nec mentionem ferebat. Swollae, Leowardiae, Harlingae, Delphis magistratus magis videri volebant nobis adversi, quam re ipsa essent. Ipsi itaque conniventibus, coetus catholicorum concionesque libere habebantur. Intererat Calvinianorum multitudo promiscua, et subinde aliqui, veritatem amplectebantur. Ut de aliis non dicam (nam omnium summam nemo iniit) Delphis amplexi sunt amplius centum. Ibidem invaluerat novus error, religionem quamlibet satis ad salutem esse, modo christiani nominis certa quaedam capita tenerentur. Hic error et voce et scripto palam est confutatus et multis exemptus. Nec parum in id profuit celebris *consultatio* nostri Leonardi Lessii de capessenda Religione, quae impressa iterum et sparsa in vulgus est. Roterodami placuit de controversia Fidei capitibus disputationem instituere, neque id tamen ut saepe fit ex vano altercandi studio, sed indagandæ causa veritatis. Condicta ergo die, cum doctissimo sectae ministro commissus est noster sacerdos. Adstabat corona ingens civium honestiorum quaeque hinc inde jactabantur scriba publicus litteris excipiebat. Post duos acerrimæ concertationis dies, recognitis collatisque inter se dictis, censuerunt arbitri ministrum haud sibi satis constare, quo ille iudicio confusus obmutuit. At ex adstantibus duo prudentiores, momento eodem Calvinum et quantum est haereticorum execrati, ad catholicas partes transierunt.

Caeterum in Provinciis Ordinum foederatorum, etsi Praefecti plerique, ut dictum est, haud multum rei catholicae aut certe non ex animi sententia incommodabant, aliqui tamen istorum indulgentiam pari compensabant severitate. Ultrajecti curam intenderunt omnem magistratus, ut catholicos sacerdotes sicubi laterent interciperent. Excusae per infestos satellites ad intimam usque penetralia domus, exploratores delatoresque excubare jussi. Duo ex omnibus capti sunt. At nostri qui omnium maxime quæcerabantur, sagacitate usi hostium vigilantium et conatus luserunt. Groeningæ et Silvae Ducis gravem molestiam nostris exhibuerunt non tam magistratus, quam antiqui Societatis aemuli, quorum solicitationibus incitati judices paulo duriores nobis quam pro sua indole se præbuerunt. Groeningæ unus Patrum, malevoli cuiuspiam indicio reprehensus in domo catholica dum confessiones audiret, eo nomine publicam in custodiæ est traditus. Sed brevi redemptus a catholicis ad intermissos labores reddit. Alter Silvae Ducis ob eamdem causam sex mensibus haesit in squallenti carcere, nec nisi facta captivorum permutatione cum Hispanis militibus dimissus est. Amersfordiae proposito edicto cogebantur solum vertere omnes catholici sacerdotes, idque in gratiam unius de Societate, qui huc venerat anno superiore, neque dum apud Praetorem profitebatur nomen. Praetorem adit is denunciavitque libere nomen ac professionem suam; ac deinceps tuto esse licuit, neque de aliis pellendis ultra agitatum. Interest vero scire utilissimi exempli rem, cuius sacerdos idem testis oculatus et scriptor fuit. Vetula erat Amersfordiae quam inops a re familiari, tam pietate christiana virtutibusque locuples, cuius patientiam, praeter

^{241.}
Haereticci ad eccliasum reduicti
Casleti et Dunkerchæ.

^{242.}
Fructus missio
nis Hollandicæ
varis in locis.

^{243.}
Molestiae nostro
rum in Hollan
dia.

^{244.}
Notabile exem
plum circa poe
nas Purgatori.

pauperiem extremam, morbi plures et insanabiles exercebant. Lecto affixam atque omni humano solatio destitutam invisebat identidem noster quem dixi sacerdos, et sacramentis reficiebat. Mirabatur tamen majorem aerumnis animum et renidentem ore perpetuam hilaritatem, quam nullus unquam turbaret tristitiae vapor. Nec tenere se potuit, quin tantae in tam afflictis rebus laetitiae causam curiosius exquireret. Cui illa: Mene, ait, his vel tantulum angeli malis, caellestia praegustantem bona? Ac sub haec, arcano colloqui exorsa, narravit perspicuum sibi quotidie adesse Angelum tutelarem, ejusque adspectu et adloquio ita se recreari, ut beatitudinem se neminem mortalium duceret. Addidit unam olim fuisse rem quae se haberet solitam, metum scilicet ignis piacularis, quo vel levissimas animi labes post mortem purgandas sciret. Id se magnopere expavisse, nullius licet gravioris culpae sibi consciam, quod hasce flammam putaret optimo cuncte proprie inevitabilem. Sed jam hac etiam anxietate solutam esse. Impetrasse namque a Deo ejusdem boni Genii depreciation, ut quae sibi deberentur post mortem poenae, viventi infligerentur triduo ante mortem. Hujus permutationis securitatem se nuper ex ipsomet Angelo accepisse. Ita loquentem tacitus audijt Pater, sententiam ad ea dicta sustinens, quae ut non crederet, non aspernabatur tamen nec plane incredibilia in tanta vita sanctimonia existimabat. Ecce autem diebus aliquot interlapsis, corripitur repente mulier doloribus adeo inusitatibus ac diris, ut videretur per momenta singula animam exhalarare. Admonitus advolat Pater, morienti sacramenta ultima ministraturus. Quem illa ut vidit subeuntem, composito ad laetitiam, ut solebat, vultu: En, ait, mi Pater, triduum ipsum de quo dicebam. Acerbiora sunt quae perfero, quam ut explicare ego queam, tu credere. Sed qualiacumque sint, his Deo adjuvante finem tertia dies afferet. Vaticinium ex toto affirmavit eventus. Pia quidem certe anicula, sacris omnibus rite procurata, post cruciatum acerbissimos patienter admodum ac placide toleratos, luce tertia exente uti praedixerat exprivit, evolatura, ut opinari fas est, recta in caelum, quippe maculis vitae omnibus probe detersis.

^{245.}
Lirae et Dunker-
chae nostri bene-
ficiis ornantur.

^{246.}
Novum B. Vir-
ginis signum in
aede nostra Ber-
gensi collocatur.

Num. 474.

^{247.}
Novae pietatis
augendae artes
Mechliniae et
Brugis.

Eodem anno duo provinciae domicilia Liranum et Dunkerchanum, quae hactenus intra residentiarum ordinem steterant, aucto sociorum numero, in collegiorum formulam sunt recepta. Id porro gratissimum utrique civitati accidisse ipsae documentis illustribus declararunt. Liranus senatus, ut nonnullam pro tali merito redderet Societati vicem, homines nostros sua civitate donavit, eodemque esse deinceps numero ac loco voluit quo reliqui essent cives, ampliora largituturus nisi iniqtitas temporum prohibuisset. Qui vero Dunkerchae rem publicam administrabant, ut forte nostri novum moliebantur templi aedificium, eum in usum sex nummum florenorum millia decreverunt ex aerario publico persolvenda. Simile aedificium extruxerat Societati civitas Bergensis. Hoc anno perfectum cum esset, in eo Praepositus Provincialis (P. Guillelmus de Wael) collocandum censuit B. Virginis simulacrum, non minus opere quam religione spectandum, quippe miro artificio compactum ex pluribus Foyensis quercus fragmentis, quae ipse studiouse collegerat. De quercu et sacello Virginis, quam Foyensem vocant, pervulgatisque ejus loci lapillis, paulo superius dictum est. * Hoc igitur signum, quod erat trium circiter pedum altitudine, ipso B. Virginis Praesentatae sacro die, cum exquisito apparatu in templum illatum est, succollantibus nostris totaque pompam deducente civitate cum suo senatu. Jam ante sacellum ibi erectum fuerat, et in hunc usum decenter ornatum. In eo repositum est, inscriptione adjecta, qua Senatus Populusque Bergensis rogabat suppliciter Virginem misericordiae Matrem (namque id illi nomen inditum) ut urbi propitia ac praesens in omne tempus esset una cum S. Winoco, veteri civitatis patrono. Celebratiti non minus piae quam splendidae coronidem imposuit provincialis ipse Waelius diserta oratione, qua et de laudibus magnae Virginis copiose disseruit, et arrepta occasione, Senatui Populoque Bergensi de amplissima aedificii mole recens excitata publicas Societas nomine gratis egit. Mechliniae etiam, ut alibi passim, augendo Divinae Matris cultui intenta Societas erat. Hujus rei gratia hoc anno in aede Hantwicana sodalitas erecta est sub patrocinio Virginis sine labe conceptae, quam frequentare magno

statim numero ac pari pietatis ardore Mechlinienses coeperunt. At Brugis cum nihil ad pietatem erga Virginem addi posse videretur, placuit de Christo paciente pias in communis meditationes hoc primum anno instituere, quod item institutum ingenti civium concurso, nec absimili pietatis sensu usurpari coepit. Occasionem praebuerunt Batavi, qui in Belgium progressi in Brugensi agro castra posuerunt. Eorum propinquitate is pavor incessit civitatem, ut pene capta prius quam obessa videretur. Pulti illi quidem fuerunt a regis copiis, quae opinione citius auxilio venerunt. Verumtamen ea trepidatione nostri ad civium salutem usi, praeter alia ad avertendas caelestes iras piacula, hanc etiam quam dixi piam exercitationem in mores induxerunt, cuius utilitatem secuta vulgo mira morum commutatio comprobavit. Atque hacc aliae ejusdem generis multa per provinciam geregantur, cum Bruxellas attigit Maria Medicea christianissimi Regis mater, ab aula Versaliensi ob causas orbi notata profuga. Tanti, Reginam nominis, ab Isabella Hispanica Belgii Gubernatrice splendidissime exceptam, salutatum ierunt proceres civitatis, omnesque religiosarum familiarum praesides, et qui demum cumque partem aliquam publici ministerii attingebant. Ipsa prae caeteris benigne in colloquium admisit collegi nostri Rectorem; utque palam faceret de nostro ordine quid sentiret, post dies paucos contulit ultra se in collegium, totumque curiosissime perlustravit. In singulis collegiis aulis aderat paratus et scholasticis unus, subeunteque Reginam congruente ei loco carmine salutabat, quod obsequii genus ei mire placuit. Discessit demum tot editis tam apertis erga nos benevolentiae argumentis, ut eam rem aegrius tulerint aliqui Coenobitae, et occasionem inde sumpserint insimulandae Societatis; neque id tamen ullo invidentiae sensu, sed magis metu, credo, ne forte homines nostros aliqua afflare aura superbiae, quod maximè malum a nobis arcere boni viri student. Sed ad alia veniamus.

In Anglia nondum allatis iis Pontificis Maximi litteris, quarum anno superiore mentionem fecimus, calamitosus plane ac difficilis rerum cursus nostris hominibus erat, cum non minus telis satellitum, quam cleri oppugnationibus et injuriis patarent. Pergebant nihilominus per infamiam et bonam famam opus suum exequi, et coepit aspirante Numinis haereticos diversis in locis ad quingentos hoc anno cum Ecclesia conciliaverunt. Inter afflictæ religionis clades illa erat haud levis, quod per causam belli, quo tota fere ardebat Europæ, portus Angliae maritimis arctissimis custodiis occlusi tenebantur sic, ut externis sacerdotibus nullus in insulam pataret aditus. Inde operarum paucitas sequebatur in eo solo, ubi magnum inveniri numerum oportet. Hoc malum ut ex parte supplerent qui Watenis degebant socii, varios pii argumenti libros imprimendos, et clam in Angliam supportandos curarent. Sumptum impressionis fecit piissimus Bavariae Septemvir Maximilianus, erogata eum in usum quam nostri exquisierunt pecuniae summa. Cusi porro sunt libri de novo plures qui magis e re catholicae visi, pars maxima ex aliis linguis in Anglicam versi: fuitque in hoc numero nostri Edmundi Arousmithae martyrum pridem variarum gentium linguis evulgatum, quod ubi per Angliam disseminari legique coepit, catholicorum in eo regno pietas multum incaluit. Provinciam ita affectam haud leviter vulneravit obitus immaturus Joannis Habberlei, annorum haud amplius viginti quinque juvenis, qui si viveret diutius, ut se dabant initia, magnum Anglicæ Missionis columen et ornamentum putabatur futurus. Decessit Leodii ubi theologiae operam dabat, V. Idus Martias. Jam inde a primo Societatis aditu non vulgarem virtutis opinionem collegerat. Eamdem usque ad extremum retinuit, exacta ad omnes domesticæ disciplinae leges vita; in qua nihil unquam notatum quod a virtute defleceret. Effusam ejus charitatem experti olim sunt domestici plus viginti, eodem tempore morbo afficti, quibus pene solus operam navavit adeo simul assiduum ac diligentem, ut nihil amplius posset venalis famulus ad infima ministeria natus factusque. Patientiam ejusdeni probavit illustratique morbus extremus, in quo per duodecim continenter dies, acerbissimis licet doloribus conflictatus, nihil unquam levamenti quaesivit, unum dolere, unum conqueri auditus, quod non in Anglia manu

Tom. II.

65

248.
Singulare erga
nos tristis humani-
tas Reginæ Re-
gis Galliae ma-
tris Bruxellis.

249.
RES PROVINCIAE
ANGLICÆ.
Haeretici ad fi-
dem revocati.

250.
Libri utiles im-
pressi ad proven-
tum pietatis.

251.
Obitus et elo-
gium Joannis
Habberlei scho-
lastici.

carnificis pro fide catholica, ut alii de Societate multi, moreretur. At nulla illi virtus antiquior obedientia; et cum semper antea in hac laude superiorum inter sodales habuerat neminem, vix quemquam parem, tum vere *Factus est obediens usque ad mortem*, ut ex iis quae subiectio licebit agnoscere. Suscepit licet omnibus morientium sacris, rogavit nihilominus Rectorem plus juvenis, ut quando longius quam putabatur processisset morbus, licet sibi denuo sacram viaticum sumere. Ultimum hoc esse scilicet quod percuperet rogaretque vivens, ea nocte moriturus. Minime difficilem se praebuit Rector; sed siquidem ea hora primae se intendebant tenebrae, et aeger diem totum per meras precationes aliaque ex aliis pietatis officia traduxerat, fatigatum tam longa mentis contentione putans, quiescere tantisper jussit et somni quod posset capere. Paruit ille adeo prompte, ut momento prope eodem placide obdormierit; id quod plane mirum Rectori, in ea praesertim morbi gravitate et in summo febris aesta visum. At post unam alteramve horam expurgitus, rogare ardenter ne sibi ultra sacram epulum differretur. In arco nimirum esse res, proxime abesse supremam horam, spatii parum relinqui. Datum est nulla mora sacram roganti pignus, quod ille supremum accipiens, angeli verius quam hominis speciem exhibuit: is vultu elucebat plus quam humanus ardor pietatis, ea mentis dulcedo ex oculis prominebat. Nec ita multo post, actis impense gratias Rectori primum deinde sodalibus, omnium praeterea precibus imploratus, ac promissis yicissim suis, inter adstantium manus et lacrimas extremum spiritum duxit.

²⁵²
De ora quadam
sodalitate in se-
minario Audi-
marensi erecta.

Istiusmodi juvenum lacta per id tempus soboles in seminario Audomarensi succrescebat, olim missionem Anglicam suppletura. Alumnorum ingens numerus, par delectus. Plerique miram sui expectationem concitabant. Ad caeteras artes quibus ad pietatem alumni formabantur, adjecta super fuerat nova in honorem B. Virginis sodalitas, cuius quae leges quae forma esset, non aliis referam verbis, quam quibus descriptum reliquit unus degentium in eodem contubernio Patrum, qui res probe sibi cognitas et oculis subjectas litteris consignavit. In « hunc coetum (ait ille) haud quivis temere aut sine delectu adscribitur. Eli- « guntur ii duntaxat, qui gravitate modestia pietate legum observantia toti col- « legio probatissimi sint. Ea res incredibiles ad hanc diem morum commutatio- « nes effecit. Nam qui nondum in sodalitum sunt cooptati, cum intelligent non « nisi optimis aditum patescerit, tales sese praestare contendunt, in quos eorum « conspirent suffragia quibus admittendi potestas commissa est. Hi vero si « quem petitorum sciant parum modestum indiligentem garrulum minus ad of- « ficia promptum, quacumque demum sive in loquendo sive in agendo intem- « perantia notatum, eum aut praecise rejiciunt, aut aliud in tempus differunt. « Jam sodalium quam compositi mores sint, quanta inter se virtutum aemula- « tione certent, dici vix queat. Si quispiam deterioris exempli quid admirerit, « is praeter communes contubernii poenas, publica etiam in conventu sodalita- « tis reprehensione mulctatur; si vero melioris spes frugis nulla sit, e sodalium « albo expungitur. Infinitum deinde sit percensere, quae divini cultus exercita- « tiones in his conventibus fiunt, quae frequenta concionum, qui apparatus pe- « ragendis Deiparae festis diebus, quanto demum ardore feruntur cuncti certatim « exercendis demissionis officiis corporisque afflictationibus ultra descendis, « quibus maxime rebus propitiare infelici Angliae Numen superosque omnes « student. Parum est caeteris in triclinio accumbentibus famulari, morbo affli- « ctis advigilare atque omni ope adesse, confluentibus ad januam mendiculis « cibaria distribuere. Praeter haec quotidiana (quae quidem omnia sedulo ad- « modum pieque factitant) asperitates insolitas appetunt adeo avide, ut nisi frae- « nos injiceret moderatorum prudentia, modum fervor incitatus nullum teneret. « Hoc anno fuere per Bacchanalia haud ita pauci, qui Rectorem rogarunt, sibi « ut licet durarum circiter leucarum peregrinationem nudis suscipere pedibus « ad aedem quamdam Bñae Virginis antiquo cultu celebrem; quod ille collau- « data ipsorum pietate ita permisit, ut tamen modum profectionis, tempestate « praesertim perfrigida, non permiserit. Similia diligentius consecrari non vacat.

« Unum affirmare vere possumus, manifeste apparere hic digitum omnipotentis
 « Dei. Nec enim nisi in vim effectricem divinae virtutis referri potest sacer ille
 « ardor, quo haec juventus rapitur ad caelestia. Plerique iisque ferme omnium
 « nobilissimi, nullo prouersus hominum suaÅ, ad religiosa instituta divinitus impelli
 « se sentiunt. Ex iis qui amiebant Societatem, hoc anno admissi decem ».
 Atque haec de seminario Audomarensi testis oculatus scribebat, quae visum in
 annales referre, tam ad commendationem contubernii illius, tum ad exemplum
 caeterorum.

Progedior ad res Gallicas, de quibus scribere aggredienti iterum se mihi
 offert P. Joannes Arnulphus, vir ille olim Regi Galliae gratissimus eique a sa-
 cris confessionibus; de quo fuse dictum alibi. Dimissus ab aula Arnulphus ac
 per varia deinde ordinis ministeria traductus, venerat anno superiore Roman ad
 procuranda Provinciae suea Lugdunensis negotia, ut Societatis consuetudo fert.
 Ibi dum consistit, in magno desiderio Parisiis erat. Totque allatae sunt tam ef-
 ficaces ad Praepositum Generalem litterae, quibus ad habendas in aede S. Eu-
 stachii conciones deposcebat, ut Mutius tametsi virum talen ob expertam pru-
 dentiae magnitudinem regendis in posterum collegii destinasset, illum nihilominus
 properare Lutetiam jusserit. Morem jubenti gessit Arnulphus, invitissimus
 tamen nec nisi parendi studio. Ut enim usitatum concionandi labore non sub-
 terfugeret, parisiense caelum sibi antea male fidum et aulae propinquitatem re-
 formidabat. In itinere divertit parumper Gratianopolim, tum ad constabiliędam
 quam ibi instituerat domum Professorum, tum ut se sisteret Regi, qui per eam
 forte urbem transibat cum exercitu in Subalpinos tendens. Ibi Regem Richel-
 liumque Cardinalem adiit saepius: semper ab utroque amantissime exceptus, ac
 familiari sermone detentus est; ut dubitate nullo modo posset, quin se Parisiis
 commorantem Rex primariusque regni administer libenter essent visuri. Lute-
 tiā mox expectatissimus attigit. Concionum vero cursum per Adventum pere-
 git in S. Eustachii tanto omnium ordinum concursu ac tam secunda fama, ut
 nihil supra. Eum Regina Regis mater cum duce Aurelianensi filio audire saepius
 voluit. Ejusdem eloquentia tota pene commota civitas videbatur. Hinc illum multi
 templorum Parisiensium Praesides certatim expetere, sibique concionatorem in
 annos sequentes designare. Nostri qui haec viderent, rati e re publica fore si
 ab tali ac tanto oratore plures continenter annos per ampla civitas excoleretur,
 datis ea de re validis planeque consentientibus ad Praepositum Generalem lit-
 teris, mandatum ex eo excusperunt, ut e provincia Lugdunensi Arnulphus
 transcriberetur in Francicam, nec deinceps alibi quam Parisiis degeret. Id ipsum
 probare visus redux ab Italica expeditione Rex, visus probare Richelius Cardi-
 nalis. Nam et Arnulphum offici causa subeunte benignissime, uti solebant, in
 colloquio admisere, et aliquoties concionantior aures dedere. Audit quin etiam
 ambo cum palam hominis eloquentiam dilaudarent, eaque se plurimum delectari
 dicent. Solus se detineri Parisiis minus probabat Arnulphus, nondum obli-
 teratam superiorum temporum invidiam sentiens. Timidiorem efficiebat ipse tam
 apertus Regis et primarii administrī favor, praesertim quod vacabat eo tempore
 munus regii concionatoris et Rex inclinare in ipsum videbatur, nec erat du-
 bitandum quin ad eum deiiciendum collata ope consurerent quotquot splendi-
 dum munus avide amiebant ex omni ordine concionatores, tum etiam aulici
 ii, qui insito in Societatem odio alium quemlibet Jesuitae praelatum cupiebant.
 His de causis homo sagax raro se dabat in publicum, aulam vero ac potentio-
 rum domos attingebat nunquam, totus in ministerio divini verbi, quod per
 varia amplissimae urbis tempora perpetuo circumferebat. Nulla tamen arte po-
 tut invidorum insidias anteverttere. Decimo post mense quam Parisiis ita ut
 dictum est considerbat, afferuntur ex insperato ad eum Praepositi Generalis lit-
 terae cum mandatis, ut primo quoque tempore Tolosam se conferat, Tolosanae
 domus administrationem suspecturus. Nimirum vita functo P. Carolo a Lotharingia
 domus ejusdem Praeside, neminem ajebat Mutius sibi visum aptiorem, quem
 tali ac tanto substitueret viro. Sensit enimvero Arnulphus, qua erat sagacitate

253.
 RES PROVINCIAE
 FRANCICAE
 P. Jo. Arnul-
 phus cum bona
 Regis gratia re-
 didit Lutetiam.

254.
 Concionatur
 cum ingenti lau-
 de, et in provin-
 ciam Francicam
 transcribitur.

255.
 Ex improviso
 removetur. Pa-
 risiis. Quae fue-
 rint causae.

vir, quid huic subesset fuco verborum: se videlicet per speciem honoris re ipsa pelli Parisiis. Et nihilominus ut erat non minus obediens quam perspicax, nihil excusavit ne prompte faceret imperata. Ante digressum, data sibi copia salutandi supremum Regis Richeliique Cardinalis, comes illos quidem et affabiles ut solebat reperit. Notavit tamen placide admodum ab utroque acceptum suae profectionis nuncium, nullam objectam propediem discussuro moram, ac plane frigida eo de argumento verba; quod ita est interpretatus, rem omnem ipsum vel assensu vel etiam jussu fuisse compositum. Nec abusus a vero. Orto videlicet ferali dissidio inter Reginam Regis parentem et Richelium regni administrum, cum tota fere in partes discederet Gallia, fuere qui Regi suspectum facerent Arnulphum quasi plus nimio faveret Reginae, et turbulenta contra rem publicam consilia misceret. Ut facerent accusationi fidem, veteres contra illum criminationes refriecabant. Hoc obtenu malevoli velare conabantur inclusam sinu invidiā, quod magnis amicitiis et vulgi opinione florentem cernerent. Illo etiam angebantur metu, ne denuo eum Rex assumeret conscientiae arbitrum loco Patris Suffreni, qui profligam assecari Reginam cum bona Regis gratia constituerat. Neque haec non videbat Rex. Sed ex tot tamque apertis malevolentiae indicis intelligens, virum innoxium si diutius Lutetiae consistaret, multorum insidiis patere, eum ut eximeret periculo graviorum molestiarum, summovendum procul existimavit. Mirari tamen licuit in ipso confiendo negotio prudentiam aequitatemque ejus. Cum enim posset Arnulphum uno regiae voluntatis nutu dimittere, quod si faceret calumniatores improbi triumphabant, dissimulato consilio maluit per suum Romae oratorem efficer, ut ab Societatis summo Praeside revocaretur, et quidem sic ut non tam loco motus quam ad altiore gradum provectus posset videri. Sed eo tandem omissa, quae per provinciam acta sunt videamus.

^{256.}
*Condaci Principis adventus in collegione Bito-
vicense.*

Bituricibus sub nostrorum disciplina feliciter adolescebat Ludovicus Borbonius Dux Enguinaeus, Condaci Principis filius adhuc impuber, utque splendore natum parem inter aequales habebat neminem, sic pietatis ac litterarum studio caeteris facile antecebat. Gaudebat in sinu Condacus, cum haec de filii progressibus nunciabantur, nec continere se potuit hoc anno quin Biturices excurreret, sive ut coram recognosceret quae per litteras afferebantur, sive ut ipsi gratularetur filio novosque ad virtutem stimulus patria voce subiiceret. Plures ibi commoratus dies, incredibili perfusus est voluptate cum sua cultiorem spe adolescentulum reperit. Gratias amplissimis verbis egit Patribus, et cum alia multa exhibuit benevoli gratique animi argumenta, tum certa die epulari apud ipsos una eadem mensa statuit. Ea nostri occasione usi persuaserunt Principi, ut eadem die convivas adhiberet duos e civitate primarios, qui jamdiu insanabilem inter se gerebant inimicitiam, eosque in mutuam gratiam reducere conaretur. Rem saepe alias a se frustra tentatam, vulgo haberet pro desperata; at cessuros fortasse regii auctoritat Principis, qui sibi aliquis private sortis hominibus non cessissent. Consilium successit ad votum. Vocati ad epulum duo quos dixi proceres, quamquam animo erant praeferoci sequē invicem truci vultu respectabant, tamen Principis oratione emollii ac blandissima deprecatione confusi, nihil habentes quod contra dicerent, datis ultro citroque dexteris, in pacem et amicitiam mutuam consenserunt. Secuta ingens gratulatio civitatis, quae eo eventu sublatam publicam offensionem, et restitutam aliquando urbi quietem jamdiu odii factionibusque convulsam cerneret. In seminario Flexiensi gravissimum repente periculum alumnis creatum est, quod tamen Deo proprio fuit innoxium. Et quiddam per eam occasionem accidit, quod tametsi non adeo infrequens semper tamen prodigi speciem habet, et merito in praesens numer opemque Angelorum tutelarium solet referri. Cum solerent certa quotidie hora adolescentes in coenationem descendere, die quadam quae fuit postridie festum B. Virginis sine labe conceptae, praecepitante nescio quo casu horologio, solito maturius descenderunt. Absumptis dapibus dum in sua singuli conclavia regrediuntur, triclinii lacunar, rupta derepente cariosa trabe, decidit; qua ruina haud dubie

^{257.}
*Convictores se-
minarii Flexien-
sis in gravi pe-
riculo divinitus
servati.*

opprimebantur cum magna clade omnes, nisi horam consuetam antevertissent. Duos tantum, qui segnores inventi, praeceps ruina textit. Et si quoque, ut sors tulit, e media tignorum tabularumque congerie incolumes educti fuerunt, eventu plane auspicio, pro quo solemnes servatori Deo gratiae Angelisque sospitibus in communis actae. Lues interea de qua dictum anno praeterito, ardebat adhuc plures Galliae urbes misere depascebant. Rhedonibus, Molini, Cadomi, Aureliae, Blesis et ubique Societas habitabat, operam obtulerunt nostri suam magistris, parati in omnem casum se dare ut languentium salutis propiscerent. Ubique cum actione gratiarum accepta voluntas Patrum, operam tamen non admirerunt Aurelianenses, cum dicerent tam utilis Reipublicae homines non discriminari obiciendos, sed alios in usus servandos esse. Ex iis qui curam tabidorum publico in valetudinario suscepserunt Molinis, sortem beatae mortis tulit pridie Nonas Octobris P. Georgius Catrones patria Cadurcensis, qui cum annos vitae numeraret haud plures trigesima quatuor, ex iis undeviginti in Societate confecerat, et jam philosophiam cum eximia laude tradiderat. Rhedonibus pio immortuus est ministerio frater Gulielmus Pacotus, rei domesticae minister. Is ortu Parisinus ut moris innocentissimi vir spectabatur, sibique ad hanc mortem multarum exercitatione virtutum communierat viam. Obiit VII. Idus Octobris, vita anno supra trigesimum primo. Sociis caeteris, etsi in media strage versantibus, pestilentia pepercit.

At collegio Alenconensi peracerba accidit mors P. Francisci Gandillonii, viri in paucis egregii, qui dum id collegium magna cum laude administrat, subita vi morbi corruptus incredibili domi forisque luctu decessit IV. Cal. Novembres. Funus in Patrum Franciscanorum aede celebratum est, propterea quod domestica videbatur angustior, quam ut capere posset affusam civium multitudinem, qui ex omni ordine frequentissimi adfuerunt, ut virum omnium opinione sanctum venerarentur. Aureliae honestissimo natus loco est Gandillonius, sortitusque indolem perbonam ac liberaliter institutus, a prima pueritia christiana pietati sic assuevit ut pene cum ea natus videretur. Pietati studia litterarum adjunxit adolescens, cumque excellenti esset ingenio, in his tantum profecit ut brevi aequales post se omnes reliquerit, dignus propterea qui philosophica laurea in Academia Parisiensi donaretur. Societati post haec nomen dedit, atque ab ipso statim religiosae vitae tirocinio, quod Rothomagi posuit, visus singulare quiddam de se portendere. Ea jam tum juveni moderatio, id in omnes naturae cupiditates imperium, is amor humilitatis paupertatis obedientiae caeterarumque virtutum. Quam sui exspectationem concitat novitus, eamdem in reliqua deinde vita egregie sustinuit. Rhedonibus et Aureliae philosophiam, Flexiae et in Claromontano Parisiensi collegio theologiam docuit, pari doctrinae et ingenii fama. At praecipua ejus laudum pietas morumque gravitas et innocentia, cui cum accederet par prudentia, a lycaco ad gubernandum traductus hoc demum in munere ita ut dictum est vitam clausit. Per haec in templo collegii Augensis, quod nuper B. P. Ignatii titulo fuerat insignitum, conditum est cadaver Ludovicae Margaritae e Lotharingia Francisci Borbonii Contiaci Principis viduae, idque ipsius in nostrum ordinem benevolentiae pignus postremum fuit. Nimurum femina et genere et virtute clarissima, ut in omni vita Societatem eximie dilexerat, ita in morbo extremo totam se hominum nostrorum permisit arbitrio, suum vero corpus componi jussit in aede Societatis Augensi, atque in eo prorsus tumulo, in quo jacebat ipsius mater Henrici Guisiae Duxis uxor, quae olim collegium Augense fundaverat. In hunc ergo tumulum illatum est ex ipsius praescripto corpus exanime sub initium mensis Maii, locatumque ad latus materni corporis sub eodem mausoleo, quo quidem nihil in eo genere et forma operis et elegantia splendidius.

Apud Lingones quod ab annis pluribus boni quique cives magnopere cupiebant, ut Societatis collegium conderetur, hoc anno Deo bene favente confectum est. Nam cum nihil ad operis summanum deesset praeter assensum Regis, sub finem anni praeteriti allatae sunt regiae litterae, quibus ampla hujus rei potestas

Nostris infectis operitulatur. Duo-
stero obitus.

Obiit et elo-
gium P. Fran-
cisci Gandillonii.

Moritur Ludovi-
ca a Lotharin-
gia, et in aede
collegii Augensis
conditur.

RES CAMPANIAE.
Ortus collegii
Lingonensis.

fiebat. Statim vero atque eas viderunt sacri civilesque magistratus, rem pari voluntate ac studio comprobantes, arcessendum curarunt Provinciae Praepositum P. Joannem Fererium, eique vetus urbis gymnasium cum suis proventibus trahiderunt. Deducta inde est in urbem parva sociorum manus, qui ut juventutem erudire in scholis, verba facere e suggestu aliaque ordinis ministeria obire coeperunt, dici vix potest quantum his rebus delectari via sit civitas universa. Ipsimet pueri nullo suadente plaudebant, perque vias publicas tripudiis et cantu laetitiam testabantur. Moerebant contra adversarii, qui sex septemve, ut sumnum, nec audentes tamquam multitudini se opponere, moerorem sibi premebant. Unus ex eo numero atque omnium ferme antesignanus intra breve spatium, haud equidem sine manifesto divinae ultionis indicio, misere interierit. Quippe gloriari solitus, idque cum jurejurando et execratione affirmare, numquam vivo se Jesuitas in urbem ingressuros, quo die regium diploma allatum est, letali morbo tentari coepit, eoque sensim aggravante, paucis diebus impii vaticinii conditionem implevit. Massiponti, lue grassante, duo e nostris ingenti animo ac virtute viri, qui se aegrorum ministerio devoverant, eo in opere feliciter cecidere. Fuerunt hi Joannes Pierson et Gulielmus Benedictus, ambo fratres famularibus ministeriis addicti, Prior e Dioecesi Tullensi ortus aeditui gerebat munus pari laude pietatis ac diligentiae, cum pelli se divino instinctu sensit ad assecandum sacerdotem, qui tabidorum procurationem suscepserat. Datus illi comes, dum suas sedulo partes agit pestem hausit qua intra paucos dies extabuit. Inicit ejus obitus in diem Augusti mensis XIV. cum annum vitae decurreret primum supra trigesimum. Benedictus natione Scotus, pestem haereseos puer combiberat. Ea feliciter depulsa, Societati se dedit eo animo, ut remigaret aliquando in patriam, vitamque pro catholica veritate profunderet. Cum id minus liceret, at saltem negligendam non putavit oblatam occasionem ponenda pro charitate animae, quam proinde cupidissime amplexus, dum aegrotis sublevandis sedulam navat operam, contracta lue decessit postridie Nonas Septembres.

^{262.}
Duo socii in obsequio tabidorum animam ponunt. Mussiponti.

^{263.}
Plura hujus generis funera commendavere Provinciam Tolosanam, quae tamen ego ut omnino praeterire non debeo, ita cursim leviterque cogor attingere, ne justo prolixior et propter rerum similitudinem molestior legenti fiam. Tres charitatis victimas collegium Carasonense immolavit, P. Gasparem Damasium, P. Gabrielem Arnacum Fratremque Joannem Lanecu, qui dum aegrotis diu nocturne assident iisque opitulari pro sua quisque parte student, alius ex alio lue contracta cecidere. Billomi quatuor sublati socii idem charitatis officium exercentes e quibus sacerdotes fuere duo, P. Franciscus Julianus et P. Joannes Massas, totidemque rei domesticae adjutores, Fr. Gulielmus Balandier et Fr. Claudio Isara. Nullibi tamen uberior istiusmodi funerum seges fuit, quam Tolosae in ipsa sede Provinciae. Ibi socii desiderati quinque, in obsequio tabidorum extincti. Fuerunt hi P. Franciscus Foroville, P. Gulielmus Fovillet et P. Joannes Cladel sacerdotes. Tum Fr. Fulgentius Compagnonus et Fr. Antonius Darival, domestici adjutores. Praecipuo elatus est luctu Cladel ortu Cabalitanus, quippe operarius insignis et adhuc in ipso robore aetatis, qua nondum annum quinquagesimum attinebat. Palmam eamdem exquisiere alii alibi in eamdem charitatis arenam ingressi, sed divina ope servati periculo superfuere.

^{264.}
Obitus P. Caroli a Lotharingia.

Has inter vices immatura morte praereptus est Tolosae, quem omnium maxime servatum socii cupiebant, P. Carolus a Lotharingia, vir ille e regia Lotharingorum familia natus, sed pietatis experimentis omni nobilitate clarior, qui e Virdunensi Episcopatu in nostrum ordinem transgressus hunc praesentia virtutibusque suis atque ipsa nominis magnitudine haud mediocriter illustrabat. Is anno superiori cum praeesset domui Professorum Burdigalensi, illata in urbem pestilentia, procurationem aegrorum deposcerat. Petitione dejectus (neque enim magistratus tale caput periculo obiciendum censuerunt) secessit in residentiam S. Macarii, tum ut repararet valetudinem qua utebatur incommoda, tum etiam ut degentium in ea sociorum solitudinem solaretur. Episcopo autem Vasatensi veteri amico, a quo declinandi causa periculi invitabatur in villam

nescio quam suam, nuncium remisit cum actione gratiarum; negans ullibi melius sibi esse posse quam inter optatissimos fratres ac sodales suos, quibuscum mallet periclitari quam ab iis procul salutem querere. Ibi commorantem occupavere Praepositi Generalis litterae, quibus jubebatur Tolosam transgredi, eamque Domum Professorum administrandam suscire. Fecit imperata Carolus et quamquam caelum Tolosanum valetudini suea noxiom praesentiebat, continuo Tolosam venit. Administrationem eam multae res impeditac plane difficultem faciebant. Domi summa egestas, foris pestilenta et annonae caritas, ad haec multorum adversus Societatem odia, nec leves ab adversariis molestiae. Eam nihilominus magno suscepit animo, utque sublevanda civium calamitate regimen auspicaretur, continuo adit Archiepiscopum una cum P. Joanne Cladelo, de quo dictum supra, suamque simul ac sociorum operam curandis in publico nosocomio aegrotis obtulit. Ejus votum magnopere collaudavit Antistes, sed justis tunc quidem de causis operam non admisit. Quare Carolus aliam ferendae opis init viam. Certos delegit praestanti animo ac virtute Patres qui circuirent quotidie urbem, subirent infectas domos, expiarent moribundos, quoscumque demum nanciscerentur aegrotos omnibus christianae charitatis officiis adjuvarent. Mendiculis praeterea singulis ad januam confluentibus aliquid cibariorum dividi quotidie jussit, domestica inopia non absterritis. Et super hae, nunquam non patere templum Societatis voluit populo subeunti et sacrorum praesidia exquirenti. Cujus laboris praecipuum ipse partem sumens, hora qualibet audiendis pro confessione poenitentibus praesto erat. Idem majoris jejunii tempore saepius e loco superiori peroravit, idem sacris S. Ignati commentationibus coenobia quedam virginum ad plures continentier dies excoluit. At his rebus intentum pridie festum Paschatis invasit morbus, primo statim adspectu gravis et periculosus; de quo ut increbuit, tota commoveri civitas visa. Adesse continuo proceres magistratusque, omnes decumbentem alloqui salutareque velle, medicum quisque suum et mali levamenta submittere. Ex ipsa plebe ad januam ventitare frequentes, deque statu P. Caroli sollicite percunctari, ita prorsus ac si in uno capite publica periclitaretur salus. Morbi interea vis per momenta invalescens nullique cedens remedio, brevi aegrotum ad extrema deduxit. Ultima christianorum sacra ultro petit ipse, suscepitque incredibili sensu pietatis. Nec ita multo post, precatus enixe Deum, ut sibi viventi spirantium adhuc debitas post mortem poenas repraesentaret, supremum agonem ingressus est, qui plures tenuit dies adeo simul longus et molestus, ut nemo dubitaverit quin precem ejus audisset de caelo Deus ratamque habuisset. Ita demum ab omni labe purgatus IV. Cal. Maii inter manus lacrimasque sociorum placide expiravit, annos natus tantum quadraginta, e quibus novem in Societate consercerat. Cadaver sectum est et opobalsamo illum. Cor ad serenissimam Lotharingiae domum transmissum. Exsequias celebrare nostri magis pie quam splendide suo more, hisque familiae omnium fere ordinum religiosorum interfuere cum Archiepiscopo, cunctisque magistratus civitatis. At paucos post dies Archiepiscopus idem honoris officium mortuo persolvendum curavit, non quale ab hominibus religiosis sodali, sed quale ab se deberetur Episcopo ac Principi. Ejus itaque jussu totum pullis velis templum Societatis obductum est. In medio surgebat pegma funebre magnifice exstructum, episcopalibus insignibus et regio Lotharingorum stemmate conspicendum. Dispositae circum magno numero faces lugubrem pompam augebant. Hoc templi apparatu, affuit ad praestitutam diem Archiepiscopum cum tribus aliis Episcopis, hisque adstantibus funebre sacrum augstiore ritu fecit, et usitatam absolutionis caeremoniam peregit. Celebratai non minus piae quam splendidae coronidem imposuit oratio de Caroli laudibus habita ab uno nostrorum, qua oratione luculenter ostensus est, in triplici vitae statu Carolum partes omnes egregie implevisse, Principis primum, deinde Episcopi, postremo hominis religiosi. Et vere has ille partes egregie implevit, sed, quod mihi licet addere, postremas multo libentius quam caeteras. Tiro cum esset Romae, rogatus ab Urbano VIII. Pontifice num satiis sua sorte contentus viveret? Plane beatus mihi video,

inquit. Sic autem habe, Bmne Pater, tres mihi baculos diversis temporibus obtigisse tractando: primo quidem baculum militarem in castris, deinde pastoram in Episcopatu, novissime hunc quo nunc utor ad everrendam domum, scopae manubrium scilicet; at illos mihi oneri semper fuisse, hunc levamento ac voluptati esse. Quod responsum mire delectavit Pontificem: Jam tum videlicet cum Virdunensem administrabat Ecclesiam, hoc alte desixerat animo, non eaducis fluxus rebus natum esse sed aeternis; atque his unice veram felicitatem contineri. Quod ut ipsis etiam oculis perpetuo obversaretur, pluribus palati locis ea inscriperat uncialibus litteris verba: *Non est mortale quod opto.* Haec illum cogitatio impulit ad procyclando honores opesque ampliae qua fruebatur fortunae, Christique crucem inter religiosa septa amplectendam. Haec, eadem suavem illi quamdiu vixit pauperiem humilitatem obedientiam pre omnis humanae vitae commoditatibus reddidit. Haec denique mortem ipsam licet immaturam, mira quadam dulcedine adspersit, uti quae aditum illi ad beatam immortalitatem, quam unice in votis habuerat, aperiebat.

^{165.}
Res AQUITA-
NICA.
*Sociorum piae
mortes tempore
pestilentiae.*

Proviciam Aquitanicam, ut ferme alias Galliae, atrox pestilentia vexabat, neque minus hic quam in caeteris Galliae partibus Societatis charitatem exercebat. Burdigalae, quod libro superiore me dicere memini, dilata fuerat Societati aegrorum procuratio, dum ea per suas vices perfuncti essent antiquiorum ordinum religiosi. His suo laudabiliter absolutis munere successere hoc anno nostri, in publicum valetudinarium recepti malique reliquias persequentes parrem charitatis et industriae laudem tulere. Felix praeterea Fr. Jacobus Carrou domesticae adjutor rei, qui unus mercedem pii laboris quam maxime concupiverat impetravit, eodem morbo absumpitus. Binis ea sors obtigit sociis Tuttellae, Patri Antonio Dipre Ambianensi et Fratri Emerico Nadoleto Petrocoriensi, quos quidem in eadem charitatis palaestra naviter se exercentes una eademque dies, quae dies fuit pridie Nonas Octobres, caelo transmisit. Binos itidem collegium Pictaviense extulit, e quibus praecipuum sui desiderium reliquit P. Franciscus Garassus patria Engolismensis, vir opibus ingenii tota Gallia clarissimus, et satis a suis lucubrationibus orbi notus. Huic adversarii fuere multi atque implacabiles, sed ferme cum Ecclesia communes, quoscumque scilicet male de religione sentientes aut voce palam aut scriptis exagitabant. At quae hominis virtus erat, nullis adversariorum conatibus se inhiberi est passus, ne religionis ac pietatis catholicae causam pro viribus tueretur. Novissime ingressa Pictavium luce, summis precibus facultatem exoravit migrandi in hospitalem domum, ubi dum infectis sublevandis totum se impedit, diro corruptus ulcere postridie Idus Junii interiit, annos natus duntaxat sex supra quadraginta. Garassum die postero secutus est in eadem domo Fr. Amatus Castuple adjutor domesticus. Etiam Petrocorii P. Raymundus Pelleportus natione Vasco, grandis natu vir jamque annos septuaginta quinque vivendo supergressus, dum aegrotis adjuvandis operam impedit, peste contactus occubuit VI. Idus Julii. Sed a luctu ac funeribus paulum ad alia divertamus. Petrocorio quinque fere leucis distat Bergenacum, urbs elegans divesque' et olim munita. Ibi cum degerent ab annis pluribus regia sustentati pecunia aliquot de Societate operarii, civitatemque culturae tunc maxime indigam per usitata ordinis ministeria excoolerent, hoc anno certum domicilium cum hortis amplissimis agroque non spernendo ab ipso Rege accepérunt in hunc modum. Urbs ea fuerat quondam Calvinianae factionis veluti sedes et caput, Deoque pariter ac Principi male fida. Nunc ad officium reversa aegre ferchabat impositam sibi arcem, qua tanquam freno continebatur. Supplicavit proinde Regi, ut quando versae essent vices, dirui patreteret munitionem inutilem imo gravem, fide populi obsequioque contentus. Postulatis annuit benignus Rex, cum hoc tamen ut dejectis operibus omne illud spatium cum domo inaedificata cederet in usum Jesuitarum; simulque diploma dedit, quo protestat Societati faciebat perpetuae ibi residentiae constituendae. Quo suo decreto ostendit ut visum multis aequissimus Rex, se eam arcem non tam eversem velle, quam versam in aliam utiliorem, religioni scilicet pietatique praesidio futuram.

^{166.}
*Bergenaci Resi-
dencia consti-
tuitor jussu Regis.*

In provincia Lugdunensi respirabant ab superioris temporis luctu ac moerore socii, pestilentia quae eam regionem urbemque in primis Lugdunum misere afflctaverat, fere ex toto depulsa. Jamque soluti metu ad intermissa redierant munia, eaque usitato cum fructu obibant. Ut omittam usitatoria, campum apostolici laboris novum nec exiguum iis aperuit hoc anno pius quidam Eques Hierosolymitanus, qui praedium amplum sui ordinis beneficiarium obtinebat ad ripam Lemani lacus prope Genevam. Compesierias id praedium appellabat vulgus. Pagis constabat pluribus qui omnes frequentes incolis, at propter Genevensium vicinitatem erroribus male corrupti erant. Rogatu igitur ejus quem dixi Equitis et Genevensis Episcopi auctoritate; illuc duo Patres cum evangelico ministerio devenerunt. Sub finem saeculi superioris regionem eamdem perlustraverant, ita jubente Clemente VIII. P. M., e nostris octo, tamque Nantuatum provinciam, quae nunc Caballiacus Ducatus dicitur, ab haeresi Calviniana purgaverant. Sed decursu temporis regerminaverant malae stirpes inopia cultorum, nihilque bonaे frugis reliqui ficerant. Huc jam delati Patres merum senticetum nec facile subigendum invenerunt. Plebs rusticana incredibili laborabat rerum divinarum insitia, verumque Ecclesiae dogma et haeresim Calvinianam perinde habens, nunc sacerdote catholico nunc ministro haeretico, ut cuique proximi, sine delectu utebatur; probae aliqui indolis natio, ingenii simplicis, neque difficulter ad veritatem, si per otium erudiretur, trahenda. Ita comparatis animis, difficultas haud levis obiciebatur Patribus, quod nulla fiebat copia vocandae ad concionem plebis. Feriatis enim diebus in agrum ad sua singuli opera dilabebantur, miram in pagis solitudinem relinquenter. Ne vero cogi possent diebus festis, efficerat nova Genevensum magistratum lex, qua lege sanciebatur, nemini licitum post hac Genevae pecuniam sibi debitam exigere per dies festos, aut cuivis ob aës alienum molestiae quidpiam afferre. Nimirum agrestes accolae, qui Genevensibus obaerati omnes erant, metuque creditorum ab ingressu urbis hactenus abstinuerant, post id dictum Genevam diebus festis frequentare cooperunt, sua negotia curaturi, nec domum nisi prolinata jam dię revertebantur. Inde ergo efficiebatur ut iis etiam diebus pagi prope vacui relinquenter, sacraeque missionis usus esse nullus posset. Incommode pviderant Patres; eo tamen haudquaquam abterriti certam pagis singulis condixerunt profestam diem, qua die sub primam lucem, prius quam agricolae ad opus rusticum egredierentur, concionem et catechesin audirent; ac missionem ut ita dicam, antelucanam instituerunt. Exorsi post haec semel intra hebdomadam pagos adire singulos, et singulis populis salutarem doctrinam explicare, ita continentis labore perrexerunt, dum omnes excultos probe planeque catholicos reliquerunt, nemine Compesieriensium invento qui non iis docilem se preberet. His ita institutis, itum est ad alios remotiores, totoque semestri spatio semen divini verbi jactum pari ubique successu. Patribus post haec ad sua regredi stativa cogitantibus allatae sunt preces Anachoretarum quorumdam, in vasta montium solitudine habitantium, qui frui sacra ipsorum eloquentia cupiebant. Illuc itaque concessere nactique frequentes in hispido ac rudi sacco cucullatos divini verbi avidissimos, totos dies octo, partim concionibus publicis partim privatis de pietate colloquis inter eos contrivere. Sic demum onusti manipulis evangelici operarii ad suos se receperent, eaque effectum expeditione, ut totus ille tractus Nantuatum, qui secundum australē ripam Lemani lacus excurrit, perspecto nostrorum labore et laboris gasto fructu, tales sibi operarios crebro dari percuperet. Qua re mirifice deletatus Eques de quo dixi Hierosolymitanus expeditionis auctor, fundos pecuniamque seposuit ad extruendum in ea regione stabile Societatis domicilium.

Caeterum etsi plerisque provinciae locis, ut dictum est, pestilentia resederat, Rodumnam tamen urbem ad aliquot menses afflictare perrexit. E nostris qui aegrorum curae in publico valetudinario se addixerant, faventibus superis nemo perii. Ex iis qui domi considerant extinti tres, incertum unde hausta peste, nisi quod unius assignata mors charitati. Fuit is frater Desideratus Virot adiutor domesticus, magna vir innocentia, prudentia insigni moribusque in omni-

267.
RES PROVINCIAE
LUGDUNENSIS.
Missio inter
Nantuatus suscep-
tus, ejusque fru-
ctus.

268.
Acta sociorum
Rodunnæ sae-
viante primum
tie, deinde fa-
me.

vita laudatis, qui cum ictum pestilentie carbunculo socium cerneret, ejus in se curam recepit perstitaque decumbenti ministrare incredibili sedulitate, donec vel attactu corporis vel tetri halitus afflatus diram haust tabem, qua paucis post illum diebus occubuit. Morienti porro jucundissimum fuit, quod ea mortis conditio sibi divino beneficio obtigisset. Pestilentiae successit nihil mitior calamitas, acerba fames, quae cum intra oppidum, tum in agro circumposito saeviebat. Collegium Societatis obsidebatur assidue miserandis inopum gregibus ad fore haerentium, stipemque ejulatu querulo flagitantium. Rebus tam afflictis nostri etsi sua satis penuria pressi, ex domesticis copiolis quod licuit in pauperes erogarunt; nec eo contenti pecuniam ex ditori nobilitate, tum etiam ex copiosis viatoribus, qui per eam urbem frequentes commeabant, corrogare coeperrunt, quo multorum egestati subventum est. Hoc interea medio tempore perjundum accidit Rodummensibus, quod corpus P. Petri Cotoni popularis olim sui, ab Lutetia delatum reppererunt. Ut multum eo civi gloriabantur, viro quippe sanctissimo doctissimoque et ob rerum gestarum magnitudinem magni tota Gallia nominis, ita vel mortuum suscepérunt incredibili gaudio, haud vana spe praesumentes futurum deinceps civitatis patronum praesentissimum, qui antea decus et ornamentum fuisset. Hanc populi persuasione magno confirmavit operi, quod in ipso ejus adventu lues contagiosa urbem omnino deseruit, id ita accipientibus plerisque ut non sine caelesti ope factum videretur. Exceptum igitur cum ingenti honore corpus, in quo multum residuae carnis, nihil putredinis, nihil tetri odoris comprehensum, separato loculo nostri considerunt, conspettive continuo et populo plures qui sepulcrum venerabundi frequentarent, seu beneficia postulaturi, seu pro acceptis gratias acturi ac vota soluturi. Sed jam ad res Hispanicas convertamur.

270.
RES PROVINCIÆ
ARAGONIENSIS.
Valentiae novi
templi encaenia
celebrantur.

Ut Aragonienses primum expediam, Valentiae quod ab annis pluribus extrebarunt pro ea Professorum familia templum, absolutum hoc anno publicatumque est, laeta civitate quae nihil in eo genere splendidius apud se haberet, laeta in primis Elisabetha Borbonia Hispaniarum Regina, quae operi sumptum fecerat, in eoque magnum pecuniae numerum collocarat. Novi etiam templi encaenia cum insigni apparatu ac pompa celebrata fuerunt. Cum enim in eo primum collocanda esset sacra Eucharistia, hanc prius circumferre per urbem placuit supplicatione solemnii, in qua nihil neque ad splendorem neque ad pietatem deesset. Die igitur praefinito affuerunt in ordines distributi ex honestioribus civitatibus ad quadringentos quinquaginta, nostrorum vero paria quadraginta omnino, singuli cum accensis e cera facibus, processitque sacrum agmen per celebriores urbis vias, praecuntibus aliquot centuriis militum tubisque praecinentibus, totamque eam pompam Archiepiscopus, Prorex caeterique magistratus deduxere. Primum deinde sacrum in novo templo Archiepiscopus augustiore ritu fecit, ac post illud tempus in id templum Valentini ventitare frequentes sacrorum causa coeperrunt. At Majoricae ob novum collegii aedificium gravis molestiarum moles hominibus nostris incubuit, nunc breviter indicanda. Novum collegium habitare coepérant anno praeterito exeunte aliquot Patres, idque non modo reclamante nemine, verum etiam cum magna nobilitatis universae approbatione, et quod caput est cum bona venia Vicarii, ut vocant, capitularis, qui Episcopi nuper vita functi vices gerebat. Cum ejus vicinitatem moleste ferens Parochus S. Crucis, cuius intra paroeciam situm erat, prouindeque obvium quemqueprehensans, multos conveniens domi, presbyteros fere omnes ac coenobitas civitatis incendit, ut ea de re tamquam de laeso omnium jure quererentur apud Vicarium, intentarentque nostris mira conspiratione item. Nostris in jus ambulare coacti subornatum etiam Vicarium sibique iniquiorem deprehenderunt. Quare ne eudem haberent judicem, qui se adversarium haud obscure profitebatur, more tunc in Hispania recepto, patronum sibi ac privilegiorum conservatorem adscivere Josephum Sanchez, primariae aedis canonicum, virum gravem et juris peritum, cuius potestate potestas Vicarii, si res ita ferret, contineri refringique posset. At quod praesidio esse debuit contra vim, ita affecto Vicario, eumque assidue

271.
Turbae ortae
Majoricae ob col-
legium recens
exstructum.

incitantibus coenobitis, in occasionem turbarum atque offensionum vertit, non si ne gravi perturbatione rei publicae. Pudet dicere quam multa in eo conflictu acerbe atrociterque suscepta fuerint, hinc conservatore causam suo jure ad se trahente, inde Vicario acta ejus omnia rescidente. Eo ventum est ut ambo sese invicem anathemate ferirent, libellis tota urbe propositis. Verumtamen Vicarius omnem iracundiae modum excessit. Non enim contentus usitatis Ecclesiae telis, manum clericorum armavit instar militum, iisque succinctus primo ipsum conservatorem Pontificis Maximi auctoritate delectum, nulla hujus nominis reverentia conjecta in vincula, nec ante dimisit quam sese eo munere abdicasset. Tum judicium prosecutus sententiam contra nostros dixit, ejusque exsequendae curam in se recipiens, ipse ad collegium cum eodem apparatu militari venit, sacram Eucharistiam e templo sustulit, templum ipsum temeravit, ejus portas occlusit, socios denique omnes in suum vetus domicilium compulit. Et quia regius Senatus cuius nostri fidem imploraverant, furenti se opponebat, ad summum audaciae progressus, contra ipsum Senatum anathematis fulmen intorsit. Acta haec magno coenobitarum fere omnium plausu, sed non diuturno. Matrium continuo volitarunt multorum litterae ac querelae, de Vicario inceptisque ejus graviter expostulantum, eodemque Procurator collegii nostri currit. Rex ad supremum regni senatum causam rejicit, in quo cum constaret de vi temere nostris illata, Senatus consulto servatum nobis est novum Majoricense collegium, resque omnes in statum pristinum restitutae. Ita demum ex omni illo tumultu nihil detrimenti ad nostros, sed potius ingens patientiae fructus reddit. Interim tota Balearum insula, praecipue vero urbs insulae primaria, miraculis personabat multis ac variis, quibus ven. fratris Alphonsi Roderici nomen in dies illustrabatur, indeque ad ejus sepulcrum crebriores quotidie concursus quaerendae causa opis fiebant. E multis unum attexere hoc loco libet. Matronae cuidam intumuerat noxii humoris affluxu manus, ex sensu doloris ut nullam quietis partem caperet. Chirurgus tumorem ferro secuit, sed cum nihil inde fluxisset tabi, dolorem auxit vulnere non mitigavit. Quare fomentum nescio quod praescripsit laesae applicandum manu, quo nisi depelli posset exitialis humor, saltem leniretur dolor vulnerusque sanaretur. At mulier quae saepius ejusmodi fomenta nullo admodum successu adhibuisset, quasdam adhibere maluit e lauro frondes, quae olim venerabilis Alphonsi corpus tetigerant. His itaque coopertam manum obduxit fascia, simulque voto se obstrinxit, si revaluisset, per novem continenter dies aditaram precandi causa tumulum in quo Dei servus jacebat. Die postero reddit chirurgus, explorat reducta fascia manum, nullumque neque vulneris neque tumoris vestigium, quod minime sperabat, deprehendens miraculum clamat. Ut vero didicit ex muliere quid illud esset frondium quibus involutam reperit manum, hoc certius miraculum affirmavit, quod iis rebus nulla inesset a natura virtus, sive ad sananda vulnera, sive ad dissipandos id genus tumores. Matrona igitur, ut in re minime dubia, voti damnata coepit continuo ven. Viri sepulcrum invisiere, remque omnem ut acciderat testato depositus.

Beati quoque parentis Ignatii cultus, partim ob insitam genti pietatem, partim ob crebra quae de illo ferebantur miracula, et quod demum ejus filii haud male de republica mereri viderentur, tota in dies Aragonia gliscet. Hoc itaque anno Episcopus Caesaraugustanus, ita poscente canoniconum collegio, officium S. Ignatii sub ritu ut vocant duplice celebrandum indixit, quod exemplum secuti proximiores Antistites idem in suis quisque dioecesis indixerunt. Neque hic tamen beneficia commemorabo naturae vim potestatemque excedentia, quae vulgo B. Patri ferebantur accepta, quippe nimis multa, cum vix inveniretur aegrotus paulo periculosius decumbens, qui non ejus invocaret opem, et plerique propitiari praesentemque experientur. Neque de rebus gestis sociorum nisi pauca quedam, eaque paulo notabiliora, subiiciam. Nam usitatoria illa ac ferme quotidiana quae ad proximorum salutem, sive sacrarum missionum ministerio, sive piis S. Ignatii commentationibus, in congregationibus variis et scholis, domi forisque, concionibus habendis sacrisque ministrandis gerebantur, longum ac

272.
Ven. Alphonsi
Rodrigues san-
ctitas miraculis
illustrata.

273.
Augetur cultus
S. Ignatii in
Aragonie.

^{274.}
Res gestae socio-
rum per provin-
ciam.

prope infinitum esset exponere. Barchinone mos hoc anno inductus, ut communio generalis, quae mensibus singulis celebrari nostris in templis solet, participes fierent ii quoque qui in custodiis vincti detinebantur, idque ita distributis officiis, ut vincitorum confessionem nostri sacerdotes exciperent, iis Eucharisticum panem sacerdos Mariani sodalitii praeses impertiret, reliquas ministerii partes sodales implerent. Quod salubriter institutum, nec minus sedulo quam alacriter pieque fieri coeptum, ita perculit unum quemdam e civibus, pietatis eximiae virum, ut annuos aureos plus ducentos testamento reliquerit sodalitii ejusdem Praefecto, in usum vincitorum pro ipsis arbitrio impendendos. Ex eodem collegio Barchinonensi Patres decem in sacras expeditiones profecti vicina oppida excoluerunt, ea ubique collecta frugis copia, quae ex apostolicis laboribus provenire Deo adspirante solet. Quatuor praeterea dati comites Episcopo Solsonensi Petro Puigmarino, qui primo in dioecesim exiturus, eos sacrae lustrationis participes adjutoresque habere voluit. Inventus in hac circuitione vir aequaliter etiam pauper, qui ad inopiam extremam adductus satis tamen sua pietate dives, memorabili exemplo didicit, nunquam frustra fiduciam in ope superum collocari. Dies erat, quae proxime praecedit festum B. Virginis sine labore concepiae. Ea ipsa die nihil alenda conjugi liberisque apud se habebat, praeter numeros tres: et nihilominus, audita nostri sacerdotis oratione, qui de laudibus magnae Virginis copiose disseruit, ex illa quantulacumque pecunia icunculam ejusdem Virginis sibi emit, eamque retulit domum loco panis, quem familia famelica exposcebat. Tum ante eam procidit in genua supplex, perstabatque orare atque obsecrare Virginem beatissimam, ne se fraudatum pateretur fiducia ac desiderio suo. Dum ita pergit, adest ex insperato vir locuples cum pecuniae summa, quam indigo patrifamilias nec rogatus ferebat, ei certam in tempus posterum stipem promittit, nec plura effatus abscedit. Narrabat deinde bonus Virginis cliens, nunquam sibi post illum diem defuisse quo viveret, partim quod vir idem liberalis ac locuples promissam stipem cum fide erogabat, partim quod certa aliunde subsidia nec opinanti adveniebant. Visa nobis res amplificando divinae Matris cultui non inutilis, eoque digna quae his annalibus consignaretur. Sed ad propositum redeamus. Tarracone gravis discordia inter Archiepiscopum collegiumque canonicorum intercedebat, utque fere usuvenit tota in partes discesserat civitas, haud sine offensione bonorum ac luctu, laetis contra malae mentis hominibus, qui per haec maxime dissidia rem suam agere conuseverunt. Rex malo remedium querens misit illuc ex aura virum ecclesiastici ordinis gravem magnaenque auctoritatis, cuius interventu controversiae ex aequo et bono finirentur. Verum is tentatis frustra vii omnibus adeo nihil profecit, ut immo magis exulceratos reliquerit discendens animos. Rem ergo prope desperatam in se recipiens tirocinii nostri Rector, adire viritim hortarique singulos, iis mala discordiae et quasdam redintegranda pacis conditiones proponere. Ne multa. Tantum dicendo monendoque valuit, ut opinione citius rem confectam habuerit. Interest vero scire quo pacto sancta pacificatio, et ad populi notitiam deducta fuerit. Praestituta die, in aedium primariam uno agmine convenerunt canonici, pone sequente cum maximo nobilium comitatibus Archiepiscopo. Tum inter effusam confertae multitudinis laetitiam, perstrerente aere campano omnium templorum, tormentisque bellicis immanni fragore remugientibus, soleme carmen pro gratiarum actione decantatum est. Postremo et nostris unus ad concionem progressus orationem disertam de pace habuit. Sic redditia urbi quies, bonum si quod aliud maxime expetendum, et nostris ob tale meritum gratiae persolutae.

^{275.}
Notabile exem-
plum pietatis er-
ga Beatisimam
Virgininem.

Ad provinciam Aragonensem pertinebat hoc tempore collegium Perpinianense, quod deinde oppido in potestatem Regis Galliae translato, provinciae Tolosanae contributum est. Jam vero Perpinianum ingressa ex finitima Gallia Narbonensi lue, multosque mortalium carpente, tres charitati victimas collegium immolavit, Petrum a S. Petro Turasonensem, Petrum Pelaez Granatensem et Joannem Campsius dioecesis Urgelitanae. Fratres isti erant domesticis ministeriis adicti, et in suo singuli gradu valde laudati, qui totidem sacerdotibus aegrorum

^{276.}
Tarracone gravis
dissidium inter
Archiepiscopum
et canonicos tol-
litur.

^{277.}
Tres charitatis
victimas Perpi-
niani.

curam gerentibus socii et adjutores dati, dum et ipsi aegrotis quaecumque possunt mali solatia ministrant, icti beneficis ex eorum attactu carbunculis, felices animas pio in ministerio posuerunt. Praeter hos suum provincia Praesidem de-sideravit P. Crispinum Lopez, virum cunctis gubernandi artibus instructissimum, qui dum provinciam pro ratione sui munieris lustrat, Hérdae morbo exitiali correptus interiit XII. Cal. Novemboris. Valentiae natus honestissimo genere ac liberaliter institutus, totum studiorum orbe feliciter conficerat. Et jam philosophicam scientiam publice in Lyceo Valentino tradebat, cum rerum terrenarum taedio captus, amore caelestium incensus, secedere in Societatem maluit. Verum quod inter nos maxime optabat ut cunctis ignotus lateret, id consequi nullo modo potuit. Cum enim ingenio esset praestanti, non vulgari doctrina, et ad haec omni religiosa virtute praesignis, brevi productus est in publicam, lucem et sociis gubernandis impositus. Rexit collegia Oscense et Valentini, tum Domum Probationis Tarraconensem, postremo Provinciam universam. Hos autem magistratus ita gessit, ut parem prudentiae charitatisque laudem obtineret, neque tam ob potestatem qua parce admodum moderateque utebatur, quam ob vitae sanctimoniam ab omnibus coleretur. De se quam humillime sentiebat, quique omnibus praeerat auctoritate, ad omnium pedes se sua opinione demittebat, neminem infri se ducebat. Paupertatem ex instituti nostri formula diligebat ut matrem, veste semper attrita, lectulo vili utens, nihil in cubiculo nisi plane necessarium admittens. Cavebat quam maxime ne sub specie necessitatis aliquando voluptas irreperet, quo saepe ludibrio decipiuntur minus cauti ac remissiores. Itaque si quid illi ad itinerum aut vita commoditatē a quoquam esset oblatum praeter id quod lege ac more unicuique permisum est, illud omne constantissime respuebat. Christianae mortificationis studio, non modo oblectamentis omnibus quamvis honestissimis abstinebat, verum etiam corpus voluntario cruciatu macerare studebat, in nuda plerumque cubans tabula, sese acriter noctibus singulis diverberans, cilicium quod lateribus praecinctum gestabat nunquam exsuens. Virginem Dei parentem colebat incredibili studio, ejusque cultum quaecumque se daret occasio propagabat. Voto se obstrinxerat nunquam, si rogaretur, recusaturum concionari iis diebus, qui magnae laudandae Virginis argumentum praeberent, neque roganti denegaturum quidpiam, si modo fas jusque sinerent, quod interposito Virginis nomine posceretur. In piis precibus quibus magnam diurni nocturnique temporis partem tribuebat, miris illustrabatur perceptionibus rerum divinarum, in iisque adeo defigebat mentem, ut proprie extra se rapi videatur. Idcirco in peragranda provincia praeire jubebat socios, ipse omnium postremus mulo se vehendum permittebat, neque quo tenderet, neque qua prætergredetur advertens, quippe alte demersus in contemplatione caelestium, ac velut a sensibus alienatus. Obiit anno aetatis quinquagesimo quinto, post initam Societatem trigesimo sexto. Sed ad res Baeticas gradum faciamus.

Ex omnibus provinciis civitatis addicteissimam Societati se præbebat Utrecht, urbs Vandaliae parva, non infrequens tamen nec ignobilis. Haud ita pri-dem domus Societatis erecta ibi fuerat ex earum genere quas residentias dicimus, eamque cives collata de suo pecunia sustentabant. Nimurum hoc sibi onus ultro imposuerant ipsi ab initio, habendae Societatis desiderio incensi: cum tam in hanc legem ita consensissent, ut certo evoluto temporis spatio nihil ultra deberent, et in hunc prorsus annum incidenter pensio ultima ex pacto solven-da, eam nec rogati ampliarunt, et variis præterea largitionibus domus inopiam sublevarunt. Delectabantur scilicet piis sociorum laboribus vulgo utilibus ac salutaribus, quod præsertim post receptam in urbe Societatem alios passim mores aliam pietatis modestiaeque speciem cernerent. Mirifice etiam afficiebantur erga beatum Societatis Parentem Ignatium, atque is vicissim multis saepe rebus præ-sens Utrerensibus patrocinium numenque ostendebat. Bina hujus generis exempla litterae hujus anni suppeditant. Agebatur in foro pugna ludicra, defendente se ex una parte taurō præferoci, eumque lacescentibus delectis lapidis ex alia; quod spectaculum in Hispania frequens et magna celebritatis. Aderat multitudo

278.
Mors et elogium
Patris Crispini
Lopez Praepositi
Provincialis,

279.
RES BAEITICAE.
Utrerensium ba-
nvolentia erga
Societatem.

280.
Utrerensium
pietas erga S. I-
gnatium mira-
culis confirma-
ta.

in infinita, spectabatque prae caeteris e domus praealtae solario mulier, puellam bimulam ulnis gestans. Cum repente puella e matris sinu excidens ac per subjectam scalam praecepiti lapsu ruens, in inferiori domus contignatione examini similis jacuit. Eo casu vehementer conturbati ex eadem domo omnes, domini pariter ac famuli. Accurrit frequens turba, latura non tam puellae cuius desperabatur salus opem, quam matri ingemiscenti solatium. Verum haec ad omnia obscurata, dolore ac luctu perdita puellam semimortuam domum exportat suam. Ibi in genua procidens, quando caetera nihil proderant, voto se obstringit Ignatius, ab eoque filiolae morientis vitam ac valetudinem suppliciter postulat. Nec vero frustra. Die postero valebat quam qui optime puella, nullo tam praecepitis lapsus extante signo; quam proinde mater die eodem in aedem Societatis exsolutura votum adduxit. Ibidem puerulum enixa erat femina ex honestioribus civitatis. Baptizandus cum esset puer, duo ipsius fratres grandiusculi contendebant Ignatium appellari oportere. Obsistebat pater ea ratione, quod majorum nemo esset appellatus hoc nomine. Pergentibus nihil secuus fratribus obfirmate pugnare pro nomine Ignatii, pater ad praecidendam contentionem rem sortis arbitrio committendam censuit. Plura scribuntur separatis schedulis divisorum nomina, et in urnam coniiciuntur. Tum adesse jubetur puella septennis, quae schedulam unam sortito extrahat. Ea prorsus exiit quae Ignatii nomine erat inscripta. Pater, et si eventu perculsus, tamen aliquid doli suspicans, iterari experimentum jubet jactatis etiam atque etiam schedulis. Iterum exiit Ignatius. Quod cum tertio similiter evenisset, tum denum sentiens pater sine caelesti numine id factum non esse, ultro consensit ut Ignatii nomen infantulo imponeatur, futuro ut certo ominabatur in Ignatii tutela quamdiu vivet.

^{281.}
Res gestae Astigiani
Moronii, Astac.

Pari Societatis nostrae studio tenebantur Astigitani, iisdemque fere de causis. Itaque magno suo gudio absolutum hoc anno viderunt novum gymnasii aedificium, pro quo senatus sex numnum aureorum millia contulerat. Novo gymnasio addita schola theologiae, idque sumptu Didaci Fernandez de Carmona, viri saepe alias de Societate eximie meriti, qui alendo professori censem annum de suo constituit. Moronii sodalitas est instituta in honorem Virginis sine labe conceptae, in quam adlecti e clero ac populo qui magis a pietatis laude spectarentur, novis atque insignioribus virtutum exemplis toti praelucere civitati cooperunt. Vitam agitabant non solum ab omni labe remotissimam, sed christianae perfectionis studiis apprime deditam, piis quotidie meditationibus excolentes animum, voluntariis cruciatibus afflantes corpus, in omnem occasionem deprimenti sui imminentes. Accedebat erga inopes, aegrotos, calamitosos omnes eximia misericordia, quorum ut aerumnas sublevarent, stipem ostiatum corrogabant, et ad egenos deferebant. Similis ferme sodalitas, eodemque sub titulo erecta est Astae qua in urbe residentiam, ut loquimur, fixam haud ita pridem Societas collocaverat; eaque ad caeteros nostrorum labores addita sodalitate, adeo commutati sunt mores tum civium tum adjacentium rusticorum, ut qui antea rixis fere perpetuis ebrietate impudicitia aliquae id generis pestibus semibarbari habebantur, jam concordia temperantia modestia, prae caeteris populis commendarentur. Qua rerum conversione laeti duces Metymnae Sidonae, quibus id oppidum parebat, residentiam fovere ac novis in dies beneficis ornare non cessabant. Granatae sodalitas ea clericorum, de qua anno praeterito dictum, cum caeteris in rebus ad Dei cultum spectantibus magno nostris hominibus adjumento erat, tum egregiam hoc anno navavit iii operam in excolenda paroecia S. Ildefonsi; quae utpote rudi plebecula fere ex toto constans, cultura paulo exquisitiore indigebat. Ea porro urgente Episcopo Cardinali Spinula, exculta est in hunc modum. Statis intra mensem diebus prodibant e collegio quos dixi sodales sublimem praeferentes crucem, viacosque paroeciae singulos percurrerant, divinas concinentes laudes ac magnam populi multitudinem post se trahentes. Certis locis consistebat turba, atque unus Partrum qui agmen assetabatur, editiore consono loco verba faciebat, ea maxime inculcans populo quae christiano nomini congraunt. Ubi hoc saepius iteratum fuerat, deducebatur turba in forum amplum, in ipso paroeciae confinio

^{282.}
Itemque Granatae
atque Hispani.

situm; ubi erectum nuper fuerat simulacrum insigne Virginis sine labe conceptae. Hic longiore sermone docebatur populus quae scire christianum decet. Catechesim excipiebant piae B. Virginis invocationes, hisque absolutis ingens panis copia inter confertam multitudinem dispertiebatur. Hispali etiam utiliter gesta res. Qui carcerum ibi gerebat curam sacerdos Societatis, vinctis ad pietatem informandis intentus, novam hoc anno consuetudinem invexit in carceres, ut appetente Paschate quicunque in vinculis attinebantur primo quadam velut sacra missione ad caeleste convivium praepararentur, sacram deinde dapem cum exquisito apparatu ac pompa acciperent. Pi iustiti primam partem nostri in se receperunt, eamque cum magno fructu hoc anno peregerunt, quod ex vinctorum lacrimis singulibusque coniicere licuit. Altera opulentioribus curae fuit. Quo itaque die vinci ad sacram epulum admittendi fuerunt, eo die paries carcerum aulaeis ac peristromatis pulchre convestiti apparuerunt. Ara cælato argento onusta conspiciebatur, et ingenti luminum copia fulgebat. Rem divinam primariae aedis canonicus vir insigni nobilitate fecit, exhibito concantu musico ac symphoniacis, et idem mox panem eucharisticum vinctorum turbæ dispergit. Res porro ita gesta, ut rerum specie ducuntur plerumque homines, adeo commovit haereticos Anglos septem, qui utpote maritimi praedones in eadem custodia servabantur, ut occasionem inde sumpserint haereseos ejurandae, seque ipsa re in sinum Ecclesiae receperint.

Desideratus inter haec Hispali eximia sanctitate sanctitatisque opinione vir, P. Petrus de Leon, eoque funere gravis provinciae universae imposita plaga, quod virum talem supplere haud facile alius posset, qui scilicet saluti simul suae et alienae tam sedulam, tam assiduam, tam felici successu navaret operam. Natale illi solum fuit Xera urbs Vandalitiae, majoremque natu fratrem habuit clari in Societate nominis Joannem de Leon, qui theologicam facultatem in pluribus Germaniae Academiis per annos circiter triginta professus, praeter partam sibi atque ordini suo laudem, e grege Lutheri multos vi argumentorum ac pondere pressos ad ovile Christi redixit. Fratris si non doctrinam aequavit Petrus, pietatem certe pietasque propagandæ studium multis partibus superavit. Societatem ingressus anno aetatis vigesimo secundo in ipso tirocinio spectari inter sodales ab omni religiosa virtute coepit, obedientia præcipue, precandi assiduitate, pia in semetipsum saevitie imprimisque ab animi demissione, qua tantum excelluit, ut optaret inter fratres rei domesticæ adjutores velut hebes ac nullius ingenii relinqui, quod ipsum infinitis precibus sed tamen irritis postulavit. Peracto orbe studiorum sacerdos factus, totum se trahendis ad salutem proximis addixit Hispali, quae sedes illi fere perpetua ac veluti theatrum apostolici laboris fuit, licet ad alia quoque subinde loca, ut mox referemus, excurreret. Vias itaque urbis ac foræ fere quotidie percursabat, atque ubi plus frequentiae invenisset, male feriatam plebem ad concionem cogebat, improbos salutisque suea incuriosos ab exitiali veterno excitabat. Nosocomia itidem carceres triremes ipsa meretricium lupanaria frequens adibat, animas quas Christo lucrifaceret quaeritans, nec fere inde sine aliquo fructu laboris et industriae redibat. E mulierculis scelestum corpore quaestum facientibus, si quam videret malefactorum dolore compunctam vitaue honestioris cupidam, eam expiatis animae sordibus abducebat secum, includebatque certae domui in id conductae ac tamdiu sustentabat, dum honestam aliquam matrimonii conditionem invenisset. Istiusmodi muliercularum amplius quadraginta perpetuo alebantur in ea domo, non alio proventu quam piis ditiorum largitionibus, quas ipse Leonius emendicabat. Praecipua illi cura per annos triginta et octo vinctorum fuit, nec est dictu facile quantam ex ea tot facinorosorum colluvie collegerit frugem. Verborum obscaenitas impietasque penitus extirpata, sublata iuria rixaue, omnis compressa peccandi licentia, quam talium multitudo hominum permixtio, otium, infamia ipsa gignebat, et quaedam in carceres inducta forma christianaæ pietatis atque modestiae, quam mirari satis nemo poterat. Interest vero scire, quibus artibus hanc tantam morum commutationem effecerit. Praeter alia in id solerter excogitata, ex omni

283.
Mors et eloquim
P. Petri de Leon.

284.
Curam carcerum gerit magna utilitate vinctorum.

vincitorum turba selectiores quosdam in formam piae sodalitatis conjunxit, quam a SSño Jesu nomine appellatam voluit. Sodalitati leges praescripsit loco ac temporis accommodatas, e quibus illae erant praeципuae, ut sodales neque verbo neque facto offendenter quemquam, ut certas quotidie preces in communi fundarent, ut B. Virginis Rosarium stata hora decurrerent, demum ut singulis mensibus, die praeinitia, conscientiam confessione purgarent, ac de cœlesti dape participarent: quae cum servarentur exacte, illud antea scelerum infame receptaculum quamdam religiosi coenobii speciem refrebant, iis præsertim diebus, cum sacrum epulum disperdiendum erat. Id porro curabat ipse ut cum exquisito apparatu, nunquam sine magistratum intervenerit fieret, tum ad augendum celebritatis splendorem, tum ut novi ad pietatem stimuli remissioribus subiicerentur. Neque minus interea vincitorum corporibus Leonius prospiciebat, solicite curans ne quid illis ad vitæ usum decesset, neu cibum lectum aliave honesta commoda desiderarent. Quo deinde citius finirentur eorum causæ, quibus ob inopiam jus suum in foro persequi non licebat, sodalitatem alteram instituit et caudicis tringita, qui vincitorum causas, nullo conquisito pretio, ex mera Christi charitate tractarent. Hisque suas sedulo partes agentibus, notatum est anno uno vinculis fuisse exemptos ad duo millia, qui aere alieno oppressi aut alio quo-vis nomine legibus rei, vitam aerumnosam in squalore ac luctu trahebant a longo tempore. At cum e vincitis quispiam ad supplicium producebatur, tum vero maxime Patris amantissimi elucebat misericordia, et animæ unius in tuto collocandæ studium. Illi adstabat assidue, moerentem solabatur, flenti lacrimas abstergebat, dejectum metu pavidum anxiū verbis aptissimis erigebat confirmabatque, denique expiatum ac præparatum probe ad summas usque patibuli scalas deducebat; idque tanta dexteritate seu potius vi gratiae cœlestis, ut e trecentis et novem, quot Leonio adstante suspensi, aut alio supplicii genere affecti fuerunt, ne unus quidem inventus sit, qui non cum optimâ spe vitae melioris decederet, licet ex eo numero plures essent in haeresi, quidam etiam in impi Mahometis cultu nati educati, et aliqui ex his patriam superstitionem ad illud usque tempus pertinacissime defendissent. Vir nimirum experiens et magna vulgo auctoritatis, ad emolliendos hominum animos mira pollebat efficacia, et facile cuivis quantumvis obstinatio quod vellet persuadebat. Id quod cum multis saepe experimentis compertum est, tum in eo maxime quod subicio. Solebant Hispali ferociores e populo juvenes in patentem extra urbem campum convenire diebus festis, ibique in agmine distributi pugnam, ut ajebant, ludicram, re ipsa nimis veram conserere gestiebant, sive ad ostentandam audaciam, sive ad virtutem extimulandam, seu quod demum ita consuetudo ferebat. Multa namque videamus fieri ea tantum ratione, quod fieri consuerunt. Milleni concurrebant interdum et si quid amplius, omnes vario telorum genere instructi. Res agebatur initio eminus fundis contorquendis lapidibusque jaciendis. At mox suggestientes, fustibus gladiisque sese invicem appetebant incredibili ferocia, quod turpe sibi quisque duceret terga dare consternarique in fugam. Inde vulnera utrinque plura, et interdum caedes. Qui demum acie superassent, ii clamore insano tripudiisque plaudebant sibi, ac de victoria gratulabantur. Morem barbarum at antiquum, a Mauris, ut reor, genti relicta, saepe magistratus abolere tentavérant, edictis in id gravissimis poenisque propositis, at irrito semper conatu. Rem aggressus Leonius horae momenta confectam habuit. Dies erat S. Crucis cultu sacra. Ea die captato tempore quo maxime dira lapidatio seruebat, affuit improvisus Pater injectique se medium inter præariantum agmina, præaltam cruem ostentans ac vocem concionantis in morem intendit. Eo adspectu haerere primum omnes taciti, ac velut admiratione defixi. Mox respectare se invicem, quasi deliberantes quid facto esset opus. Victi demum oratione vehementi qua Pater immanitatem increpabant, modesti pudibundique succedunt ad eum, ad ejusque pedes ferociam simul et arma prouidentes, in ipsius potestate se esse profiterent ac porro fore. Leonius successu laetus paulo sedatiore voce moris pravitatem objurgat. Succlamante dehinc multitudine, nunquam fore posthac ut ullam ejus ludi partem attingerent, collectas magno numero fundas fustes

285.
Pravam consue-
tudinem et an-
tiquum costi-
pat Hispali.

gladiosque appendit cruci, velut trophya victoriae Christo consecrata. Arma reliqua, quae ad millena censebantur, per arbores circumpositas itidem suspensa distribuit. Tum turbam eam omnes, binis ordinibus in modum piae supplicationis justam incedere, crucem triumphalem ipse praeferens in urbem introducit, affusa ad spectaculum civitate, quae factum vix mirari satis, laudare certe satis haud quaquam poterat, ex eoque die sublatum penitus morem pravum magno suo gaudio conspexit. Jam vero tantam Leonio auctoritatem conciliabat tum perspecta vitae sanctitas, quae omnium linguis praedicabatur, tum etiam quod multa de eo ferebant majora naturae viribus, et vulgo percrebuerat divinam illi inesse vim ad sanandos non animae tantum morbos, sed etiam corporis, cuius generis exempla plurima circumferebantur. Propheticō sane afflatum spiritu non uni eventus, neque dubii demonstrarunt. Viderat forte par juvenum otiosorum, quiddam inter se conferentium. Amicē compellatos, perhumaniter, salutavit Pater: At ego vos, subjecit, brevi deducam ad patibulum, et beatam in patriam, ut spero, inferam. Quod ita prorsus evenit. Brevi siquidem evoluto spatio, ambo patratae caedis convicti ad furcam rapti sunt, sequente miseros ac consolante Leonio, cuius alloquo recreati, pleni bonae spei cervices laqueo inseruerunt. Alias juvenem conspicatus forma praeclera, utque ex cultu corporis apparabat, salutis aeternae minus curiosum, eum praeceps admonuit ut peccata confiteretur statim, spatium faciendo non habiturus, si vel unum diem cessaret. Molesto monitori nec aures dedit juvenis, ut qui valeret quam qui optime. At mane postero oppressus subito morbo, dum trepide vocatur sacerdos, interiit miser, omni salutis praesidio destitutus. Mitto alia ejusdem generis plurima, quae cum late divulgarentur, Leonium ut hominem sanctimoniam insignem venerabantur omnes, eique se dociles ac morigeros plerique praebant. Caeterum, etsi Hispali ut in proprio domicilio magnam anni partem consideret, eamque praecepit urbem excoletet, ad alia etiam loca identidem provolabat, in iisque alte impressa laboris apostolici vestigia relinquebat. Totam diversis excursionibus perlustravit Dioecesim Hispalensem, tum Granatensem, Gaditanam, Giennensem, Almercensem, Guadicensem, Malagensem, et quedam praeterea loca Extremadurae attigit. Namque virum talem evocabant ad se certatim Episcopi ad evangelicum opus faciendum, quo uno emendari ubique mortalium mores, ubique jacentem pietatem erigi, concordiam modestiamque restitui sentiebant. Verum haec distinctius prescribere longum esset. Tot inter ac tantos labores exigens vitam Leonius hisque summam cibi somnique parcitatem, quotidiana corporis verbera, cilicium fere perpetuum, aliosque voluntarios cruciatu addens, peruenit nihilominus, quod plane mirum, ad annum usque aetatis quintum supra octogesimum, integra semper ac firma valetudine. At hoc anno adeo defectus viribus inventus est, ut aegre commovere se posset. Et nihilominus causam moriendi traxit a fortuito lapsu per scalas, cui accidente dira flegmatis copia, intra sex dies occubuit VIII. Cal. Octobres.

Provinciae Toletanae novum collegium hic annus peperit Guadalaxarae, quod novae Castellae oppidum est celebre, et in Alcarriae tractu primarium. Pecuniam condendo operi contulere duo pii conjuges, Jacobus et Mancia de la Sarte, qui proinde collegii Fundatores solemni more sunt appellati. Ut tamen absolveretur effectit Joanna Campuzana, femina aequa pia, Georgii Caronii Equitis S. Jacobi vidua, quae Matriti moriens collegium Guadalaxarense bonorum suorum haeredem ex asse scripsit. Aptam igitur domum, suisque usibus opportunam, sibi in ea urbe Societas comparavit. Templum, quod in proximo situm erat, in usum collegii civitas destinavit. Cum tamen id nostri templum suum facere non audent, injussu Archiepiscopi Toletani, cuius intra dioecesim continetur Guadalaxara, die Aprilis mensis undetrigesima affuit Archiepiscopi Vicarius, solemnique supplicatione indicta, sacram Eucharistiam ab aede S. Nicolai in templum, de quo dixi, detulit, pompam assectantibus Parochis, Senatoribus, ac tota fere civitate. Tum nostros, qui aderant, eorumque in primis Praesidem P. Ferdinandum de Pechia in templi possessionem immisit, tabulis publicis ea de re rite confectis.

Tom. II.

67

286.
Quaedam ejus
dona superna
turaria, et so-
crae Missiones
variae.

287.
RES TOLETANAEL.
Ortus collegii
Guadalaxaren-
sis.

Ac post id tempus nostri, quemadmodum domi gymnasium erudienda/juventuti aperuerunt, sic et in templo sacra populo ministrare, aliaque instituti sui ministeria exercere cooperunt.

^{288.}
*Duo Patres sa-
crae Missionis
causa navigant
in Canarias In-
sulas.*

Expeditiones sacrae per totam late provinciam susceptae sunt plures, atque oppido fructuosa, quas tamen singillatim commemorare non vacat. Unam non tacebo paulo insignorem, quam in Canarias usque insulas Patres Alphonsus de Andrade et Michaël Mompeanus suscepere, ac triennio fere integro peregere. Neque tamen singula per eam occasionem gesta distinctius exequar, quod nimis longum ac legenti molestum esset, sed pauca dumtaxat, quae notabiliora visa sunt, delibabo. Missione igitur Canariensi Patrum Toletanorum consilio, Generalis Praepositi jussu, constituta, Gades profecti sunt duo quos dixi Patres Andrade ac Mompeanus, quo per idem tempus alii de Societate viri quinquaginta convererant, partim in novum Granatae regnum, partim in Philippinas Insulas diversi navibus transferendi. Ipsi, sua consensa navi, vela fecerunt die mensis Junii undevigesima, flexaque in atlanticum mare prora, secus Africæ oram tendentes, post dies quatuordecim Teneriffam, unam ex Canariis insulis, in conspectu habuerunt, et Quarachichium ejusdem insulae portum feliciter tenuerunt.

^{289.}
*Per quam bene-
nebole excipiun-
tur. Primi eo-
rum labores ac
fructus.*

Excepti insulanorum ingenti gaudio, quamquam instabant multi ut solemnia Missionis continuo aggredierentur, et solemnem Jubilaeum, quem Pontificis Maximi beneficio secum ferebant, populis ejus insulae denunciarent, nihil ausi tamen nisi annuenti et approbante Episcopo Canariensi, post brevem quietem Canarium insularum praecipuam, urbemque cognominem, quae sedes Episcopi ac Regii Gubernatoris est, maritimo unius diei itinere petierunt. Praecesserat venientes fama ac mira expectatio. Itaque ut primum in terram expositos auditit Episcopus, misit e vestigio qui eos in Episcopale palatum deduceret, ibique Gubernator Regius, canonici, fidei quaeſidores, ac tota fere urbis nobilitas studio visendi salutandique novos hospites affuit. Ut factum officiis satis, facultatem Praesul circumferendi per omnes insulas Jubilaei, divinique verbi disseminandi prolixè concessit, cum hoc tamen ut sacrae Missionis initium ab ipsa urbe Canaria fieret. Totos dies quindecim tenuit apostolicus in ea urbe labor; atque is motus animorum fuit, ea vulgo secuta criminum detestatio, morumque conversio, ut nihil simile unquam visum auditumque affirmarent grandes natu viri, nisi tum forte cum aliis de Societate Patres illuc simili cum ministerio advenerant. Namque id, licet annis pluribus interlapsis, multi nunc quasi recens memorabant, salutarem genti eorum fuisse Patrum adventum pronunciantes, neque minus istorum esse; siue alii deinceps advenirent ex eodem Ordine, haud secus futurum ominantes, cum idem omnibus propositum, par spiritus, ac simillima agendi ratio esset. In de quibusdam e primoribus injecta mens retinendi in insula homines, eosque stabili domicilio donandi, quo nempe stabilis ac firma esset praesens populi pietas, neque post eorum discessum, ut alias evenerat, dilaberetur sensim ac flueret. Rem itaque cum Patribus communicatam voluerunt. Excusare illi conditionem suam, ne quod tam benebole offerebatur admitterent. Se privatos homines, facienda dumtaxat sementis Evangelicæ causa missos, de domicilio nihil in mandatis habuisse, statuere nihil posse. Ad suos tamen Praesides, si ita placet, de toto negotio perscripturos. Verum ut suboluit quid ageretur, ea re commoti sunt adeo atrociter aliqui, quorum intererat ne ibi Societas sedem figeret, ut malis acti intemperiis viderentur. Continuo cursitare per domos, aequos pariter et iniquos incitare, calumnias contra Patres, contra universam Societatem usitato more serere. Venisse scilicet bonos viros speciosæ augendæ pietatis obtentu, re ipse ut in bona fortunaque Canariensis invaderent, ut caeteros aliorum Ordinum religiosos opprimerent, ut demum omnia ad se traherent. His arbitris Jesuitas opes immodicas, dominationemque insanam ubique gentium adeptos esse, sic ad perniciem popolorum grassari solere. Ausi sunt aliqui impudentiores Andradam ac Mompeanum nominatim, quorum tamen explorata vita, et omnibus perspecta probitas erat, velut in manifestis flagitiis deprehensos deferre ad sacros fidei quaeſidores, et ad poenam deposcere. Verum hi, cognita

^{290.}
*Quidam adver-
sus eos concitan-
tior, et quare.*

fraude, calumniatores improbos verbis gravissimis represserunt, et ad silentium adegerunt. Patres tuebatur in primis Episcopus, quippe gnarus quibus illi moribus viverent, et quantum gregi prodesset suo ipsorum industria. Utque palam ostenderet de tota Societate quid sentiret, et ora malevolorum obstrueret, nactus occasionem diei, quae tunc forte recurrebat, B. Patris Ignatii anniversariae eam ipse diem in suo templo cathedrali velut sacram festinque celebrari jussit, ara in id rite composita, divique effigie publicae venerationi proposita. Quin idem ipse, post peractam augustioribus caeremoniis rem divinam, ad concessionem progressus orationem luculentam de Ignatii laudibus habuit, deductoque, ut fit, sermone ad ejus acta praecipua, de multis maximisque utilitatibus, quas orbi terrarum universo Societas Jesu moribus institutisque suis afferret, copiose disseveruit, secundissima bonorum omnium approbatione auditus, magna contra adversariorum acerbitate, qui tamen hiscere non sunt ausi. Neque his contentus Antistes, ut tunc erat egregie erga Societatem affectus, cum statuisset partem sui gregis coram inspicere, longam circuitionem exorsus, ambos secum eduxit Patres, non tam ut comites itineris, quam ut Episcopalis officii adjutores, non alios adhibens divini verbi praecones, non alios in rebus dubiis consiliarios, summam denique rerum, quae agendae decernendaque viderentur, eorum fidei, prudentiae, auctoritatique committens. Atque ubi sensit res satis belle procedere, ipse quidem in urbem se recepit, iustratione abrupta; at Patres porro progredi ad alia Canariae oppida, totamque Dioecesim amplissimam, quae caeteras quoque Insulas Fortunatas complectebatur, cum sacro ministerio peragrare jussit. Minime segnes istiusmodi mandatis exsequendis se praestiterunt Patres, quippe studio animarum incensi, et in spem rerum prospere gerendarum erecti. Verum his dum insistunt diligenter, casu nec opinato, seu verius mala mali daemonis fraude effectum est, ut gravem Episcopi offenditionem incurrent; cuius rei quae fuerit causa prætereundum non est.

Solebant quoquaque advenerant Patres eorum maxime familiaritatem captare, quos putarent rebus gerendis aliquid opis conferre posse, sacerdotum in primis, quorum magna plerumque apud populum auctoritas est. Malo quodam fato accidit ut cum binis Presbyteris amicitiam contraherent, qui palam Episcopo infensi, ad ejusque omnia sive monita sive imperia contumaces, corruptissimae vitae exemplo populm offendebant. Ea res ut innotuit Praesuli, dici vix potest quam alte eum pupugerit. Mores illi quidem in melius verterant, peractaque apud Patres confessione piaculari, aliud vitae genus instituerant. Veruntamen Episcopus, qui haec nesciret, tantam cum ejusmodi hominibus consensionem Patrum in malam partem accipiebat, quasi vero inimicis faverent suis, iisque favore ac patrocinio audaciam inspirarent. Inde Patribus succensere, ingratos imprudentesque appellare, de institutis eorum iniquius sentire et loqui. Malevoli, hanc occasionem suam rati, flare in ignem exoriente, nova usque usque oggere Patrum crimina, Praesulem novis in dies calumniis incendere. Quibus sermunculis adeo exulceratus est hominis caetera haudquaquam mali animus, ut iam Patribus aperte adversaretur, eorumque incepta, quantumvis gregi suo maxime salutaria, tantum non inhiberet, inhibiturus plane, nisi Pontificem Maximum Regemque respiceret, quorum auctoritate suffultos sciebat. Illi interea rerum istarum prorsus ignari, uti qui ab urbe longius abessent, nullamque sibi conscient culpam, pergebant magno ac pari labore institutum exequi, donec tota oppidatim peragrata Canaria, inde in Nivariam (Teneriffam nunc vulgo nominant) trajecerunt. Verum hic adeo adversa nacti sunt omnia, ut in ipso aditu insulae omnem prope expeditionis suae fructum desperarent. Nimirum malevoli antevertent nunciis ac litteris eorum adventum, totamque rumoribus æque invidiosis ac falsis impleverant insulam. Homines esse eos gravissimorum compertos criminum, Episcopo invisos, ad ejus tribunal delatos, et quam mox ex iis plagiis cum ignominia pellendos; quae cum uti certa tradicerentur ab aliis, ab aliis temere crederentur, nemo eos hospitio, nemo alloquo, ac ne urbanae quidem salutatio-
nis officio dignabatur. Progressi Lacunam, urbem insulae praecipuam, aegre

291.
*Patres egregie
tueruntur Episcopum
contra adversarios.*

292.
*Episcopus a Patribus alienatur.
Quae fuerit offenditionis causa.*

293.
*Patrum miseranda conditio
in Insula Teneriffa ob falsos
rumores.*

precibus impetraverunt ut in publicum nosocomium reciparentur. Mirantibus porro quid ita esset, suamque miserrimam vicem dolentibus, ab Canaria per litteras amicorum indicatum est de offensione Episcopi ejusque causa, tum etiam de foeda adversariorum conspiratione, qui bonum Praesulem, malignis artibus circumvenient, eique multa assidue in aurem demitterent adversus ipsos. His cognitis rebus, velut afflati fulmine, (nihil enim expectabant minus) faciendum omnino sibi statuerunt ut male conceptam de se mentem eximerent Praesuli, cui proinde plenas obsequii scripserunt litteras, purgantes prolixse, totamque facti rationem explicantes. Hisce litteris non illiberaliter quidem, sed frigide ab Episcopo responsum est, ut appareret insedisse penitus ejus animo opiniones male praeasumptas, nec revelli amplius posse. Adeo apud probos quoque viros valent interdum deteriora consilia, nihilque in humanis rebus tutum a fraudibus improborum est.

294.
Episcopum de-
linire student,
sed frustra.

295.
Patrum patroci-
nium suscipit
Regius Guberna-
tor.

296.
Iisdem patroci-
natur supremus
Fidei Quaesitor,
et quomodo.

297.
Patrum peregrina-
tio, resque ge-
star in tribus In-
sulis.

At Regius Gubernator pro merito dolens, homines ad salutem earum gentium missos non ut dignum erat suscipi in Teneriffa, neque opportunus ad rem gerendam subsidiis adjuvari, conatus frustra meliorem Episcopo mentem iniicere, suarum esse partium duxit malo remedium quod poterat adhibere. Litteras itaque ad insulae Praefectum dedit gravissimis conceptas verbis, quibus Patrum virtuti amplissimum testimonium praebebat, tum eos ut patrocinio tueretur, et quacunque posset ope juvaret, ipsi pro imperio injungebat. Addebat iisdem litteris, ut, quocunque Patres excurrerent, eosdem assecaretur unus aliquis publico designatus nomine, qui itinera eorum, labores, virtutum exempla, resque gestas omnes accurate perscriberet, et in acta referret, ad Regem scilicet transmittenda. Quippe aequum arbitrabatur exstare aliquod publicum documentum, quo opportune refelli posset, si quid contra ipsos Episcopos perscrispisset. Verum id Patres, quod intelligenter Episcopo invidiosum fore, ne fieret prohibuerunt. Cæterum supremi Gubernatoris mandata haud segniter facientibus Regiis administris, mirum quanta quam subito totius civitatis inclinatio sit facta. Praesidum exemplo affundi continuo summi pariter atque imi ad Patres, certare erga eos officis, ad eosdem multi ex opulentioribus lautia atque omne genus utilium testandae causa benevolentiae mittere, omnes sacrum ministerium obnoxie deposcere. Patres hac rerum conversione erecti, ubi praeparatum satis subactumque divino excipiendo semini viderunt solum, legationem suam populo denunciaverunt, et jubilacum ab Urbe missum solemni more promulgaverunt. Quo in opere tanta divinae gratiae virtus eluxit, ut per dies ipsos quindecim audiendis poenitentibus sacrore dispertiendo pani nulla sacerdotum copia par esset. Expiata in hunc modum urbe praecipua, novaque in eam ac sane mira christiana pietatis inducta specie, egredi parabant hinc ad minora oppida, sacramque similiiter ministerium per alias insulas circumferre: cum affuit ex insperato ab Canaria fidei Quaesitor summus, edicta quaedam sua ad Religionis tuitionem spectantia promulgaturus. Is vocatos ad se Patres, exceptosque cum ingenti honore rogat, ut, siquidem eas peragraturi sint insulas, quocunque devenerint, praeter Pontificis indulgentiam, sua promulgare edicta ne graventur. Rem fore sibi longe gratissimam, et ad augendam ipsorum auctoritatem fortasse non incongruam. Nihil futurum in se morae responderunt Patres, ne facerent imperata. Tum Quaesitor, fidei conciliandae causa, comitem iis addit e suo tribunali scribam, qui de editorum promulgatione publicas conficeret tabulas. Iisdem, ut videant si quid uspiam divina religio detrimenti ceperit, ut inolitas multis locis superstitiones excindant, libros ut in primis noxios aut suspectos e manibus Fidelium extorqueant, etiam atque etiam mandat. Sua demum potestate instructos, veluti interpretes totidem ac legatos suos, in longam peregrinationem dimittit.

Jam eos longe gradientes subsequi, et ad omnia quae adierunt loca deducere nec otium mihi, nec consilium est. Multo etiam minus velim quid quibusvis in locis bene feliciterque confecerint diligenter percensere, quod infinitum esset, et hujus operis modum plus nimio excederet. Ut tamen quaedam e multis cursim leviterque attingam, Teneriffam primo omnem percurrerunt, tum in Gomeram,

postremo in Palmam insulam transfretarunt: ubique populos ad poenitentiam criminum sacris concionibus excitarunt, et proposito amplissimi Jubilaei beneficio ad frugem adduxerunt. Magnum ubique fructum laboris et industriae suae ceperunt. Multae passim repertae superstitionum formae, ac mira rerum divinarum inscita. Alicubi inventi oppidanorum plerique votis irretiti pluribus et antiquis, quae nemo exsolvebat. Nam, quia medicis aut omnino carebant aut imperitoribus utebantur, ut quisque aegrotare cooperat, aliquo se statim voto obstringebat, non aliam salutis recuperandae viam quaerens, quam divinae vim opis ac superum beneficia. Alibi curandis, morbis, ob eandem medicorum inopiam, ferme non adhibebant nisi feminas quasdam specie pias, re ipsa superstitiones, quae certis conceptis verbis ac comprecionibus morbos depellere putabantur. Fuit ubi vix numerus iniri potuit eorum, qui rebus alienis aut furto sublatis aut per illicita pacta conquisitis gravati inveniebantur, nullamque ea de re cogitationem admittebant. Praeter haec, occurrerant identidem inveterata dissidia, propudosae libidines, incesta connubia, impia in primis pejerandi licentia, aliaeque hujusmodi pestes, usu prope communi ac longa consuetudine roboratae, quas convellere haud factu facile videbatur. His tamen omnibus, Deo propitio, consultum est, et multa praeterea christiana pietatis jacta semina. Haec ut radices agerent, instituta diversis locis piae sodalitates, quibus qui darent nomina, religionis officia quaedam ex legibus institutisque suis obire deberent, atque illud in primis, ut sacram Eucharistiam in communis sumerent certis diebus, et divinam Hostiam, quoties efferretur in publicum, cum accensis facibus assecstantur. Istarum sodalitatum, quas quidem a Sanctissimo Sacramento appellari placuit, erectae sunt ad duodevinti, ac multo etiam plures colligebantur si pia copta paulum secundaret Episcopus. Atque his demum artibus magno auctus est opere cultus religionis in iis insulis, emendati mores, pacata oppida, nova ubique rerum facies inducta. Non haec tamen sine ingenti labore confecta. Primo itinera periculosa, aspera, praeципitia. Sunt namque eae insulae magnam partem montosae, praeruptisque jugis ac vallibus intercise, ut ultra citroque commeare sine summa difficultate non possis. Soles ad haec ardentissimi ac ferme intolerabiles, quos ut effugerent in summo diei aestu Patres, cum aliae non suppeterent umbrae, in rimas caveasque rupium ad horas aliquot secedebant. Verum hoc subeunte atrox ac plane inexpectatum excipiebat incommodum. Corvi, quorum ibi incredibilis copia, suos pullos in summis educantes jugis, sibique mali aliquid ab ignotis advenis metuentes, arrepta rostro saxa in eos ex alto demittebant, qua grandine laesum aliquando caput tulerunt. Accedebat rerum omnium summa egestas, quippe in arenti incultoque solo, ubi nihil utilium quantovis pretio invenires, ne frigidae quidem haustum; ut cogerentur interdum Patres coenum manibus comprimere ad eliciendas aliquot aquae guttas, quibus sitim utcunque restinguerent. Haec tamen omnia virtus divinae gratiae mirum in modum leniebat, cum praesertim locis exciperentur omnibus incredibili voluntate ac studio, iisque omnes velut hominibus e caelo missis animos atque aures praebherent.

Quatuor in hunc modum peragratiss insulis, eoque evoluto temporis spatio, quod fuerat a majoribus sacrae missioni praefinitum, quamquam ab aliis tribus Insulis Fortunatis, Forteventura, Lancerota, et Ferrea (id enim illis nomen) legationes acceperunt cum gravissima obtestatione ut ad eas quoque transgredi ne gravarentur, tamen excusata lege obedientiae, per quam sibi non liceret in iis locis ultra consistere, Canariam repetierunt, atque hinc redditum in Hispaniam maturare coopererunt. Hic vero licuit agnoscere quanta eos benevolentia completerentur insulanorum plerique, et quanti facerent laborem industriamque eorum. In Regio Senatu, causam perorante uno quodam ex gravioribus, communis omnium suffragio decreta sunt duo. Primo, ut Patres attinerentur vel invit, deinde, ut domus Societati fixa praebetur. Secundum haec, circummissae ad omnes insulae portus litterae publicae cum acri ad limenarchas mandato, ne qua navi Patres excipi, atque alio exportari sinerent. Tum quatuor delectis e nobilitate

298.
Eorumdem labores et pericula.

299.
Redditum in Hispaniam parant. Canariorum causas ad eos retinendos, collegiisque fundandum.

viris injunctum, ut pecuniam coemendae domui fundisque comparandis corrugarent. Istorum sedulitate et industria tribus minus horis ad tria millia aureorum confectum est, praeter duo opima prædia, ac domum idoneam, quam unus e canonis sine pretio offerebat. Nec multo post civitas, habendae Societatis desiderio incensa, multo ampliorem argenti numerum in usum collegii excitandi seposuit. Sed nihil magnopere profuit. Patres aperte professi, si retinerentur inviti, nihil se in commune bonum praestituros, sīn cum bona Senatus venia in Hispaniam rediissent, daturos operam ut alii de Societate operari illuc mitterentur, quodque de collegio offerebatur ratum haberent ordinis moderatores, constantia tenerunt ne ulla ultra vis discessuris aut mora obiiceretur. Unum rogarunt pios senatores, ut, siquidem gratificari sibi ac Societati universae in re longe optatissima vellent, provehendum sumerent cultum Ven. Patris Josephi de Ancheta, quo ipsi civi haud immerito gloriarentur. Quod illi adeo prompte ac cumulate fecerunt, ut praeter epistolam efficacissimam, quam suo ipsi nomine ad Pontificem Maximum eo de argumento scriperunt, alias ejusdem argumenti litteras perscribendas curaverint ab Episcopo Canariensi, utcunque male tunc erga Societatem affecto, nempe ut appareret in eam rem consentire utrumque ordinem, civilem ac sacrum, communibusque insularum votis optari, ut viro sanctissimo, qui ortu suo Canarias insulas, vita ac rebus gestis Brasiliam tantopere illustrasset, Beatorum honores decernerentur. Hisce alias addiderunt benevolentissimi senatores ad Regem ejusque primarios ministros, itemque ad Societatis Praepositum Generalem et ad Praepositum Provinciae Tolefanae, publico nomine exaratas, tum ad commendationem Patrum Alphonsi de Andrade ac Michaëlis Mompeani, tum præcipue ad urgendum collegii designati negotium, quod sine regio nutu atque Ordinis moderatorum consensu confici haudquaquam posse intelligebant. His demum ita explicitis rebus, Patres, supremum salutatis ita de se meritis viris, quodque supererat annonae inter nosocomii carcerumque pauperes distributo (nam commeatum in usum navigationis abunde providerant pii cives) flentes a flentibus divulsi, inter affusae multitudinis lacrimas, obsequia, faustasque comprecationes, ad portum se proripuerunt, atque hinc consensa quae parata erat navi, sex dierum itinere Lusitaniae primum, mox Hispaniae litora attigerunt; manipuli illi quidem onusti labore longo patientiaque collectis, at quod Episcopum sibi Societati infensem reliquisten haud parum tristes. Quid ad eas litteras, quas secum ferabant, responsi dederint Rex regiique ministri, incomptum mihi est. Certe quod de collegio proponebatur approbasse dicendi sunt. Accedente enim Mutii consensu, Societatis domicilium in Canaria constitutum est, resque tanto molimine comparata nullo deinde negotio confecta. Sed de hoc alibi sermo redibit.

301.
RES LUSITANIAE.
Collegium Portalegrense proventu firmatur.

Eiusdem generis beneficium accepit hoc anno Societas in Lusitania, non ab ullo externorum tamen, sed ab uno alumnorum suorum, cuius nec tacenda liberalitas, et his annalibus consignandum est nomen. Ammae, quam Lusitani urbem vulgari vocabulo Portalegram nominant, collegii rudimentum erat ab annis ferme viginti quinque, sed adeo informe et a vectigalibus imparatum, ut praeter domum ac sacram aedem vix haberet quo familiam paucorum capitum tueretur. Vedit inopiam extremam degentium ibi Sociorum P. Simon de Almeida, sacerdos quidem ille, sed nondum sacriore professionis vinculo Societati obstrictus, fratrumpque suorum vicem miseratus, ut forte cogebatur paterna bona, que hactenus habuerat in potestate, per causam professionis peragendae dimittere, ea omnia in dotem collegii Portalegrensis transcripsit. Quo facto laxata rei familiaris angustia, sua collegio labanti constitut firmitas, ejusdemque Fundator Almeida est appellatus. Sed ut laetus intermiseri solent tristia, eodem hoc anno Ulyssipone damnum haud leve factum V. Idus Julias, mortuo Hieronymo Govea, Septensi olim Episcopo, P. Francisci Goveae, qui magistratibus pluribus in Societate floruit, fratre germano. Vir enim nostro addictissimus Ordini Professorum domum profusis largitionibus identidem sublevabat, templum pretiosa supellectili ac donariis augebat, nulla denique re nostris hominibus deerat,

302.
Moritur Hieronymus Govea
Episcopus Se-
ptensis bene de
Societate meri-
tus.

ut non tam unum habere fratrem in Societate, quam omnes de Societate, fratrum habere loco ac numero videretur. Quam nostris benevolentiam demonstraverat vivens, eandem in morbo extremo testata voluit, electo sibi in aede Professorum tumulo, nempe ut apud eos jaceret mortuus, quibuscum conjunctissima semper voluntate vixerat. Huc itaque apparatissimo funere illatus est, eique Patres, post justa funebria quo decuit honore persoluta, lapidem sepulcrale posuerunt. Atque id quidem intra Lusitaniae continentem.

At Angrae, quae urbs est primaria Insulae Tertiae in mari Atlantico, gravem moerorem socii aspersit obitus P. Antonii Leitami, patria Amorcirensis, quem dies Julii mensis undetrigesima caelo, ut credere dignum est, intulit. Vir moribus incorruptis, idemque divinae propagandae gloriae cupientissimus, eam insulam anno jam vicesimo sacris missionibus excolebat, tantamque vulgo habebat sanctimoniae opinionem, quantum praeter ipsum nemo. Ubi ab apostolicis expeditionibus se velut in hyberna recuperat domum, non alia re magis delectabatur quam solitudine ac silentio, neque convenire quemquam externorum officii causa solitus, neque eos salutatum venientes admittere, quod his officiis male perdi tempus curis gravioribus debitum, et interpellari quietem religiosam diceret. Mortui funus magno Angrensum concursu honestatum est, certantibus imis ac summis ut ejus viri manus pedesque pio libarent osculo, quem vere sanctum existimaverant vivum, nunc vero inter sanctos receptum non dubitabant. Accessit huic affirmandae persuasioni prodigium insolens, nec tacendum. Nam cum funeri frequentes adstitissent sodales, qui salutatae Virginis titulo censebantur, totoque eo tempore accensas et cera faces manu tenuissent, peractis exequis, nihil admodum imminutum cerea pondus inventum est. Sed quidquid id fuerit, quod certe litteris ejus temporis consignatum invenio, praeter Tertiam et reliquas Azorum insulas, Provinciae Lusitanae appendix quaedam erant hoc tempore etiam Hesperides, notissimae insulae decem, ad Arsinarium (caput Viride recentiores hoc promontorium nominant) sitae. In una istarum, eaque omnium principi, quam vocant S. Jacobi, jam inde ab anno hujus saeculi quarto Societatis domus fuerat collocata ex earum genere, quas residentias dicimus, sed adeo angusta ac male materiata, ut accedente caeli mira intemperie perincommode habitarent socii, multisque passim ac periculosis morbis conflictarentur. Statio aliqui nostrorum ministeriis ob rerum gerendarum copiam maxime opportuna, atque iis etiam utile diversorum, qui ex Europa in Guineam et Congum atque Africæ ulteriora tendentes huc subinde appellere cogebantur. Hoc anno mutari sedem, et salubriorem transferri in locum placuit. Quod factum est, nova exstructa ac satis ampla domo, quae non inquinilos tantum, sed et advenas illuc prætergredientes caperet. Et nihilominus haud multo post, certis de causis, quas hic commemorare nil attinet, eam residentiam Mutius dissolvi jussit.

In Congo, vita functo Ambrosio Rege, de quo fuse dictum alibi, successit hoc anno in Regnum ipsius ex fratre nepos Alvarus eo nomine quartus, nondum matura ille quidem ad regnandum aetate, quippe annorum dumtaxat tredecim, sed optimae indolis et eximiae spei adolescens. Quo jam esset erga nos animo novus Rex, declaravit ipse vix regno potitus, missis ad Rectorem collegii Loandensis litteris in haec verba « De obitu patrui mei Ambrosii Regis, deque iis, quae « per causam meae inaugurationis acciderunt, cognovisse te arbitror, cum ru- « more ipso ac fama, tum praesertim ex Rectori hujus collegii. Aliud ergo ni- « hil hae meae spectant litterae, quam ut tuas et sociorum tuorum preces ef- « flagitem, quibus ita Deum mihi propitiets velim, ut in Republica administran- « da ab ipsius sanctissima voluntate nunquam deflectam. Simul rogo te, ut quam « plurimos de Societate huc mittendos cures, qui nimis multi pro hujus Regni « necessitatibus esse non poterunt. Illos ego omnes regio patrocinio tuebor, de « quo dubitare non debes, efficiamque ut nullam ex me opem in suis exercen- « dis ministeriis desiderent ». Sic ille scribebat Idibus Martii, paucis post diebus quam Rex fuerat salutatus. Nondum annus exierat, cum alias ad Praepositum Generalem litteras multo prolixiores, et animi sui testes multo locupletiores de-

303.
Mors et elegium
P. Antonii Leit-
tami in Insula
Tertia.

304.
Societatis Resi-
dencia ad Caput
viride in novum
aedicium trans-
fertur.

305.
Novus Congi Rex
benevolum Soci-
etati se praebet.
Quaedam ejus
litterae.

dit. His praefabatur litteris, datum olim fuisse a Petro Alphonso decessore suo locum Societati ad constitendum in urbe Congi primaria collegium, ab aliis deinde Regibus villas et praedia eidem collegio attributa. Novissime se proventus annos ex aerario suo assignasse ad alendos socios decem; ac praeterea novum pro iis templum, et commodorem domum condidisse. Quibus prolixe commoratis, collegium quod ibi haberet Societas in Regum tutela esse affirmabat, seque ac decessores suos ejusdem fundatores appellando contendebat, quibus proinde preces et suffragia deberentur, quae collegiorum Fundatoribus pendere Societas solet. Id porro ipsum magno rogabat opere Generalem Pfaepositum, propterea quod audierat nudum Fundatoris titulum Petro Alphonso Regi tributum, jus vero suffragiorum fratri Gaspari Alvarezio, qui bona quaedam sua condendo collegio transcriperat, reservatum. Haec summa litterarum. Ex quo licet agnoscere quam deditus Ordini esset novus Princeps, et quantus Societatis fautor esset futurus, si diu viveret. Sed vix annis quinque superfuit.

^{306.}
*Loandas dant
nostra regnum
eruditis christi-
stiana doctrina
Mauris Venatu-
bus.*

In collegio Angolano sedula per id tempus opera navabatur erudiendis Nigeriarum gregibus, qui ad duodecim minimum millia ex omni Guinea Lybiaque collecti quotannis Loandam mercaturae causa traducebantur, atque hinc in Americam ad Lusitanorum Hispanorumque colonias exportabantur. Jamdiu eam negligi rem nostri dolebant. Quippe avari mangones, dum servitorum magnum mercarentur numerum, quaestu contenti de eorum institutione nihil admodum laborabant. Episcopi vero Angolenses remissius hactenus rem tanti momenti curaverant per quosdam e populo sacerdotes, qui vix interrogatos in communis Mauros an christiani esse vellent, et annuentes, baptismo consignabant, nulla aut perlevi praemissa earum rerum notitia, quas scire christianum decet. Nunc ergo huic operi totos se addixerunt homines nostri, in primisque P. Franciscus Pacomius, qui praetor vocis ministerium calamus in id etiam adhibuit, conscripta vulgataque brevi christianarum institutionum summa, quae cum proprio

^{307.}
*P. Petri Tavaris
fructuosa ex-
cursiones per
regnum Angola-
num.*

gentis idiomea concepta esset, et ad captum tam rudium ingeniorum accommodata, magno deinceps usui ad Aethiopes fidei mysteriis imbuendos fuit. Labore domestico non contentus P. Petrus Tavarius injectis se in interiora regionis, constituebat ad Bengum flumen, ubi praedium collegii Loandensis erat, atque hinc diversis excursionibus totum fere Angolanum regnum biennio integro peragravit. Et suis labori fructus constituit, uberior tamen futurus, nisi mora unde minime timebatur esset infecta. Sed rem penitus evolvere pretium est. Angolani extra oppida Lusitanorum idola colebant plerique, eaque sibi quisque e rudi ligno fingebat. Tota gens, indolis aliqui perbonae, errores facile, non ita facile vitia deponebat. Tavarius primo anno idola multa confregit, tria ethnicorum milia sacro fonte expiavit, hujusque numeri partem maximam, iusti matrimonii vinculis colligatam, caste pieque vivere docuit. Cadente verbi divini semine in terram bonam, perrexii alacrius anno sequenti circuire pagos et villas, et frugem duplo majorem brevi collectam habuit. Jamque ethnici ad sex millia, cum quatuor potentibus Dynastis, doctrina fidei satis imbuti, baptismum poscebant. His condita dies fuerat in Bengensi praedio, qua salutari lavacra abluerentur. At ea prorsus die supervenientes Loanda sacerdos Lusanus, sacramenti hujus administrandi facultatem Tavario ademptam, sibique uni ab Episcopo traditam nunciavat. Ad ea Tavarius nihil contra. Veruntamen ethnici, momento aversi, se vero negarunt negoti quidquam habere velle cum eo homine, qui ipsorum deinde bonis esset insidiatus, ac re infecta discesserunt. Nimirum Lusitanos sacerdotes aversabant indigenae ea causa, quod pro quoconque officio mercedem, exigenter, reculam semper aliquam insatiabili aviditate corradarent. Tavarium contra prope ut patrem amantissimum diligebant, cum ob insignem charitatem mansuetudinem atque patientiam, tum praesertim quod summa utens abstinentia, nihil a quoquam postularet, ac ne sponte quidem oblatum acciperet. Prohibitum baptismum conferre, et matrimonia jungere, quod id Parochi esset munus, nec facultatem habuisse ipse nisi delegatam, perrexit nihilominus vir apostolici spiritus ad pagos et oppida Maurorum excurrere, ethnicorumque quamplurimis

^{308.}
*Inhibet in bapti-
zare. Ethnici ba-
ptismum recu-
runt alterius sa-
cerdotis manu.*

christianam fidem persuasit, haud dubie sacro latici supposituris caput, si baptizari ipsius manu possent. Sed fixum illis erat nulla unquam causa se sacerdotibus Lusitanis committere, neque hanc eorum contumaciam sacerdos pius, ut multum obtestaretur, vincere unquam potuit. Quod ergo unum licuit, multos Lusitanorum, qui ut licentius viverent, ad Mauros cum suis scortis et concubinis transfugerant, ad frugem reduxit. In his porro excursionibus quot exantlarit labores, quot et quanta pericula adierit, haud facile dixerim. Iter erat plerumque per loca deserta, siticulosa, squalida, ubi nullum humanae formae vestigium, crebri ac formidolosi leonum, tigrum, aliarumque ferarum occursum. Praecipuum tamen periculum, praesentiusque a serpentiibus, qui ibi frequentes ac mirae magnitudinis. Specimen sit quod subiicio. Dum cymbala vehitur secundo amne Coanza, excenderat forte cum omni remigio negotii cuiuspiam causa in littus. Ecce autem praecepiti repente fuga remiges regredirentur in scapham, eamque cum insano clamore a ripa longum propellunt. Miratus quid ita esset, proropenrem ad se vidit immanis formae colubrum, cuius aspectu terrefacti aufugerant remiges. Erat, ut ipse in suis, quas ego vidi, litteris tradit, crassitudine unius palmi, longus ulnas minimum tres. Jamque sublimi collo, horrendum sibilans, in ipsum insiliebat. Fugae locus non erat. Sibi tamen vir animosus non defuit. Invocata divini Numinis ope, detractum sibi propere pallium in fere caput reicit; qui dum eo involutus exitum quaerit, advolunt vocati remiges, ac frustra se in spiras orbesque multiplices contorquentem incussis capiti remis conseruent. Similium plura recenset in iisdem litteris Tavarus, gravia sane vitae discrimina, e quibus quod esset eruptus, ipsem factum divinitus existimabat. Sed relicta hac inferioris Aethiopiae parte, in superiore, quam proprie Abissiniam nominant, transeamus.

Initio anni nonnulla hic rerum meliorum spes affulsit Catholicis, quae tamen brevi ob ignaviam Imperatoris, et schismaticorum audaciam elanguit. Apollinaris de Almeida, Episcopus Nicaenus, de quo dictum anno praeterito, praeter amantissimas Romani Pontificis litteras ad Imperatorem et Patriarcham, Indulgentiam anni Iubilaei plenissimam attulera, inter Abissinos solemni more promulgandam. Pontificium diploma in aethiopicam linguam convertendum curavit Patriarcha, addiditque illi de suo alterum, quo divinas opes Jubilaco inclusas prolixe explicabat, easque comparandi modum praescribebat. Tum utrumque tota promulgari Aethiopia per nostros homines jussit. Quo die Dancatii promulgatum est, aderat ipsem Patriarcha, ipse luculentam de hoc argumento orationem ad Imperatorem, et amplissimum Procerum coetum habuit. Idem argumentum suis quisque in urbibus sunt prosecuti Patres, summa catholicorum gratulatione, atque inde omnium animi ad percipiendum munus urbe missum incensi. Jam qui concursus ad templia sint facti caelestis thesauri consequendi causa, quantae in id fusae ubique preces, quae pietatis ac poenitentiae edita signa, majus est quam ut ullis consequi verbis queam. Dancatii templo designata, stationesque praescriptas obit Imperator pedes, et celeberrimae supplicationi, qualem antehac nullam Aethiopia viderat, singulari modestia interfuit. Processere ea supplicatione in ordines distributis monachorum praecipi, sacerdotes clericique omnes cum flore nobilitatis, et populi multitudine infinita. Praebant sacra vexilla, et pictae in iis divisorum imagines. Patriarcha inclusam gemmis et auro crucis adorandae particulam sub expansa umbella gestabat. Signa militaria cum suis cohortibus, symphoniacorum choris admixta, pium agmen cladebant. Spectacula ejusdem generis, pro modo cujusque oppidi, tota passim Aethiopia sunt edita, gratulantes in sinu catholicis, qui hac Romanae Ecclesiae pompa in omnium oculis proposita novum Religioni splendorem, novam conciliari securitatem cernerent, et successus feliciores in posterum spe praeciperent.

Re ipsa multi post haec veritati manus dederunt, qui fuerant hactenus in retinendo schismate contumaces. Multis error exemptus in ipsis Imperatoris castris; in remotioribus vero ac pene desertis locis, quae nullus dum Romanae fidei magister attigerat, superstitione penitus profligata. Dambeae lacus (vulgo mare

Tom. II.

68

^{309.}
*Pericula quae
adit, unum
principice ab im-
mani colubro.*

^{310.}
*RES AETHIOPIAE.
Promulgatur
Jubileum ma-
gno popolorum
motu ac pietate.*

^{311.}
*Romanae fidei
progressus in va-
riis Aethiopiae
partibus.*

Dambeae vocant) insulas amplius viginti complectitur. Omnia in his superstitionum plena erant ac scelerum. Quippe Monachi, quicunque essent erroribus ac vitiis magis infecti, illuc velut ad impunitatis ac licentiae asylum undique profugiebant. Illuc P. Didacus de Mathos cum Imperatoris administro egregie catholicico et quatuor optimis sacerdotibus prefectus, Camarinam, adeo foedam ex parte maxima repurgavit. Ne vero cultorum inopia regerminarent malae vitiorum errorumque stirpes, delecti sunt e clero et coenobiis nonnulli ab indole ac moribus praestantiore, et ad Patriarcham missi, nempe ut sacris ordinibus rite initiati redirent ad suos, ac bene coepita promoverent. Parte alia pater Joannes Pereira, qui jamdiu inter Damotas rem christianam curabat, transiit se ad Zeitas, et successu admodum laeto operam apud illos suam collocavit. Natio ea erat omnium incultissima, nihilque christianaee religionis habebat praeter nomen. Abominanda conubia ac propidiosae libidines in mores gentis abierant sic, ut vim justae consuetudines obtinerent. Vel illud documento sit quod ditioribus plures permittabantur uxores, et quo quisque esset ditior, eo plures ei permittebantur. Cum vero opes et nobilitatem metirentur numero boum, qui ducentos in armento numeraret boves, illi fas era duas ducere uxores, tres qui trecentos, et plures ad eandem normam qui armenta uberiora possideret. Ultra Nilum in Naraceae finibus degebant Zeitae olim, sed cum vicini et infesti Galae illos quiescere non patenterunt, transmiserant nuper flumen, et cum bona Imperatoris venia in agris Damotarum juxta Lamoguemum et Gombulinum considererant. Igitur gentis illius Gubernator ad Proregis castra cum venisset, casu factum est, ut Pereiram audiret elementa Fidei populo explicantem. Placuit homini minime tardo caelestis doctrina, qui praesertim eam cum suis moribus compararet, rogavitque Patrem ut eandem ad suos inferre ne gravaretur. Prefectus cum illo Pereira detulit secum pulcherrimam Deiparae imaginem, cuius ipso aspectu capti Zeitae, multum erga sacra catholica inclinati coopererunt. Parumper laboratum in dimittendis uxoriis, sed hoc etiam obice, quae Dei benignitas fuit, superato, omnes doctrina vera imbuti in verba romanae Ecclesiae juraverunt. Pervasis vicinas gentes fama, adesse virum qui beatam aeternamque vitam volentibus offerret, eaque voce commota multitudo innumerabilis divinam legem ore et corde professa est. Invitatus post haec ab Agais Pater, apud eos cum probis aliquot Monachis et Clericis per quindecim dies mansit, eoque tam brevi tempore auxerunt gregem catholicum adulorum fere novem millia, praeter tria millia infantium. Monachorum et Virginum Deo sacratarum per eandem occasionem emendati sunt mores, et disciplina restituta. Interim Patriarcha ovile suum lustrabat, et contra imminentes lupos tutabatur. Episcopus Nicaenus consulentibus de jure Ecclesiastico, de quaestionibus conscientiae, de locis sacrae scripturae difficillimus respondebat. Caeteri sacerdotes Societatis, suis quisque in stationibus, impigne operi evangelico incumbebant.

^{312.}
Zeitarum natio
a schismate re
vocatur.

At enim litterae Pontificis, Jubilaei promulgatio, Romanae Fidei veritas tam exiguo tempore tanto successu propagata, impiorum consilia rationesque magnopere conturbarunt. Nihil reliqui spei videbant, nisi audaci aliquo facinore partes labefactatas nutantesque fulcirent. Nec diu quaesitus qui se factiosis ducem offerret, ac signum rebellionis tolleret. Gojamae regnum cum titulo ac potestate Proregis obtainebat Sarsa-Christus, Imperatoris consanguineus, homo truculentus, bilinquis, ac versipellis, qui catholicam fidem laudabat coram Patriarcha, haeresim coram aliis, re tamen ipsa partes schismaticorum sequebatur, seque illis patronum occulite praecebat. Erat praeterea arcane foedere colligatus cum Imperatoris filio Facilida, qui vivacem patris senectam aegre ferens, illi si non vitam, certe regnum eripere moliebatur, clam tamen et per cuniculos, ut casu factum potius quam consilio videretur. Ergo Sarsa-Christus, seu vere ita jusserat Princeps Imperii haeres, seu male ejus mentem interpretatus, repente edici per preeconem jubet in sua provincia, Facilidam patris loco regnare in Aethiopia: illi morem gerendum posthac; omnibus autem per eum licere fidem Alexandrinam sequi, Romana abjecta. Mox nuncios ad ipsum Facilidam mittit cum litteris, quibus

promulgatum ex ejus voto edictum, paratas ad ejus nutum copias significabat; ipsum vero ad occupandum sine mora imperium solicitabat. Eo nuncio graviter perturbari visus Princeps. Miratus hominis audaciam, P. Franciscum Marquesium accersit, eoque atque alii e suo comitatu multis audiencebant, coram Christi e cruce pendentis imagine Deum animi sui testem appellans, jurat se in Romana Fide, et Imperatoris obsequio manere, ac porro dum vivet mansurum. Tum litteras ipsas flagitiis indices mittit ad Imperatorem; utque suspicionem omnem conjurationis a se amoveret, persecundi proditoris provinciam a parente postulat. Sarsa-Christus fingi haec a Facilida, cuius veros sensus exploratos habebat, existimans, palam Fidei Romanae hostem se profitetur, colluviem Monachorum ad signa vocat, catholicos minis ac supplicis ad defectionem compellit. Eminebat inter catholicos Abbas Zaselasses, coenobii cuiusdam praeses, integrissime vitae ac famae vir. Hunc operari sacris more Alexandrino, et unam in Christo naturam praedicare, duas execrari jubet. Cui Zaselasses: a Patriarcha Romano, inquit, sacris ordinibus initiatus, nullam Liturgiam novi, neque ullam Fidem, nisi Romanam; nec vero unquam a me impetrabis ne dogma catholicum de duabus Christi naturis corde atque ore profitear. Haec dicentem, et istas iterantem voces *Deus et homo*, Sarsa-Christus, immanni elatus iracundia, levi primum tentari vulnere, deinde aliis pluribus confici jussit. Actum id IX. Cal. Junias quo novus divinae Fidei martyris Aethiopicae Ecclesiae fastis accessit. Non minori tutandae Religionis studio flagrabat Tucur-Emana-Christus, proditoris ipsius nepos, at nimis quantum patruo dissimilis. Hunc homo ferus, qui vinci minis aut blanditiis posse diffidebat, suis satellitibus tradidit trucidandum, qui incussum capiti quibusdam clavulis, Iesu ac Mariae nomina intermortuis vocibus ingemantem crudeliter peremerunt.

Haud levius in Patres Societatis animadvertere parabat, sed eos qui Nebesaeam obtinebant stationem impio furori fuga subduxit. Alios, qui degebant Colelae, jam invaserat, oppidumque vastato circum agro cinxerat obsidione, cum appropinquare audit Imperatoris filium Facilidam, non fictum et simulatum, ut putabat, hostem, sed cum lectissimis catholicorum copiis et regii exercitus labore. Malo exterritus militem tamen hortabatur ad pugnam, ac velut ad certam victoriam incendebat, Facilidam tamquam caput conjurationis ostentans. Sed a suorum plerisque desertus, levi commiso paelio, capitur, et ad Imperatorem perducitur. Ibi vestibus pube tenus spoliatus, per tota primum castra circumductus est ad ludibrium. Tum ad peculiarem ignominiam, in publico stare cogitur cum binis utriusque humero impositis tympanis, quae dum plaudente ac ludente populo pulsabantur, necem quamlibet acerbissimam inferri sibi flagitabat, ne diutius insultanti plebeculae ludos daret. Dicta interea est capitalis in eum sententia, a qua cum ad Imperatorem appellasset, instaretque Facilidas ut reo parceretur, Imperator ludicum sententiam esse ratam voluit. Prius tamen ad eum submisit P. Marquesium, qui moriturum ad supplicium pie excipiendum adjutaret. Audit illum Marquesius, non solum peccata cum lacrymis confitentem, verum etiam sancte contestantem sibi certum esse in Fide catholica Romana mori, quam nunquam ex animo abjecisset. Quod ubi rescivit Imperator, annuit ne palam plecteretur. Itaque sub vesperam eductus custodia, ante templi valvas est interfactus, in eoque mox sepultus. Caeterum paulo ante mortem totum conjurationis textum explicuisse, ejusque auctorem Facilidam fecisse traditur. Certe ab eo tempore visus Imperator timere sibi, a filio, ac ne praeeceps ejus ingenium irritaret, administrare omnia illius ad nutum coepit, tum etiam arbitrio procerum aliorum, quos in se conjurasse suspicabatur. Atque ea potissimum causa fuit luctuosae tragœdiae, quae denique religionem in Aethiopia, ut infra referemus, affixit. Adeo fluxa fragilisque virtus est, que humano metu respectue ducitur.

Quandiu Sarsa-Christus perniciem paravit Imperio, Imperator de hoc periculo utpote propiore sollicitus, de Lastenibus rusticaniis, qui adhuc in armis erant, perparum laboravit. At extincta conjuratione, et intestino tumultu sedato, perduelles tota belli mole obruere decrevit. Unus videbatur bello confiendo

314.
Duos præstantes
catholicos odio
Religionis inter-
ficit.

315.
Praelio com-
miso capitum
perduellis et
supplicio affici-
tur.

316.
Iterum Cela-
stus Lasten-
si bello praefici-
tur.

par frater ipsius Cela-Christus, vir ille a nobis saepe cum laude appellatus, Lastenium terror, columen Religionis. Verum is privatum in otium ab armis recesserat, articulari morbo praepeditus, tum etiam quod Faciliidae odium columniasque ulterius ferre non poterat, qui patris abutens indulgentia, patrum impotenter insectabatur, et inutilem jacere gaudebat, invidens ejus gloriae, pietati succensens, eumque vulgo nimis catholicum dictitans. Nihilominus Cela-Cristus hortatu Patrum, quos ad eum Imperator allegaverat, iterum arma induit, publicis commodis privata posthabens, et in apertum cum exercitu prodiit. Collis erat, in quo occupando verti fortuna totius belli videbatur. Hunc Imperator occupari collem jusserset. Sed cum constaret hostes, qui longe numero superabant, quam mox affuturos, et locum summa ope defensuros, Cela-Christus in planicie consedit, majores quae adventabant copias expectans, quibus difficillimam stationem non obtinere modo, sed tueri etiam posset id quod experientis et cauti ducis erat. Moras tamen omnes amputari Imperator praecepit, ad rei summam pertinere existimans ut quantulacunque suorum manus in eum collem evaderet. His acceptis mandatis, erumpit Cela-Christus cum paucis, hostem e loco superiore pugnacissime resistentem cruenta pugna fundit pellitque, licet aeger et pedibus prae dolore vix nitens. Castra denique, nocte iam appetente, opportuno loco ponit, ac vallo munit. At magna pars ejus militum in acie ceciderat, reliqui suae paucitati diffisi per tenebras diffugerunt, ac ducem frusta retinere conantem deseruerunt. Fixum illi erat hostes nihilominus opperiri, et pulcram necem in confectos irruendo meditabatur. Sed ab amicis, invitus licet ac reluctans, abductus, aegre incolumis per avia ac praerupta evasit. Castra die sequenti direpta sunt, Imperator apud rusticanos ludibri habitus.

^{317.}
Rem minus felicitate gerit aliena culpa.

^{318.}
Lastenses viros confirmant, schismatis audacie insolentes.

^{319.}
Patriarcha ritus aliquet priscos usurpari permittit. Schismatistarum frumenta in re.

Quantum moeroris ea clades attulit Imperatori, tantum addidit audaciae fautoribus schismatis, qui in omnem occasionem abalienandi ab Romana Fide Principis imminebant. Multum de pristica gloria Cela-Christus ob rem adverso Marte, licet nullo suo merito, gestam amiserat. Lastenses successu elati, in omnem regionem, nemine obsidente, effundebantur. Omnia latrociniis, incendis et caedibus redundabant. Vociferabantur inter haec impii, unam calamitosi belli confiendi viam esse, si Lastensibus, atque adeo reliquo populo potestas fieret pristinae fidei proficenda. Id incitatus a Monachis populus clamitabat. Id ipsum procerum plerique volebant, id moliebantur. Prae se ferebant tamen nihil aliud a se postulari, nisi ut ritus aliqui veteres non abolerentur. His ut satisfaceret Imperator, transegit cum Patriarcha, ut priscos aliquot ritus usurpari sineret. Quod ita se facturum recepit Antistes, modo ne ullum edictum de hac indulgentia promulgaretur. At schismatis fautores, qui non antiquos ritus conservare, sed Romanam Fidem convellere ac penitus extirpare conarentur, autores Imperatori fuerunt ut rem publice per libellum significari juberet. Non aliter demi populo soliditudinem, non alter eripi seditionis ansam turbandi posse. Haec mortaliū vaferimi ostendebant, ut pavidum Principem suam in sententiam traherent. Et vero traxerunt. Ejus deinde nomine libellum ita conscriperunt, ut haeretic factam sibi potestatem crederent erroris libere profitendi, catholici actum de apostolica doctrina praedicarent. Ut rescivit de libello Patriarcha, eumque praeconis voce in castrorum portis promulgatum audiit, re nec opinata commotus, gravissimis litteris Imperatorem admonuit, perperam eum et contra quam inter ipsos convenerat fecisse, neque vero fas illi fuisse rem ejusmodi attentare, quae cum esset Ecclesiastici fori, non ab ipso, sed a se statuenda, non in castris, sed in templo denuncianda fuerat. Vera dici sensit Imperator. Itaque libellum emendari jussit, et praeterea litteras ad Patriarcham exaravit, quibus suam de Romana Fide sententiam magnifice ac splendide profitebatur. Cum vero intelligeret, e Lastensi bello parum prospere ad eam diem gesto seditiones aucupari causas Imperii perturbandi, jamque ad ipsorum partes multos e suis castris descivisse cerneret, statuit illud rursum majoribus viribus, cautoribus consiliis suspicere, ac perduelles quocunque tandem modo perdomare. Verum haec excessere in annum proximum, et a nobis commodius libro sequenti referentur.

Nunc ut ex Africa gradum in Asiam faciamus, Provinciam Malabaricam, eamque maxime partem, quae per oram Piscariae et regnum Travancoris pretenditur, graves hoc tempore afflictabant molestiae, neque id tamen Principum ethnicorum, qui ibi imperitabant, malevolentia, sed ejusmodi hominum acerbo odio, quos minime omnium decuit piis nostroribus laboribus adversari. Nimurum canonici Ecclesiae Coccinensis, penes quos, vacante sede Episcopali, summa rerum potestas erat, quorundam Coenobitarum stimulis incitati, rursus invadere Paravarum ecclesias statuerunt, quarum in possessionem fuerat paulo ante Societas restituta *; nactique tempus suis consiliis aptissimum, ea moliri ausi sunt quae non exequar diligentius, ne rerum odiosarum memoriam refricare supra quam necesse sit videar. Et erat plane opportunum quidlibet audendi tempus, Indiarum Prorege Linarii Comite, homine nobis palam infenso, qui non in hac solum re Canonicis consentiebat, sed nullam vexandae Societatis occasionem prae-termittebat. In idem igitur conspirante civili pariter et ecclesiastica potestate, primum omnium placuit adimere Societati paroeciam Tutucurinem, uti quae caput caeterarum erat. Eo consilio Prorex novum Tutucurini Magistratum creavit, qui Paravis, id est indigenis recens ad Christi fidem adductis, jus diceret Regis Lusitani nomine. Atque id quidem novo prorsus exemplo, nec ullo bono jure. Quasi vero homines Regi Madurensi natura subjecti, eo tantum quod fierent christiani, Regis Lusitani imperio subiicerentur. Novam deinde praefecturam commisit Petro cuidam Suario, homini impurissimo, gente Gallaco, suorumque consiliorum apprime conscio. Qui statim atque Tutucurinum venit, Vicario ut vocant Foraneo se adjunxit, cum eoque sua mandata contulit. Eadem mandata Vicario dederat Canonici, quippe suas factionis homini. Itaque mire sibi consentientem reperit. Actum inter eos de modo exsequendae rei. Vicarius vim adhibendam censuit. Non enim aliter Jesuitas ab ea Ecclesia, multo minus ab reliquis quae in dioecesi Coccinensi continerentur, extrudi posse. Sic omnibus consensu compositis rebus, ipsa die Dominica Septagesima domum Societatis magna appara, majore strepitu adeunt Suarius Vicariusque, suam singuli ductantes lictorum ac satellitum turbam, qui ethnici omnes, aut ex Paravarum faece collecti, facinorosi plerique publicaque infamia notati erant, vocatisque in unum Patribus minaciter denunciant, quam perperam possiderent aedem curialem confestim dimittant, vi facturi, nisi fecerint sponte. Ad ea Patres jus laesum reclamare, contra illatam sibi injuste vim protestari. Haec praeceteris loquentem P. Franciscum de Oliveira ferox Vicarius fuste multari per suos apparitores iubet, caeteros raptari per scalas, atque extra collegium propelli. Quo admodum inclementer facto, ipse in sacrarium involans, armaria perfringit, supellectili, argento caelato, omnique altarium instrumento manus pro potestate iniciit. Postremo, ut satis praeparato ad sacrificandum animo, sacras induit vestes, ad aram progreditur, remque divinam facit, mirante hominis insignem audaciam impietatemque populo, ac nauseante. Aderat forte dum haec agebantur in portu Tutucurinensi nobilis Lusitanus, Antonius Carcius nomine, habebatque in anchoris navim omni copiarum genere instructam. Is facti indignitatem non ferens, accurrit cum turba nautica ad collegium, procedebatque velut instructa acie, ut hostes inde depelleret. At exceptus telorum horrenda grandine, pluribus hinc inde sauciatis, nulla admodum gesta re, pedem referre coactus est. Nostri, qui nec Regis ethnici patrocinio, legitimi aliqui Principis, tueri se vellent contra christianos, nec adhibendam putarent ullo modo vim ad repellendam injuriam, evocandum propere curarunt ab Ceylano P. Ferdinandum Lopez, praecipuae virum auctoritatis, cuius interventu pacando hostium animos, reducendaque in statum pristinum omnia confidebant. Advolavit Lopezius cum aliis tribus de Societate et magno nobilium Ceylanensium comitatui, nempe ut his sequestris et deprecatibus facilis pax coalesceret. At eo vix Tutucurinum appulso, Suarius collectam suorum ingentem manum stare in armis jussit pro collegii foribus, et si quidem Jesuitae comitesque eorum propius succederent, nimbum sagittarum in adversos mittere, ac tormenta dispidere. Nec secus ac ille jusserat factum.

320.
RES MALABARI-
CAB.
Canonici Cocco-
nenses cum In-
diarum Prorege
conspirant con-
tra Societatem.

Vide lib. V. pag.
261. num. 424.

321.
Vis nostris illata
Tutucurini.

322.
Turbae ortae ob-
eam rem. Regii
Minstri furor
et crudelitas.

Procedebat inerme, nihilque suspicans agmen collegium versus, cum increpuit ex adverso horrendus balistarum frigor, atque omne missilium genus in imparatam multitudinem accidit. Pars vulnerati, pars capti abductique in vincula. Reliquos furori impio fuga subduxit. Lopezum, fugam circumspicientem, hostili appetit unus quidam scelestior, pluribus impositis plagis humi seminecem stravit, haud dubie peritum in suo sanguine, nisi pius e familia Franciscana sacerdos chirurgum adduxisset, cuius ope obligata tunc quidem fuere vulnera, ac post longam molestiamque curationem utcunque consanuerunt. Chirurgum tamen Suanus ob id officium tetro inclusit carceri, nec nisi multorum precibus exoratus dimisit. Eo prorupit hominis caecus furor, ut nobiles Ceylanenses, qui fuerant comprehensi, capitali poena damnarit. Et jam ferale pegma ad ipsum collegii vestibulum erigi jussera, ubi iis capita praeciderentur. Sed interveniens quem dixi Franciscanus sacerdos, nihilque eos admisisse demonstrans cuius causa capite plecti possent, prohibuit indignum facinus, et furentem belluam, si non mitigavit, certe ab ea sententia dimovit.

^{323.}
Caeteras orae
Piscariae Ecclesias nostri di-
mittunt.

Amissa in hunc modum paroecia Tutucurinensi, alias sextdecim in ora Piscariae nostri administrabant, majorum suorum labore studioque fundatas, in iisque laetam Christianorum sobolem ad omnem pietatem educabant. Has ne similiter deserere cogerentur, juris remedia quaecumque poterant adhibuerunt, sed nullo effectu. Proregem adierunt Goae, quam gererent Ecclesiarum procurationem sibi olim a Rege traditam, ac nuper restitutam demonstrarunt, fidem aequitatemque ejus suppliciter implorarunt. Adeo nihil perfecerunt, ut immo contra eos Prorex judicium instituerit de vi regis Ministris illata. Soli enim Suario dictisque ejus fidem, adhibebat. Conservatorem privilegiorum sibi ex juris formula, ut mos in India, quae siverunt. Nemo inventus, qui vellet id muneric assumere, metu Proregis, qui certe eam rem inultam non ferret. Archiepiscopus Cranganorensis, qui unus hanc provinciam in se reciperet, aperte reiiciebat eo nomine, quod esset de corpore Societatis. Desperato igitur omni juris praesidio, cum id ageant canonici Coccinenses ut caeteras quoque Piscariae paroecias ad se traherent, utque apparebat, intercepturi eas essent per vim nisi sponte traderentur, nostri, ne sua causa gravius Respublica perturbaretur, cedendum tantisper temporis, ac convasandum statuerunt. In vacuas Ecclesias continuo submissi e clero saeculari Presbyteri, magno canonicorum gaudio, majori eorum religiosorum, quorum solicitationibus et consiliis canonici ad haec extrema devenerant. Non his tamen se continuuerunt boni coenobitae, sed, ut insito odio et aemulationis pravae spiritu, quo nihil impotens, agebantur, ad deterrandam praeterea famam Societatis certatum animum adjecerunt. Sexenta collegerunt crimina adversus Patres qui Ecclesias Piscarienses hactenus gubernaverant, eaque missis usquequaque litteris tota late India sparserunt, atque usque in Europam transmiserunt. Hae nimurum sunt eorum artes, qui iniquissimi cum fuerint, iniqui tamen nolunt videri. Haec arma debilium, quibus astu supplendae vires. Cuduntur facile mendacia, non semper facile, nunquam subito felluntur. Fac etiam diluat conflictum crimen; de hoc saltem sibi placent improbi calumniatores, quod necessitatem tibi perpetuam imponant purgandi tui, quo nihil homini honesto durius. Hinc accusationum fons inexhaustus, hinc nunquam declinanda bonis et innocentibus calumniarum molestia. Praevalidum fortasse hostem vinces, vilissimo calumniatori os nunquam obstrues. Nostri, qui haec non nescirent, viderentque seri de se crimina antiqua, ac saepe ante difflata, haud multum his angebantur, suaque freti conscientia quiescebant, illam identidem usurpantes D. Cypriani verissimam vocem: *Nec nobis ignominia est pati a fratribus quod passus est Christus, nec illis gloria facere quod fecit Judas.* Unum dolebant, his rumoribus scindi in factiones christianam plebem, et Evangelii promulgationem inter ethnicos retardari. Illud etiam ferebant acerbissime, sub novis Ecclesiarum rectoribus omnem perire fructum laborum, quos in ea excolenda vinea magnus Xaverius primum, tot deinde Societatis operarii tot annis collocaverant. Homines enim habendi avidi, illicitis negotiationibus impliciti, ac sola augendae rei cura distenti

^{324.}
Calumniante per
eam occasionem
disseminatae
contra Societatis
ten.

^{325.}
Magna rerum
inclinatio inter
Paravas. Eccle-
siae Societatis re-
stituuntur.

de pascendo grege nihil aut perparum laborabant. Eorum praeterea moribus offendebantur recentes in fide christiani, et inde multi vitam instituebant flagitiis omnibus inquinatam, plures ad idolorum cultum patriasque superstitiones relabebantur. Tantam florentissimae quondam ecclesiae cladem boni omnes dolebant. At dolore questus inutili non contentus P. Gaspar Fernandez, iterum Provinciae Malabaricae Praeses, de his admonendos censuit tum Hispaniae Regem, tum Pontificem Maximum, eorum providentiae permittens quid facto esset opus. Quibus in aula Matritensi accurate perpensis, cum constaret, post quam Presbyteri saeculares curiarum administrationem suscepserant, Paravarum multa millia fidem turpiter ejurassem, templorum vero, quae plurima nostri diversis locis considerant, alia deserta omnino esse, alia etiam diruta, Philippus Hispaniae ac Lusitaniae Rex Ecclesias Piscarienses iterum Societati restitu jussit, magno Coccinensis canoniconum moerore, majori eorum coenobitarum, qui de ejectione nostrorum praepropere et immodice triumphaverant.

Interea in Sina, ubi nulli praeter nostros religiosi hactenus pedem fixerant, satis belle fluebant res, post quam praesertim Astronomiae Sinicae emendandae, reformandique Calendarii provincia nostris, ut supra demonstravimus, fuerat demandata. Pechini, in ipsa urbis regiae luce, versabantur impune Patres Adamus Schallus et Jacobus Rho, inter litteratos, qui praecipuum ibi nobilitatis locum obtinenter, censebantur, aulam frequentabant, in magno apud populum pretio et honore erant. Qua ipsi tam secunda fortuna ad salutem animarum utentes, per causam colloquendi de rebus eruditis, saepe sermonem de religione interserabant, et multis caelestem doctrinam, ut se dabat occasio, persuadebant. Pervasisit hoc modo lux evangelica in ipsam Imperatoris aulam interiorum, et eunuchos regiae domus ministros ita perstrinxit, ut ex iis decem christianis aggregari postulaverint. Abluti rite sunt salutari lavacro, per eamque occasionem P. Adamus Schallus in ipso palatio, quod plane mirum, sacris est operatus, ara in id decenter composita et ornata. Ut magna erat eunuchorum potentia, magno deinde usui fuerunt isti, tum ad defendandam, tum ad propagandam regno toto divinam legem. Supra caeteros tamen eminuerunt tres, Achilleus, Nereus et Protus in baptismo appellati, quorum effectum est opera, ut parvulus Imperatoris filius, Imperii haeres, cum augusta matre sacramento christianorum a Patribus initiaretur. Non enim satis habuerunt christianam ipsi pietatem amplecti, sed ejus se defensores patronosque praestiterunt, quamque antea potentiam patrandis flagitiis, vexandisque mortalibus exercuerant, eandem in posterum tutandis Christi cultoribus, et religione propaganda feliciter adhibuerunt. Accessere exempla modestiae, castitatis ac temperantiae, qualia ab ejusmodi hominibus nemo expectaret, eoque ad sanctae legis commendationem illustriora. Nimirum homines arrogantissimi impurissimique, qui supremos magistratus haud ita pridem aspectu vix dignabantur, jam ad tradenda pueris et rudi plebeculae Fidei elementa descendebant; quique antea voluntabuntur in coeno libidinum, vitam vivebant Angelis quam hominibus similiorem, merito ut ambigere utris Religio plus deberet, Patribus verbum Fidei praedicantibus, an istis illud exemplo et opere confirmantibus. Protus de quo dicebam, Praetorianae cohortis Praefectus erat, vitamque ante baptismum egerat totam nefandis flagitiis infamem, ut ipsum Imperatori gravis esset, et proxime eiiciendus aula diceretur. Sordes universas in salutari fonte sic depositus, ut in aliis plane hominem versus videretur. Neque id satis. Matrem grandaevam, ac sorores, quas habebat in aula plures, ad Christum adduxit. Idem ut Evangelicam lucem inferret aulico nobilium seminarum gynaeco, libellum quemdam, qui summam doctrinæ christiane continebat, excudendum, ejusque plurima exemplaria per gynaeceum spargenda curavit, cuius libelli ope Palatinæ matronæ plures Christo se tradiderunt. Idem ut certam in ipsa Regia sedem Religio haberet, sacellum in ea ornatissimum erexit, necessaria ad rem divinam supellectile instruxit, et Patribus neophytisque habendum dedit. His denique non contentus, sacro flagrans ardore nedphytus, in patriam suam Tacimum cum P. Nicolo Longobardo se contulit, eique se comitem et administrum in explicandis

326.
RES SINICAE.
Eunuchi palatini decem baptizantur, et patricium religionis suscipiant.

327.
Ex iis unus religionem eximie tuerit, et suam in patriam interficit.

christianae fidei mysteriis junxit. Vix oculis credebat populus cum cerneret militiae palatinae Praefectum, cuius nutum ipsi Principes formidabant, versari familiarier cum pauperibus, virum aetate proiectum sacræ doctrinae rorem puerorum auribus instillare, denique (id quod reliqua vincebat miracula) eumuchum humilitatis, modestiae, castitatis magistrum. Sic nova christianorum colonia Tascimi collocata est, nescio quidem magis an Longobardi opera, an Protii catechistae institutione et exemplo.

^{228.}
P. Vagnonius novam christianorum Coloniam constituit Pucei.

Novam per idem tempus christianorum coloniam P. Alphonsus Vagnonius constituit Pucei, quae ampla civitas est, Mandarinorum et eruditorum amoena sedes in provincia Xansiensi. Huc nempe ab urbe Chianco iter tridui profectus, ope Colai cuiusdam, quo utebatur amicissimo, facultatem obtinuit initio disserendi cum litteratis de Religione. Aula erat ingens congressibus destinata. In ea Vagnonius imaginem Christi pulcherrime depictam publice spectandam proposuerat. Plures disputationes dies tenuit. Ut acuta sunt Puceanorum ingenia, nec nisi cum cultis et doctis hominibus agebatur, sola unici veri Numinis demonstratione explicata, litterati centum quinquaginta e prisca idolorum veneracione ad eorum detestationem, et inde ad Christi cultum adducti sunt. Perrexit dehinc Vagnonius tribus quatuorve mensibus opus evangelicum facere ad populum, idque pari ferme successu. Sed quam multi e plebeis fuerint baptismi iniciati, nemo propter multitudinem iniit numerum. Fremebant odio et invidia Bonzii; cumque solerent sycophantae nundinari pietalem, et quasdam suas indulgentias, ad alterius vitae felicitatem, ut ajebant, profuturas, turpissimo mercatu venales haberent, praedicabant Vagnonium, qui beatam suis sponderet immortalitatem, haudquam id gratis facere, sed auro et christianorum spoliis gravem abitum. Hinc discedentem curiose sunt assectati; sed ut conspexere solem, et suis dumtaxat onustum sarcinulis, pudore confusi recesserunt. Alii interea praeter Vagnonium Patres quinque et viginti, per varias Imperii provincias distributi, suis quisque in stationibus pari sedulitate, pari fructu excubabant. Quemadmodum ex aula in urbem regiam, sic inde in alias civitates Evangelii veritas diffundebatur. Imperator ipse Zunchinius multiplicari toto Imperio christianos haud aegre audiebat, cumque eorum, quos praesentes intuebatur, vitam incorruptam moresque castissimos cerneret, tametsi animum non inducebat suavi Christi jugo collum submittere, tamen legis christianaee sanctitatem agnoscebat, suos vero Deos minores hominibus arbitrabatur, ut insigni facto, quod postea commemorabimus, declaravit.

^{229.}
Bonzii ob ejus abstinentiam prudore confusi.

^{330.}
Reliqui Patres satis feliciter tota Sina regm gerunt.

^{331.}
Lusitanorum legatio et munera ad Imperatorem flagrantib[us] bello Tartarico.

^{332.}
P. Jo. Rodericus Lusitanorum munera auxiliaria eum aliquot sociis in Sinam introducit.

Hoc rerum statu, advenere in Sinam legati Lusitanorum cum bellicis tormentis decem, et peritis eorum liberatoribus, quod munus Macao mittebatur Imperatori, bellum instauranti adversus Tartaros. Quippe isti, paucorum annorum quiete interjecta, et compositis quae ipsis domum avocaverant dissidiis, rursum in provinciam Leotuniam irruerant, captisque aliquot urbibus, regionem rapinis, incendiis atque omni belli clade vastabant, Pekinum ipsum Imperii caput petentes. Dux legationis Gonzalus Tesseira Correa. Comes illi et interpres datus de nostra Societate P. Joannes Rodericus, regionis et linguae gnarus. Nam, ut hoc obiter notem, nullam ferme Lusitani suscipiebant iis temporibus expeditionem, sive in Asiae, sive in Africae Americaeque regnis, quin unum aliquem adhiberent de Societate comitem aut praecursorem, qui viam rebus gerendis complanaret. Gratum Imperatori munus Lusitanorum fuit, quia necessarium. Rodericum etiam benevolè exceptit, et aperte profitentem se esse de Societate Jesu, et Matthaei Ricci (quod nomen in Sina etiamum clarum) sodalem, clementer audiit. Quin offerente Tesseira subsidium Lusitanorum militum contra Tartaros, censuit Imperator, ipsi committendum Rodericu ut properaret Macaum, oblatum subsidium colligeret, et in Sinam introduceret; cui proinde litteras liberi commeatus dedit amplissimas, ejusque virtuti ac probitati perhonorisicas. Provinciam a suis licet moribus institutisque alienam, haud aegre Rodericus suscepit, tum quod, gratificari studens Sinarum Regi, eadem opera religionis negotium agebat, tum praesertim quod oblatam sibi occasionem videbat nova sociorum auxilia,

quae maxime expetebantur, in Sinam deportandi. Macaum igitur reverso, et negotium cuius causa venerat urgenti, dati sunt a Praetore Macaensi milites trecenti, numerum si species, pauci, si virtutem et animos, multi. Militibus permixti Patres Societatis quinque, Franciscus Grassettus et Petrus Canevarius Itali, Benedictus de Matos Lusitanus, Stephanus Fabri Gallus, et Michaël Trigantius Belga. Fratris filius hic erat Nicolai illius Trigantii biennio ante mortui, cuius a nobis alibi facta mentio. Cum hoc Rodericus agmine rediit in Sinam, ultiro admittente nunc gente superbissima homines non solum exteros, quos semper a suis finibus excluderat, verum etiam armatos. Adeo necessitati subduntur omnia.

Hoc interea medio tempore multum variaverant bellicae res in Sina, nunc praevalentibus acie Tartaris, nunc Sinensibus, cruento semper bello, semper anticipiti belli fortuna. Concisi exercitus ingentes, vastatae provinciae, pugnatum utrinque tanto furore, ut uno praelio periuss dicantur Tartarorum viginti milia, Sinensem ad millia quadraginta. Lianchianum denique, urbem Leotuniae munitissimam, Tartari occupaverant, unde brevis Pekinum erat transitus, in eaque sedem belli collocaverant. Imperator pacem bene redimendam pretio quolibet existimans, ad eam componendam misit Ivenum, ducem bellum summum, et excellenti praeditum facundia virum, sed turpissimum avaritiae mancipium. Hominis indolem subodorati Tartari, eum magnis munieribus, majoribus promissis aggrediuntur. Ivenus auro captus iniquissimis conditionibus transgit, et pudendam nomini Sinico pacem Tartaris offert. Tum eosdem per avios trahentes progredi Pekinum usque patitur, ut metu coactus Imperator conditions pacis ratas haberet. At Imperator, licet circumventum se ab hostibus ex improviso cerneret, cognita Iveni proditione, pacta cum Tartaris conventa rescidit, isque instructissimas omni commeat copias objecit. Proditorem deinde, dissimilato consilio, vocat in urbem regiam, quasi ejus industria et consiliis ad eam tutandam usurus. Atque ubi introgressum audit, nihil metuentem comprehendi et habita breviter quaestione necari jubet. Sic meritas ille quidem perfidiae poenas dedit. At Prorex Leotuniae provinciae, vir egregie christianus (Ignatio nomen illi erat) injusta damnatus est ab eodem Imperatore sententia. Quemadmodum vero vitam maluerit perdere, quam fidem Principi ac Deo debitam violare, interest historiae non silere. Est ea Sinicæ gubernationis inhumana, verum, ut illis videtur, ad publicam salutem necessaria lex, ut Praefecti Provinciarum et copiarum duces morte plecantur, si quid in illorum praefecturis aut militia contingat infortunii. Nimurum rerum exitus infelices praejudicata quadam opinione sibi persuadent non tam ex iniunctitate aut inconstantia fortunae, quam ex ipsorum ducum ac praefectorum perfidia, vel certe negligenti proficiisci. Tartaros non semel secundis praeliis Ignatius frerat, multas ab iis urbes receperat, nihilque faciendum proprius videbatur quam ut illos in suos fines fusos profligatosque compelleret. At querebantur ejus milites solitis se fraudari stipendiis; Imperatoris et administrorum avaritiam liberius accusabant, et interdum atrocias, nisi sibi debita solverentur, minabantur. Ignatius de his Imperatorem admonebat identidem, sed premebant ejus litteras administris, quos vel ob religionem christianam infenos, vel quia nihil ab illo muneris accipiebant, parum amicos habebat. Contigit jam ut milites, inopiae impatientia in seditionem consernati, urbem Timceum, cui praesidio relicti fuerant contra Tartaros, foede diriperent. Ea res ut innotuit Imperatori, vocatur in aulam Ignatius, haud dubie addicendus neci. Prius vero quam Pekinum discederet, milites, quibus eximie carus erat ob aequitatem ac sapientiam, circumstitere, opemque illi ac sua, quibus injustam vim arceret, capita ac tela obtulerent. Saltem rogabant ut ad hostes invitantes confugeret, causamque suam et innocentiam armis, siquidem jure ac legibus non posset, defendereret. Quos ille acrioribus verbis objurgans: Hancine perfidiam, ajebat, in me posse cadere putavistis? Mene vitam hanc fugacem ac fluxam aeternae, quae probis christianis in caelo proposita est, anteferre? His dictis, cohortatus omnes ut in fide Principi jurata manerent, et quibusdam praecipuis seditionis auctoribus poena affectis,

Tom. II.

69

333.
Variae belli vi-
ces in Sina. Pro-
ditor suppicio
affectus.

334.
Ignatius Man-
derinus capite
pleriter. Ejus
mira in Regem
fides.

Pekinum ad paratam necem interritus processit, alio jam Prorege ejus in locum subrogato. Qua constantia Pekinum venerat, eadem capitalem sententiam exceptit. Jacentem in vinculis consolatus est P. Adamus Schallus, et novissimis ad mortem fortiter obeundam sacramentis instruxit.

*335.
Legatus Timcei
um urbem defen-
dens interficitur.*

At Tartari post quam cognovere caesum Ivenum, detectam proditionem, maiores conscribi quotidie copias, et ad haec nova nec exspectata Lusitanorum auxilia subvehi, sive metu sive belli dolo vicinam Pekino urbem, quam tenebant obsessam, subito deseruerunt, ac sensim recedere in suos fines cooperunt. Hac re nunciata, Imperator solitus metu Lusitanos plerosque, jam Nancianum usque progressos, misso propere per cursorum mandato, redire Macqum jussit. Paucis dumtaxat permisum ut manerent cum Tesseira, qui cum ea quantulacunque manu progressus ad Tartarorum fines se intra Timcei muros inclusit, et urbem ab operibus parum munitam contra Tartaros, qui rursum obverterant aciem et adventare dicebantur, defendendam suscepit. Adfuit re ipsa hostis noctu, et insilire muros conatu summo tentavit. Restitut cum suis Tesseira, missiles flamas in hostem spargens, audacissimum quemque prosternens. At eum inter bombardarum fulgetra conspicatus unus quidam Tartarorum, telum tam certo ictu direxit, ut ei medium pectus, quod praefestinatione inermum ad pugnam attulerat, transfixerit, quo accepto vulnere vir fortissimus cecidit, ac paulo post expiravit. Sublato Tesseira, nihil ultra animi neque spei in praesidiariis fuit. Ejus plerique comites trucidati, urbs Tartaris dedita. Rei nec opinatae fama per vasit in aulam statim, ac mirum ut Imperatorem perturbaverit. In pristinos ac male depositos belli metus revolutus, succensus suis Diis, quos frustra hactenus tot oblatis sacrificiis, tot incensis odoribus coluisse, frustra precibus ac suppliciis auxilio vocasset, semper surdos in tanto Imperii periculo esset expertus. Quam proinde ipsis ad eum diem praestiterat venerationem, odio contemptuque mutavit. Utque mutati animi documentum minime dubium ederet, turbam illam Numinum auream, argenteam, aereum, quae palatum implebat, fundi, conflari, et in pecuniam, saltem ad stipendia militum utilem, verti jussit. Linnea simulacula cuiusvis materiae ac pretii flammis dannavit, fana in profanos addixit usus omnia, praeter unum Reginarum precibus lacrimisque condonatum. Rei tantae fama totum brevi imperium pervagata, haud facile dictu est quantum vulgo admirationem, quam variis animorum motus exciverit. Multi assentiri Imperatorem tacite Christi cultoribus, et quam mox christiana sacra palam suscepturum existimabant, quod praesertim stragem illam Deorum factam crederent consilio Doctoris Pauli, viri inter christianos spectatissimi, quem nuper Imperator Colaum, id est summum Imperii administrum, creaverat. Inde ingens Christianorum laetitia, inde christiani nominis major dignitas, et, quod caput est, libiores frequentioresque ethniconum transitiones ad Christi signa. Contra Bonzii, qui suas jacere religiones, et quam mox omnem sibi periturum quaestum cernerent, indignari, fremere, diras jactare contra Principem, minas, et funestas preces. Alii alter factum interpretabantur. Re ipsa nihil minus Imperator quam de suscipienda christiana religione cogitabat. At experientia, ac forte Doctoris Pauli sermonibus edoctus, quae coluisse hactenus simulacra, inanes esse Deorum formas, nihil mortalibus prodesse, nocere nihil posse, invocari frustra, et impune contemni, unum sibi deinceps adorandum proposuerat caelum, cui divinum inesse Numen arbitrabatur. Audierat namque caelesti providentia gubernari rerum humanarum vices, de caelo expectandam in rebus afflictis opem, olim Sinenses non nisi ad caelum dirigere vota precesque consueuisse, et his similia; eaque perperam accipiens, quasi nihil inter caelum et caeli dominum interesset, inter splendidam domum et qui fecit illam, caelum hoc spectabile cum suis sideribus venerari posthac ut verum atque unicum Deum rerum omnium potenter instituit; crasso ille quidem errore, sed divinae propagandae Religioni haud parum utili, quod, dejectis semel idolis, minor superesset ad cognitionem et cultum veri Numinis difficultas.

*336.
Imperator suis
Diis successet,
stragem Idolot-
rum facit.*

*337.
Falso creditur
brevi christia-
numsuscepturus
Fidem.*

Rumor interea de clade falsorum Numinum in aula Pekinensi facta in Philippinas usque Insulas perlatus est; utque solet fama, quo longius progreditur, eo maiores vero res quaslibet facere, quod probabili tantum conjectura confiebatur in Sina, illic pro certo tradebatur, Sinarum Imperatorem esse jam animo ac voluntate christianum, et propediem baptismu iniiciandum. Ea res movit plurimos diversorum Ordinum religiosos, ut in Sinam velut in paratam messem properarent, operariis nostris, qui soli ab annis quinquaginta eum agrum excobabant, auxilio futuri, et pulchri laboris partem, si ita placaret superis, recepturi. Habant quippe persuasum negotii nihil sibi aliud fore, quam concurrentes ad baptismum populos aqua salutari aspergere, quos Imperator exemplum certatim secuturos minime dubitabant. At multum illos opinio sua fecellit. Etsi enim minus impeditos in Sinam aditus, minus aversos Sinensium animos, et ex parte maxima complanata operi evangelico viam invenerunt, Imperator, ut dixi, nihil minus quam christianam amplecti fidem cogitabat. Contra Bonzii extrema omnia movebant contra divinac legis praecones, hique mathematica maxime scientia, et litteraturae virtutisque opinione, se contra ipsorum impetus sustentabant. Lingua deinde Sinica, difficultis oppido ac salebrosa, sine qua promoveri nihil poterat, perdiscenda erat, quod taedium multi perferre nequiverunt. Caeterum non una omnium sors et conditio fuit. Primi in Sinam e Manilensi portu solverunt Dominicani tres, sed unus dumtaxat Provinciam Fochiensem, ubi Manilenses negotiatores mercimonia exercabant, attigit. Reliqui duo, proditione Sinensis nauiae, suis omnibus spoliati ac caesi fuerunt. Successere postmodum alii duo, quorum alter ex eodem Ordine, alter e S. Augustini familia. Tum Franciscani decem; sed ex his tantum duo in Sina persisterunt, Antonius de S. Maria, et Bonaventura de Bannes, qui laboris apostolici fructus egregios postea percepérunt. Reliqui difficultatibus deterriti recessere, ac Manilam reversi, de statu rerum Sinicarum vera nuntiantes, multos, ne in Sinam spe vana ducti contendenter, absterruerunt. Atque haec de rebus Sinicis, in quibus exsequendis nos non nihil extra hunc annum excurrendum censuimus, ne series rerum natura ipsa conexarum perperam scinderetur.

Sequuntur res Tunkinenses, quas quidem in deterrium adductas locum vidimus anno superiore, pulsis regno Patribus, qui eam a se fundatam ecclesiam procurabant. Veruntamen nunc fieri quaedam visa est inclinatio meliorem in statum, atque haec causa fuit. Redituri in Tunkinum nunciabantur cum exquisitis mercibus Lusitani, non aliter tamen quam si cum aliquot Societatis Patribus redire possent. Rescivit id Tunkinensis Rex, utque Lusanorum quaestuosum commercium percupiebat, rursus Patribus venidi in Tunkinum potestatem fecit; non iis quidem qui proxime pulsi fuerant, sed alii quibuslibet de Societate. Nam Marquesio Rhodioque successebat nominatum, eosque ob causas alibi indicatas ferre non poterat, Rhodium praesertim, cuius nomen ipsum auribus respuebat; nunquam vero se passurum, ut denovo suum in regnum pedem inferret, profitebatur. Id ergo ipsum cum prescripsisset Macaum Rex ad Visitatorem Palmeirum, et omnino obsequendum Principi haudquaquam malo atque ultro socios invitanti videretur, ad expeditionem se accinxerunt duo delecti ex eo collegio Patres Gaspar Amaralius, is quem itidem in Tunkino desudantem vidimus anno praeterito, et Antonius Fontes, diu versatus in Coccina, et Annamiticae linguae, quae Tunkinensis communis est, satis peritus. Additus iis P. Antonius Cardinus, e Tunkino in regnum Laorum transgressurus. Egressi postmodum isti tres Macao ad XII. Cal. Martias, Tunkinum septuaginta quām solverant die attigerunt, atque inde Checium, urbem regni primariam, subierunt. Excepti Christianorum incredibili gaudio, vicissim mira perfusi sunt voluptate cum viderent condupicatum populi fidelis gregem, cuius perniciem et cladem ultimam extimuerant. Tria enim millia nongenti quadraginta due paucis mensibus, quibus socii absuerant, in ovile Christi per baptismum ingressi numerabantur, quo ex numero non plebei tantum, sed permulti nobilitate litterisque conspicui erant. Id

338.
Diversorum Ordinum religiosi in Sinam prope-
rant ed Philip-
pinis rumore
falso excitati.

339.
Errone cognito
plerique rece-
dunt.

340.
RES TUNKINEN-
SES.
Tres Patres in
Tunkinum fe-
runtur ab ipso
Rege invitati.

341.
Statuta rei chri-
stianae florentis
simus inven-
tiunt, idque o-
pera catechista-
rum.

merito ferebatur acceptum diligentiae catechistarum, quos Rhodius discedens certis in locis constituerat, et quibusdam legibus institutisque in unum quasi corpus, ut suo loco demonstratum est, conjunxerat. Viri nimirum inter optimos Neophytorum delecti, doctrina Fidei egregie exculti, ad haec divinae propagandae religionis ardore succensi, nullam omittebant laboris industriaeque partem, ut e suis popularibus quam possent plurimos ad Christum traherent. Quo vero facilius divinam legem rudi populo persuaderent ac certius, Matthaei Ricci catechismum, praestantium in Sina Mandarinorum iudicio comprobatum, in Tunkino recusum, circumferebant, et opportunis enarrationibus ad cujusque captum explicabant, baptismo consignantes neminem nisi cupidum, ac probe institutum. Tam suaven deinde odorem exemplo vitae moribusque suis afflabant isti catechistae, eos ut mirarentur ipsi ethnici, ac saepe in eorum coetum cooptari praeclarae indolis juvenes postularent.

^{312.}
Baptizante excipiuntur a Rego, qui fausta multa illis promittit.

His erecti rebus Patres, quibusdam e potentioribus procerum sibi devinctis, aditum quae siverunt ad Regem, cuius ingenio volubili et ad omnes rumoris auras nutant merito diffidebant. Ei se obtulerunt, dum maxime procedebat e Regia cum splendidissimo aulicorum comitatu cunctisque Regni magistratibus, ut interesset litteratorum examini, quod magno illic apparatu fieri, et inter gravissima Regni negotia censeri solet. Rex subeuntes conspexit agnoscitque Patres. Frontem explicuit, continuique parumper gradum dum proprius accederent. Tum cum iis paulisper collocutus, tres, qui manu ducebantur, equos pulcherrime phaleratos concendere, ac sequi se jussit, id quod illis perhoronicum, in tanto praesertim spectatorum theatro, fuit. Post biduum ad se vocatos alioquens prior: Venisse vos lactor, inquit: qua causa veneritis scio, nec per me stabit quin certam ac tutam in regno meo sedem figatis. Domum et templum egomet vobis meo sumptu dabo. Vobis legem vestram promulgare, populo amplecti licebit. Tantum videste, quod a vestris sodalibus parum caute observatum est, ut a christianis nihil in Deos nostros eorumque status oriantur injuria. Si nullam Deorum, at mei saltem aliquam rationem habeant. Ite bonis omnibus, ac caeli terraeque Dominum rogate, ut me populumque meum fortunet. Gratias egere Patres, ac promisere datus se operam ne quid a christianis inceparetur, quod cuiquam merito displicere posset. Simul manuale horologium ei obtulerunt, gratum Principi munus, unde nata deinde saepius occasio illius conveniendi. Hospitalium interea sumpsero, uti jussero Rex, apud Mandarinum ipsius generum, praecipuae virum auctoritatis et sapientiae, ob mores humanissimos et bene de omnibus merendi studium aulae toti ac civitati gratissimum. Ejus domi sacellum statim adorarunt, proposita Christi effigie non ineleganti, quac dum spectantibus ostenditur et explicatur, multis injecit desiderium cognoscendae legis divinae, ac potissimum uxori Mandarinis Regis filiae. Haec in sacellum saepe intra diem se conferebat ad orandum, doctrinam Christi, quae confluenti populo explicabatur, bibulis auribus excipiebat, et auditis que dicebantur, vera esse omnia fatebatur. Ne tamen sacro fonti caput subiiceret, deterrebat Regis parentis metu, cuius brevi mutatum erga Patres animum sensit.

^{313.}
Apud Mandarinum Regis generum hospitantur. Primate eorum curae.

^{314.}
Rex a Patribus alienatur. Quae fuerit causa.

Nempe suspiciones pristinas excitavera apud Regem improbissimus Mandarinus, inde nactus ansam exulcerando ejus animo, quod Lusitani nuper Imperatori Sinarum auxilia contra Tartaros submisissent, quae paulo ante Tunkinensis contra Cocincinenses negaverant. Eam certe rem molestissime Princeps fastidiosissimus tulit, atque inde averti sensim a Patribus alienarique coepit. Daturum se illis de suo domum et sacram aedem promiserat. Promissa confirmabat identidem, re tamen nunquam praestabat, id unum, ut videbatur, spectans, ne Patres aliunde sibi providerent. Ac parum illi quidem aut nihil angebantur de domo, satis commode apud Mandarinum habitantes. At querebantur sacellum pro multitudine concurrentium angustius esse, privatum praeterea, nec omnibus pervium. Ne vero proprium sibi templum extruerent, quamvis pecuniam christiani necessariam offerrent, impediebantur metu ne offenderent

Principem. Haec reputans **Mandarinus** hospes, designata prope domum suam spatiose area, amplum in ea aedificium e facilis materia, meris scilicet trabibus canisque contextis, ut illic mos, construi jussit, quo intra paucos dies confecto, partem ejus minimam Patres sibi ad habitandum sumpserunt, reliquum in templi usum aptarunt, et primum in eo sacrum die Augusti mensis vicesima quarta fecerunt, minimo id quidem apparatu ac nullo strepitu, sed magno Christianorum concursu ac pari pietate. Rem ita confectam non nescivit Rex, tamen dissimulandum parumper censuit. At brevi spatio interjecto, cum oneraria Lusitanorum se ad redditum compararet, per eunuchum regiae domus ministrum nunciari Patribus jussit, placere sibi ut Macaum eadem navi revertantur. Minus molestum accidit fulmen, quia praevisum. Sibi tamen Patres non defuerunt. Adeunt Regem supplices, abjectique ad ejus genua rogant, ne rumoribus contra christianos fictis aures praebat, neve sanctae legis doctores et magistros eiiciat, quos nec rogatus in regnum tam benigne revocavit. Meminerit promissorum aedatae nuper fidei. Nihil admisum in promulganda Christi lege, nisi ejus concessu. Si quid peccatum a Lusitanis crederet, ne labem hanc et culpam nominis christiano adscribat. Movit Regem oratio. Itaque uni primum, deinde alteri facultatem remanendi concessit, sed ea tamen lege, ne publice ac ne domi quidem suea docerent, quo silentio tolerabilius fortasse erat exsiliu.

Solo igitur Macaum revecto P. Antonio Cardino, qui propter valetudinem progedi in Laorum regnum non potuit, restitere in Tunkimo Patres Pontesius et Amaralius; et siquidem loqui non poterant lingua, tristi silentio damnati, loqui vita ac moribus statuerunt, quod eloqui genus, nulli unquam vetitum, pulchre sermonem silentem, et silentium loquens S. Hieronymus appellavit. Sane patientia, modestia ac religiosae virtutes caeterae vocem suam habent qualibet oratione potentiore. Refelli verba, aut in pejorem detorqueri sensum possunt, vita virtusque vera non potest. Quia vero plurimum intererat aditum habere semper apertum ad Principem, ut, si quod in religionem telum jaceretur, retundi coram ac statim posset, instituerunt illum frequentes visere, nihil tamen petere ut nihil negaretur, de nemine queri, ut de ipsis nemo quereretur. Ac ne peregrina vestis offendret aulicorum oculos, eam sibi sumendam judicarunt, qua illic litterati utebantur, vulgari splendidiorem quidem, a religiosa tamen modestia haudquam abhorrentem, neque multum huic dissimilem, quam aliqui apud nos Monachi induunt. Talaris erat, et filo xylo aut bombycino texta, amplis manicis, quibus obvolutae manus infra pectus tenebantur. Color caeruleus, in viridem vergens. Zona tenuis et laxa, infra pectus demissa. A latere sinistro pendebant aliquot funiculi, qui dignitatem cujusque et gradum illic notant. Tegmen capitis pileus rotundus, niger, et in summo planus. Coma prolixa, et in humeros tota incumbens, quod fortasse unum in Europa minus sacerdoti congruens videretur. Ea vestitus amplitudo non parum displicuit sociis Macaensibus, qui item idcirco acerriman Tunkiensibus apud Praepositum Generalem intenderunt, novitatem coarguentes tanquam vanitatem fastuque plenam, et a moribus Societatis alienissimam. Necessitatem excusabant illi, quae nulli subditur legi, eaque potissimum ratione factum, defensabant. E fructibus deinde judicandum ajebant de consilii utilitate, quae satis aestimari nisi rebus coram perspectis haud facile posset. Sane quin multo major adhibenda sit iis fides, qui rem quamlibet oculis intuentur, quam qui sola auditione perspectam habent, dubitari non potest. Isti quid fieri utcumque debeat vident, illi quid etiam possit. Hoc quidem certe commodi capiebatur ex illo vestitu, quod Patres in conspectum Regis facilis ac saepius veniebant, quod aulicos **Mandarinos** sibi ac Religioni conciliabant, quod adversariorum accusationes citius propulsabant, quod denique (idque fere potissimum) tutos ab improborum injuriis praestabant suos catechistas, qui strenue interim imposito sibi munere fungebantur, et regnum universum libere concursabant, dum ipsi edicto Regis velut constricti tenebantur in urbe regia ne longius excurrenter.

345.
Templum ex-
structur Patri-
bus. Rex illi in-
dicit exilium.

346.
Max permitit
ut manent, mo-
done publice aut
privatum doce-
ant.

347.
Pater Aulam
frequentant, ac
vestem Literato-
rum induunt.

348.
Idcirco notati,
factum utcum-
que defendunt.

349.
*Alii duo Patres
in Tunkinum appellebantur. Varia
regis consilia de illis.*

Sed quidquid id esset, aliter certe visum praestanti de Societate viro, gente Italo, P. Hieronymo Majoricae, qui cum P. Bernardino Regio eodem hoc anno in Tunkinum appulsus, non Checi in urbe regia consistere, non aulam frequentre, sed remotiores regni provincias in humili amictu percurrere maluit, ea secuta lactae frugis copia, quae amplam scribendi materiam nobis in decursu annualium dabit. Labores eosdem meditabatur Regius, itidem Italus, sed hunc citra mors sustulit. Annamiticam lingam ambo percalebant; ambo ingentis animi et virtutis expertae erant. Tunkini littora attigerunt octobri mense, aegre tamen nec nisi praesenti ope superum salvi exscenderunt. In ipso enim aditu portus allisa vadis est navis, quassata fluctu, ac salo obruta sic, ut cum exhauriendae aquae nulla par esset nautarum industria, undarum arbitrio permissa fuerit, vix cum vectoribus salvae educi potuerint merces. Ferebant Patres ab Macao Palmeiri visitatoris litteras et quaedam ad Regem munera, eo caeteroqui animo, ut nisi daretur manendi venia, reddituri statim essent Macaum eadem navi. Rex benigne exceptos auditosque manere primum jussit, data fide nunquam se illis molestum fore. At Princeps aequae facilis fidem dare ac datam fallere, vocat post paulo utrumque, ac Regio quidem remanendi, si ita vellet, facultatem facit, Majoricam facessere cum Lusitanis mercatoribus jubet. Novam sibi navim eo tempore fabricabant Lusitani, priori vel amissa, vel certe ad navigandum inhabili. Spatio itaque dum opus perficeretur interjecto, mutavit iterum Rex, et utrumque Regno exire prohibuit. Adeo sui dissimilis, et ambiguus totus erat. Sed ejus nimirum inconstantiae ponebat modum Deus Regum arbitrus, donec in Tunkino christiana res adolesceret. Et plane feliciter adolescebat; ut mihi quidem nulla ex Orientis missionibus videatur tam secundis auspiciis inchoata, tam proprio Numinis flatu proiecta ac Tunkensis, licet hic quoque procollae ac fluctus, ut ferme alibi, nunquam decessent. Quemdam videre erat in his Neophyti propagandae religionis ardorem cui nihil simile visum alibi. Etiamsi otientur regis edicto Patres, Neophyti apostolico fungebantur munere, ac saepe multos e suis popularibus ad Christum adducebant, modo discipuli, et iam magistri veritatis ac praecones. Quibus non aderat ea facultas aut fiducia ut verba de Deo facerent, non cessabant illi tamen, sed sive ad Patres, sive ad catechistas, quoescunque poterant erudiendos trahabant. Opus urgebant praecipue catechistae, et quibus conflatum coetum docuimus; doctrinam caelestem toto regno circumferabant, eamque volentibus noalentibus, nunquam sine fructu, ingerebant. Fuit qui paucis diebus quingentos et amplius ethnicos ad baptismum perduxit. Fuit qui oppidum ingressus plenum idolis, et idolorum cultoribus, discedens idolum nullum, nullum idolorum cultorem reliquit. Patres, quod publice non licebat, privatum enique praestabant, nesciente Rege aut dissimulante. Sic numerus christiani gregis majorem in modum augebatur. Constat e codicibus, in quos baptizatorum nomina referebantur, anno hoc, de quo scribimus, immo sex ultimis anni mensibus, eorum numerum excessisse ad tria millia, duplo plures fuisse anno sequenti. Proxime vero consecuto, saeculi trigesimo tertio, sacro tinti fonte leguntur septem millia, septingenti, quinquaginta duo, ut iam christiani censerentur in Tunkino ad triginta quinque amplius millia, ubi ante annos septem ne unum quidem P. Alexander Rhodes, Missionis fundator, invenerat. Sed laetoria de his in posterum referemus.

350.
*Felix Religionis
progressus; Neo-
phytorum pius
ardor.*

Quemdam videre erat in his Neophyti propagandae religionis ardorem cui nihil simile visum alibi. Etiamsi otientur regis edicto Patres, Neophyti apostolico fungebantur munere, ac saepe multos e suis popularibus ad Christum adducebant, modo discipuli, et iam magistri veritatis ac praecones. Quibus non aderat ea facultas aut fiducia ut verba de Deo facerent, non cessabant illi tamen, sed sive ad Patres, sive ad catechistas, quoescunque poterant erudiendos trahabant. Opus urgebant praecipue catechistae, et quibus conflatum coetum docuimus; doctrinam caelestem toto regno circumferabant, eamque volentibus noalentibus, nunquam sine fructu, ingerebant. Fuit qui paucis diebus quingentos et amplius ethnicos ad baptismum perduxit. Fuit qui oppidum ingressus plenum idolis, et idolorum cultoribus, discedens idolum nullum, nullum idolorum cultorem reliquit. Patres, quod publice non licebat, privatum enique praestabant, nesciente Rege aut dissimulante. Sic numerus christiani gregis majorem in modum augebatur. Constat e codicibus, in quos baptizatorum nomina referebantur, anno hoc, de quo scribimus, immo sex ultimis anni mensibus, eorum numerum excessisse ad tria millia, duplo plures fuisse anno sequenti. Proxime vero consecuto, saeculi trigesimo tertio, sacro tinti fonte leguntur septem millia, septingenti, quinquaginta duo, ut iam christiani censerentur in Tunkino ad triginta quinque amplius millia, ubi ante annos septem ne unum quidem P. Alexander Rhodes, Missionis fundator, invenerat. Sed laetoria de his in posterum referemus.

351.
*RES JAPONIAE.
Moritur Imperator;
succedit illi To-
xungunus, peior
parente filius.*

Japonia, theatrum illud crudelitatis et sanguinis, quietem aliquam Christi cultoribus hoc anno induxit. Causa fuit mors Imperatoris, et secutum inde quoddam toto regno generale justitium. Vivere enim aliquando ac saevire desit tyrannorum pessimus Xogonus, non alia magis re memorandus Imperio, quam caedibus christianorum et clade sanctae Religionis, quae ad ultimum prope exitium eo regnante perduta est. Mortem ejus occultavit aliquandiu filius primogenitus et successor Toxungonus, donec se contra tumultus et tempestates, ad exortum novi Principis illic oriri solitas, confirmaret. Ea tamen vulgata tandem est, ac duplcem in christianorum animis excitavit motum, laetitiae ob senis interitum, moeroris ob imperium juvenis. Namque is, praeter quam quod

haereditarium hauserat a parente odium divinae legis, otio ac voluptatibus diffluens, rerumque caeterarum incuriosus, ab ipso aditu Imperii totum se Ministerum permisit arbitrio insigni recordia, futurus proinde Principum deterrimus, sub quo plures, loco unius, regnaturi essent tyraanni. Innatum ipsi odium inflamabant praecipue Reges Voari et Chinocuni, ejus patrui, christianaee pietatis hostes acerrimi atque infestissimi, quorum inductus consiliis parentem, quod vix videbatur credibile, feritate superavit, totque excogitavit, tam novas et inauditas tormentorum formas, ut quod illi quantumvis conanti nunquam successerat, christianum nomen tota demum Japonia deleverit. Id evicit praesertim sublati sacerdotibus ac religiosis viris, quorum plures interfecit ipse annis duodecim quam Imperatores alii annis quinquaginta. Verum haec in decursu annualium narranda erunt.

Dum sic Japonia ob eam quam dixi causam quiescit, exsules ab Japonia christianos, quorum erat in Philippinis insulis ingens numerus, magno delectarunt opere allatae Roma litterae Urbani VIII. Pontificis, quibus Episcopo Zebuan Petro de Arce, Manilensem Ecclesiam hoc tempore administranti, committebatur ut inquireret auctoritate apostolica in mores, vitam mortemque eorum, qui ad eam diem in Japonia necati pro Christo fuerant, conficeretque de his acta publica, nempe ut iis, probato rite martyrio, Beatorum honores decerni possent. Erat plane id, cum Japonico nomini gloriosum, tum etiam his perjucundum exsilibus, qui et eadem ex gente essent, eandemque ob causam procul a natali solo extores, inopes, suis omnibus spoliati, laeti tamen atque alares, vitam aequa aerumnosam ac piam ducerent. Utique magnum virtutis incitamentum est gloria, non haec tamen fugax et fluxa, quae fallacibus hominum judiciis continetur, sed caelestis illa ac nunquam interitura, quam nobis sanctorum exemplo consecrandam proponit Ecclesia, inde viri fortes ad toleriantiam malorum mirifice confirmati. Mentionem faciebant litterae diversorum Ordinum religiosorum, qui Martyres Japoniacae plures dederant. Primo tamen ponebant loco Societatem Jesu, seu quod haec caeteros Ordines Martyrum numero superabat, seu quod litteras a Pontifice impetraverat Joannes Dominicus Spinula Cardinalis, easque postulaverat in gratiam praecipue nostri Caroli Spinulae, novem ante annis igne lente combusti, quem non ipse minus quam tota ejus familia nobilissima quam primum adscribi Beatorum fastis percupiebat. Utinque esset, tum ab aliis Ordinibus, tum a Societate certi sunt designati Procuratores Manilae, qui suorum quisque Martyrum causam agerent, construendisque tabulis allaborarent. Sed quamquam id sedulo ac diligenter fieret, res ad optatum exitum nunquam perducta est. Illud interim praedclare cecidit, quod dum agitur de augendo mortuorum honore, viventium extimulati sunt animi ad eorum sectanda vestigia virtutemque aemulandam. Nostrorum certe, qui in iis degebant insulis, et Japoniam cum suis rogis securibusque pene in conspectu habebant, nunquam antea tam multi, nec ardore tanto, missionem Japonicam experient. Vidi litteras P. Joannis de Buerus, Philippinarum Praepositi Provincialis, eodem hoc anno ad Mutium scriptas, quibus fatigari se ait assiduis sociorum votis ac precibus, mitti in Japoniam flagitantium. Se tamen, addit, paucis admodum in ea re satisfacere, quod non putaret Provinciam suam, operari tunc ut cum maxime indigam, optimis quibusque ac valentissimis spoliandam.

Manilam per idem tempus venere ex Japonia legati Regum Arimensis et Bungensis, renovandi causa cum Hispanis commercii, quod dudum antea fuerat intermissum, foederisque sancendi. Et quamquam simulata amicitia, nec satis bona fide factum id putabatur, tamen exsilibus ex ea gente christianis haud levi solatio fuit virorum talium adventus, quod nonnulla spes affulgere meliorum temporum videretur. Legatos exceptit Praetor cum ingenti honore, eo tamen adhibito militum ac tormentorum late remugientium apparatu, qui speciem quamdam iis ingereret Hispanae potentiae. Ad interpretandas quas ferebant litteras, itemque ad responsa exaranda, quosdam de Societate Japonice scientes adhibuit.

352.
RES PHILIPPINA
Litterae Pontificie ad confessorum canonizationis pro Martyribus Japoniae.

353.
Conficiuntur
Manilae, sed nullo exitu.

354.
Novus nostrorum ardor in expetenda Japonica Missione.

355.
Legati duorum Regum Japonum ad Praetorem Philippinarum.

^{356.}
Eos nostri co-
lunt, Iaponicae
Virgines attoni-
tos dimittunt.

Eosdem nostri donis et officiis, omnique obsequio genere sibi devincire studuerunt, eo consilio, ut reversi in patriam suis tum Regibus, tum popularibus haec nunciarent, ad demerendos christiano nomini eorum animos haud dubie valitura. Plus tamen apud Bungenses valere debuit alia res; quam subjicio. Coenobium in Manilae suburbis erat, ut alibi me dicere memini, ex iis conflatum Virginibus, gente Japoniis, genere nobilissimis, quae christianae Fidei accusatae solum vertere quam religionem maluerant. Has legati, prius quam abirent, visere affarique voluerunt. Mirati autem in cultu inop̄i vix credibilem oris atque animi hilaritatem, quaesivere, quid ita patriam antiquam relinquere animum induxissent? Responsum est: Quia aliam habemus patriam, Japonia multo meliorem, beatam, aeternam, quae bene moratos Christi cultores post mortem manet. Dictum approbarunt Legati, christianorum sanctissimas esse leges affirmantes. Quaesivere iterum, cujus sumptu viverent? Quibus illae haud cunctanter: Societatis Jesu. Id eatenus solummodo verum erat, quod nostri sodalitatem exererant regebantque a Misericordia appellatam, quae iis alendis subsidia conferebat. Rem illae tamen, quo gratiosiorem genti facerent Societatem, paulo laxius acceperunt, unde Legatis magna injecta opinio, tum de sanctitate christianae legis, tum de caritate nostrorum.

^{357.}
Aliqui Mindan-
aensium rebel-
lent contra Hi-
spanos.

Llib. II. num. 212.

At enim nostrorum charitatem disertius praedieabant et verius sparsi per eas insulas populi, ac multis saepe rebus experiebantur. Experti prae caeteris sunt hoc anno Mindanaensium multi per occasionem nefariae conspirationis, de qua dicturus paulo altius exordiri cogor. Recepta in clientelam Regis Hispaniae insula Mindanao, extorta Dapitanī arce, ibidemque domo Societatis, ut suo loco narratum est*, constituta, sedulam navabant nostri operam excolenda regioni, ac subinde aliquos accolarum ad Christi cultum trahebant. Decem excitaverant jam diversis locis tempa, in quibus Religionis mysteria quanto poterant maximo splendore celebrantes, novitate ipsa sacrarum caeremoniarum ac pompa agrestes homines ad audiendam Fidei doctrinam alliciebant. Verumtamen plerique, natura feri, praedis ac latrociniis a pueritia assueti, et Hispanis semper infesti, cicurari nullo modo poterant, multo minus in gyrum christianae modestiae contrahi; perque ripas fluminum aut avia montium palantes, omnem nostrorum diligentiam fallebant. Jam vero duo ex his populi, Mayenses et Bajugenses, clam coitione inter se facta, irruperunt ex improviso in oppidum christianorum, quod erat Patribus Augustinianis exalteatus in curam traditum, templum incenderunt, domos diripuerunt, omni denique vastato circum agro, cum opima praeda recesserunt. Iniquum facinus inultum non tulit, qui arcī Dapitanensi praeerat, Tribunus militum Petrus Tofinius, sed collecto raptim otio ex Hispanis praesidiariis, tum ex indigenis fidelioribus ingenti agmine, illud in perduelles sub experiente duce misit. Eo adventante, sontes pariter insontesque ex parte maxima diffugerunt, et in latibula montium se abdiderunt, illi conscientia sceleris, hi metu adacti. Capti ex nocentioribus tantum viginti cum suo duce. Hic statim ultimo supplicio affectus, et tamen felix, quod proxime moriturus baptismum suscepit. Caeteri ad poenam reservati, ac Dapitanum onusti vinculis adducti. Hos etiam Tofinius neci addicere omnes constituerat. At deprecatorem se interposuit e nostris P. Petrus Gutierrez, impetravitque ut mitius ac citra sanguinem plecterentur. Neque id aegre ipsius precibus condonavit Tofinius, qui immo testatum publice vellet, nihil non posse apud se homines Societatis, nec aliud genus esse hominum, cui plus tribueret. Hac re vulgata, qui montium latebris se tenebant rebellis, in planitiem descendere, ac nostrorum fidei se committere statuerunt. Veniebant itaque ad eos turmatim, tonso capillo, quod illic summi doloris indicium est, abjectique in genua perfidae veniam rogabant, numquam se commissuros posthac profitentes, de quo juste queri quisquam posset. Patres benigne exceptos bene sperare jubebant, atque interim Christi doctrinam ipsis explicabant, Tofino dissimulante, et negotium ampliante de industria, dum subacti satis ac baptismo digni viderentur. Qui ubi rite abluti fuerunt, tum demum

^{358.}
Nostrī poenam
is deprecantur
cōdemque ad
Christum per-
trahunt.

edictum Regii Praetoris nomine promulgatum est, in quo erat, omnibus qui praeteritae conspirationis concii, aut ejus affines noxae fuissent, admissi gratiam fieri Patrum deprecatione, modo ne ad similia in posterum relaberentur. Ita crimen in salutem multorum verti, ac tanta nostris hominibus eo facto est parta gratia, ut deinceps iis ad omnia morigeros se preeberent indigenarum plerique, quippe insigni beneficio devincti.

Erat id vulgo persuasum, ad permulcendos earum insularum incolas, qui indomiti adhuc essent; ac nunquam satis domandi viderentur, praecipuum inesse nostris hominibus indolem, proindeque interesse reipublicae, ut in unaquaque insula, si fieri posset, statio Societatis fixa poneretur. Nova quidem certe posita est hoc anno in ea, quam Nigrorum vocant. Congruit genti nomen, uti quae fusco pree caeteris tinctu ad Aethiopes prope accedit. Rerum ibi potiebantur Hispani, sed iis tamen noh nisi mille circiter parebant familiae, tria in oppida contractae. Caeteri suis vivebant legibus, seu verius nullis, inaccessa habitantes juga, aut vastas solitudines pererrantes, adeo nullo Hispanorum metu, ut eos potius clientesque eorum perpetuis rapinis incendiisque irritarent. Ut hispanum, sic etiam christianum aversabantur jugum, turpi licentiae dediti, ac patriae superstitionis mire tenaces. In tribus quae dixi oppidis christianam hactenus administraverat rem sacerdos et populo unus, sed successu parum felici. Sive enim suo vitio, sive fato nescio quo adverso, minus placebat populo, et ad Dei cultum nihil admodum promovebat. Visum itaque in ejus locum substituere homines Societatis, qui non oppidanis tantum sacra ministrarent, sed mansuetae etiam trahendisque ad fidem ethnicis operam darent. Consilii utilitatem brevi comprobavit eventus. Nondum annus exierat, et jam ethnicorum plus mille sacro regenerati fonte, et in fide Hispanorum manentes censebantur. Didita nimurum de novis Parochis fama, ulti e suis cautibus descendebant homines feri, Patrum charitate illecti, seque illis erudiendos offerebant, nullam recusantes conditionem modo in Christi ovile reciperenrunt. Horridus plane erat eorum aspectus hominum. Color oleaginus in atrum vergens, crines impexi, oblongi et in humeros late demissi, dira vestium illuvies, mens tamen bene praeparata. Venientes amantissime excipiebant nostri, et ad plures continenter dies christianis praeceptib; imbuebant. Post ubi satis eductos viderant, paratosque vitam christiana professioni congruentem ducere, eosdem baptismu consignabant, ac regis Praefectus deferre obsequium cogebant. Sic ibi, sic in aliis ejus Oceani insulis Christi simul et Regis Hispani firmabatur imperium. Sed omnia ejusdem generis persequi longum eset.

His ergo omissis, Manilam redeo, supremum honorem funeris redditurus viro e nostris inclito, P. Laurentio Masonio, qui hoc ipso anno labente diem ibi clausit extremum. Qualis porro quantusque vir Masonius fuerit, satis ut arbitror declarabit ipsius vita, cuius summam exhibeo. Natus in regno Neapolitano, Societatem sacerdotio initiatu, nec leviter scientia canonum tinctus, iniit. Altiora studia confecit in Collegio Romano, pactusque vitae comitem, et studiorum sodalem sanctissimum juvenem Aloisium Gonzagam, mirum ut ejus tunc exemplis ad pietatem incenderetur, ut ejusdem recordatione in omni deinde vita ad perfectionis studia se incitaret. Profectus ab Urbe Goam, atque hinc ad exortivas maris Indici oras traductus, Amboinum aliasque circumiacentes insulas per annos triginta excoluit, ea sanctitatis fama, ut Hispani redditum sibi Franciscum Xaverium dicent. Magna per id tempus rerum inclinatio contigit in iis insulis per causam belli, quod inter Batavos et Hispanos ardebat. Multae variaeque bellum fuerunt vices, magna item patientiae materia Masonio oblata. Potiti Amboino Batavi, promiserant sua omnia catholicis salva fore; at mox fracta fide expilare tempa, crucis et altaria suffringere, divorum imagines foede violare coepérunt. Indignitatem non tulit Masonius, iisque perfidiam sacerdotali libertate exprobavit. Ob id capit, ac tetro primum includitur carceri. Cum vero ex ipsis vinculis liberimam efferre vocem non cessaret, navigio fragili impositus cum tenui panis et

359.
Nova Societatis
sedes in visita
Nigrorum. Res
ibi primo anno
gestae.

360.
Mors P. Lauren-
tii Masoni, ejus-
que vita in com-
pendium redi-
cta.

aquaes mensura, mari committitur procelloso, certum in naufragium furente vento preferendus. Tamen, cursum dirigitibus superis, delatus ad Insulas Philippinas portum Zebuanum incolumis tenuit. Hinc rursum navigavit in Molucas insulas, quarum de imperio Batavi cum Hispanis certabant; utque tum forte Hispani militarem expeditionem parabant in Ternatam, iis se comitem junxit, et inter belli pericula adjutorem. Excensione facta, devenerant Hispani in conspectum hostium, stabantque jam ex adverso directae acies in pugnam paratae. Masonius intervolitus ordines, et Christi signum ostentans sublime, victoriam militibus auspice Deo certam promisit, quam re ipsa levi commisso, proelio retulerunt, Ternata in potestatem recepta. Eo proelio capti cum fuissent Batavorum plures, conjectique in vincula, vinctos Masonius invisebat identidem, oblitusque injuriarum quas ab ipsis accepérat Amboini, muneribus interdum, semper verbis amanissimis solabatur, ea charitate, quam ipsi mirari ac laudare cogebantur, licet catholicae Religionis, ac Societatis praesertim hostes. Denuo exercitum sequi jussus, proeliis, quae plura diverso marte commissa sunt, interfuit, non ut spectator otiosus alieni discriminis, sed ut minister sacrorum, et virtutis bellicae extimulat. Gregarios inter milites quasi unus ipsorum versabatur, solis patiens ac pulveris, laboris ac periculi omnis particeps; accurrensque in omnem partem, saucios cadentesque sacerdotali ministerio expiabat, integros ad rem fortiter gerendam incendebat. Illum hostes praeccipuo insectabantur odio, quaerebantque prae cunctis unum ad necem. Tamen, protegente Numine, medius interdum inter eos, nec observatus evasit. Tot laboribus periculisque defuncto quies tandem aliqua, velut emerito militi, debebatur. Itaque, etsi agrum Molucensem, ubi tanta agendi ac patienti seges, invitissimus relinquebat, tamen majorum imperio in Philippinas insulas se recepit, ac Manilae quod reliquum vitae fuit exegit. Et nihilominus hic quoque totos annos novem ita vixit, ut nihil minus quam quiescere videbatur. Non alio certe fruebatur otio, quam quod piis lectitandis libris, aut divinis rebus meditandis inveniebat. Caeterum poenitentes audire pro confessione, consulentibus responsa dare, laboriosissima queaque ac despiciatissima collegii munia obire perrexit usque ad extremum, viribus licet senio attritis, ac multiplici valetudine debilitatis, donec diuturno ac per molesto morbo consumptus occubuit XIV. Cal. sextiles, anno aetatis suae quinto ultra septagesimum, ab inita Societate quadragesimo nono. Mortuo tota fere civitas, ut homini sanctitatis eximiae, funebria justa persolvit. Sed de rebus Asiaticis satis multa.

361.
RES PARAQUA-
RIAE.
*Nova Brasiliens-
sium irruptio in
Guairanam. Duo
oppida dissipan-
tur.*

Ex Americanis primum sibi vindicant locum Paraquarienses, minus illae quidem jucundae, sed scitu dignissimae, et ad posteritatis memoriam transmittendae. Ad eas igitur stylum, aegre tamen, nec sine horro aliquo transfero. Reparari ex parte cooperat Guairanae clades luctuosa, de qua dictum anno praeterito, et jam Patrum cura studioque Neophyti pariter ac Catechumeni, quos ille turbo disperserat, iterum in oppida colligebantur: cum irrupere denuo e Brasilia mortalium pessimi Paulopolitae, denuo neophytorum coloniis insidiari coepere, ac totam luctu caedibusque provinciam complevere. Primos eorum impetus exceptit oppidum S. Pauli, in quo P. Joannes Suarius curabat. Affuere cum infesto agmine saevi praedones, nonnullos oppidanorum crudeliter pemerunt, turbam caeteram metu consternatam catenis oneraverunt, et in servitatem miserrimam abduxerunt, reclamante frustra Suario, frustra immanitatem coarguente. Hinc ad oppidum Incarnationis haud ita longe veniebant, sed praemoniti oppidani, partim in oppida remotiora, partim in saltus circumpositos difugerunt, et vacuum oppidum reliquerunt. Sic duae recens institutae neophytorum coloniae, quae numero incolarum et pietate florebant, momento eversae ac dissipatae. Audiit de his P. Antonius Ruizius de Montoya, sociorum in Guairana praeses, qui tum forte rem apud Gualacos agebat; et satis sciens eo advenisse animo latrones improbos, ut quantum usquam esset indigenarum interciperent, abriperentque in servitatem, omissa tantisper Gualacorum eura, contendit ad oppidum Incarnationis desolatum, et tristibus ruinis illacrymans.

362.
*Curae P. Ruizii
de Montoya pro
reliquis neophy-
torum coloniis
irritae.*

Rimari vicinas sylvas, quosque metus fugaverat colligere, reducereque in unum festinavit. Tum ubi turbam coaluisse videt eo numero, qui novae constituedae coloniae sufficeret, eam P. Paulo de Benavides tradit ducentam Villaricam, urbem munitam Hispanorum, ac certo prope urbem loco collocandam, ubi deinceps tuto posset consistere, quippe futura in oculis militum Hispanorum, qui eam, uti sperabat, contra grassatorum injurias tutarentur. Satis deinde non habens uni consuluisse populo, ut caeterae quoque gentis securitati consideret, P. Franciscum Diastaniū ad Praetorem Paraquariensem legat, petitum adversus Paulopolitas auxilia, quae nisi in tempore submitterentur, brevi totam pervastandam regionem, ac mera[m] tristemque solitudinem in Guairana relinquendam prospiciebat. Suas quisque partes, Benavidius Diastaniusque, prompte ut jussi fuerant peregerunt, sed exitu parum prospero. Diastaniū de Guairanae periculo disserentem risit aversus Praetor (is erat Ludovicus Cespedes, vir claro ortus genere, sed Societati nostrae, ut minime dicam, parum amicus) vanum affirms quod tantopere jactaretur periculum. Confungi haec ab Jesuitis scilicet, sive ad quaerendam sibi apud rude vulgus gratiam, sive ad conflandam regis magistratus invidiam. Veteres eas artes esse, et satis notas. Quibus superbe pronunciatis, quod rogabatur de auxiliis obstinate repulit. Deteriorem habuit successum expeditio Benavidii. Turbam, de qua dixi, ex praescripto Ruizii exposuerat in puro ac patenti prope Villaricam solo, futuram deinceps sub Hispanorum tutela. Verum hi, quos Paulopolitarum hostes ultoresque esse oportuit, imitatores fuere, ac tanto deteriores, quod fidem publicam, sanctum vel apud barbaras gentes nomen, insigni perfidia prodiderunt. Quippe paratam ut consperherent praedam, in eam se accipitrum more effudere, miseros, inermes, nihil adversi suspicantes Indos oppressere, ac servituti tanquam empta mancipia adixere. Nihil ad emolliendam hominum inclemantium preces Benavidii, nihil lacrimae valuerent.

His nunciatis rebus, tum vero abjectit animum Ruizius, ut in re penitus desperata. Quid enim superesset spei, quando in Indorum perniciem conspirabant ii quoque, quos praesidio esse oporteret? quis deinde silvestribus hominibus persuaderet, ut sive regii patrocinii prodire vellent et suis latebris, et ad civilem cultum professionemque christiana Religionis transire, cum ipsi tam foede prodebantur neophyti, hinc a Brasiliensibus, inde a Castellanis, christianis utrisque, et eidem subjectis regi? Haec secum reputans Ruizius, dolore justo gravique incensus, Diastaniū properare jubet ad Provincialem Praepositum Vasquium Truxillum, qui tum forte apud Paranenses agebat, quaque accidenter ei referre, nempe ut videret ipse pro sua prudentia in rebus tam afflictis quid facto esset opus. Juissa Diastanius fecit. Vasquius tam tristibus nunciis pro eo ut dignum erat commotus, primum ipsi negotium dat Diastanio, ut quam celerrime Chuquisacam usque se conferat (urbs ea est Peruviae praeципua, quam vulgo Platam Hispani vocant), deque statu rerum Guairanensis Regium quod vocant Auditorium doceat. Cum tribunal hoc esset ordinis altioris, ad quod respectum habere debebat Praetor Paraquariensis, inde afferendam rebus prope perditis opem confidebat. Tum ipse in Guairanam proficiscitur, inspecturus coram tristissima rei christiana vulnera, ac de remedio, si quod adhiberi in praesentia posset, ex loco ac tempore consulturus. Ecce autem, Villaricam dum appropinquit, trepidis supervenientibus nuntiis admonetur, Paulopolitas Tupicosque auxiliares cum ingenti agmine ulterius progredi, et jam oppido, cui a S. Xaverio nomen, imminere. Colonia ea erat frequentissima, familiis constans fere mille et quingentis. Capita censebantur ad duodecim millia, christiani omnes, et, quod maius, in tota provincia bonus Christi odor. Hoc impensiore cura Vasquius succurendum oppido existimabat. Adit ergo Praefectum Villaricanum. Demonstrat, modeste quidem, sed tamen libere, quantam sit incursum invidiam, quantam aspersurus nomini suo labem, si neophytis eo numero, ac tanta in Regem fide, in tali ipsorum tempore per desidiam desit. Rumpat moras, expediāt arma

363.
Praetor Para-
quariae ejus po-
stulata relict
cum contemptu

364.
Hispani milites
Brasiliensium
perfidiam imi-
tantur.

365.
Provincialis
Praepositus o-
pem exposcit Re-
giū Auditorii in
Peruvia.

366.
Auxiliū impe-
trat a Praefecto
Villaricano, sed
nullo effectu.

raptim, periclitantibus auxilio eat. Se, quantum conditionis suae ratio pateretur, laboris et periculi socium fore. Valuit oratio. Praefectus, sive infamiam, sive Regis indignationem metuens, cogit continuo quidquid erat hispani militis Villariccia, adjunctisque indigenarum mille sagittaris, ad Xaverianos contendit. Eodem praeceperit breviore per adversum amnem Tibaxivam itinere Vasquius. Sed jam profligata res erat. Nimurum praedones scelerati, vacuum nacti oppidum, et de latebris in quas oppidanii se abdiderant per exploratores edocti, partem multo maximam comprehendenter, vinculisque onustam abduxerant. Liberari nihilominus poterat infelix turba, si Praefectus Villaricanus quo decuit animo ac virtute rem gereret, et quod ducis erat praestare vellet. Adhuc enim in proximo consistebant raptiores improbi cum omni praeda, et erant Hispani aut superiores numero, aut certe non impares. At homo vecors, vix inchoato proelio, unum suorum ut vidit sauciatum, alterum interfectum, receptu cani confestim jussit, nullisque deinde Vasquii precibus sibi persuaderi est passus ut in pugnam rediret. Ita tot millia neophytorum, magno scelere proditi, aut deserti per ignaviam ab iis, a quibus fuerant tuendi, in Brasiliam ad servitatem miserrimam deportati fuerunt. Soli ex eo numero vincula effugerunt trecenti, sociorum qui aderant industria clam e manibus praedonum recepti.

367.
*In servitutem
abripiuntur neo-
phyti ad multa
millia.*

368.
*Patrum in eo-
rum digressu in-
credibilis moe-
ror.*

369.
*Eorum consulta-
tio ad praecava-
da futura mala.*

370.
*Dicernitur neo-
phytorum trans-
migratio ex
Guairana ad lo-
cra remotiora.*

Quis jam Patrum in eo tam tristi casu dolorem ac luctum satis digne explicaverit? Sua sibi scindi quodammodo lacerisque viscera sentiebant, cum tantam, tam lactam sobolem, quam in Christo generuant, quam tot suis laboribus periculisque educaverant, atque in hunc statum adeo florentem perduxerant, momento abripi dispergique cernerent. Vicissim neophyti Patres olim suos carissimos, nunc proditores, ut putabant, inhumanos, taciti respectabant, sed ipsis obtutibus silentioque amarum in modum exprobabant iis perfidiam, quorum causa his mersi malis invenirentur. Atque aliquis, catenas quibus gravabatur ostentans: Non haec sane sperare jubebatis, inquit, cum nos pellacibus blanditiis, ac promissis ingentibus, abstrahere a nativis sedibus, adducereque in oppida conaremini. Haecce illa securitas? Haecce, quae tunc spondebatis, sub aquissimo Rege ampla bona? Quibus quam alte ferirentur nequaquam haec commerit Patres, majus est quam ut ullis consequi verbis queam. Neque vero sterili dolore tantum ac lacrymis turbans aerumnosam sunt prosecuti, sed nihil omnium omiserunt, quo vinculis eam eximerent, et pristinam in libertatem assererent. Ad latronum pedes se abjecerunt, obstestationibus lacrimisque sibi ut redderentur filii alumnique sui optatissimi, pugnaverunt. Ausi sunt irruere medios in hostes et vim quadamfus facere. Districti vero gladios, et ignea tela intentantibus pectus nudum obtulere, minime recusantes pulchram pro ovibus suis mortem, ut bonos Pastores decuit, oppetere. Omnia demum experti frustra, quando de his actum erat, ad servandas saltem caeteras neophytorum reliquias animum converterunt. Apparebat namque, ut se dabant res, nunquam quieturos rapacissimos vultures, donec essent in Guairana qui raperentur. Et siquidem pro certo sumebatur, adversus latrocinia Brasiliensium nihil in Hispanis fore praesidii, consilio habito, quae situm est inter Patres, an saltē ipsis neophytis satis inesse virum ad resistendum latronibus, possentque illatas vim vi repellere. Post multa in utramque partem disceptata, vicit negans opinio. Etsi enim longe superabant Indi numero, pugnandi dissimillima ratio erat, cum hi eminus leves tantum contorquerent arundines, casso plerumque ictu, Brasilienses contra pyrobalistis certam necem longissime jacularentur; illi rursum meritis e duriore materia palis ac sudibus, hi hastilibus ferro praefixis, gladiisque cominus decertarent. Ex quo sequebatur, ut pauci mactare multos possent impune, nec quantovis numero Indi Brasiliensium impetum sustinere illo modo possent.

His omnium consensu probatis, unum ergo relinquebatur, ut neophyti periculo subducerentur, ac ne ultra patenter praedonum incursionibus et injuriis, ad remotiora loca exportarentur. Atque in hanc prorsus sententiam consentientibus animis itum est. Coloniae supererant in Guairana septem adhuc intactae,

et praeterea Jesu-Marianam; anno superiore, ut vidimus, desolatam, P. Simon Mazeta ex Brasilia redux ita refecerat, ut a frequentia ac splendore pristino haud multum abesset. Ex his unam dissolvit placuit, cui a S. Josepho nomen, incolis in alia oppida distributis. Duas inter Gualacos recens conditas satis tutari videbatur locorum asperitas, ac ferocitas gentis. Ignatiana et Lauretana, omnium antiquissimae, quod abessent longius, extra periculum putabantur in praesens, ac prudenti id quidem judicio, sed, ut infra videbimus, falso. Summa ergo curarum incubuit in tres reliquias, S. Michaëlis, S. Thomae, ac Jesu-Mariae, quae intra fines Tjabobensis erant, et venientibus ex Brasilia primae occurrebat. De his constitutum, ut infra lapsum Paranae traducerentur. Nempe hic annis, ubi ad certam mirae altitudinis crepidinem ventum est, praecipi alveo per praerupti montis latus ruens, subjectam in planitiem cum horrendo fragore desilit, quam deinde per immensum terrae spatium rigat, donec in flumen Argenteum influat. Placuit ea prae cunctis regio, tum quod ab hostibus remotior, tum quod aditu difficillima, tum praesertim quod in eo tractu aliae censemantur neophytorum coloniae, secus Paranae oram sitae, quae hosce exsules benigne, uti sperabatur, exciperent et adjuvarent. Ne quid interea suspectum a nostris temere, aut crita Regiorum Ministrorum voluntatem videretur, Provincialis Praepositus de toto negotio literas ad Platense Auditorium misit, ejus responsa expectatus, nisi praedonum festinatio et adventus praecox necessitatem imposuisset maturandae migrationis. Quae tamen cum excesserit in annum proximum, eam nos in proximum librum reiiciimus.

Cladem interea Guairanensem laetiora quaedam in aliis Paraquariae partibus compensavere. Illud memorandum in primis, quod Tapensium provinciam Evangelio hic annus aperuit, quo uno haud levis accessio rei christianae facta. Partet ea provincia in longum centum fere leucas, porrigiturque per continuos montes ab occidente ductos in Orientem, inter mare Brasilium et flumen Urvaicam. Valles subjectae montibus laeta pecori pascua subministrant. Humus rivis fontibusque irrigua, et cujuslibet seminis capax. Mores gentis, ut in illa barbarie, satis commodi, indoles bona, ingenium docile. Certe experientia docuit, nullum in hac australi America populum christianae legi aut capessendae, aut retinendae aptiorem isto esse. Sed ut regio nulla est tam beata, quae non proprio aliquo laboret incommodo, sic ista belluas praecipuae immanitatis alit, atque unam maxime, quae caeteras feritate vincit. Ao nomen illi est, forma oris, ungues dentesque tigridis. Occurrit sponte leonibus, eosque aut vincit, aut fugat. Unum deprehensum hominibus perfugium est, si proceris arboribus se committant, et in earum culmen evolent. Sed ne ibi quidem semper tutis esse licet. Nimirum bella improba radicibus interdum extirpat arborem, aut infra sedens expectat dum examinata fame praeda concidat. In eam acie instructa pugnare Indi solent, quae cum se imparem ad resistendum videt, recedit in lacum aut paludem (nam in aquis ut in terra vivit), atque inde, collectis aliquot suae speciei sodalibus, gregatim in hostem prorumpit. Si quam per insidiias Indi, aut justo marte mactant, ejus pellem tanquam ampla spolia induunt. Est deinde in silvis eximiae pulchritudinis avis, albi coloris tota, non terrori tamen, sed oblectamento hominum, quae sonum campanulae edit. Guirapum, id est avem sonantem, vocant. In iisdem silvis arbor visitur, copiosum imbrex fundere quotidie solita sub ortum solis. Ac ne matutinum rorem putes, siccae circum arbores aliae inveniuntur. Sed ut ad institutum veniamus, christianam fidem, ejusque praeconomem insignem Rochum Gonzalam excluderant Tapenses olim, non tam odio sanctae legis, quam nativae libertatis, cuius tenacissimi erant, amore. Postquam vero usu quodam et commercio cum neophytis vicinioribus divinam religionem quadantenus agnovere, eandem amaverunt, atque ultro doceri petierunt. Ad eos itaque progressi hoc anno patres Andreas Rua, et Petrus Romerus, non solum pronos ad fidem animos, sed etiam fabricatum ab ipsis templum, ubi sacra christianorum mysteria peragerentur, invenere. Romerus, praesenti habitu gentis, et maxime

371.
Locus iste constitutus infra lapsum annis Paranae.

372.
Tapenses qui sint, quae eorum regio, mores atque indoles.

373.
Religio inter Tapenses propagatur, oppida extollantur.

Casiquorum usu continuo septingentas et quinquaginta familias in unum contraxit oppidum, cui nomen a S. Michaële indidit. Successere postmodum in eandem plagam, partim secundo Urvaica, partim adverso Ibituito amne, PP. Christophorus Mendoza, Ludovicus Ernotus, Petrus Mola, et Paulus Benavidius, perque regionem distributi, sparsam late gentem plura in oppida coegerunt, et multa hominum millia vel sacro fonte expiarunt, vel inter catechumenos receperunt. Eretcae passim cruces, templa condita, compositae in urbis modum casae, publica res suis magistratibus legibusque munita. Tria constituta sunt primum oppida, quibus a D. Thoma, a Nativitate Virginis; a S. Theresia nomen factum. Progressu temporis ad decem usque excrevere. Sed de his erit alibi dicendi locus.

^{374.}
Acta nostrorum
inter neophytes
Urvaenses tue
saeviente.

Crescentibus in hunc modum neophytorum coloniis inter Tapenses, multum de sua frequentia amiserunt quae pridem ad Urvaicam fuerant constitutae. Mali causa lues pustularum, quae late diffusa magnum mortalium numerum absursum. Est id morbi genus in ea terrae plaga frequens et exitiale. Contagione serpit, utque angustissime habitare, in gurgitis verius quam domibus, Indi solent, statim atque unum corripuit lues, totam plerumque familiam sternit. Eos deinde curandi difficillima ratio est, cum propter medicamentorum inopiam, tum praesertim quod longe dissitis plerumque locis degunt, nec adiri nisi perincommodo itinere per vias impeditissimas possunt. Ita namque usu receptum est, ut diebus festis neophyti in suum singuli oppidum ad religionis officia conveniant, caeteram vero hebdomadam quicunque aetate valent ac viribus, procul in excolandis agris, ac facienda semente transigant. Nunquam certe gravior incumbit Patribus labor, quam cum populum ex his aliquem ea pestis invasit. Tunc delectis neophytis mandant, ut de omnium statu diligenter inquirant, et ut quemque morbo corruptum audierint, ad se referant. Officia deinde dividunt. Aliis providendi comportandique ad aegrotos cibaria, aliis comparandi pro iisdem pharmaca, secandi venam, aut alias ejusmodi curam imponunt, utque omnia cum fide administrentur vident. Ipsi ad unumquemque aegrotantium accurrunt, moribundos ultimis sacramentis muniunt, catechumenos baptismō impertiunt, mortuos christiano ritu componunt, eaque tam continuato interdum labore, ut spatium respirandi non habeant. Jam nihil istorum inter Urvaenses omissum est. Cecidere Caasapaminis plus septingenti, Tabativiensium quingenti, Ibitiraganorum trecenti, Caaorensum fere totidem, par ubique strages pro numero incolarum fuit. Ne unus quidem vitae praesentis aut futurae praesidiis destitutus decessit. Quod cum charitati et industria Patrum, tum etiam aliquot praestantium neophytorum virtuti tribendum, qui se Patribus pii laboris comites et ministros praebuere. Eminuit in his Vincentius Japujus, olim Casiquitus potens, et Niezuvianae factionis in caede P. Rochi Gonzali particeps; sed jam facti poenitentes in tantum, ut inter Caaorense praecipuum innocentiae ac pietatis laudem ferret. Sacro fervens ardore neophytus, ut primum grassari lues coepit, totum se juvandis aegrotis devovit. Villas vicosque circumpositos perpetuo percursabat, cibos aptos et medicamenta circumferebat, nulla re languentibus deerat. Si quos vero periculosius decumbentes invenerat, eos, ad minuendum laborem Patrum, suis ipse humeris in oppidum exportabat, et Patribus expiandos offerebat. Accidit post longam circuitionem ut morientem inveniret suam conjugem. Eam similiter in ulnas sustulit, ac collo implicitam deferebat in oppidum, cum illa medio in itinere, quod erat salebrosisimum, defecta viribus expiravit. Eo casu propositum non mutavit Japujus, sed perrexit magno animo uti cooperat institutum exequi, donec tot tabidorum corporum attactu tabem' eandem traxit, ac paucis diebus occubuit. Morti proximus, ut qui recte factorum conscientia erigeretur, et vitam meliorem spe certa praecipiiebat, nihil de se, multum de suis populibus angi visus. Itaque vel tum Patres, qui adstabant, Josephum Oregium, et Franciscum Ximenium, admonuit de quorundam periculo, qui gravi pressi morbo sacerdotis ministerio indigere videbantur. Ad eam nimurum virtutem fingeabantur ibi christiani, homines aliqui paulo ante rudes, inculti, barbari, ac feris bestiis, quibuscum vivebant, parum absimiles.

^{375.}
Neophytorum
exinia charitas
erga aegrotos, et
unitus praeser-
tim.

Et vero tantam, tam brevi factam morum ac vitae commutationem mirari coactus est Episcopus Paraquariensis inter neophytes Paranaenses, quorum eodem hoc anno oppida inspectum venit. Venientem excipendum curarunt nostri cum ingenti honore, et pro locorum paupertate splendide. Quocunque adventabat, ericti conspiciebantur frondosi arcus, complanatae viae, floribusque conspersae. Obviam effundebantur populi, abjectique in genua, subeunte Pontificem laeto captu salutabant. Ipse, dies aliquot in uno oppido commemoratus, dum res omnes, quae sui erant juris, perspexisset, sacramento confirmationis administrato, in aliud migrabat. Res ubique optime ordinatas reperit. Ubique magnam inter neophytes innocentiam, pietatem, concordiam et singularem in peragendis Religionis officiis diligentiam est admiratus, praecipue vero tantam christianaæ doctrinae peritiam, quantam in hominibus recens a superstitione traductis non sperabat. Templorum etiam nitorem, supellectilem, ut in ea rerum inopia, laetam prolixè laudavit; nec parum delectatus est concentu musico, qui in sacris caeremoniis adhibebatur, scito admodum et eleganti, qualem nec Europæi cultiores aspernarentur. Ita demum rebus probatis omnibus, gratias ingentes egit Patribus, qui suas ita pascerent oves. Et quamvis Societati haud multum addictus, praeclarum ei tamen testimonium dedit, cuius unice opera atque virtute tam laeta sobole auctum esset Christi ac Regis imperium. In eandem mox sententiam ad Règēm catholicum scripsit, affirmans vidisse se neophytorum oppida, Jesuitarum industria nuper ad Paranam flumen condita, eaque sic instituta reperisse, ut nihil amplius posse desiderari in bene cultis civitatibus videretur.

Nec minus interim in Peruvia novis populorum accessionibus Christi grec augebatur. Duos præ caeteris hactenus inaccessos et immanitate intractabiles, Christo subjecerunt hoc anno homines nostri, quod quo pacto sit factum paulo distinctius exponentum est. Oppidum erat in Parianga provincia Hispanis, Indique frequens (Chavino nomen), quo ex oppido brevis patebat aditus ad Panataguajos, Carapaccios, Tuinticanos, aliasque finitimos barbaros, qui regionis interiora habitabant. Is locus proferendo Christi regno opportunus cum videretur, loci paroeciam Limanus Archiepiscopus Societati committendam censuit, in idemque consentiente Prorege Chinconii Comite, re ipsa commisit. Ejus possessionem primus adiit P. Petrus de Sylva cum binis sociis. Nam latissime fundebantur paroeciae fines, pluresque complectebantur longe inter se dissitos vicos, nec in tanta locorum vastitate rebus administrandis par unus erat. Sylva igitur, statu rerum inspecto, et quibusdam compositis domi negotiis, quae praesenti providentia indigebant, ad accolas ethnieos adjecit animum. Primo occurabant loco Carapacci, gens effera, nihilque civilis cultus habens, quod ex ipsa corporum nuditate colligeres. Aberant millia passuum ferme sexaginta, praeruptisque se tenebant jugis, non nisi per montes invios, coenosas convales, torrentesque rapidos adeundi. His nihil territus Sylva, misso neophyto illuc suae voluntatis interprete, admonendos curavit primores gentis, esse Chavimum recens advectum Jesuitam ipsorum cupidissimum, qui quaedam cum ipsis communicata vellet. Mitterent proinde e suis aliquos, nihilque expavescerent. Ipsorum maxime interesse ne id colloquium detrectaret. Nuncio illecti barbari, et quod multa saepè atque praeclera de nostris audierant, praesertim de effusa ipsis erga omne genus mortalium beneficentia, viros seligunt et suo corpore viginti tres, qui Chavimum excurrant, Patri obsequium et munera deferant. Advenerunt hi, quod plane insolens, nullis instructi armis, et quamvis nudi, pudori nonnihil consuluerant, brevi quadam sibi inducta fasciola. Versicolores e plumis avium cristas imposuerant capiti, quae tota illorum ostentatio et pompa. Ut fuerint in conspectu Patris, genua posuerunt humi, eumque manus osculo salutaverunt. Tum munera protulere, pineas nuces, mel, et certum gossipii pondus. Pater, muneribus peramanter acceptis, ea sibi quidem pergrata esse dixit, multo gratiorum tamen ipsorum animum ac voluntatem. Ac plura in eandem sententiam elocutus, quiescere tum quidem ab itinere fatigatos jussit, audituros postea quid ipsis vellet. Septem

366.
Parauariae Episcopatus oppida Paranaensium illustrat. Ejus testimonioum de ipsis.

377.
Rex PERUVIAE. Chavinensis Paroecia Societati committitur.

378.
Patrum artes ad devincendos siti barbaros Carapaccios.

omnino dies ibi substitere, quo tempore Pater nullum benevolentiae officium omisit aduersus eos. Non solum laute pascendos curavit, sed industia singulis e tela cannabina crassiore providit, quae illi cupidissime induerunt, haud secus eo gloriiantes amicti, quam si sericum auro argentoque intextum induissent. Addidit munuscula quaedam, pectines inprimis ad explicandum capillum, cultello, acus, et parva e vitro specula, in quibus semet intuentes, attonti haerebant primum, mox in risum solvebantur adeo effuse, ut insanire prece gaudio viderentur. Ad extremum discessuris quid sui consilii esset aperuit. Atque illud praefatus, gentem Carapacciorum sibi carissimam contra aurum esse; at eam, adjectis, caecis errorum tenebris misere involutam inveniri, nullis vitae hujus commodis frui, et ad haec in exitium ruere sempiternum, quis aequo ferat animo? Miseratus ego itaque vestram miserrimam vicem, statui duos e meo Ordine ad vos mittere, qui communiter apud vos degant, vobisque non caelestem modo Christi doctrinam sed varias etiam bene ac beate vivendi artes tradant. Jam, siquid ego merui, si probatis hoc meum bene de vobis merendi studium, vestrum erit efficere ut quos ego mittam benigne et hospitaliter excipientur. Id vobis apud vestrates agendum est. Id ego a vobis etiam atque etiam postulo. Responsum est, nihil futurum in se moriae quin jussa exsequerentur, et pro certo habere gratum genti universae fore adventum Patrum. Se praeterea datus operam ne quid illis ad vitae usum decesset. Quae prolike polliciti, laeti ad suos alacresque recessere. Nec sefellerunt fidem. Paucis interjectis diebus, affluere ex eadem gente alii cum mandatis, ut Patres ad maturandam profectionem urgerent. Eos in magno apud suos desiderio et expectatione esse nunciabant. Cum ergo satis explicata viderentur omnia, Sylva nihil ultra cunctandum censuit ne meditata expeditio suscepseretur.

^{379.}
*Duo Patres ad
Carapaccios pro-
ficiuntur.*

Commodum per eos dies Chavinum e Missione Guanucuana devenerant PP. Bartholomeus Mexia et Antonius de Aguirre, viri strenui, et ejusmodi experientes rerum. Hi oblatam sibi pulcherrimam occasionem Evangelii propaganti, nonnullis secum assumptis neophytis regionis et linguae peritis, ad Carapaccios iter capessunt. Non est ut referam quanti laboris fuerit istud iter. Tres continenter dies per aspera et ignota locorum progressis, luce quarta, quae erat Christo in caelum ascendentis sacra, apparuere humiles barbarorum casae, per convexum abrupti montis sparsae. Eminebat una recens extorta, et in modum sacrae aedis conformata; quae res spem Patrum et alacritatem magnopere incendit. Ut ventum proprius, parvum instruunt agmen, et ritu supplicantium procedunt. Praeferebatur imago divinae Matris affabre picta, omnes voce contenta solemnes ejus invocationes concinabant. Exciti cantu indigenae accurvunt, visendi, salutandi postulandique studio, ac prope aedem sacram in genua provoluti consistunt. Mexia, paratam concionem magno suo gaudio nactus, ex ipso aedis vestibulo intendit vocem: qui sit, unde, qua causa venerit, brevi oratione docet. Rogat ad extremum, num eo sint animo ut velint se ac sodalem suum docentes audire, et christianorum sacra suspicere. Succlamatum est miro consensu, docerent quae vellent: se ab eorum auctoritate arbitrioque non recessuros, et velle omnes Deo proprio in Christi militiam inscribi. Tantum ne se post breve tempus desererent. Id enim metui unum, id sibi acerbissimum fore. Delectatus responso Pater, bono sint animo jubet. Si modo ipsi dociles se praebuerint, Patrum aliquem nunquam eorum necessitatibus defuturum. Tum aedem ingressus, propositis in ara Christi crucifixi signo, et B. Virginis picta effigie, rem divinam solemnii ritu fecit, adstantibus summo silentio Ethnicis, et caeremoniarum dignitatem admirantibus. Ab hoc sacrae Missionis exordio institutum, ut bis diebus singulis in aedem sacram indigenae convenient. Aderat unus Patrum, et christianorum institutiones lingua vernacula, cuius periti ambo erant, ad ipsorum captum enarrabat. Tantis brevi profectus existit, ut Religionis mysteria legesque probe tenerent plerique. Tamen adultis, ob inolita vita, baptismus protrahebatur. Solummodo post duos menses, die festo Virginis in caelum assumptae, cum

^{380.}
*Sacrae Missionis
fructus inter eos.*

huc advenisset Chavino quem supra nominavi P. Petrus de Silva, eo praesente atque approbante, baptismo consignati sunt centum et quinquaginta, primitiae messis multo uberioris, quea annis sequentibus ex eodem solo collecta est. Praeclarum illud quoque, quod interea docebantur homines aequi ignavi ac rudes agrum colere, sementem facere, gossipium, cuius est ora ferox, nere, texere, aliaque vitae commoda sibi comparare. Et optimo id quidem consilio: nempe ut ipsi in suscepto vitae proposito confirmarentur, tum etiam ut talium comeditatibus objectu ad idem institutum allicerentur etiam finitimi. Quod ita evenisse sequens narratio monstrabit.

Ab hac Ascensionis colonia (namque id illi nomen a die suae institutionis inditum) aberat iter quatrudui alia barbarorum natio, quos Tuinticanos vocabant. His ingenium multo quam Carapacci vividius; at veteres cum illis inimicitiae, quas mutuis subinde cladibus exercabant. Mexia de istorum quoque salute sollicitus, et facile ad Christum adducendos ratus, si modo daretur colloquendi copia, nuncium ad eos misit rogatum ut ipsorum aliqui ad se venire ne gravarentur. Quod consilium eo spectabat, ut paucorum animos eblandiretur primum, per eosque deinde ad caeteram gentem aditum sibi ac Religioni aperiret. Legationem commisit Joanni cuidam de Sala, probatae fidei virtutisque neophyto, indidem nato, qui jamdui Patrum ministerio totum se addixerat. Neque hic sibi aut officio defuit, sed perdiu nullo effectu. Addubitarunt initio Tuinticani num Salae habenda fides esset, et quidam proditione suspicabantur, qui ementito Patrum nomine adducere eos vellet in terram hostilem, impune mactandos scilicet telis inimicorum suorum. Demum, ut Patres adire multi percuperent, eos tali convenire loco animum non inducebant, idque palam profitebantur. Ad ea reponebat Sala, Carapacciis post susceptum baptismum aliam inesse mentem, aliam indolem. Christianis odio esse neminem, omnes loco fratrū ac numero haberi. Irent secum nullo metu. Se vadem pro ipsis, se obsidem inter ipsis fore, suo luiturum capite si quid adversi contingere. Valuit haec ad extremum oratio. Imposito igitur sibi quatuor dierum viatico, in viam se dederunt e Tuinticanis non duo tresve tantum, quod erat satis, sed omnino octo supra septuaginta, eo nimirum numero, ut tueri se, si vis intentaretur, possent. Eodem consilio sua secum arma, oblongas e durissimo ligno sudes, in hastarum morem acuminatas (nam ferri quod praefigant nihil est) detulere. Et jam ad Ascensionis coloniam devenerant, cum sub ipsum adventum conspicati occurrentem sibi neophytorum globum, stetere in armis instructa ad pugnandum acie. Is animis insederat doli metus. Sed accurrens cum inermi turba Mexia, et inclamans: Non hostes videtis, inquit, hospites, sed fratres, quibus communis yobiscum in caelo Pater est. Et ingressus in sermonem de charitate christiana, deque pacis et concordiae bonis, his pariter atque illis suavit ut illas ultra citroque injurias sibi invicem condonarent, foedusque praeteritorum oblivione sancirent. Primi paruerunt Tuinticani, projectis humi hastilibus in pacati animi argumentum. Tum utrinque ruitur in amplexus et oscula: quo finita odia, et utraque mutuam in gratiam reconciliata gens est.

Triduum post haec inter Carapaccios Tuinticani manserunt, omni officio ac liberalitate a neophytis culti, a Patribus etiam munusculis, per se levidensibus, sed magni apud illos pretii, donati. Magna iisdem injecta species christiana Religionis, quam nisi amplectentur, aeterna sibi post mortem supplicia esse parata intellexerunt. Nec parum eos perculit quam hoc medio tempore inter neophytes observarunt vitae ratio, sane nova, et multo quam antea commodior honestiorque. Non enim, ut prius, per otium atque lasciviam, non inter ebrietatem et rixas, non in foeda nuditate ac sordibus, probrosam ac miseram agitant vitam. Sed magna in communī quies atque concordia, inter Religionis officia et quotidianas labores partitae omnium vices, utilium copia, vestitus decens, compositi mores, bene ordinatam Rempublicam referebant. Mirum id porro inuentibus, magnopereque expetendum videbatur. Quare Mexiam circumsistentes orant, ut quando ipsi haud cunctanter ad eum vocati venerint, vicissim ipse ne

Tom. II.

71

^{382.}
Tuinticani ad
Pateris invitati
se conferunt.

^{383.}
Cum Carapacciis
conciliantur.

^{384.}
Ipsum ex Patri-
bus in suam re-
gionem evocanti.

385.

*Ad eos progre-
dior P. Bartholo-
maeus Mexia.*

renuat in suam regionem una secum excurrere, quae inter Carapaccios tanto eorum bono praesertim set, eadem inter Tuinticanos incepturus. Nempe se quoque velle christianos fieri, et ad similem vitae formam componi: Ille qui nihil mallet, minime se difficilem praeceperit. Relicto igitur ad gregis custodiam Aguirrio, comitem se discedentibus junxit, perque densa nemora et confragosas rupes, difficillimam emensus viam, quarta die sedes eorum attigit. Andalapao nomen erat loco. Solum fertile herbarum ac sponte nascentium fruticum, et cuiusvis semi-nis, si colerentur, capax. At ob incolarum inertiam rerum, quas vitae usus postulat, summa inopia. Ad haec dira caeli gravitas, et ex stagnantium aquarum copia vix credibilis culicum vis et intoleranda molestia, quorum effugere mortis nullo modo posses. Caeterum gentis mens bona et experrectum ingenium. Mores etiam, ut in illa barbarie, non incommodi.

386.

*Res ibi gestae fe-
licitate.*

387.

*P. Mexia mor-
bum ex labore
immodico con-
trahit, et discede-
re cogitur.*

Delatus illuc sacerdos exceptusque paganorum ingenti gratulatione, primam curarum intendit ad excitandum in honorem Numinis templum. Formam ipse descripsit in puto ac patenti solo, operarum laborem consilio manuque juvit. Dein, confecto ex rudi materia, ut illic mos, aedificio, cui ab Assumpta Virgine fecit nomen, doctrinam Christi explicare populo concurrenti coepit. Ut erant homines non animo minus flexili quam perspicaci ingenio, facile Religionis mysteria condiscabant, et ad servandam legem sanctissimam adducebantur. Verum inter haec Mexia et recenti fractus itinere, et immodico labore pressus, in ipso impetu agendarum rerum decumbere cogitur, tertiana correptus. Decumbenti asidebant dies noctesque fidi neophyti, quodque illic blandimenti genus est, eidem genas identidem leniter percutiebant manu, amorem illi suum quo poterant modo testantes. At praeter radices quasdam ferventi aqua maceratas, nihil offerebant exquisitoris cibi, quo maxime indigebat. Medicus erat nullus, nulla pharmaca. Lectus perincommodus, domus seu mapale verius, ventis pluviisque patens; et super haec atrox a culicibus tormentum et inevitabile. Cum ergo morbus in longum traheretur, visum illi viam priorem relegere, seque sua per vestigia rursum ad coloniam Ascensionis recipere, ubi, si non mali remedium, at saltem animi levamen aliquod inveniret in affatu et consuetudine sodalis sui Aguirri. Nec secus quam constituerat fecit. Aeger licet et longa aegritudine debilitatus, captato die inter recurrentes febres medio, bene precatus caro gregi, itineri longo aspero que se pedes commisit. Discedentem magna complorazione questeque prosecuta gens omnis est. Et quidam desiderium tam cari capitis non ferentes, illi se vias comites ultro praebuere, tum ut laborem itineris praesenti ope levarent, periculisque adessent, tum vero maxime ut Patrem ac Pastorem suum, simul ac conyaluisset, ad se reducerent.

388.


*Obitus et elo-
gium P. Joannis
de Castro.*

Felicior illo P. Joannes de Castro, quem aetate adhuc florentem ac viribus labores apostolici peremere, ac caelo, ut credere dignum est, intulere. Is, quamquam ingenio inter paucos excellens, altioribus studiis nuncium remiserat, sola contentus scientia morali, excusabatque factum ea causa, quod breve vitae spatium sibi praestitum sciret, idque tribuere totum vellet proximorum saluti. Nec falsus vates fuit. Obiit enim aetatis anno. trigesimo tertio nondum expleto. Sic cito exorsus opus evangelicum facere, jam primas partes inter dominici agri cultores ferebat. Sedes illi urbs Plata; campus laboris, non ea tantum urbs, sed tota circum regio fuit, quam maxima anni parte cum sacro ministerio percurrebat, non caeli intemperie, non itinerum difficultate deterritus. Huic tanto, tam continuato labore cum accederet mira in Deum pietas, paupertas summa, et abiendi sui studium inexplibile, passim sanctus audiebat vivens, et mortuo ut homini vere sancto ab universa civitate parentatum est. Causam morienti traxit ab halitu pestilenti Indi cuiusdam aegroti, cui peccata confidenti aures dabant. Et nihilominus cadaver ea infectum tare, adhuc post duos annos incorruptum servabatur. Natus erat Limae honestissimo genere. Castrium longe superabat aetate Fr. Melchior de Bagnarez domesticae adjutor rei, annum quippe vivendo supergressus septuagesimus. Cum tamen in efferto corpore nec animi vigor, nec virtus

389.

*Obitus et elo-
gium P. Melchio-
ris de Bagnarez.*

religiosa languesceret, eum pari prope luctu socii Potosini extulerunt. Toletum huic patria fuit. Missus inde in Peruviam, et collegio Potosino adscriptus, janitorem per annos triginta egit, tanta fama, pietatis atque prudentiae, ut illum multi externorum, licet ordine laicum, et a litteris rudem, de gravioribus conscientiae negotiis consulenter, ejusque responsa pro oraculis haberent. Et erat sane illi suo gradu major auctoritas. Ad januam pro ratione sui muneric sedens, concurrentium quamplurimos ad detestationem criminum, partim voce, partim exemplo modestiae traduxit; juvenes vero plus quinquaginta, vitae sanctioris desiderio incensos, in varios ordines Religiosorum immisit. Neque id satis. Piam sodalitatem instituit, a nostra Domina Copae Cavanac appellatam (templum id est Virginis, antiquo cultu et peregrinorum concursu tota America celebre), eam apicis legibus munit, auctoritate rexit, pietate demum sodalium ac numero florentissimam reliquit, id quod de nullo Fratrum nostrorum, quod ego sciam, legitur. Cum ita inter sodales emineret suos, iis tamen omnibus suo se judicio submittebat, adeo nulla inflatus aura superbiae, ut immo nihil infra se duceret. Postremis vitae annis inhabilem ad agendum effecerant plura valetudinis incommoda, dira praesertim nervorum contractio, et caligo oculorum caecitati proxima. Tunc ad orandi meditandique studia totum se adjecit, in his dies prope totos ac noctes incredibili mentis dulcedine transiens. Nec tamen auditus unquam de suis malis conqueri, aut levamen ullum exposcere. Obiit Bagnarii III. Nonas Octobris. Funeri frequentes interfuerere ex omni ordine Potosini, eique postmodum sodales Copae Cavanac ut Fundatori ac Parenti suo cum insigni apparatu justa persolverunt.



HISTORIAE SOCIETATIS JESU PARTIS SEXTAE LIBER DECIMUS SEPTIMUS

ANNUS CHRISTI 1632. SOC. 93.

INEUNTE anno, quem ingredimur, saeculi trigesimo secundo, quaedam Romae conspici ac per manus tradi coeperunt litterae probrosissimae, germanicis typis impressae, ex quibus cognosci potuit quanto erga nos odio flagrarent haeretici, et quantam calumniandi licentiam usurparent. His occasionem praebuit motus quidam juvenilis, anno superiore excitatus in Seminario nostro Romano; sed jam plane sotitus atque compositus, cuius quod initium, qui progressus exitusque fuerit, ego cum fide tradam. Convictores in eo Seminario censebantur hoc tempore supra centum, e praecipua Italiae nobilitate adolescentes, praeter alumnos clericos quinque et quadraginta. Quem numerum idcirco notari volo, ne obstupescas in tanta juvenum multitudine aliquid turbarum existere potuisse, cum mirum potius videri debeat, si quando tam multa, tam fervida, tam diversa ingenia pacem inter se, et cum suis moderatoribus habeant. Jam e convictoribus, qui erant in septem contubernia distributi, quidam aetate grandiores, disciplinae jugum non ferentes, magno aversabantur opere Praefectum suum, prudentem aliqui de Societe juvenem, quod legum custodiā ab iis exigere, et singulorum malefacta ad majores Praesides referret, ex quo sequebatur ut debitū saepè poenis aliqui multarentur. Coitione itaque clam inter se facta, ut erant ingenio non minus feroci quam callido, in haec pacta consentiunt. Ut jurgium inter se ortum simulent nocturno tempore, proxime post cenam, dum usitato more colloquerentur. Tum extinctis luminibus, irruant in Praefectum, quem minime dubitabant ad comprimentam rixam vocem elatarum, suique indicium praebiturum. Ei tundendo praesto fore praelonga hastilia, quibus praetensa lectulis vela suspensi solerent. Ita vapulaturum probe, unde tamen ictus acciderent non visum, nec quemquam nominatim ejus criminis, quod per imprudentiam admis-

RES ROMANAЕ.
*Initia ejusdem
tumultus in Se-
minario Roma-
no excitati.*

sum videri posset, reum fore. Sic illis summo silentio, et sane astute convene-
rat. Res tamen, quantumvis belle composita, non successit. Praefectus enim, seu
technam subodoratus, seu in ipso discrimine consilium ex metu capiens, ubi
primum jurgantes juvenes, et extincta vident lumina, ejecit se per tenebras in
cubiculi angulum remotiorem, ibique tacitus flagrante pugna haesit, ac ne com-
pellatus quidem respondit unquam, adeo elusa juvenum improbitate, ut quem
quaerabant unum, nullo violare ictu potuerint, ipsi contra mutuis se male ce-
ciderint plagis, et unus vulnus haud leve in facie acceperit, cuius cicatricem
diu gessit. Cum interim clamore ac strepitu totum cubiculum personaret, advo-
larunt Praesides, visuri quid illud insolentiae esset. Sed erant contubernii oc-
clusae fores, nec ulli quantumvis percipienti aperiebantur. Uni demum apertae
sunt P. Nicolao Zucchio, notae sanctimoniae viro, quo convictores a sacris
confessionibus utebantur. Is, ut magnam habebat apud juvenes auctoritatem, aspe-
ctu ipso pacavit turbam insariantem, et gravi oratione coercitam in gyrum mo-
destiae reduxit. Sic redditia tunc quidem contubernio quies. Praefectus tamen ab-
scedere inde jussus, alio in ejus locum subrogato.

^{2.}
*Tumultus auctor
e seminario di-
mittitur jussu
Cardinalis Vica-
rii.*

Die postero Rector (erat is P. Tarquinius Gallutius, vir satis a suis lucubratio-
nibus inter eruditos notus) quaestione de tumultu instituta, auctorem ejus et archi-
tectum fuisse cognoscit Franciscum Castracanem, e praenobili familia Fanensi ju-
venem, praestanti quidem illum ingenio, sed inquietum, turbidum, et saepe alias
in ciendis turbis reprehensum. Hunc igitur vocari ad se jubet. Ille praefracte
negare se affuturum, nuncium cum contemptu remittere. Audacem et impavidum
faciebat scilicet, quod sibi omnes consentire intelligeret contubernales suos. Nam-
que omnes in causam traxerat. Rector, ubi iterum ac tertio compellatum audit
in proposito obstinate persistere, Cardinalem Seminarii Protectorem, eundemque
Pontificis in urbe Vicarium adit, Martium Ginnettum, ab eoque quid facta opus
sit querit. Cardinalis, audita rei totius relatione, juvenem immorigerum e Semi-
nario dimitti confessim jubet, atque interim Procuratori familiae sue in curam
tradi, dum edociti per litteras parentes aliud de eo statuissent. Nihil haec de-
nuntiatio Castracanem commovit. Nec enim discedebat invitus, quin paeclare
secum agi putabat, quod graviorum poenam luere non cogeretur. At discessuro
contubernales obsistere, vestes surripere, nolentem renuentemque vi adhibita
demorari. Eo tandem ad abeundum compulso (nam urgebat novum Cardinalis
mandatum) consurgunt universi, nullaque petita venia egressi domo, sodalem
abeuntem ad ipsum Cardinalem deducunt, causam ejus acturi scilicet, ac ne di-
mitteretur, quod certo sperabant, impetraturi. Sed fecerunt illos sua spes. Neque
enim admissi in colloquium a Cardinali, sed ad Rectorem Seminarii, si quid
haberent, rejecti fuerunt. Ea res mirum ut protertos adolescentes confuderit.
Ira ac pudore incensi recesserunt. Regressi domum, quamquam altera fluxe-
rat post prandium hora, tamen paratam inveniunt mensam, prompts ad omne
obsequium domesticos administratos. Non reprehensionem ullam, non vocem pau-
lo asperiorem audient ex Patribus, quippe dissimulandum censemibus, dum ju-
venilis ille aestus paulum deferibusset. At enim urebantur admissorum conscientia,
ac metu poenae juvenes. Hanc serius ocyus descensuram non dubitabant.
Silentium ipsum Patrum in sequiorem partem interpretabantur, insidiosam quietem
timebant. Cum ergo ira simul pavore versaret animos, hoc sibi efficien-
dum statuerunt, ut convictores caeteros in societatem contumaciae traherent,
haud dubia spe, cum tam multi essent sontes, omnibus ignoscendum. Hac mente
e triclinio in apertum egressi, quoscumque norant ad audaciam projectiores
e singulis contuberniis campanulae signo evocant, iis sua consilia communicant.
Ab his alii atque alii subornantur. Totum momento impletur adolescentibus ef-
frenatis cavaedium. Tumultu miscentur omnia, sibilis clamoribusque omnia cir-
cumstrepunt. Quidam seditionis in morem pervoltant domum. Quid agant, quid
velint, nec ipsi sciunt. Rector inter haec, ceterique Patrum suis conclavebus se
tenebant; bono illi quidem proposito, ne furentes atrocius irritarent, sed fortas-
se minus prudenti consilio, quod concitatam juvenum multitudinem in manu

^{3.}
*Contubernium
studia ad eum
retinendum ir-
rita.*

^{4.}
*Convictores cele-
ri in seditionem
concitantur.*

consilii sui relinquenter, quid tandem acturam, nisi ut ex malis initis ad deteriora prorumperet? Quam si quis Patrum paulo apud eos gratiosior amice alloquereatur, forte oblata spe veniae (nec enim aliud volebant) omnes quiescebant, et ad officium redibant. Sed diversa valuit sententia. Edocutus interea de seditione Cardinalis Vicarius, properare in Seminarium jubet unum ex accensis sui tribunalis, gravem et togatum virum, unaque secum adducere lictorum manum, non sane ut cuiquam iniiceret manus, sed ad incutendum terorem. Ea res nobiles adolescentes efferavit majorem in modum, quod illatam sibi contumeliam dicebant. Itaque, fiducia aetatis ac generis sui, ventem ferociter exceperunt, ac procul absisteret coegerunt. Tum aedium aditus omnes occupant, seris ac repagulis muniunt foras, ipsi longiis instructi seu verius hastis puris, quas e suis singuli lectis detraherant, excubias agunt. Afflit haud multo post Episcopus, Cardinalis Vicarii vices in Urbe gerens, ab ipso missus Vicario Cardinali, ut tumultum comprimeret. Aegre impetratum ut hunc intra aedes admitterent, nec aliter tamen quam solum, exclusis famulis, admiserunt. Praesul circumsistentes ut vidit eo numero adolescentes, ira ac dolore percitos, cum simul vagis et incertis vocibus quirantes audiret, effari jussit libere si quid vellent; se enim solatio ipsorum et auxilio venisse. Illi, quid potissimum vellent, quid quererentur incerti, respectare se primum taciti. Deinde, uno quadam et sagacioribus verba praeeunte, unum omnes exposcere, unum velle, ne sibi Castracanius eriperetur. Hunc si reciperent sodalem suum, ad omnia se praesto fore, nullam condicionem deprecatus promittere. Id quidem, respondit Praesul, arbitrii sui non esse; se tamen de ipsis postulatis ad Cardinalem relaturum, et sua in id officia interpositurum. Bono interim essent animo, aegritudinem male conceptam abiicerent, seque suis moderatoribus obsequentes, ut ingenuis adolescentibus dignum erat, praestarent. Quae aliaque in eandem sententiam elocutus, abscessit. Sedato in hunc modum tumultu, ad sua quisque cubicula redierunt, et patate ea nox peracta.

At die proxime consecuta, quae fuit quinta mensis Maii, multo gravius turbatum est. Nimirum Cardinalis nullo modo censuerat petitioni annuendum, quin immo Castracanum momento edem educi Urbe, et Fanum ad suos deportari jussarat. Contra Societatis Praepositus Generalis, cognito Seminarii tumultu, ut adolescentium animos quadranten deliniret, migrare in Collegium Romanum jusserat Tarquinium Gallutum Rectorem, ejusque in locum, dum res comparentur, substituerat P. Carolum de Sangro Provincialem Praepositum, virum aetate ac rerum usu gravem, et ipsa generis claritate spectandum: quae res factiosum plurimum delectavit. At enim gravior illos angebat cura de Castracanio. De eo quid statuisse Cardinalis Vicarius anxie percontabantur, spemque inter et metum fluctabant. Adulta die, cum nihil dum resciri de negotio posset, contubernales ejus, longiorzem non ferentes moram, ipsum adire Cardinalem statuerunt, ejusque palatum ipsa re petierunt. Sed Cardinalis, miratus arrogantiam, nec auditos dimisit. Digrressus inde ad Viceserentem responsum est nomine Praesulis, redirent domum: quammox ipsum affuturum in Seminario Praesulem, et Cardinalis responsa allaturum; quod ipsis omen rei male gestae fuit. Nec fecerit Viceserens fidem; Seminarium subiit qua prouersa hora convictores mensae accumbebant. Egredientibus e triclinio, ac circumfusis, pauca pro loco ac tempore praefatus, aperte denunciata, de Castracano ne ultra laborent. Eum abesse jam ab Urbe procul, nec redditum. Ita Cardinali Protectori visum. Cohortatus deinde omnes ne quid suo indignum nomine moliantur, abscedit. Hic vero cerneret quam praecipps in consilis capiendis, et caeca juventus sit. Continuo convasandum clamant, Seminarium vacuum relinquendum. In id sese invicem cohortantur atque incitant, in idem omnes conspirant. Tum fide ultro citroque data in Seminario neminem restitutum, in suum quisque cubiculum quasi lymphati provolant, pallium induunt, atque hinc in atrium delapsi, sese uno velut impetu extra domum eiiciunt. Ex iis tamen triginta duo, paulum extra portam progressi, seu mutaverant mentem, seu jam liberatam promissi fidem putabant,

5.
Sedatio crudescit
ob innissos in
Seminarium li-
ctores, mox pau-
lum mitigatur.

6.
Novi et inutilis
Convictorum co-
natus ad retinen-
dum suum con-
tubernalem.

7.
Omnes per tu-
multum abse-
dunt. Triginta
duo statim refe-
runt pedem.

statim retulerunt pedem, ac denuo in Seminarium se receperunt. Reliqui septuaginta hinc inde divisis agminibus abierunt. Aedem Minervae sibi condixerant, quo convenire deberent loco ad deliberandum de tecto, de victu, deque aliis vitae praesidiis, quibus plerique, utpote procul a parentibus et consanguineis, carebant. Ita namque sunt juvenes. Prius mari se committunt, deinde de commatu cogitant. In eam igitur contracti aedem, longam consultationem habuerunt. Sed alii alia proponentibus, cum nullius certi consilii ratio constaret, nulla admodum re deliberata, discessum est. Hinc alii ad amicos, alii ad procuratores familiarum suarum profugerunt. Plerosque Collegium Clementinum, ubi juventus nobilis sub disciplina Patrum de Somascha scitissime instituebatur, excepti, et hospitaliter habuit. Aliqui tamen usque ad noctem nullo certo consilio per urbem vagari perrexerunt, donec somno oppressi ac lassitudine, cibo carentes ac lare, male admodum et incommodo eam noctem exegerunt.

8.
In seminarium rediunt plerique numero novem et quadraginta.

Dolenda sane accidit nostris tanta florentissimi seminarii, tam subito facta dissipatio, praesertim quod id factum daturum Urbi sermonem, et adversariis risum sentiebant. Hoc tamen solabantur sese, quod nullam adolescentibus fugac causam dedissent, nec ipsi transfugae ulla de re queri juste possent, sed unice temeritatem levitatemque in eo facto suam fateri ac damnare cogerentur. Et vero damnarunt, non voce tantum, sed etiam facto, idque palam ac tanta festinatione, ut nocte una vix interjecta, omnes ad obsequium redierint. Sequenti namque die, ubi ardor ille animorum soliditudo ac somno resedit, quicunque non sua sponte, sed aliorum impulsu in eam deliberationem devenerant, (quae pars utique major) secum reputantes nihil fuisse causae cur optimos institutores suos tam foeda defectione desererent, vehementi dolore compuncti de sodalibus unice querebantur, a quibus decepti et in malam causam abrepti fuissent, accusabantque se qui iis aures praebuissent. Inde aliqui prima luce in Collegium Romanum quasi tentandi vadi causa ventitare, se suis magistris demisso vultu sistere, eos obnoxie rogare ut deprecatores accederent ad majores Praesides, sibique rursum in Seminarium aditum aperirent. Eo nempe regredi omnino velle unde per insignem recordiam exiissent, et paratos esse poenam quamcunque commeruerissent luere. His prona cum fierent omnia, adesse deinde alii atque alii, idem suppliciter postulantes. Omnes benigne excipiebantur, nec ulla cuiquam obnoxiebatur, mora ne voti compos fieret. Movit haec demum indulgentia eos quoque, qui conspiracionis autores, ac primi velut pili duces fuerant. Etsi enim aegre se subiiciebant isti jugo, tamen, ut erant aetate grandiusculi, rebus propiscero cupiebant suis, et Cardinalis Vicarii offensam, parentum suorum indignationem verebantur. Movebantur etiam eo, quod loco motum viderant sua causa Seminarii Rectorem, qua re sati sibi factum superbe gloriabantur. Itaque, non audentes adesse ipsi coram, repulsae metu, amicos et interpretes submiserunt, qui suam apud nostros agerent causam, et optatum sibi regressum officiis ac precibus impetrarent. Verum his paulo difficiliore nostri se preebuerunt, remque Cardinalis arbitrio permiserunt. Hic autem, censu omnium habitu, nocentiores, qui fuerunt unus et viginti, omnino excludendos censuit, nec ullis cujusquam precibus exorari se passus est, ut eos iterum admittendos putaret. Sic istis in perpetuum rejectis, quorum plerique in Collegium Clementinum recepti, sed paulo post inde etiam ob solutiones mores dimissi fuerunt, reliqui novem et quadraginta eadem die in seminarium laeti redierunt. Et quia meliorem afferre mentem videbantur in tempus posterum, ultra fatentibus se parum considerate fecisse, et admissorum veniam rogantibus, poena est omnis remissa.

9.
Unus et viginti innocentes et perpetuum exclusi adiunguntur.

Haec tota facti series, quod qualecumque fuerit, leve certe ac contemendum videri debeat, utpote ex juvenili duntaxat levitate ortum, nulli noxiun, et brevi peractum. De eo tamen, quae sors est rerum omnium nostrarum, multus Romae sermo, ut de re gravitatis supremae et maximi ad Rempublicam momenti, fuit. Quodque fere usuvenit, aliter ab aliis tradebatur, multis multa pro libito confingentibus, ut sua quemque afficerant studia, et animi affectiones movebant. Res non solum usurpata sermonibus, sed litteris etiam tradita, ac longe lateque

10.
Sparpunktur eo de loco litterae mendacissimae, germanicae typis impressae.

per Italiam Germaniamque disseminata, propterea quod ex his praecipue nationibus collecti in seminarium adolescentes erant. Ac Romae quidem et in civitatibus Italiae, quamquam aliqui nostrorum in eo facto sagacitatem, allii prudenter solertiae desiderarunt, nemo tamen inventus, qui gravius inde crimen quaereret Societati, nec cuiquam venit in mentem suspicari, voluisse plus centum adolescentes contra suos Praesides rebellare ea causa, quod ad illicita ac turpia ab iis prolectarentur. Rem adeo incredibilem soli, si non crediderunt, at saltem vulgo persuaderi posse sperarunt haeretici in Germania, utpote in locis ab Urbe remotioribus, ubi veritas ad liquidum explorari haud facile posset. Utque in omnem occasionem deterendae famae Societatis imminebant, factum de quo diximus iis pigmentis asperserunt, transformaruntque sic, ut nihil ingenuis adolescentibus indignius, nihil nostro probrosius nomini fingi posset. Cusae ergo vulgatae sunt litterae, quae ab amico Romano ad Germanicum scriptae fingebantur, erantque in iis infanda Jesuitarum flagitia, quae ne distinctius commorem pudore prohibeatur. Ex his orta seditio dicebatur, eaque sic describatur, ut justi belli speciem haberet. Juvenes omni telorum genere, sclopetis etiam, si superis placet, instructi in scenam producebantur. Advolasse ad fragorem hominum fere triginta milia, praeter milites centum ad custodiad portarum applicitos. Juvenes e fenestris horrenda Patrum scelera populo divulgasse, e tecto demissis tegulis imbricibusque milites exegisse. Demum, quod juberentur gravem pro tumultu poenam luere, Jesuitis fuste male contusis, ac semimortuis relictis, aufugisse omnes ad unum, atque inde Seminarium omnino vacuum inveniri. Narrationem mendacissimam cladebat scriptor haereticus, testes adhibens summae auctoritatis viros, Cardinalem Barberinum Pontificis fratribus, et Cardinalem Ginnetum Urbis Vicarium, quibus ajebat propudosas Patrum libidines ab adolescentibus patefactas.

Jam istae Roman allatae, ut dixi, litterae, tametsi festive hilariterque legabantur in circulis otiosorum, tamen ut fabulosae ab omnibus spernebantur. Aderant enim infiniti testes oculati, qui multa in iis falsa, quaedam praeter modum aucta, aut maligne deformata deprehendebant. Quod vero attinet ad objecta nobis crimina, ea ipsimet e Seminario rejecti adolescentes, quamvis irritati, percontibus pernegabant, et duo quos supra nominavi Cardinales, Barberinus et Ginnettus palam affirmabant, nec audita sibi unquam, nec vera esse. At in Germania, cum facti narratio spargeretur tanquam ab ipsa Urbe transmissa, in eaque duo Cardinales amplissimi ut criminum testes appellarentur, magnum id nempe videbatur nescientibus quam astuti calumniatores, et quam impudentes in mentiendo sint. Fidem certe apud multos litterae inveniebant, aut saltem suspicionem faciebant, magno nomine nostri ac famae dispendio, eoque tunc magis dolendo, quod bello Svecico Germania flagrabat, et Societatem praecipue nostram haereticis locis omnibus impetebant. Quare P. Antonius Balier, Austriae provinciae Praeses, ad Barberinum Cardinalem libelli quem dixi exemplar latine versum misit, valde rogans, ut, quando ipse tam atrocium calumniarum testis per summam impudentiam siebat, publicum innocentiae testimonium reddere ne gravaretur. Id non modo justum, sed plane necessarium ad obstruenda ora obloquientium videri. Aequum postulari Barberinus sensit. Re itaque ad Pontificem patrum relata, jussu ejus ac nomine binas ejusdem exempli litteras ad Pontificios legatos Viennensem et Coloniensem dedit, quibus diserte testabatur, nihil neque sibi, neque Cardinali Ginnetto unquam auditum de criminibus, quae Patribus Societatis germanico illo scripto tribuerentur. Ea proinde meras esse calumnias et haereticorum commenta, quibus nulla adhibenda fides esset. Addebat iisdem litteris, excitatas anno superiori turbas in Seminario Romano non nisi in juvenilem Convictorum aestum ac levitatem referendas videri. Ac notiorem quidem Patrum Societatis integritatem honestatemque esse, quam ut contra tam aperta mendacia vindicanda videretur; velle nihilominus summum Pontificem, ut calumnia tam impudens per suos in Germania Legatos hoc tam suo quam Cardinalis Ginnetti amplissimo testimonio obruatur. Haec summa

Tom. II.

Quantum Societatis famae novercentiae in Germania litterae.

12.
Jussu Pontificis
refelluntur per
alias ad Nuncios
Germaniae litteras.

litterarum, quae per duos quos dixi Legatos Apostolicos tota Germania circummissae, mendaci scripto fidem omnem abrogarunt, et obtrectatoribus Societatis vocem incluserunt.

13.
Litteras Cardinalem Barberini ad Praepositum Provinciae Austrisacrae.

His non contentus Barberinus, Patri, de quo diximus, Antonio Balliero in haec prorsus verba latine rescripsit: « Accepi litteras Rev. V. Landspergo datas die XXII Decembris proxime elapsi, ejusque postulatis libenter annuo, ut Societatem Jesu catholicae Religionis in Germania et ubique propagnatricem, ab omni calumni vindicem. Legi, sed non sine animi mei admiratione et dolore, scriptum, seu potius famosum libellum, quem veluti Roma die XIX. Maii MDCXXXI transmissum, nonnulli impostores germanice impresserunt, totumque menda cisis et calumniis infarcinatum dolui. Etenim si quis levis motus in Seminario Romano anno superiori excitatus est, id non ab omnibus illius Seminarii adolescentibus, sed ab aliquot, juvenili potius ardore quam malo animo tentatum est. Contra Patrum Societatis Jesu mores castissimos ne per calumniam quidem ab adolescentibus illis, aut aliis, verbum ullum auditum hic Romae est, immo iidem illi qui hos motus tentarunt, hac ipsa de re a nonnullis interrogati, egregium castimoniae dictorum Patrum testimonium dederunt, quippe qui nunquam aliquid aut viderunt, aut audierunt, quo vel dicto vel facto Patres Societatis Jesu castissimam et integerrimam vitae rationem violarent. Quare illud etiam calumniose in illo impostorum scripto dicitur, adolescentes illos seminaristas coram me, et Eminentissimo Cardinale Ginnetto, de turpissimis hisce rebus conquestos esse, et omnes deinde abiisse, cum erga Patrum Societatis personas reverenter illi semper se gesserint, et magna illorum pars eorundem Patrum disciplinae se denuo tradiderit, et in Romano Seminario erudienda remanserit, et eorum qui abierunt locum alii ex eadem Italiae nobilitate adolescentes repetitis votis in dies occupent. Alia ejusdem scripti mendacia, ne longum faciam, praetermitto. Hoc vero meo de Patrum Societatis in Seminario Romano castimonia, vitaque integerrima, deque impostorum in illo scripto germanico calumniis testimonio, quod etiam nomine Eminentissimi Dni Cardinalem Ginnetti, cui hoc negotium a Sanctissimo demandatum fuit, scribo, utatur libere R. V., ut quanto in pretio Societatis Jesu virtus et castimonia apud me, et in Romana curia sit, omnes intelligent, et separatis ego litteris SSmi Dni Nri Nunciis, tum apud Caesarem, tum Coloniae commorantibus, hoc ipsum commendo. Si qua praeterea alia in re Societatis Jesu integrati et splendori prodesse potero, mihi erit longe gratissimum. Servet Deus R. V., quam pro me orare desidero ». Hactenus Barberini litterae, quarum tamen haud magnus usus fuit, quod ad opprimendum infame scriptum satis superque esse viderentur quas duo Pontificii Nuncii in publicum emiserunt, Pontificis summi nomine ad se scriptas. Sic tunc famae Societatis perclitanti consultum voluit providentissimus Pontifex Urbanus VIII. quo prorsus modo memoria nostra Clemens XIII. occurrentum statut tot illis criminationibus, quae per occasionem rerum Lusitanarum contra nos, et voce et scripto et libellis editis, tota passim Europa serebantur. Par in utroque casu calumniandi licentia, par remedium adhibitum. Nam quemadmodum Urbanus per Cardinalem Barberinum, fratri sui filium, et primarium administrum suum ad Apostolicos Germaniae Nuncios, ita Clemens per Cardinalem Aloisium Torrigianum, itidem primarium aulae administrum, ad Nuncium Hispanensem eas exarari litteras jussit, quibus mendacissima scripta refellerentur, gliscens maledicentia coërceretur, et salva Societatis fama esset. Unum interfuit, quod Barberinus calumniarum autores haereticos, Torrigianus corruptos homines atque invidos appellabat. Caeterum, ut hoc obiter notem, illud nobis ingenti solatio esse debet, quod quicunque obscurandam Societatis famam suscipiant, ad fabulas converti cogantur; quod sane non facerent, si vera apud nos flagitia deprehenderent. Sed de his hactenus.

14.
Similes calumniae simili modo diluviantur memoria nostra.

Eodem interea labente anno Romam venit Petrus Pazmani Cardinalis, Archiepiscopus Strigoniensis, quemque nostri olim vitae sodalem, et studiorum socium habuerant in Collegio Romano, eundem sacra coopertum purpura, et

15.
Romae Cardinalis Pazmani Caesaris legatione fungitur ex parte prospere.

Caesaris legatione insignitum laeti viderunt. Hunc nempe Ferdinandus Augustus virum eloquentia insignem, dignitate totius Pannoniae facile principem, magnis ad haec in rem catholicam meritis commendatum, mittebat ad Pontificem maximum, tum ut purpureum galerum de manu ipsius usitato more sumeret, tum vero maxime ut pecuniae subsidia ab eodem Pontifice corrogaret adversus Regem Sveciae, qui haereticorum Principum suffultus viribus, Germaniam prope universam igni ferroque vastabat, Romanoque Imperio pariter ac Religioni perniciem ultimam intentabat. Legati personam egregie sustinuit Pazmanius, cum omni cultu splendido ac magnifico, tum praesertim solemnis in urbem ingressu, in quo nobiles magno numero Hungari, barbaricis tiaris more patrio tecti, auro argentoque fulgentes, aut ferarum pellibus peregrinis amicti, omnes equis pulcherrime phaleratis inventi, novum ac plane jucundum Populo Romano spectaculum praebuerunt. Negotium tamen, cuius praecipue causa venerat, non confecit. Urbanus enim Pontifex, ut multum graviterque Germaniae cladibus angeretur, quas Religioni communes sentiebat, excusata temporum difficultate, praecise negavit id sibi aerarium esse, ut posset Caesari opem, quam rei gravitas postulabat, afferre; minime aliquo abnuens de bonis Ecclesiae decimas, quas pridem imperaverat, ei repraesentandas curare, et catholicos Principes ad ferendum cum ipso foedus nuncius ac litteris cohortari, et demum inexhaustos Ecclesiae thesauros apostolica auctoritate recludere, quibus incitarentur Fideles ad pacem superum comprecandam, propitiandumque armis Caesareis divinum Numen. Repulsam, utcunque optimae voluntatis significationibus temperatam, aegre Pazmanius tulit, nec querelis abstinuit. Accessit alia haud levis offendio ex eo, quod illum Pontifex ut Oratorem aut Legatum Caesaris noluit admirtere, quod id munus infra Cardinalium dignitatem esse diceret, quin Legati titulum, quem fidei concilianda literae praeferebant, sua ipse manu expunxit. Quod Pazmanius contra Caesaris majestatem factum putans, post brevem in Urbe moram, frustratus exitu legationis sua, nec salutatis, ut fit, aulae Proceribus, abscessit. Caeterum quandiu Romae constitut, professus palam se esse de nostra Societate, Praeposito Generali omne obsequii genus, quod salva dignitate posset, exhibuit. Patres etiam Congregationis Somascae, eti fama dumtaxat sibi cognitos, (nullum enim hujus Ordinis domicilium in Germania Hungariave erat) benevolenter suscepit, atque iis porro gratias se habere professus est, quod sibi ad Infulas Strigonienses admovendo viam quodammodo complanassent. Nam cum legibus Societatis, et voti religione prohiberetur oblatam ab Imperatore dignitatem accipere, illum Pontifex Maximus, ne ex ipsa Societate ad Episcopatum novo exemplo traductus videretur, prius in eam quam dixi Congregationem religiosissimam cooptari jusserset. Sed hac de re alibi me dicere memini.

Florentiae vita functo Benedicto Biffolo, civi nobili, eodemque negotiatore locuplete, resignatisque quas pridem confecerat testamenti tabulis, haeres ejus inventa Societas est, cum hoc tamen ut pars haereditatis cederet in usum collegii Florentini, ex altera tirocinium Societatis eadem in urbe conderetur. Societatem laboresque ejus et instituta tanti Biffolus faciebat, unam ut praedicare soleret, ac ceteris religiosis Ordinibus anteferre: quae res ipsi pariter ac nobis magnam conflabat invidiam. Cum vero nec liberos, nec alium quemquam proximae consanguinitatis haberet, cui collectas mercatura amplas opes relinququeret, has in Reipublicae utilitatem transcribere statuit. Id porro se consequeturum speravit instituta ex asse haerede Societate, uti quae publicae rei commodis addita tota devotaque esset. Subsoluit nescio quo pacto res, et mirum quam multi quam malignis artibus ad eam intervertendam conspiraverint. Quidam illum convenientes domi, rogabant an satis sanus, an sui compos esset, qui vellef de suis bonis ditescere Jesuitas, homines omnium pessimos, divitiarum helluones gurgitesque inexplicables, quibus denique nihil neque odiosius, neque nocentius esset. Quo loco sexcenta contra Societatem crimina congregabant, utque facerent fidem libellos typis impressos, quibus haec crima continerentur, ei legendos tradebant. Alii tamen callidores, iisque ut plurimum coenobitae, simulata pietate,

16.
Sube offensus
abscedit. Qualem
se praesitert
nostris et Patri
bus Congregatio
nis Somascae.

17.
Benedictus Biffo
lus Florentinus
haeredem ex as
se scribit Socie
tatem.

18.
Multi rem in
terverte conan
tur, sed frustra.

hominem qua parte debiliorem norant, aggrediebantur. Jesuitas quidem probos, reique publicae prae cunctis utiles vulgo haberi, ac porro esse. At satis illis superque fortunarum esse, nec certe novis preventibus indigere. Contra civium honestiorum bene multos extrema inopia laborare, et beneficam ejus manum exposcere. Horum si egestati subveniret, rem facturum enimvero dignam se, Deo gratissimam, charitatique christiana maxime consentaneam. Fuere, quid nequus? qui sibi divinitus demonstratum affirmarent, placere Deo ut opus nescio quod pium ex ejus opibus conderetur; nihil nimirum veriti caelestia visa communisci, et suae malitiae conscientiam appellare ipsum Deum, dum opimam haereditatem Societati demerent. Quibus in diversa distractus optimae mentis vir, perturbatus, inquietus, haesit aliquandiu in ancipi quid consilii caperet. At impensis consulto per pias precationes Deo, facile intellexit haud bono agi spiritu qui de re non sua tantopere laborarent. Animi pravitatem in ea tam sollicita cura introspexit, sycophantas agnovit, statutique apud se nullum deinceps ea de re sermonem admittere, obloquentibus nec aures dare. Ut magis in proposito obfirmaret effectus modestia nostrorum, quibus cum uteretur familiarissime, et omne iis arbitrium conscientiae suae detulisset, nunquam illi tamen, ne in familiari quidem sermone, de haereditate verbum faciebant, nec nisi de salute ejus aeterna soliciti videbantur. Quod temperantiae specimen, alienae improbitatis comparatione illustrius, adeo perculit hominem, ut hoc magis beneficentia sua dignos putaverit, quo minus hanc ab illis expecti sentiebat. Sublato igitur inopina sanguinis suffocatione Biffolo, haereditatem ejus nostri malevolorum ingratius adierunt, ex ejusque praescripto novum hoc ipso anno Tirocinium Florentiae aperuerunt. Delectae in id ipsae aedes Biffolianae, in via Pintia. Et erant plane opportunae novitii instituendis aedes, loco quippe urbis secretiore, caelo salubri, et amoeno prospectu, qui in aperta camporum patebat. Infra hortus porrigebatur ad apricandum apicissimus, regis arbusculis, citreis aureisque malis consitus, et mirtie fructibus varios in tractus sectus. In horto extremo fons visebatur pulchritudine insigni, lapideis tesserulis conchyliisque eleganti opere variegatus, isque aquae copiam fundebat magno futuram usui, tum ad irrigandos flores, quod opus tironibus familiare, tum ad aestivos ardores temperandos. Ad latus hacrebat sacra aedicula, brevi illa quidem ambitu, sed venusta, quam multi ex vicinia frequentabant. Aptata igitur in usum Tirocinii domo, in eam Octobri mense exente, tirones aliquot cum apto Patrum numero sunt introducti. Simul Tirocinii fundator Bifolus solemnis more est appellatus, idque propter consueta sacrificia ad expiationem animae ejus per totam Societatem indicta.

²⁰
RES PROVINCIAE
NEAPOLITANAE:
*P. Antonius Gi-
ronda justis de
caus aman-
datur Neapo-
li.*

Patribus Neapolitanis graves inter molestias hic annus fluxit, quodque dolendum magis, auctor molestiarum unus quidam sociorum, vir turbidioris ingenii, fuit. Rem omnem ego, quamquam oblivione dignorem quam litteris, ordine expediam. P. Antonius Gironda, Neapoli in collegio S. Francisci Xaverii degens, male apud sodales audiebat, quod in frequentanda matrona quadam juvene ac vidua nimis videretur. Ea de re saepe monitus, ac plane jussus consuetudinem periculosam, et specie malam intermittere, negotia nescio quae obtendens sibi cum illa communia, variasque praetexens causas, re ipsa nunquam parebat. Rescivit Mutius, eaque re graviter ut dignum erat commotus, Praeposito Provinciali Hieronymo ab Alexandro mandavit, ut quando caetera non prodescent, hominem immorigerum amandaret Neapoli. Quae jussa exsecutus Provincialis Girondae protectionem indixit in Collegium Rheiense. Perculit denunciatum hominem; sed nihil habens quod contra diceret, visus imperata facturus. Ecce autem paucis interjectis diebus, cum maxime velle videbatur itineri se committere, adest improvitus ad Provincialem nuncius, vetare Quaesitorem Fidei (erat is Hyacinthus Petronius Episcopus Melphitanus e sacro Praedicatorum Ordine) ne Gironda Neapoli amoveatur injussu suo. Eo nimirum opus se habere in negotio ad sacram Fidei tribunal pertinente, de quo ad summum Pontificem, et Purpuratos sancti Officii Patres perscripsisset. Nulli fuit dubium qua manu contortum id telum esset. Erat namque Girondae cum Petronio intima familiaritas, per eosque

²¹
Girondar patro-
ciniū suscipit
Quæstor Fidei,
et amorever Nea-
poli cum vetat.

prorsus dies conspecti ambo fuerant, cum longa inter se colloquia in magno arcano miscerent. Obtemperandum tamen Quaesitori, pro sui magistratus potestate praecipienti, fuit. Frustra adhibitae apud eum preces, frustra interpositi deprecatores, ut suum Societati hominem permitteret. Officiose ad omnia respondebat, veruntamen id sui esse arbitrii negabat. Romanam delatam esse rem, Romana responsa exspectanda. Interim in Collegium Xaverianum solito frequentius ventitare, cum Gironda, cum Patribus caeteris amicissime agere, convivam interdum se praebere, gaudente collegii Rectore, quippe Girondae amico, ac forte omnipium quae agebantur concio.

Id porro agebatur in sacro Tribunali, num contra sanctum Officium fecissent Praepositi Societatis, propterea quod de nonnullis sui hominis opinionibus ad morum doctrinam pertinentibus censuerint. In ea namque re jus usurpasse dicebantur Quaesitorum Fidei, atque hujus prorsus criminis reos Gironda ipse fecerat. Quod ut intelligas quale fuerit, rem a suis initis repetere cogor. Theologiam de moribus jam ab annis aliquot Gironda explicabat apud S. Jacobum nationis Hispaniensis. Nuper vero delatus fuerat ad Alexandrum Provincialem, quod opiniones quasdam haud satis probabiles tradidisset. Provincialis, nihil ausus hac super re statuere suo arbitratus ac judicio, tribus magni nominis Theologis, Hieronymo Fasolo, Bartholomeo Amico, et Julio Caesari Recupito, opiniones easdem expendendas commisit; qui cum improbabiles prorsus ac repudiandas censuerint, idque scripto unanimi confirmassent, rem prius detulit ad generalem Praepositum, et mox de mandato ipsius Praepositi Generalis Girondam recantare jussit dictata coram auditoribus suis, et ad palinodium compulit. Haec tota causa, hoc unicum quaestio[n]is institutae caput. Id si crimen est, culpandi sane apud nos erunt omnes Praefecti studiorum, quibus ex officio incumbit videre ne quis quidpiam doceat alienum a communi sapientum sensu atque doctrina; quod quidem non ut judices in causis fidei, sed ut custodes sanae doctrinae faciunt, nec solum fide optima, sed laudabili, ut reor, consilio, ne quid perniciosa novitatis in scholas Societatis irreat. Sed longe alter Gironda rem accepert, et aliis plane coloribus Quaesitori in aestu iracundiae depinxerat. Cum ergo accusatio quandam veri criminis speciem haberet, mense uno vix interlapsu, Quaesitor vocare pro imperio singulos ad se Theologos, qui de assertis Girondae censuerant, eos interrogationibus multis detinere, responsa in acta referre, omnia publicis tabulis consignare coepit. Gironda interim palam gloriari, toto saltem quinquennio se non posse Neapoli invitum depelli. Quatuor per haec mensibus evolutis, cum nullus causae exitus inveniretur, evocatur ex improviso Romanum tum Provincialis Alexander tum Gironda, ille Praepositi Generalis, hic Pontificis Maximi jussu; quod Quaesitor inopinum ac minus gratum accidit. Romae quid isti egerint, incompetum mihi est, propterea quod res, ut sacri Tribunalis consuetudo fert, summo silentio agebatur. Illud constat, brevi utrumque fuisse dimissum, hoc tamen discrimine, quod Gironda abesse Neapoli coactus est, Provinciali contra suum munus pleno jure servatum. Visum id evidens innocentiae testimonium. Institit nihilominus Mutius petere a judicibus, ut negotium via juris ad exitum traheretur. Quo facile impetrato, ad postremum III Id. Septembres Petronio Quaesitori per litteras Pontificias significatum est, Provincialem, et theologos ab eo censores adhibitos, extra noxam videri.

Sed ne nimis de tali cause exiit nostri laetarentur, qua die de eo nunciatum est, eadem Petronius die per suum familiarem admonuit Provincialem, praeter illud de quo sese purgassent Patres, alia superesse crimina, de quibus essent apud Fidei Tribunal interrogandi. Ac secundum haec, illa ipsa die post meridiem, adesse coram se jubet duos ex nostris sacerdotes, ac totidem laicos. Perrexit deinde per plures continentier dies alios atque alios arcessere, usque ad duos et triginta. Quod cum luce palam fieret, in oculis amplissimae civitatis, incredibile dictu est quantum ea res sermonem populo daret, et quantam in infamiam nostri Ordinis verteret. Nam seni septenique vocabantur interdum, et ad plures horas considerare in aula Reverendissimi Quaesitoris cogebantur, dum suae quiske

^{22.}
Institutur
quaestio[n]is in Tri-
bunali S. Offici-
onis contra Praeposi-
tos Societatis.

^{23.}
Romae adjudi-
catur Societati
causa, et Giron-
da abesse Neapo-
li cogitur.

^{24.}
Quaesitor Fidei
novam quaestio-
nem contra no-
stros instituit,
non sine Societa-
tis infamia.

quaestionis vicem subiisset. Et erant ex eo numero Patrum quique gravissimi, non doctrina minus quam pietate spectandi, velut Bartholomaeus Amicus, vir in foro conscientiae consultissimus, et humani divinique juris scientissimus, ut satis ex ipsis libris constat; tum Franciscus Pavonus, celeberrimi illius sodalitii, ex quo tot egregii sacerdotes animarumque Pastores prodierunt, fundator et rector, alioque ejusdem notae viri. Quibus in suspicionem violatae Religionis vocatis, (quid enim aliud opinarentur ex rerum apparatu homines?) tota lababat caeterorum fama, et fructus operae, quae proximis navabatur, penitus intererat. Parte alia, cum nefas iis esset de quibus causam dicenter evulgare, quippe ad silentium sacramento adactis, multi gravissima quaque sceleris suspicabantur, quaque sibi temere confinxerant, partem temeritate in vulgus serebant. Hinc rumores adversi plures de Societatis moribus ac doctrina, gliscebantque urbe tota in dies, incredibili Patrum moerore, qui licet fiducia conscientiae nihil timerent sibi, non poterant tamen de sua atque Ordinis existimatione non esse vehementer solliciti. At post tantum apparatus, tamque acrem perquisitionem, nihil veri criminis repertum est. In hoc autem causa vertebat. Inter caetera privilegia, quae Gregorius XIII. P. M. concesserat Praepositi Generalibus Societatis, illud etiam erat, ut posset sociis, quibus visum esset, facultatem facere legendi retinendique libros ab apostolica Sede proscriptos, et in indicem vitorum relatos. Cum vero nuper Urbanus VIII., nova edita constitutione, *omnes et singulas*, ut loquebatur, *licentias* legendi et habendi ejusmodi libros abrogasset, quaesitum fuerat Neapoli inter Theologos, tum domesticos, tum externos, an quod dixi privilegium Gregorii nostris Generalibus ademptum hac nova constitutione videretur. Et plerique confercerant haudquam ademptum videri, propterea quod Urbanus sermonem duntaxat faceret de *licentia*, non vero de privilegiis, quarum rerum dissimillima ratio est, faveretque regula juris, quae odiosa quaque strictim accipienda docet. Ut cunque id esset, multi ex nostris bona fide pergebant ut facultatibus sibi ex norma diplomatica Gregoriani concessis, neque ob id quisquam eos hactenus ad sacram tribunal detulerat, nec, si delati fuerant, eos propterea Petronius in judicium vocaverat. Postea vero quam Gironda Neapoli exsulare coactus est, tunc et delati Patres, et visi Petronio digni qui ad Fidei tribunal ignominiose traherentur. Quod multi reputantes, tantae juris severitati quiddam privatae ultionis admixtum sibi videre videbantur.

^{26.}
Quaeſitor Romae
causa cum hono-
re Societatis.

Caeterum hujus quoque cause longe alias exitus, quam Petronius sibi proponerat, fuit. Profecti namque Romam Patres duo ex gravioribus, Julius Caesar Recupitus et Hieronymus Marchesius, sociorum querelas tum ad Pontificem Maximum, tum ad Cardinalem Franciscum Barberinum, ejus fratris filium, et Ministrorum principem, detulerunt. Quibus auditus Pontifex, sacra Cardinalium S. Officii congregatione consulta, tametsi Theologorum quam dixi sententiam non approbavit, adeo tamen nihil dubitavit de bona nostrorum in libris legendis fide, ut nec ad cautelam, ut ajunt, solvendos censuerit iis censorum vinculis, quibus praeveratores novae constitutionis illigabantur. Quia Gregoriani privilegii fructu ne omnino carerent socii provinciae Neapolitanae, novo beneficio concessit Provinciali Praeposito, ut quibus sociorum putaret facultatem legendi libros prohibitos tuto tribui posse, hanc iis ipse pro sua prudentia tribueret ad triennium; certo tamen prae finito librorum genere, quorum indicem, una cum Pontificiae voluntatis documento, Quaeſitorum ipsum Petronium deferre ad Provinciale jussit. Quaeſtio igitur specie tam horribilis, et tot vulgi rumoribus instituta, hunc denique habuit exitum. Triduo ante cineraria, quo tempore in Aede Professorum piae solemnī more supplicationes coram incruenta Hostia peragebantur, venit illuc Quaeſitor Fidei Petronius, vocatoque per absentiam Alexandri Provincialis Praeposito domus Vincentio Carafa, Pontificis mandata perfecit, nescio equidem majorine gaudio nostrorum, an suo moerore, quem tamen composito ad hilaritatem vultu prudenter pressit. Finita in hunc modum causa, pene oblitterata prae teritorum memoria, omnis denique obducta cicatrix erat; cum afferuntur ex insperato Mutii litterae, quibus Alexandre Provinciali in ordinem redacto substituebatur.

^{27.}
Quaeſitor Fidei
ab officio dimo-
retur, idque alii
de causa.

P. Carolus de Sangro, eodemque prorsus die, qui fuit X. Cal. Julii, dimovetur ab officio Quaesitor Fidei Petronius, successoremque Antonium Ruciullum Episcopum Umbriaticensem accipit. Visum id multis haud casu factum, eoque notabilius, quod saepe gloriatus Petronius serebatur, effecturum se ut Alexandre magistratus abrogaretur. Atque ille quidem hanc sibi plagam a Mutio impositam querebatur, quasi in ultionem molestiarum, quibus Societatem affligerat. Sed magis forte reputabat quid esset ipse facturus, quam quid ab religioso viro factum oportuit. Nullam certe^{28.} hujus negotii partem Mutius attigit, altioresque fuerunt mali ejus cause, et a rebus nostris prorsus alienae. Nimirus Petronius, servidioris ingenii vir, sui munericis potestatem paulo liberius exercens, offendit Ministros Regis, et quidem sic, ut jam tum de abolendo sanctae Inquisitionis officio Neapoli agitaretur. Id ne fieret nostri praecipue, quem supra nominavi, Recupiti interventu impetratum est, cui id negotii Barberinus Cardinalis S. Onuphrii, Pontificis germanus frater, dederat. Idem ne certis quibusdam legibus Quaesitores in posterum subicerentur, obtinuit. At impetrare nullo pacto potuit, ne Prorex Petronium exaucoratum vellet.

Has inter rerum vices duo de novo domicilia Provinciae Neapolitanae accreverunt, ac primo Nobilium Seminarium in ipsa regia urbe Neapoli. Nec enim quas supra descriptissimum turbae Seminarii Romani, easque consecuti rumores impedimento) fuere ne simile opus ibi conderetur, ac nostris hominibus traderetur. Neapoli igitur vir apprime nobilis et aequi plus fuit, Joannes Baptista Mansus nomine, Marchio Villae, oriundus a Scala, antiqua prope Amalphim urbe, cui ab arte bellica, in qua clarum adeptus nomen erat, ad studia litterarum pacifica transgresso haec pridem injecta mens fuerat, ut de suo patrimonio domum erigeret, in qua nobiles adolescentes aliquot sub disciplina Societatis religione ac bonis artibus instituerentur. Dolebat namque nullum ejusmodi domicilium extare in tam frequenti, tam nobili urbe, jamque Romam, jam Parmam, ubi tunc florentissima Italiae collegia ac ferme unica erant, liberos transmittendos. Rem itaque multo antea meditata perficere demum statuit, eoque studiosius, quod in novum hoc seminarium, praeter alumnos censu per ipsum attributo victuros, adolescentes ejusdem ordinis plurimos, suarum tamen familiarum pensionibus sustentandos, ex toto regno concursuros prospiciebat. At consilium civitati utile, universae nobilitati gratissimum, displicuit, quod mirere, religiosae cujusdam familliae viris, qui propterea nihil ad rem intervertendam non moverunt. Diploma Pontificis pro Seminarii institutione Mansus flagitaverat. Illi per suos Romae familiares et necessarios toto fere quadriennio obstitere ne impetraret. Ubi vero se obsistere ultra non posse senserunt, eas diplomati conditiones adiicias curarunt, ut domum invenire Neapoli, quallem Pontifex praescribebat, haud facile factu esset. Inventa nihilominus fuerat hoc anno domus, minus quidem illa ad perpetuum seminarii usum idonea, sed, quod esset in aere Societatis, cæteris praeferaenda. Jamque omnibus comparatis rebus, novi contubernii primitiae in eam inferebantur, cum afflit ab ecclesiastico foro nuncius, denunciavitque nostris, ne quid prius inciperent, quam quid juris esset iudicio legitimo decerneretur; quea denunciatio novam extrahendae rei necessitatem imposuit. Sed brevis haec mora temporis, nec difficilis dejectu fuit. Paucis enim diebus cum constitisset nihil negotio inesse solidae difficultatis, sublatum est apostolica auctoritate interdictum, et in paratam nostri domum VI. Idus Decembres, die conceptui Virginis immaculato sacra, cum quinque adolescentibus immigrarunt. Ex ea deinde tam tenui propagine quot quam laeti germinarint surculi, dies et usus docuit. Minus impedita collegium Paulanum habuit initia, quae in hunc itidem annum inciderunt. Paula celebre oppidum est Calabriae, non alia tamen re celebrius quam edito in lucem viro sanctissimo Francisco, Minimorum Ordinis fundatore, qui ab illo suo natali solo denominari consuevit. Id oppidum Spinelli, Marchiones Fuscaldi, possident, familia inter principes neapolitanæ nobilitatis. Porro Spinelli jam ante egerant cum Claudio Aquaviva de collocando in urbe illa sua collegio Societatis, isque vicissim recuperat nihil in se futurum

^{28.}
Fundatur Nea-
poli Semina-
rium nobilium.
Morae huic ope-
ri obiectae.

^{29.}
Paulae Colle-
gium Societatis
constitutur.

mora, si modo esset in promptu census aptus tuendae familiae, quam id genus domicilia poscunt. Mortuo Claudio, rem eandem tractaverant apud Mutium, idemque responsum tolerant. Hoc igitur medio tempore Marius Spinellius, sororesque ejus et fratri filius Franciscus, in idem consensu unanimi conspirantes, de suo singuli patrimonio tantum pecuniae contulerunt, dum vectigal annum rediret nummum, ut vocant, ducatorum mille. Quo confecto, Mutium de expedita ratione census, deque suis ac successoris sui promissis admonuerunt. Nimis aequa poscebantur, quam ut obsistere Mutius posset. Miratus itaque nobilissimae familie tam propensa in Societatem studia, Provinciae Praepositum Hieronymum ab Alexandro excurrere continuo Paulam jussit, ac de Collegio transigere cum Francisco Marchione Fuscaldii, cui deinde per suum ipse diploma titulum fundatoris tribuit, patruo scilicet amitusque ultra in eum jus, quod pro sua quisque portione acquisierant, transferentibus. Ita collegium Paulanum summa omnium voluntate confectum est.

30.
RES SICILIAE,
Binæ provinciae
rursum in unam
junguntur.

Siciliae provinciam, quam quinquennio ante sectam in duas, indeque graviter perturbatam vidimus, denuo in unum corpus conjunctam pacatamque nobis hic annus exhibet. Res quemadmodum gesta sit, paucis expediam. Sub finem anni praeteriti, seu casu, seu consulto, convenerant certo loco duo Provinciales Praepositi, Jo. Jacobus ab Alexandro, qui orientalem, et Augustinus Vivaldus, qui occidentalem provinciam administrabat, ibique multa inter se collocuti de statu rerum ac provinciarum suarum, id demum consensu confecerant, nisi ad conjunctionem unitatemque pristinam Societas in Sicilia revocaretur, nunquam plane quieturos sociorum plerosque ob factam nuper divisionem exulceratos. Quippe experimento constare, aegritudinem inde conceptam non arte ulla, non ipsa temporis diuturnitate, quae malis caeteris lenimentum afferre solent, mitigari. Contra incommoda alia ex aliis quotidie subnasci, quibus tollendis non alia expeditior pateret via, quam si restituis in statum priscum rebus, rursum socii Sicilienses uni subicerentur capiti, et unius provinciae nomine censerentur. Summa colloquii haec fuit. Scribendum igitur ad Generalem Praepositorum, eique ex composito supplicandum, ut decretum divisionis inducat, ac denuo Siciliam in unum provinciae corpus conjugat. Et vero scriperunt. Mutius, qui saepe eadem ex multis privatorum literis accepisset, motus vehementer est istorum iudicio, qui viri graves in primis ac rerum experientes essent, quaeque nuncierant, intime cognita ac perspecta haberent. Ne quid tamen susiperet propere, visitatorem Siciliac creat P. Franciscum Piccolomineum, quo ab epistolis utebatur, eique comitem addit P. Joannem Paulum Olivam. Par istud erat hominum insigne, ut declaratum est postea, cum summum ulerque Societatis magistratum unus post alium obtinuerunt. Hos proficiisci in Siciliam jubet, specie quidem ut quasdam explicarent difficultates, re ipsa ut cognoscerent de statu rerum, et consociandis iterum provinciis viam sternerent. Anno minus in Sicilia commorati Patres, totam eo spatio temporis peragrarunt insulam; quod valuit ad revincendum eorum errorem, qui negabant id fieri commode posse ab uno Praeposito Provinciali intra triennium. Simul percontationibus multis et variis reprehenderunt, sectione provinciae non sublatâ, sed aucta potius ea mala, quibus quaeasitum esset remedium, et merito bonos quosque veterem regiminis formam expetere. Quibus diligenter exploratis rebus, Romam se retulere, atque omnia cum fide Mutio exposuere. Tum is, qui nihil praeter rectum, quidquid in deliberationem veniret, sibi ante oculos poneret, nec vero, ut alii quidam, turpe existimaret fateri errorem, sed corrigere necessarium, decretum divisionis sex ante annis a se factum induxit novo decreto, quo duas provincias in unam iterum copulabat. Ei praesidem primum imposuit P. Pompilium Lambertengum, vulgo gratum tota Sicilia nomen, qui coactis quamprimum comitis, quaecunque restarent prioris sejunctionis vestigia delenda penitus et abolenda curavit. Verum id excessit in annum proximum.

31.
RES PROVINCIAE
VENETA
Parvae Dux
gravi morbo li-
beratur ope Ven.
Bernardini Rea-
lini.

De actis Provinciae Venetae quaedam sunt in monumentis hujus temporis eo potissimum nomine referenda, quod legentibus utilitati et exemplo futura

videantur. Eorum praecipua ergo subtexo. Odoardus Parmae ac Placentiae Dux, Farnesii non magis sanguinis quam animi virtutisque haeres, Societatem impensis diligebat, idque palam multis ac variis argumentis testatum faciebat. Nec enim verebatur ea dignitate Princeps cum nostris familiariter agere, eos interdum convenire rure, ac diem solidum inter ipsos amice transigere, aliaque id genus praebere singularis benevolentiae documenta, quae recensere omnia longum esset. Ei nonnullam de caelo vicem noster Bernardinus Realinus hoc anno rendere visus est. Acerbissimis nempe doloribus laboranti, quibus nullum in arte medica neque remedium neque levamen inveniebatur, persuasit Ursulina quaedam virgo, Realini ut opem exposceret, hominis non solum sanctissimi, sed crebris etiam miraculis clari, quem ipsa multis saepe rebus propitium experta esset. Simul Realini reliquias nescio quas illi utendas obtulit. Princeps, jacta in venerabilem virum fiducia, reliquias demersit aquae, aquam, dum maxime crudescerat dolor, sorbit. Et, mirum dictu! momento eodem mitigari dolorem sensit, omnique in posterum ejusmodi molestia caruit; quod adeo non dubitavit caelesti ope factum, ut in memoriam accepti beneficij recurrentem quotannis eam diem sacram deinceps festamque habere constituerit, eamque pridiano iunio, eleemosyna, et perceptione sacrorum celebrandam suscepit. Inde aucta magnopere Parmae de sanctitate Realini opinio, et multi in fidem ejus et clientelam se contulere. Novellariae vir aequa dives et avarus fuit, qui pecuniae conservanda augendaeque studio adeo nihil erogabat in pauperes, ut immo stipem poscentes durius plerumque, nec sine convicio repelleret. Accidit nocte concubia ut domum ejus ruralem, frumento, vino, multiplicique rerum aliarum copia refertam, corriperet repens ignis, incertum unde injectus; quo cum tota flagraret, coactus est miser omnino nudus confugere in vicinam nostri coloni domum, ab eoque cannabinum indusum mendicato poscere. Ibi dum consistit, domumque combustam, et opes suas misere desperatas, nulla ab oppidanis allata ope, spectat, tanta corruptus est aegritudine, ut febris ex animi dolore contraherit et lecto se commiserit. Decumbentem adiut unus nostrorum: moarentem, ac prope se desperantem verbis quam aptissimis erigere studuit. Simul patere ei domum Societatis dixit, in quam si transgredi vellet, animi corporisque levamenta esset habiturus quaecunque tribuere religiosa hospitalitas posset. Minime difficultem invitanti se praebuit aeger. Quid enim in ea rerum angustia mallet? Transgressus itaque in nostram domum, mensem in ea integrum summo studio procuratus exegit, donec animo pariter et corpore persanato, aliam sibi quaequivit domum, hoc secum ferens alte defixum animo documentum, nulli calamitoso negandam misericordiam, qua interdum indigere vel opulentissimi possint.

Documentum haud paulo utilius magna colenda Virginis nobis exhibet hominem facinorosus, cui qualisunque erga illam pietas et leve obsequium in summo vitae utriusque discrimine saluti fuit. Mutinae degebat is, et quamquam sceleribus cooperitus nonnullam tamen pietatem erga B. Virginem profitebatur. Die quadam, dum Deiparae effigiem muro depictam, detecto, ut solebat, capite et inclinato salutat, tres eodem puncto temporis insonuere ab inimicis insidiantibus displosae contra ipsum pyrobalistae, certam jaculantes mortem. Plumbeae tamen glandes, aliae infra brachium, quod pileum sibi detracturus exerat, aliae supra caput, quod inclinaverat, innoxiae praetervolarunt, nulla ipsum attigit. Quo ille tam manifesto divinae Matris beneficio servatus, in aedem nostram se contulit, conscientiam confessione purgavit, utque gratum deinceps animum sospitae praestaret Virgini, veriore profiteri deinceps pietatem vita in melius commutata coepit. Sed, siquidem de hoc arguento scribere jucundum est, liceat mihi aliud hoc loco ejusdem generis exemplum adscribere, novitate ipsa, ut arbitrator, placitum. Foro Cornelii effigies erat B. Virginis in nostra aede, clara miraculis, et antiquo cultu celebris. Ad eam hoc anno tabella allata est, pictum bubulcum, et adstantem illi bovem referens. Quid jam istud esset, quale beneficium indicaret, cognoscere pretium est. Bubulus, magna vir simplicitate et innocentia, comitali laborans morbo, sibique multa instare pericula ex crebro

Tom. II.

73

^{32.}
Homines immiseriti
rictus severa ple-
citum. Ei nostri
misericordiam
impudenti.

^{33.}
Qualisunque
pietas erga B.
Virginem insi-
gni beneficio re-
munerata.

^{34.}
Novi generis be-
neficium bubul-
cus impetrat a
B. Virgine.

morbi accessu, quo sternebatur velut exanimis, sentiens, opem rogavit Virginis, eique voto se obstininxit. Oranti propitiā se praebuit Diva benignissima, eatus tamen, ut, manente morbo, nihil ex eo gravioris infortunii accipere posset, quod miro prorsus modo perfecit. Nimirum unus ex ejus bobus post illum diem, quasi custos heri constitutus, sic ad ipsius custodiam, quoconque cedisset loco, excubare summa fide coepit. Hinc sive in stabulo, sive in agro sensibus destitutus jaceret, adstantem illi instar fidi canis cerneret bovem, pabuli pene oblitum, dum sensibus receptis exsurgeret. Quod si interea ignotus quisquam accederet, cum cornu petebat, et absisteret procul cogebat. Eveniebat interdum ut corrueret in sulco medio dum aratro incumbit, aut media in via, dum plastrum agit. Tunc bos jugatus illico consistebat, et sodalem bijugem ultra nitentem retardabat. Harum rerum tot fere testes, quōt accolae rustici, erant: quae cum prodigii speciem haberent, merito in numen imploratae Virginis referebantur.

35.
*Hebrei cuiusdam conversio
proxime ante mortem.*

Sociorum industriam multae variis in locis res bene gestae commendaverunt. Sed una instar omnium sit. Rhegii hebreus, ob crimen latrociniī suspensio damnatus, hortantes sacerdotes ut christiana susiperet sacra, contumaciter repellebat. Eum Praetor committi Rectori collegii nostri jussit. Hujus autem sermone emollitus, mutavit mentem in tantum, ut continuo baptismū flagitarit. Itaque fidei mysteriis, quantum in angustia temporis licuit, institutus, magno suo gudio caput aquae salutari supposuit, Christi corpus incredibili sensu pietatis sumpsit, demum alacer ac plenus bonaē spei ad supplicium processit. Ubi vero stetit in patibulo, gratias ingentes egit Rectori, cui salutem sempiternam se debere profitebatur, et laqueo collum imperturbatus inseruit. Magna hujus facti tum admiratio, tum laetitia apud Rhegienses fuit, et inde par animorum inclinatio erga nos facta. Sed egregiam in primis voluntatem ostendit spectatae virtutis femina, Placilla Bebia, ob profusas elemosynas mater pauperum passim dicta, quae moriens suam reliquit Societati domum hac lege, ut pretium ejus in fabricam Collegii Rhenensis verteretur. Atque haec de rebus Italicis. Jam rerum aliarum ampla scena nobis in Germania se aperit.

36.
*Beneficium collegii Rhenensi
factum.*

RES GERMANIAE
SUPERIORIS.
Augustam occupant Sveci. Pri-
ma nostrorum
rexitio.

Germaniam, quam dicimus superiorem, duo simul mala gravissima, bellum et pestilentia, vexabant. Utrumque magnas Societati clades, et uberen agendi patiendique materiam peperit, quod nunc quanta licebit brevitate evolvendum suscipimus. Gustavus Adolphus Sveciae Rex, commisso prospere proelio ad annum Licum, quo proelio Tillius aliisque summi Caesarianorum duces cecidere, patefactum sibi videns in omnem Germaniam aditum, porro progredi cum vicitricibus copiis ad Augustam usque Vindelicorum, et inde in Bavariam instituit. Intercessit Legatus Regis Galliae, Bavariæ ex foederis pacto tutam esse debere contendens. Sed ad intercessionem Svecus superbe respondit more victoris, nulloque ejus respectu, trajecto primum Lico, Augustam, quo jam dudum ab Lutheranorum factione magnis pollicitationibus vocabatur, cum exercitu contendit. Urbem reperit ab operibus immunitam, nec satis militum praesidio instructam. Eam itaque deditione occupavit. Inter conditiones dedendae urbis illa fuerat fere praecipua, ut ecclesiae, monasteria, collegia catholicorum omnia salva et incoluia essent, ita ut omnes clerici religiosique tum Augustani tum advenae, intra extraque pomerium, suas domos, ecclesias, redditus, et cuiusvis generis bona sine perturbatione possiderent. Cujus pacti fiducia nostri, et si infensissimos sibi intra urbem Lutheranos, partem scilicet civitatis maximam, et ab his acerrime incitandos contra se Svecos, itidem Lutheranos, non ignorabant, tamen manere in urbe ad solatium catholicorum constituerant. Sed nihil fides publica, nihil jurata pacta apud mortalium pessimos valuerent. Quo primum die receptus est intra moenia Svecicus miles, post cenam venit in collegium Praefectus comitatum regiorum, homo si quis alius improbus, religiosae cuiusdam familie desertor (nam istiusmodi nebulonum multi Sveco stipendia faciebant, omnesque omnium nequissimi fere erant), et Patribus in eam noctem imperat quadraginta millia pondo panis cocti, postridie ad castra Regis extra urbem convehenda. Ni-
si essent in promptu, graves regiae offensionis minas adiicit. Non difficile solum,

sed desperationi proximum erat tantum tam brevi spatio commeatum providere, urbe praesertim novitate rerum militarique strepitu maxime conturbata. Sed nullus deprecationi locus fuit. Extrema omnia proponebantur regiae majestatis nomine, nisi fierent imperata. Itaque implorata amicorum ope, quantum conquiri omni studio solertiaque potuit, congestum est. Postridie adest primo mane saevus exactor. Quod aliquid ad praeceptum decesset, Patrum cessationem et ignaviam gravibus verbis castigat, explose porro numerum jubet, et insuper vii urnas sexaginta, cervisiae centum imperat. Quae ut superbe imperata, ita avarissime usque ad supremos apices extorta fuerunt.

Plane apparebat, ut se dabant initia, causam queri, quae vel Patrum exilio, vel direptioni collegii, vel graviori etiam maleficio praetenderetur. Aliae cum decessent causae, calumnia inventa est, quae Patrum non tantum bona fortunasque, sed vitam etiam in discrimen ultimum adduxit. Inter deditio[n]is pacta illud nominatum conventum fuerat, ut redderetur Lutheranis templum S. Annae cum gymnasio adjuncto, quae duo aedificia ante triennium Caesar, ablegatis sectae Ministris, tradi jusserset Societati, ut a nobis suo loco narratum est. Hac re intellecta Patres, suis propere convasatis rebus, claves ad magistratum urbis cum solemn[i] protestatione deportaverunt, et in suum Collegium se receperunt. Lacta successu plebs lutherana, et insano quodam ardore concitata, ad occupandum postliminio templum turmatim accurrebat. Cum unus quidam et faece vulgi, projectae impudentiae vir, se vero, ait, non accessurum. Constare nimurum sibi magnam pulveris nitratii vim diversis templi cavernis defossam, quae ad destinatam horam, cum templum lutheranis refertissimum foret, igne concepto erumperet, et homines pariter ac tecum ruina involveret. Hacc sibi clam observata, vel interposita capit[is] sui sponsione, asseverabat. Exstitit eodem tempore in vicinia qui per similem calumniam contestabatur, se currum armis pulvereque tormentario plenum conspexisse in aedes Patrum devehi, condicte. Insuper nocturnos malleorum strepitus auditos, concursationesque, manifesta perfidiae et dolosarum molitionum indicia. Hoc didito rumore, gregales, quasi lymphati, huc illicque discurrere: ligones, secures, furcas, et quae his similia arma corripere. Admoniti de tumultu regii Praefecti, quamquam veterem hanc esse de armis apud Jesuitas reconditis fabulam non nesciebant, tamen armorum vestigandorum obtentu[m] magnam auri argenteique vim apud eos inveniendam arbitrati, Tribunum accurrere cum manipulo militum iubent. Ei ut templum domumque perscrutetur, coercita populari licentia, mandant. Tribuno agglomerat se furiosa multitudo, et ad templum S. Annae concurrit. Quidquid clausum reperiunt, vi effringitur. Elforditur templi stratum compluribus locis, sepulcra quoque passim rescinduntur. Similia in vicinis aedibus, quas nostri habitaverant, fiunt. Omnes excutiunt latibrae, quidquid supellectilis sacrae aut profanae inventum est, diripitur. Forte evenit ut famulus Patrum haereret in iis aedibus, nescio quid inde exportatus. Eum, latibulo non satis caute se tegentem, comprehendunt, quaestioniibus admovent, et adhibito cruciatu confessionem earum rerum, quas vestigabant, extorquere conantur. Ille tormentorum impatiens, quedam indicat apud vicinum civem recondita. Itum est illuc statim, tota diligenter excussa domus, sed nihil inventum praeter reculas quasdam Patrum, calcies sacros, delectos libros, et his similia, quae quidem haud sine gravi illius familiae damno et injuria inde protracta et compilata sunt.

Calumnia tam certis experimentis revicta, aequum erat ut Patrum innocentia absolveretur, si quid jus fasque apud furias populares valeret. Adeo non quietavit impotens populus, ut immo labore irrito actus in rabiem, et extimulatus magis, progreendiendum ulterius, et ex ipsomet Jesuitis veritatem eliciendam conclamarit. Ergo, eodem Tribuno Svecico praeeunte, pleno omnes agmine in collegium contendunt. Considerbant domi Patres, rerum caeterarum expectatione suspensi, de hoc tumultu securi; cum subito ad ostium fit ingens armorum strepitus, et plebis fanaticae conclamatio. Advolat unus ex P[re]ribus, atque ostium divellit. Irrumpunt summa vi, primum Tribunos, deinde ballistariorum globus, tum plebis multitudo promiscua, in qua miram armorum varietatem cerneret.

38.
Temp[or]um S. Annae nostri daturi, lutheranis redendum.

39.
Calumnia de armis apud nostros reconditis. Plebis lutheranae tumultus ob eam rem.

40.
Nostri ad necem deposcuntur ab insana plebecula.

Alius securim, alius veru, alius paelongum hastile intentabat; et quod ridiculum, media die candelae ardentes laternis praeferebantur, ad pervestigandos scilicet latentes thesauros. Nullus Patrum dubitabat, quin isti ad praesentissimum mortis supplicium peterentur. Nihil enim aliud populi militisque vultus, voces, arma represeantabant. Cum tamen collegii praecipue Rector alta voce evocaretur, Dei opem rogavit Rector, et intrepide ad satellitem regium descendit cum duobus. Hos ut conspexere, circumstinent pleni furore universi, et unumquemque nominatim insanis vociferationibus ad necem depositunt. Hi sunt, inquietant, qui nobis Pastores nostros eripuerunt, et in exsilium ejecerunt, fidem quoque et animas nobis eruptum ibant. Nunc scelus capite luant aequum est. Eja miles, age, ne parce ferro, sanguinem pete. Ac fuit prefecto miraculi instar, neminem Patrum fuisse a quoquam violatum. Etenim erant ex illa turba qui ad eorum caedem, jam animis praeconceptam et designatam, nihil nisi signum ac nutum ducis sui exspectarent, quod ipsi postea fassi sunt. Sed Tribuni moderatio reliquorum manus a scelere destinato abstraxit. Compresso autem illo bacchantium fremitu, seducti aliquantulum Rectorem Tribunus, atque edisserere jubet, quid, quo loco, et quantum pulveris tormentarii in clandestinis latebris sit reconditum, quo momento eruptura flamma in urbis perniciem sit. Minaci primum voce, deinde sedatiore hortatur, ne rem tantam obstinato silentio tegat. Atrocitatem meditati facinoris demonstrat, rem ingenue confitenti impunitatem pollicetur. Immoto ad ea Rectore, perstanteque erecto vultu, et quam planissimis verbis objecta crimina refutare, ille demum, seu viri reverentia, sive apertae calumniae pudore, seu, quod magis dixerim, Numinis quadam occulta vi, subito immutatus, crimine omni metuque Patres absolvit, ac tanta postmodum humanitate agere coepit, ut etiam religiosam familiae nostrae compositamque disciplinam valde laudaret. Itaque in ingressu non solum turbam adhuc dira omnia minitantes submovit, sed et abalistarios milites sex ad collegii praesidium reliquit. Hoc pacto, mirabili Numinis providentia, Patres magnis illius diei terroribus periculisque defuncti sunt.

^{41.}
*Tribuni Sveci
auctoritate ser-
vantur incolu-
mby.*

^{42.}
*Regis Sveciae
dictum de no-
stris. Damna ip-
sis illata.*

Regem Sveciae ferunt, cum de his inter epulandum audiret, se vero, dixisse, multa de Jesuitarum natione habuisse praejudicata; sed quod contra eos vi calumnisque agi cerneret, jam tum animi sui sententiam mutare, sibique decreatum esse ipsis manendi in urbe gratiam facere. Et ipsa re fecit, sed irrito, ut mox videbimus, beneficio. Toto triduo Rex in castris extra urbem consedit, quo tempore exercitus universi viciniam ferro rapinisque pervastavit. In pagum praecipue Kissingensem, collegio obnoxium, tempestas incubuit. Quidquid in eo frumenti, quidquid pecoris reique domesticae fuit, asportatum, abactum, direptum est. Neque solum rem, contra omnia pacta, milites rapiebant, sed in ipsa innocentium corpora atrociter saeviebant. Quo in genere placet hic in medium afferre crudelitatis exemplum a quadam Praedicante editum, ex quo uno licebit de reliquis illis Reformatae Ecclesiae ministris conjecturam facere. Quemdam e pago quem dixi Kissingensi rusticum intercepserant milites, et humi abjectum pedibus traferant ad vicinam arborem. Eo ut ventum est, trunco sublimem adstringunt. Tum circumstientes in orbem universi, alius latera tundit, alius os caedit, alius ex alia corporis parte cruciatum misero quaerit. Unus prae caeteris ei aurem dextram ferro praeccidit. Interea eminus ad id spectaculum equo citato advolat Minister Lutheranus, quem ubi rusticus sub cultro latronum tam foede constitutus conspexit, hunc saltem hominem arbitratus, inclamat, opemque lamentabili voce precatur. Minister ex equo celeriter delapsus, se vero optulatum advenisse respondet. Simul expromit cultrum, et proprius accedens, locum vulneri novo in corpore miselli homuncionis miserabiliter ingemiscantis quaerit. Observavit sinistram aurem adhuc a ferro intactam; ac salse dictitans, sibi potissimum, utpote concionatori, dari aures oportere, illam ferro avellit carnifex, atque inde eadem qua venerat celeritate se proripit. Haec ipse postea rusticus, homo quam qui maxime sincerus, commemorabat.

^{43.}
*Exemplum cru-
delitatis a quo-
dam Predican-
te editum.*

Triduo per haec exacto, Rex equo inventus, magno Principum Ducumque comitatu, inter effusos plebis Lutheranae plausus acclamacionesque urbem ingreditur. Paratum illi funeral hospitium in aedibus Fuggerianis, quae urbis amplissimum despectant forum. Hic duos non ultra dies constitut, totumque hoc tempus excipiendis civitatis obsequiis, et Lutheranorum gratulationibus dedit. Istorum plausu, et summis erga se studiis majorem in modum oblectabatur scilicet, nec eorum assentiones invitus audiebat, quibus proinde suam perpetuo patere non tantum domum, sed etiam cationem jussit, mire aliqui affabilis et comis erga omnes. Rectorem collegii nostri, qui ad salutandum eum, implorandum que sibi ac suis regium patrocinium venerat, non admiserunt aulici administri, ac ne nomen quidem ejus indicare voluerunt Regi. Rediit tamen domum, quod visum notable, nullo cujusquam convicio appetitus, quamvis inter populi turbam confertissimam graderetur. Regem prae caeteris sequebatur Fridericus Comes Palatinus Rheni, ille olim Bohemiae Rex perperam salutatus, suo deinde principatu detrusus, de quo nos non uno alibi loco scripsimus. * Nonnullam videlicet pristinae dignitatis spem hoc bello prensabat. Is in collegium improvisus venit, totumque cum templo lustravit, adeo nihil de veteri illa sua in nostrum Ordinem acerbitate praefferens, ut immo Patribus honoris causa deducentibus humanitatem eximiā omni verborum officio exhibuerit. Alii praeterea visendi studio affuere summi Svecorum Duces. Nullius audita vox, non dicam illiberalis, aut in quemquam nostrorum contumeliosa, sed non ad omnes urbanitatis leges exacta. Soli Praedicantes, collegium cum magno fastu ingressi, Patres salutandi causa obviam progressos superbe compellavere, et conviciis oneravere, superbiam iis intolerandam, et impotens dominandi studium pro sua singulari modestia objec-
tantē. Agmen istorum ducebat Emmanuel Fabricius, primi inter suos subcellii vir, et aulicus Concionator. Qui tamē ausus de quibusdam controversis Fidei capitibus cum nostris inferre sermonem, brevi sepcirculum demisit. Adeo nimis argumentis est irretitus ac plane constrictus, ut nequidquam cavillando extricare se conaretur, homo aliqui ingenio eloquoque plurimum valens. Sed vim veritatis eluctari quis possit? Ab eo certe colloquio Fabricius cum suis multo quam venerat modestior abiit. Sic primi illi dies praeterierunt.

At Rego Augusta digresso, omnia catholicis, et collegio praelestīm nostro deteriora sunt facta. Relictus fuerat urbis gubernator Benedictus Oxensternius, homo nullius fidei, habendi avidus, et Lutherō perdite addictus. Is primum, communicato cum proceribus Lutheranorum consilio, praeter pactorum publicam sancteque juratam fidem, primores catholicorum universos senatum movit, ac magistratibus spoliavit; quidquid vero ullius honoris aut munera publici penes quemquam fuerat, inter Lutheranos divisit, ut jam uni illi rem publicam administrarent. In tempa deinde, quae pridem fuerant a Lutheri faece perpurgata, denuo Ministros Lutheranos immisit. Denique collegium nostrum tot tantisque actionibus opprimere coepit, ut brevi ad egestatem extremam devenierit. Inexplebili avaritiae parem inhumanitatem jungebat. Nam si Patres pecuniam imperatam pendere cunctarentur, legionarios milites ad centum et amplius in collegium immittebat cum suis liberis conjugibusque, collegii ejusdem sumptu alienos, donec ad nummum dissolvens. Et erat istorum hospitium sane gravis ac molesta societas et consuetudo. Multa latronum more rapiebant, omnia conspurcabant. Dics praeterea noctesque helluabantur militari licentia, nocturnam ipsam quietem clamore ac strepitu interturbabant. Patres interea suis exclusi cubiculis, et in superiore domus contignationem compacti, vix habebant quo se verterent, ac plane aerumnosam trahebant vitam, donec vexationem quo-
cunque redimere pretio cogebantur. Omnino id agere videbatur improbus Gubernator, ut, quando Jesuitas vi pellere non licebat, ipsi malorum impatientia sarcinulas ultro colligerent, ac solum verterent. Verum id ne fieret, prohibuit catholicorum pietas et liberalitas, quae Patribus, omni exhausta re familiari, non habentibus unde viverent subsidio venit. Vix ex locupletioribus fuit quisquam, qui non cibaria quotidie in collegium mitteret. Ex ipsis tenuioribus nonnulli

^{44.}
Rex Augustae
excipitur. Sum-
mi Duces colle-
gium invisiunt
humanissime.

^{45.}
Lib. 2 n. 69.
Lib. 4. n. 38. lib.
5. n. 55.

Praedicantium
inurbanitas, qui
tamen confit e
collegio discen-
dant.

^{46.}
Dire vexantur
nostrī post dis-
cessum Regis.

^{47.}
Catholicorum
beneficentia erga
ipsos.

aliquid, pro suis quisque facultatibus, conferebant. Certamen quoddam charitatis et beneficentiae cerneret, cuius perpetua apud nos extare memoria debet, et gratia. Sic Patres ad menses aliquot vitam toleravere.

48.
*Nostri exulare
coguntur Augu-
sta. Exili quae
fuerit causa.*

Et nihilominus urbe demum excedere, et in exsilium ire coacti sunt, nec ad eos retinendos quidquam catholicorum studia profuere. Exsilii haec causa fuit. Quaedam conscripta fuerat juramenti formula, qua omnes Augustanae civitatis ordines, ac nominatum clerus, fidem Regi Sveciae obstringere jubebantur, poena exsilii proposita, si quis facere detrectaret. Ea ad collegium Canonicorum delata formula, addubitarunt canonici an salva religione possent id sacramentum dicere, et spatium consultandi petierunt. Viros deinde ex omnibus Religiosorum Ordinibus electos convocarunt, eorumque sententiam exquisierunt. Nostrorum sententia fuit, juramentum iis conceptum verbis sine grandi piaculo praestari nullo modo posse. Decedendum urbe potius, vitam ipsam profundendam, quam onerandam iniqua obligatione conscientiam. Id ipsum rationibus multis et variis, scripto comprehensis, demonstrarunt. In eandem sententiam Religiosorum complurimi descenderunt. Eandem Canonici sibi amplectendam statuerunt, nullisque neque jussis, neque comminationibus se permovevi sunt passi, ut praeceptum juramentum facerent. Cum ergo in idem Clerici pariter Religiosique ex parte maxima consentirent, his itidem atque illis Regis nomine denunciatur ut Augusta confessim emigrent. Una conceditur dies, intra quam de suis singuli rebus pro libito statuant. Frustra deprecatores exhibiti ut mitigaretur edictum, aut saltem praeſinitum spatium ampliaretur. Nihil impetratum. Dicta die convenire jubentur omnes unum in locum, atque inde per portam Gegganganam cum manipulo militum dimittuntur. Actum id communis maximaque catholicorum lamentatione, neque tamen magno haereticorum tripudio. Quin isti potius ea die, ob facti indignitatem, non nihil consternati apparuerunt. Religiosorum fuere octoginta exsules, clericorum ferme totidem, e nostris omnino unus et viginti. Hos prima die collegium Landsbergense excepta una cum Patribus Capuccinis et Carmelitis, et hospitaliter habuit. Post, qua cuique visum est, alii alio se receperunt.

49.
*Rex Sveciae In-
golstadio ac Ra-
tisbona depelli-
tur.*

Gustavus interea Rex, relictis Augustae binis praesidio legionibus, cum toto exercitu Ingolstadium transierat, urbem Bavariae munitissimam solo, ut sperabat, nominis terrore, et signorum suorum ostentatione capturus. Quod si eveniret, jam totum spe devorabat Romanum Imperium, Italiae quoque claustra per rumpere cogitabat, et in ipsa adeo urbe Roma sibi hiberna describat. Sed lusit illum vehementer sua ambitio, et accusa non nihil res catholicorum, non funditus eversas profligatasque volebant superi. Ingolstadii aderat cum militum robore septemvir ipse Bavariae Maximilianus, quo Principis simul ac ducis officia praestante, tanta virtute repulsus est ferox Sveci, ut post paucos initiae opugnationis dies, multis suorum amissis, plenus cladis et ignominiae discesserit. Inde, transmisso Danubio, Ratisbonam infesta signa converterat. Sed antegressus celeritate summa idem Maximilianus, hinc etiam repulsum coegerit incepto absistere; altero jam experimento demonstrans, falli enimvero assentatores Regis haereticos, qui jam debellatum arbitrarentur, nihilque posse huic triumphatori obsistere praedicarent. Sed quamquam Ingolstadium non expugnaverint Sveci, collegio nostro Ingolstadiensi plagam non levem imposuere. Praedium erat haud ita ab urbe procul (Biburgo est nomen) ex quo omnis collegii annona petebatur. Aderat, praeter minora aedificia, domus per ampla in usum Patrum, templumque curiale, et colonorum ingens numerus. Progressa illuc turma equitum ad aquandum (in cellis vinariis scilicet) omnia barbarum in modum deripuit. Quod exportari non poterat, igne consumptum est. Ac tale fuit incendium, ut praeter templum, nihil reliqui fecerit vorax flamma, et adhuc post tres menses fumaret confusa lapidum lignorumque congeries, ubi Biburgum fuerat. Parum id erat tamen, nisi atrox latrociniu[m] infanda etiam caede cumularetur. In ea quam dixi domo attinebatur ex nostris Mathias Widman, auditor Theologiae, juvenis quidem ille praestantis ingenii, sed mente captus. Juvenem innocuum feri milites, ira calentes ac mero, seu catholici seu Jesuitici nominis odio, crudeliter

50.
*Damna collegio
Ingolstadiensi
illata, et unius
infanda cades.*

interfecere. Ac plane dirum fuit mortis genus. Quasi enim ludum ex innocentis cruciati captarent, primum ei pellem, in duo lora scissam, a summo humero ad talos usque detraxere. Pluribus deinde confossum vulneribus, exanimem, et in suo natantem sanguine reliquere, insigni inhumanitatis exemplo, quale inter cultas gentes nunquam fortasse auditum est.

Praeter hunc manu haereticorum extinctum, alios tredecim collegium Ingolstadiense continuatis funeribus sibi ademptos luxit, quorum plerique moriendi causas ab exima charitate traxere. Grassante siquidem inter milites hue pestilenti, iis juvandis quamplurimi sociorum ultro se addixere, et multi eodem contracto morbo periere. Singulorum virtutes resque gestas commemorare ad alia properanti non vacat. Nefas tamen illaudatum praetermittere P. Adamum Tannerum, virum doctrina ac pietate inter paucos illustrem, et magnis in rem catholicam meritis, qui proinde desideratus prae cunctis defletus est. Oeniponte in Tyroli natus Tannerus, cum politiora litterarum studia adolescens absolvisset, transgressus in Societatem philosophos ac theologos audit, magnosque sortitus utriusque scientiae doctores, prioris quidem Rupertum Reindelium, alterius Jacobum Gretserum, Michaëlem Eischium, et Gregorium de Valentia, adhibita diligentia, sic in utraque eminuit, ut vix parem haberet sua aetate quemquam, superiorem fortasse neminem. Ingenium illi acre, perspicax et profundum. Nullum eruditonis genus sibi comparare neglexit. Latine, graece, hebraice doctus egregie erat. Historiae ecclesiasticae studiosissimus juxta ac peritissimus. Sanctorum Patrum, et venerandae antiquitatis indefessus pervestigator. Testes ejus libri tam multi, tam varii, quos propter perspicuitatem accuratamque methodum, et judicii exactissimum pondus, nec non ubertatem varietatemque scientiae, magni desuper fecerunt doctissimi quique viri, ac porro faciunt. Monachii fidei controversias primum, deinde Theologiam de moribus explicavit. Hinc in illa celebri disputatione, quae auctoribus serenissimis Ducibus Bavarо et Neoburgico de Religionе instituta est Ratisbonac, cum partes catholicas contra Hungarum Praeconem Saxonem aliosque Lutheranæ factionis propugnatores tueretur Gretserus noster, Gretsero comes certaminis adjutorque datus est Tannerus ac tantum ingenio, argumentis et causa valuit adversus clamosos illos rabulas, ut communis sapientum iudicio triumphantur insigni parta Victoriae catholici, quam acta ipsa disputationis typis evulgata contestabantur. Ab hoc proelio Ingolstadium est evocatus, in eoque celeberrimo Bavariae lyceo scholasticam Theologiam ad annos quindecim secundissima fama tradidit. Illum deinde Mathias Imperator, arcessitum Viennam, Martino Becano in theologica Academiae cathedra successorem dedit. Eundem Ferdinandus II. novae Pragensi Academiae Cancelarium, ut vocant, et nostris primum imposuit. Sed cum valetudine uteretur ad versa Pragae, Ingolstadium se retulit, honesto deinceps otio fruiturus, unique sibi ac suis lucubrationibus vacaturus. Ita perrexit, donec urbem obsidentibus Svecis, migrare in Tyrolim statuit, tum ut militari clamori se subduceret, tum etiam spe sanitatis nativi caeli beneficio recuperandae. Nam hydrope et lethargo laborabat. At Salisburgum delatus, dum inde in fines Tyrolenses deflectit, aggravante morbo, in pago quodam ignobili (Unchen vocant) Curionis ministerio expiatus occubuit, VIII. Cal. Junias, aetatis anno sexagesimo primo. Vulgato Tanneri obitu Ingolstadii, mirum quantus incesserit summos infimosque dolor. Doluere prae cunctis nostri, qui talent amississent virum, nec illum saltem honore debito efferre, nec domestico sepulcro condere apud se possent. Fuere viri principes, qui cadaver ejus Salisburgum revehendum, ac splendido monumento coherestandum censerent. Archiepiscopus ac Princeps Salisburgensis se de erigendo ipsi epitaphio cogitare significavit. Sed quidquid id fuerit, sua Tannero virtus et eruditio illustre satis epitaphium, satis splendidum mausoleum est, et adhuc Doctor inter agricolas jacet. Religiosae gravitatis modestiaeque tenacissimus erat, verborum parcius, a jocis, sale, cachinnis alienissimus. Praecipua illi oblectatio nemus, aviumque garritus, praesertim philomelae, cuius scitissimo modulatu laudari Deum conditorem ajebat, et ipse ad eundem

^{51.}
Societ. ali-
quot funera In-
golstadii.

^{52.}
Obitus et elo-
gium P. Adami
Tanneri.

laudandum mirifice incendebatur. Divorum cultui a primo statim Societatis aditu impense studuit. Multos, velut peculiares Patronos, certo in libello consignatos habuit, quibus aliquid quotidie obsequii deferebat. Separato libello descriptos servabat eos omnes, quos menstruis sortitionibus ab ipso tirocinio accepérat, cum gnomis Patrum, et virtutibus in singulos menses praescriptis. Ex quo licet agnoscere, nunquam illum inter litterarum studia, et multiplices lycei curas, de prima pietatis ardore, quem ab ipsis religiosae vitae primordiis conceperat, remisisse.

^{53.}
Moritur Ingolstadii Comes Tillius, et in aede Societatis conditur.

Quo tempore Ingolstadium Sveci conatu irrito obsidebant, decumbebat intra urbem aeger ex honestissimo illo vulnere, quod ad Licum accepérat, haeros tota Europa nominatissimus, Comes Joannes Tillius, Ferdinandi Imperatoris et Sempemirii Maximiliani summus militiae Legatus; et quamvis aeger, adhuc e fatali lectulo hostem, si non manu, certe voce consilioque profligabat, defensionis modum ordinemque praescribens, adstantes duces ad rem fortiter gerendam inflammandis, suam omnibus virtutem, periculorum mortisque contempricem, inspirans. At non superfuit diu. Crudescente enim in dies vulnere, homo longaevus (septuaginta trium annorum erat), cum jam orbem terrarum factis ingentibus, et sui nominis gloria implevisset, naturae debitum solvit, id singulari numinis beneficio consecutus, ut post tot commissa proelia, tot relatas victorias, tot confeccas provincias, in manus non veniret hostium, sed inter amicos, in urbe apprime catholica, invidente consolanteque non semel serenissimo Electore Maximiliano, rite perceptis christianorum sacris, ex hac mortali vita decederet. Mortienti usque ad extremum spiritum adstitere sacerdotes nostri. Mortuo itidem ex nostris duo toto triduo adsuere, psalmos comprecationesque christiano ritu peragentes, donec cadaver, stanneo inclusum cippo, sub noctem translatum est in aedem Societatis, et in crypta subterranea pie depositum, dum aliud ab ipsius familia decerneretur. Sed ad Regem Sveciae, saepe nobis hoc tempore in Germania visendum, redeamus.

^{54.}
Nostrorum consilia Monachii sub adventum Svecorum, eorumque votum.

Spe dejectus Rex potiundi Ingolstadii, et Ratisbona depulsus, in ulteriorem Bavariam populabundus irrupit, Landishutum et Frisingam occupavit, denique Monachium magnis itineribus cum omnibus copiis contendit. Nunciato ejus adventu, trepidatum est Monachii ut in supremo discriminé. Continuo Elisabetha Electoris conjux, et Albertus frater, cum liberis et omni aulico comitatu, Salisburgum versus profugerunt, et in loca tuta se receperunt. Nostri, qui erant ad nonaginta numero, consilio inter se habito, manendum sibi in urbe statuebant, parati injuriis quaslibet ab hostibus et haereticis forti animo excipere, et vitam ipsam, si ita res ferret, pro Deo ac patria pacisci. At Rector, sapienter existimans, si toleranda esset obsidio, gravem collegio tantam multitudinem fore, delectos ex eo numero triginta sex, invitatos licet et effictim repugnantes, tempestive dimisit. Quo facto, reliqui ferme quinquaginta, animis in utramque sortem defixis, ut non respuerent quaecunque adire pericula, tamen, ad avertenda impendentia mala, votum Deiparae auxiliatri et D. Michaëli templi patrono conceptis verbis nuncuparunt, si eorum ope collegium salvum et incolume stetisset, diem illam, quae voti eos damnasset, sibi posterisque suis sanctam deinceps, et anniversaria pietate celebrandam semipernum fore, ita quidem ut ea die sacerdotes gratulatoria litarent hostia, caeteri rite expiati divinae mensae accumberent, moremque hunc posteritati (nisi si alter judicassent majores Praesides) de manu in manum traderent. Quod votum, ut mox videbimus, ratum habuerunt Divi. Haec dum aguntur a nostris, tota etiam civitas, exterrita imminenti malo, suppliciis ac votis insistebat, et pacem superum rogabat. Ecce autem inter haec adest a Sveco cum aliquot equitum turmis missus tibicen, et deditioinem ex Regis imperio poscit. Responsum quod viros fortes, et Principi fidis decuit. Sed allatae sub idem tempus Frisinga litterae ad Gubernatorem urbis Joannem Christophorum a Preisingo, civitati defensionem paranti armis manibus extorsebunt. Scribebat iis litteris Legatus Regis Galliae, si Monachienses ultro se dedissent Sveco, sacra profanaque omnia illis innoxia fore. Ita sibi sancte promisum ab ipso Rege, immo non sibi, sed suo Regi, cuius interposita auctoritate

^{55.}
Urbs hosti deditur horatatu Legati Regis Galliae.

id ab ipso impetrasset. Sin mallent obsistere, alia omnia exspectarent, scirentque occasionem quaeri ulciscendi reponendique in alia urbe catholica excidii Magdeburgensis. Nec dubium videri quin simile severitatis exemplum Monachii ederetur, propterea quod eam urbem Rex officinam putaret, in qua pleraque sibi foederatisque suis inimica consilia fuissent procusa. Claudebat epistolam monens, ut pro eo quanti facerent salutem suam, mitterent confessum ad Regem Legatos, qui publico nomine se urbemque ipsi permetterent. Gallo ut mos geretur suadebant multa. Hostis in propinquuo, isque ferox, et multo superior numero, tum spes omnis, suppetiarum intercisa. Itum ergo est in ejus sententiam. Profecti in castra Legati, urbem potestatis regiae fecerunt, mox cives militi portas aperuerunt.

Potitus urbe Rex, tolerabilem, ac spe longe mihiorem dominationem exercuit. Ut a rebus nostris non abscedam, collegio Societatis assignavit statim manipulum militum, qui aedes fortunasque Patrum ab omni noxa tuerentur. His praeerat Gallus nobilis et catholicus, quo propugnatore ac custode, nihil furto surreptum est domi, licet dies ac noctes patenter portae, nec ulla cuiquam nostrorum illata injuria. Non quies, non ordo religiosae disciplinae turbatus, ac ne consueta quidem pietatis officia in templo intermissa. Par collegio securitas post discessum Regis, Gustavo Hornio fabrum praefecto supremam in urbe potestatem gerente, constitut per mensem et semis, quamdiu scilicet Sveci Monachium tenuere. Non modo adversi nihil statuit contra nosnos Rex, sed illos potius in honore ac pretio habere visus, quod ex quibusdam ejus dictis et factis cognosci potuit. Prius quam Frisinga discederet, id praeter caetera ex Legato Regis Galliae quaesivit, quid Monachii agerent Jesuitae. Ab his Deum rogari pro regia sua Majestate, Legatus respondit. Cur vero pro me? ait ille. Ut fias catholicus, repositus Legatus. Quo Rex accepto responso, subridens obmutuit. Postea vero quam Monachium victor intravit, ac prima ipsa post ingressum die, dum equo vectus exit ad castra, externam collegii nostri faciem contemplatus, equo repente desiliens, templum subiit, intulitque se ad aram usque maximam, curiose spectans omnia, idque detecto semper capite, stipantibus latera summis belli ducibus, inter quos erant Fridericus Palatinus, Augustus Neoburgicus, *Dux Vei-*
mariensis, Holsteinus, aliquie illustres Germaniae Principes. De re nec opinata admonitus Rector, continuo in templum descendit, seque ad omne obsequium obtulit Regi. Eum Rex non solum benigne compellavit, sed longo sermone detinuit, multa rogans de templi conditore, de collegii familia, tum de quibusdam quos usurpari videbat ritibus, praesertim de aqua lustrali, de appensis ad aram Ignatii anathematis, aliusque id genus, latina semper lingua utens, ac plane familiariter agens. Accidit inter haec ut sacerdos, ad aram faciens, sacrosanctam efferret ad conspectum populi Hostiam. Rector ad latus Regis, mediisque inter Principes, flexit genua, Christumque solemni more adoravit, nemine interpellante. Is ubi assurrexit, denuo Rex in sermonem ingressus, de Sacramento Eucharistiae deque Missae sacrifici scitari coepit multa, multa item reponere, responsa si non approbans, certe non sprenens. Digressus inde ad sacrificia pro defunctis, quaerit, num Jesuitae etiam pro mortuis facerent, idque an gratis? Affirmatum utrumque, et additum, caetera quoque nos sine remuneratione munera obire, sive docendo, sive concionando, sive moribundis adjuvando, sive aliud quidpiam pro bono publico privatoque praestando, iis solum contentos, quibus sustentari vita honeste posset. Idcirco necesse esse ut collegia suos habeant redditus istiusmodi hominum sustentationi congruentes. Nihil ad ea Rex; sed ultra, quasi ex abrupto: Num etiam pro Tillio estis operaturi? Nec, enim dubito, subjecit, quin illum vos in caelo collocatum velitis. Bene utique sperandum, ait Rector, de tali viro, utpote qui pius in paucis ac bene moratus fuisset. Hic vero nonnihil commoveri visus Rex, et in modum stomachantis: Fuit, inquit, Tyrannus. Nec plura elocutus, obtulit. Discedens laudavit templi structuram et majestatem, id unum male factum dicens, quod in templo tam magnifico verum Dei verbum populo non traderetur. Denique, salutato iterum Rectore, se proripuit. Die

Tom. II.

74

56.
Monachii Rex
Sveciae benevo-
lum se praebet
nostris.

57.
Templum no-
strum invisit.
Eius cum Rec-
tore colloquium.

58.
*Quaedam ejus
Dicta de Jesuitis.*

postero, qui dies Christo in caelum ascendi sacer erat, cum divini Servatoris triumphus in templo Bñae Virginis more veteri repraesentaretur, adesse voluit ipse Rex, et salse admodum hilariterque jocatus super illo spectaculo, ad postremum serio quaesivit ex Decano, de Jesuitis quid sentiret. Se vero, respondit Decanus, non posse de iis nisi bene sentire et loqui. Tum contra Rex: An forte praecceptores olim fuere tui? Eoque assentiente, ad Fridericum Palatinum conversus: Magistros a discipulis laudari aequum est, inquit; et sermonem alio detorsit. Saepe alibi in familiari sermone mentionem de Jesuitis inferebat, nullum unquam alieni ab iis animi indicium declaravit. Quin semel super mensam dixisse fertur, se, si esset catholicus, Jesuitas inter primos habiturum. Alias unum ex adstantibus rogavit, num quodam in urbe (quam cum contemptu nominavit) domicilium haberent Jesuitae? Id ille cum negasset: Haud quidem miror, inquit: ventres pigri cum Jesuitis non convenienti. Ita fere Gustavus Rex; ut videretur de Societatis moribus et instituto, quantum heterodoxo licebat, bene sentire, nostros vero homines non tam odisse, quam ex praejudicatis quibusdam opinibus habere suspectos, illos quidem certe non aspernari.

59.
Dux Veimariensis et Comes Palatinus collegium perhunc niter lustrant.

Rege sic affecto, similem erga nos habitum animorum prae se ferebant qui erant ex eius comitatu Principes, et interdum aliquam benevolentiae significationem praebebant. Primus in collegium dux Veimariensis cum venisset, mirabatur tantam sociorum multitudinem, qui, fuga neglecta, ausi essent hostibus se ostendere. Ubi vero intellexit id eos fecisse partim conscientiae suae, partim regiae aequitatis clementiaque fiducia, laudavit vehementer consilium, pronunciavitque haud aliud edi ab ipsis potuisse certius innocentiae et inculpatae in Regem fidei documentum. Palatinus satis non habuit collegium semel invisere, totumque curiosissime perlustrare. Rediit iterum ac tertio, et quasi Patrum colloquio delectaretur, stans, inambulans, et interdum in primo quod occurrebat cubiculo sedens, sermonem ad horas protrahebat de rebus plerumque nostris, de statu, de ministeriis Societatis, de forma regiminis aliquis id genus. Quae cum probaret omnia, mirari tamen satis non poterat, tot hominum millia, qui toto terrarum orbe fusi invenirentur, ab uno capite dependere, ad ejusque omnes nutum praesto esse. Evenit ambulanti, ut coniceret forte oculos in tabulam parieti affixam, quae pugnam Pragensem (cujus ipse quondam pars et dedecus magnum fuerat) aere incisam repraesentabat. Visus eam principio ne agnoscere quidem; sed ubi ex inscriptis litteris intellexit suae cladis et fortunae typum esse, conversus ad Patres: Cur, inquit, non etiam muro suspenditis Lipsiensem? Quod tamen non vultuosa fronte, sed ridenti similis pronunciavit. Progressus ulterius, exemplar alterum offendit ejusdem pugnae. Et rursus: Quid urbs semel capta bis una, inquit, in domo? At diversae sunt, ait Rector, tabulae. Haec latino sermone, illa vernaculo historiam prodit: litteratis et illiteratis consultum est. Cui responso Princeps acquievit. Jam minorum Ducum aulicorumque quotidiani in collegium, ac paene horarius concursus erat. Quos cum nostri omni officio et humanitate prosequerentur, ea res nonnullam Instituti nostri vel reverentiam vel commendationem apud hostes, eosque haereticos, peperit. Fatebantur ingenui multi, sese tum primum Jesuitas nosse; deprehendisseque longe diversos ab iis, quos antea vel ipsi sibi, vel alii finxissent. Se hactenus errore mentis, non animi pravitate aversos ab iis fuisse profitebantur, dolebantque minus licere sibi, utpote religione dissidentibus, cum ipsis et esse et agere, quo nihil mallent. Se certe humanitatis eorum memores in omne posterum tempus fore, eamque apud suos Regemque ipsum depraedicatores. Fuit inter centuriones qui cervinae copiam e castris dono misit Patribus. Idem alia die venit mane in collegium, et quosdam nominatim ad prandium castrense invitavit, una secum rheda vehendos revehendosque, qui tamen, gratis prolixe artis, et negotio nescio quo excusato, ejus liberalitate frui noluerunt. Unus e Praedictis, haud infimi inter collegas subsellii homo, P. Hieremiae Drexelii amicitiam tantopere expetebat, ut vel unum ejus alloquium se mille philippis nummis empturum diceret. Quoniam vero aberat tunc Monachio Drexellius, quippe serenissimam

60.
Secorum multi cum nostris amiciam jugant.

Elisabetham Salisburgum secutus, ille, prolato librorum ab ipso editorum syllabo, id petuit a nostris impetravitque, ut, quos nondum habebat, sibi traderentur inter caeteros asservandi, nullusque ex tota serie deesset. Ut summam faciam, adeo nihil molestiae dannive a Svecis nostri retulere, ut eos potius aequissimos, ac multis rebus etiam benevolos experti fuerint.

Expertī maxime sunt per occasionem insignis cuiusdam strophae in collegii perniciem structae, quām ego a suis initii repeatam, eo etiam ut video, geminam huic fuisse fabulam novissimis hisce temporibus excogitatum in Gallia de haereditate Ambrosii Guisii, iisdemque semper artibus et calumniis grassari contra nos consuevisse improbos. Exstitit ergo impostor nequam, oriundus ex Augia (vicus est haud ita a Monachio) sed inde olim ejurata fide catholica Norimbergam transgressus, qui magnam pecuniae summam sibi a collegio nostro Monachensi deberi contendebat. Ajebat namque patrum sibi fuisse praedivitem, Wilhelμum Welserum nomine. Ab eo moriente legata sibi testamentum octo florenorum millia; sed cum ipse defecisset ad lutheranos, in poenam defectionis pecuniam hanc omnem, una cum haereditate paterna, intervertisse Septemvirum Maximilianum, et ad collegium Societatis donatione transtulisse, anno saeculi hujus sexto. Id ut credibilis fabulator facheret, idoneum ante omnia fraudis administrum et subscriptorem reperit, qui non modo ita rem se habere confirmabat, sed etiam attestabatur semet ultimae sue voluntatis testem a legatore adscitum fuisse. Structo in hunc modum dolo, res ad Praetorem militiae Sveciae, emptum ab accusatore judicem, defertur. Praetor ergo post paucos dies una cum actore illo falsario in collegium venit, ac Rectori denunciat, decrevisse concilium regium ut octo illa millia repetenti, annumeratis etiam singulorum annorum ad caput ipsum censibus, (quae computatio ab accepto legato ad viginti septem millia florenorum excurrebat) restituantur. Causam adicit, quod vi constitutionum Imperii nefas sit fueritque ob religiosis immutationis suis quemque legatis everti. Rogare hoc loco Rector inducias, dum actio neque provisa, neque nostrorum cuiquam unquam cogitata, expenderetur, intereaque sineret juris beneficio locum esse, quod cuique permitteret suam causam agere. Non unam tantummodo, sed alteram quoque partem audiari oportere. Inexorabilis ad petitionem aequissimam Praetor, id unum imperiose obgammiebat, ediceret diserte, et verbo uno, velletne parere Regi necne? Quo ex responsu satis intelligens Rector quid ille animo moliretur, causae bonitati confisus, Regem ipsum appellavit. Cessit huic telo improbus. Quid enim ageret contra? Et Rector, impetrata Regis adeundi facultate, ad illum die et hora conducta se contulit. At nactus Regem inopinato negotio occupatum, ex ejus mandato rei totius seriem exposuit Kreilzemio, regiae domus Praefecto, idque coram Proceribus Svecicis compluribus, qui orationem ejus secundissima admirumratione approbare sunt visi. Addidit postremo loca ad Majestatem Regiam libellum supplicem, quo id rogabat unum, ne inauditus gravaretur debito incognito, sed eo usque ampliaretur sententia, dum ex libris rationum aliquique documentis de donatione illa, quae dicebatur collegio facta, constaret. Dicentem Kreilzemius benevole audivit, et libello accepto, eum se Regi traditum, deque toto negotio relatarum spopondit. Patres interim omni metu et cura esse liberos jussit. Nec enim permissurum pro insita aequitate Regem, ut ullo modo collegium vel levissima in re contra jus fasque laederetur. Sic transactum illa die, quae fuit VIII. Cal. Junias. At die sequenti Rex cum parte exercitus Monachio discessit, nec ita multo post quoddam ejus decretum ad nostros perlatum est, sigillo regio munitum, quo pecuniae illius nunquam visae, nunquam acceptae, restitutio imperabatur. Apparebat plane factum id, Rege inscio. Cumque re vera collegium aces illud alienum nulli deberet, visum ex re et causa futurum argumenta innocentiae litteris consignare, eaque Gustavo Hornio, qui tum civitati ac militi pro Rege imperitabat, tradere. Quod factum est. Libellum in eam rem exaratum ad Hornium detulere duo ex nostris. Quos ille et benevole exceptit, et esse securos jussit, negans se permissurum ut quidquam Jesuitis eveniret, quod non aequo et juri congrueret. Scriptum porro illud Hornius non Praetori

61.
Veterator qui-
dam item inten-
tat collegio de
magna pecuniae
summa.

62.
Regis ac Mini-
strorum ejus ae-
quitas in illo ne-
gotio.

^{63.}
*Impostoris fraus
deprehenditur,
et in perpetuum
opprimitur.*

militiae, homini subornato, sed incorruptis arbitris recognoscendum commisit; quibus rationum momenta expedientibus, clare confectum est, testamentum illud Wilhelmi Welseri purum putum fuisse commentum sycophantae Augiensis, ad surripiendam collegio pecuniam, sibi non debitam. Id ipse postea circumscriptor constanti suo silentio vius confiteri. Neque enim ex eo tempore debitum repetuit unquam, aut ea de re quidquam ultra movit. Idem aperte confiravit Septemvir ipse Maximilianus, qui ut auditiv Ratisbonae de intentata collegio lite, miratus vehementer hominis audaciam, qui talem vivo se luderet fabulam, eam omnem actionem meram merissimam esse calumniam palam pronunciavit. Et nihilominus post discessum Regiorum, ne qua restaret vexandi collegii ansa, concilium Electoris rogarunt nostri, ut tota res iterum legitimo iuris ritu dignosceretur. Novo itaque et diligentie examine instituto, producta sunt in lucem Augiensis, sive Norimbergensis pectoris manifesta mendacia, et insuper certissimis argumentis deprehensum est, hanc fuisse fabulam ab illo histrione confictam, non sua sponte, sed malevolorum instinctu, nec sine occulto aliquo doli socio, cuius nomen litterae silentio tectum volvere.

^{64.}
*Negotium colle-
gio exhibitum ob
trophaea quae-
don Comitis Til-
lii.*

Quo loco non omiserim, fuisse per id tempus Monachii malevolos, qui Svecorum dominatum occasionem arbitrantes suam, eos in perniciem nostrorum incendere conarentur. Praeter fabam, de qua dixi, ab Augensi illo veteratore cusam, quae situm est collegio crimen et nonnihil negotii exhibitum, ob insignia quaedam militaria, Tillii trophya scilicet multis maximisque victorii reportata, quae Septemviri voluntate ex utroque latere templi nostri suspensa visebantur. Ea sub ipsum Svecorum adventum nostri sustulerant, unaque cum aliis templi cimeliis in tutum extra urbem locum deportanda curaverant, ne odioso aspectu offendenter hostes. Exstitit nihilominus scelestus delator, qui de iis fecit indicium, falso praeterea affirmans in collegio abdita detineri. Inde injecta mens et cupido Regi eadem recuperandi. Principio missi in collegium Praefecti militares duo, qui Regis nomine et auctoritate ea signa repeterent. Respondente Rectore, id quod erat, penes se ultra non esse, alio avecta, nihil tunc quidem ultra quae situm, et quies ad aliquot dies fuit. Accidit deinde, quod supra demonstravimus, ut in colloquio veniret Rector cum Kreilzemio, regiae domus Praefecto. Is cum amico satisficeret, ut dictum est, petitioni Rectoris, et pro Regis aequitate verbis amplissimis spopondisset, vicissim urgere illum coepit oratione blanda, ut Tilliana trophya redhiberet Regi responsoni; quae quidem, ajebat, non ide ab illo expeti, quasi honorificum ducat talia eripere clericis, quae solis eripere hostibus in patenti campo sciatis esse gloriosum, sed quod fuerint insignia Regum Principumque sibi foedera ac fide conjunctorum. Parendi necessitatem deprecabatur Rector, cum diceret, neque domi ea esse, neque, quod ipse sciret, intra urbem. Verum ille commotio: Ubi delitescant, et tute scis, inquit, neque Regem latet. Atque hic rursum amici in morem, Jesuitis ait aequo Monachii atque alibi locorum inimicos esse quamplurimos, qui res eorum omnes prodant. Ab his indicatum Regi de vexillis domi occultatis. Velle proinde Regem, ac plane jubere ut confessim tradantur. Sin minus, facultatem daturum suis abditissimos quosque collegii angulos recessusque perscrutandi, et certe inventum iri. Quibus minaciter dictis, pauca subiecti humanitatis et officii verba, ac Rectorem dimisit. Rector, cum inteligeret suis dictis fidem non haberit, regressus domum, syngrapham exaravit, qua non solum sancte, uti prius, testabatur domi non esse vexilla, neque, quod ipse sciret, intra urbem, sed insuper vitam in id suam oppignorabat, siue legitimate demonstraretur, dolo malo, sciente se, Monachii reservata fuisse, se id capite luiturum spondebat. Addebat ipsisdem litteris, ea se, ut primum fuissent recepta (quantum quidem in se foret) sine mora, sine fraude traditurum. Codicillum hunc destinaverat Kreilzemio; sed cum ille Rexque pariter eodem die sub vesperam abiissent, eum Hornio Gubernatori obtulit, quo de vexillis haud multum laborante, tempestas illa omnis resedit. Una demum fuit res paulo durius ab Rego de nostris constituta. Verum in hac ipsa re singularem ejus de Societate opinionem quidam sibi visi sunt

^{65.}
*Sex ex nostris
olvides mittun-
tur Augustam.*

introspicere. Nimirum reversus ex improviso Monachium, obsides civitati imperavit ex omni ordine, tum civili tum sacro, ad duos et quadraginta numero; cumque ex aliis Religiosorum familiis unum, binos, ad summum tres exigeret, e collegio nostro Presbyteros omnino sex sibi dari jussit, qui carpento impositi Augustam Vindelicorum deportatis fuerunt. Grave id porro accidit nostris, cum alias ob causas, tum ob eam maxime quod sinistris de Societate sermonibus ansam praebuit. Fuere nimirum qui rem sequiorem in partem interpretantes dicerent, lateque vulgarent, ab Jesuitis structas insidias Regi, submisso sicario, vel certe intentatam veneno mortem, eaque propter vinctos catenatosque ad supplicium vehi. Qui cum rumor ante eos Augustam pervasisset, mirum est quibus conviciis et scommatis fuerint in ipso urbis ingressu ab lutherana cultuvie salutati.

Eodem interea anno cum hoste immitiore pugnandum Monachii fuit, contagiosa videlicet lue, quae urbem misere afflxit, et collegium quoque nostrum funeribus decimavit. Quippe in publica calamitate nostri, aegrotis diu noctuque assidentes, pestem inter domesticos invexere, quae multis aditum aeternae vitae reclusit. Accidit ut ex eodem morbo periculose decumberent eodem tempore quatuor praestanti virtute Patres, quos longum vivere publicae intererat rei. Id pro merito dolens P. Christophorus Etlinger, pari ille quidem virtute vir, sed abjectissime de se sentiens, eos procurandi provinciam sibi demandari impetravit hac spe, ut, quando ipse Societatis inutile pondus esset, pro fratribus tanto utilioribus velut succedancea hostia caderet. Et visus Deus O. M. gratam voti hujus habere victimam. Siquidem Etlinger, officio intentus, dum aegrotis omne obsequium opemque assidue impendit, quasi e venis singulorum virulentum exsuderet tabum, sic illis revalescentibus contabescere sensim debilitarie coepit, donec morbo oppressus occupuit. Illi contra, per eosdem ferme remittentis mali gradus, integrum valetudinem receperunt. Similem vitae exitum vehementer exceptiit, non obtinuit tamen, P. Vitus Wolkenstein, vir multis nominibus, sed vitae praesertim sanctimonia clarissimus, qui brevi licet spatio versatus in Societate, eam ad omnem posteritatis memoriam insigniter illustravit. Jam inde cum per Italiam Galliamque vagari lues coepit, pio exarsit desiderio ponendae in eo charitatis officio animae. Hinc ejus ad Praesides crebrae ardentesque tamen voce tum scripto preces, quarum ut specimen praebeam, resegmina quaedam litterarum exscribo, quas ad Generalem Praepositum eo de arguento perscripsit. Rationes sexdecim iis complectebatur litteris, ob quas putaret petitam facultatem sibi non denegandam. Ratio undecima petebatur inde, quod nullum ipsi instare periculum ex aegrotorum ministerio videretur. Erat autem totidem concepta verbis. « Una pestis, inquit, juxta vulgatum adagium, non solet agere in aliam. Nulla vero purulentior pestis, nullum foediis foetentiusque apostema in orbe terrarum reperiri queat, quam quod vitae meae anteactae memoria et abominatione mihi perpetuo prae oculis statuit ». Rationis decimae tertiae verba erant ista. « Cum ego insuper sim Societati plane inutilis, et tantum fruges consumere natus, et terram in paradiſo hoc caeleſtium deliciarum frustra occupem etc. ». Adiiciebat argumenta plura ut persuaderet, hoc desiderium non nisi a Spiritu Sancto sibi injectum, ac demum epistolam in haec verba claudebat. « Si Reverenda vestra Paternitas internum hunc meum instinctum (uti de divina bonitate plane confido) non a carne et sanguine, sed a Patre luminum mihi immissum judicaverit, tum demum per totius SSmae Trinitatis majorem honorem et gloriam; per dulcissimum nomen Jesu, Societatis nostrae signaculum simul et propugnaculum tutissimum; per viscera misericordiae, sacramissima vulnera, ac pretiosissimum sanguinem Dei et Salvatoris nostri Jesu; per intemeratam virginitatem, et admirabilem maternitatem gloriissimae Dei Genitricis Mariae; per S. P. N. Ignati ardenterissimam illam charitatem et ignitum zelum, quibus ad salutem et perfectionem proximi procurandam accessus erat in terris, et etiamnum flagrat in caelis; per hujus denique sanctissimae Societatis majus bonum ac commodum, admodum R. P. V. suppli- citer oro, obtestor, et adjuro, ut me quamprimum vel in Italianam, vel in alium

^{66.}
Pia mors P.
Christophori Etlinger.

^{67.}
P. Viti Wolken-
stein ardens de-
siderium inser-
viendi aegrotis.

« locum quemcunque peste laborantem destinet. O desideratissimum diem illum!
 « O felicem, mihique diu exoptatam horam! O optatissimum nuncium, quando
 « mihi dicetur: Surge, Vite, et vade in civitatem, pagum, domum, mapale hoc
 « infectum; excipe epidemicu*m* hujus confessionem, inunge eum sacro oleo, assi-
 « ste moribundo huic, advigila agonizanti illi, sterne aegro huic lectum, deter-
 « ge pus saniemque ex carbunculo hoc pestifero prorumpentem, insue cada-
 « ver istud. Certe, admodum R. Pater, ad omnia illa, si per superiore*m* mihi
 « liceat, vel a sancta obedientia mihi injungatur, quin etiam ad lambenda ipsa
 « peste tactorum ulcera (dummido id in majorem Dei gloriam et animarum
 « bonum cessurum sperari posset) quamvis inde praesentissima mors immineat
 « non minus promptum paratumque me exhibeo, quam si famelicus aliquis ad
 « copiosam cenam vocetur.» Haec ille scribebat, quae quantum spirent ardo-
 rem, quantam alienae salutis sitim, ac despicienciam sui, nemo non videt. Sed
 irritae fuerunt preces. Nec enim Praepositus Generalis induxit animum tam praec-
 senti discrimini tale caput obicere.

68.
Eiusdem obitus
et elogium.

Recaluit idem viri desiderium, magnopere incitata spes est, cum Monachii insedit et malignis febribus nata lues; ac tot institit, tam ardentibus apud Rectorem precibus, ut demum promissum extorserit ad contagiosos se mittendum. At cum maxime hac spe solabatur sese, quas alienae valetudini parabat curas, convertere ad suam cogitur, epilepsia gravi correptus. Sensit illico, ac certo prædictis, brevi se ex eo morbo moriturum. Itaque, ut periculum praesens non viderent medici, tamen ad luctam ultimam armari voluit more christiano, et caeleste viaticum petiti, quod, non tam necessitatibus, ut videbatur, quam precibus ejus indulsum. Nec ita multo post, novo superveniente ictu epileptico, inter vehementes totius corporis convulsiones animam exhalavit, IV. Idus Novembres, annos natus quadraginta novem, quorum sex, non amplius, in Societate conser-
 erat. Patria illi Leontium fuit, paternae ditionis oppidum in Tiroli, genus antiquissimo Tirolensi Dynastarum sanguine. Prius quam Societatem ingredere-
 tur, quod acte provecta fecit, honoribus magnis opibusque in ordine ecclesiasti florebat. Erat enim quatuor principum Ecclesiarum canonicus, et Salisburgen-
 sis amplissimo consistorio praererat. Ad haec Brixinensem Pontificatum pleno
 jure primum, deinde Caroli Austriaci Brixinensem Episcopi Vicarius admini-
 straverat. Nec erat dubium quin ad unam aliquam et splendidioribus Germaniae
 infulis assumendus esset, nisi abrupto honorum cursu Christi crucem amplecti
 inter nos maluisset. Novissime Ferdinandus II. Caesar illum filii sui Leopoldi
 moribus et institutioni praefecerat. Verum in ipso hujus dignitatis aditu pelli se
 vehementiore instinctu sensit, ut Societatis ingressum denuo tentaret. Nam ten-
 taverat saepe antea, semper repulsa tulerat ea ratione, quod plus prodesse
 Ecclesiae reique publicae posse videretur in candelabro positus, quam sub mo-
 dio latens. Machinas igitur in id omnes movit egitque, partim per litteras cae-
 lesti plenas spiritu, partim per potentes amicos et deprecatores, tanta apud nos-
 tros Praesides efficacia, ut, superata demum eorum constantia, admissus fuerit.
 Quod supervixit temporis, suo excolendo spiritu totum dedit, illud praesertim
 Ecclesiastici adamassum exsecutus: *Quanto major es, tanto humilia te in omnibus.*
 Infima ac despiciatissima quaque efflictum ambiebat; quae honorifica viderentur,
 pro viribus declinabat, semper et ubique eximum sui contemptum depressionemque
 captabat. Hujus virtutis, itemque charitatis exercendae causa, domestici cu-
 jusdam aegroti curam sibi committi impetraverat; eique mensibus aliquot ita
 inserviit, ut nihil amplius posset servulus pretio conductus. Non enim contentus
 vulgari servitio, quod sternendo lecto, everrendo conclavi, cibis et pharmacis
 ministrandis continetur, etiam in sordibus expurgandis, conspurcatisque linteis
 elundis operam collocabat. Saepe etiam a Rectore pia importunitate contendit,
 sibi ut traderentur famuli domestici partes, tum in communibus collegii lampadibus
 procurandis, tum in verrendis tergendiisque iis locis, quae honeste no-
 minari non possunt, ad nihil altius, vix etiam ad ista vilissima se idoneum di-
 citans. Ita cum deprimeret spiritum, haud minor corporis etiam deprimendi

afflictandique cura erat. Extremis vitae annis diem nullum praetermisit, quo die non horis aliquot veste cilicina attereret carnem. Cibi potusque parcissimus, accusabat se tamen identidem apud Moderatores quasi helluonem gulæ ventri-que deditum, et egit saepe ut permitteretur sibi solo pane et aqua vivere, quod tamen petenti nunquam concessum est. Consilio prudentiaque valebat plurimum, nec leviter humani divinique juris peritia tinctus erat. At scrupulis supra quam credi possit angebatur. Hinc animi perpetua inquietus, in ipsa interdum virtute vitium timens. Hinc sollicitudo pavorque assidua, et dirum conscientias tormentum; sic fortasse permittente Numine, ut minimis etiam maculis expurgatus, purior ad aethera evolare spiritus, quod de tali viro opinari fas est. Sed ad intermissam narrationem redeamus.

Quamdiu Monachii subsisterunt Sveci, etsi contra urbem, ut dictum est, nihil hostile suscipient, tamen in viciniā identidem excurrebant, nec ab circum-jacentibus pagis ac villis ignem, caudem populationemque abstinebant. Residen-tia nostrorum erat Ebersperga, praediumque opimum collegii Monachiensis, cum horreis, pecore et colonorum ingenti numero. Ibi cum multum annonae reconditum servaretur, nulli erat dubium quin loci libertas aliceret ad praedan-dum hostes. Quare ad hujus defensionem loci magna frequentia colligere se un-dique ruricolae armati, hisque accessere postmodum equitum provincialium tur-mae aliquot, cum nonnullis Croatarum centuriis. Qui cum omnes Residentiae sumptu alerentur, et multa raperent potius quam peterent, haud minus fortas-se damni ab his defensoribus illatum est, quam ab hostibus timendum esset. Tolerabile id erat tamen, si saltem stationem servassent. At in hostem subinde prospicientes, eumque crebris velitationibus lacescentes, aliud profecerunt nihil, quam ut irritati Sveci majoribus viribus Eberspergam aggredierentur, quam qui-bus resistere ipsi possent. Tunc caesi ex illo collectio milite plurimi. Reliqui praecepit in fugam aversi, Eberspergam sub cultro reliquerunt, quam occu-pantes Sveci, quidquid vacuis in aedibus inventum diripuerunt, aedes ipsas suc-censi, nisi satis opimam praedam, et spe prope majorem invenissent. Nam praeter expositas et patentes opes, peculum quoque non exiguum, a nostris oc-cultatum, quo instaurari aliquantulum accisae res potuissent, praestantium ver-tagorum odora vis deprehendit, rapuitque, cum gaza templi sacra et domesti-cae supelleciliis non exili apparatu, quiae clades multis florenorum millibus con-stituit. Verum haec damna fortunarum fuere, eoque leviora, quod sarciri utcum-que poterant. Gravior certe accidit jactura in uno sociorum facta, quem saevi latrones, quod divisorum Ebersbergensium sacra ossa, reliquumque Ecclesiae the-saurum nollet quantumvis sollicitatus prodere, crudeliter interficerunt. Fuit is Frater Blasius Schelling, domesticac adjutor rei, senex annorum septuaginta octo, quorum tres supra quinquaginta per varia sui gradus munia traduxerat, majo-rem vero partem in primariis provinciae collegiis emporem et oeconomum ege-rat, magna semper fidelitate et industria. Praecipua tamen viri laus, quod rerum exteriarum curam cum perfectionis sua studio, felici ac plane miro nexu, con-jungeret. Ne quid de statu meditationis tempore, ob negotia interdiu occurren-tia, decerpendum esset, hunc sibi ab annis amplius triginta fecerat morēm, ut horam saltem unam eriperet quotidie somno, consuetum exsurgendi signum pree-vertens, finiretque prius commune orationis pensum quam caeteri inchoassent. Libellos pios nulla non die lectitabat, et quoties officii ratio permitteret, duobus tribusve sacris religiose inserviebat. Denique, quod supra omnem commendatio-nem est, cum ipsis viginti septem annis Ebersperga oeconomiam rusticam ad-ministrasset, nunc sociis caeteris Svecorum metu dilapsis, unus in statione im-pavidus constitut, haereticorum furorem forti animo exceptit, et mori trucidatus maluit, quam tradere sanctum canibus. Sed caetera videamus.

Domum Societatis Oettinganam, urbem ipsam Oettingam, immo Bavariam o-mnem inferiorem, quae ad Salisburgensem Archidioecesim spectat, in maximis bel-li periculis tutam et incolumem magna Dei Mater praestitit. Ejus certe praesenti patrocinio assignatum est, quod tota hac regione, tali tam propinquuo hoste, non

^{69.}
Damina illata
Residentiae Eber-sbergensi.

^{70.}
Pr. Blasius
Schelling ab haer-
eticis interfici-
tur. Ejus elo-
gium.

^{71.}
Oettinga sub Vir-ginis patrocinio
lata. Ubi de ip-sius celebri sta-tua.

vitae quisquam, non honoris, non rei familiaris jacturam fecerit: cuius rei gratia magno auctus est opere Virginis Oettingensis cultus, tota aliqui Bavaria celebris, ad eamque velut ad potentissimam communis patriae custodem inusitati undique concursus facti. Statuam ejus pervetustam, olim a S. Ruperto Episcopo in sacra aede Oettingana, ut a majoribus traditum est, depositam, ne his bellis motibus in impias hostium manus veniret, loco moverat suo Archiepiscopus Salisburgensis, et Salisburgum translata, maximo cum honore in metropolitano templo collocaverat. Verum post septem circiter menses eandem ipse reverxit Oettingam, suisque manibus pristinum in locum pie religioseque restituit. Actum id ipso D. Catharinae Martyris sacro die, solemnni indicta pompa, quam illustriorem reddidere e gymnasio nostro Mariani sodales, adventanti cum sacra effigie Archiepiscopo obviam progressi. Attulit simul Antistes pius omnem pecuniam, omniaque anathemata, argentea, aurea, quacumque demum ex materia Salisburgi augustissimae Matri toto eo spatio temporis oblata, quibus de suo addidit sacram ex auro puro puto calicem, servatae ditionis suae monumentum ad posteros transiit. Caeterum de divinae Matris beneficentia, quae totam eam regionem complexa est, nostri praecipuum in modum participarunt, non solum ab omni maleficio ejus ope servati, sed in magna rei familiaris angustia praesentibus subsiditis adjuti ac sublevati. Ut omittam caeteras largitiones, domui Oettinganae praeter omnem nostrorum spem hoc tam difficili anno factas, quemdam e clientibus suis secundum quietem admonuit ipsa Virgo beatissima, ut Patrum inopiae subsidio veniret. Qui cunctandis minime ratus, per hominem ignotum quadraginta sex florenos submisit Patribus, cum hac brevi epistola: « Ego » in somno a SSma Dei Matre, uti reor, monitus sum, ut Patribus Societatis « Oettingensibus eleemosynam largirer. Hanc ergo exiguum de mea tenuitate ipsis mitto, ac simul rogo ut Patres in suis sanctissimis Sacrificiis mei peccatoris sint memores. Verum, ut purior sit intentio, incognitus esse cupio. » Sic ille, quicunque demum fuit. Porro tam munifica divinae Matris ejusque clientum liberalitate excitati Patres, non commiserunt ut suum Oettingani desiderarent pro communi salute labore. Praeter usitata Ordinis ministeria, quibus naviter insisterant, novam hoc anno sodalitatem in honorem S. Isidori Agricolae instituendam curarunt. Quamquam vero praecipius sodalitii finis ad sovendam in rusticana plebe spectabat, ei tamen aggregari canonici omnes loci, sacerdotesque multi, et complures ex utroque sexu nobiles voluerunt, minime alienum scilicet a se arbitrati cum rusticis hominibus societatem inire in colenda pietate, quando nemini dedecori futurum sit juxta S. Isidorum, aliumve rusticum considerare in caelo.

72.
*Oettingensium
erga nos beneficia.
Nostrorum
res gestae ibi.*

Dum haec ibi geruntur, extra teli jactum, quod dici solet, atque ab omni hostium incursu tuti sibi videbantur socii Oenipontani, quippe intra editissima montium valla abditi, et objectu rupium inaccessi. Tamen communi calamitatum Germaniae fructu (quid enim damna appellem, quae nobis coronas et mercedem augent?) non caruere. Principio, Svecorum Rege Bojos Svevosque incurante, plerique nostratum ex occupatis a hoste dissolutisque Provinciae collegiis ad montes, inque Tyrolim consergerunt, adeo ut numerus advenarum, quos collegium istud hospitio accepit, subinde ad nonagenos ascenderit, infra sexagenos nunquam descenderit. Hi porro cum fraterne, uti inter nos assolet, habendi ac sustentandi essent, magnum inde aes alienum contractum est, et deficientibus aliis annonaem adjumentis, argentea quoque templi supellex aut oppignorata, aut divindita. Quamquam non dissimularim inopiae domesticae ex magna parte subventum esse tum Serenissimi Leopoldi Archiducis, tum etiam civium ditiorum liberalitate. Ac piissimus quidem Princeps, cum omnes Societatis homines benigne complecti solebat, tum in istos praesertim profugos, ac suis sedibus pulsos, singulare hospitalitatis studium declaravit. Praeter pecuniae subsidia non spernenda eorum in usum, exhausto licet ob temporum difficultates aerario, clam in collegium missa, ut publico documento aliorum quoque beneficentiam excaret, die quadam omnes advenas, qui tum supra octoginta erant, prandio ex

73.
*Leopoldi Archi-
ducis, aliorum
que liberalitas
erga collegium
Oenipontanum.*

aula curato discumbere coram se voluit. Remotis deinde mensis, neminem insatum dimisit. Tirones vero, quorum maximus erat numerus, viritim recensuit, in singulorum nomen, patriam, familiam inquisivit, eorum denique lustrare cubicula, et sarcinulas amice scrutari, non infra suam personam dignitatemque duxit. Quid jam non facerent proceres civitatis, tali semel edito exemplo a Principe? Ejus plerique munificantiam qua licuit imitati, non modo tot alendis hospitibus necessaria omnipiis generis auxilia suppeditarunt, verum etiam, cum iis recipiendis nequaquam domus angustiae sufficerent, alii binos, alii ternos quaternos suas in aedes receptos diu ac laute aluerunt. Sic grave collegii incommodum utcunque sublevatum est externa ope.

Vicissim nostri, ubi multo gravius imminentia civitati malum viderunt a Sveco, qui jam cum maximis copiis in Tirolim irruperat, tot extra ordinem preces supplicationesque instituerunt, ut iis non immerito Oenipontani suam se debere incolumitatem crediderint. Ut omittant communiora, quae recensere singula longum esset, semel collectam undique mendicabulorum multitudinem, et longos in ordines distributam, circumduxere, nova ac miserabilis pompa, sed ad placandas caelestes iras aptissima. Non enim voce tantum et clamore, sed intimo etiam ac vero gemitu, atque ipsa illuvie ac squalore corporum tot mendici pacem superum rogabant. Et verissime dictum est: * *Deprecatio pauperis ex ore usque ad aures perveniet.* Et rursum: * *Quoniam non sprevit, neque despezit deprecationem pauperis.* Illud vero novum magis magisque admirandum, quod huic lacero ac soridato agmini, pro summa animi sui demissione, et insita genti Austriae in Deum pictate, se adjungere voluit ipse Archidux Leopoldus, processitque longo per urbem circuitu omnium postremus, sacco poenitentis indutus, cruce lignea ac ponderosa humeris imposita, sex Patrum nostrorum eodem et habitu et onere comitantibus; quae species uberes civitati universae lacrimas excussit. Atque ubi in templum Societatis supplicatio rediit, consistens in ipso templi vestibulo Princeps, mendicis singulis denarium sua manu elargitus est, ac demum discedens Patribus gratias egit, quod locum modumque pii operis exercendi sibi concessissent. His jam, ut dixi, aliisque id genus piaculis exoratum fuisse cælestis numen, abactumque e Tirolis finibus hostem, constans omnium, nec vana opinio fuit. Quamquam nec defuere qui omnem servatae regionis laudem S. P. N. Ignatio attributam mallingent, ab eoque redditam civitati vicem pro collata in nostros homines beneficentia dicent. Sane Dux Veimariensis, qui Svecis imperitabat, superatis jam propugnaculis Fussensibus et Reitensibus, omnique adverso agmine aut territo, aut proligato, eo usque erat progressus, ut Archiduci, qui ad tuenda claustra Erembergica advolaverat, nunciari jusserit, se die sequenti, qui D. Ignatio sacer erat, suae ipsum domi coram salutaturum. Quod superbe dictum haud dubie exsequebatur, nisi quo insperato casu victoriae impetus retardaretur. Nam et praesidiarii passim metu consternati signa deserebant, et suis praefidentes viribus adversarii accerrimas irruptiones faciebant. Rebus adeo afflictis, ac prope conclamatis, provinciam suam pius Archidux enixe commendavit Ignatio, votoque se obstrinxit, si opem ferret, curaturum se ut ejus dies festus per omnes ditionis suae regiones ritu solemni quotannis coleretur. Ecce autem eodem illo die, quo fauces jugi se penetraturum sperabat Veimariensis, quam celerrime discedere cogit, re infecta, a Rege scilicet sue tunc in Franconia perlitante per cursores velocissimos evocatus. Haec ipse postea referebat Archidux, se voti damnatum affirmans, atque illud addens, omnem operam se daturum ut a summo Pontifice impetraret S. P. Ignatio locum et honorem publicum in Brevario Romano.

At curarum istarum fructu Princeps optimus frui non potuit, morte haud multo post interceptus. Depulso enim hoste, fractum tot tantisque laboribus animum venatu revocare cupiens, contulit se ad Ahenum lacum, Bavariam versus, idoneum quidem feris captandis locum, quippe amoenis sylvis longe lateque consitum, sed ejus valetudini, humorum excursibus fere perpetuis obnoxiae, ob caeli gravitatem et humidi vaporis copiam, infestum. Hujus deinde iniquitatem loci

Tom. II.

73

74.
Supplicationes
Oeniponte institu-
tas. Archidu-
cis pietas admi-
randa.

Ecccl. 21.
P. 21.

75.
Sveci Tirolim
deserunt haud
sine S. P. Ignati
interventu.

76.
Pia mors Archi-
duci Leopoldi
inter manus no-
strorum.

adeo auxere fusi per eos dies largi de caelo imbres, ut, aggravante qua laborabat epiphora, praeter oculum dextrum jam pridem malo hoc male affectum, maxillam quoque totumque caput gravi tumore inflatum tulerit. Accessit ad extremum febris, quam sibi fore letalem vel contra medicorum sententiam affirmans, continuo morti pie fortiterque occursero, et ad imminentem agonem christiano more armare se coepit. Schwazio nomen erat oppido, ubi ob morbum ingravescerem subsistere coactus est. Huc adesse confestim jussit sacerdotem ex nostris eum, qui ipsi erat a confessionibus; ei se multo cum fletu reum ac poenitentem obtulit, ac rite expiatus Eucharisticum panem ipsius de manu religiosissime sumpsit. Ex castris interim ad Norimbergam positis laetus affuit nuncius, Svecum Regem, magna Caesarianorum virtute repulsum, cladem non exiguum accepisse. Ad ea Archidux de bono publico non mediocrem se quidem percipere voluntatem ostendit: Veruntamen, subiecit, in vitae hujus incerto statu laeta sine tristibus nulla sunt: me quidem certe et vivis crastina dies auferet. Graviter perculit ea vox serenissimam in primis conjugem, tum omnes aulicos, quibus cara Principis vita contra aurum. Sed verus nimium vates fuit. Tres e nostris, duo ex D. Francisci familia moribundo per vices adstitere, quorum ille dicta salutaria precesque integris ad ultimum prope spiritum sensibus audit, et avide admisit. Hinc singulari prorsus animi robore dolores morbi acerbissimos tulit, nihil unquam questus, nulla de re nisi de sempiterna animae salute sollicitus. Una illi anxietas, desiderium parentibus commune videndi salutandique supremum liberos. Hac una re commoveri nomihil angique visus. Non adeo tamen, ut conscientiae arbitrio salubriora suadenti non illico aquieverit. Sic tandem sacro inunctus oleo, qua praedixerat die, quae fuit V. Idus Septembbris, proxime post festum natae Virginis, nostri sacerdos manum manu tenens, placide exspiravit, patriae Societatisque nostrae verus pater, dignus caelo, dignus saeculorum memoria Princeps. Nostro in templo triduo integro parentatum illi est. Cadaver Oenipontem devectum, et in privato aulae sacello depositum, donec solemni funere ad novum Societatis templum, quod ipse sibi sepulturae delegarat, transferretur.

77.
Statutus totius
Provinciae hoc
tempore.

Jam ut alia provinciae domicilia calamo properante percurram (nec enim vacat in singulis immorari) varia variis locis nostrorum fortuna fuit, sed fere ubique calamitosa. Alii enim suis extrusi sedibus, alii hostem in sinu alere coacti sunt. Quibus neutrum ex his accidit, iis onus incubuit excipiendi sustentandique profugos magno numero sodales, quae res quibusdam collegit pauperioribus magnae instar cladi fuit. Caeterum, ut hoc non praeteream, injuriae graviores non tam ab summis Svecorum ducibus, quam ab gregariis militibus, minoribusque praefectis, aut etiam ab indigenis accidentur. Rex vero Sveciae adeo nihil iniquius contra nostros statuit, ut eos potius tueri, vix non etiam diligere videbatur. Quod ex paucis, quae subiicio, planum fiet. Neoburgum bis venit Rex, semel Junio mense ineunte, iterum praecipiti jam autumno. Sub primum ejus adventum in magno erant metu cives quo adveniret animo, et plerique iratum suspicabantur. Nam cum a belli exordio Wolfgangus Gulielmus, Dux Neoburgicus, a neutra parte se staturum publicis litteris promisisset, tamen Caesarianis per sublicium pontem, quo Ister jungitur, transitum permiserat, quod contra pacta factum videbatur, et Svecis non nihil incommodaverat. Inde ingens tota urbe trepidatio. Praecipua vero timoris causa hominibus nostris, tum quia Ducicarioribus, tum praesertim quod regia castra sequebatur Augustus Neoburgicus Wolfgangi germanus frater, vir perdite lutheranus, isque non fratri minus quam nobis ob causas alibi indicatas, * infensissimus habebatur. Tamen urbem ingressus Rex, cives obviam effusos omni statim metu liberavit, palam professus se neque contra Principem loci, neque contra civitatem quidquam moliri, quieti modo manerent. Nostris vero etiam benevolum se ostendit. Collegium, uti solebat, templumque lustravit, et multum temporis inter nostros, quasi otia retur, familiarissime exigit, multa super instituto Societatis, multa super Fide Romana placide admodum humaniterque ex Rectore quaeritans, nec pauca ex iis quae

78.
Rex et Regina
Sveciae nostris
benevolos se praee-
benti Neoburgi.

* Lib. 5. num. 62.

audiebat, quaeque oculis obiiciebantur, approbans. Quod factum adstante et audente quem dixi Augusto Principe Neoburgico, haud parum valuit ad mitigandum ejus animum, et meliores illi sensus de rebus nostris injectit. Rediit, ut dixi, Neoburgum Rex Octobri mense exente, eratque tum in ejus comitatu Regina, praeter ingentem dynastarum numerum, et militum duodecim fere millia. Et rursus animi bene erga nos, affecti quaedam praebuit indicia, quae, ne similia saepius ingeram, praetermitto. Haud secus Regina, non solum mariti exemplo collegium templumque nostrum invisit, sed cum audisset faciendam eo tempore in collegio distributionem praemiorum, eique drama comicum solemini more praemittendum, spectaculo cum tota aula interesse voluit, et quidquid illud erat prolixus laudavit, has optimas esse artes affirmans ad fovendum studiorum ardorem, acuendamque inter scholasticos aemulationem. Similia, et notabiliora fortasse regiae erga nos voluntatis exempla alibi non defuere.

Mindelhemium, urbs ditionis Boiae, sub jugo Svecorum gemebat: aderat turma equitum, non tam communi civitatis sumptu vicitans, quam privatorum spoliis et rapinis ditescens. Tribunus praerat gente Hibernus, Jeremias Makovius nomine, qui se pro catholicis palam ferens, et fratrem Jesuitam se habere dictitans, eo nomine Societas studiosissimus videri volebat; re tamen ipsa haec callide obtendebat, ut nostram in domum receptus, et communis aede mensae admissus quasi amicus, res omnes Patrum, tum etiam animos nulli suspectus rimaretur, et occasionem inde aliquam collegii expilandi sumeret. Hac mente, neque impeditiebat Patres quominus suis libere ministeriis in templo fungerentur, neque aliud quidquam molestiae illis exhibebat, nisi quod e collegii penu vinum plenis subinde hydriis exigebat, neque id tamen gratis, aut vi, sed pacto aere nescio quo, nescio quas ad calendas persolvendo. Eo sic pergenti, adest ex insperato nuncius, adventare in urbem Regem. Continuo salutatum procedunt extra portam primores civium, magistratus, Rectorque collegii nostri cum uno altero ex Patribus. Quos ut vidit Rex, equum continens: Et hic Jesuitas, inquit, habetis? Magistratus annuento, tum Rex, vocato ad se aulae magistro, clara voce imperat, videat ne quid contra Patres insolentius agatur. Rego in urbem deducto, ultro in collegium Makovius accurrit, deque regio favore Patribus gratulatus, milites duos, catholicae Religionis, ut ajebat, praesidiarios, in collegium immittit. At quo spectaret hoc praesidium, quae prima se dedit ansa post discessum Regis, compertum est. Haec porro fuit occasio. Praetor urbis, cognomento Schnarzapsius, vir nobilis, eximie catholicus, et haereticorum hostis acerrimus, Memingam fuerat evocatus ab Svecorum Praefecto, ibique ob quasdam suspicio-nes carceri inclusus. Prius vero quam abiaret, instare sibi aliquid infortunii praesentiens, quod auro et melioris habebat supelletilis, transtulerat in collegium nostrum, utque auro aliquo loco infoderetur precibus impetraverat. Id facile rescivit Makovius ex iis, quos dixi militibus, domesticis scilicet exploratoribus ac delatoribus. Nec mora. Re cum Praefecto Memingensi composita, repente sub noctem adest cum globo militum, et collegii fores occupat. Tum introgressus, ut erat simulator egregius, cum lacrimis tristisque obstestatione proditum se ab aliquo nebulone clamans, nunciatus ait Memingae de occultata in collegio Praetoris gaza, et litteras ipsas sibi a Memingano Praefecto scriptas Rectori legendas porrigit. Duo continebant litterae. Alterum ut Praetoris bona repeperet ex Patribus, et Memingam quamprimum deferenda curaret. Alterum ut Patribus denunciaret, luituros capite si quid celarent, aut confessio eorum a confessione Praetoris vel minimum discreparet. Grave utrumque erat. Verumtamen Rector, ignarus quid Praetor per tormenta interrogatus respondisset, ad cavenda mala quae sibi suisque intentabantur, refossam Praetoris cistam ita ut erat integrum Makovio tradidit. Sic belle cum successisset perfido veteratori res, alias deinde gazas ex nostris exprimere conatus est, simulata itidem amicitia fingens indicatum Memingae de reconditis in collegio vasis civium argenteis, monilibus, annulis, aliisque id genus pretiosis rebus, quae nisi statim fideliterque promerentur, Patribus fortunisque eorum exitium instare moerens dolensque denunciabat. Sed

79.
Regis favor erga
Societatem Min-
delhemii.

80.
Ibidem sexatur
Societas Tribuni
cujusdam frau-
de.

81. *Tribuni exi-
tus infelix. Cui
succedit alius u-
lo nequior.*

frustra fuerunt strophae. Nec enim Patres reddere quae non habebant poterant. Et sycophanta post haec dignas fraudulentiae poenas dedit. Negotii enim cuiuspiam causa profectus Ravenspurgum bene potus, ut fama est, de fenestra altiore, vel casu fortuito, vel, quod credibilius, ab alio praecepitatus ruit, et collo fracto animam exhalavit. Successi illi Robertus Sandalinus Scotus, Calvinista teterimus, qui simplicius apertiusque agere aggressus, duo statim nummum philipeorum millia Patribus imperavit. Ea ni penderentur, scirent se vinctos Ulmam abducendos, et in carcерem contrudendos. Quinque horarum spatum ad deliberandum concedebatur. Illi, multorum foribus nequidquam pulsatis, cum non haberent que se verterent, hoc demum devenire, ut subtilioris e lino telae (quod opificii genus ibi celebre) tantum commodato acciperent, quantum mille philipepis aestimaretur, idque pro imperata pecunia offerrent. Vix tamen post multas preces exactor rigidus eo panno sibi os obstrui passus est. Quo collegium Mindelhemiene utcunque servatum.

82. *Pelluntur nostri
Meminga.*

At qui Memingae degebant socii tres, stationem suam nullo servare pacto potuerunt. Postero enim die quam in Svecorum potestatem venere cives, dominum nostram adiit Praefectus militum Wilhelmus Guin, natione Scotus, recens a fide catholica, ut ipse de se affirmabat, ad Lutherum transgressus, petitiue a Rectore, num in tutelam Regis, et in partem contributionis communiter facienda venire vellet. De tutela assensit vehementer Rector. Quid enim mallet? At ad alterum postulatum praeccise negavit a se quidquam contribui posse, quod redditus ea domus nullos haberet, sed solius Episcopi liberalitate sustentaretur. Atqui, reposuit Guinius, efficiam ego ut quod sponte renuis, solvas invitus. Ac secundum haec domum militi expilandam permisit. Plures expilatio dies tenuit, adeo ut nihil reliqui fecerit praedonum summa rapacitas, ne virentem quidem in horto herbalam. Fossa etiam in altitudinem multorum pedum alicubi facta, quod defossi humo thesauri dicentur, sed nullo operae pretio. Rebus demum omnibus direptis, ac penitus exhausta domo, facultas oblata Patribus redimendi, si vellent, sui quingentis philipepis nummis. Responsum est, cum nudi jam, suisque omnibus spoliati essent, sibi praeter pellem superesse nihil. Itaque onerati duris verbis, urbe excedere jussi sunt. Per causam ejusdem belli Residenzia quoque Colmariensis dissoluta est; quamquam id, non tam Svecis, quam civibus calvinianis, quorum erat ibi factio praevalida, eorumque malignitati impudandum. Caeterum quamdiu in vicinia constitere Sveci, dissidium ingens, ac veluti bellum intestinum Colmariae fuit inter cives catholicos et haereticos, cum isti pulbos Jesuitas vellent, illi contra quidvis perpeti malling quam Societate privari. Postea vero quam urbs haereticorum proditione in potestatem hostium venit, Gustavus Hornius Svecorum ductor adeo nihil hostile contra nosinos incipit, ut immo eos ab atroci quae parabatur injuria defenderit. Nam cum audisset inter conjuratos quosdam cives clam convenisse, ut certa hora invaderent domum Jesuitarum, hisque nares et aures praeviderent, aversatus indignum facinus, misit e vestigio manipulum militum qui praesidio essent Patribus, et maleficium arcerent. Vicit nihilominus haereticorum perfidia. Urbem videlicet prodituri, ita cum teste transegerant, ut omnia restituerentur in eum statum, quo fuissent anno saeculi hujus vigesimo sexto, cum nondum Colmariam ingressa Societas erat, et civitas fere tota Calvinio studebat. Recepit igitur intra urbem Svecis, prima curarum fuit catholicos magistratus in ordinem redigere, iis heterodoxos substituere, civitatem Regi Sveciae jurejurando obstringere. Templum deinde, quo Societas utebatur, occuparunt Ministri Lutherani, quam tamen rem Calviniani aegerrime concoxerunt. Ab eo nostri jussi facessere, et vasa sacra tradere. Quod factum est. Sed siquidem mos obtinuit ut contra nos non vi tantum, sed etiam calumni agatur, nec fere nobis res fortunaeque sine criminis aliquius infamia eripiantur, spargitur post haec malignus urbe rumor, ab Jesuitis sub templo pulvrem tormentarium fuisse reconditum eo consilio, ut ad primam concionem, quam vocant Evangelicam, igne admoto, convulsum rueret templum, unaque concionator et populus ruina opprimeretur. Risit fabellam,

83. *Residentia Col-
mariensis disso-
luitur, praevalen-
te haereticorum
factione.*

antiquam, et jam toties explosam Hornius, risere summi Svecorum Duces. Nostri vero, ut diluerent crimen, primae concioni auditores se praebuere. Sed nihil innocentia profuit ad prohibendam exsili legem, nisi quod eam tamen Hornius humanitate temperatam voluit. Nimirum auctoritate regia denunciatum est Patribus, cum vi pactorum non essent ultra locum in civitate habituri, datum iri abeuntibus omnia ad iter necessaria. Qui proinde collectis sarcinulis urbe excessere, eosque balistarrii duo, cum litteris publicis Ensishemium usque deduxere.

Porro Ensisheimi, Alsatiæ oppidum, cum occupasset Gustavus Hornius, aliud nihil imposuit nostris quam pensionem pro rata ipsorum parte persolven-^{84.}
dam. Caeterum tutos, et ab omni injurya liberos esse voluit. Cujus aequitatem imitati minores Duces ac milites, nihil unquam molestiae Patribus exhibuere. Parum est nihil intulisse molestiae, amicos etiam ac benevolos se praebuere. Assignati fuerant ad collegii custodiā milites aliquot, collegii ejusdem st̄mptū alendi. Hi vero non tam custodum, quam famulorum loco fuere. Adeo Patribus dicto audientes, et ad omnia obsequentes erant. Praefectus quoque vigilum, cui tradita urbis tuenda cura, Patrum postulatis benigne annuebat, accedentes reverenter accipiebat, ultro citroque commeantes litteris honorificis muniebat; neque recusavit interdum ad religiosum domi nostræ prandium cum binis magistris equitum, Ducibusque aliis, vocatus adesse, dehortante licet quodam ejus domestico, qui diceret, unum aliquem talem ab maleficiis Jesuitis fuisse veneno sublatum. Ita propitiis divis, benevolis etiam hostibus, bona collegii Ensisheimia-^{85.}
ni sarta tecta conservata sunt. Landsperga interim, urbs Bavariae, mira rerum vicissitudine nunc a Svecis capta, nunc a Bavaris recepta, anno minus uno do-
minum septies mutavit; quodque merito obstupescas, tot inter vices nostra pro-
bationis domus salva et incolmis stetit. Atque initio quidem Rector, periculum de fortitudine et constantia tironum sumendum ratus, optionem iis dedit utrum malling ad patrios lares regredi, an cum veteranis eam, que ob oculos versabatur, vitae aleam subire. Etsi vero omnibus eadem mens et sententia fuit, vi-
tam potius quam institutam vivendi rationem deserere, Rector tamen omnes mature dimisit, ac per Oenipontis et Lucernæ collegia consuetis tironum exper-
imentis exercendos distribuit. Qui residui fuerunt Patres, alternante belli fortuna, casus varios et pericula multa subiere; Deo tamen proprio, plus timoris quam damni retulere. Timoris una causa, nec levis, ab ipsa urbis oppugnatio-
ne, saepius, ut dictum est, facta. Cum enim majoribus tormentis verberarentur muri, nostram in domum, muris fere contiguum, et in edito sitam, crebro fulmina incidebant. Sed Dei beneficio factum, ut, licet globi ferrei plures, et ingentis modi, lacerarent domum, nemo tamen de nostris tactus ceciderit. Metus deinde haud paulo gravior a Svecis, quoties urbe pulsi, in eam postlimino redie-
runt. Se enim a civibus proditos haud temere suspicantes, pleni irarum rever-
tebantur, et in suæ cladis autores ferociter inquirebant. Et fuere semel ex ipsa civitate qui nostros præ caeteris suspectos facerent initiae cum Bavaris conspirationis, ducentus Svecorum contra eos dati indicis incitarent, Rectorem no-
minatim accusantes; quem proinde amici nocte intempesta submonuerunt, ut sibi fuga consuleret. Agi enim de ipsius capite. Verum ille, nullius sceleris sibi conscius, maluit imperterritus et constans in loco persistere, quam fuga suspicio-
nem augere. Quod consilium bene, Deo adjuvante, ac feliciter supra spem ver-
tit. Svecorum enim Dux non modo nullam improbis susurronibus habuit fidem, sed ipse in collegium veniens, et Rectorem manu prehendens, securum esse jussit. Notum sibi videlicet germanum ejus pectus, notam Jesuitarum sinceram fidem, nec in viros tales posse suspicionem perfidiae cadere. Addidit in magna nobilium corona, si Romanae Religionis ipse esset, nulla re alia se nomen suum aeternitati consecraturum, quam condendo Societatis collegio. Denique in tam perturbato statu reipublicae, cum durissima civitatis conditio esset, nihil nostris accidit durius, quam quod Regius Quaestor, ex perulgatis quorundam fabulis pro certo sumens Jesuitas domi ingentes habere thesauros reconditos, immensam iis pecuniae summam, et multo majorem viribus imperavit, in menses

Ensisheimii So-
cietatem tuentur
Sveci.

Vixies nostro-
rum vices Land-
sperga sub Sve-
cis et Bavariis,
corunque peri-
cula.

singulos pensitandam. Sed omni demum anxietate et molestia nos pariter urbemque liberavit Comes Otho Henricus Fuggerus, cum delectis copiis ab Electore missus, qui sub ipsum anni exitum incredibili celeritate pontem, quem Sveci extemporaneo ac levi opere instraverant Lyco, occupavit, urbem recepit, et Svecos in perpetuum expulit.

^{86.}
Sultsbaci tres
Patres capiuntur,
et Norimbergam vincti traducuntur.

At Sultsbaci, ubi rerum potiebatur Augustus, quem supra nominavi, Principes Neoburgic平, indigne admodum nostri inclementerque sunt habiti. Neque id tamen Principis, qui tunc aberat, non Svecorum urbi insidentium malevolentia, sed aulicorum, qui apud uxorem Principis haereticam, haereticici ipsi, omnia poterant, iniquitate ac saevitie. Nam quia Bavari, duce comite de Somburgo, Sultsbacum et pagos circumiacentes occupaverant, et certam pecuniae contributionem civitati imperaverant; primores aulae, ex vanis indicis suspicati sine tacito nostrorum instinctu id factum non esse, sarcendum statuerunt illatum urbi damnum Jesuitarum impensis, hosque eo usque vexandos, dum tantundem de suo refunderent. Illud deinde insolentius, quod Bavario pressi jugo ope imploravere nostrorum, eorumque maxime deprecatione, ut impositae contributionis pars magna remitteretur, obtinuerunt; statim vero atque, remoto exercitu Bavario, victores advenere Sveci, iis ipsis, quibus usi fuerant in rem suam deprecatoribus, hostilia facere instituerunt. Prima aulicorum cura fuit, ne inter detionis pacta Jesuitae a regio faciali admitterentur. Quo facile impetrato, proterto ac rapaci militi domus nostra diripienda permittitur. Exhausta domo, cum praeter nudos parietes restaret nihil, capiuntur et Patribus tres, qui propiores culpae visi, et Norimbergam, ubi tunc castra regia, vincti traducuntur. Non dicam quam multae injuriae toto itinere vinctos securae sint. Hersburchenses, per quos transeundum fuit, seditionis praedicantium vocibus incitati, tanto in eos impetu irruerunt, ut nihil proprius sit factum quam ut in frusta dispergerentur. Et certe necabantur, nisi miles praesidiarius stricto mucrone insanæ plebis furias repressisset. Ut ventum ad castra, magno militum convicio sunt salutati, alii passim suclamantibus *Sancta Maria ora pro nobis*, alii *Dominus vobiscum*, alii *Kyrie*, alii *Christe eleison*, et si qua his similia militaris et haeretica licentia suggerebat. Sed joci et risus fuere haec. Ad Norimbergensis urbis moenia prope abfuit quin lapidibus obruerentur. Jamque pluviae hujus initium ab ebrio quadam et insano scurra factum erat, sed opportune orta inter milites ac populum tumultuantem rixa alio transtulit animos et lapidationem interverunt. Depositi Patres fuere primum in militari extra urbem custodia, ubi et pernoctarent. Huc eos invisum cum venisset Legatus Ducus Neoburgici, qui regia castra sequebatur, suamque illis operam et apud Regem officia promisisset, sperabant se quamprimum aut Sultsbacum, aut quoconque alio terrarum dimittendos, cum praesertim innocentiam ipsi suam litteris comprobassent. Ecce autem postridie ex suburbio, et liberiore custodia, in ipsam urbem, arcioremque carcerem, inter lictores ac milites transferuntur. Urgente nimis Legato Neoburgico liberationem Patrum, etsi negaverat aperte Rex jure captos videri, libellum tamen eorum supplicem remiserat ad uxorem Augusti Neoburgici; impotentis animi feminam, quae suopote ingenio Jesuitas aversabatur, et contra hos nominatim a suis, ut dictum est, aulicis assidue incendebatur. Sic ementito Regis nomine, nulla quidem certe neque ipsis, neque Augusti Neoburgici auctoritate, in illo inclementi carcere detenti sunt Patres mensibus fere quinque, quo toto tempore quot quantisque aerumnis afflicti fuerint, majus est quam ut ullis consequi verbis queam. Lectus alius non erat, quam durus asser, aut saccus putri fartus stramine, sine ullo tegumento, nisi quod vestes dabant. Molestus in primis paedor carceris, et inter sordes verminatio, quod viginti hebdomadis indusum nunquam mutaverint. Cibus potusque adeo arctus, ut aliud sibi persuadere non possent quam ad mortem usque fame se conficiendos. Parcitate deterior cibi conditio. Panis ater, caro rancida; saepe carnis loco offula, vel olusculum, vel legumen. Quidquid deum esset, male coctum, insulsum ac nauseosum. Ita neglecti inter squalorem miseri nulla re magis quam tempore abundabant, quando nulli ad eos accessus,

^{87.}
Eorum pericula
in itinere.

^{88.}
Divram captivitatem
quinq[ue] mensibus perfe-
runt.

ac ne litterarum quidem commercium permittebatur. Inter preces igitur, et mutua colloquia, tam diram captivitatem eo usque constanter pertulere, donec Novembri mense Bavariae Septemvir, partim suasione, partim minis evicit ut sine pretio dimitterentur, ac Sulzbacum reducerentur.

Atque haec ferme notabiliora sunt, quae in Provincia superioris Germaniae per causam belli Svecici hoc anno evenere. His ad postremum addenda mors aliquot praestantium sociorum, qui provinciam et virtutibus illustrarunt suis, et obitu contristarunt. Duos praeceteris collegium Eystadianum extulit primae notae Patres, Joachimum Megglinum, et Gasparem Cysatum, quorum effectus virtus ut aeternum vivere in his annalibus debeat. Megglinus, Apenzellenii in Helvetia natus, Ecclesiastes non minus fervens quam disertus erat. Quam libenter, quam cupide audiretur, vel illud documento esse potest, quod olim Friburgi Helvetiorum ob dimotum suggestu et urbe Megglinum tota civitas contra Societatem prope in seditionis morem exarsit, ut a nobis suo loco narratum est. * Eystadii sacram eloquentiam exercuit annis duodecim, nec interim artes alias ad proximorum salutem utiles praetermisit, dies fere totos vel in vinctorum carceribus, vel in aegrorum domiciliis transiens. Quae charitatis officia in parandis concessionibus impedimento essent, multum de communi somni mensura decerpebat, ante alios omnes evigilare solitus, idque passim dictitans, nullam sibi horam nimis longam videri. Beatissimam Virginem in praecipuo cultu habuit. De ea cum ad populum diceret, ardebat totus, seque ipsum facundia superabat. Sancti quoque Parentis Ignatii et cultor egregius, et praeco strenuus fuit. Ara Divi in templo nostro Eystadiano ejus potissimum industria celebrari, et anathematis inclarescere coepit, nec vana multorum opinio ipsum illi Divum aliquando perspicuum adfuisse. Hunc Deus tam strenuum gloriae suea pugilem ad palman evocavit ipso Palmarum festo die; quo die cum decumbenti perlegetur, uti jusserrat, Christi patientis historia, atque ea jam fere esset ad finem deducta, cum divino servatore in cruce animam agente, et ipse suam placide caelesti Patri reddidit, anno aetatis sexagesimo primo, initae Societatis quadragesimo quinto. P. Gaspar Cysatus, patria Lucernensis, vixit in Societate, tempus si species, parum, annos haud amplius quinque, si merita virtutesque, multum. Principio haud parum ornamenti attulit Ordini, cum in eum recipi voluit. Erat enim jam tum proiecta aetate, annum agens quadragessimum quartum, sacerdos canonicus, magnaenque vir auctoritatis atque doctrinae. Accessere virtutes eximiae, quae ab ipso religiosae vitae tirocinio vel haustae primum, vel luculentius explicatae, caeteras ejus dotes obscuraverunt. Sentiebat de se quod de abjectissimo indoctissimoque, de alio quovis quod de optimo dignissimoque, de nulla unquam re alia questus, quam quod ad nihil se aptum existimaret. Corpus, tametsi minus validum, jejuniis extraordinariis, diverberationibus, iisque fere quotidianis, rigide castigabat. Evocatus in caelum non sine certa mortis praesensione, ac divinitus accepto nuncio creditur, idque tum viri virtus, tum Dei in quosdam singularis favor credibile facit. Levi nimirum febricula vix tentatus, dubio adhuc nec satis se prodente morbo, uni alterique aperte significavit de dato sibi vicinæ mortis indicio, quam re ipsa paucos post dies sacris omnibus rite expiatus obiit. Mortuum universa civitas flevit, tum ob singulare de ipsius sanctitate judicium, tum eo etiam nomine quod ipse se civitatis obsequio totum devoverat, neglectoque vitae suaे periculo, salutem omnium pro viribus procurabat. Neoburgi decessit P. Joannes ille Faber, de quo diximus libro hujus historiae decimo, * insignis plane vir, et ab Apostolicis excursionibus tota Helvetia nominatissimus. Is obscurò ortus loco in Rhenano circa Moguntiam tractu, ferrariam artem exercuit adolescens, unde illi cognomen Fabri inditum. Ex officina ad Lucernense Lyceum digressus, litteris brevi devoratis, animum ad Societatem adjectit. Inter nos ita vixit, ut praeter studium perficiendi sui, provehendique ad caelum proximi, nihil velle aliud, nihil cogitare videretur. Tribunali sacro totis diebus, ac magnam subinde partem noctis, tanquam clavo fixus adhaerebat. Ter quaterve ad populum die quaque dicebat, querebaturque

^{89.}
Mors et elogium
P. Joachimi Meg-
glini.

* Lib. 4. p. 46.

^{90.}
Mors et elogium
P. Gasparis Cy-
sati.

^{91.}
Mors et elogium
P. Joannis Fa-
bri.
pag. 584. num. 47.

interim in laboribus deesse labores, et otiosam se vitam ducere. Somni parcisimus erat, sibique adeo inimicus, ut praeter asperrimam cilicinam vestem, quam raro ponebat, singulis fere noctibus horrendo flagrorum strepitu in se saeviret. Hanc corporis vexationem aliquot horarum preces excipiebant, quibus ut vacaret, toto anno solem diemque praevertere solebat. Cultum Deiparae, per Helvetiam maxime, tantis incrementis promovit, ut multa utriusque sexus hominum millia, integras alacribi urbes et oppida, in sodalitas conjunxerit sub Rosarii titulo instituta. Quare pia Rosarii sodalitas Neoburgi non illum modo viventem coluit, sed solemni etiam ritu mortuo parentavit. Magno itidem Neoburgensem, tum civium tum sociorum sensu, naturae concessit P. Christophorus Brandis, quamquam non Neoburgi, ubi vivebat, sed Passavii, dum Tyrolim secundo Danubio petit, morte interceptus. Natus erat ex generosa Tyrolensi Procerum stirpe, cum eoque nata atque educata innocentia vitae, morumque honestas videbatur. Ob prudentiae magnitudinem, et candidam agendi rationem, Principibus Neoburgicis apprime carus, plures cum iis in diversas Europae plagas profectiones suscepit, tantoque in pretio illum habuit Wolfgangus Gulielmus Dux, cui erat a confessionibus, ut cum olim praesentissimum vitae periculum quodam in itinere incurisset, salutem suam sanctitati hujus Patris adscripserit. Instituebat juxta et Philippum Gulielmum ducis filium, eumque tum optimis et Principe dignis moribus, tum aliis etiam disciplinarum ornamenti pro summa ipsius indeole informabat. Illum vero Princeps egregius non ut magistrum modo, sed prope ut parentem observabat amabatque unice, virum quippe non tam splendore natalium, quam virtutem elegantia omnibus commendabilem. Atque haec de Germania superiori.

^{92.}
Mors et elegium
Patris Christo-
phori Brandisi.

^{93.}
RES RHENI SUPER-
IORIS.
Status rerum
Heiligenstadii
urbem obtinenti-
bus Sveciis.

^{94.}
Pelluntur Sveci,
et denudo urbe po-
lituntur.

Jam in Provinciam Rheni superioris transgredienti eadem ferme occurrunt belli mala, quae hactenus recensuimus. Ab collegio Heiligenstadiensi ut exordiar, et inchoatam anno superiore narrationem absolbam, Heiligenstadii post receptos, ut diximus, intra urbem hostes, cum in fidem Ducis Veimariensis civitas se contulisset, nihil tota hieme turbatum est. Nostri tamen vexationum metu domi se plerumque continuerunt. Quod si in collegium visendi studio milites advenirent, eos perhororifice exceptos summa humanitate per omnia circumducebant. Saepe etiam Praefectos donariis demererit studebant. Illud ferebant aegerime, quod erat tamen dissimulandum, derideri palam ab haereticis sacra religionesque catholicas, ritusque Ecclesiae omnes ludibrio haberi. Nulla enim reverentia subiabant percursabantque aedem sacram, tum etiam cum divina peragabant, risu quin etiam et jocis preces publicas concionesque interpellabant. Quaedam etiam audebant interdum, quae dissimilari non poterant, ut exemplo uno constabit. Pendebant et templi portis gfadii, calcariaque auro illusa, nuper memoriae causa Comiti Tillio, et Baroni Wolkensteinio, qui fortissime dimicantes ceciderant, more militari fixa. Ea furaces homines impis manibus revulsa praedae habuerunt. Et quia militi sacrilego suadebat non nemo ut sacris mortuorum spoliis manus abstineret, ille festive respondit, arma viventibus deberi, mortuis usui non esse. Haec et similia si demas, quae tolerabilia metus graviorum faciebat, fluxerunt res ad ferias usque Paschales, ut inter hostes, haud male. At post id tempus omnia in deterius versa, atque hoc mali initium fuit. Embecae in hibernis morabantur cohortes aliquot caesarianae, duce Maximiliano Goltzio. Huic per certos homines persuasum est, haud difficile factu fore binas Veimariensis turmas, quae Heiligenstadii in praesidio essent, opprimere, si summa celeritate ac silentio res ageretur. Igitur expeditos equites levis armaturae centum, cum aliquot centuriis peditum, improviso Heiligenstadium ducit. Qui cum prima luce ad oppidum pervenissent, raros nacti in statione excubidores, caeteros vero milites, quod pridie in multam noctem compotassent, somno sepultos ac vino, diffingunt quam oyssime portas, vias aditusque omnes occupant, et fugae facultatem hosti praecidunt. Expergit clamore ac tumultu Veimarienses, expedire arma raptim, buc illuc nullo duce, nullo consilio discurrere. Caesariani obvium quemque concidunt, reliquos e latebris extractos vel pariter

confodunt, vel captivos Embecam mittunt. Paucissimi fuga elapsi, Erfurtum ad ducem Vimariensem devenere, acceptae cladis nuncii. Dux, cognitis suorum male gestis rebus, ira ac pudore incensus, continuo ulcisci cladem, recipereque oppidum suis consilii peropportunum statuit. Itaque comiti Lebenesteinio mandat, ut contractis undique copiis, et agrestium armatorum tumultuaria coacta manu, Heiligenstadium se conferat, ac denuo urbem ad deditiōnē compellat. Fecit ille imperata, sed res initio non successit. Quippe Caesariani, etiā multo inferiores numero, dum ad omnem casum egregie excubant, impressionem subitam non imparati exceperunt; atque hostem moenibus repulerunt. Frustratus voto Lebenesteinius, non tamen potiundi oppidi spe dejectus, novas submitti sibi Erfurto copias cum quinque muralibus tormentis jubet. Tum omnibus opibus civitatem oppugnare, muros nullam intermissione quatere, molendinis aliisque publicis aedificiis ignem iniicere. Quae cum pertinaciter administraret, Caesariani, quejus nihil dum subsidii post plures dies afferretur Embeca, veriti ne, dum tergiversando diem ducunt, sese oppidanosque in extremam perniciem adducrent, dedendi sui consilium cepere, ea tamen conditione, ut cum suis quisque armis insignibus disciderent. Quo facto, Lebenesteinius urbem victor ingreditur.

Acta haec ipso Pentecostes solemnī die, sub horam diei decimam, quo tempore in collegio nostro altum silentium, neque dum quid foris ageretur omnino intellectum erat. Deditae civitatis primum nostris indicium fuit invectus in collegium eques, quem commissarium vocabant, militum globo succinctus. Is ut equo desiliit, jussis militibus custodire fores, intro se infert, vocatisque in unum Patribus denunciata, rem quamprimum omnem pretiosam ultro volentesque proferant, ne, si cunctentur, invit id facere compellantur. Ad ea Rector: Nae tu, inquit, homo es bonus, qui res pretiosas a nobis exigas, aegre tolerantibus vitam. Et in sermonem ingressus, nihil huic collegio esse certi reditus declaravit. Patres anniversariis stipendiis vivere. Aede sacra uti, quae curialis, et sacerdotibus alii communis esset. Sacram supellectilem non in sua potestate, sed penes alios esse. Ita loquentem interpellavit commissarius, quaequivitque, num saltem domi essent equi aliquot candidi, quos internunciis Embecam ad Caesarianos submissis utendos Jesuitae deditissent? Id nempe per calumniam nostris affinxerant malevoli, et alia quaedam imposuerant invidiosa crimina, ut meditatae eorum ejctioni aliqua praetexi honesta causa posset. Persensi stropham Rector; atque: Enimvero se sociosque suos Guillelmo Duci Vimariensi fidem jurejurando obligasse, affirmavit. Quod si hanc fidem in aliquam modo partem violasse convicti essent, utique majestatis reos fore, nullamque perfidia poenam deprecatus. De his, inquit commissarius, pluribus alias. Jubet interim de bibliotheca lectissimos quosque codices confessim proferri, satis gnarus has nostras esse opes, nihil apud nos inveniri solere pretiosius. Expromuntur libri, reliqua bibliotheca obsignatur. Incerti quid porro ageretur, atque attoniti Patres, omnia formidabant. Ecce autem invehuntur in collegium currus onerarii plures; descendunt aurigae, equi abjunguntur. It interea reditque cum diversis asseclis commissarius. Sub horam pomeridianam quartam adest iterum, Patres ad unum omnes adesse in triclinio jubet, suum singulos nomen et officium scripto edere, nec inde prius pedem efferre quam ipse rediisset. Illis ibi consistentibus, ducuntur intra collegium stipati militibus alii de civitate decem, primarii homines, sacerdotes, monachi, magistratus, et separato loco custodiuntur. Redux ad extrellum appetente nocte commissarius demonstrat Patribus, placere comiti Lebenesteinio ut eadem omnes hora Muthusium (Imperii oppidum est, in Thuringiae finibus) traducantur. Affere ibi luce postera, qui eos certis de rebus interrogaret. Paratos in id currus onerarios esse. Conscendant ergo, morasque omnes nulla cunctatione rumpant. De bibliotheca, reliquaque omni supellecibili, curam in praesentia omittant. Non defore quibus ea curae sint. Omnia illis cum fide custodita, et salva fore. Objectabat Rector, esse e sociis unum aegrotum, et eo ipso tempore febri aestuantem, qui procul exportari sine periculo evidenter non posset. Sed difficultatem facile dissolvit commissarius, imperans ut jam tum aegrotus e

Tom. II.

76

95.
Heiligenstadio
pelluntur nostri
cum aliis decem
viris primariis.

96.
Curribus impo-
siti Erfurtum
devehuntur.

strato inferretur in currum. Quo admodum inclementer facto, socii reliqui (quinden numero omnes erant), aliquae quos dixi viri decem primarii, inter militum custodias in quinque paratos currus coniiciuntur, atque extra oppidum longo per celebriores vias circuitu devehuntur. Eo miserabili aspectu diversi in urbe animorum motus studiaque exstitere, aliae miserrimae captivorum vici ingemiscientibus, aliis contra bene sapienterque factum clamantibus, eosque cunctis amaris et scommatis prosequentibus. Erant namque boni malis, ut ferme semper, catholici haereticis intermixti. Paulum extra oppidi portam progressos turmas equitum accepit medios, perque noctem lunae lumine illustrem ad pagum Mulhusianae dictonis Legensfeldiam venit. Ibi tantisper curata corpora tum hominum tum jumentorum, dum nova illucesceret dies. Continuato deinde itinere, circa meridiem ad portas Mulhusianae urbis ventum est. Aperienda cum essent portae, quippe quae occlusae tenebantur, eo interea tempore ingens vulgi colluviae ad spectandum affusa est, et subeuntes captivos insanis vociferationibus conviciisque salutavit. At civium honestiorum nulla audita vox, neque intemperans, neque illiberalis. Paratum in diversorum traductis prandium est praebitum impensis senatus, itemque sub vesperam cena satis lauta, nec toto eo die quaestio contra Patres ulla ullo de crimine instituta. Postridie autem, novis conductis curribus, additisque custodiae causa civibus armatis, auctoritate senatus populique Mulhusiani Erfurtum perducti sunt.

^{97.}
Erfuriensis collegii status hoc tempore.

Erfurti, ut libro superiore dicere institui, ob assiduos belli timores, et rei puerariae angustiam, pene ad solitudinem collegium Societatis redactum erat. Quatuor in eo tantum socii degebant, quorum unus senex annorum octoginta, et mente captus, quietus alioquin, et nemini ulla in re molestus. Solatio fuerat aliquandi hospes nobilissimi generis, idemque egregii moris adolescens, Ludovicus Matthejus, patria Romanus, qui cum Caesari stipendia faceret, et sub Sabelle tribuno, splendidissimae itidem familiae Romano, centuriam militum duceret, proelio Lipsiensi captus, et Erfurtum traductus, licet obire publice urbem non prohiberetur, tamen nullius ferme quam nostrorum alloquii et consuetudine delectabatur. Sed jam is, pretio libertatis persoluto, liber laetusque ad Caesarianos redierat. Huc igitur perducti captivi Heiligenstadienses, eodem omnes in collegio tanquam in honesta custodia collocati fuere. Omnes inquam, praeter Abbatem Reiffensteinensem, Ordinis Benedictini, aliumque ejusdem Ordinis Monachum, quos in suum Montis Petrini coenobium relegari placuit. Jam quot vicissitudines adierint non isti modo captivi, verum etiam caeteri Erfurtensis collegii socii, longum sit recensere. Jam pridem collegium istud senatus Erfurtensis, nescio quo veteri odio, dissolutum cupiebat. Occasione itaque usus ac tempore, Regio Praesidi persuadet, amovendos e collegio captivos, unaque Patres reliquos alio traducendos, aedificium illud vacuum alios in usus relinquendum. Quae cum sententia Praesidi probaretur, jubentur primum omnes tum advenae tum inquinili et collegii egredi, et in coenobium ingens, sed male materialium, quod erat Augustinianae familiae, in suburbio situm, migrare, data tamen inquinilis fide, confecto bello, suum in domicilium restituendos. Non nesciebant Patres, quo haec spectarent. Sed quid facerent? Regium interponebatur nomen, nullus depreciationi erat locus. Parensum fuit. At enim unus sociorum, grandi aetate sacerdos, atque ille prorsus quem supra dixi amens, Gerardus Willichus nomine, adeo pertinaciter est reluctatus, ut nullis non solum suasionibus, sed neque contumelias neque verberibus ad emigrandum cogi potuerit. Tubis ferreis a militibus male multatus, raptatus per humum, sauciatus, ac multo stillans sanguine, clamabat tamen, ubi tamdiu habitatset, ibi mori se velle. Quare ab ulteriore vi temperatum est, datumque miseri senis insaniae ut in collegio solus relinquetur, in eoque vitam, ut optabat, clauderet, quod post paucos dies accidit. Ex crebro enim diroque percussu, et raptatione corporis, adeo defectus est viribus, ut intra dies quatuordecim finem vivendi fecerit. Funus illi regius urbis Praeses faciendum curavit, viginti in sumptu assignatis nummis imperialibus, nemini tamen nostrorum funeri interesse permisit.

^{98.}
Collegio extradiuntur nostri omnes, excepto uno amente, qui ibi moritur.

Transgressi interea ad Augustinianos, ut dictum est, nostri pariter et exteri captivi, dies ferme quinquaginta in illo ruinoso coenobio posuerunt. At deficiente sensim tot capitibus alendis annona, amoventur iterum, et ad Benedictinorum coenobium, in summo jugo montis Petri positum, transferuntur. Hinc rursum post dies decem extrahuntur, atque externi quidem sub certa cautione Heiligenstadium in suas domos dimittuntur, nostri vero in domum, quam vocant Teutonicam, procul ab omni hominum commercio, migrare jubentur. In hanc conjecti solitudinem Patres, cum, praeter squalorem loci, rebus omnibus ad victum necessariis destituerentur, non ultra silendum existimarunt, sed editis ad regium. Praesidem et ad senatum libellis, modeste quidem, sed tamen libere ac diserte doceri petierunt de causa captivitatis sua. Se ajebant eadem conventione, qua Ecclesiasticis viris caeteris regio nomine promissa libertas fuerat, pari jure pactoque comprehensos. Si a quoquam ipsorum in Regem, contra promissa pactaque scripto consignata, peccatum esset, hoc enimvero edocendum esse. Sin quod aliud regius promissis contrarium scriptum a Rege* venisset, id utique sibi exhibendum. Nullatenus vero sola malevolentia, aut criminum prae-
sumpta opinione, homines in tertium jam mensem nullo suo merito vexandos. Pupugit adversarios clare proposita veritas. Cum tamen aequitatis laudem affectarent, Procuratorem publicum miserunt hominem catholicum, qui, facessere jussis militum custodii, eductos e Teutonica domo Patres per varia Religiosorum domicilia distribueret. Eo non contentus Praeses, duos e Patribus Heiligenstadianis liberos Embecam dimisit ad Caesarianorum Praefectum Goltium, hac tamen lege, ut nisi Lutherani cujusdam concionatoris, qui ibi captivus detinebatur, libertatem impetrassent, redirent ipsi ulro Erfurtum, atque iterum captivi haberentur. His autem satis feliciter sua legatione perfunctis, alios deinde quatuor illuc pari conditione misit, qui a Goltio perquam liberaliter habiti, ratabulas quosdam Lutheranos similiter redemerunt, seque in libertatem asseruerunt. Reliqui interea per varias Religiosorum domos, ut dictum est, divisi Patres satis quiete, nec incommode habitabant. Ecce autem nova ex improviso tempestas. Nam cum Pappenhemius Comes omnibus copiis Erfurtum petere diperretur, diffusis nostris Praeses, eos una cum Benedictinis, e Monte Petri depulsi, praetorianam in domum contraxit inclusitique, tuto videlicet loco custodiendos. Hic vero miseram plane aerumnosamque tolerare vitam coacti sunt. Non iis cibaria, nisi parce admodum ac maligne praebebantur, non alia ulla vitae commoditas suppettebat, et super haec indignis omnibus contumeliis velut certissimi proditoris impetrabuntur. Per has vices aestatem omnem et autumnum nostri exegere. At Novembri demum mense, Gustavo Rege in acie Lutzeni interfecto, eoque casu haereticis graviter perturbatis, nonnulla animorum est facta inclinatio. Patres duos e Praetorianis aedibus ad se vocat Praeses. His oratione blanda suadet uti ad Vallensteinium summum Caesarianorum Ducem iter suscipiant, cum eoque de captiis quibusdam commutandis transigant. Si impetraverint, se se eos, qui de collegio Erfurtensi essent, suum in domicilium restituturum spondet, caeteros vero qui Heiligenstadio venissent (erant hi reliqui novem) liberos ad sua dimissurum. Conditione accepta Patres, dato ab senatu carpento, viatico viginti imperialium a Praeside, a duce Vimariensi litteris publicis ac tibicine, itineri se commiserunt. Sed priusquam in Bohemiam, ubi tunc agebat Vallensteinius, devenirent, delatus Erfurtum cum summa, ut ajebat, potestate Axelius Ochsensternius, bona possessionesque collegii senatui tradidit, socios vero omnes ex urbe discedere coegit, praeter unum infirmo corpore et senio gravem, P. Joannem Cholinum, quem cum fratre socio Erfurti esse permisit. Sic ergo sub anni finem, custodia soluta, quae menses omnino septem tenuit, Heiligenstadium nostri rediere, ac suam postliminio sedem receperere. Quam vero optatus civitatis redditus eorum acciderit, multorum consulatibus, gratulatione, plausu, quorundam etiam gaudio lacrimis significatum est.

Progressi interea in Alsatiam Sveci, cum alia regionis munita loca, tum etiam Hagenoam deditione occupaverant. Atque illi quidem modeste, ut in hostico, se

99.
Nostrorum variarum vicis Erfurti per septem menses.

100.
Liberi dimittuntur nostri, sed collegium Erfurtense vacuum relinquitur.

101.
Multiplex civitatis et collegii Hagenensis calamitas.

gerebant. Nam praeter pecuniae subsidia, de quibus ab initio convenerat, nihil a quoquam insolentius exigebant, et suae unicuique religionis usum liberum permittebant. Sed diurna quies non fuit. Svecos nihil adversi suspicantes inopinato stratagemate adoritur Salmenis comes, alios caedit, alios capit, cunctis demum oppressis, iterum potitus urbe. Quod singulari virtute, sed minus prudenti fortasse consilio factum, hostem incredibilius efficerat, et infinitis deinceps aerumnis periculisque civitatem objecit. Irritatus nempe hostis redit cum valido exercitu, et urbem obsidione cingit; qui si praeveralaret, haud dubie ruinam vastatemque tectis, hominibus perniciem ultimam inferebat. Sed urbem egregia virtute ac fide tuentibus praesidiariis, post plures conatus irritos, re desperata, discedere cogit. Jam quanti nostris pariter ac civitati ea steterit obsidio dici vix potest. Primum a militibus praesidiariis malum, qui multi numero, armis et animo feroces, commeatum, cujus magna erat in urbe penuria, non tam poscebant, quam vi rapiebant. His rapinis multae spoliatae domus, et universa penitus exhausta civitas est. At foris igni ferroque vastata omnia. Messis, quam uberrimam frugum in agris pubescientium copia promittebat, omnino sublata. Abacta pecora, excisae arbores, aedificia vel diruta, vel incensa. Collegium in primis nostrum ea clades attigit. Quaedam erant in propinquuo praedia, quae nuper vir clarissimus dominus de Bildstein, in sacrum ordinem Capuccinorum transgressus, collegio Hagenoensi transcriperat una cum villa eleganti, tum ad usus rusticanos, tum ad honestam animi quietem et relaxationem aptissima. Praedia foedium in modum Sveci pervastarunt, villam funditus subruerunt, ac solo aquarunt. His malis accessit invecta a militibus in urbem lues, quae cum civium domos funeribus luctuque opplevit, tum e nostris, qui omnino quindecim in collegio censebantur, quatuor absumpsi. Sed quamquam civitatem tria simul conflicstante mala gravissima, pestis, fames et bellum, stetit ea nihilominus in fide Caesaris mira constantia, suisque se legibus gubernare perrexit, donec christianissimo Regi in tutelam tradita, ejus patrocinio primum soluta est belli metu, mox a caeteris quoque calamitatibus respiravit. Novus porro urbis gubernator a Rege Galliae constitutus Baro de Blocquerie, ut erat vir non minus aequus, quam nostri Ordinis studiosus, tuta deinceps omnia ac quieta collegio praestit.

^{102.}
*Felix rerum
cursus Molsh-
mii ad aliquod
tempus.*

Urbi et collegio Molshemiensi placide admodum primi hujus anni menses fluxere. Languescente enim quae percrebuerat fama de adventu hostium, dilapsi pridem metu cives redierant ad suos lares, suisque officiis securi vacabant. Huc itidem Friburgo Brisgoviae, Bruntrutoque, ubi exsulabant, revocati fuerant nostri scholastici, proindeque academia, quam anno superiore pavor dissipaverat, frequenter adolescentum ac numero reflorescebat. Meliora etiam sperare jubebat Hispanicus miles, qui duce comite Embdano non solum Palatinatum Rheni defensabat, sed Spiram hoste pulso receperat, in eamque spem plerosque adduxerat, fore ut pari virtute atque alacritate Wormatiam quoque Moguntiamque brevi recuperaret. Super haec volitabant Caesarianae cohortes aliquot per Alsatiam, jamque hostem munitis quibusdam locis dejecerant. Verum has inter laetas spes, quae suspensos omnium tenebant animos, novi motus alibi repente exorti omnia inclinarunt. Inter Batavos longe princeps Henricus Aurikiacus, ejus gentis bellum dux, ut catholicas vires distraheret, Trajectum ad Mosam improviso adoritur, et obsidione premit. Ad solvendam obsidionem Embdanus in Belgium cum exercitu proficisci jubetur, qua profectione cum Palatinatus, atque omnis ille Rheni tractus necessario praesidio nudatus relinqueretur, Sveci, qui tum forte in Vangionum agro praedabundi oberrabant, denuo Spiram in potestatem accipiunt, omni Palatinatu potiuntur, magnisque animis libere et impune grasantur. Hos ut reprimeret, Wilhelmus Marchio Budensis, qui summam rerum iis locis cum imperio administrabat, jungit sparsas per superiorem Alsatiam cohortes Caesarianas, atque in Palatinatum movere instituit. At non ita procul Heidelberga, nactus hostem longe opinione superiorum, foede caeditur fugaturque. Ab eo proelio regii exercitus duxor Gustavus ab Hornio, ne rei bene gerendae occasionem amitteret, magnis itineribus, nullo neque interdiu neque

^{103.}
*Magna rerum
inclinatio ob im-
prosperos even-
tus bellii.*

noctu intermisso labore, Argentoratum versus cum omnibus copiis ire contendit, superatoque Rheno flumine, urbem Alsatiae caput ad deditio[n]em compellit. Mox ad Benfeldium, arcem unam regionis munitissimam, arma convertit, tormentis apparatu ex celeberrimo Argentinensi armamentario instructus. Praeerat Benfeldianae arcii vir nobilis genere ac magno animo, Jo. Ludovicus Bullacher a Zorno. Is acerrimo hosti aequae acriter sese opponit, et prope continuis muralium tormentorum ictibus pari constantia respondet. Crebras eruptiones facit, cuniculos, vineas, opera omnia disturbat, multos interficit. At post septimam ob-sidionis hebdomadam, cum nulla ferme se daret auxili spes, deditio[n]em facere cogitur. Hujus deditio[n]e oppidi, in quo omnis Alsatiae salus verti putabatur, enim vero Molsheimenses trepidare. Incertis magistratibus quid prius, quid posterius sibi aliisque consulerent, visum nostris expeditissimum, ut prius quam interclusis viis omnia infesta fierent, juniores socii trinta, cum humanioris litteratae et philosophiae doctoribus, ad tutiora loca dimitterentur. Extemplo ita fit. Rector cum septem sacerdotibus, et rei domesticae adjutoribus novem, ad collegii custodiam remanet.

Rebus ita comparatis, postridie Idus Novemb[ris] adest improviso ad urbis muros cum quinque lectissimis equitum turmis Arnaldus a Quernheim, legionis equestris praefectus, et missis per aeneatorem litteris deditio[n]em fieri poscit. Si ultro sine tergiversatione in potestatem veniant cives, regiam clementiam pollicetur. Contra cunctantibus supplicia calamitatemque atque extremam vastitatem interminatur. Lectis litteris, oppidani trium dierum spatium ad deliberandum postulant, eoque aegre impetrato, ad Salmensem comitem Alsatiae administratorem, q[ui] tum Tabernae degebat, litteras mittunt, quae quo loco sint res Molsheimenses doceant. Rescrit extemplo administrator, paciscendi cum hoste id denique tempus fore, cum tormentis moenia verberaret. Interea meminerint cives pristinae suae virtutis ac fidei. Addit id genus alia, quae ad alacritatem facerent animorum. Sed cum nullam spem in futurum subsidii ostenderet¹, neque civibus unde id peti posset satis appareret, omnium animi in deditio[n]em inclinare cooperunt, ne si cunctantibus agerent, omnibus simul fortunis evertentur. Igitur die postero, cum iterato Quernhemius deditio[n]em sollicitaret, conueniunt in collegium Societatis Praetor Molsheimensis, consules bini, ex senatoribus tres, et Joannes Willius, qui unus ex Episcopatus administratoribus in urbe restiterat, ut cum nostris, et duobus Carthusiae sacerdotibus, consilia communicarent, sententiasque exquirerent. Primo rogatus loco Rector (erat is P. Nicolaus Alberti) quid in re tam arcta faciendum judicaret, rem agi politicam respondit, cui se admiscere alienum a suo instituto duceret. Viderent ipsi quid publicae interesset rei. Sibi quidem suisque, si moenia contra hostem defendere decrevissent, certum ac deliberatum esse nullum pro communi salute discrimen subterfugere, nulli officio deesse, neque recusaturos communia cum civibus onera, quaecumque ea essent, suspicere. Sin deditio[n]is consilium amplecti mallent, id unum rogare se, uti tot annorum Societatis in Molsheimenses officiorum atque operae non immemores esse velint, sed collegii in communi negotio rationem habeant, atque illi de immunitate caveant. Idem Carthusianorum responsum fuit. Exclusi spe sua Praetor caeterique, quod fortasse alia responsuros putarent, consurgunt nulla admodum re constituta, seque collegii Carthusiaeque memores fore polliciti, discedunt in curiam, de re summa cum civibus consultaturi. Convocantur ibi cives, et propositis rei paciscendae commodis incommodisque, jubarunt ire in sententiam. Concertatum aliquandiu variis in utramque partem studiis. At ad extrellum in deditio[n]em ferme omnium animi consenserunt, quod urbis vastitati direptionique quaeviis praeoptanda conditio videretur. Perscribuntur ergo deditio[n]is leges ejusmodi, quibus rei catholicae Religionique, et Religiosis hominibus, insuper politico Magistratui, et communibus oppidanorum fortunis abunde cautum prospectumque erat, nisi pactio conventisque fides ab hoste defuisse. Eas Quernhemius ad se perlatas approbat, sua manu subscribit, obsignatque die decima septima Novemb[ris]. Inde designari coepit hospitia tribus

¹⁰⁴
Molsheimenses
ad deditio[n]em
solicitantur.

¹⁰⁵
Nostris in consi-
lium adhuc.

¹⁰⁶
Hosti se dedunt,
aequis - tamen
conditionibus.

equitum turmis, postera statim luce Molsheimium ingressuris. His autem ingressis, illico ad ostium collegii nostri et seminarii, itemque coenobii carthusiensis, Regiae auctoritatis scriptum affigitur, quo scripto salvi in columnesque incolae, tum domicilia ipsa fortunaeque omnium esse jubebantur. Sed ludibria fuere haec ad ostentandam promissorum fidem, fucumque faciendum. Et nos, quibus, post haec maleficis, et bonorum rapinis, cum oppidum universum, tum collegium praecipue nostrum foedatum afflictumque sit, anno proximo referemus.

¹⁰⁷
*Mors et elegium
Adami Opffer-
manni.*

His interea calamitatibus prolusit moeror de funere optimi juvenis, quem Societati sibiique praeceptum nostri Molsheimienses doluere ad XIII. Cal. Julii. Nomen huic Adamo Opffermanno fuit, natale solum Fulda, et nunc in collegio Molsheimensi logicæ studiis cum eximia laude operabatur. Quippe ad excellens ingenium parem diligentiam, et morum gravitatem adjungebat, non sine animi modestia et maturitate singulari, quibus consequebatur rebus ut omni lyceo non exemplo minus quam ornamento esset. Colloquia ejus inter familiares, sermocinationesque pietatem meram erga Deum, resque divinas, et religionem spirabant. Quaesita responsaque prudentiam supra actatem redolebant. Convictus consuetudinisque inter aequales ea ratio, qualem fere Societas pro ea vitae conditione ab adolescenti religioso postulat. Sub primam belli perturbationem Bruntrutum una cum aliis adolescentibus fuerat missus, ut intermissa studia prosequeretur. At sub initium jejunii verni decumbere ex morbo coepit, lento quidem illo, sed diurno ac molesto. In quo aequalem semper animum, et patientem dolorum praetulit, nihil querulus, egregie modestus, atque habilis ad omnem voluntatem non solum Rectoris, sed etiam eorum, qui curandae ejus valetudini praeerant. Nunquam, ne impense quidem rogatus, induci passus est ut diceret quam præcaeteris rem ad aegritudinis levamentum appeteret, quasi minus religiosum sanctumque duceret vel tantillum ab eorum, quibus parebat, praescripto discedere, quo sibi suaeque cupiditatí aliquid permetteret. Bruntruti cum diligenter curaretur, et nihilominus aegritudo ad salutis periculum grassari pergeret, medicorum iudicio Molsheimium deportatus est, ubi pari virtute constanter aliquot deinde hebdomadas aegram animam sustinuit, donec vi morbi consumptus est, magno illo innocentiae argumento, quod et mortis denunciationem, et mortem ipsam laeto animo placidoque exceptit. Sed ad historiam redeamus.

¹⁰⁸
*Prefecti Luth-
erani aequitas,
et singularis er-
ga nostros bene-
volentia Badae.*

Badae septem degebant ut in collegio inchoato socii, eosque et Guillelmi Marchionis Badensis favor, et civitatis universæ benevolentia confovebat, cum urbem pro Rege Sveciae intercepit Gustavus ab Hornio, eique præsidem militari præsilio reliquit virum e Wittembergensibus nobilem, Ernestum a Dautschwitzio. Aberat tum Guillelmus Marchio, Caesari stipendia faciens. Dautschwitzius, homo modestus et prudens, linguarum quoque locorumque exterorum bene gñarus, quamdiu Badensi ditioni præfuit, adeo nemini neque injuriis neque molestus fuit, ut immo summam tulerit laudem aequitatis ac temperantiae, ac plane omnibus satisfecerit. Nihil unquam in quemquam attentavit, nisi majorum auctoritate jussus, idque quoad potuit moderate. Nostrorum præcipue consuetudine convictuque delectabatur. Eos interdum domi conveniebat improvisus hospes, et simul usitatae cenuiae accumbebat. Cumque perspexisset parum e collegi penu suppetere, iisdem nonnunquam annonam de demenso et salario suo submittebat. Dolebat Societatis gymnasium metu belli dissipatum Badae, idque serio cum Patribus agitabat, ut, aperto iterum ludo, juventus ad studia litterarum cogeretur; operam in id suam auctoritatemque omnem promittens. Nam nostrorum in tradendis litteris industrias deprædicabat, suorum contra Wittembergensium magistrorum præposteram rationem accusabat deplorabatque, uti qui tenebrae actatalae jam tum graecas hebraicasque litteraturas obtruderent, cum vix unum alterumque verbum latine balbutire didicissent. Concionatorem de Societate frequens studioseque, licet secta Lutheranus, audiebat, lege præterea suis famulis, et iis omnibus quos circum se habebat, constituta, ne cui abesse fas esset. Ipsi vero concionatori quasi pro imperio mandarat, ut quotiescumque ad populum dixisset, dimissa concione ad ipsum diverteret paulo liberaliore epulo fessas

vires curaturus. Hebraeum quin etiam a nostris in ovile Christi perductum, et aqua salutari more catholico tinctum, ipse inter caeteros sacro de fonte suscepit. Quae tamen res, utpote insolens, et ad memoriam temporum insignis, paucis fusius exponenda est.

Erat is aevi maturus vir, et canitie spectabilis, latine hebraiceque non modice doctus, professione medicus, et ad haec citharoedus excellens, quibus artibus clarum sibi tota ea regione nomen fecerat. Jam ab aliquot annis sacra volumina pervolutans, impleta videre sibi videbantur quae de Messiae adventu sunt vaticinia, eoque suaue incertus sectae animo fluctuabat. Tamen, ut Christo nomen daret, animum non inducebat, quod sibi nondum satis exploratam veritatem diceret. Opportune accidit ut bellicos tumultus fugiens, Badae subsisteret. Ibi hortatu eorum, qui hominem familiariter norant, visere Societatis collegium, atque adire homines nostros statuit, tum discendi studio, tum fortasse etiam tacita spe honesti quaestus, si forte curandae Patrum valetudini adhiberetur. Nostris, quid hominis illud esset per amicos edocti, virum perhumaniter accipiunt. Ille congressu primo palam aperit animum, sibi videlicet quosdam insidere de religione scrupulos, qui si eximerentur, nihil futurum morae quin ad christianos transiret. Quid nostris accidere posset optatius? Collaudato ejus consilio, hortantur ut ea de quibus ambigeret in scriptum coniciat, perferatque ad se commodo tempore. Se omnia enodatueros promittunt. Ita fieri coepit. Hebraeus redibat identidem in collegium, quaestiones multas et varias scripto comprehensas in medium proponebat, excipiebatque vicissim responsa Patrum, scripto similiter consignata, quae domi accuratius expenderet. Post tertium mensem, cum plane convictus videretur, quo nihilominus res majore fieret maturitate, hominem nostri in collegium suum ad secessum solitudinemque aliquot dierum invitant. Hic vero ille, cum et quotidianis Patrum alloquis uberior in dies eruditre, et sacra catholica, caeremoniasque castissimas christianorum proprius inspiceret, adeo exarsit cupiditate baptismi, ut moras ultra non ferret. Decernitur ergo ut pro pediem solemni ritu abluatur. Priors tamen visum nostris rem Marchioni Guillermo, qui tum Brisaci degebat, per litteras significare. Is, ut erat eximia in Deum pietate Princeps, non opem modo in id suam prolixe promisit, sed et sponsorem pro neophyto se ultro obtulit, et insuper nomen illi suum imponi jussit. Piae sponsoris in partem venire voluit Marchionis germanus frater Hermannus Fortunatus, et siquidem hic etiam aberat, utriusque vices bini e senatu Principes supplevere. Inter hos adesse non dubitarunt Marchionis soror et conjux ornatissimae feminae, et Religiosarum virginum, quas Lucidae vallis nominant, Antistita, et demum is quem supra dixi Ernestus a Dautschwitzio, qui auctoritate Svecica urbi praeerat. Deductus ergo est ad sacram fontem catechumenus eo apparatu ac pompa, cui nihil simile Badae ante id tempus visum auditumque fuerat. Renascenti nomen inditum Guillelmi Fortunati, cognomento Frey. Idem paucis post diebus festa luce in aede Societatis, ex decreto Concilii Tridentini, fidem religionemque Christi palam concepit verbis juravit, atque inde confessione expiatus, de manu sacerdotis panem Eucharisticum sumpsit, bonum factum gratulante populo, ac novo christiano laetis vocibus acclamante. Spectaculo publico interfueru ex Judaica juventute nonnulli, valuitque apud eos exemplum usque adeo, ut plures post haec ejus generis adolescentes vehementer in rem christianam propendere cooperint. In his Guillelmi neophyti, de quo dixi, fratris filius, egregiae indolis adolescens, clam profugit domo ad nostros, ab iisque rite institutus primum, deinde Brisacum cum litteris ad Marchionem dimisssus, frementibus nequidquam ira ac furore parentibus, Christo se aggregavit. Sed de collegio Badensi quae reliqua sunt videamus.

Rebus ita satiis commode fluentibus Badae, dum etiam scholarum reliquiae ne otio mollescerent, a nostris colliguntur, et privatum uti poterant exercentur, improvisus adest cum Svecica auctoritate Tribunus quidam militum, secta calvinianus, Streiffius nomine. Is primo Dautschwitzium, de quo dictum supra, quod catholicis Jesuitisque nimium studeret, exaucitoratum dimittit. Tum novam et

^{109.}
Hebraei cuiusdam memoranda conversio ibi.

^{110.}
Solemni ritu abluatur.

^{111.}
Badam occupat Marchio Durlassensis, et jura mentum fidelitatis exigit.

sane gravem pecuniae pensionem urbi imperat, quae res civitatem universam penne exhausit, collegium vero nostrum in extrebas angustias conjecit. Streiffio post haec in Alsatiam digresso, nonnihil ex magno metu civitas respirabat. Cum vicinus et cognatus Princeps, Fridericus Marchio Durlacensis, occasione usus, quod Caesarianorum res multis in Alsacia cladibus attritae nunciarerunt, dissimulato consilio, Badam velut hospes ingreditur. Mox occupata arce, sibi Marchiam omnem Badensem ab Rego Sveciae mancipio datam declarat, eoque nomine iuramentum fidelitatis a cunctis civitatis ordinibus exigit. Hic vero misceri vehementer turbarique omnia. Subodori primores civium plerique quod erat futurum, ne religione adigerentur, capto tempore, quasi per negotia vel Argentinam vel alio mature secesserant. Qui fuerunt et senatu reliqui, praecise negabant id praestari a se posse, inscio Marchione Guillelmo, cui se jam pridem sacramento obligassent. Se hujus in fide et potestate esse, nondum priore jurejurando exsolitos affirmabant. Cum tamen instaret acrius Durlacensis, et graves civitati minas, nisi imperata sine cunctatione facerent, intentaret, obtemperandum necessitati fuit. Perfecta ergo est palam iuramenti formula, coactique omnes, quantumvis invitii ac lacrimantes, ex ea Principi non suo fidem obstringere. Vicissim promissa a Principe disertis verbis religionis libertas fuit, et hoc insuper adjectum, iis moribus institutisque usuros in posterum Badenses, quibus ad eum diem usi fuissent. Verum hujus promissi fides, more haereticis usitato, non ultra duos dies tenuit. Duo fluxere omnino dies, cum Durlacensis quidam, Principi suo a secretis (Abelo homini cognomentum erat) nostrorum pariter et Capuccinorum Praesidem in arcem evocat. Afluere ex utraque familia vocati Patres hora conducta. Quos Abelus ut vidit subeuntes, truci vultu occurrens, et in medio conclave consistens: Quoniam quidem, inquit, notum omnibus compertumque est, serenissimum potentissimumque Sveciae Regem hasce ditiones bello atque armis occupasse, easque pro sua munificentia meo Principi ac Domino Friderico Marchioni Durlacensi dono dedisse, eidem meo Principi ac Domino certum constitutumque est regiomen istam in pristinum statum ordinemque restituere, quo statu atque ordine erat ante annos decem, cum eam pater ipsius Georgius Fridericus laudabiliter administrabat. Cum ergo id temporis jesuiticum aequa et capuccinicu nomen ignotum his locis esset, vos omnes et singulos Princeps Bada oppido, atque omni Badensi ditione facessere intra horas viginti quatuor jubet. Ad ea noster, primo loco respondero jussus, sibi quidem mentem non esse ditit Principi Friderico, jussisse ejus contumacius obsistere; quod tamen constueretur discedendi tempus, nimis angustum videri. Componenda prius negotia plura, quibus impliciti tenerentur Patres; de rebus, quas legitime possidérant, statuendum. Deesse praeterea in iter pecuniā, et demum aliquos esse domi affecta valetudine, qui nisi prius convalescerent, itineri se committere sine manifesto vitae discriminē haudquaquam possent. Unum proinde rogare se, ac porro ex aequitate Principis sperare, ut profectionis spatium nonnihil amplietur. Idem pro suis Capuccinus rogavit. Abelus, aqua postulari sentiens, negat integrum sibi esse Principis sui sententiam immiuere. Veruntamen redeant domum ac modeste se gerant. Se de tota re ad Principem relaturum. Soluto in hunc modum congressu, vulgatur momento fama de Jesuitarum exsilio, eoque rumore totam commoveri civitatem cerneret. Confluere in collegium amici primum, prioresque urbis, injuriam non sine lacrimis miserari, open singuli suam et studia prolixe offerre. Tum magno adesse numero cives ex omni ordine, supremum audi pro confessione expiarique postulantes. Prima luce sequentis diei ea in templum frequenter concursus est, ut totum diem nostri ad tenebras usque noctis audiendis poenitentibus insumpserint, vix brevi ad prandendum spatio interjecto. Et jam ad vicinos quoque rusticorum vicos fama pervenerat. Inde proximo die similes agrestium ad sacra concursus, par in templo frequentia, neque minor doloris sensus, quem voce et lacrimis declarabant. His Abelus cognitis, furere, bacchari, in horrendas execrationes minasque prorumpere. Enimvero execrandos Jesuitas dicere, qui satis non habeant ut contumaces ipsi sint, nisi

^{112.}
*Nostris pariter
et Capuccinis
demonciatur ex-
lium.*

^{113.}
*Motus civitatis,
et concursus ad
collegium ob eam
causam.*

populum quoque ad contumaciam seditionemque concident. Eodem igitur die certum hominem in collegium mittit, qui de concursationibus ac tumultu expostulet. Responsum est, siquidem promissa nuper a Principe religionis libertas fuerit, neque sibi fraudi esse debere quod sacra populo ministraverint, neque populo quod suscepit. Caeterum si crimen istud sit, se pro ejusmodi causa minime dubitatu*vitam ipsam profundere*. Neque enim sui moris aut instituti esse a sacris quemquam prohibere, et templo atque aris pellere, sed omnes vocare potius ac trahere. Responso efferatus homo impotens, poenam capitis denunciat Patribus, si quid interim rerum suarum amoveant domo, si quid distractant immutentve. Mox ad Principem, qui Durlacum redierat, proficisciatur.

Hoc interea medio tempore, suspensi inter spem metumque nostris, nihil omissum ab amantissima civitate, sibi ut licaret Societatis familiam apud se retinere. Missi ad Durlacensem libelli supplices, cum gravissima obstestatione consulum, senatorum, ac totius Ordinis sacerdotalis, unum enixe postulantum, sibi ut Jesuitae relinquerentur. Missi e nobilitate viri primarii, qui rem candem coram publico nomine exposcerent. Verum omnibus silentium imperatum est, proposito palam edicto, nisi ipsi quoque deprecatores eadem comprehendendi proscriptione vellement, desisterent ista causa, neque amplius de Jesuitis verba facerent. Petitione dejecti, et ad silentium adacti, rogarunt nihilominus novo libello supplici, sibi ut saltē unus relinqueretur de Societate concionator, petieruntque nominatum P. Fridericum Rotkischium, non eloquentiae minus quam probitatis laude florentem virum. Respondit ad id Princeps, se quidem de viro praedicta audivisse multa, sed ipsum quoque Jesuitam esse. Odisse se quidquid Jesuitam oleret, nihil eius nominis in sua ditione relictum velle. Ita demum elusi omnes amicorum conatus fuere, et nostris scripto principis indictum exsilium, cuius scripti haec fere sententia fuit. « Quamquam Celsitudini Suae variorum litteris supplicatum sit, ut reverendos Patres Societatis Iesu porro in dictiobus suis nominatimque Badae in urbe principe remanere, et suas res agere patiatur, nihilominus tum aliis de causis, tum hac potissimum quod id Suae Celsitudini minus honorificum esset futurum, non videri a prima sententia discedendum. Quare placere Principi Religiosos istos postera statim luce post meridiem, adjuncto aliquo militum comitatu, sine cunctatione ac sine strepitu ex urbe dimitti, et Benhemium deduci, inde longius in Alsatiam profecturos. » Haec summa edicti, quo in collegium allato, continuo Patres, confectis propere negotiis, distractis rebus, et redacta quam potuerunt pecunia, ad iter se compararunt. Affluere ad praestitutam horam cum globo militum currus expediti, hisque impositi Patres, inter affusam civium multitudinem, aliis indignitatem triste comploratione prosequenteribus, alis caeco frenitu, aut indignatione libera detestantibus, extra urbem avecti sunt. Qui dum porro in Alsatiam tendunt, regressis in urbem militibus collegium expilare, ibique ad aliquot dies genio indulgere permisum est. Quod itaque vestrum supellectilisque obvium fuit, praedae habutum, et in religionis contumeliam versum. Vidiſſes, lepidum haereticis triste civibus spectaculum, milites temulentos nostrorum habitu indutos, sacerdotali pileo per ludibrium imposito oberrantes urbem, scurriliterque lusitantes, ut risum populo darent. Sed haec et similia diligentius recensere non vacat. Quod ad rem pertinet, paucis post nostrorum discessum interjectis diebus, Parochi omnes catholici e Marchia Badensi excedere, atque in exsilium profici coacti sunt. Atque haec illa Religionis libertas fuit, quam Durlacensis sancte inviolatae servandam promiserat.

Selestadii per causam morbi exitialis, quo misere urbs conflictabatur, ternas charitati victimas hoc anno Societas immolavit. Intentis siquidem in eam curam nostris, ne quis civium sine salutis aeternae praesidiis decederet, dum infectas domos opis ferendae causa percursat P. Joannes Delphin, ingentis animi virtutis que vir, eadem hausta venis tare, pii ministerii mercedem et coronam tulit, morte interceptus V. Cal. Novembres. Socius illi adjutorque laboris datus fuerat Frater Joannes Zinck, domesticae curator rei. Hunc similiter lues invasit, ac

Tom. II.

77

114.
Civitatis studia
ad nostros reti-
nendos irrita.

115.
Pelluntur Bada
nostrri. Quae de-
inde secuta sint.

116.
Tres e nostris in
obsequio tabido-
rum extincti Se-
lestadii.

lecto afflitit, cui dum operam diligentem ac sedulam pro fraterna charitate praestat Fr. Thomas Lasperger, itidem rerum domesticarum adjutor, ambo paucorum dierum intervallo, vi morbi remediis praevalente, ad superos evolarunt, relictis sodalibus non tam suo funere, quod erat cuique maxime optandum, quam belli calamitatibus perturbatis. Nimirum Novembri ipso mense urbem obsidione cinxit Svecorum exercitus, totque tormentis everberare moenia, tot in urbem immittere ollas incendiarias coepit, ut dira grandine, et murorum ruinis exterrita civitas post paucos dies ad deditiois consilia descenderit. Facta est dedicatio in has leges, ut Religiosis ordinibus, ac Jesuitis nominatim, sua omnia salva essent. Et Gubernator quidem Svecus, vir acquis et moderati ingenii, pactis cum fide stetit. Veruntamen consules civitatis, seu veteri erga nos odio, seu recenti offensione, minus aequos nostris se praebuerent. Quippe pecuniam a civibus exigentes victori persolvendam, camque familiis singulis pro uniuscujusque facultatibus imperantes, rati errore vulgi immensas Jesuitarum opes esse, eam impouere collegio summam, cui solvendae par omnino non erat. Et quia Patres, inopiam excusantes, pensionem maiorem viribus detrectabant, parati aliqui argenteum templi supellectilem, si opus foret, contribuere, illi, novo nec hactenus auditio severitatis exemplo, collegium civili velut anathemati subjecerunt, edito palam edicto, quo vetabant ne quis civium cum Jesuitis, quamdui non ad nummum dissolvisserent, negoti quidquam haberet, ne quid illis quisquam venderet, ne quid commodaret, nulla denique re praesto esset, gravi multa proposita si quis secus faceret. Quod interdictum, ut sperneretur a prudentioribus, nostros tamen in magnam apud rude vulgus invidiam adduxit. Sed cum neque sic pecuniam indictam penderent (qui enim darent quod non habebant?), adest repente a Gubernatore scriba cum mandatis, ut suum templum Lutheranis Ministris utendum permittant, atque ita quidem ut pari jure catholici lutheranique suas in eo religiones exercere possint. Quod Gubernator non tam sua sponte jussit, quam impulsu hortatuque consulum haud temere opinantium, Jesuitas abituros urbe citius, quam suam aedem sacram haereticorum superstitionibus pollui paterneruntur. Hoc namque ipsum volebant, hoc agebant viri inimicissimi, ut nostri tot injuriarum impatience loco cederent, collegiumque simul atque urbem desererent. Sed neque haec valuit astutia. Nostri, quod amoliri non poterant malum, pacate ferentes, templum ita divisorunt, ut partem retinerent sibi, partem Lutheranis permitterent. Ac post id tempus institutum, ut suggestum per suas vices concenserent jam noster concionator jam praeco lutheranus, eodemque ex loco nunc veritatis oracula, nunc Lutheri deliramenta populo explicarentur. Illud interdum accidit durius et aspectu foedius, ut recurrente Paschatis festo die, quo tempore ex ara majore panis Eucharisticus ritu catholico dispertiebatur, suam quoque Lutherani impurissimam cenam in templo medio celebrarent, quod sane dolendum nostris, ferendum tamen fuit. Hac etiam elusa machina, aliam malevoli consules in collegii perniciem adornarunt. Quaerebatur lutherano praconi stipendum annum, tum etiam ludimagistro ejusdem sectae. Cum alibi non inveniretur, pensio annua est constituta tercentum florenorum concionatori, centum ludimagistro, e collegii nostri bonis persolvenda, idque praeter certam frumenti vinique copiam, bis intra annum utrique pensitandam. Injunctum id nomine et auctoritate Othonis Rheni Comitis, qui se Alsatiae Gubernatorem pro corona Svecica appellabat. Additum, quasi mantissae loco, ut concionatorem ac ludimagistrum cum suis liberis conjugibusque recipenter nostri in domum, certa collegii parte illis ad habitandum attributa. Graviora enimvero haec erant quam ut ferri possent, planeque intoleranda. Quare collegii Rector, ad ipsum Othonem Rheni comitem Benefeldianum profectus, implorata aequitate Principis, id saltem evicit ne invisos hospites intra collegium recipere cogeretur. Caeterum sub haeretico dominatu, civitate adversa, tot pensionum incumbente onere, difficile admodum loco collegii Selestadiani res ad pacem usque Monasteriensem fuisse.

^{117.}
Consules civitatis collegium multimodis vexant.

^{118.}
Spirae collegium tuerit legatus Regis Galliae.

Pacatoria fluxerunt tempora collegio Spirensi, per varias licet traducta vices urbe, jamque a Svecis, jam ab Hispanis, ac denuo a Svecis, deducto Hispanorum

praesidio, in potestatem accepta. Ac Sveci quidem post haec urbem interpellante nemine tenuere. Veruntamen quas intentabant collegio nostro molestias prohibuit Regis Galliae Legatus Dominus de Charnasse, vir recti amans, nobisque ex animo addictus, cuius interventu non solum repressi milites, qui collegium sibi habitandum depraedandumque sumpserant, verum etiam quae nostris imperabantur gravissimae pecuniarum summae, ad tolerabilem modum redactae. Non sic cohobri tamē potuit insana vis pestilentiae, quac dum contagione per urbem serpit, quatuor praestantes de collegio nostro viros, aegrotis procurandis intentos, corripuit, binos sustulit. Ex his ludimagister fuit, Georgius Wagenerus nomine, oriundus ex vicino oppido Deideshemio, praeclari ingenii et moris innocentissimi juvenis. Nimirus is, cognito adolescentis auditoris sui ex pestifera lue decumbentibus periculo, tenere se non potuit quin illum adiret statim solareturque, quo ex alloquo halitum venenatum, causam beatae mortis, traxit. Longiorre virtutis experimento palmarum eandem promeruit P. Leonardus Veldhun patria Juliacensis. Qui cum audisset Bruchsalense oppidum, in quo collegii residentia erat, lue pestilenti afflatum, ob infinitam aegrorum multitudinem sacerdotali ministerio indigere, ut erat animarum studio apprime fervens, accurrit continuo illuc, nulloque respectu valetudinis suae totum se audiendis incolarum confessib;ibus devoxit. Auditus autem fere sexcentis, eo in opere contactus virulento morbo, animam periculi contemptricem feliciter posuit, cui proinde rusticana plebs, ut homini de se optime merito, multis cum lacrimis et honore quam potuit maximo parentavit.

Franckendalii, munito ad Rhenum loco, sacerdotes e nostris consistebant duo, eorumque alter oppidanis, alter agrestibus operam dabat, eo fructu ut, ubi nuper sola regnabat haeresis, nemo jam unus hoc tempore inveniretur, qui non se catholicum gereret praestaretque; cum quietum ac bene moratum populum dira simul pestilentia, et belli ingruentis metus, quodque tetricum, haereticorum foeda colluvies obruit. Cognito namque Svecorum in citeriore Rhenum adventu, tot undique finitimarum concursus Franckendalium sunt facti, ut oppidum, haud magni alioqui ambitus, aegre multitudinem caperet. Inde sensim, quod fieri proclive erat, ingens orta pestilitas, quae contagione serpens, brevi tempore complura hominum milia velut turbine sustulit. Tum sane nostrorum in miserrimis mortalibus sublevandis ardor charitatis eluxit, praecepue vero P. Joannis Ludovici Franckenstein, qui dum infectis afflictisque periculosam operam navat, brevi et ipse luem virulentam traxit. Ingravescente vi morbi, cum medicus exitiale fore monuisset, sacra de more praebita rogantи sunt, et quod eo die cineralia peragerentur, sacris quoque cineribus sibi ritu Ecclesiae caput aspergi voluit. Hinc ad horae spatium, linquente animo, consopitus jacuit, donec sensibus abalienatis evigilans, cum magna vocis animique contentione quedam simillima sanae mentis coepit. Pater, Pater, inquit, quae! (socium praesentem appellans) quam lactor! quam morior lubens volensque! Deinde Jesum identidem inclamans, laetitiam ingentem testabatur, quod sibi Dei benignitate in gremio complexuque Societatis animam efflare contingeret. His alisque ab assuetudine castissimae mentis profectis vocibus intercinebat musice interdum, velut gaudio triumphantе jam animo, atque in confinis beatae aeternitatis positо. Commonitus sibi ut parceret, clamandoque desisteret, ne tanta contentio noceret valetudini, respondit vociferari se de industria, ut vicini exaudirent calvinistae, inteligerentque quanta confidentia moriatur is, qui corporis pudicitiam ad extremum vitae articulum integrum intemeratamque perduxerit, neque illa unquam noxa graviore Divinum Numen violaverit. Quae seu praesente animo, seu longius aberrante pronunciaret, certe simplicis atque innocuae mentis indicia fuere. Debilitatis tamen ex contentione viribus, deinceps obticuit, donec tranquillus et placidus expiravit VI. Cal. Martii, annos natus quinque et quinquaginta. Mortuum non catholici solum, sed calvinistae quoque desiderarunt, virum quippe propter candorem modestiamque animi, dotesque alias in nobili praesertim genere admirandas, omnibus probatissimum. Corpus ante aram templi maximam, magno

^{119.}
Binæ charitatis
victimæque sae-
viente.

^{120.}
Lues orta Fran-
ckendalii, et pre-
iosa mors P.
Ludovici Fran-
ckenstein.

121.
*Alio e nostris
moribus Calvi-
nistas avyssum
charitas erga u-
lum.*

122.
*Oppido, potiun-
tur Sveci, ea sta-
tio a nostris de-
seritur.*

123.
*Moguntinum
collegium vera-
tur contra fidem
pactorum.*

124.
*Proposuit no-
stris iuramenti
formula, cui ne-
fas subscribere.*

125.
*Subscribere re-
cusantes exsilio
multantur.*

illustrium hominum maerore ac concursu, conditum est. Ita mortuo Franckensteino successerat P. Georgius Barth, haud absimili animo virtuteque vir. Verum hic, Franckendalii trimestri vix spatio commoratus, fervescente per aestatem caelo, et haud paulo atrocius quam antea saeviente lue, dum aegrotis omnem affere opem studet, eodem corruptus malo, opinione citius interiit. Unus restabat de Societate sacerdos, et hunc etiam noxia pestis invasit, ac lecto afflixit. Hic vero perspicere licuit quid insitus cuique sensus humanitatis valeat. Jesuitam, caeteris domesticis extinctis, omni humano solatio destitutum domi exceptit suae quidam honestissimi generis calvinista, eum summa fide charitateque curandum suscepit, neque erga illum officii quidquam praetermisit, donec receperit viribus omnino convaluit. Caeterum capta jam Wormatia, capta Spira, insolescens Victoria Svecus ad Franckendalium castra transtulit, ferrumque intentabat ac flamas, nisi se ultro civitas dedidisset. Eo rerum statu, cum et saeva lue perterriti ciuium animi, et exhaustum funeribus praesidium esset, neque auxili spes alicunde ulla affulgeret, ad pacta descendit civitas, et conditiones pro loco ac tempore non iniquas impetravit. Itaque deditio facta milites discesserunt pridie Nonas Decembris, unaque eam nostri stationem deseruere.

Infinitum esset singulas hujus generis clades diligentius exponere. Unam adhuc subiicio, quae omnium fere luctuosissima, in eaque res hujus provinciae claudam. Jam antea Svecus intra moenia Moguntini receperant, iis tamen adjecitis conditionibus, quae si ratae ac firmae essent, nihil detrimenti neque catholicorum res, neque Societas capiebat. At fidem ut servent haeretici? Id si aliquando contingat, monstri simile videri debeat. Hominibus illi quidem ordinis ecclesiastici, ac nominatim nostris, locisque omnibus sacris, patrocinium securitatemque, ut saepe alibi, amplissimis verbis permiserant. At promissorum fidem turpiter violarunt. Ut nihil dicam de binis sacrarum Virginum coenobiis, quae, per vim pulsis Virginibus, occuparunt, utque alias praetercam id genus indignitates a rebus nostris alienas, Societatis collegium intolerandis exactionibus exhauserunt primum, eo adducta re, ut, cum non suppeteret unde frequens familia ali posset, multi abierint sponte, reliqui mendicato vivere cogerentur. Hos deinde ipsos, etsi numero paucos et plane innocuos, urbe extruserunt. Sed juvat agnoscere quam praetexerint injustae ejectioni causam. Juramenti formulam conscripsere, qua omnes civitatis ordines, tam civiles tum sacri, fidem Regi Sveciae obligarent. Nostris vero, praeter communem formulam, peculiares quosdam articulos obtulere, quibus sine grandi piaculo subscribere nemo catholicus nedum religiosus posset. Erat in his, se neque Romano Pontifici, neque suo Praeposito Generali, sed tantum Regi Sveciae magistrisbusque ejus obedientiam praestituros. Praeterea delatuos ad regios Praesides, si quid quemquam moliri contra Regem, sociosque ejus ac loederatos, vel interposito confessionis piacularis arcano comperissent. Quae de industria addiderant improbi, quod his nunquam consensuros Jesuitas animo praesumebant. Et vero ut his nostri subscriberent nullo adduci pacto potuerunt. Se quidem ajebant in fide et obsequio Regis Sveciae manere velle quoad salva religione possent, neque recusaturos id ipsum jurejurando spondere. At temperandam juramenti formulam, demenda quae dolo malo apposita viderentur, neque id exigendum ab Jesuitis, quod a caeteris Religiosorum Ordinibus non exigetur. Acquissima postulabant, sed auditu non fuerunt. Perstantibus ergo juramentum iis conceptum verbis constanter, ut dignum erat, reiice-re et exsecrari, exsilium tanquam perfidiae suspectis decernitur. Ille superat metus, ne Patrum discessu populus commoveretur, et tumultum cieret. Constatbat namque Moguntinorum plerosque Jesuitis impense studere, nec erat dubitandum quin aegre ferrent tales sibi eripi viros, qui multum publicae prodesse rei, ac vulgo probi doctique haberentur. Quare Praetor, ut publicam amoliretur invidiā, rumorem spargi tota urbe jussit. Jesuitas sua sponte discedendi consilium cepisse, idque propriea quod juramenti necessitatem deprecari nullo modo possent. Tum fucum ut faceret populo, misit qui nunciaret Patribus, integrum ipsi fore de rebus suis pro arbitrio statuere, et quidquid vellet secum exportare.

Quin singulis viaticum, et quae ad iter opus erant prolixè obtulit, plane humnanum se erga illos, ac prope benevolum praebens. Sed quid huic subesset liberalitatì, brevi compertum est. Pauci fluxerant/dies, cum Patres evocari ad se omnes quasi ad familiare colloquium jubar. Accurrunt illi ad praestitutam horam, aliud tunc quidem nihil suspicantes, nisi sibi iterum de juramento alterandum cum Praefate, obfirmatique a priore sententia nunquam discedere. Sed nullus altercationi locus fuit. Vix praetorium ingressos exceptit manipulus militum, eodemque momento rebus omnibus destitutos, ac frustra de vi quirantates, in navigium compulit, atque inde procul secundo Rheno extrà urbem deduxit. Sic collegium quoque Moguntinum, ut ferme alia haereticorum licentiae directionibus relictum.

Quemadmodum ad superiorem Rheni partem, sic etiam ad inferiorem multum est jactata Societas, nisi quod graviores hujus provinciae clades in annos sequentes excessere. Caeso enim Rege Gustavo, non relanguit belli impetus, nec mutavit belli fortuna. Quin Victoria elati Principes protestantes, ferale bellum uregere contra catholicos, et Jesuitas nominatim, pari virtute, majore odio perrexere, ut saepe nostris optanda fuerit extinti aequitas et clementia, quam multis antea rebus experti fuerant. Nobis quidem certe vir quidquam reliqui totto hoc Rheni tractu, ut infra demonstrabimus, factum est. Hoc tamen anno nihil praeter Stadensem Residentiam, et Sigenense collegium amissum, id quod qua ratione contigerit, nunc breviter explicandum. Stadam, inferioris Saxonie munitam urbem, sed omnino lutheranam, ante quadriennium expugnaverat comes Tillius, in eaque nostrorum stationem collocaverat eo consilio, ut militem, qui ibi in praesidio relinquebatur, pietate et sacris excoherent, tum etiam ut, depulsa paulatim haeresi, populum Christo simul ac Caesari conciliarent. Operi naviter insistebant nostri, et eo quidem successu, ut jam oppidanorum multi catholico nomine censerentur, multi haud longe abesse viderentur a regno Dei; cum affuere Svecorum infestae copiae, duce Totto legato, Regis ipsius consanguineo, et oppidum obsidione premere instituerunt. Sed pugnacissime resistente milite Caesariano, post tres irritae oppugnationis menses, incepto absistere coacti sunt, ut jam nihil superesse periculi videretur. Quod tamen saepe usuvenit, securitas in perniciem verit. Soluta obsidione, ac longe submoto hoste, visum Pappenheimio comiti, qui per inferiorem Saxoniac circulum ducebatur exercitum, non ultra detinendum tantae virtutis militem Stadae, sed in apertum potius edendum, ubi cum hoste congregari, et acie decertare posset. Itaque suas ut augeret vires, deductos inde praesidiarios adjunxit sibi, atque alio transtulit, reclamantibus frustra minoribus belli ducibus, qui tam munitionem, tam opportuno situm loco oppidum sine praesidio relinquentum non putarent. Discedentibus autem praesidiariis, nostri pariter, utpote iis excolendis praecipue addicti, sibi discedendum statuerunt. Nec ita multo post urbem milite desitutam Sveci impune occuparunt. Caeterum nostrorum discessum acerbe admodum civitas tulit, ac tum maxime patuit quo loco ac numero apud Stadenses Societas esset. Discessuris primores urbis omne genus officii perhumaniter praestiterunt, discedentes vero non officiis tantum verborum, sed luctu et lacrimis sunt prosecuti, neque si solum qui catholicam jam suscepserant fidem, verum etiam qui ab ea suscipienda proxime aberant, quae pars civitatis maxima. Fuere ex his aliqui tam praestanti virtute ac fide, ut pretiosiorem Patrum supellectilem sibi custodiendam sumpserint, et quamquam subingressus hostis atrocias minabatur si quis quidquam, quod esset Jesuitarum, apud se occultum retineret, nullo tamen adduci metu potuerunt ut depositum proderent.

Sigenae sexto jam anno considerabant in ipsa arce collocati homines nostri, hosque suis ministeriis intentos loci dominus comes Joannes Nassavius, Princeps apprime catholicus, opibus juvabat, et patrocinio tuebatur; cum pridie Cal. Martias affuit Joannis frater Mauritius Nassavius, secta Calvinianus, specie quidem quasi brevi usurus hospitio, re ipsi ut fraternalm ditionem invaderet. Exceptus gregalium, qui in urbe plures atque praevalidi, incredibili gratulatione ac laetitia,

126.
RES RHENI INFEB
RIONIS.
Stadensis Resi
dentialia dissolvi
tur.

127.
Sigenae ad Prin
cipem Calvinia
num defeti. No
stri extraduntur
urbe.

arcem collegiunque Societatis lustravit more hospitis, nostris quin etiam honoris causa deducentibus se perquam benevolum et affabilem praebuit. At die postero, vocatis ad geniale epulum urbis primoribus, quos suae esse factionis non nesciebat, his coram, inter scyphos et lances, donatum sibi ait ab rege Sveciae comitatum Sigenensem, et donationis documentum litteris consignatum protulit. Plenis poculis, laetisque comprecationibus acclamatum est novo Principi. Ille praesenti habitu animorum utens, praestari sibi jam tum juramentum fidelitatis poscit, quod summo statim consensu factum est. Hac re vulgata, male sibi ominabantur nostri sub novo dominatu, et veri nimium vates fuere. Paucos post dies adest missus a Principe cum armata manu Praefectus aulae, vocatusque in unum Patribus denunciat, claves uti tradant collegii templique, rerum suarum indicem confiant, paratique sint intra breve tempus urbe excedere, mansuri interca sub militari custodia domi, nullumque cum externis commercium habituri. Neque dum tertia exierat dies, cum adest iterum sole in occasum inclinante Praefectus idem, edicteque Patribus ut actuum abscedant. Ad ea nostri nihil. Quid enim imperanti, ac vim minitanti reponerent? sed collectis rapim sarcinulis, uno ac silenti agmine discesserunt. Ex arce descendentes certo loco praestellabatur Mauritius comes, utque fuerunt proprius, singulos oblata benignae dextera salutavit, ac valere plurimum jussit, illa tamen salse subjungens verba: *Hodie mihi, eras tibi.* Tria rogarunt nostri Principem. Primum, ut quod utilium relinquebatur in penu, inter pauperes civitatis tributum vellet. Alterum, ut domesticam sacramque supollectilem, cuius indicem relinquebant, cum fide custodiendam curaret. Postremo, ne sineret vestem Societatis et mores, quemadmodum alibi in simili casu factum esset, ludibrio haberi. Quae ille omnia prolixe diserteque adpromisit, nihil tamen ipsa re praestitit. Vix digressis ab urbe Patribus, involarunt in penum avidi milites, atque omnia instar vulturum raperunt, praedaeque habuerunt. Supellec tum sacra tum domestica dividentia ac dissipata. Si quid majoris pretii inventum, praesertim ex libris, in aulam transportatum. Conspicte deinde procaces milites, cum per urbem Jesuitico indui amictu ludibrii discurrent, ac risum populo darent. Neque hic stetit impiorum insanja. Toto passim comitatu dejectae acae, Divorum imagines proculatae, omnia catholicae pietatis monumenta, quae nostri magno labore restituerant, paucis diebus eversa atque abolita sunt, ut jam sub Principe Calviniano sola regnaret supersticio Calvini.

^{128.}
*Discedentibus il-
ludit Princeps, et
fidei promissio-
rum fallit.*

^{129.}
*Treviris et Con-
fluentibus res no-
stris tueretur Rex
Galliae.*

^{130.}
*Detracti Ducis ex-
amina erga no-
stris benevolen-
tia.*

^{131.}
*Variae nostro-
rum vices Hilde-
sii, bellum fortuna
variante.*

Collegiis Trevirensi et Confluentino saluti fuit Ludovici Regis Galliae favor, et nota in nostrum Ordinem benevolentia. Treviris quippe ac Confluentibus recepto praesidio gallico, nihil contra eas urbes hostile moverunt Sveci, foederatique eorum Principes protestantes. Militibus tamen Gallis permixti multi erant de natione Hugonotarum, duces praesertim ac praefecti, qui nisi repremerentur, insito odio collegia nostra vexabant, iisque nihilominus perniciem machinabant. Sed istorum licentiam coercuit summus copiarum praeses Dux Detraeus, edictis palam propositis, quibus declarabat, in tutela christianissimi Regis Jesuitas resque eorum omnes esse, et contra Regem facturos quicunque quidpiam illis molestias dannive intulissent. Neque his verborum significationibus dissimilia fuerunt facta. Treviris praefectus fabrum, Hugonota teterimus, praecipuo in nos odio instinctus, metallum conflandis majoribus tormentis quaeritans, hoc obtentu e summa templi nostri turri dejeccerat aera campana, idque die festo, dum maxime frequens in templo populus Religionis officiis operabatur. Rescivit Detraeus, et factum vehementer improbans, eodem die reponi aera suo loco jussit. Elector Archiepiscopus Trevirensis, nobis haud multum favens, in partitione praesidii gallici partem imposuerat collegio Confluentino gravem, et majorem viribus, quae una omnes collegii reditus absuebat. Itum est ad Detraeum legatum, isque negans e mente sui Regis esse ut communibus oneribus premerentur ii, qui sese totos publicae locarent rei, collegium ab illo onere liberandum curavit. Hildesii, variante belli fortuna, variae quoque nostrorum vices fuere. Principio terror passim ac fuga, quod magno apparatu, et praecipuo in Societatem

odio adventare hostes dicerentur. Dilapsis metu multis ex omni ordine, etiam nostrorum plerique sibi fuga consuluerunt. Ex iis, qui remanere maluerunt, duo, egressi forte ab urbe longius, villici cuiusdam proditione, capti sunt ab immitti latrocinantium manipulo, nec nisi post multos dies pretio persolutio dimissi: hoc autem medio tempore hic illucque circumducti, diras ab scelestis latronibus injurias pertulere, nec diras tantum atque inhumanas, sed plane indignas foedasque dictu, quas proinde tacitus praetermittit. His utcunque demum receptis calamitas multo gravior collegio incubuit. Potiti urbe hostes ignem flammamque Patribus intentabant, nisi Georgio Duci Luneburgico decem tallerorum millia, numerata statim pecunia, penderent. Res erat in arco posita, nihil medium relinquebatur inter imperatam pensionem, et excidium. Ea tamen summa, impletatis in diem posterum inducis, amicorum deprecatione contracta est ad taleros bis mille et septingentos, hisque acceptis voraces vultures quieverunt. Mira post haec quies ab hostibus ac securitas fuit. At non defuere falsi fratres, omni deteriores hoste, qui crimen quaererent nostris, et subinde Svecos odiosis criminationibus contra Societatem incendere conarentur. Unus prae caeteris ex ordine sacerdotali fuit, qui, sive impotenti erga nos animo, sive prejudicata opinione, in magna Svecorum corona palam affirmare non est veritus, Jesuitarum sceleri feralem hanc bellum flammam, quae totam late Germaniam depascaret, exarsisse. Sed eam vocem excipiens nobilis centurio: Atqui, subjicit, optandum ut vestratus e clero omnes iisdem ac Jesuitae moribus vivant. Tales vos si essetis, minus quidem certe nos vestris exemplis offenderemur. Quo responso homo haereticus intemperantem sacerdotis linguis coercuit, eique os obstruxit. Caeterum octobri mense affuit Hildesii cum expeditis copiis Papenhemius comes, atque urbem pulsis hostibus in potestatem recepit. Quo facto nostri, quos pridem metus fugaverat, ad suam singuli sedem, et ad intermissa munia redierunt.

Hos inter belli tumultus afflictam, ac multis locis convulsam Societatem misericorde recreavit Osnabrugensis Episcopus et Princeps Wartembergius, non uno erga nos edito benevolentiae documento, quod nefas silentio tegere. Ac primo quidem templum Societatis ipsem in honorem sancti Parentis Ignati¹³³ dedicandum suscepit, idque ea celebratate peregit ac pompa, cuius nihil simile visum antea auditumque Osnabrigi fuerat. Erat deinde vetus in hac urbe gymnasium, fundatum olim, ut perhibent, ab ipso Carolo magno, cum hoc ut in eo graecae pariter ac latinae litterae traderentur. Ejus autem fundandi occasio ista prodiebat. Venerant ad Carolum, in iis forte degentem locis, ab Irene Augusta legati, qui cum uterentur lingua vernacula graeca, nemo repertus in aula Caroli qui commode posset respondere propter graecanici sermonis inscitiam. Doluit Imperator, ac linguae graciee pariter ac latinae magistros Osnabrigi collocavit. Quidquid id sit, conciderat omnino gymnasium, nihilque jam pristinæ dignitatis, vix nudum Universitatis nomen retinebat. Jam ergo academiam ita collapsam Wartembergius tum Pontificia tum Caesarea auctoritate instaurandam curavit, nunc vero rite instauratam in Societatis nostrae curam ac disciplinam transcripsit. Fuit id porro ad nostri Ordinis commendationem illustris. Evocati namque fuerant ad augendum celebritatis splendorem ex omni circum regione Abbates infulati novem, ac fere omnes Ordinum Religiosorum Praesules, hisque pariter et cathedralis Ecclesiae canonici, suo singulis loco consentibus, Princeps Episcopus, multa in laudem Societatis apte diserteque prolocutus, diplomata summi Pontificis Urbani VIII., Imperatorisque Ferdinandi II. publice recitari jussit, quibus Carolina Academia instaurabatur, et privilegiis amplissimis ornabatur. Addidit postremo loco suum, quo Academiam eandem cum omnibus suis juribus ac privilegiis in Societatis nostrae curam disciplinamque transferebat. Secuta solemnis supplicatio ab aede primaria, cui vetus gymnasium adhaerebat, ad templum Societatis, nempe ut auspice Deo facta, ac velut religione sancta videretur migratio studiorum e veteri domicilio in novum. In ea pompa, quae per arcus triumphales, splendentiaque circum aulacea, et varii generis emblemata ducta est, processere supplices scholastici primum juvenes cum suis

*Cuiusdam Sveci
responsum ad ob-
trectudorem So-
cietatis.*

*Osnabrigi Epi-
scopus Princeps
temporum Societa-
tis dedicat in ho-
norem S. P. I-
gnatii.*

*Et Carolinam
Academiam tra-
dit Societati.*

insignibus et vexillis, tum omnes Religiosae Familiae, deinde nostri in sacro amictu, postremo e clero saeculari praecipui, pium agmen claudente Episcopo, et sacrosanctam Hostiam deferente, qui, ubi ad S. Ignatii ventum est, edito solemnzi more bene precantis signo, caeremoniam absolvit, et confertam multitudinem dimisit. Factum collaudavere vehementer Osnabrugenses, etiam heterodoxi, quod sub novis Professoribus vetus illud atque olim celebre Athenaeum in pristinam dignitatem restituendum augurarentur. Sed ea postmodum contigere, quibus haec fanta spes interversa penitus et abrupta est.

135.
Nostrorum hospitalitas Coloniae.

136.
Principuae ipsorum curae pro sacris Virginibus Moguntia ejectus.

137.
Herbipolensem Episcopum in collegium nostrum se recipit.

138.
Pravis de religione consilii intrepide obistunt nostri Coloniae.

Collegium Colonense velut commune perfugium sociorum, quos hinc inde belli terror exturbabat, videri per hoc tempus poterat, adeo proinde frequens advenis, ut interdum ad centum sexaginta capita censerentur. His accedebant identidem nobiles e clero Franconico viri, et amici Societatis, quos e suis sedibus profugos, et hospitium poscentes, reiicere lex urbanitatis non sinebat. Omnes benigne, quantum licebat, ac liberaliter habebantur, ut tantam hospitalitatem non nostri solum, verum etiam externi passim depraedicarent ac mirarentur. Coloniam, prae caeteris advenerant sacrae Deo Virgines ingenti numero Moguntiae binis et caenobiis, ut supra indicatum est, extrusae, erantque rerum egentes omnium, quippe quae nihil secum praeter indumenta, quibus cooperiebantur, extulerant. Has cum excipere non liceret domi, dederunt nostri operam ut conductis in aedibus apte collocarentur, nihilque omnium quae ad usum vitae pertinent desiderarent, amicorum in id beneficentiam implorantes, stipemque corrogantes. Qua illae misericordia captae, sacra ab ipsis accipere instituerunt, nec alios praeter nostros pietatis hortatores, sanctaeque vitae magistros, et conscientiae arbitros exquisierunt. Huc itidem exsul e sua sede profugerat recens Herbipolensem Episcopus inauguratus Franciscus Hatzfeldius; cum vero nondum esset sacerdotio initatus, collegium Societatis delegit, ubi ad plures dies delitesceret, sibique interim uni ac Deo vacaret, meris divinarum rerum commentationibus occupatus. Sacerdos deinde factus, primam solemni ritu hostiam in templo nostro obtulit, eo populi ac nobilitatis concursu, ut multitudinem aedes aliqui ampli via caperet.

Caeterum etsi adhuc salva res erat Coloniae, nec erat quamobrem tanta civitas Svcorum arma expavesceret, tamen erant hic quoque, ut alibi in Germania passim, qui vicina belli mala portenderent, terroremque spargerent de industria, et impendentis exsili causam reiicerent in Jesuitas, velut funesti belli faces ac furias, quorum ambitio impotens et insana tantum hoc incendium, quo totum misere deflagrabat Romanum Imperium, excitasset. Erant praeterea aliqui rerum, ut sibi videbantur, prudentes viri, sed male de republica sentientes, qui quando, sola Religionis causa id bellum geri constabat, permittendam religionis cuiuslibet libertatem dicerent, eoque tollendam externi belli causam, et omnem intestinorum motuum ansam praecidendam. Quae voces cum percellerent populum, nefariis consilii obistabant aperte nostri, nutantemque religionem, qua privatis colloquiis, qua publicis concionibus sustentabant. Inde ingens in illos odium factiosorum, inde aperta convicia, et atroces interdum minac, quibus tameq; minime absterrebantur quominius institutum exequi magno animo pergerent. At quo haec acerbiora improbis rerum novarum machinatoribus, eo gratori bonis quibusque civibus accidebant, gratissima vero canonicis et senatui, imprimis Archiepiscopo Electori Ferdinando, e Bojorum familia Principi, si quis alias, catholicae fidei studiosissimo, defensorumque ejus patrono invicto. Qui proinde homines nostros, quos tam justa causa in invidiam adductos videbant, conjunctis studiis tuebantur confovebantque, et quaeunque ipsi eo rerum statu facienda proponerent, cupidis auribus acciebant. Sacerdos e nostris unus fuit munere concionator, qui parum esse praesidiis in humanis viribus, si periculum ingrueret, sentiens, invocandam opem superum clamitabat, maxime vero S. Engelberti Ubiorum Antistitis, quem velut domesticum Tutelarem in multis saepe casibus experta civitas esset. Perplacuit senatui, collegioque canonicorum consilium, proindeque producta sunt in publicum beati viri sacra lipsana, et Elector Archiepiscopus solemnem ad ea

suplicationem indixit, quae quanto omnium ordinum concursu, quantoque animorum motu acta sit, commemorare nil attinet. Quod ad rem maxime facit, perstante deinceps populo Engelbertum supplicis ac votis demereri, hujus praesenti patrocinio assignatum est, quod e tot ad Rhenum urbibus, in quas dira belli tempestas incubuit, una fere omnium Coloniae sospes evaserit.

Monasterii, quod vocant Eiffiae, ut in loco Svecis adhuc intacto, liberius quam alibi suis nostris ministeriis fungebantur. Fuere tamen hoc anno qui nonnullam iniicerunt piis laboribus moram. Solebant, qui ibi litteris operabantur juvenes Societatis, in viciniores extra urbem pagos excurrere diebus festis, ibique collectos puerorum greges doctrinæ christianaæ praecepsit imbuere, Parochis eam rem non probantibus solum, sed grato accipientibus animo, uti quae vulgo utilis esset, sibique laborem erudienda juventutis minueret. Quod probi quique hactenus dilaudaverant, carpere nunc cooperant homines quidam plani, ac Parochis injurious dicere, quasi vero isti suo decessent, muneri, aut in re adeo faciliter juniorum Jesuitarum subsidio indigerent. Hinc Parochos ipsos, ne tantam ferrent sui nominis labem, subornare, planeque incitare ne suas patere Ecclesias imberibus istis doctoribus sinerent. Quod ut impetrarent facilius, iis praeterea in aurem insusurabant, per haec mentitiae pietatis officia paroecis insidiari Jesuitas, idque pedentem agere, ut eas denique ad se traherent. His vocibus, quae ex composito serebantur, mirum quantum exarserint contra nostros Parochi, viri nimirum minime malitiosi, et urbiccae calliditatis prorsus ignari. Valebant omnino artes nefariae, nisi haec praejudicia ex eorum mentibus tollerentur, et infixi animis suspicione aculei revellerentur. Sed praesens malo remedium fuit. De re edictus Palatinus Dux Neoburgicus, misit e vestigio ad Praefectum urbis diploma, quo declarabat, nihil esse quod a Jesuitis metuerent Parochi, suis scilicet optimis adjutoribus, qui tradendae catechesi sese ultro ex instituti sui legibus devoverent, nihilque in eo negotio praeter commune bonum, et Dei gloriam spectarent. Videret proinde ipse ne qua illis mora per quemquam fieret, ipsosque adeo de sua voluntate Parochos commoneret. Mandata ut exequeretur Praefectus, diplomatis ipsius exempla plurima per pagos circummisit. Simul vero atque cognitum est de voluntate Principis, omnis est machinatio discussa. Ora post haec obloquentium siluere, et nostri ad opus intermissum cum bona Parochorum gratia rediere.

Paderbornae, restituta in suam sedem Societate, ejus quoque labores et munia magno reipublicae commodo florescabant. Accessit laboris et charitatis ampla seges a militibus multis, qui hinc inde in urbem, inducti, et per varia contubernia distributi, morbi genus pestilens, quo ipsi laborabant, contagio sparsebant, ut paucae admodum numerarentur urbe tota domus mali extialis expertes. Inde nostris labor insolitus, ac plane assiduus, quod ad aegrotos diu nocturne evocarentur. Praecipuum vero militum gerebant curam, quibus animae simul et corporis quaecunque poterant subsidia deseribant. Accidit super haec ut Papenhemius comes, Caesarei exercitus per Saxoniam Ductor, Svecos ad Hoxariam insigni clade profligaret, eorumque fere trecentos proelio captos secum Paderbornam induceret. Erant hi magnam partem sauci, omnes fame morbisque affliti. Omnes nihilominus intra unum conclave compacti sunt, ubi angustia et paedore loci misere contabescabant. Istorum etiam procurationem sibi desumpsero nostri, et eo quidem studiosius, quod res erat cum hostibus, et haereticis, qui si charitatem inter catholicos invenirent, eorum quoque fidem facile amplecterentur. Hac spe nihil omnium omittebant quod ad sublevandas eorum aerumnas pertineret. Nec vana fuit fiducia. Captivi, qui nihil expectarent minus quam tantam inter hostes benignitatem, Patrum beneficiis et amore devincti, familiaritate emolliiti, iisdem sese erudiendos permisere, ac plerique cogniti veritate in Ecclesiae Romanae verba juravere. At dum haec geruntur, novum repente bellicum increpuit. Digresso nimirum cum exercitu Papenhemio, affuit cum infesto agmine Bandisius Svecorum Dux, perniciem urbi extremam, nisi sibi e vestigio portae recluderentur, interminans. Rursum ergo ad arma conclamatum est.

Tom. II.

78

^{139.}
S. Engelbertum
nie venerantur
cives, idque uni-
us e nostris su-
asu.

^{140.}
Improba machi-
natio ad distur-
bandos nostro-
rum labores Mo-
nasterii in Eif-
fia.

^{141.}
Auctoriitate
Principis machi-
natio diffatur.

^{142.}
Res gestae Pader-
bornae, et fructus
charitatis erga
haereticos.

^{143.}
Nova Svecorum
incursio irrita.
Acta nostrorum
ad eastimulan-
dam virtutem
civium.

Verum ita affectis principibus civitatis, ut pacisci vitam mallent, quam urbem per desidiam tradere, ferox Svecus incepto absistere coactus est. Decem dies tenuit obsidio, totoque hoc tempore nihil hinc inde, sive ad acerrimam oppugnationem, sive ad obstinatam defensionem omissum. Dum autem moenia tormentis quantiuntur foris, dum intus pro muris excubant cives armati, et hostem insilientem repellunt, nostri pietatis arma, quibus nihil ad aciendam virtutem militarem praesentius, defensoribus ministrare, utque minus metuerent citam mortem, eos pro confessione audire, a peccatis absolvere, uti demum fortiter pro patria, pro religione rem gererent, verbis incendere instituerunt. Nec vero frustra pietas fuit. Portam urbis, quae respicit orientem solem, perfregerant Sveci, jamque ad teli jactum progressi, manuariis ballistis cominus decertabant, et missilia in urbem jaciebant. Actum de summa re conclamabat iners vulgus, idque passim feminae per tempa fusae ejulata querulo lamentabantur. Cum obduci repente atra nube caelum, et remugire horrendo tonitu coepit. Mox tantam effudit procellae vim, ut hostes, qui simul assida telorum grandine premerentur, referre tantisper pedem coacti fuerint. Ea re prospecta cives, novo impetu capto, irruunt densati extra portam, recedentes inequuntur, et impune mactant. Fusis demum fugatisque caeteris, spoliis et omni impedimento potiti, ovantes in urbem regreduntur. Sed omisso in praesens Rheno, in Bohemiam veniamus.

^{144.}
RES BOHEMIAE.
Pragam recuperat Caesar. Huc nostri revertuntur.

^{145.}
Status rerum nostrarum Pragae nostris absentibus.

Non adeo accise Ferdinandi Imperatoris vires erant, ut non alicubi prae viribus tot hostium in ejus perniciem conjuratorum valerent. Hoc quidem certe anno in Bohemia, bellum pro Caesare administrante magni nominis Duce Valdesteinio, ingeris rerum est facta commutatio. Primum omnium ad VII. Cat. Junias recipitur caput Regni Praga, quam anno superiore in potestatem Ducis Saxoniae concessisse vidimus, eoque facto nostri in sua domicilia, unde pridem fuerant pulsi, restituuntur. Sed quando de rebus duntaxat nostris scribimus, qualem invenerint rerum suarum statum postulminio reversi Patres, cognoscere pretium est. In domo Professorum Ministri haereseos cum immundis muliercularum et liberorum suorum gregibus habitabant. His ejectis, foedata omnia reperita sunt. Domesticae vero supellectilis, frumenti, rerumque aliarum, quae fuerant in annuo usus repositae, nihil inventum. Omnia rapaces homines diripuerant, ac praedae loco haberant. Illud factum bene, quod ante digressum nostri sacram templi gazam, et quidquid erat majoris pretii, aut fidis recondiderant latebris, aut amicis custodiendum tradiderant, unde horum nihil ab hostibus inventiri potuit, nec auferri. Collegium S. Clementis, amplum sumptuosumque aedificium, divisum fuerat in partes duas. Partem potiorem sibi inhabitantem sumperserant cum feminarum grege Praefecti Saxonum. Partem alteram cum templo permiserant Patribus e familia S. Francisci de Paula. Namque hos e suo coenobio ejecerant, eorum vero templum, quod fuisset olim a lutheranis exstructum, suo quasi jure Praedicantes sibi vindicaverant. Seminarium Ferdinandum, quod collegio adjacet, promiscue incolebat faex militum, itemque aliud convictorum collegium, et Neopragensem, ut loquimur, residentiam. Caeterum par ubique expilatio, par rerum strages inventa. Vestiarii praedones improbi nihil reliqui fecerant. Armaria, fenestras, pluteos omnes et scanna confregerant, quodque dolendum maxime, librorum magnam exportaverant copiam. Omnia praeterea foedum in modum conspurcata, et oppleta sordibus videre erat. Seminarium, de quo dicebam, musarum illud nitidissimum domicilium, in equile versum dices. Documento sit, quod collecti denuo alumni, diram graveolentiam non ferentes, ad tempus dimittiendi furerunt, dum paulo diligentius domus repurgaretur. Carolinam quam vocant Academiam, ubi florentissima juventus religione artibusque bonis sub disciplina nostrorum informabatur, occupaverant lutherani doctores, in eaque scholas suae sectae aperuerant. Ne tamen deessent in urbe catholica catholicae institutiones, dispersam juventutem collegerant Patres Dominicani, et optimis disciplinis apud se erudiendam suscepserant, nova quodammodo instituta studiorum universitate. Et quia Professores tunc quidem idoneos non habebant domi, quos tam multis variisque praeficerent classibus,

eos e variis Religiosorum ordinibus subsidio vocaverant. Itaque Physicam Franciscanum, ut vocant, conventionalis, Jus canonicum Barnabita, Grammaticam Augustinianus, Theologiam Capuccinus tradebat, Rhetoricae unum quendam praefeccerant juvenem, nuper e Societate dimissum. Caeterae classes silebant. Extempore atque informem Academiam, sed eo tamen loco ac tempore non inutilem, Dominicanus regebat. In hoc statu res erant Pragae, cum nostri in urbem regressi sui domicilia, et priora munia repetierunt.

Nonnihil pugnatum initio cum inopia, quod erant domus omni fere instrumento nudatae, et nihil in arca repositum, nihil ad vivendum in penu congenitum inveniebatur. Sed amicorum beneficentia non defuit, cui accedente Patrum industria, paulatim omnia in statum nitoremque pristinum restituta fuerunt. Professorum domum, utpote nullo certo proventu dotatam, eoque egentiorum, egregie juvit cum liberalitas civium, tum praesertim Gitschinensis Carthusiac Coenobiarum, Societatis amantissimus vir, qui sublevanda Patrum inopiae ampla subsidia submisit. Illud etiam nostri magistratus debuerunt, ut ad eos redirent multa, quae hostes improbi surripuerant. Caeterum bene vertit civibus quod urbem una cum victricibus copiis aliqui de Societate ingredierentur. Nam et militem, ne licentius insoleseret, cohibuere, et cum variis distribuerentur per domos ad vivendum more militari manipuli, ut id onus amicis remitteretur obtinuere. Suis quin etiam professis hostibus saluti fuere, uti ex hoc facto constabit. Minore vix capta Praga, Praedicantes triginta ex iis, qui contra majestatem Caesaris capitalia, ut libro superiore narratum est, ausi fuerant, Senatus catholicus incluserat carceri, nec erat dubium quin eos ad poenam debitam reservaret. Nostri nihil non egere primum ut miseros, et suorum conscientia scelerum terrefactos, errorem dedocerent, traherentque ad catholicam veritatem. Cum nihil proficerent, implorata nihilominus judicum misericordia tenuerunt, ut, siquidem nocentiores plerique aufugerant, hi quoque salvi in Saxoniam dimitterentur. Praeterea ad supplicium cum raperentur aliqui perduellum, (rapti sunt diversis temporibus sex supra viginti) his nostri ad extremum usque spiritum adstitere, utque pie fortiterque ex christiana pietate poenam exciperent, hortatores fuere. Sic una cum nostris multae, nec leves utilitates Pragam rediere. Non eodem tamen tempore rediere nostri, sed prius qui magis ad publica officia necessarii, deinde per intervalla caeteri. Nam sarcina prius fuere illata ab hoste damna, quod opus laboris non exigu fuit, et aliquot menses tenuit. At enim sub anni exitum suus jam singulis domiciliis constabat numerus, et ubique usitata Ordinis ministeria sat commode exercebantur. In collegio S. Clementis, quod totius provinciae velut plantarium est, socii censebantur ad octoginta omnino, pars maxima artium auditores, aut magistri. Fervebant studia, scholae frequentabatur, Marianae sodalitates adolescentum et numero et pietate floreabant. Par in Professorum templo frequenter, sive ad conciones audiendas, sive ad sacra participanda. Duo quae dixi externae juventutis contubernia adolescentes magno numero et pari delectu implebant. Itaque reversus Pragam Florentius Montmorancius Visitator, is de quo libro superiore dicebam, vix oculis credebat, cum tam subitam, tam insperatam ex perduto profligatoque statu rerum conversionem cerneret. Hinc cohortatus in communis socios ut porro quo cooperant pede pergerent, quibusdam relictis in tempus posterum mandatis, provinciae lustrationem clausit.

Quemadmodum Pragae, sic etiam in aliis plerisque Bohemiae locis, praevalente milite caesariano, passim pulsi hostes, et suas in sedes restituta Societas est. Ubiq[ue] tamen luctuosae repertae clades et rapacitatis vix delenda vestigia. Commotovii apud amicum habitare coacti sunt qui primi redire in urbem Patres, dum sua scilicet collegio supellex, et prior munditia redderetur. Nam præter parietes, hosque tetra illuvie ac paedore obsitos, nihil praedones improbi fecerant reliquum. Seminarium, quod ibi erat pro pauperioribus adolescentibus, omnibus dissipatis aut contractis rebus, speciem referebat desertae in agro domus, et ruinosa. Prior ergo Patrum cura fuit haec utcunq[ue] reparare damna,

146.
*Acta nostrorum
Pragae post su-
um redditum.*

147.
*Res nostræ in
pristinum resti-
tuuntur Pragæ.*

148.
*Idem accidit
Commotovi.*

quod ubi factum est, collegium denuo ac seminarium aperuerunt, et ad usitata ordinis ministeria se retulerunt. Nec tenere se potuerunt, ne ad vicinos quoque excurrent pagos, ut si quos forte e rudi simplicique populo corripiisset ex commercio Saxonum haeresis, iis errorem eximerent. Quod quidem fruge non caruit, repertis novem supra triginta, qui ad Lutherum cum defecissent, iterum ad Ecclesiam reducti sunt. Itum etiam supplicatione solemnii ad eadem Virginis, quam Grubnensem vocant, antiquo cultu celebrem, et ad eam magna hominum multitudo deducta. Huius porro aedis magnopere est aucta religio ab eventu, non minus memorabili quam certo contestatoque, cuius hoc loco summam exhibeo. Miles fuit secta Lutheranus, qui spe praedae ac rapinarum illectus, eam in aedium cum adjutoribus quibusdam suis involavit, aram diripuit, reperta fidelium donaria sustulit. Scelus demum scelere cumulans, ausus est ex ipso Virginis simulacro velum, subtili admodum levique textu elaboratum, quod ex ejus fluebat capite, sacrilega manu detrahere, idque sibi in modum baltei militaris praecingere, multa interim joculariter scurriliterque garriens, et atrocis in beatissimam Virginem contumelias insigni procacitate jactans. Sed non impunita illi fuit impietas, nec dilata sacrilegio poena. Vix fecerat, cum dejectus mente furere, ac spumas agere rabidi instar canis coepit; tum in obvium quemque minaciter insilire. Catenis ferreis constrictus, deportatusque vicinum in oppidum Tepliszeum, cum nihil sanior fieret, ab uno sodalium gladio confossus occubuit.

^{149.}
Divinae uitiosi exemplum in violatorem sa-crilegum B. Vir-ginis.

^{150.}
Acta Gitzini, Glacii, ac Nissae. De quadam Sphaera collegio Nissensi adem-pita.

Gitzini, Glacii, ac Nissae unus idemque annus profugos Societatis homines, et modico intervallo reduces ab exilio vidit. Quos namque fugaverat hostium adventantium metus, eosdem mox parta securitas suas in sedes reduxit. Verum hoc medio tempore magna ubique rei familiaris facta jactura. Rure abacta pecora, direpta horrea, aut incensa, quidquid frumenti congestum erat, praedae habitum. Domi surrecta ac dissipata multa, alicubi praeter nudos parietes relictum nihil. Dolenda in primis collegio Nissensi accidit jactura globi caelestis, cuius sive magnitudinem, sive artificium, sive auctorem fabricatoremque spectares, nihil uspiam simile reperiatur. Machina ea erat magnitudine insigni, aeneis compacta laminis, ab ipso olim Tichone Brahe multorum annorum labore studioque constructa, cuius visendae causa scientissimi quique rei astronomiae viri Nissam veniebant. Hanc Regis Daniae filius, qui inter Saxones militabat, propterea quod Danus gente fuerat Ticho, tanquam suo sibi jure debitam abstulit, et Hafniam deportandam curavit, eo acerbiore nostrorum sensu, quod deinceps recuperari nullo modo potuit. Damna caetera utcunque mora et industria reparata sunt, et quidem sic ut eodem anno suus ut ante sociorum numerus collegio cuique constiterit. Egram quoque, Glogoviam, Saganum, atque Schvidnicum, unde pridem nostri aut pulsi fuerant, aut sponte periculo ingruente aufergenter, tuto jam redire videbantur posse; sed circumstrepente adhuc armorum turbine, et adhuc anticipi belli exitu, cum insuper parvulis quandoque proeliis Saxones praeveralentur, ne denuo patenter incursionibus hostium, pacatiora expectare tempora maluerunt.

^{151.}
In alia quadam collegia redire cunctantur no-stri, et quare.

^{152.}
Res gestae socio-rum Olomuci.

In caeteris Provinciae domiciliis quies ab armis fuit, nullam sibi tamen quietem socii ab instituti sui laboribus permiserunt. Ut usitatoria praeteream, e collegio Olomucensi, rogatu Maximiliani Principis de Liechtenstein, excurrerunt in pagos et oppida ipsi obnoxia delecti operarii, regionemque haeresi corruptam, et mira rerum divinarum inscitia laborantem, labore multo, sed non inutili, percursorunt. Erepti sunt e populi manibus pestilentes haereticorum libri, schedae superstitiones, quibus ad curando morbos utebantur, sacris numismatis aut agnis cereis commutatae, suus religioni cultus redditus, ubique christianae pietatis nova quadam inducta forma; qui vero haustam temere haeresim solemnii ritu ejurarunt, ad duo circiter millia numerati, plane ut appareret salutarem de caelo imbre in id solum antea incultum et sterile depluisse. Olomucii itidem e variis haereticorum sectis in Ecclesiae sinum recepti ad centum et quadraginta, pauciores quidem illi pro ipsorum multitudine, sed si temporum conditionem species, haud ita pauci. Bacchabatur namque tota circum regione

armis suffulta haeresis, eique multis locis favere belli fortuna videbatur. Ibidem cum maxime probaretur Episcopo Cardinali Dietrichsteinio tradendae catecheseos a nostris inventa ratio, ex eaque laetiores in dies fructus provenirent, ejusdem auctoritate institutum, ut deinceps etiam in aede urbis primaria nostri id munus exercenter. Mitto alia ejusdem generis multa, quod singula persequi longum esset. Sed non committam, ut in obliuione sit novum nec leve beneficium, quod comiti Slavatae socii Novodomenses debuerunt. Nimirum ante annos aliquot collegio cum periisset, tristi absumptum incendio, sacellum D. Mariae Magdalene titulo insignitum, id comes beneficentissimus damnum reparare aggressus, sacelli loco aedem a fundamentis extruxit, haud magni quidem ambitus, sed forma praeclara, et pro loco sumptuosam, quae cum hoc anno ad fastigium educta, et suis omnibus numeris absoluta esset, in honorem ejusdem divae dedicata est ab Archiepiscopo Trapezuntino, Pragensis Ecclesiae suffraganeo, Simone Brosio. Atque haec de rebus Bohemicis.

^{153.}
Nova collegii
Novodomensis
aedes dedicatur.

Ex Austria, quas modo evolvendas sumimus, illa fere omnium ad memoriam hujus anni praecipua, quod in Austria, quam superiorem vocant, rursum concitata plebs rusticana, subiiciente faces haeresi, arma sumpsit, et in seditionem coorta est eo periculosiorum, quod distractis externo bello viribus Caesaris, si paulum gliseret, haud facile comprimenda videbatur. Compressa tamen est, Deo propitio, in ipso ortu, cumque ad multa millia rustici se agglomerasset, non armati solum, sed ad omnem audaciam projecti, opinione citius arma simul et audaciam posuere. Quodque obstupescas magis, ex iis plus mille nostrorum cohortatione ad fidem catholicae Ecclesiae rediere. E rebellibus acti sunt in partibulum viginti duo, caeterorum scilicet duces et antesignani, hique pariter, prius quam collum carnifici darent, a nostris edocti et emolliti, in verba Romanae Ecclesiae juravere, uno duntaxat alteroque excepto, quorum frangere contumaciam nulla vis eloquentiae, suasiones precesque nullae potuere. Praeter hos ab haeresi revocati tota provincia plures. Sed praecipuum habuit celebritatem Lincii transitio unius et praeonibili Forgerorum gente juvenis, de quo paulo distin-^{154.}
tius disserendum. Natus erat is ex familia perdite lutherana, quippe quam Lutherus ipse vivens ante annos centum suas in partes traxerat, exstabantque adhuc in domestico ejus tabulario litterae Lutheri ipsius manu exaratae, quibus sycophanta Forgeros, utpote homines multarum opum, et magna inter suos auctoritatis, ad defectionem sollicitabat. Tali in domo natus et innutritus cum esset, nihilominus, quae misericordia Dei benignitas est, ab ipsa pueritia pelli se intimo instinctu sensit ad amplectendam male a majoribus suis desertam fidem, et quae-^{155.}
dam nutantis animi dedit indica. Quare illum parentes ad Electorem Saxonie miserunt, a quo inter honorarios aulae suea ephebos adlectus est. In illa lutheranae doctrinae palaestra, adeo non refixit quo ferebatur studium catholicae pietatis, ut immo in dies effervesceret magis, neque jam dubitaret partes catholiceorum palam et aperte tueri. Ob id multa pertulit saeva et indigna, saepe contumelias a sodalibus, interdum etiam verberibus ab ipsomet Electore servilem in modum oneratus. Quae illi causa fuit discedendi ab aula Saxonica, et in castra Regis Sveciae transgrediendi. Receptus inter milites, suisque stipendiis vivens, neque tamen pacatiorem agitans vitam, commiso parum prospere proelio, capitur a Caesarianis, et Lincium tanquam in liberam custodiam mittitur. Hic vero, recalesceente inter catholicos ardore illo primo, et validius flante aura gratiae caelestis, tenere se ultra non potuit, ne optimae mentis cogitata perficeret. Nostris igitur ad catholici dogmatis enarrationem adhibitus, ut erat animo probe praeparato, veritatem facile agnovit ac didicit. Tum detestatus Lutherum, in magna nobilium corona Romano Pontifici sacramentum dixit, et sacram dape-^{156.}
catholico ritu sumpsit.

RES PROVINCIAE
AUSTRIACAE.
Nova rusticorum seditione compres-
sa.

^{155.}
Conversio unius
e Forgerorum
familia juvenis
Lincii.

Christi gregem auxere nonnulli etiam ex turcia atque adeo ex hebraica impietate trans fugae, quorum idcirco mentionem facimus, quod in his etiam praecipua divini Numinis misericordia se prodidit. Sabariam Pannoniae urbem adver-^{156.}
terant Turcae duo, quo maxime tempore nostrorum aliqui sacra missione urbem

Turcae ad Christum adducti
Sabariæ, et Pas-
savit.

excolebant. Quamquam vero nihil cogitarent minus quam christianos fieri, auditio concionatore de futura post mortem vita vehementius perorante, adeo incensi sunt desiderio baptismi, ut jam tum sacrum expeterint laticem. Eruditi itaque a nostris, ab Episcopo Javarinensi salutari lavacro tincti sunt, eosque Catharina Brandenburgica, Bellemii Gaboris Transilvaniae principis vidua, jam aperte catholica, sacro de fonte suscepit. Turca alter Passavii fuit, ad finitimos primum Venetos, deinde in Caesaris castra transgressus, nunc inter turmas comitis Francisci Turriani stipendia faciens, vir probus aliqui, idem miles strenuus, et si cultum Mahometis demas, caetera laudandus in paucis; qui vix ab uno nostrorum admonitus ut Christo nomen daret, totum se ipsius permisit arbitrio. Edocutus autem ab eo quae profiteri et credere christianum decet, solemni pompa ablatus est in aede urbis primaria, sacrum ritum peragente Episcopo suffraganeo, et sponsoris partes ipso Turriano comite sustinente. Crembsii Judaeus erat, juvenis annorum viginti duum, Coloniae Agrippinae natus, qui artem conficiendi nitrati pulveris non sine quaestu faciens, hoc opificio vitam sat commode tolerabat. Subiit desiderium vitae militaris, utque homines nostros magni faciebat, unius ex ipsis quid sui consiliis esset aperitur. Consilium neque collaudavit, neque reprehendit Pater; verumtamen, si militiam sequi obfirmasset, auctor illi fuit, ut prius quam tot adiret belli pericula, saluti consuleret sempiternae, christiana religione suscepta. Nec ille difficultem monenti se praebuit. Ut erat docili ingenio, bimestri minus spatio totam christianae institutionis summam animo comprehendit, quin et hebraice redditum habere apud se voluit. Tum baptismus rite est consignatus Abbatis Gotwicensis manu, per eamque occasionem muneribus multis et variis large donatus est. Inter munera militaris erat e ferro fistula, affabre facta, quam sacro fervens ardore neophytus juveniliter ostentans; Hac, inquit, si superis placet, utar contra hostes ejus, quam modo amplexus sum, Fidei. Et vero stetit promissis. Progressus in bellum contra haereticos, dum magna virtute rem gerit, plures ex iis neci dedit. Post ipse praecelaram in acie mortem oppetiit, jaculo transverbatus. Quae autem apud eum reperta sunt christianae pietatis documenta, rosarium, catechismus, icunculae quedam sacrae et suspecti baptismi testimonium litteris consignatum, constantis in semel hausta Religione animi fidem minime dubiam fecere. Sed infinitus sim, si velim hujus generis singula consecrari.

^{157.}
*Judaei cuiusdam
dam conversio
Crembsii.*

Unam rem non tacebo paulo insolentiorem, nec scio an non etiam prodigi loco ac numero habendum, eoque annualium memoria, ut arbitror, non indignam. Passavii damnatus fuerat poena capitali miles, nescio cujus flagitii compertus. Jamque ad patibulum producebatur, cum adstantem e nostris sacerdotem admonuit, esse sibi quae ipsis ante mortem arcane communicata vellet. Remotis deinde arbitris, narrat sibi insutam esse pedi particulam hostiae consecratae. Hanc se ante quinquennium excepsisse ore, mox detractam clanculum, allatamque domum, sinistri pedis incisuram inclusisse, quod putaret se deinceps ejus praesidio ad omnes globorum telorumque ictus impenetrabilem et illaesum fore. Rem talem sacerdos non putavit silentio tegi oportere. Facta itaque sibi arcani detegendi facultate, differri tantisper supplicium rogat. Rem deinde totam defert ad magistratus, quid facto opus sit ipsorum arbitrio permittens. Vi sum omnibus experendum an vera dicaret miles, et siquidem ita res se haberet, vestigandum numquid restaret ex hostia consecrata. Vocatur ergo chirurgus. Is monstratam cicatricem explorat, eamque ferro diffindit. Et mirum! Vix secta quae increverat cute, apparet latens particula, post tantum temporis intervallum incorrupta. Haec porro detersa a sordibus, cum honore delata est in templum, et miles, quod rem talem ultro aperuisset, deprecatione nostrorum supplicio exemptus.

^{158.}
*De quadam
particula conse-
crata. Passavii
reperta.*

Viennae, ut in reliquis Austriae ditionis urbibus, magno insistebant opere nostri, ut populus opem superum imploraret, idque maxime per occasionem Jubilaei, quod Pontifex Maximus circummisserat ad avertendas caelestes iras, propitiandumque armis Caesareis in illo calamitoso funestoque bello Divinum Numen.

^{159.}
*Libellus quidam
aureus editus
Viennae.*

Praeter caeteras fovendae excitandaeque pietatis artes, libellus in vulgus est editus, mole quidem ille exilis, sed utilitatis eximiae (*Claves caeli aureae* erat inscriptus), quo libello preces variae, et persolvenda quotidie Deo religionis pensa continebantur. Tam secunda approbatione acceptum est id opus, ut nullus esset libelli conquirendi modus, eumque carissimum quisque haberet contra aurum, nec jam quantovis pretio comparari posset. Quare vir primarius suo illum sumptu recudi jussit sum germanice tum latine, multiplicatis eo numero exemplis, ut jam omnium fere manibus tereretur. Supplicationem praeterea nostri instituerunt, quam vocant quadraginta horarum, atque ita quidem, ut caeteras hujus generis supplications, in aliis quoque templis usurpari solitas, si non splendore apparatus at saltem numero supplicantum et pietate vinceret. Nimirum, ut multas habebant apud se institutas diversorum hominum sodalitates, suam singulis sodalitatibus horam praestituerunt, qua ante incurvant Hostiam precabundae consistenter, idque sodalibus in ordines distributis, quae species mirum ut affecerit intuentium oculos, atque animos. Accedit ut in templum pre candi causa adveniret Ferdinandus Imperator quo prorsus tempore vicem obi bat suam sodalitas opificum, quae omnium frequentissima. Miratus autem hominum non tam frequentiam quam modestiam, et prominentem ex omnium ore pietatem, quae sivit ex Patribus quid illud hominum esset. Utque audivit offices eos esse sellularios, in unam sodalitatem sub titulo Virginis ab angelo salutatae contractos, nihil tunc quidem addidit. At reversus domum, afferri ad se jussit sodalium indicem, in eoque nomen adscripsit suum propria manu, nempe ut de fructu operum, quae per sodalitatem peragebantur, deque adjunctis ei Indulgientiarum thesauris participaret. Piissimi exemplum Principis secuta est tota Augusta familia, quod quantum valuerit sive ad conciliandam sodalitati existimationem, sive ad plium sodalium ardorem incitandum, pronum est intelligere.

Posonii memorabilem hunc annum effecte Cardinalis Petrus Pazmanius Archiepiscopus Strigoniensis, educto sacro corpore S. Joannis Eleemosynarii et lignea, in qua ab annis plus centum jacebat, cista, et in argentea primum arca collocato, deinde in magnificum ex marmore mausoleum solemni caeremonia translato. Jam nihil attinet dicere qua pompa haec facta translatio fuerit, cum praesertim accuratam ejus descriptionem Georgius Drascovitus Episcopus Quintecclesiensis ediderit. Quod ad rem pertinet, nostri pro sua in beatum virum pietate, tum etiam ut Cardinali amplissimo, collegique sui fundatori munificentissimo, gratificarentur, multum ad celebratissimum splendorem contulere, cum tempi ac collegii sui magnifico apparatu, tum praesertim appositis diversi generis emblematis, picturis, et inscriptionibus, graccis, latinis et hebraicis, quam eruditionis profusionem ipsimet haeretici plurimum laudavere. At Flumine per causam simillimae celebratatis non nihil molestiae nostris hominibus creatum est. Olim P. Nicolaus Lancisius, Romae cum esset, summorum Pontificum Clementis VIII. et Pauli V. liberalitate impetraverat sacras S. Felicis et Faustini reliquias, easque secum in Germaniam advectas collegio Fluminensi habendas, ac venerationi fidelium proponendas transcripterat. Jam ergo ut in publicum splendore aliquo ac pompa producerentur, placuit solemnem supplicationem instituere, qua e collegio in templum late circuitu efferrentur. Consensit in id, pro ea quam gerebat Ecclesiastica potestate, Archidiaconus, quippe Polensis Episcopi Vicarius, ut vocant, Foraneus, neque consensit solum, sed diem horamque ipsam praefinivit, qua supplicatio perageretur, adesse jussis cum universo clero Patribus Capuccinis. At die horaque conducta, cum adessent omnes, jamque instruerentur ordines, et faces incenderentur, insert se repente medium Archidiaconus, ac nostris nihil tale opinantibus denunciat, incepto absistant: sibi nempe ad hunc actum facultatem deesse, Episcopum adeundum. Mirari enimvero Patres quid illi venisset in mentem ambigere de facultate, quam paulo ante pro certa habuisset. Rogare ne fraudatam vellet populi, qui frequentissimus confluxisset, expectationem. Offensioni futuram populo supplicationis jam prope inchoactae dissolutionem, nulla praesertim interveniente, quae honeste proferri posset, causa.

^{160.}
De quadam pia
supplicatione, et
Ferdinandi Im-
peratoris insigni
pietate.

^{161.}
Posonii trans-
fertur corpus S.
Joannis Eleemo-
synarii in locum
digniorem.

^{162.}
Nostrorum, per-
turbatio Flumi-
ne in simili ce-
lebritate.

Uteretur potestate sui muneris propria. Si minus constaret quo ea pertingeret, cogitaret quid in simili casu factum vellet Episcopus, ejusque mentem pro sua prudentia interpretaretur. At surdo caneabant. Perstitit obstinate in sententia homo, ut mitissime dicam, illiberalis et rudit, relictisque cum sacro lipsanorum ferculo Patribus haud leviter perturbatis, populum et Capuccinos, petendae causa pluviae, in ambarvale sacram abduxit. Increpitus deinde, ut aequum erat, ab Episcopo, factum excusavit, aliam commentus, sed aequa frivola causam, cum diceret, de veritate reliquiarum haud satis certo constare. Sed facile revicta est exceptio non minus falsa quam impudens, productis ea de re litteris authenticis, Romae confectis, tum etiam gravissimo Lancisi*ii* ipsius testimonio, qui ut cognovit de controversia, chirographum ab extrema usque Lithuania misit, quo eas ipsissimas divorum reliquias sibi a Clemente VIII. et Paulo V. traditas juratus affirmabat, addebatque, ut eas sibi summi Pontifices tradarent, effecisse officii et interventu suo binas ex Austraciā domo Reginas, Hispaniae et Poloniae. Quare suus sacrī ossibus cultus constituit, et parumper dilatus iis est honor, non demptus. Sed paulo graviora videamus. Binis hoc anno collegiis provincia aucta est, Styrensi, et Varasdinem, quorum primordia nefas hoc loco non attingere. Styra, superioris Austriae civitas, ad Styrae et Anisi fluminum confluentem sita, jamdudum Societatem optabat, sed qui sumptum faceret nemo erat. Id intelligens P. Bernardus a Tonhausen, de quo alibi facta mentio, ita cum matre sua Ursula ab Hollenegg transegit, ut quae pars haereditatis sibi competeteret, in extruendam Styrae domum Societatis conferretur. Ultro assensit mater, matrona lectissima, uti quae nihil mallet, quam filio simul suo ac Societati gratificari. Annente itaque Ferdinando Imperatore, coepita est Styrae domus, in eamque sociorum familia inducta. Laxatis deinde aedium spatiis, quae initio simplex residentia fuerat collegio Linciensi obnoxia, intra duos annos Rectorem proprium, et collegii nomen accepit. Varasdīnum de quo loquimur, (quod cave cum Varadino, celebri Transilvaniae arce, confundas) oppidum est Sclavoniae, in confiniis Hungariae et Styriae, ad Dravum fluvium, commercii opportunitate, amoenitate soli, multitudine incolarum praestans. Haec omnia spem nostris faciebant magni quaestus ex animarum salute colligendi, quam spem cum excitasset primus comes Sigismundus Fridericus Trautmannsdorffius, in iis partibus summus adversus Turcas militiae moderator, eandem etiam implevit testamento condito, quo suorum illic bonorum haeredem scripsit Societatem. Huc ergo sociorum colonia deducta est, quae intra residentiarum ordinem diu stetit, donec eam Comitissa Margarita de Tonhausen, additis vetricibus, in collegium vertit, et fundatrix titulum abstulit.

^{164.}
Collegii rudimentum ponitur Cassoviae. Ejus initia turbulenta.
Cassoviae itidem, in urbe superioris Hungariae primaria, quoddam collegii rudimentum hoc anno positum est, sed plane turbulenta ejus initia fuere. Laetis quidem auspicis venerant huc tanquam in perpetuam Missionem aliquot Patres, invitante scilicet, ac domum victimque prolixe offerente Gaspare Tasso, Regiae ut vocant camere Scopuscensis consiliario, magnopereque assentiente provinciae Gubernatore, comite Nicolao Forgach de Ghimes, viris et genere et dignitate conspicuis, qui ex hoc Societatis domicilio magnas in rem publicam utilitates prospicerent reddituras. Veruntamen ubi his auspiciis fautoribusque secunda sperabant omnia, adversa omnia nacti sunt. Haeretici, quae pars civitatis maxima, continuo debacchari, planeque negare Jesuitas pati se velle, homines sibi semper infestos, quibuscum pacem habere nullo modo possent. Omnino extrudendos urbe vociferari. Nihilo aequiores se praebebant catholici, etsi numero pauci, quippe sacerdotum suorum vocibus in odium nostri nominis incitati. Comes Gubernator, ut faveret impense Patribus, turbas verebatur tamen, earumque metu Patres tantum non cogebat abscedere. Ut magis metueret efficiebant falsi, qui de industria spargebantur, rumores de successibus Svecorum prosperis in Germania, tum etiam quod ferebatur Turca societatem armorum coisse cum Transilvano ad invadendam Hungariam, et quam mox afflatus cum formidabili exercitu dicebatur. Hoc rerum statu nostri expectabant dum vel per tumultum

a populo pellerentur, vel certe Gubernatoris mandato abire juberentur. Neutrum cum accideret, sed meritis minis et vociferationibus res ageretur, surdi ad has, ad illas impavidi, stationem suam tueri perrexerunt, donec eorum consuetudine mitigati cives tum haeretici tum catholici, piis etiam laboribus et exemplo vitae honestissimae capti, meliorem de tota Jesuitarum natione opinionem animo informaverunt. Eo adducta res, ut annis demum aliquot interlapsis Cassovienses, illa paucorum sociorum manu non contenti, justum societatis collegium ultra-expetierint, et collegio addendum externae juvenitatis Seminarium curaverint: verum haec alibi narranda erunt. Nunc non omiserim, ad continenda adversariorum odia nonnihil valuisse memorabile exemplum severitatis, quo Patrum insectatorem conviciatoremque iniquissimum Deus ulti punit. Societatis desertor erat is, notum vulgo caput ab insana maledicendi licentia, quam contra nos, atque omnia instituta nostra usurpabat. Conviciis non contentus, quae sane petulanter effundebat in Patres, epistolam praeterea seditiosam, ac plane virulentam conscripsit ad judicem Cassoviensem, qua multa et atrocia in eos crimina congerebat, ejusque plura exempla in vulgus sparsit. Nemini fuit dubium qua manu contortum id telum esset. Quamquam enim scriptor malignus, ut ferme isti calumniatores solent, nomen suppresserat suum, tamen haud dubius internoscebatur indicis. Illum proinde adire constituerat Vicarius Episcopi, ac serio adhortari, ut, siquidem saluti suea sempiterna consultum vellet, perperam evulga recantaret opprobria. Sed Vicarii charitatem praevertit vindex innocentiae Deus, inficta improbo calumniatori tetrica omnium poena. Quippe miser, nullo edito poenitentiae signo, quadruplo quam maledicuum illud scriptum ediderat, subita vi morbi oppressus interiit. Sed jam caetera, quae ad Austriacam provinciam pertinent, expediamus.

Socios huic provinciae plures, eosque optimos, hoc anno mors abstulit. Ex iis tamen maxime desiderari Patres duo Martinus Kaldi, et Stephanus More, quos propterea unos prae caeteris annualum memoriae tradimus. Ungarus natione erat Kaldius, patria Tyrnaviensis. Numerabat, cum occubuit, vitae annos sexaginta quatuor, ab inita Societate quadraginta, quorum maximam fere partem vel regendis collegii, vel tironibus instituendis impenderat. Namque his muneribus, ob insignem expertamque prudentiam, aptissimum habebatur. Ipse nihilominus, magistribus abdicatis, pro eo quo flagrabit studio animarum, sacris se Missionibus obeundis totum addixit, posuitque in hoc ministerio annos vitae ultimos decem, donec in Missione Scepisciensi, hospitio exceptus in arce comitis Ordeodi, inter acerbissimos colicas simul et calculi dolores extinctus est, XV. Cal. Augusti. Vir plane Apostolici spiritus, qui, quidvis suscipiendum agendumque esset, non hominum gratia, non metu, solo divinae gloriae instinctu ageretur. Morti proximus unum auditus est conqueri, quod non inter optatissimos sodales suos, in eorumque amplexu finire vitam contingere. Summis quin etiam institutis precibus, ut quamvis aeger in proximiis Societatis collegium deportaretur. Sed voti compos non est factus nisi post mortem. Cadaver namque ejus, arcae inclusum, Tyrnaviam, leucarum triginta spatio, delatum est, et communis sociorum sepulcro conditum. Eodem quo Kaldius die decessit in Missione Monostoriensi P. Stephanus More, gente Slavus, Trenezinius natus ante annos duos et sexaginta, vir hic etiam virtutum magnitudine, et exanthalitis pro animarum salute laboribus tota provincia clarus. Sexdecim ipsos annos extra septa Societas exigit, perpetuo se hac illucque cum sacro ministerio circumagens, quo cunque scilicet necessitas proximorum vocabat. Notatum tamen ab iis qui Morium assecabantur sodalibus, nihil illum de domesticae discipline rigore in his circuitionibus sole re remittere, sed omnia, quantum fas esset, exequi, quae in collegiis lege et moribus usurparentur. Operi demum Evangelico vel in summo anni aestu navi ter insistentem invasit acuta febris, ac sustulit. Adstitit morienti sacerdos de Societate, peregrinationum ejus et ministerii comes, jamque sacris extremis munitione rogavit, quae sibi mandata daret ad socios perferenda. Cui ille, quemadmodum olim Joannes Apostolus, Non aliud, inquit, nisi ut se mutuo diligent.

Tom. II.

79

165.
Calumniator
Societatis ultiore
Deo plectitur.

166.
Mors et elogium
P. Martini Kaldi.

167.
Mors et elogium
P. Stephani More.

Mortuum, non catholici solum, sed etiam haeretici defleverunt. Is namque elubebat in ejus moribus, totaque agendi ratione candor, ea affabilitas et modestia, ut sibi vel inimicissimos devinciret. Senatus quidem certe, etsi secta Arianus, quanti eum faceret insigni documento declaravit. Cum enim lege cautum esset ne catholici suos mortuos catholico ritu efferrent, hanc legem ultro relaxavit in gratiam Morii, ac potestatem nec rogatus fecit, ut luce palam cum pompa funebri, praelata cruce, et accensis facibus, ad sepulturam dederetur. Quod raro adnudum exemplo factum est.

^{168.}
*Infelix exitus
Fratribus e Socie-
tate egressi.*

Binis quos haec laudavi Patribus longe dissimilis Frater famularibus ministerii adductus, cuius miserrimum exitum idcirco attexendum hoc loco arbitror, quod utili documento esse poterit nostris Fratribus, ut sua sorte contenti vivant, maneantque, ut ait Apostolus, in ea vocatione qua vocati sunt. Erat is in tenui fortuna natus, primis litteris leviter tintitus, modico etiam ingenio, sed insana ambitione, ut primas vix concederet Patribus, iisque se quantum poterat exaequaret. Hinc se constitutum in insimo Ordinis gradu aegre ferens, et abjecta sui gradus munia fastidiens, adspirare coepit ad sacerdotium, cui se minime a doctrina imparem existimabat. Id vero cum inter nos impetrare nullo modo posset, facile magnatis cujuspian ope obtinuit egressus e Societate. At nulla post haec illi dies fluxit molestiae aliquujus, atque infortunii expers. Maxima molestiarum inopia, qua misere premebatur. Magnus deinde apud omnes contemptus. Nam doctus ac bene litteratus videri cum vellet, de rebus eruditis multa garriebat, eoque magis prodebat inscitiam. Latina effata identidem profrenti verba excidebant adeo corrupta, ut risum audientibus daret. Ausus aliquando ad populum pro concione dicere, delatus est ad Episcopum quasi sator haeresum plurimarum. Quibus rebus mirum quantum homo vanus perturbaretur. Aeger itaque animi, exulceratus, inquietus, cum non haberet quo se verteret, Tyrnaviam venit, nostrorum opem aut certe consilium rogaturus. At vix illato in urbem pende, gravi corruptus est morbo, qui illum quatuor extinxit. Aegrotanti affuit vocatus e nostris sacerdos, apud quem omnes animi angores, et, quod caput est, onera conscientiae depositus. Vix autem peracta confessione, usum amisit linguae, nec deinceps verbum ullum protulit. Atque haec de Provincia Austriaca.

^{169.}
*RES POLONIAE.
Mors Sigismundi
Regis. Nostro-
rum dolor.*

Jam Poloniam ingredimur, pullatam tamen, ac lacrimis luctuque oppletam, quippe orbatum optimo Rege, seu verius parente suo Sigismundo, qui cum integra frueretur valetudine, apoplexiae ictu repentina sublatus Varsaviae III. Cal. Majas, anno aetatis suea sexagesimo sexto, regni quinto supra quadragesimum. Princeps vere dignus imperio, uti qui cunctis regnandi artibus instructissimus esset, clementia insigni, pari fortitudine, magna belli ac domi rerum peritia, recti justique in primis diligens, catholicae vero Religionis tenax in tantum, ut maluerit haereditario Sveciae regno carere; quam Svecis catholicae pietatis cultum obstinate repellentibus imperare. Illum ob has dotes universi Poloniae ordines sibi ademptum flevere. Flevere prae caeteris nostri, quibus se mire benevolum semper, non voce tantum, sed re factisque praestiterat. Documento sunt collegium Cracoviense, et illi adjuncta Basilica SS. Petri et Pauli, duo regiae magnificentiae aedificia, quae Societati tradidit. Tum collegia Orsense et Smolencense, ab ipso large dotata, aliaque id genus beneficia, numero plura, magnitudine insignia, quorum tandem apud nos et memoria vivet et gratia, quamdiu ipsa Societas vivet. In illa celebri controversia de scholis, quae inter nos et Academiam Cracoviensem exarxit, de qua supra diximus, quo studio Rex amantissimus tuendam Societatis causam suscepit, quas pro nostris literas ad Pontificem Maximum scripserit, demonstratum a nobis est suo loco, * et alia ejusdem generis multa narrat Juvencius in quinta parte. * Huic ergo Principi, ita de se merito, nostri tum Varsaviae tum Cracoviae tum Posnaniae, tum demum ubique in Poloniae Lithuaniaeque fines Societas considerbat, apparatu quam licuit maximo, majore tamen pietate ac luctu justa funebria persolverunt. Sigismundo suffectus est filius ejus natu major Ladislaus, Princeps hic etiam eximia in rem christianam fide, bellica laude clarus, et paternarum virtutum omnium

* Lib. XI. num. 449.

* Lib. XI. num. 59.

haeres; hoc tantum dissimilis, quod suscepimus a parente suo Societatis patrocinium deseruit, ac rebus nostris non ita multum favere videbatur. Sed quod illi deerat, abunde rependebat minor ejus frater Casimirus, qui postea Cardinalis, ac demum Rex Poloniae, fuit eo nomine Tertius. Princeps adeo nobis addictus, ut semetipsum Societati tradere non dubitaverit; quem proinde Romae exceptum nostros inter tirones primum, deinde in collegio Romano studiis operantem videbimus suo loco, mirabimurque filium unius potentissimi Regis, alterius fratrem, communi nostrorum victu cultuque utentem, nec alia re ab aliis, nisi maiore fortasse modestia ac demissione diversum. Sed de hoc erit alibi dicens locus.

Tempore interregni, ut ferme assolet, magni in Polonia motus et perturbations fuere. Nullibi tamen turbatum est gravius contra Societatem, quam Leopoli. Orto nimurum levii primum jurgio, atque inde gravi dissidio inter discipulos scholae curialis, et nostros, cum crudescerent irae in dies, seque efferati adolescentes mutuis subinde injurias lacererent, discipulus unus ex nostris, genere nobilis, delatus est ad judices homicidii occulite patrati. Et quamquam is nullam ipsa re sibi conscribat culpam, male sibi tamen metuens vel a magistratu vel ab adversariis, recepit se in coenobium quoddam, ubi a vi tutus lateret. Verum haud multo post, seu minus tutum, seu non satis commodum putaret locum, hortantibus coenobitis, aliud sibi quaerere perfugium statuit. Prius vero quam in apertum prodiret, adjunxit sibi lectam sodalium suorum manum, ad repellendam scilicet vim, si qua forte ab inimicis intentaretur. Sic incidenti occurrat ex adverso turma scholasticorum curialium, ludimagistro duce, ac conviciis primum, dein lapidibus, ac vario telorum genere nostros adoritur. Hi, qui non imparati invenirentur, expediunt arma, unum ex adversariis exanimem sternunt, reliquos fugant. Diditur momento caedis fama, ejusque omnis invidia in Patres Societatis, velut facti auctores, aut certe consciens, reicitur. Concurrit insana plebecula, tumultuatur, furiit. Nihil factum est proprius, quam ut collegio nostro faces iniicerentur. Senatus, ad comprimentum tumultum, Patribus scholas ut ocludant edicit, eas ne quisquam frequenter decreto palam affixo vetat. Tum de caede judicium instituitur. Satis apparebat, in eo facto teneri culpa maxime provocatores injustos, cum justae defensionis iure usi essent lacersti adolescentes. Nihilominus unum ex his, itidem nobili ortu loco, velut omnium nocentissimum, judices in carcерem rapi jubent. Caeteris infamiae notam incurrunt. De nostris vidit Archiepiscopus, atque ita quidem, ut tantum patrati homicidii reos non pronunciaverit. Aegre impetratum, ne tanquam facinoris consciis sacrorum usu interdiceret. At enim iudicio non acquievere nostri scholastici, sed ut erant genere nobiles, ad alios e nobilitate judicare appellavere, quod more patroli licitum est in Polonia tempore interregni. Novi porro judices, causa mature discussa, non modo adolescentes innoxios omni criminе liberavere, sed quem in carcерem conjectum diximus, educi statim jussere. Neque hoc contenti, consulem et duos consulares, qui sententiam iniquam dixerant, in honesta custodia definendos ad annum integrum judicarunt, cum hoc insuper ut adolescenti, de quo dicebam, multam pecuniariam penderent duum florenorum millium ad compensationem injuriae, quae tamen decreti pars non nihil mitigata est depreciatione nostrorum. Hinc sua de scholis edicta Senatus induxit, utque jam ad liquidum probata Patrum innocentia, eos etiam Archiepiscopus in gratiam recepit, et populi contra nos odia obtracationesque resedere.

Sandomiriae post obitum Sigismundi Regis male vexabantur cum nostri, tum omnes ecclesiastici ordinis viri, idque ingenita rapacitate ac licentia militum, qui per speciem tuenda reipublicae cleri utriusque bona intolerandis executionibus opprimebant. At enim praediis Societatis, quibus praecipue raptore improbi inhabant, praesidio fuit Regni quaestor Hermolaus Ligeskus, haud minori auctoritate quam probitate vir, cuius nutu cohibitae sunt avidae manus, et quaecunque nobis intentabantur injuria, propulsatae. Illud factum male, quod ante anni exitum vir aequissimus, nostrique Ordinis amantissimus, inopportuno

170.
Successus illi in
regnum Ladislau-
us. Hujus frater
Casimirus Socie-
tatem eximie di-
ligit.

171.
Turbae contra
nos ortae Leopo-
li. Eorum origo
et exitus.

172.
Hermolaus Ligek-
sus Societatem
tuer Sandomiriae.

admodum tempore e vivis abreptus est. Sed ne tum quidem suae nos beneficiae expertes voluit. Siquidem in morbo extremo, de rebus suis testamento statuens, duo nummum aureorum millia collegio Sandomiriensi legavit. Mortuum extulere nostri, et oratione funebri laudavere. Ejus praecordia in aede collegii ex ipsis praescrito condita sunt, cadaver delatum more magnatum ad opidum ipsi obnoxium Voiciechovicum. Istorum hominum, qui bene de Societate sunt meriti, libenter mentionem facimus, quod grati animi est eorum, a quibus beneficii quidquam acceperis, memoriam alere, et posteris etiam tradere.

^{173.}
Philippi Voluki beneficentia erga collegium Ravense se.

Ideirco Ligesco, de quo dictum, adjungimus Philippum Volukium Palatinum, ex ea virum familia, cuius beneficentiae sua fere omnia Ravense collegium debet. Is cum videret novum a nostris extrui collegium Ravae, caue re plurimum delectaretur, pagos quosdam suos eidem collegio in perpetuum addixit, hac tantum imposita lege, ut ex eorum proventu templum excitaretur in honorem Virginis sine labé conceptae. Beneficium cumulavit reservata sibi dum viveret administratione pagorum, quod ejusmodi praedia minus commode ab hominibus Religiosis administrari diceret: quem proinde nostri, non tantum ut largitorem munificum, verum etiam ut oeconomum gratuitum ac diligentem deinceps habueret. Eodem anno eximium rerum suarum patronum socii Faustovienses desiderarunt, mortuo Stanislaou Rokosz, viro integerrimo, Bialocerkuensi, ut vocant, Vicecapitaneō, cuius beneficiorum supremum fuit argenti summa non contemnenda, in usum templi nostri Faustoviensis testamento reicta. Diem ultimum clausit vir egregius Ostropoli, sed Lubartovii sepultus est apud Patres Dominicanos, ibique laudatione publica ornatus a nostro concionatore. Sed iam quaedam nostrorum erga Polonus merita videamus.

^{174.}
Moritur Stanislaus Rokosz de collegio Faustoviensi bene meritus.

^{175.}
Acta nostrorum Luceoriae contra schismaticos.

Vita functo Rege Sigismundo, schismatici, qui in tota Volhinia plures, multa sibi licere arbitrabantur Luceoriae, a quibus antea poenarum metu abstinebant. Popae, quo illi nomine suos sacrificulos et pastores vocant, passim matrimonia dissolverbant, si modo penderentur nummi floreni decem; quodque deterius, maritis potestatem faciebant, suas ut uxores aliis utendas pacto pretio permetterent. Hae labes detectae a nostris, et nostrorum impulsu, a magistratibus repressae fuere. Unus quidam et proceribus Luceoriensibus remedium quaerebat uxori variis vexatae morbis, iisque insanabilibus. Popa, in consilium adhibitus, opem pollicetur hac lege, ut immoletur bos pinguis Numini, et certae peragantur conceptis verbis preces. Ille, aversatus profanum sacrificium, accurrit ad nostros, quorum hortatu mulier cum expiasset conscientiam, continuo melius habere coepit, ac paulo post omnino convaluit. Episcopus Culmensis, suae civitatis solemnificatione indicta, tres evocaverat et collegio Turonensi Patres Societatis, futuros sacri ministerii comites et adjutores. Jam istorum opera atque consilio quot sublata fuerint mala, quam multa ex usu Religionis rite recteque constituta, dici vix potest. Haereticī, qui ibi rerum fere omnium potentes erant, felicem lustrationis progressum, suas scilicet clades, ferebant aegerrime, sed eum tamen retardare non poterant. Nonnullam ut opponerent moram, decretum edidere ne Patribus pateret aditus in publicum Nosocomium. Hanc practexebant decreti causam, quod Culmae Jesuitae domicilium non haberent, nec tam inquilini essent, quam hospites. Hoc obtentu nonnullam recti speciem imponere conabantur injuriae, re tamen ipsa solo movebantur metu, ne alloquis Patrum aegroti ac pauperes, intra Nosocomium recepti, ad fidem catholicam, ut accidit, traherentur. At eo decreto Episcopus laesam ratus jurisdictionem suam et regiam, edicto edictum opposuit, quo plenam ac liberam adeundi Nosocomii potestatem Patribus faciebat. Ad id quod objectabant haereticī de peregrinitate nostrorum, multo magis extraneam ac peregrinam videri ajebat sectam lutheranam; potiori proinde jure excludendam, non solum Nosocomio, sed etiam urbe. Postremo in laudem Societatis multa subiiciebat, quae ne commemorem verecundia prohibebar. Sic ibi gesta res. Posnaniae in sinum Ecclesiae recepti sunt haereticī sexaginta quinque. In his annis fuit annorum septuaginta, admodum opportuno ad salutem tempore Christo et Ecclesiae reconciliata. Morbo enim gravi laborans,

^{176.}
Culmensem Episcopum nostrum adjuvant in lustratione urbis.

^{177.}
Res gestae Posnaniæ, ac Lublini.

nostri sacerdotis hortatu Lutherum ejuravit, sacra ritu catholico sumpsit, nec ita multo post cum optima spe vitae melioris decessit. Lublini haeresim abjecerunt haeretici unus et viginti, partim Lutheri, partim Calvini asseciae. Tres ibidem Judaei sacro abluti sunt fonte, utque constaret qui hortatores eorum institutores que fuissent, in aede Societatis baptismi caeremonia peracta est. Tertio fere lapis distat Lublino oppidum (*Belzycze vocant*), quod sectarum fere omnium, et judaicae impietatis infame receptaculum dici non immerito poterat. Unum ibi templum erat pro catholicis, qui pauci et mali. Caetera haeretici possidebant. Scholam habebant praeterea ad instillandum tenerae juvenuti errorem. Illuc progressi nostri circa festa Paschalia, catholicos fere omnes expiarunt, haereticorum nonnullis erroremerunt. Praecipius tamen operae fructus constituit inter accolas, qui fundique frequentissimi confluxerunt, ut sacrae missionis beneficio uterentur. His similia multa praetermitto, ne longior sim. Sed de Polonia disserere, ac de S. Stanislao Kostka omnino silere non licet.

In finibus suburbii Lublinensis, secus viam qua Varsaviam itur, habitabat vir, tenuis quidem ille fortunae, sed multa pietatis, Joannes nomine, cognomento Coquus, ita vulgo appellatus, quod antea coquinariam fecerat. In ejus domo imago picta visebatur Stanislaum referens, e pariete suspensa, quam ille aliquo quotidie obsequio pie venerari solebat. Ecce autem haec repente guttas aliquot humoris ex oculis demittere, mox ubertim lacrimari conspicitur. Ostentum prima animadvertisit puella die Junii mensis ultima, ac domesticis indicavit. Spectatum accurrunt omnes. Locus dubitandi nullus erat, certam prodigiū fidem facientibus lacrimis, quae usque usque grandiores crebrioresque manabant, effluerantque in terram. Totos dies tres tenuit gutterum illapsus, quo tempore incredibilis in eam domuncula concursus spectantium, explorantium, et admirantium, etiam haereticorum, facti. Affuit prae caeteris sacerdos unus ex nostris cum socio, vir doctus, et perspicax, atque omnia curiose rimatus, stillantem humorem linteolo detersit, atque iterum ex oculis scaturentem attonus vidit. Quo saepius iterato experimento, cum evidenter appareret id fieri sine prodigio non posse, Vicarius Episcopi publicas de re tabulas confici jussit. Actum deinde de transferenda in locum decentiorem Imagine. Eam ad se trahere gestiens vir nobilis, penes quem domus dominum erat, centum florenos nummos Joanni Coquo offerebat. Verum is, recte existimans nullibi convenientius futuram quam apud homines Societatis, recusata pecunia, eam gratuito tradidit collegio nostro Lublinensi maluit. Nostri igitur, cum Vicario Episcopi communicato consilio, diem praeferivere Virgini in celum assumptae sacram, qua die venerandam Imaginem ad se deferrent. Et quia rem talem fieri placebat clanculum, ac sine strepitu, ea die post occasum solis, magno silento, extra urbem se contulere. At suboluerat, nescio quo pacto, consilium. Itaque eodem tempore civitatis magna pars sese ad eundem locum effudit, et multi instructis agminibus, accensas gestantes faces, pompa deducere voluerunt. Sic in nostrum templum illata est sacra effigies, ingenti praeter opinionem celebritate, atque is populi concursus, is visendi venerandique ardor fuit, ut non nisi multa jam nocte occludi templum, ac dimitti multitudo potuerit. Hac tandem dimissa, inter divorum lipsana Imago collocata est in sacello B. Stanislai, et sigillo Vicarii obsignata. Quid jam ominarentur illae lacrimae, declararunt subsecutae post obitum Regis Sigismundi publicae calamitates, tunc vero maxime compertum est cum Cosaci, irruptione facta, regionem omni belli clade vastarunt.

Jam et Polonia in Belgium transiliens, primo quae ad provinciam Flandro-belgicam pertinent quam brevissime exsequar. Trajectum ad Mosam, permunitam Hispanorum urbem, cum obsiderent Batavi, toto obsidionis tempore, quod ad tres menses extractum est, nihil omissum a nostris, quod ad continentos in fidelives aquendamque praesidiariorum virtutem spectaret. Exhausto aerario militari, sui templi gazam argenteam eliquandam, et in militum stipendia vertendam, non invitit praebuere. Militem interea fame pressum, labore debilitatum, magnam quoque partem ab crebris eruptionibus saucium, omni ope sublevabant,

178.
Lublini Imago
S. Stanislai la-
crimas fundit.

179.
Ex defertur in-
nostrum tem-
plum.

180.
RES FLANDRO-
BELGICAE.
Aula Trajecti ad
Mosam, urbem
obsidentibus Ba-
tavis.

et ad rem fortiter gerendam verbis aptissimis incendebant. Sacrorum in primis praesidia, quibus nihil in vitae discriminé expetibilius, omnibus ministrabant. Ac magna quidem virtute Regii longam obstinatamque oppugnationem sustinuere. At demum, accisis ex annonae inopia viribus, cum simul dejecta essent moenia, et nitrati pulveris copia decesset, ditionem facere coacti sunt. Potiti oppido Batavi, nihil tunc quidem contra nostros durios statuerunt. Quin eos Arausii Princeps in tutelam accepit, atque gentis duces benevole ac liberaliter habuerunt. At enim tam apertum effusumque pro Rege Hispaniae studium, utpote multum excedens debitam illi fidem, notatum est, et Patribus suo tempore in perniciem vertit. Detecta siquidem post annos aliquot nescio qua paucorum capitum conspiratione ad introducendos clam in urbem Hispanos, facile ex praedicata quadam sententia consilii ejusdem et machinationis participes habiti sunt nostrorum aliqui, Rectorque in primis, de quibus proinde, levi accidente indicio, tanquam in manifesta perfidia deprehensis, sumptum est capitale supplicium. Sed de his alibi disserendum erit.

^{181.}
Charitas impensa Batavis Bergae. Mors P. Joannis Hazebarti.

Bergae interea, ut varii sunt belli casus, multi attinebantur in carcere Holandi bello capti, et erat hominum plane miseranda conditio, quippe qui non minus illuvie ac squalore loci, quam pestilentibus febribus conflictarentur. Eos ab initia charitate nostri invisebant identidem, solabantur, et quacunque poterant ope confovebant. Quod officium dum sedulo exsequitur P. Joannes Hazebart, sive attactu corporum infectorum, sive ipso carceris paodore ac situ, pestem hausit venis, qua intra paucos dies absumptus est. Vir aliqui etiam ab anteacta vita magnopere commendatus, ac tanta in primis innocentia, ut qui confessiones ejus excipiebat sacerdos, sancte negaret admissum ab eo in omni vita quicquam, quod culpam deliberatam quantumvis levem redoleret. Casleti emicuit nostrorum bene de civitate merendi studium per occasionem tetrici incendi, quo tecta amplius septuaginta misere deflagravit. Cum enim serperet ferente vento flamma, jamque imminaret curiae quod unum ex omnibus aedificium maxime intererat ne periret, caeteris ut in malo irreparabili trepidantibus, duo ex nostris Fratribus in vicinam domum ardentes intrepide se conjecerunt, ac tandem ingenio manuque valuerunt, ut flammam opinione citius restinxerint, curia incolumi. Illud observatum est tamen, Fratrum eorum alterum, prius quam ad opus aggredieretur, constitisse parumper genibus nixum, ac precanti similem, mox velut periculi securum in eam quam dixi domum alacriter exsiliisse; ut dubium deinde fuerit multis, laborine ejus et industriae, an magis pietati ac precipibus assignandam servatae curiae beneficium videretur. Plus aliud, ac multo ad commune bonum praestabilis, confectum est Ypris, sed quale fuerit, paulo distinctius exponendum. Plebs in seditionem coorta contra Hispanos, per urbem volitabat armata, et quoscunque invenerat ejus nominis viros aut pueros, nullo discrimine, nulla misericordia mactabat. Hora una caesi multi sunt, vulnerati plures. Tota armis et clamoribus perstrepente urbe, nostri in publicum egredi, medios intulere sese inter tumultuantes, et qua suasione, qua prece, alias suas in domos compulere, aliis tela de manibus extorsere. Configerant magno numero Hispani certam in domum, quea magis ad vim sustinendam munita, sed inde se, non tam armis, quam precibus defensabant, pacem orantes ac vitam. At surdi ad ea seditosi, diffractis foribus, et expugnata domo, ferociter irruerunt, magnam haud dubie occidionem facturi, nisi in tempore supervenientes nostri furorem inhibuissent. Sic multorum sanguini parcitum. Aliqui ceciderunt tamen, quos idem nostri humi stratos morientesque sacerdotali ministerio expiarunt. Sed et aliis in eo tumultu saluti fuerunt, quorum unum alterumque recensere abs re non erit. Puerulum viderat unus Patrum ejulantem, seque Hispani hominis filium suamet voce prudentem. Eum ut periculo instanti eximeret, pallio suo tectum in collegium detulit. Hispanus quidam praepotens, nomine Hieronymus Gil, gladio confossus jacebat in foro, pro mortuo relicitus. Hunc duo Patres exceptum manibus in collegium deportavere, ubi procuratus probe ac diligenter, intra sesquimensem convaluit. Quia vero praeincipia apud populum

^{182.}
Tetrum incendium extinguitur Casleti.

^{183.}
Ypris foeda sedition comprimitur, multi exmuntur neci.

laborabat invidia, ne iterum popularibus pateret injuriis, clam in Hispaniam profugit. Sic omnis illa seditio sedata brevi, compositaque est.

Non tam facile componi potuit quae nobis disceptatio fuit Brugis cum Patribus Augustinianis, quam equidem, utpote mali exempli rem, mallem silentio tegere, nisi fuisset multorum late linguis et litteris evulgata. Concionator de Societate, suetus septimo quoque die de catholicae pietatis cultu ad populum verba facere, ut fidem abrogaret Lutheru doctrinaeque ejus, hunc semel pro concione affirmavit, quem sui sanctum Ecclesiae reformatorem vocarent, coenobitam fuisse olim e S. Augustini familia, deinde disciplinae taedio captum, spreta voti religione, cucullum exuisse, et sacilegas cum Virgine Deo sacra nuptias contraxisse: vere id quidem, ut omnibus notum est, sed quod reverentia patrum Augustinianorum praetermitti potuit, fortasse etiam debuit. Ut cunque sit, rem per se innocuam, nec certe ex mala profectam mente, malam in partem accepit Augustiniani coenobii Praeses, quasi vero Jesuita talia commemorando vellicare ejus ordinem, eique convicium facere voluisse. Itaque concionatorem e suis unum, eloquentiae laude praestantem virum, et longinquu evocavit Brugas, specie quidem ut ministerio divini verbi excoletre civitatem, re ipsa ut vicem redderet Jesuitae convicatori, et par pari referret. Neque is mandata accepit invitus, aut segnis ad exsequendum fuit. Qua primum die ad concionem prodit, quae tum invitatu, tum fama ipsa et expectatione novi concionatoris frequentissima erat, praefatus adesse se sui ordinis vindicem, ad repellendam scilicet illatam ipsi gravissimam contumeliam, animos ad audiendum praeparat. Tum velut in causam ingrediens, se quidem ait de Lutheru nolle contendere an vere fuerit, ut vulgus putat, ex ordine Augustiniano. Certe ex ordine Jesuitico Lutheri similes, eoque nequiores existisse quam plurimos, et exsistere etiam nunc. Quo loco exorsus a Marco Antonio de Dominis, olim alumno Societatis, deinde Archiepiscopo Spalatrensi, plures nominavit, sive ob haereses, sive ob conjurations caedesque Principum, sive ob nefarios concubinatus, aliave probrosa crimina, publica, ut ajebat, infamia notatos, fabellas antiquas ac centies difflatas recoquens, veris falsa, publicis occulta commiscens, non viventium, non mortuorum nominis parcens, quae demum cunque sive ab haereticis, sive ab obscuris ignotisque calumniatoribus dicta, facta, excogitata sunt contra Societatem, in medium proferens. Quae longa oratione executus, caetera in diem alterum reservabat. Gravissime offendit populum maledicentia tam effrons, loco praesertim sacro, ac per causam sacrae concionis adhibita. Multi fremere indignarique palam. Comes Fontanus, rei bellicae in ea Flandriae ora Praefectus, qui nominatum fuerat invitatus, ita loquentem contracta semper ac tetrica audit fronte, affirmabatque postea, ne ab ipso statim exordio discederet, solo se impedimentum fuisse metu, ne populus contra petulantem declamatorem gravius commoveretur. Et tamen, quod meritio obstupescas, impunita illi fuit audacia. Res porro in hunc modum peracta est. Episcopus Brugensis, Servatius Quincher, re cognita, ut offenso satisfaceret populo, tum etiam ut laesae Societatis famae quo poterat modo consuleret, maledico concionatori silentium indixerat, dempta illi intra dioeceseos suae fines concionandi facultate, atque id quidem invitis et obstantibus nostris, quibus id modo unum cordi erat, ut e suggestu palam recantaret opprobria. Ille, spreto Episcopali interdicto, ad Apostolicae Sedis Nuncium provocavit, et nihil secius concionari perrexit. Nuncius, vix facti relatione accepta, miratus hominis temeritatem, rescripsit ad Episcopum, nisi Frater ille contumax concionibus abstineret, suo ageret jure, sacramque aedem Augustinianorum ecclesiastico interdicto subiiceret. At idem postea, mutata sententia, sive ut gratificaretur Augustinianis, seu quod aliam facto speciem imposuerant non tam amici ejus ordinis, quam adversarii Societatis, iterum ad Episcopum scribens, sibi inquit, causa diligentius explorata, videri etiam Jesuitam teneri in culpa, uti qui Augustinianos laeserit prior, et causam justae offensioni dederit. Ex aequo proinde utrumque puniendum. Visa haec Episcopo parum aqua sententia, nulla hinc offerente se noxa, aut certe perlevi, inde atrocissima et inexcusabili. Se quin etiam ludibrio habitum doluit. Ne

184.
Contentio orta
Brugis inter no-
stros et Patres
Augustinianos.

185.
Variae ejus vices,
atque exitus.

tamen cum legato Pontificis altercaretur, ejus dissimulato judicio, rem detulit ad serenissimam Isabellam Belgii Gubernatricem, fidem ejus et auctoritatem implorans. Illa, ut perturbationis publicae causam amputaret, de sententia privati sui concilii, amoendum Brugis statuit concionatorem Augustinianum, idque Praeposito ejus Provinciali denunciari jussit. Denunciatione nec opinata perculsus Provincialis, satis intelligens, si placaretur Episcopus, omnia sibi deinceps prona et expedita fore, Brugas confestim advolat, unaque cum coenobii Praeside se sistens Episcopo, venisse se profitetur, non sane ut culpam extenuet sui concionatoris, quam mitius etiam quam pro merito plecti fatebatur, sed ut dignitatem famamque tueatur sui Ordinis, cui magna utique haesura sit labes, si talis concionator tali tempore Brugis amoveatur. Ejus itaque clementiam implorare se nomine totius Ordinis Augustiniani. Vim ut haberent preces, uterque ad pedes Episcopi supplex accidit. Movit ea demissio Praesulem suopte ingenio mitem. Quod itaque ad se attineret, satis sibi fore respondit, si uno die concionator si leret, die vero sequenti e loco superiore profiteretur se pridie obticuisse in poemam contumacie, qua edicto Episcopi non ut dignum fuerat paruisse. At Jesuitis quoque quadantenus satisfaciendum esse. Agerent porro cum ipsis, qui si de suo cederent jure (et cessuros haud dubie homines religiosos ac pios, quantumvis irritatos), facile negotium omne ex aequo et bono compositum iri. Priorem conditionem ultra admirerunt Augustiniani, neque ulla fuit mora quin eam concionator impleret. Veruntamen ut cum hominibus nostris transigerent, nullo adduci pacto potuerunt. Illorum fortasse animum e suo metiebantur. Quin libellum edidere, quo demonstrare conabantur, etiamsi Lutherus vere fuisset ex ordine Augustiniano, id citra infamiam ipsius ordinis dici e suggestu non potuisse; quo se actores in ea causa, Jesuitas reos irrogatae injuriae faciebant. Quare nostri, cum viderent viam honestae conventionis nullam inveniri, ad praecidendas querelas, concordiamque inter duos Ordines redintegrandam, nihil ultra movendum hoc super negotio censuerunt, eo contenti, quod causee bonitate vincent, sibique bonorum omnium consensio suffragaretur. Quin Provincialis Praepositus hanc ultro legem imposuit nostro concionatori, ut de Luthero nullum amplius verbum faceret. Quod modestiae charitatisque exemplum vulgo laudatum est usque adeo, ut religiosi triumphi instar videri posset.

186.
De quadam Societatis transfuga.

Qualis tamen cunque fuerit tam molestae disceptationis exitus, haud scio an non graviorem curam Patribus collegii ejusdem Brugensis iniiceret unius e nostris luctuosa defectio, quam, utpote rem perrari apud nos exempli, ad documentum sociorum annalibus interserendam arbitror. Sacerdos erat is, Petrus Vandersterren nomine, vir indolis haudquam bonae, disciplinae impatiens, morigerus parum, et saepe ad majorum imperia contumax. Talis cum esset, jussus, nescio quo suo merito, sacris faciendis abstinere, ut erat ingenio vehemens, nec animi satis potens, tanta corruptus est aegritudine, ut ad extrema consilia devenerit. Captato itaque tempore, clam se proripuit domo, et vestem Societatis abjecit. Biennium post haec effluxerat, neque dum nostri quo evasisset, ubi lateret, ullo rescire indicio poterant, cum nec opinantibus certa oblata spes est hominis recuperandi. Venerat nimurum circa dimidium Augusti Slusas, vicinum Hollandorum oppidum, inde Amstelodamum, ubi ejus frater mercaturam faciebat, cogitans. Vestitu villicum, ne nosciret, simulabat. At Praefectus Slusensis, miratus in pannoso ac rustико amictu cutem nitidam, vultum liberaliem, totamque oris speciem nihil minus quam villicum praeferentem, facinorosum quempiam ac profugum credidit. Inde ex eo quis, unde esset, quo tenderet, curiosius percunctari. Ille turbari primum et expallescere. Mox nomen edit, seque ultro Jesuitam fatetur, sed desertorem ordinis et fugitivum. Hoc magis Praefectus magni cujuspam flagitiū reum credere. Nec enim Jesuitam levi de causa a signis discessurum, nec nisi gravi metu compulsum fugae consilium capturnum. Attineri ergo advenam in custodia jubet, simulque ad collegii Brugensis Rectorem submitit qui nunciet, si Vandersterrenium denuo habere velit in potestate, nihil futurum in se morae quin poscenti eum traderet. Eo nuncio

Rector, laetus reperta ove quaे perierat, certis sibi comitibus ad Fanum Donati properat, oppidum Hispanorum, uno fere milliari a Slusis, atque inde litteras ad Praefectum Slusensem mittit, in quibus erat, siquidem suum reddere Societati transfugam animum induxisset, eum probe custoditum ne gravaretur navicula per amnem ad se mittere. Litteras per tibicinem, more inter hostes recepto, perferendas curat. Sic plane confectum negotium videbatur. Tamen successu caruit. Præfectus, seu victus Vandersterrenii precibus, seu melius rationes subduxerat suas, ad litteras in haec verba respondit: Si transfuga ob atrox ali-
quod crimen, ut ipse initio suspicabatur, fugam arripuisse, non utique recu-
saturum se Societati eum tradere, ut jure in eum ac legibus ageretur. Sed cum
ad id ex mera animi inconstancia, quod jam certo compertum habebat, et austere-
rioris vitae taedio devenerit, talēm perfugam prohiberi non posse jure asyli,
quod sanctum apud omnes gentes sit, cum praesertim in fide et obsequio Ordinum
Foederatorum manere constituerit. Quo responso elusae spes Rectoris fue-
re, et Vandersterrenius malo suo felix, quam misere quaesitum ierat libertatem,
miserius inter heterodoxos invenit.

187.
*Eius recuperan-
di spes irrita.*

Gandavi ad belli calamitates accessit hoc anno dira valetudo ac pestilentia, quae cum mortalium multos, maxime e plebe, absumeret, senatus e nostris pos-
scit qui solatium infectis et opem ferrent. Poscenti sacerdotes dati sunt tres
cum duobus Fratribus, hique pariter atque illi in separatum domum transgres-
si, qua animae, qua corporis praesidia pro suo quisque gradu ministrantes, ma-
gno afflictæ civitati levamento fuisse. E sacerdotibus duo pestem, sive aegrorum
contactu, sive afflatu, contraxerant, jamque conclamata jacebant salute. Tamen,
quaenam benignitas fuit Numinis, praeter medentium opinionem revaluere. Et nihil
minus ex his unus Antuerpiam confirmandæ causa valetudinis missus, ibi pro-
curandis eodem modo contactis iterum se addixit. Publico etiam nosocomio, quod
est Gandavi per amplum, sedula impensa est cura, maxime per aestatem, quo
tempore militibus ferme febri putrida laborantibus, diramque mephitum corpore
exhalantibus, oppletum erat. Hos adibat quotidie unus Patrum, nihilque aut te-
tuo odore, aut halitu pestilenti deterritus, sternendis lectis, purgandis vasis, ci-
bo inferendo, tum audiendis pro confessione morientibus, omnibus pio alloquio
consolandis, et ad mali tolerantiam confirmandis, diem prope solidum extrahe-
bat. Hoc christianaæ charitatis officium, sponte susceptum, tantam vulgo habuit
admirationem, ut, mortuo per id tempus proprio nosocomio Parocho, munera
ejus vices Episcopus eidem nostro sacerdoti supplendas commiserit, dum alius
in locum mortui sufficeretur. Qui propterea totam nosocomii procurationem ad
exitum usque anni unus gessit, et impositum onus incredibili omnium approba-
tione sustinuit.

188.
*Acta Gandavi
aegrotantium
subsilio.*

Tot interea nostrorum laboribus pro communis salute susceptis Flandriae quos
vocant Ordines amplam reddiderunt insigni beneficio vicem, quod ut intelligas
quale fuerit, rem a suis initiis repeat. Jam inde a primo Societatis in has horas
adventu ordinibus Flandriae mandaverat Philippus II. Hispaniarum Rex, ut quo-
ties pecunia exigenter regium in fiscum inferenda, eam pendere ne cogerentur
domus collegiaque Societatis, seu quod propter pauperiem solvendo non erant,
seu quod digni hoc privilegio videbantur ii, qui saluti publicae ac commodo totos
se devotebant. Idem diversis temporibus et Parmensis Dux Alexander Farnesius,
et Albertus Austriacus, Belgii Gubernatores, regio nomine et auctoritate mandave-
rant. Sed quamquam de mandatis hisce constabat, et ipsa re atque usu rata ac fir-
ma erant, nullo dum tamen Ordinum publico, quod proferri posset, decreto san-
cta erat immunitas Societatis, ut viderentur eam rem magistratus non tam effe-
ctam nolle, quam a suo semper arbitrio velle suspensam. Hinc vectigalium redem-
ptores exactoresque nobis interdum nonnihil molestiae facessebant, idque timen-
dum maxime erat hoc tempore, cum propter bellum sumptus tributa insolita exige-
bantur. Jam vero quod expeditum diu at frustra fuerat, hoc maxime anno, nostris
ea de re ne cogitantibus quidem; in conventu Ordinum confectum est.

189.
*Communibus
tributis eximitur
Societas decreto
ordinum Fland-
riae.*

^{190.}
*Nova B. Virginis
simulacra Cor-
traci ac Bredae.*

Interim divinae Matris cultum nostri pro viribus amplificare studebant, et novas in id artes subinde excogitabant. Specimen sit quod subiicio. Simulacrum Virginis e Fojensi compactum queru, de quo libro superiore tradidimus cum de collegio Bergensi ageremus, haud parum habere momenti videbatur ad excitanda populi erga sanctissimam Dei Parentem obsequia. Nam quod ipsi ligno divinitus indita putaretur vis ad dispellendos morbos, et praestigias daemonum dissipandas, ea nequaquam falsa persuasio, ut sua plerumque utilitate ducuntur homines, magnam populi multititudinem ad venerandam in eo simulacro Virginem Dei Matrem ciebat. Ad ejus igitur similitudinem alia duo ex eadem materia signa elaboranda curavit Provincialis Praepositus Gulielmus Wael, eaque collegiis Cortracensi et Bredano addicta voluit, cum hoc tamen ut publicae venerationi palam in templo proponerentur. Jam quo apparatu, qua populi religione et concursu publicata primum fuerint haec duo simulacula, nihil attinet dicere. Cortraci aderat ipse Provinciae Praeses Wael, doni largitor, cum in templum solemni supplicatione deferri placuit. Processere supplicantum ritu primum omnes domestici. Et erant ad quinquaginta quinque numero. Namque huc binis ante annis e collegio Antuerpiensi translati fuerant multi ex iis, qui post emensem tirocinium studiis humanioribus operantur. Tum collegium Canonicorum. Postremo loco Patrum graviores signum ferculo impositum suppositis humeris lato per urbem circuitu devexere, pompam assectante magistratu urbano, ac populi multitudine infinita. Secutum novendiale supplicium, quo toto tempore nulla abiit dies, qua non sacrum augustiore ritu fieret, et concio de laudibus magnae Virginis haberetur. Simile quid actum per eandem causam Bredae, atque eo fortasse studiosius, quod hac celebritate novi collegii primordia illustrabantur. Hoc enim primum anno Bredana residencia in collegii formam ac titulum assurrexit. Caeterum collegii hujus initia plus multo illustravere duo immortalis memoriae socii, qui proximorum charitati vitam paecula funere immolarunt: fuerunt hi P. Simon Schriff Lovaniensis, et frater Adrianus Benschop Gorcomiensis, sacerdos ille, hic domesticae curator rei, viri ambo excellenti virtute, qui dum inter olida militum contubernia dies noctesque aegrotis subservientes transigunt, contagione infecti, alias post alium feliciter dececessere.

^{191.}
*Bredae socii duo
in obsequio ae-
grotantium ex-
tincti.*

Sed quando virorum talium est facta mentio, iis merito est adjungendus, si non mortis genere, certe anteactae vitae sanctimonia, P. Jacobus Gargant, quem suum olim Rectorem, nunc rerum divinarum Praefectum collegium Yprense extulit V. Idus Septembres. Multae in eo magnaenque virtutes emicuere. Humilitas tanta, ut abjectissima quaque ac laboriosissima Fratrum officia ultro obiret, nec alienum a se quamvis Rectore duceret purgare in morem servuli atrium, et certum in locum purgamenta convehere, spectante populo et admirante. Cultu inopi mire gaudens, vestem ut indueret novam sibi persuaderi nunquam est passus, lacera ac detrita contentus. Tanto deprimenti animi studio par macerandi corporis cura erat. Plures intra hebdomadam dies jejonus transigebat, sibi quotidie sanguinem flagris exprimebat. Collegii gubernandis adhibitus, praeses omnium cum esset, omnibus subservire studebat. Hanc sibi praeter alias imposuerat legem, ut domesticos dormientes stata quotidie hora excitaret, iis per hiemem lumen inferret, et lychnum accenderet. Praeterea, si hospites advenissent eo numero, ut suum singulis attribui cubiculum Societatis more non posset, ne huic deesset hospitalitatis officio, neu cuipiam domesticorum crearet incommodum, cedebat ipse e suo conclavi, et in aliam quamlibet domus partem, quantumvis tetram et inhabitabilem, se transferebat. Olim Bellioli, ut locum daret hospiti, cubitum se receperat (et hiems erat) in editissimum tecti lacunar, quo nisi per lubricam praeeruptamque e ligno scalam ascensus non erat. Mane postero, dum inde primo diluculo socios de more excitatus descendit, fallente vestigio, decidit praeceps in inferiorem contignationem. Tamen, quod miraculo assignatum est, invocata in ipso lapsu ope divae Annae, cuius eximius cultor et cliens erat, nihil inde retulit noxae, ac ne laternulam quidem, quam manu praefererebat, fregit. Orationi quidquid vacui habebat temporis tribuebat. Sic autem

^{192.}
*Mors et Elogium
P. Jacobi Gar-
gant.*

orando afficiebatur, ut paene rapi extra se videretur, semperque in lacrimas et suspiria, saepe etiam in voces suavissimas, laxatis animi claustris, prorumperet. Obit sacram rite omnibus procuratus, decimaquarta quam aegrotare cooperat die, annum cum decurreret vitae quadragesimum sextum, ab initia Societate trigesimum. Sed jam quae Gallobelgicae Provinciae sunt videamus.

In ipso aditu rerum dicendarum occurrit P. Joannes Carlier, patria Cameracensis, vir hic etiam pietate insigni, magnisque in rem publicam maritis, quem funere immaturo sublatum, sibique pariter ac Societati eruptum, civitas Atrebantensis doluit. Percurrendae cum evangelico ministerio regioni, quea intra fines provinciae continetur, pagis praesertim ac villis divino verbo excolendis, ab annis amplius viginti totum se addixerat, hisque circuitionibus famam collegarat non solum indefessi ac plane Apostolici operarii, sed etiam hominis ultra communem modum sancti. Nam cum ad labores assiduos gravissimosque miram cibi potusque parcitatem adjungeret, id vulgo habebatur indicio sanctitatis eximiae, unde illum passim Joannem alterum Baptistam vocitabant, de quo scriptum legimus *venit Joannes non manducans, neque bibens*. Quod eo etiam dicebant, quia Praecursoris officio quodammodo fungebatur, solitus nempe Episcopum, Dioecesim pro ratione sui muneric obeuntem, uno alteroque die antevertere, et salutari poenitentiae denunciatione populos ad percipienda de manu sui Pontificis sacra preparare. Caeterum sacrae Missionis tempore, haec ejus perpetua consuetudo fuit. Albente vix caelo in templum se conferebat, deinde quater minimum intra diem ad concionem prodibat. De novissimis mortalium rebus plerumque disserebat, eratque oratio ejus plana in speciem et inulta (nam verborum phaleras, et vano ornamento contemnebat), sed vehemens eadem, et alte penetrans permovendisque animis apta in primis et efficax, ut propter tantam dicendi vim orator haberetur sui temporis nulli secundus. Eum itaque ut audirent, ex omni circum vicinia homines magnis agminibus concurrebant, et multi quina, alii etiam dena passuum millia hac una causa conficiebant. Perorantem audire interdum voluerunt Albertus Archidux, et Isabella, Belgii Gubernatores, suaque haud minorem fama repertum prolixie laudarunt. At enim Carlierii praecipua laus charitas et patientia, qua poenitentes excipiebat, audiebat, solabaturque. Nulla cujusquam ulcera, quantumvis sanie taboque fluentia, nauseabat, sed aptam singulis medicinam, exemplo boni illius Samaritani, faciebat. Qua misericordia collecti quos hactenus malus pudor ab aperiendis in sacro tribunalis noxis retardaverat, ultiro ad ejus pedes prosternebantur, in ejusque sinu inverterata conscientiae onera deponebant. Erant sane permulti, qui quam habebant salutis spem, illi uni secundum Deum se debere dicerent, seque ab ipsis Erebi fauibus ejus manu erectos profliterentur. Quaecunque adit per causam evangelici operis loca (quaec autem non adiit?) in iis piis sodalitates erexit, qua Virginis Matris, qua Ss^mi Sacramenti titulo insignitas. Eas optimis legibus instituisse munivit, et sodalium non minus numero quam pietate florentes reliquit. Quibus rebus, mirum quantum, quam brevi, sanctissimae religiones, multis locis collapsae penitus et afflictae, revixerint. Sed nec defuere, quae viri sanctitatem affirmarent illustraretque prodigia. Semel ex uno in alium longe dissitum pagum sacrae Missionis causa properanti contigit, ut aperto in agro consistere, seque humi abiicere cogeretur, quippe longe debilitatus inedia, et omnino defectus viribus. Cibi nihil erat in promptu. Sodalitis, omnia circumspiciens, unde in ea solitudine reficere languentem, ac fame prope enectum posset, non videbat. Haerebat proinde ejus lateri anxius, non referre pedem, non progredi audens, mortalium neminem, quem auxilio vocaret, videns. Ecce autem subito ignotae speciei juvenis, incertum qua parte adveniens, jacentem amice compellat Patrem, eique modicam panis copiam, et vini lagunculam nec rogatus offert traditque. Et vix annonam reliquerat, cum paulum secedens, momento videri desit. Facti vulgator idem ac testis oculatus fuit, qui Carlierium comitabatur sacerdos, et huic pro certo tradenti, non hominem fuisse eum casu oblatum, sed unum aliquem e caelestibus Geniis a Deo ad levamen famuli sui fame pereuntis

193.
RES GALLOBELGICAES.
*Mors et elogium
P. Joannis Carlier.*

missum, nemo rerum divinarum paulo prudentior non habuit fidem. Similia enim de viris sanctis multa in sacris annalibus perleguntur, et de Carlierio alia item multa circumferebantur naturae ordinem facultatemque excedentia, quae credibilius hoc de quo dixi faciebant. Sed hujus generis plura ego non referam, ne sim prolixior. Obiit vir praeclarus XVI. Cal. Novembres, non senio, erat enim paulo major quinquagenario, sed tabe lenta, et respirandi difficultate prostratus, confectis in Societate annis triginta.

^{194.}
*Mors et clavigium
P. Jacobi Montani.*

Carlierio geminus prope erat P. Jacobus Montanus, quem itidem evangelico operi intentum, in eoque strenue desudantem, immatura mors interceptit Mallobii, IX. Cal. Martias. Grandis natu erat is, jamque sacerdos et Parochus, cum Societati se dedit, tantaque jam tum florebat Theologicae scientiae, probitatis, solertiaeque commendatione, ut illum Episcopus Cameracensis Parochum Parochorum non, inscite appellaret, nec fere quidquam momenti gravioris in administranda dioecesi, nisi ex ejus consilio susciperet. Societatem porro ingressurus, prius, ut Christus praecipit, quidquid habebat fortunarum divisi in pauperes, nulla admodum re sibi reservata, quo nempe expeditior ad consecienda Christi vestigia, ferendamque suam post eum crucem, esset. Statim a tirocinio, quod eximia cum laude confecit, percurrendis cum sacro ministerio pagis ac villis adjectit animum, perrexitque deinceps annos contineenter tredecim incredibili alacritate institutum exequi, donec labore immodo fractus occubuit, annum vitae agens sextum supra quadragesimum. Concioles ejus plenae roboris ac nervorum erant, hisque cum artes varias capiendarum animarum adjungeret, ea plerunque sequebatur utilitas, ut, quae adiisset Montanus loca, ex pietate maxime beneque conformatis populi moribus cognosci posset. Ut catholicos ad frugem, sic haereticos ad veritatem trahere conabatur. Fuere ex his qui, offensi quod eorum errores aperte revinceret, et contumaciam libere coargueret, pio, at molesto insectatori machinarentur necem. Hac re nunciata, non ille propterea fuga se subduxit, non declamare vehementer contra haeresim sectatores ejus desit, beatum immo fore se praedicans, si ea causa mori contingeret. Ut oppidum quodque aut pagum subierat, ne gravis esset hospitiis, iis denunciat, se praeter panem et gelidam appetere nihil, ac nihil porro admissurum; quod ipsa re sancte praestabat. Mitto quae domi praebert exempla virtutum, obedientiae in primis, demissionis, charitatis, et in custodiendis disciplinae legibus diligentiae, quae dotes fuerunt in eo summae, sed nimis in longum narrationem protraherent. Ut rem quam brevissime peragam, sanctus plane vir opinione omnium habebatur, quam opinionem magnopere affirmavit, quod saepe antea auditus fuisse cum diceret, hoc ipso anno se moriturum. Decessit pie admodum ac placide in sodalium corona, bene ei precantium et complorantium. Ut vero auditum de Montani excessu, magnus tota circum Hannonia luctus fuit. Et Parochorum plerique, ut de tali viro quid sentirent testatum publice facerent, ei justa funebris quam potuerant apparatissime persolverunt. Sed hujus, et similium jacturam lugente provincia, eorum interea facta praeclera alii de Societate superstites aemulabantur.

^{195.}
*Namurci peste
contactos nostri
procurant.*

Namurcum, munitam urbem et populosam, duo per hoc tempus mala, alterum altero gravius, premebant, egestas et pestilentia. Inopiam effecerant tum Regii administris, summas pecuniarum insolitas in usum belli exigentes, tum sparsi per agrum magno numero milites, qui tumultuari delectu conscripti, neque dum militari disciplina coerciti, omnia impune, ac prope hostilem in modum pervastabant. Sed huic levando malo nihil practer patientiam suppeditabat. Pestilentiae, quae recens in urbem invecta populum depascebatur, e collegio nostro levamen quaesitum est. Quamquam enim non deerant fortasse alii ingenti animo, et excellenti charitate viri, qui neque mortem reformatarent, neque pro salute communis pacisci aburerent vitam, tamen senatus urbanus gratuitos aegrorum consolatores auxiliatoresque non nisi ex nostris petivit, ea credo causa, quod homines Societatis ministerii hujus prae caeteris cupidos rebatur, in eoque maxime exercitatos sciebat. Quod verissimum, ac plane honorificum de se judicium ipsa re comprobantes nostri, duos statim e suo numero designarunt,

Sacerdotem unum, Fratrem alterum rei domesticae curatorem, quorum prior animos, alter corpora aegrotantium procuraret. Et erant hi ad suas quisque partes agendas in paucis idonei, praesertim frater, quippe tractandis ejusmodi aegrotis assuetus, quorum alibi multos adjutasse manu, et aptis medicaminibus persanasse ferebatur. Eos igitur Namurcensium ipse Episcopus, curru una secum exceptos, paratam in domum, velut in arenam charitatis, luce palam deduxit, mirante plebe, magnopereque collaudante eorum alacritatem hominum, qui solo charitatis instinctu sese in tantum discrimen induerent. Sita erat domus in secreto extra urbem vico, ad amnem Mosam, qui delectus fuerat consulto locus, ut ab urbe procul haberentur infectorum concursus, arcerenturque quam possent maxime vulgi contagia. Domui adhaerebat sacellum, haud magni quidem illud ambitus, sed pro praesenti usu commodum et amplum satis. Huc, ut quisque se atro carbunculo ictum senserat, petitum animi corporisque remedia veniebat. Praesto aderat adventantibus Pater. Peccata consitentes audiebat expiabantque, omnes pia cohortatione ad implorandum opem superum incitabat. Vicissim frater, ut erat istiusmodi rerum experiens, quid quisque sibi adhiberet remedii singulis prescribebat. Tum quos audierant lecto afflitos jacere, ad eos uterque accurrebant, atque ille quidem aeternae vitae, hic valetudinis praesidia languentibus ministrabat. Multis hoc modo parta salus, qui pro depositis habebantur. Eorum vero, qui morbi curationem auspicabantur ab expiatione conscientiae, nemo, quod notatum est, periit. Quod divino factum consilio opinari licet, ut respicerent sese homines, intelligenterque, ab inquinamentis animi repetendam mali grassantis causam, iisque praecipue medendum esse.

Et profecto animorum mederi morbis praecipuum nostrorum studium et cura erat. Idcirco sacrarum Missionum ministerio, quo uno multa morborum hujus generis remedia continentur, totis viribus insistebant, et novos subinde laboris apostolici campos sibi aperiebant. Ut specimen quoddam exhibeam, e collegio Luxemburgensi prodierunt hoc anno duo impigri operarii in proximiore Germaniae, et Paroecias amplius triginta labore non interrupto obierunt. Laborem quae secuta sit fruges, magus est quam ut paucis consequi possim. Crapulac computacionesque, malum inter Germanos frequens, quo mens saepe consumptitur, multis locis excisae penitus, aut ad leges temperantiae coercitae. Familiae, quae a longo tempore mutuis sese odiis dilacerabant, ad concordiam adductae. Christianae pietatis exercitationes ubique multae variaeque institutae. Quae ut radices agerent, locis omnibus Patres divorum icunculas, rosaria, libellos pios, et id genus alia inter rude vulgus dividebant, ac velut totidem pietatis incitationa relinquebant. Istorum munuscularum ad multa millia hac una circuitione sparserunt, quibus illud etiam sunt consecuti, ut gentem natura bonam ac simplicem devincirent sibi, atque inde morigeram ad omnia et obsequenter habarent. His ita inter Germanos agentibus, alii duo ex eodem collegio in oppositam regionis partem profecti Patres, triginta itidem pagos lustravere, diversi quidem hi lingua, quippe isthac Gallica; sed uno eodemque spiritu incitati, et simillimi laboris fructum prope eundem retulere. Quamquam his non corrigenendi solum corrupti hominum mores fuere, sed convelleendi qui multorum mentibus insederant errores, et profani haereticorum ritus, qui alicubi inoleverant, cum veteri catholicae pietatis cultu commutandi. Quibus perficiendis rebus magno illis usui fuere sanctorum e legione Thebaea Martyrum sacrae Reliquiae, quas ingenti numero conquisitas circumtulere, et locis omnibus venerationi publicae proposuere. Haec foris et in aperto. Non otocabantur interea domi Patres, sed vias omnes vel exsuscitandae, vel augendae pietatis rimabantur. Ut alia praeteream, aedicula haud ita ab urbe erat, non alia re magis quam sanctissimae Dei Parentis effigie visenda. Cultum Virginis ut agerent nostri, aediculae religionem praecipuam et concursum conciliare studebant, ac tantum dicendo valuerent, ut jam ad eam itarent quotidie multi, sive ut poscerent beneficia, sive ut pro acceptis agerent gratias, et vota persolverent. Magnam in primis frequentiam videre erat singulis diebus festis. Plenis enim, ac probe ordinatis

196.
Sacrae Missiones
Patrum Luxem-
burgensium.

197.
Augetur cultus
Divinae Matris
Luxemburgi.

198.
*Insigne miracu-
lum per eam oc-
casionem edi-
tum.*

agminibus illuc adibant supplicantium ritu cives, magnam interea Virginem invocantes, ejusque laudes alternis concinenter. Nunquam non aderant ante meridiem, tum e. populo, tum e. Religiosis Ordinibus sacerdotes, qui rem divinam facerent, et caelestem dapem poscentibus distribuerent. Jam vero, ut plura ferebantur per causam hujus religionis patrata prodigia, de quibus appensae ad aram tabellae votivae, aliaque magno numero anathemata testabantur, sic unum hoc anno accidit insigne, evidens, nec tacendum. Redibat illinc certa die pium supplicantium agmen, jamque urbis subibat moenia. Grandibus natu viris non nulli admixti pueri erant. Ecce autem in trajectu pontis sublicii, quo praetenta moenibus fossa jungitur, septennis puer, nescio quo casu, e ponte praeceps volvitur in imam fossam, altitudine pedum quadraginta, et siquid amplius. Omnes in ictu exanimatum credidere; recente praesertim alterius hominis memoria, qui eodem e loco non multos ante dies delapsus tam miserabili casu praeceps ruerat, ut deformato foedum in modum corpore, disiectoque cerebro, illicet expiraverit. Trepide ad explorandum qui decurrerunt, puerum quidem illo ipso, in quem deciderat, situ jacentem reperient, at nullo neque fracti neque luxati aut contusi artus indicio, immo sensibus plane integris interritoque vultu. Eductus e fossa quum inter circumfusos ad spectaculum incolumis constitisset, eam exivit cunctis admirationem primum et laetitiam, mox gratiam et amorem erga Deiparam, cui laetum rei eventum nemo non referebat acceptum, ut redintegratis statim ordinibus, et hilariori quam ante concentu, urbem non aliter sint ingressi, ac si certum benevolentiae pignus a magna Virgine domum reportarent.

199.
*RES ANGLIAE.
Nostris vexatos
varis molestias
catholicos adju-
rant.*

Interim nostrorum labor ne in Anglia quidem frustra cecidit, tametsi perinqua catholicis fluebant tempora, praeter intestinas cleri dissensiones, praegravatis crudescente in dies haereticorum acerbitate. Atque ut narrandi principium ex eo ducamus, unde luctuosam fidelium vicem promptum erit cognoscere, in Missionibus Eboracensi, Lancastriensi et Staffordiensis nihil Patribus curandum impensis fuit, quam ut tentatam omni arte patientiam catholicorum die nocturne sustentarent. Ad latam jam ante legem, ut eorum patrimonia ex triente publicarentur, accessit alia, qua persolvendae fisco multae, eaeque graves, matriit etiam haereticis, modo catholicam haberent uxorem, praescribebantur: quo ad acuendas in earum perniciem virorum iras nihil poterat excogitari validius. Ad haec finis erat nullus exigendae a catholicis novae semper pecuniae nomine religionis: quodque per summam iniquitatem imperabatur, id quae sitores hoc potissimum anno acerbissime excutiebant. Res erat adeo calamitosa, adeoque plena periculi, inclinantibus ad desperationem animis, ut conquerentur palam multi quodvis supplicium hoc novo lentae persecutionis genere optabilius sibi fore; quod probe intelligerent, nisi modus tandem adhiberetur, brevi se liberosque suos ad egestatem rerum omnium redactum iri. Itaque in hac temporum acerbitate Societatis homines omne studium in id, omnemque operam, aucto etiam operariorum numero, contulerunt, ut quos maxime labentes, et periculo descendi a fide propiores cognovissent, iis nunc praesenti commonitione nunc corrogata in subsidium pecunia praesto essent. Ceteros vero, quibus magis comparatus ad omnem fortunam animus, vehementer hortabantur, ut res fluxas atque caducas despicerent, earumque desiderium caelestium cogitatione bonorum solarentur: quidquid pro Christo perdidissent, id lucro appositum in caelo sibi persuaderent.

200.
*Vir catholicus in-
festor, vindicta
Deo poenas luit.*

His Patrum adhortationibus accedebat momentum haud leve, quod minime dubia caelestis irae exempla in autores calamitatis vulgarentur identidem. Unum hic attingam, ex quo de ceteris conjectura fiat. Redibat forte Londino Lancastriam vir judicaria, qua erat, potestate notus, odio tamen in catholicos capitalissimo multo notior: qui illud ipsum iter eo consilio suscepisse diceretur, ut majori cum potestate redux gravius in invisum nomen desaeviret. Huic medio in itinere equus, quo vehebatur, cadit repente exanimatus. Ea re nihil commotus, alium postridie nactus equum, dum pergit ire, tanta vi frigoris perstringi coepit, ut ejus depellendi causa iter pedibus carpare constituerit, praemissum

cum equis famulum certo loco consecuturus. At vero sua hominem felicit opinio. Famulus cum diu opperens subsequentem nusquam videret, in suspicionem ex admiratione versus, regressusque propere ad locum, eum ibidem humi jacentem invenit, jamque repentina leto absumptum. Cujus rei fama Lancastriam perlata ceteros quidem omnes perculit rerum humanarum cogitatione; catholicos vero, qui ab infensissimo homine multa sibi mala ominabantur, ingenti metu liberavit.

In ceteris insulæ partibus, ubi haereticorum odia aliquanto remissius exercabantur, nostri catholicum gregem non servaverunt incolumen tantum, sed, aliquid in dies de haeresi decerpido, efficerunt ea certe tempestate satis numerosiorem. Plus quadringentos et triginta, ductis rationibus, invenio Ecclesiae hoc anno reconciliatos. Ex his unus, ut divinam providentiam admirare, Londini in regio sacello forte aderat, dum e praedicantium grege nescio quis, verba pro concione de regum auctoritate faciens, putida assentatione eam regibus deberi reverentiam contendebat, ut, cum in ceteris rebus, tum in suscipienda maxime mutandaque religione, quidquid illi e re publica esse decrevissent, id subditi animo obsequente recipieren, omnique abjecta cunctatione exsequenter. Stomachari ad hanc vocem coepit auditor minime ineptus; et ex indignatione progressus ad salubriorem veritatis curam, brevi eo devenit, ut primum nostris in disciplinam, deinde libens volensque in gremium Ecclesiae se se tradaret. Alterum Richardum nomine, dum forte in lecto nihil minus quam animam cogitantem desidia tenet, perculit repente ex alto vox, *Richarde*, inclamans, *veritatem quaere; quia tempus tibi breve est*. Extemplo haudquaquam dubius quidnam id esset, quod quaerere juberetur (quae est inter sectas Catholicae lux Ecclesiae) sacerdotem scilicet quaesivit, a quo catholicum dogma doceretur: tum rite expiatus e castris haereticorum ad Christi signa rediit. Digna haec quidem atque horum similia, quae ad divinae bonitatis laudem consignentur litteris; minime tamen nova in his annalibus videbuntur: novum erit fortasse, quod nunc subiicio. Femina erat eadem illita pice impiorum dogmatum, tenax propositi, haudquaquam tamen, quod ferme accidit, ab hac parte secura. Haec dum in quodam sectae, cui erat dedita, conventu fundebat preces, sensit se novis conscientiae stimulus repente figi: et quo impensus orabat, eo acrioribus aculeis pungebatur. Incerta quid hoc esset mali, et prope ad amentiam anxia, ad extremum in hanc vocem erupit: Queso Domine, si hactenus a veritatis semita deeravi, id mihi aliquo corporis cruciatu compertum facias. Nondum dies secundum hanc precationem tertius intercesserat, quem repente membris omnibus capta præter humanum morem coepit haerere defixa. Dum res portento similis ceteros horrore perstringit, una inter attonitos trepidantesque mulier gaudium vultu ostentare; quandoquidem non morbum illum, sed veluti ex composito nuntium de caelo sibi missum existimabat. Acciri quamprimum jussit aliquem de Societate Iesu sacerdotem. Quae consecuta deinde sint, supervacaneum est referre. Illud tantummodo non praetermittendum, quo die mulier culpis omnibus expiatis inter Ecclesiae filios cooptata fuit, eo die morbum, qui non ad corpus per mendum, sed ad animam sanandam venerat, quasi legatione jam defunctum discessisse.

Dum haec in Missione Hamptonensi, aliaque alibi multa horum similia gerabantur a nostris, Audomari pater Gulielmus Baldovinus, qui Anglorum seminarium annos jam decem moderabatur, vitam pie sancteque actam immortaliter commutavit beatitate. Virum Angliae temporibus magno usui futurum Cornubia ediderat, et Oxoniensis per annos quinque formaverat academia. Illum inde expulit in Galliam haereticorum violentia, catholicos in sua templa et in partem impietatis compellentium: unde Romam profectus, cum primum in Anglorum Seminario Theologiae dedisset operam, atque ex Seminario in Societatem transcriptus esset, demum in Belgium, quia romanum caelum ferre non poterat, hortatu medicorum rediit. E Belgio in Hispaniam, quo fuerat accitus, nave contendentem Elisabethae praedones interceperunt, et in Angliam retraxere; ubi nihil

201.
Complures haereticorum ad Ecclesiam reducuntur. Unius praesertim conversio Londini.

202.
Alterum commovet vox e caelo missa.

203.
Feminam quamdam deducet haeresin moribus portentis plenus.

204.
Obitus patris Gulielmi Baldovini.

aliud eum, nisi mercatoris itali, sub quo latebat, habitus tutatus est. Post aliquot menses Personius illum, utpote expertae jam virtutis hominem, Bruxellas revocandum, et Anglicis missionibus praeficiendum curavit. Ibi dum opus sibi demandatum pari zelo et prudentia urget, captus per fraudem ab heterodoxis ea per decennium Londini pertulit, quae alio loco narrata sunt. * Postea vero quam e carcere dimissus est, Audomarum sese recepit, ejus seminarii curam suscepit; ibique vitae tot periculis laboribusque exercitiae finem fecit annos natus septuaginta. Anglorum saluti et per semet ipse, quamdui in Anglia fuit, et exsul per submissos e seminario alumnos prospicere numquam destitit: sibi in tanta rerum varietate singularem patientiae et charitatis laudem peperit.

* P. VI. L. III.
N. 65. 66. 67.

205.
*Rector tirocinii
Gandavensis mi-
ro S. Aloisii be-
neficio convale-
scit.*

Paucis ante mensibus suum Gandavensi tirocinio Rectorem beatus Aloisius Gonzaga conservarat, seu, ut verius loquar, depositum restituerat. Erat pater Gulielmus Flaccus, qui jamdui stranguria laborabat; in pervigilio autem angelici adolescentis, occluso penitus meatu, videbatur jam jam e vivis inter acerbissimos cruciatus concessurus. Neque mortem ille quidem deprecabatur; tantum aut constantiam in-perferendo, aut dolori acutissimo lenimen implorabat. Id jam ante quotidiani precibus semper, id nunc etiam atque etiam ab Aloisio poscebat; quem olim Romae contubernalem in tirocinio nactus, coluerat deinde caelitem observantia singulari. Quin immo lipsanothecam, hoc est quidquid habebat carissimum, caelesti patrono donum sponponit, in domestico sacello appendendum si, quod petebat, exorasset. Angelicam salutationem a voto concepto vix recitares, cum ulti gemini prodiere calculi geminis fabis magnitudine pares, adeo dolore nullo, ut intra horam alacer e lecto surgens potuerit suis ipse manibus anathema, uti promiserat, affigere.

206.
*RES GALLIAE.
Felix et aqua-
bilis rerum no-
strarum cursus.*

Sed jam ex Germania Angliaque, ubi infesta Gustavi arma et haereticorum artes Societatem nusquam conquiescere patiuntur, in Galliam progrediamur, perinde ac in tutum ejectis hinc atque inde nostris portum: quamquam quae duae res ad commorandum diutius maxime invitant, securitas et gratia, eadem de diutius immoremur efficiunt; dum id agunt, ut complexi satis universa videamus, si dixerimus, omnia hoc anno in Gallia ex Societatis instituto recte atque ordine cessisse: quo nihil ad scribendum jejunius, nihil ad cogitandum plenius dici potest. Id autem praemonendum idcirco duximus lectorem, ne forte res in Gallia gestas ex longitudine narrationis aestimet.

207.
*De Lotharingia
in provinciam
erigenda agitur
cum Praeposto
Generali.*

Inter pauca distincte memoranda principio se nobis offert injecta hoc tempore de Campania provincia in duas dividenda, et ad Praepositum generalem delata consultatio. Etsi autem primum consilii autorem litterae non explicant, minime tamen obscurum est Francisci et Caroli Lotharingiae Ducum nomine actam rem atque fultam fuisse; nam quaecumque afferebantur divisionis causae, facile in unam recidebant omnes, placere ducibus ut, quae in sua ditione collegia Societatis essent posita, in unam coalescerent provinciam proprio nomine et magistratu donatam, et a Gallicis provinciis penitus sejunctam; ne quid juris in Lotharingiae patres, si Campaniae subderentur, Rex Galliae per eam occasionem ad sese traheret. Verum ii, quibus divisio minime probabatur, obiiciebant potissimum paucitatem collegiorum, quae praeter Nancejanum tirocinium numerabantur non amplius tria; neque spes erat illa, si unum collegium cum una item residentia excipias, numerum deinceps auctum iri. Quae igitur provincia, ajebant, futura illa est, quam, si quando plenissima fuerit, conflabunt collegia quatuor, domus omnino sex? Commutandi pro opportunitate homines facultas erit prope nulla; in iisdem locis, in iisdem ministeriis senescendum multis erit, tametsi ad ea minus idonei reperiantur; rectores vero et provinciales potestatem obtinebunt prope perpetuam, cum in tanta paucitate haud facile possint inventari, qui obeundo superioris muneri sint pares.

208.
*Consilium Societatis incommodum teniter dis-
cicetur.*

Erant qui Vitellescho suaderent, ut justum provinciae numerum expleret adiectis ad Lotharingiam nonnullis e Germania collegiis. Ea res nequaquam placebat, tum ne discerperentur, novam condendi gratia, veteres provinciae; tum quod, si fieret, haud levia incommoda peragendas ministeriis, regendisque

subditis ex linguarum varietate oritura cernebantur. Omnia tamen maxime praepositum a divisione deterrebat metus, ne Lotharingiae Ducis morem gerens negotium sibi in posterum crearet, si exemplo Lotharingiae etiam Bavariae, Saubardiae, Hetruriaeque Duces, aliique principes in eandem adducerentur voluntatem. Satis enim animo praeincipiebat nec sine gravi offensione, quod esset uni concessum, denegari deinde ceteris posse, et, si omnibus concederetur, veterem distributionem provinciarum tantum non funditus turbatum iri. His de causis Vitelleschus ab initio resistendum ratus, expositis per litteras difficultatibus curavit, ut vel petitione Societati perincommoda absisterent, vel certe ad generalem, quae proxima indiceretur, congregationem rem maturius et in commune consultandam reservarent. Ita cum ampliasse magis rei cognitionem, quam quod petabant rejecisse videretur, nihil apud quemquam offendit; et tamen, omni spe impraesentiarum abrupta, ipsa temporis medela perniciosa novitati remedium adhibuit.

Interim superioris anni pestilentia, quae videbatur extincta, cum alicubi cruduissest, sicut nostris novam virtutis segetem sufficit, ita Collegio Barrodiensi IV. Cal. Sextiles patrem Claudium Violam abstulit, virum jam meritis aequae ac annis gravem. Hujus de praeclaris virtutibus eo libentius dicturi sumus, quod hominem fortasse haud satis cognitum alii memoriae prodiderunt effictum ex opinione paullo alter, ac illum certi auctores nobis exhibent; cum tamen ejus imago ad similitudinem veri expressa documento esse possit, ad bene merendum de Societate nostra parum obesse naturam iis, quorum studia in id unice ferantur. Igitur Claudius Parisiis nobili loco editus jam alterum, supra vigesimum agebat annum, cum Societati nomen dedit. Elucebat in adolescente indoles ad omnem virtutem apprime composita, at non item ingenium gravioribus disciplinis accommodatum. Itaque cum ministeriis nostris haud satis idoneus haberetur, erant provinciali auctores quidam, ut juveni benignis verbis commeatum daret. Provinciali tentata adolescentis voluntate, ubi cum vidit in sententia sic perstantem, ut hujusmodi suasionibus nullum daret aditum, diu cunctatus, ad extremum, Video, inquit, in hoc juvete aliquid, quamobrem illum etiam invitum aliis in Societate retineam. Claudium ita periculo defunctum, votique compotem incessit cogitatio seria, quoniam sese pacto Societati in hac sua mediocritate ingeniū utilem exhiberet. Nec diu animi peperit. Id se tunc demum assicuratum statuit, si demissione animi qua posset maxima abiiceret sese quodammodo in medium, futurum moderatoribus praesto semper et ad manus in omnibus, quae haberentur apud nos laboriosissima atque despiciatissima. Quod decreverat praestitit. Nihil potuit unquam patri Claudio tam vile injungi, quod non, hilari arripiens vultu, sibi verteret honori lapidem enim sese prius reprobatum, deinde per misericordiam assumptum dictabat. Ita autem inter haec erat animatus, ut numquam se de Societate esse meminisset (quod ex praescripto pluries quotidie cogitabat) quin sibi quasi gratulabundus exclamaret: *Misericordias Domini in aeternum cantabo.* Quam in tirocinio aperiendi sese moderatoribus instituerat consuetudinem, eamdem nihil immutatam perduxit in senectutem. Obedientia, comitate, facilitate, candore animi, quae ex una radice germinant cuncta, erat omnibus in delicio. Haec autem constans vita ratio multo inde pulcrior veniebat, quod ortus, ut diximus, Parisiis nobili loco tantum gratiae a morum suavitate adjunxerat commendationi generis, ut amplissimam dignitatem, cum tirocinium init, manu quasi tenere dicretur. Evidem nihil dubito, qui scripserunt illum doctrina jam conspicuum ad Societatem accessisse, ea fama fuisse deceptos. Hoc igitur tamquam fundamento innixus, mirum quos brevi in religiosa perfectione fecerit progressus, maxime in amore Christi patientis, in quem omni studio ferebatur. Indicas et Aethiopicas expeditiones, quas martyrii spe appetebat, cum impetrare non potuisset, ipse sibi domi martyrium indixit. Praeter cetera, saepe flagris cruentabat corpus, saepe induebat capiti implicitam spinis coronam, tum arundinem manu gestans, circumdato humoris centone, et per cubiculum ambulans, Christum interim talia patientem obvolvebat animo;

Tom. II.

81

209.
*Patris Claudii
Violae obitus,
virtutes, et res
utiliter gestae.*

omnesque ejus cruciatus, quantum poterat, non cogitatione solum, sed etiam sensu attingere studebat. Verum hactenus hominem sibi uni viventem depingere visi sumus: ille vero innumeris hominibus saluti fuit, eaque per annos amplius triginta gessit, quibus multi simul impares viderentur. In nosocomiis erat frequens; agros pagosque concionabundus excurrebat; omnium audiendi confessionibus operam dabat plurimam, sed, quod multa in laude ponitur, excolebat discipulos cura praecipua et singulari. Parisiis dum spirituales Sancti Ignatii commendationes tradaret, Everardum Mercurianum Societati adeptus est. In animos dissidentium dominari videbatur. Denique, ut omnia in unum verbum contraham, dum in Belgio versaretur, Rector collegii ad alium nescio quem de Societate scribens, post praeclera multa de illo memorata, *Pater Claudio, inquit, prorsus miracula facit.* Constitit vero sibi ad extremam senectutem; eumque pestilentia, quam ille pro salute animalium contempserat, septuagenarium absumpsi.

^{210.}
Pietas discipulorum suscipitur et benevolentiam Societati parit.

Erat hoc tempore in Gallia magna de nostris hominibus opinio; et consenteaneum opinioni studium ministeria Societatis plurimum adjuvabat. Hanc opinionem, praeter cetera, haud mediocriter alebat florens adolescentium grex nostras scholas celebrantium; quorum alii nobilitate generis, alii pietate et doctrina conspicui, multorum oculos animosque in nostrum Ordinem convertebant. Parisiis ex solis rhetoricae auditoribus, quae aetas cupiditatibus maxime affinis est, ad quadragesita numerantur, qui religiosis se ordinibus hoc anno dediderunt; ut facile sit conicere, qui animorum ardor in multis ad virtutem esse debuerit. Suspiciebatur praesertim in alumnis Societatis tantus erga augustissimam Eucharistiam cultus, ut ipsos saepe haereticos ad spectaculum detineret. Eos Lingonensem civitas demirata est, quod non semel, cum ad colludeendum aliquot illorum convenient, et forte deferri illac ad aegrotos divinum viaticum animadverterent, continuo abruptis lusibus sacram hostiam ultro comitati sunt eo incessu, ordine, totiusque corporis habitu, qui internam animi reverentiam plane commendaret; nec ad ludos ante revertabant, quam sancta mysteria in templum deduxissent. Haec autem eo maxime, quod saepe et injussi facere cernerentur, erant bonis omnibus gratiora; et cum corum pietati, tum nostrae institutioni verteabant laudi. At Lugduni multo magis animos perculit ejusdem Senatoris exitus Societati per honorificus; quem upote a re, quam agimus, non abhorrentem ad hunc locum referendum ducimus. Is, educatus olim a nostris Gratianopoli in ephebeo, ubi excessit e disciplina, adeo paullatim erga nos mutaverat ingenium, ut beneficio abutens ad injuriam obloqueretur palam multa de Societate, eo nocentior existimationi hostis, quo magis comperta dicere putabatur. Accidit hoc anno, ut Lugduni aegrotaret periculose. Mortem proxime aspiciunt nihil prius in mentem venit, quam nostros arcessere: qui cum statim affuissent, ab iis etiam atque etiam petiti, ut injurias beneficio ulciscentes, ab se non ante discederent, quam expirasset: etenim id unum hoc supremo tempore optatissimum sibi videri, ut quos puer ad recte vivendum habuisset institutores, iisdem nunc ad bene moriendum adjutoribus uteretur. Promiserunt prolixo patres, affirmantes nihil se non facturos perlibenter, quod ei gratum esse intelligerent. Laetus ille primum noxas omnes rite expiavit; deinde inter circumstantes ad lectum e nostris quatuor plenus spei bona vitam clausit. Tam inexpectatus viri exitus cum brevi urbem totam vario sermone pervasisset, multos ad collegium adduxit Societati gratulatum, affirmantes nullum certius pro nobis testimonium posse affirri, quam quod moriens adversus se dixisset is, a quo vivo fueramus maledictis appetiti.

^{211.}
Lugduni vir nostris diu infensus eos moriens habet carissimos.

Cetera, quae hujus generis conscripta exstant, praetereo libens; ut aliquid potius ad doctrinam pertinens adnectam, tum quod gravissima nostrorum laborum ea pars censeri debet, tum etiam ut palam fiat, quibus artibus Societas eum, quem erat adepta, honoris gradum tueretur. Dabat Theologiae operam in collegio Remensi Henricus a Lotharingia, decem et octo annorum adolescens: in quo decora originis et dignitatum ingenii lumine obscurabantur. Hunc inter ceteros deligere placuit, qui doctrinae experimentum exhiberet, et theses de Deo Uno et Trino publice, uti assolet, praefixas oppugnantibus quibuscumque triduana

^{212.}
Disputatio Theologica in collegio Remensi.

continente disputatione ratas faceret et vindicaret. Erat porro conventus auditorum is, quo celebrior aut splendidior vix cogitatione fingi queat. Henricus, qui totam eventus expectationem ingenio suo sustinebat unus, ex nobilissimo Gui-sorum genere ortus, Archiepiscopus designatus, idemque a stirpe dux remen-sis, primus, ut vocant, galici regni par, et Sedis apostolicae legatus, sedebat pro dignitate excuso in solio, assidente praeceptorum nemine, speciem publici doctoris potius quam' discipuli periculum subeuntis exhibens; tantum fiduciae in adolescentis fuit. E regione disputantis conspiciebantur tres ducis Guisiae liberi, Henrici fratres, qui, non secus ac in uno omnium honos in discrimine versa-retur, haerentes oculis in eum defixis, ore vultuque stimulus dimicanti adhibebant. Eos ab lateribus ambiebant ex ordine collegium canonicorum omne, senatus remensis frequentissimus, et Lycei doctores universi: deinde doctorum hominum quidquid aut Remis erat, aut a finitimiis urbibus, adeoque ab Tulosana et Pari-sensi academia, studium videndi acciverat, vel etiam adolescentis experiundi cu-pido quaedam. In hoc tali consessu, ubi ad argumenta ventum est, tametsi non defuere qui non specie solum, uti solet, sed reapse omni, quo poterant, argu-mentorum pondere viderentur velle juvenem opprimere; ita ille sibi semper con-stitut, ita ad ingenii celeritatem dignitatis suea decorum accommodavit, eo denique acumine et robore oppugnatoribus satisfecit, ut omnes intelligerent in eo potis-simum deligendo non tam dignitati honorem esse habitum quam meritis; et con-cursum advenarum ad id factum nihil, nisi certam rei bene gestae famam, latius in Galliam disseminasse.

Non minor interim ex ceteris ministeriis Societati redibat fructus. Nam, ut omittam ea, quae, ubi omnia sunt pacata, ideo non scribuntur quod nimia sunt et communia; Parisiis dimissi patres quinque per regionis ambitum decem op-pida multosque pagos concionabundi peragrarunt commotione animorum tanta, ut eos etiam, quos rusticandi tempus ex urbe abduxerat in villas, primo impe-tus populorum undique confluentum velut abreptos, deinde affectus ipsorum a-nimis volentes duceret ad audiendum. Avida concionatorum vota implevit fructus; adeo eorum, quae in sacris expeditionibus memorabilia videri soleant, ni-bil desideratum est. Incredibilis multorum hominum conversiones ad bonam frugem oculis usurpatae ita commoverunt cujusdam nobilis Parisiensis animum, ut datis ad Provinciale litteris curaverit majorem nostrorum numerum ad id operis in annum proximum destinari, pollicitus se pecuniam, quanta esset opus praebiturum, ut tam salutaris incepti veniret, qua parte poterat, in communionem.

In Metensi collegio mandatum nostris anno superiore fuerat, ut octavo quo-que die in templo urbis principe de rebus fidei controversia ad populum disse-renter. Idem disserendi mos in hunc annum prorogatus praeter catholicos, quos vel labantes firmavit, vel stabiles instruxit armis contra falsorum dogmatum buc-cinatores, circiter viginti haeretica lue infectos ad Ecclesiam reduxit. Ad eam totidem e calviniana secta accesserunt Pinarolii; quo in oppido duo Lugdonen-sis Provinciae patres stationem jussu regis posuerant, ut militibus, qui in pae-dio erant, spirituale pabulum suppeditassent. Pinarolium enim duos ante annos captum et operibus munitum tunc Ludovicus rex, velut aditum ad res italicas percommodum, praesidiis obtinebat. Ibi nostri non minorem in oppidanis curam quam in milites contulerunt; cum ne illum praetermitterent bene merendi tem-pus, tum quod iis utebantur Societatis studiosissimis, adjuvante praesertim alio-rum quatuor memoria, qui per occasionem superioris pestilentiae egregia cari-tatis facinora ediderant; terni etiam illo in munere afflati morbo animam stre-nue amiserant. Itaque nostros omni benevolentiae significatione prosequeban-tur, eos observantiae aut consilii gratia saepe conveniebant, iis conscientiae mo-deratoribus utebantur plurimum. Denique sermones etiam de excitando collegio serere, seu potius instaurare cooperunt; eamque rem a se ante deliberatam, de-inde nostrorum absentia sensim intermissam, nunc sibi prope crimini vertebant.

Ita intentos educandae pubi ceterisque ministeriis animos sociorum, quam-quam alacres in omnem laborem caritas Dei et proximorum dabat, nonnihil

Frugiferae Pa-
risiensium pa-
trium excursio-
nes.

Gesta Melis et
Pinarolii, ubi
sedes Societati
ponitur.

Aliquot viri
principes Socie-
tati faventi.

tamen erigebat etiam favor, cuius a principibus viris non dubia signa identidem ostendebantur. Prodierat in vulgus Camberii ortus ab incertis auctoribus rumor fore brevi, ut patres Societatis urbe pellerentur, quippe quibus Ducis animus esset certis de causis subiratus. Re cognita Augustanus antistes, cui patrum Camberiensium erat magnus in Salassis usus, ubi utilissimam missionem instituerat, litteras ea de re Duci dedit, plenas primum cumulatis in nostrum ordinem laudibus, deinde suis ad eundem precibus, ne quid gravius in tales operarios actum vellet. Dux impudentiam hominum admiratus, sibi vero nihil tale venisse in mentem adhuc rescrispit, nec venturum porro, quamdiu patres ab instituto cursu non deflecerent, nec alia agerent, quam quae hactenus egissent. Eos apud se in pretio esse et honore; itemque ut essent apud subditos, optare sese, atque adeo velle. Ita, quod minime sperassent invidi, vano rumore factum est, ut amplissimo duorum testimonio honestaremur. Nec minor fuit erga nos voluntas Nivernensis Ducis Caroli Gonzagae, cui morte Ludovici nuper hereditate obvenerat Ducatus Mantuanus. Hic cum Mantuae accepisset quae bacchante lue Carolopoli a nostris erant gesta, non modo litteras, quibus gratias ageret, sponte misit humanitate plenas, verum etiam rogante nemine certum pecuniae numerum assignavit, ut collegii aedificium, quod perfectum nondum erat, absolveretur. Omnia tamen maxime Ludovicus rex benevolentiam in nos suam, nec semel, palam fecit. Is calendas Januarias, quem diem praecipuo quodam jure sacrum Societas ducit ob sanctissimum Jesu nomen, egit festas apud nos in Metensi collegio, ubi annum, de quo scribimus, ritu vere christiano est auspiciatus. Mane sacris operatus est et divinum epulum accendentibus dispertivit Cardinalis Richelius, satis notum in historia nomen. A meridie post habitam a nostro concionem, quam rex una cum regina et primaria regni nobilitate audiit, vespertino psalmos regii musici decantaverunt. Verum longe liberalius cum nostris egit in collegio mussipontano, dum in Lotharingiam infestis signis contendebat, quamquam Mussipontum intra fines Lotharingiae situm est, et ob eam caussam a significationibus honoris erat temperatum. Etenim e templo, ubi sacris mysteriis dedit operam, ultra transgressus in interiore domum primo ludos litterarios adiit lustravitque singulos; et cum ibi tabulas animadverteret parietibus aptas, quae urbium oppugnationes, triumphos, ludos, convivia Romanorum, et ejusmodi multa referebant, carum rerum omnium interpretationem ipse a discipulis singillatim idoneis percutinationibus eliciens, diu cum eis singulari comitate est collocutus. Bellicas deinde clades secum reputans, ut collegii bonis cautum esset, militibus edici jussit, res Societatis omnes in sua ipsis tutela esse positas; proinde ne quis aut in agris quid noceret, aut in aedibus sedem collocaret. Licuit hic oculis videre quod a sapientibus praecclare dictum circumfertur, regis ad exemplum se ceteros componere. Nam ut omittam Richelium, qui eadem nobis benevolentiae signa obtulit, Desflatus marescallus, qui exercitu praeerat, in collegio pransus est et diem paene solidum egit cum patribus familiariter, omni abjecta dignitatis ostentatione. Qui vero ponendis castris praefecti erant, miserunt non semel ad collegium qui cognoscerent, quae Societatis praedia forent, et ubi quaque sita, ne quid imprudentes detrimenti afficerent. Deinde ea vel ducum severitas, vel militum temperantia fuit, ut patente dies aliquot militibus horto, ne poma quidem, quae matura ex arboribus dependebant, inter tot armatorum manus sint desiderata.

^{216.}
Nostris apud antistitem Aurelianensem graviter offendunt.

Igitur in hac summa regis aliorumque voluntate id Societati commodissimum accidebat, ut interim injuriis minus opportuna crederetur, atque idcirco ab adversariis, si qui erant, paullum conquiesceret. Fecit tamen Antistes Aurelianensis, ne vacuus a tricis annus historiae tradi posset. Hic, anno superiore Parisii in aede Sorbonica episcopus creatus, primo adventu sese benevolum Societati praebuerat, nec litterarios honores apud nos nec mensam designatus, et aede nostra ad primam, quam habuit, concionem et sacri ordinis collationem ultra lecta. Verum effecit brevi, ut omnes inteligerent religiosos homines, cuiuscunque essent ordinis, ita illi esse acceptos, ut eorum ministerio cariturus tamen

esset libentissime. Nam cum Urbanus VIII. jubilaeum edixisset, fecissetque per eam occasionem confessariis amplam absolvendi potestatem, hanc antistes religiosis abstulit; delectoque ad promulgandam indulgentiam tempore, quo paschales dies continentur, interdixit ne quis peccata apud regulares confiteretur, nisi saltem a curionibus veniam impetraret. Itaque religiosi, collatis invicem consiliis, duos ad antistitem delegaverunt, qui interdictum privilegia regularium, et Pontificis beneficium peccatum evertens deprecarentur: precibus enim agi placuit. Quibus tamen cum oratores nihil admodum proficerent, nec spes ostenderetur alia, Romanum Pontificem appellaverunt. Atrox id facinus antistiti visum est. Itaque novo statim decreto iterum vetuit, ne quis apud religiosos confiteri auderet: qui secus facerent, iis communione sacrorum et ecclesiastica sepultra interdixit. Praeceps unius ingenium et alteros impulit. Etenim hi cum animadverterent ci-vium animos poenarum metu ancipites haerere, vulganda typis curaverunt nonnulla tum pontificalia tum Sacrae Congregationis responsa, quibus eamdem item alias actam et regularibus adjudicatam fuisse demonstrarent. Id prudenter fecerint an praepropre, equidem disceptare non ausim; illud vehementer miror sperare tot ac tales viros potuisse, pacem, qua nihil erat expetendum magis, ea ratione restitutum iri. Antistes patrem Georgium La Haye, qui collegio nostro praearerat, hujus consilii auctorem ratus, in eum unum aliquanto, quam pro sua saltem dignitate, impotentius ferri ac impetum facere instituit; multa de illo apud regem, multa apud Richelium conqueri; illum editis in vulgus scriptis aperte notare; illi denique praecipere, ut omnino concionibus abstineret. Antistiti audiens dicto fuit extemplo pater; et catecheses, quas per id tempus in aede nostra habebat, intermisit. Inter haec non minus ceterorum modestia, quam illius obedientia admirationi civitati fuit: nam cum octoni tunc forte in urbe verba facerent e superiori loco, nec deessent usquam intentae ad occasionem criminandi aures, nullum omnino verbum excidisse fertur, quod intortum in Episcopum auditores vel iniqui interpretari possent. Unum modo regem, quem op-pletum querimoniis certo scirent, per litteras certiore rei factum impense ro-gaverunt, ut interposita regii nominis auctoritate animos ad concordiam pacate revocaret. Ille, qui Episcopo pacis auctor jam ultra fuisset, auctas nihilo se-cius iras aegre fercens, scripsit et vestigio ad eumdem, omnino placere sibi ut eos diligenter, quos praeceps ipse caritat, nec immerito, complecteretur; proinde desisteret ab inceptis, et potestatem omnia Societatis munera libere obeundi ne temere cuiquam in posterum immunitam vellet. Secundum hanc regis monitionem statim mitescere comdidicit praesul, melioremque visus est erga nos induere mentem. Nam, quae paullo ante decreta scriperat, continuo induxit, rectori permisit, ut ad intermissum concionandi munus rediret; eumdemque postridie obsequii gratia convenientem comiter exceptit. Plura etiam anno pro-ximo reconciliatae gratiae signa privatum publiceque obtulit. Nam die dominico, quem palmarum dicimus, ultro in aedem nostram venit, oblatoque sacrificio plurimos dape caelesti pavit: quod intra paschale tempus ab illo factum apud nos, habuit multorum admirationem. Praeterea eumdem rectorem Turonibus redeuentem, ubi per majoris jejunii spatium conciones haberat, convivio apud /se adhibuit; ejusque rogatu die in honorem sancti Ignatii festo ad aram nostram iterum operatus venit, symphoniacis etiam, quos secum ipse duxit, rem divinam intercentibus. Ita mutuis benevolentiae significationibus, quidquid fortasse animos multitudinis offendebat, abunde compensatum.

Lugduni hoc anno in ea parte urbis, que trans Ararim vergit ad occasum, novum collegium constitutum est, eique a Deipara inditum nomen. Hujus ex-citandi potior causa fuit, quod alterum in extrema situm urbe pueris bis quotidie ad ludos convenientibus erat aditu perincommodeum: quamobrem vel pa-rentes a disciplina nostra abstinebant liberos, vel hi minus saepe aut tardius, quam studiorum ratio pateretur, ad scholas commeabant. Et rex jam ante duos annos ponendae domus potestatem fecerat, nobilisque matrona De Cheurières receperat in sese fundationis onera; sed dum aedes adquiruntur, dum adornantur

217.
Regis hortatu
Antistes Societa-
ti reconciliatur.

218.
Lugduni novum
collegium aedi-
ficiatur.

biennio elapo, initium habitandi docendique in hunc annum excessit. Novi autem collegii situs, praeterquam discipulis, etiam nostris operariis exstitit opportunus, in magna et amica civitate adeo multifariam occupatis, ut festo quoque die viginti tota urbe funderentur ad praedicandum; super ceteras conciones, etiam Germanica ad Rhoëtos et Helvetios hoc anno instituta.

219.
Patres Camberiensis Sisiensium monasterium excolunt, et mirum inde referunt beneficium.

Monet locus, antequam e Gallia discedamus, ut inter non pauca, quae praeter usitatum, rerum ordinem ope sanctorum mira evenisse ferebantur, unum saltem ad memoriam deligamus, nec alienum a rebus nostris, et auditu non injucundum. Insidet alpino jugo in extremis Focunatum finibus proxime Peninas Alpes vetustum monasterium (*Sisiense vocant*) quod constituisse ex Augustini formula saeculo XII. traditur beatus Pontius primus ejus monasterii abbas; locum admiratus ad solitudinem et contemplationem egregie comparatum, praealtis undique clausum rupibus, aditu unico, eoque inter saltus difficili et impedito; ad haec perpetuo aquarum hinc atque inde decadentium sonitu adeo perstrepentem, ut praecoccupatis ferme auribus colloquia praeterquam cum caelestibus vix ulla pati videatur. Igitur in hoc loco quum diu tuta stetisset conditoris disciplina, tentata deinde sensim diutino annorum lapsu excederat non parum a pristina integritate. Tandem e ferventioribus nonnulli, a comploratione rerum humanarum meliore consilio versi ad remedium, curaverant jampridem, ut e nostris Camberiensibus unus eo se conferret, qui experectos opportunis commentationibus eremitarum animos non aegre intenderet ad studia perfectionis: quumque res e sententia successisset, consuverant deinde magno consensu, statim temporibus, aliquem arcessere, qui feliciter incepta stabiliret. Forte incidit hoc anno, cum unus e nostris sacerdotibus eo adrepisset, ut comes, quem secum duxerat, subita febris accessione graviter aegrotaret. Anxium ob id in tali loco patrem sisienses eremite circumstidunt, alius super alium bono esse animo jubentes: etenim abigendis febris beatum Pontium insignem ferri; porro non defuturum iis, qui de suo monasterio tam bene mererentur. Lecto deinde ad beati sepulcrum locato, aegrotum eo sub noctem deferunt, praemonitum ut beato Pontio confisus quieti somnoque ibi se se dedat: scilicet id unum requiri ad convalescendum. Morbus, res nova, et exspectatio quid tandem esset eventurum, somnum ab aegroto tota nocte depulerunt. Idem igitur factum nocte proxima; at eodem plane eventu. Monachi, ut in re minime insperata securi, monitum iterum atque iterum, ut quieti modo inserviat, tertio ibidem ponunt. Duplici jam fatigato vigilia vix demum incepserant oculi optato somno constringi, cum subito evigilans febrim re vera sensit depulsam: restitutaeque dejectis artibus vires exclamanti prodigium pepererunt fidem. Itaque jam laeti ambo, cum inter gratulantes monachos mirabilem in sanctis suis collaudassent Deum, reversi sunt in collegium: ubi non ita multo post insignes beati Pontii reliquias a monachis et ab antistite sibi dono missas ingenti nostrorum omnium gaudio exceperunt.

220.
*RES HISPANIAE.
Lis ob aditam a nostris hereditatem cum anti-
stite Oscensi or-
ta.*

Eamdem ferme, ac in Gallia, rerum seriem similis pax et benevolentia in Hispania Societati praestitit, turbis, quas invidia Jansenique artes superioribus annis concitaverant, vel sedatis vel compressis. Neque enim paucorum offensiones, quas Caesaraugustae et Tarracone nostri hoc anno suscepserunt ob alias theses ad disputandum propositas, memorare dignum duxerim; quippe nec magni momenti res, et post finitam aetate nostra de immaculato Virginis Concepcionis controversiam oblivione penitus oblitterandas. Unum igitur tota Hispania collegium Oscense fuit, cui grave ab Episcopo incidit negotium statim expediendum, ne quid deinceps funesti reliquam narrationem interturbet. Ludovicus Seravia olim patris Francisci Suarez discipulus, subinde in academia Vallisoletana, Caesaraugustana et Oscensi utriusque juris interpres, tum Oscensis Ecclesiae decanus, ac demum Romae, nisi mors iter praecoccupabat, auditor Rotae pro Aragonia designatus, Societatem nostram testamento heredem ex asse fecit. Antistes visitationis jus, quod ajunt, in eam hereditatem obtendens, duo aureorum millia eo nomine deposcebat: quam pecuniam lyceo Oscensi destinaverat in aedificium, multosque ea spe fautores causae conciliaverat. Re ad controversiam deducta

nostris, quamdiu jus suum persequuti sunt, pessimo fuerunt loco, et multorum civium alienata voluntate, et Episcopo non tam jure causae, quam spiritualibus Ecclesiae telis, strenue rem gerente. Tandem post diuturna dissidia²²¹ et uberem patientiae segetem lis conquievit, regio senatu ad nostros inclinante victoriam, nequaquam tamen valde laetam, quod dissociati semel animi non continuo a sublata lite in amicitiam et concordiam redierunt.

Dolorem ex hujusmodi controversia Societati sane gravem et quovis pecuniae damno redimendū, si praecipi animo res tota potuisset, levavit maximopere effusa in nostrum ordinem ceterorum antistitū voluntas. Archiepiscopus Burgensis et collegio Palentino unum depoposcit, qui secum dioecesim invisens in culturam animalium incumberet: isque haud facile dictu est quantis laboribus defessus, quot animas lucratus, quam multis laudibus onustus post menses septem ad suos redierit; alios subinde quatuor ejusdem Praesulis rogatu submissurus, quorum manu tam laetae ubique suboles percolerentur. Eamdem operam Segoviensi commodaverunt duo, eodemque fructu: quem fructum incredibili laetitia respectans pius Pontifex, gaudio exultans, certum sibi esse dictitabat, anno redditu in id constituto, providere, ut eadem opera quotannis in posterum renovarentur. Verum subita illius mors effectum anteverlit, majori fortasse in speciem, quam re vera detrimēto: etenim extraordinaria haec justis usurpata intervallis mirifice proficiunt; ubi in consuetudinem abiere, contemnuntur, nec aliam fere spem obcallescentibus usu animis reliquam faciunt. In ceteras dioeceses excursionibus nihil aliud magis, quam numerus operariorum modum imponere visus; adeo nullum prope collegium fuit, quod tres saltem quatuorve expeditiones non confecerit: quin immo Caesaraugustani patres decem oppida, sexdecim Tarraconenses concionabundi peragrarent. Quanto autem successu, quibus divinae clementiae miraculis, quando monumenta praesto sunt, facile exsequerer, nisi in his rebus, quas tacita quisque sibi cogitatione libentius describat, minutae diligentiae me pigeret.

Interim ne in collegiis quidem desidiae locus fuit. Publica studiorum experientia, Matrii praezeros, modum crediderim excessisse, nisi manifestus exterorum favor eorum frequentiam sustinuisse. Intra singulos menses non semel equites senatores antistites, qui in urbe forent, praeterea nobilissimi doctissimique viri invitabantur, qui disputationibus interessent; et aderant frequentes. Quae Barcinone magno apparatu disputatio instituta est, ad eam amplificandam praeter Archiepiscopum seni Pontifices convenere. Laboriosus praeceptoribus hic disciplinarum splendor; at non caruit ea mercede, cuius causa potissimum tolerabilis est, pietate discipulorum; quae tanta fuit, ut praeter eos, qui rectam in saeculo vitae rationem instituerunt, ex duobus modo collegis Matritensi et Complutensi ad ducentos perfectam variis in religionibus amplexi sint: ut non absurde quidam religiosi per jocum dicenter, scholas Societatis suorum ordinum velut seminarium esse. Nec contemnendi ex apostolicis ceterorum laboribus colligebantur fructus. Toleti in domo professa tres sodalitates nostri moderabantur. Harum una carceribus addicta centum vinctos de suo alebat; eosque hoc beneficio conciliatos saepe visens, ad peccandi desuetudinem et ad pietatem sensim pertrahebat. Alteri egentes, qui mendicato vivunt, curae erant; praezeros aegroti, aut quos domi in sordibus in squalore in malesuada egestate delitescentes premit miserabilior emendicandi verecundia. Hos indice caritate vestigatos colloquiis et opibus recreabant. Tertia juniorum erat: qui ut festos dies secreti ab occasionibus labendi ducerent, coibant vesperi apud nos; ibique partim adhortationibus audiendis aliquis peragendis piis exercitationibus, partim colloquendo inter se se horas diei moribus capitaliores non injucunde consumebant. Per id vero temporis, quo soluta freno velut jure suo bacchatur licentia, multa ubique locorum moliebantur, ut mentes averterent ad meliora, successu quidem nuspianam poenitendo, at Ileridae praezeros longe pulcherrimo: quippe ubi hanc tulere laudem a senioribus civitatis, jam tantumdem per bacchanalium dies ardere studia ciuium ad opera religionis, quantum se pueris ad flagitia.

^{221.}
Res utiliter gestae in sacris expeditionibus.

^{222.}
Collectus ex domesticis ministeriis fructus expontur.

^{223.}
Nefarios Judaeos capite damnatus, hortantibus nostris, ad fidem et poenitentiam adducuntur.

Saepe etiam, ubi facto opus esset, in capite damnatos conferabant operam. Quin imo mandatum hoc anno a sacro fidei senatu est, cum forte sententia capitis in septem Judaeos diceretur atrocissimae impietatis manifestos, ut iis ad fidem pertrahendis uni Societatis homines adhiberentur. Neque tamen id factum: nam is, ad quem ea cura pertinuit, alius etiam sive per oblivionem mandati seu alia de causa accitis, partes ita distribuit, ut nostris unus tantummodo committeretur. Pugnavere cuncti cum illa perditorum duritie diem noctemque summa ope. Postridie producendi ordine in curiam erant, ut sententias in praesentes publice coram rege et aulica nobilitate recitaretur, ituros paullo post ad supplicium. Ibi cum ceteri nullum fere mutatae mentis indicium ostenderent; ubi prodiit in conspectum is, cui nostri aderant cohortatores, rex ad proximos versus (quod postea narratum est) Sponsionem, inquit, ego fecerim, ni hic quem deducunt Jesuitae, melius sit animo comparatus ad fidem. Arrexit fiducia regis eorum, qui circa sedebant, animos ad eventi curam; judiciumque conflavit de Societas nomine periculoso apud homines, qui haud satis perpendebant conversionem peccatoris non humanae industriae opus, sed miserentis Dei, esse; et in ejusmodi ministeriis suo quemque labore, non successu probari. Ope tamen benigni numinis factum est, ut nostrorum opinio, quam importuna laus malevolorum fortasse ludibrii aperuerat, integra consideret. Nam simul atque infelix ille produktus est, eam fecit verae conversionis et salutis spem, ut rex sponsione se vicisse, approbantibus ceteris, velut gratulabundus affirmaret. Erat porro, quem nostri sequebantur, scelestissimus ille Judaeus, cuius in domo Matriti illa atrocissimi sceleris impietas patrata fuerat, cui impiecati expianda curia et civitas Matritensis per integrum anni spatium in omnibus prope templis operata est; ut dubium fecerit utri major admiratio deberetur, perfidia Judaeorum an catholicorum religioni. Conveniebat in ejus domum improbissima Hebraeorum manus ad nefarios coetus; in quibus avorum immane scelus et vindicem Numinis iram sceleris imitatione in capita sua derivabant. Nam ligneam Divini Salvatoris statuam in medio positam afficiebant iisdem ex ordine injuriis, quas a majoribus in Christum ipsum cumulatas norant. Nec abfuere a tanto sacrilegio miracula. Quodam die dum effigiem verberibus certatum atterebant, coepit repente ad ictus fluere crux; tum vox querentis audita: Quid me ita caeditis Deum et Salvatorem vestrum? Quid de vobis male meritus sum? Diffugere nonnulli portentum potius quam scelus horrescentes: at alii, quorum magis corroborata erat audacia, manantem adhuc sanguine divam effigiem, conformantemque proprie ad locutionem os, conjectam in ignem cremaverunt. Non fuit id quidem impune diu: nam modo nescio quo, veruntamen miro, uti monumenta testantur, deprehensi in scelere captique, quum ipsimet de crimine confessi essent, sacrilegi incendi poenas in flammis dederunt. Nostri rem omnem, quemadmodum gesta fuerat, ex eo, cui aderant hortatores ad poenitentiam, audientibus etiam aliis nobilibus viris cognoverunt.

^{224.}
Subita mortis exemplum me mirabile.

Verum ipsa urbs, quoniam de Matrito sermo est, alterius quoque eventi admetit, quod sicut spectatoribus multis saluti fuit, ita nonnullam legentibus utilitatem afferre poterit. Erat nostris tota Hispania in more positum, id quod adhuc aliis in locis obtinet, ut in trivis, in plateis, ad portus, denique ubicunque desidiosi tempus tererent, idoneis conciunculis jacularentur aliquid in medium, quod incuriosos ipsa brevitate allectos pondere sententiarum a peccando deterret. Quod dum Matriti fit quadam die medio in foro, concionator coepit insolita quadam animi vocis contentione magnam contrahere hominum multitudinem, maximeque intentam facere ardore dicendi. Attentione auditorum usus injectit de morte sermonem: nihil tutum mortalibus ob interitu; mortem occurrere obviam, instare a tergo, imminere desper, latera premere, musquam partitram, ut cuiusque hora venerit. Multa alia congerere in hanc sententiam: tum deplorare detestarique peccatorum insaniam, qui flagitiis onusti ante conspectum judicis, ante ipsum prope tribunal, in singulas horas damnandi agant audacter, negligant, contemnant: atque haec, quae vulgatissima sunt, eo vultu, voce,

commotione dicere, ut velut ad horrendum inauditumque nuntium suspensos trepidosque auditores detineret. Hoc animorum habitu, dum concio late silens in unum spectat, tumultus repente in medio exortus oculos novo pavore avertit a concionatore ad causam trepidationis: alisque alios quidnam esset interrogantibus, murmur peryagatur, auditorum unum repentina fato exanimatum concidisse: mox inseguuntur aliae voces sacerdotem inclamantium, quod nondum expirasset. Accurrit sacerdos, absolvit: porro moribundus vix, donec absolveretur, superstes fuit. Reliqua multitudo, ubi ex trepidatione et stupore receperunt animos, quea paulo ante audierant, obversante adhuc oculis cadavere, recogitantes, caelestem nuntium visi sunt videre, a quo ad poenitentiam vocarentur; adeoque sunt perculti, ut complures, nihil differendum rati, inde ad sacerdotes protinus convolariint.

Equidem haec intelligo Dei miracula magis, quam nostrorum opera dici oportere: verumtamen ut Deus eorum operibus sic adspiraret, nitebantur ipsi magno domesticae perfectionis studio consequi. Juvat nonnulla decerpere exempli causa. Et ut initium inde sit, ubi virtutum semina jacintur, in Villagarsiensi tirocinio dum corpus quotidiana verberatione aliquis cruciatibus ad patientiam assuefiebant, ne laborum molestia animos postmodum labefactaret; interim subigeniae voluntati maxime intenti, in omnes obtemperandi occasiones ita propendebant, ut non obedientia modo, sed etiam obedientiae specie facile attraherentur, deceptione non pudenda, quippe quae habitum animi demonstrabat. Itaque cum Francisco Suarez, cui insigne nomen stimulos ad virtutem subdere videbatur, inter colloquendum dixisset forte aliquis, nihil minus quam obedientiam exigens, ut inde facessens diverberaret sese, abiit protinus adolescens imperata expendere insuetus; nec ante fecit excruciani sui finem, quam sibi eadem voce, quae dextram armaverat, flagra de manibus eriperentur. Erant etiam qui expectacioni haud satis responderent: sed iis utpote religioni olim nocuturis patentior erat exitus, quam fuerat ante ingressus. Itaque delectus grec facile omnibus experimentis erat par. Hispali vectare humeris onera per frequentiores vias; ibidem jumenta agere fimo onusta; alibi perseverantiam quantovis pretio emere. Ambrosius a Salapantica et Villagarsiensi tirocinio a parentibus repetitus, *et* jussu pontifici Legati domum abductus, primo adventu spem suis omnem praecedit, ad verbera se, ad contumelias, ad vulnera paratissimum offerens, tanta oris et orationis constantia, ut ii periculum facere non sint ausi. Parem animi firmitatem attulit e Tarraconensi tirocinio aliis ad graviorem pugnam. Hujus pater in tantum processerat amentiae, ut, cognito filii ingressu in Societatem, caput cuide et nostris sacerdotibus tentaverit lapide impacto frangere, tametsi irrito conatu; nam lapis manifesto Dei beneficio repente comminatus cecidit. Nec ad sese tamen redierat vesanus homo: quin etiam sicarium submisserat, qui tirocini rectorem, per speciem deducendi eum propere ad moribundum, domo eductum in via obruncaret. Et imperata jam faciebat homicida, sed dum sinistra manu euntem juxta sacerdotem improviso capit, et dextra educit vestibus siccam, alium eum esse conspicatus (nam alium rector sibi substituerat peropportune occupatus domi) facinus mercede cariturum non perfecit. Illo igitur postea filium repente, tiro quod tam immania belluae non videbatur committi tuto posse, Caesaraugustam missus est, et Ferdinandino Borgiae proregi traditus: qui accitum parentem jussit tamdiu, audiente se, contra filium dicere, quamdiu suppetherent quae vel argueret vel exprobraret. Homo amens praesentia proregis coactus novam induere personam, et sin minus patrem, at saltem hominem agere, eo brevi compulsus est, ut victimum se a filio fateretur. Tum Borgia, actione hac domestica in tabulas relata, monitoque graviter parente ut consuleret sibi, neu praeceps rueret, laetum nova victoria adolescentem ad tirocinium protinus remisit.

Ubi autem e domibus probationis in collegia ventum erat, forma perfectio-
nis nostrae praelucebat in majoribus natu: utque exempla sumam ex iis modo,
quos hoc anno Hispania desideravit, pater Ildephonsus Josinus, qui in collegio
Placentino diem obiit, religiosam paupertatem sic coluit, ut nihil umquam in

^{225.}
*Tironum servor
et spectata con-
stantia.*

^{226.}
*Calliguntur ali-
quot exempla re-
ligiosarum perfe-
ctionis ex iis, qui
hoc anno obie-
runt.*

cubiculo pateretur, quo deterius aliquid esset domi; eaque fuit humilitate, ut latine, graece et hebraice doctus, auctus solemnis votorum professione, et theologicae facultati par, consumperit tamen in explicanda pueris grammatica triginta totos annos admirabili animi et vultus serenitate. Sed prodit sese miris modis virtus, in lucemque emicat e latebris, in quas premit illam humilitas. Quisquis conscientiae suae optime consultum vellet, neminem libertius, quam patrem Ildephonsum adibat; nullius consilii fides erat major. Ejus cadaver honoris causa quatuor canonici humeris extulerunt, comitante funus Episcopo cum tota prope Hispalensi civitate. In eadem urbe legum nostrarum observantia insignis fuit pater Emmanuel Gusmanus, vir genere et doctrina clarus; qui cum optime parere didicisset, optime deinde omnibus fere collegis praefuit. Hic dum Hispali quādā die, alia omnia cogitans, ambulabat prope paternam domum, audiit patrem paullo ante decesisse. Tanto repente luctu oppressus substitutus paullisper dubius, num domum protinus ingrediens sororibus solatio esset; et id poscere tempus, et non invita acclinare sese tempori instituta majorum videbantur. Vicit tamen apud hominum domesticae disciplinae studiosissimum amor legum nostrarum: regressusque propere in collegium, inde, impetrata venia, statim ad suos rediit, eo meliorem consolationem allatus, quo conjunctio ipse Deo per obedientiam e caelo illam ad propinquos derivaret. In collegio Malacitano obiit pater Augustinus Bernardus: cuius ut cetera facile praeterea, dictum tamen memorabile intercidere nolim. Hic quum interdum propter domum ambularet, in qua feminae habitabant arcta illi cognitione junctae, earum aspectum et salutationes demissis semper oculis evitabat. Objecerunt aliquando illae patri ineptam hanc, ut existimabant, agrestemque sanctimoniam: quibus vir magno natu, et vota solemnia jam professus, respondit, salutationes, quae fierent in via, omnibus esse perspicuas; at non item salutantium cognationes: non oportere hominem de Societate quidquam committere, quod vel per ignorationem aliquibus esse officiatione posset. Inter rei temporalis adjutores, qui hoc anno ad superos evolarunt, Michael Bonfilius, quum ad inclytam sanctitatem adjungeret doctrinæ satis, ex infimo gradu ad sacerdotium olim invitatus a Provinciali, longe memorabilius exemplum, honore humiliter detrectato, reliquit; multoque profuit magis provincie universae socius magistri novitiorum Tarracone, quam uni collegio profuturus fuisset mediocris Sacerdos. In Gregorio autem de Aguilar intellectum est, posse homines ejus ordinis, si modo curae sit, ad laudem aspirare fide propemodum majorem; etenim illum, qui sex et viginti annos egisset in Societate, vita functum nemo erat qui meminisset legem silentii ne semel quidem violare.

^{227.}
Obitus et elogiū patris Jacobi Granadi.

Haec, tametsi levia videbuntur, memorare in specimen placuit; ne, si externa tantum et splendida persequamus, obscuremus eam partem virtutum, in quam industriae plurimum contulerunt majores nostri, et qua potissimum ad religiosam perfectionem contendebant; et discrepare videamur ab illorum sensu, qui haec, velut præcipua collegiorum decora, diligenter conscripsere, et ad nostram memoriam permanare voluerunt; quum tamen magni nominis viri, qui hoc anno desiderati sunt, etiam his omissionis, uberem scribendi segetem suppeditarent. Obiit enim mense januario pater Jacobus Granadus, qui Philosophiam et Theologiam triginta annos magna ingenii laude publice professor erat, et commentarios in Summam S. Thomae typis ediderat; ad quos libros delegamus qui homini doctrinam exploratam velit. Profecto magnus theologus ea aetate habitus fuit; tamen hanc gloriam ille non magni fecit, sed aliam magis stabilem et tutam sibi parere studuit. Erga vocationem sic animo affectus erat, ut anniversariam ingressus sui memoriam, itemque votorum, nec non solemnis professionis, renovaret quotannis per dies octo, addita ad consuetam orationem semihora, quam gratiis Deo per solvendis coram augusto Sacramento insumebat. Ipso auctore solemnia Corporis Christi ad octavam diem magna pompa continuari coepit in Ecclesia Hispalensi: et Granatae auctus est erga immaculatum Deiparae conceptum cultus; qua de re opusculum vulgavit. Nostris quoque in Boetica provincia primus impetravit, ut

quinta feria et sabbato per annum liceret horarum pensum in honorem Sanctissimi Sacramenti, et immaculatae Conceptionis votivq; ritu persolvere. Colebat enim haec duo mysteria fervore, singulari, numquam sacrificare solitus, quin sesquihora Hospiti Deo animam orando adornasset; et in recitando rosario ita defixus mente in Virginem, ut ne intrantes quidem in cubiculum interdum senserit, ostendente interim ardorem animi vultu, qui praeter humanum morem coruscare videbatur. Erat tamen huic homini vultus natura et commentandi consuetudine severus contractusque: quod vitium quia corrigerre non poterat, haud mediocriter angebatur, ineptum se ad alliciendos peccatores dictans. Sed gemino illum beneficio solatus est Deus; nam insignes sceleribus homines caelesti instinctu ad eum perduxit sibi reconciliandos; et, quod majus est, intimo responso spem ei certam fecit, neminem, pro quo supplices cum lacrimis preces funderet, aeternis suppliciis condemnatum iri. Hinc magna illius zelo exercitatio vel intra cubiculum proposita est. Ad nuntium mortis exclamavit: *Laetatus sum in his, quae dicta sunt mihi: nec mirum, qui diceretur aeternae salutis promissionem jam ante a Deo obtinuisse. Gadibus ortus Granatae obiit sexagenarius.*

Hujus desiderium provinciae paullo post renovavit obitus patris Jacobi seu Didaci Ruizii de Montoya, qui idibus martii Hispali, ubi ante annos septuaginta nobili genere prodierat in lucem, rebus gestis nobilior ad superos abiit. Anno aetatis decimoquarto tirocinium ingressus, quem totum animum ad humilitatem statim appulisset, insidiis versuti hostis ab hac parte petitus, vitae discrimen adiit ex immodico metu, ne velut ineptus Societate expelleretur. Ope Deiparae morbo simul et anxitate solitus, post concepta vota usus est Theologiae doctore patre Gaspare a Castro: quo tempore ita doctrinam cum virtute conjunxit, ut, quum delectas ex S. Thomas theses publice propugnaret, eum non tam Aquinatis doctrinam quam ipsum Aquinatem ingenio simul et modestia exhibere spectatores dictitarent. Qua vero arte id assequutus sit, haec, quae decero, illius verba sibi ad normam praestituta satis demonstrabunt. « Dedece et ignominiam, » inquit, enixe a Deo precabor, et una robur, ut grato eam possim animo ferre: « et id apud me certum deponendum est, ut non ore tenus sed ex corde dedecus id efflagitem, a Deo voti compos faciendus. Et quando caecus rapior ad « honorem aliquem appetendum vel dedecus fugiendum, obseratis oculis toto « nixu in adversum pugnandum; idque unum in memoriam revocabo, quod « mihi quondam, quando scilicet mente non laborabam, dedecus non dispicebat. Cor Crucis signo muniam (hoc enim armatura nostra futurum semper) « et hacc de corde intimo verba educam: Deus in adiutorium meum intende. » Ita ille, ad humilitatem Angelici Doctoris in studiis aemulandam. Doctrinam vero, tametsi ingenium exercebat acerrime, ita desperat expectabat, ut saepe genibus flexis, velut caelestem magistrum auditurus, in studium incumberet. Philosophiam triennio, theologiam viginti annis professus est Cordubae et Hispali; deinde ad perficienda, quae post edidit, opera penitus se abdidit: quo tempore in tantam sapientiae opinionem venit, ut velut oraculum tota Hispania haberetur. Itaque Archiepiscopi, Episcopi et fidei quaeſitores, eo inconsulto, rem magni momenti nullam confisiebant. Judges et causidici omnis generis, quidquid incidisset paulo implicatus, cum eo consultabant: nam praeter dogmata et mores, quibus in rebus erat longe exercitatissimus, regni etiam et urbium jura, privilegia et consuetudines ita habebat in promptu, ut nihil improvismus videretur ad eum posse affterri. Gravissimae quæſitionis causa una cum Theologis aliorum ordinum adhuc quadam die in consilium Hispali, quum forte postremus venisset, ad ejus adventum assurrexere omnes; et magno consensu virum doctissimum, eximium, ea aetate sine comparatione principem acclamantes, posthabito antiquitatis ordine, eum primo loco sedere et primum sententiam dicere jusserunt: quae vix crediderim cuiquam posse contingere nisi modo ei, qui et doctrina aemulationem ingeniorum superarit, et modestia omnium animos in sui amorem verterit. Ingenio tamen numquam abusus doctrinam voluit esse frugiferam, et ad populi; in quo versabatur, utilitates aptam. Itaque in

²²⁸
Patris Didaci
Ruizii obitus et
res gestae.

gravissimo docendi munere id semper spectavit, ut sacerdotes doctos, sanctos et apostolicis ministeriis utilles hispanae Ecclesiae compararet. Res divinas ita tractabat, ut auditores, quae intelligentia perspiciebant, voluntate etiam complecentur. Eos ipse commentationibus beati Patris excolebat; tum auctor erat ut assuescerent pueros fidei rudimentis impertire; et ipse ad paroecias saepe commebat, ut quibus e cathedra subtiliorem theologiam tradidisset, iisdem in eruditione indoctorum exemplo praeforret faciem subderetque stimulos. Praeterea opinione et auctoritate, qua erat apud omnes maxima, ad lucrum animarum usus, conventum diebus dominicis instituit, ad quem, ut cuique commodum erat, parochi, sacerdotes, minoresque clerici coirent. Ibi in magna sacerdotum corona quaestiones de moribus eas, quarum plurimus est usus, explicabat, multa interim de salute animarum, multa de sacerdotiis officiis interserens; et gravissimis cohortationibus illos ad perfectionis studium inflammabat: quae omnia ex tali viro audiebantur studiose, et alte animo insidentia inde ad multorum salutem permanebant. Sed vir indefessus occasiones cunctas circumspiciebat. Vehebantur ex Guinea et Angola in Hispaniam, inde alio asportandi, Aethiopes Maurique magno numero; quorum de baptismi ante collato nonnulla viris doctis dubitatio inciderat, nec certi quidquam exprimi ex iis facile poterat, quod stupiditate tanta laborarent, ut hominum simulacra magis quam homines viderentur. Horum negligi salutem non est passus pater Didacus: sed eorum eruditione in se recepta, e cathedra theologiae ad eos se conferre, et qui multis editis operibus multaque edendorum expectatione auctor gravissimus habebatur, rudem catechismum, qualem res postulabat, typis committere non dubitavit. Cumque de baptismo diligenter cognovisset, egit cum Antistite evicitque, ne ablutioni, quam saltē dubiam esse doce demonstravit, aeterna illorum salus credita relinquerebatur. Exemplo, voce, litteris est consecutus, ut amplius centum millia salutaribus aquis tingerentur. Verum nihil mortalibus periculosius, quam sine magna virtute magna auctoritas. Philippus III. extraordinarium tributum in Castellanum regnum cogitans, ex quo ingentes orituras offensiones providebat, jussit Ducem Lermensem regni administrum litteras ad patrem Didacum humanissimis verbis scriptas mittere, eum de regis consilio edocere, hortarique ut, qua valebat apud Hispalenses auctoritate, rogatus sententiam tributi aequitatem tueretur; id si faceret, spes non leves ostendere, et polliceri regem a Pontifice impetraturum, ut Ruizii opus de auxiliis, quod multorum annorum labore jam perfectum, obstante Pauli V. decreto, imprimi non poterat, per derogationem legis exire in lucem posset. Pater nec dulcedine gratiae captus, nec promissis obcaecatus, omnium primum accuratissime novum onus, ejusque causas expendit: deinde re cognitae respondit tributum sibi aequum non videri; numquam se, quod integra veritate non posset, affirmatur. Pari constantia legum nostrarum integratatem tuebatur; et eos, qui verbo factive religiosae vitae taedium praeseferrent, duobus scriptis perculit, sanctum Hieronymum redolentibus: quorum altero luctuosum illorum statum graviter deploravit; in alterum conjectit causas, quibus vel professos excindere oporteret. Licuit enim illi, si quos degeneres animadverteret, cum Propheta exclamare: *Vidi praevaricantes et tabescetam, quia eloquia tua non custodierunt.* Quin etiam, ubi facto esset opus, superiores orabat, ne quem paterentur inter nos consistere, cuius exemplis pax et disciplina labefactari possent: neque enim ibi conniventiae locum esse, ubi Societas pericitur. Mascula quadam animi altitudine, sui semper potens, eminebat. Praeproprio judicio dejectus quondam' munere docendi, quod nimis in lectionibus diceretur, verbum pro se nullum fecit; nostrorum et aliorum querimonias ipse cohibuit. Revocatus paullo post ad magisterium ab eodem illo, qui dejecerat, tergiversationibus, quas exacerbatus recente injuria animus facile subiicit, preces a superiori confessionemque errati non expressit; sed eadem, qua descenderat, modestia in cathedram rediit. Studendi cupidus in tantum, ut multos annos pedem domo non extulerit, ubi tamen collegio Cordubensi praepositus fuit, extemplo studiis supersedit, quo subditis omnem adeundi copiam ficeret, et singulorum opera consilio et oratione

fortunaret. Dispicuit tamen nonnullis tam attentus ad omnia rector; quod cum a patre Francisco de Porres visitatore cognovisset, de nemine questus, tametsi certum erat quid quereretur, ad pedes illius dejectus: Haec, inquit, planum faciunt, me ad parendum magis quam ad imperandum natum esse: precibusque impetravit, ut, non expectato triennii fine, qui prope aderat, statim lingo moveretur. Nam qui ignominiam petere a Deo adolescens cooperat, oblatam senex recusandam non judicavit. Omnim praeferme virtutum memorabilia reliquit exempla; quae tamen singula perséquuntur non est hujus operis. Nobis in tam egregio viro ea testigisse satis est, quae velut praecipua lineamenta hominem distinguunt, nec saepe in ceteris laudanda inveniuntur.

Hispaniae Sardiniam conjungimus, Regi catholico hoc tempore subjectam, et cum Hispanis provinciis apud nos sub eadem assistentia copulatam. Paucis tamen hanc partem expedire in animo est, quod omnia, quorum superat memoria, usitata nobis et communia sunt. Omnium primi suam sibi laudem jure vindicant una cum novitiis Calaritanis ii patres, qui tertiam in eadem tirocinii domo probationem peragebant; quorum singularis modestia, et in publico praesertim valetudinario humilitas et caritas, adeo pulchram christianaæ perfectionis speciem oculis spectatorum objecere, ut complures melioris incobhandae vitae, nonnulli etiam petendae Societatis consilium eo impulsu ceperint. Eadem in urbe irritam nostrorum operam, ut Maumethanos quinque capite damnatos perducerent ad Christum, vertit repente in melius clementissima Dei Mater, et illorum in uno secundavit. Rem ita narrant. Cum se cuncti somno dedissent, unum ex his Deipara semel et iterum voce vocatum jussit christianaæ religioni nomen dare: sed respondenti perinde ac somni ludibrium caeleste monitum obtulit semet illa claro in lumine spectandam, Dei se Matrem et Carmeli dominam dicens, quidque faciendum ei esset declarans. Ille, ut dignum erat, visu commotus et obtemperare certus patrem, quem paullo ante rejecerat, vocari jussit; et gaudio gestiens velle se quamprimum christianis ritibus initiari professus est. Ne vero prodigium spe vitandae mortis ementiri putaretur, addidit spem vitae omnem, si qua erat, sibi jam a Deipara ablatam, ipsumque necis genus denuntiatum: suspendio sibi moriendum esse. Quis porro ad deprecandam necem prodigium ementiatum hujusmodi, quod manifeste falsum sit, si mortem effugiat? Eruditus igitur pro tempore et salutari lavacro ablatus, ad supplicium ductus est, inter Jesu et Mariae nomina laetitia exultans, quod tam breve sibi ad caelum iter panderetur. A perquirentibus deinde aliquam, ut fit, tam eximiæ beneficii causam inventum traditur, illum antehac in Virginis Carmelitanae cultum consuevisse nummulos dare: quod qualecumque obsequium cultoribus Deiparae prodigium maxime credibile faciet. Praesentem hanc magnæ Virginis benignitatem etiam in alia re ex Ecclesiensi collegio unus sensit. Hic cum incolas pagi, qui ab oppido non longe aberat, excolendos recepisset, in id statim ab initio potissimum incubuit, ut senescerent Deiparae cultum restiteret et inter quamplurimos disseminaret, cetera minus difficultia fore ratus, ubi hoc semen radices ageret. Itaque sodalitatem constituit a rosario nuncupatam, effectique ut omnes ad percurrentem illarum precum orbem assuenserent. Mirum quam celeriter laetam caelestis ille ros segetem fecerit. Numerus confitentium brevi in tantum crevit, ut ne concessionandi quidem aut reficiendi corporis tempus sacerdoti relinquoretur. Sed in evel lendis discordiarum stirpibus maxime eluxit supernum auxilium: tantum enim dicendo et se interponendo pater valuit apud omnes, tantum ex privatis collocationibus fiduciae nactus est, ut gratus visu spectaculum in publicum proferre non dubitaret. Eo persuadente omnes, qui palam inimicitias gesserant, dum sacra solemnia in templo peragebantur, progressi in medium, reconciliatam inter se amicitiam publicis complexibus affirmaverunt.

Hoc in genere proximos juvandi nihilo minores successus habuerunt Alguensis collegii patres. Nam virum nobilem, qui in occasionem ulciscendæ injuriaæ jam annos quatuor spectabat, nullis ante precibus, nullis officiis flexibilem, tandem nostri hoc anno blandis alloquiis expugnatum perpulerunt, non modo ut

^{229.}
RES SARDINIAE.
Calaris maumethanus ope Deiparae ad fidem adducitur.

^{230.}
Paganus salubriter excollitur.

^{231.}
In Alguensis oppido veteris similitudinis tollitur.

mentem mutaret, verum etiam ut eum, a quo fuerat alapa violatus, in signum datae veniae restitutaeque caritatis publice reciperet inter ulnas, lacrimantibus prece gaudio, vixque sibi miraculum credentibus qui videbant. Verum majoris etiam momenti exoriente discordiarum ignem Deo aspirante oppresserunt. Alterius quidam, quem dux Hispanus fusté mulcaverat, praecira et verecundia suscepti dedecoris impotens animi, primum furore implevit suo cognatos et amicos omnes; deinde per hos magnam civium partem, velut eadem ignominia contactam, ad arma, ad caudem, ad ultionem convocavit. Dux de repentina tumultu certior factus suos raptim contractos armatosque contra inconditam multitudinem instruxit. Prius tamen quam ad arma res veniret, unus e nostris a metuentibus tam stulti incepti exitum propere accitus, quum in medium procurisset et ipso conspectu paullulum sustinuisse iras expectantium quid afferret; silentio inde facto, cum armata multitudine populariter agens, sic primum blandiendo feroce animos lenivit, sic deinde lenitos amplificando periculum perterriti, sic demum resumpta apostolici viri auctoritate fregit increpando, ut nec in clamare contra, nec ultra progredi auderet quisquam; sed, disjecta ibidem turba, suam quisque domum pacati se recuperent; eo magis laeta civitate, quo ad sanguinem et luctum proprius itum erat. Itaque non saluti animarum solum, sed publicae etiam tranquillitati, Deo juvante, praesidii aliquid in nostris hominibus hoc anno fuit. Sed jam operosorem extra Europam messem, et multiplices nostrorum reique catholicae vicissitudines persequamur.

^{232.}
Ibidem tumultus civium sedatur.

Res Aethiopica quo esset loco anno superiore demonstratum est. Imperator Seltan Seguedus a Lastensibus, qui rebellaverant, accepta clade, metuens inde gliscentem schismatistarum audaciam, vehementer egerat cum Patriarcha Mendez, ut usus priscorum rituum iis permitteretur: nam eo blandimento delinitos specrabat vir minime malus tandem quieturos. Nec abnuerat instanti patriarcha, quad salva fidei Catholicae integritate licuit. Verum quum circumventus fraude perfidorum imperator plura, quam convenerat, permisisset, ejus rei graviter admonitus a patriarcha tandem intellexerat, perfidiosos et rebelles non concedendo quidquid peterent, sed armis et constantia ad officium redigendos esse: ideoque Lastense bellum, quo haereticorum animi erigebantur, denuo aggredi majore vi decreverat. Hic prius, quam res hoc anno gestas attingamus, licet pauca de militia Abissinorum tradere, gentis haud multum cognitae. Abissini aetatem prope omnem agunt in armis, propterea quod fintimos habent Galas, Agaos, Turcas, aliasque, a quibus perpetuis bellis exercentur: et inter ipsos quoque rara est pax, montium, quibus regio abundat, fiducia saepe desciscentes, et jura imperatoris aequae ac arma eo munimente contemnentes. Ipse imperator ferme in castris agitat: utque ad omnem domesticum tumultum aut externam incursionem paratas habeat copias, praefecturas regni et praedia inter duces militesque ea lege distribuit, ut iis tamdiu potiantur, donec militant; ubi ab armis recesserint, possessione statim excidant. Haec quia stipendi loco numerantur, imperator saepe quadraginta armatorum millia publico sumptu nullo in aciem educit: singuli de suo militiam tolerant. Equitum in exercitu fere quinque millia; quorum octingenti lorica et galea, ceteri clypeo et hasta utuntur. Hastae autem duplex apud illos forma et usus: altera brevior, qua jaculi ritu hostem procul petentes initium pugnae faciunt; longior altera, latoque praefixa ferro, qua in adversarios minus inferuntur. Pedites ferme balatis et pugionibus rem gerunt: balatas autem vocant et praeduro ligno parvas sudes, aut etiam e rhinocerontis cornu. His modo procul velut missilibus vulnerare hostes conantur, modo e propinquo consertis manibus inter se male mulcant: pulchrumque iis atque decorum est valido aptoque ictu caput hosti comminuisse. Usus autem pyrobalistae non ignotus quidem omnino apud illos, rarus tamen est; quippe quibus pulveris nitrat et plumbeae glandis copia non suppetat. Itaque in justo exercitu vix quingentos reperias pyrobalista instructos. Sed quo pauciores numero sunt, eo magis conspecti et formidati in pugnam eunt, tametsi adeo inscienter ac perridicule hoc armorum genere utantur, ut, ubi explodere parant, pyrobalistam neque capiti admoveant,

^{233.}
Principia de re militari Abissinorum delibantur.

neque oculo dirigant in adversos; sed illam furculis humi defixis imponunt, sicut tandem, majore prope suo quam hostium metu, temere explodunt, nullo fere detrimento, nisi tonitru improviso trepidationem ac tumultum in acie facerent. Verum Galae, genus hominum Abissinis maxime infestum et pedum perniciete nobile, jam docti experientia, ubi aliquem procul animadvertunt furcillas humi figentem, citatissimo illati cursu hominem aut in fugam vertunt, aut ante opprimunt, quam ad finem inchoati facinoris pervenerit. Hujus gentis qui circumspicit castra, civitatem potius in tabernaculis degentem, quam exercitum esse putet: nam lixarum et feminarum numerus triplo, quam militum, est major. Feminae frumentum molunt, panem et potionem apparant. Conficitur autem potius ex aqua et melle: quibus rebus hordei tosti nonnihil immiscent una cum frustulis cuiusdam ligni, quo mellis dulcedo temperatur, mediusque inter dulcem et acidum sapor potionis inspergitur. In hac confusa hominum et feminarum turba, celeritas tamen in ponendis castris et ordo, etiam apud rei militaris scientissimos, admirationi esse possit. Metator castrorum delectum regiis tentoriis locum, quae numero sena spatio et pulcritudine longe antecellunt, sublatis vexillis exercitui demonstrat. Extemplo ceteris omnibus, quo tendere loco debeant, exploratum est: nam regia tabernacula suam cuique stationem designant. In castris duo semper templorum ponuntur, quae ut ubique loci perlevi negotio exstrui possint, eorum omnis materia cum agmine comportatur. In itinere imperator equo invectus, et corona conspicuus medium agmen obtinet: tympana cum tubis antecedunt; pone quatuor equi magnifice instrati sequuntur, ac binae mulae. Ipse nusquam, praeterquam intra tentorium, in equum ascendit, aut ex eo desilit: quod si forte necessitas in itinere incidat, velis praepropere circa explicatis, similitudinem tabernaculi obtendunt; ne, dum exscendit, a circumstantibus cerni possit, quod turpe arbitrantur. Quacumque vero agmen transierit, non inter hostes magis quam inter pacatos, vastitatem late relinquit: miles enim, quia per impedita montibus loca commicatus aegre subvehuntur, alitur plerumque rapto; et ideo agros, oppida, quidquid obvium cunibus est, non invitis ducibus foede diripiunt. Hac rei frumentariae difficultate fit, ut rustici et montani, qui parvo contenti in rapaci militia non aegre vivunt, ad rebellandum facile sollicitentur; et ubi arma ceperint, natura locorum et patientia famis freti diuturnum bellum haud difficile sustinent, et de summa rerum cum imperatore dimicant. Hujus erant generis Lastenses illi, quos imperator recente victoria elatos bello persequi hoc anno constituerat: quia, ut diximus, si tandem eos debellasset, spe schismatis abrupta, rem catholicam in tuto fore confidebat.

Igitur vere hujus anni cum omnibus, quae supererant, copiis ad hostem progressus, ubi per exploratores cognovit Lastenses per juga montium petere Dancazium, quod oppidum si occupassent, vix ullam spem sibi reliquam fore intelligebat; magnis itineribus illos antevertit, medioque inter eos et Dancazium spatium castra communivit. Quo cum appropinquare hostis nullam dimicandi moram facturus nuntiaretur, imperator patrem Didacum de Mathos jussit, convocata concione, verba facere ad milites, ut non tam pro imperio, quam pro religione catholica rem fore cum rebelliis certo scirent. Ipse deinde, et primorum quidquid in exercitu erat, culpis christiano ritu expiatias, palam jurejurando confirmaverunt, si victores eo die dicebissent, se fidem catholicam et defensuros fortiter in posterum, et toto Aehtiopiæ regno pro virili propagaturos. Septimo Idus Junias Lastenses aderant, instructi ad pugnam ordinibus: etenim praeter multitudinem, qua praestare se non ignorabant, magnos iis spiritus injecrat non spes modo, sed promissio prodigionis a Melcha-Christo imperatoris familiarissimo facta: cuius proditoris jussu e senatoribus unus ad rebelles transiugens omnia catholicis infida in exercitu regio esse, et plerosque, ubi signa canerent, ad eos transituros nuntiaverat. Atque id futurum fortasse erat, nisi Sultan Seguedus suorum haudquaquam ignarus spes proditorum consilio occupavisset. Equites Galas bis mille, qui forte sub eo merebant, una cum catholicis omnibus, id quod haud dubie fidissimum habebat, adversariis in prima acie opposuit: ceteros omnes, a

235.
Imperator per duelles fundit.

quibus seu metus seu perfidia periculum ostendebat, modico interjecto spatio in subsidiis collocavit, specie ut pugnam restituarent, si prima inclinaret acies; re ipsa ut ab hostibus submoti potestatem transfugiendi non haberent; levissimos homines fortunam secuturos ratus si, quod sperabat, Galarum et catholicorum impressionem Lastenses non sustinerent. Audax sane consilium; quo, nisi hostes primo impetu funderentur, inter anticipitem metum nullus receptui locus relinquebatur. Verum felix audacia fuit, quam in necessario periculo divini auxili spes afflavit. Dedit incurrendi signum, dedit initium ipse imperator. Eodem temporis momento equites universi magna voce, quod praemoniti a nostris fuerant, Jesum conclamantes, incitatis equis in adversos procurserunt. Tam feroci aspectu, tanta praeter opinionem alacritate catholicorum Lastenses, qui non ad pugnandum sed ad per fugas recipiendos in aciem processissent, velut de caelo repente percussi, ne expectato quidem impetu, in fugam se dederunt. At fugientibus multo acris instare equites, etiam ad id peropportune in fronte collocati. Itaque nullo negotio in ea effuse se proripientium trepidatione caesi quamplurimi; multos metus egit e rupibus praeccipites; reliquis impeditus equiti locus saluti fuit. Capta eodem impetu Lastensium castra vicorem nulla praeda ditaverunt.

^{236.}
*Imperatorem
in acie vicorem
schismatis dolis
aggrediuntur.*

Postero dic e principibus nonnulli, qui clanculum schismaticis studebant, Selian Seguedum in locum, ubi pridie pugnatum erat, per causam contemplandae victoriae simulata laetitia deduxerunt. Ibi quum strata trucidatorum corpora partim confossa vulneribus, partim equorum pedibus prostrita, et omnia circum foede cruenta animum imperatoris miserando visu commovissent, perfidi idoneam natu occasionem primo velut ex atrocitate rei stuporem horroremque simulare; deinde ex silentio in exclamaciones prorumpere: heu luctuosam, heu omnibus pariter detestandam victoriam! Mox, ubi haec non aegre audiri senserunt, liberioris conqueri: Impie, ajebant, exsultamus, falsoque nobis tamquam de victoria gratulamur. Neque enim hos, quoscunque hic jaceret, imperator, conspicis, tametsi jure trucidatos dicimus, non tuos tamen subditos confiteare. Imperio tuo decrevere quotquot hesterna clade absumpti sunt. Non finitimorum hostium sanguine cruenta victores circumferimus arma, sed eorum, quos eadem nobis telus genuit, iudicem parietes continuerunt: cives fratresque in fratum ac civium nece fortes et strenui hesterno die suimus. His velut hostii initia vim nosmet ipsos externis ritibus; atque hoc praeclaro facinore peregrinam religionem, recens hoc adiectam, sanximus, et in locum ejus, quam majores nobis tradidere, subrogavimus. Optabilius prope fuit, ut ea paulo serius ad nos perveniret, ne hoc tam deforme spectaculum oculos animosque funestaret. Tametsi injuria haec tum atrocia religioni catholicae tribuuntur: nos, nos, inquam, imperator, nostris eam sceleribus foedamus atque polluimus. Neque enim immitterenti conflanda invidia est: quin etiam, ne cui forte dubius sit animus noster, palam dicimus, profitemur, superos omnes obtestamur: placet nobis, immo vero per placet romana fides, pro qua tuenda nec heri dubitavimus telis adversariorum capita objectare, et quidquid his corporibus spiritus et sanguinis inest, projecturi libentissime sumus, si res poposcerit. Verum ipsi, dum pii esse volumus, eam imprudentes in odium adducimus; qui, cum neque vi cogi homines possint, ut quaecumque nobis probantur, aliis etiam grata sint, nec vitio rudibus ingenii verti debeat, si, quam pueri a parentibus religionem imberibunt animis, eam senes diligent, nec cum alia commutatam velint; vim religionibus atque conscientiis adhibemus, dum id armis in servitatem agimus, quod liberum esse debet. Quin potius indulgentia utimur? quin severitatem remittimus? Saniores dies afferet mentem. Interim quid attinet perpetuis bellis implicari, et vastitatem regno, dominibus luctum, propinquis necem, ipsi catholicae religioni odium tot cladibus moriri? Liceat, quam quisque maluerit, fidem amplecti; liceat, si quando pristinae religionis desiderium ceperit, ad eam impune redire: nec fraudi cuiquam sit, si patrias caeremonias, si veteres ritus vellere penitus ex animo et obliisci non possit. Hac lenitate multo magis, quam saevitia proficiemus. Ceterum ne illud quidem negligendum ducimus, hanc nisi viam tandem ingredieris, in dies prope

singulos de imperio tibi dimicandum esse. Utinam enim spes foret, hoc tam lugubre spectaculum, quod modo cernimus, hodie postremum nostris oculis obversari. Ast initium, nobis crede, hic videmus parricidiorum: longe enim graviora ab irritatis animis bella exspectare fas est. Illa autem dictu foeda omnia avertat Deus; ne post multas victorias semel vincamur a seditionis; ne contaminatum fraternalis caedibus imperium, nudatum defensoribus, exhaustum copiis omnibus finitimi hostes, velut positam in medio praedam, invadant; aut etiam, quod omnium esset acerbissimum, ne advecti improviso milites Lusitanj jam non fidem solum ex Europa, sed impotentes quoque dominos nostris cervicibus imponant.

Haec inter ipsa Lastensium cadavera eo minore acta suspicione, quo similius veri erat illa e miserando spectaculo sponte nasci, affectum imperatoris animum alte pervaserunt in tantum, ut callidissimi regii vultus observatores minime cessandum in tanta felicitate principiorum judicarent. Igitur ad tabernacula regressum, et ob visa auditaque variis cogitationibus aegrum, re inter se incredibili celeritate composita, admiranda malitia denuo oppugnare aggrediuntur. Equites Galas bis mille, quorum armis imperator dignitatem imperiumque contra rebelles maxime tuebatur, homines nulli religioni deditos, sed imperatori tamen ad eum usque diem utiles in bello et fidos, ingentibus promissis subornant, ut iis non molestam, sibi percommadam agant fabulam. Rem totam, quemadmodum gerenda erat, eos diligenter edocuit Emana-Christus. Galae spe donorum capti Seltan Seguedum frequentes adeunt, et primo victoriā officiose gratulantur: deinde quassatos clypeos, fracta hastilia, saucios artus pro se quisque ostentantes commeatum impense flagitant. Negant, quoniam novas undique defectiones, novos hostes, nova bella instare certo constet, tam duram militiam, tot periculis laboribusque continentē obnoxiam, se diutius ferre posse. Satis jam diu se suis domibus carere: cepisse animos jampridem otii suorumque desiderium; multoque id vehementius ex quo perspectum habeant non contra hostes pro imperio, sed contra domesticos pro externis hominibus rem geri; qui homines nihil aliud quam novam quamdam religionem, a se aequa ac Alexandrinam penitus ignoratam, aeternumque ignorandam, attulisse in Aethiopiam diquerentur. Si imperatori certamina de religionibus grata essent, ea ipse in conventu procurum sine armis misceret finireque arbitratu suo, quando commode poterat; arma militesque ad majora reservaret. Se his de rebus inscios, et nequaquam sollicitos, facile pati, ut in cultu deorum suam sibi quisque viam pro libito select. Itaque fixum in animo destinatumque habere ab signis discedere: id tamen, ut bona cum imperatoris venia fiat, vehementer cupere. Ad extremum pollicentur, si quid ab externis hostibus increperit, se ad ejus nutum praesto futuros.

Haec tam nova Galarum postulatio Seltan Seguedum, qui se nec carere tuto his auxiliis, nec invitatos morari posse credebat, non consternavit modo sed inopem consilii fecit. Igitur dum fluctuat et responsum sustinet, peropportune ad incepta haereticorum (casuē an data opera incertum) nuntius supervenit a regina; quae cum fidei catholicae infensa semper fuisset, nunc, per caussam gratulationis de Lastensium clade, renunciari viro jussit, quanto in metu et periculo per eos dies fuisset, romanae fidei gratia: nam domo abire coactam, ne seditionis praeda maneret, despactam ubique gentium, undique ejectam, locum se in suomet regno nullum invenire potuisse, in quo honeste ac tuto esset, cunctis per contumeliam et indignationem devoutibus uxorem ejus, qui ab avita religione descivisset.

Ita imperator tot simul insidiis terroribusque circumventus, Emana-Christum schismaticorum fautorem, magna de se pollicentem, cum potestate prorogis in regnum Bagamedrinum ubi seditionis jam diu tumultuantur misit, hac indulgentia scilicet definire cupiens animos, ne in apertam defectionem grassarentur: ipse cum exercitu Dancazium concessit. Ibi paucis post diebus primores in consilium advocat, sacramento ante obstrictos, se nihil; quod e republica censerent esse, per ambagem dissimulaturos. Deinde rerum statum aperit, et pericula

237.
Equites Galae
schismaticorum
dolos juvant.

238.
Uxor imperato-
ris res schismati-
corum foveat.

239.
Imperator pri-
mores de religio-
ne consultit.

impendentia, quae ipsi multo nossent melius, eos edocet. Refert de religione; et, Alexandrinam an Romanam retinendam judicent, rogat. Hanc ille impiam consultationem serione tunc intulerit, an ut suorum voluntates exploraret, numquam satis compertum est. Sed aberant a consilio ferme catholicorum optimi: Sela-Christus, fidei columen, morbo implicatus jacebat: nonnullos etiam, utpote ad omne periculum primos, bellum absumpserat. Itaque consulentium pars major, quamquam ad gratiam catholicos profitebantur, rem haud dubie ad haereticis trahebant, tametsi velut tentabundi et per ambages, ne se intempestive proderent. Alii salutem imperii in hoc dicebant esse positam, ut una fides universos copularet; hoc enim sine vinculo regnum, perinde ac corpus incisis nervis, collapsurum. Ad haec alii subiciebant populum ad catholicam fidem adduci nullo pacto posse. Jam quid ex his efficeretur, etsi continuo non exerebant, planum erat. Vebabant nonnulli Alexandrinam a Romana fide abhorrentem aut diversam dicere; utramque enim unum Deum, unum Christum adorare. Nam quod duas in Christo naturas Romani, unicam Alexandrinii ponerent, id enimvero nihil ad fidei integritatem pertinere: ingeniorum eas esse inter doctos exercitationes, et posse pro utraque parte pari doctrina et pietate decertari. Exstitit etiam in hac peste consulentium aliquis, quem affirmare non puderet, Romanam fidem ad salutem animarum meliorem aliquanto videri; tamen Alexandrinam hoc nomine anteferendam, quod haec sine dubio utilitatibus populorum accommodatior esset. Unus contra hos Habitacunyanos praetorii praefectus veritatis patrocinium, nullo humano refrectus metu, suspicere ausus est. Is, quod populus a catholica fide abhorrebet, principum ipsorum esse culpam pronuntiavit; etenim populum facile in eam partem subiturum fuisse, in quam illi volentes, non simulante et aegre, praevisserent. Causas deinde enumeravit omnes, ex quibus ea mala oriuntur, quae falso in Romanam fidem coniciebant: easque causas vir humanarum offensionum negligens principum libidines esse dixit, militum flagitia, licentiam seminarum. Proinde his pestibus remedium adhiberent; quas ubi sustulissent, catholicam religionem universis fore perbrevi acceptissimam spondebat. Pupugit ceteros tam libera unius oratio: cumque per contumeliam atratum Lusitanum appellaverunt.

^{240.}
Turba seditionis
rum haeresum
efflagitata.

Inter haec imperator moesto semper vultu et exitiali silentio defixus periculis plus quam speci catholicis portendebat. Misso concilio, dum curia egrediuntur, principum unus nomine Zamarianus, praecipua hujus incendiis fax, gregariis militibus aliisque, qui ad januam vociferantes stabant, Vesta, inquit, optio, milites, est, utrum Alexandrinam fidem, quam maiores vobis tradiderunt, in qua geniti et educti estis, an Romanam velitis. Aliquot dies vobis, ne quid inconsulte agatis, ad statuendum damus; deinde quod bonum vobis faustumque sit, responsum nobis afferte. Sub hanc vocem magnus repente coortus clamor: nihil mora, nihil consulto opus esse: fidem sese Alexandrinam non in votis modo, sed in praecordiis, intimisque insitam visceribus gestare: eam velle. Verba plausus exceptit redditam sibi pristinam religionem quodammodo salutantium. Erant permisi ceteris in hac turba Maumetani quidam, eademque et ipsi nihil securius approbabant signa ecebant. Hos cum forte vociferantes plaudentesque conspexisset Habitacunyanos ille, quem modo memoravimus, adversarios salse perstringens, Satin' cernitis, inquit, quanta laetitia efferuntur Maumetani? Enimvero aut ab ignaris quid rei agatur hi plausus cierunt, aut magna amicitia miraque necessitudo inter Maumetanos et Alexandrinos oportet intercedat. Haeretici interim, ut non suam modo partem confirmarent, verum catholicorum etiam vires infringerent, alia ratione horum animos disjungere et retardare adorti, rumores inter eos disseminarunt, non id ab imperatore et principibus agi serio, ut reaperte fides catholica repudiaretur; sed ut haereticos ludificando distinerent, ne profligatas Lastensium opes novis seditionibus restituerent: id enim unum jam obstare, quin protinus debelletur, et fides Romana haud dubie viatrix et in toto sit. Quibus alii rumoribus vere decepti, alii spem inter et metum dubii, exspectabat exitum nihil agentes; et scelestorum conatus nihil agendo majorem in modum adjuvabant.

^{241.}
Schismatici facti
so rumore catholico
ludificantur.

Haec ad Patriarcham delata, quum magnam rerum commutationem praesentemque procellam ostentarent, facile perpulere, ut e vestigio una cum Joanne a Rocha designato successore, alisque patribus Dancazium se conferret, labantem imperatoris animum quacunque posset ope restituturus. Aegre facta advenientibus adeundi hominem copia, propterea quod viam adversarii mature interserant vanis criminacionibus, quarum illa ferebatur gravissima, eum nuntium, qui victoriam nostris retulisset primus, nullo remuneratum dono a Patriarcha, nullo a patribus fuisse: quod nec verum erat, quum quingentis hominibus cibaria per eam occasionem suppeditassent; et, ut verum esset, illiberale factum nihil ad injuriam imperatoris pertinebat, qui nullum ad Patriarcham nuntium designarat. Sed enim, quod a sapiente paeclare dicitur, occasiones quaerit qui vult recedere ab amico. Tandem intromissi illum invenerunt jacentem in lecto, contracta fronte, severum, atque abstrusum. Dissimulantes primo quod probe intelligebant, regem jubent salvere, et, quod non optime valeat, admirati condolent: tum de victoria gratulanter, pugnam manifesto Dei numine tam feliciter pugnatam ejus pietati adscribunt; et post tale beneficium nihil ei non divinitus sperandum, ubique tempus poposcerit, confirmant. Ille haec non benigno, ut alias semper, non exorrecto, ut res sese dabat, vultu accipere; sed alte silens et subirato similis. Quapropter Patriarcha in re jam praecipiti haud diutius dissimulandum ratus, accessu praesertim tam difficiili, ita tandem palam agere cum eo coepit.

« Speravi equidem, Imperator, victis Lastensibus validissimis ac ferocissimis hostibus, pacem tibi reiisque catholicae jam aliquando in Aethiopia partam; neque enim quemquam existimabam fore, qui ei parti, pro qua Deum tam manifeste pugnantem jam vidisset, exitium ruinamque de integro meditaretur. Nunc vero cur me deceptum opinionem non confitear, qui ab acie victoriaque regredientem videam te domi novo genere belli circumsesum? nisi eos tu in hostium esse numero negaveris, qui non aperto campo, ut Lastenses, sed intra regiam, nec palam infestis signis, sed occulte per cuniculos ruinam moniuntur. Tametsi quid ego occulite dicam, quando jam nec qui sint obscurum cuiquam esse potest, nec quibus artibus in te connitantur? Ipse in consilio paullo ante voluntates ac studia singulorum explorasti; et quo quisque spectet, oculis cernere tum potuisti, cum sententiam abs te de religione rogati, quam per varios verborum anfractus, autores tamen hanc dubij fuerunt, ut catholica repudiaretur. Quod tam nefarium consilium si tibi ab iis daretur, qui fidei veritatem nondum agnovere, etsi christiano principi non esset sine horrore exaudiendum, ignosci tamen obcaecatis posset; quod mirum non sit, qui in summa sua re nihil viderit, eum in aliena parum esse sapientem. Nunc autem ab iis datur, qui eamdem religionem tecum receperunt, qui jam diu catholicos profitentur, qui modo etiam, dum haec ita suadent, confiteri non dubitant fidem romanam iter ad animarum salutem certissimum instituerent: quod qui concedunt, illud etiam concedant necesse est, Alexandrinam non fidem sed perfidiam a salute longissime aberrare. Igitur qui haec intelligent, et illa nihilominus suadeant, eos tu non perditissimos homines, non hostes arbitrere ipsis Lastensibus infestiores, quippe a quibus non agri tantum, non tecta, non pecora, non corpora ferro et igni vastentur, sed anima, imperator, tua ipsius anima una cum ceteris omnibus ad extremam supplicia deponscatur? Pauci dies sunt, ex quo pugnam cum rebellibus iniuri, tuum exemplum sequuti, post expiatas sacro ritu labes, publice in templo per quidquid christianis sanctissimum est conjuraverunt, si e proelio superiores discessissent, se catholicam religionem toto Aethiopiae regno propagaturos et omni ope defensuros. Ab hoc tali sacramento progressi in aciem, quum non tam armis, quam inclamato Iesu nomine, fudissent Lastensium multitudinem, cepissent castra, peremissa magnam vim hostium, denique majorem votis victoriam reportassent; quisnam, quaequo, eos non putaret protinus ab acie in templum, a fugientium insectatione ad persolverandas Deo gratias reddituros? Regressi ad castra

^{242.}
Patriarcha im-
patore convi-
nit.

^{243.}
Patriarcha schi-
smaticorum do-
bos imperatori
detegit.

« deplorant inter se fractas perduellium opes, lugent succisos haeresi nervos; coe-
 « unt, colloquuntur, insidias struunt. Galas pollicitationibus contra te sollicitant,
 « animum tuum vanis terroribus complent, tibi victori per ambages denuntiant,
 « dimicandum de imperio esse, nisi, contra ac paulo ante jurati tecum sunt, ca-
 « tholicam religionem repudiaveris. Hos tu homines, imperator, in consilium advo-
 « cas? cum his de religione consultas? horum sententiis ac perjuriis honorem, di-
 « gnitatem, salutem, animam ipsam committis? At enim necesse est iis blandiri, ne
 « regnum seditionibus perturbent. Cur non, si ita lenocinari seditionis libet, re-
 « giam quoque dignitatem abdicas? cur non sceptrum istud tuum, optatissimum,
 « mihi crede, his hominibus blandimentum, offers? Vehementer enim temetip-
 « sum decipis, si eos aut Romanae fidei magis, quam imperii tui hostes arbitra-
 « ris, aut quieturos speras ubi haeresim Alexandrinam impetrarint. Numquid
 « pax tibi unquam a seditionis ante acceptam fidem, aut patri tuo fuit? Debella-
 « tos Lastenses iniquo ferunt animo; quibuscum scilicet clandestina, quod nosti,
 « colloquia instituerant, ad quos transfugere in acie erant pacti, quibus con-
 « juncti tua in te signa, tua arma conversuri erant. Collocasti eos in subsidiis,
 « ab hostibus summovisti ne locus prodictioni relinquenteret. Ecquis igitur Lasten-
 « sium copias in fugam conjectit? Fateri ne tu quidem dubitas, omnium primum
 « profecto Deum, secundum Deum catholicos viciisse. Qua igitur illi spe in De-
 « um et catholicos tam acriter te instigant? aut quoniam animo tu, quibus vi-
 « ctioriam fers acceptam, bellum indices, ut, quos a certamine summovisti
 « ne Lastensibus te proderent, iisdem nunc summam rerum ac temetipsum
 « committas? Idne te postremum hoc divini numinis experimentum docuit, ut
 « impiam ac perjuram seditionorum manum, quam Deum, rebus tuis faventem
 « malles? Ut enim cetera nihil pensi habeas, nonne in manu Dei sunt regna
 « regesque, ab eoque stabiluntur et evertuntur? Non nunc primum haeretici
 « hos in te animos gerunt: jampridem tibi exitium machinantur. Verum quid
 « tandem nisi semetipsi perdidерunt? Cecidit modo in pugna Sebastianus, sce-
 « lestissimus ille senator, qui quadriuo ante ad Lastenses velut proditionis pi-
 « gnius transierat. Melcha-Christus, qui familiaritate tua abusus intra regiam oc-
 « cultus hostis versabatur, qui sermones, consilia, cogitationes tuas calidissime
 « aucupabatur, et cum adversariis communicabat, paucis ante diebus patefacto
 « scelere poenas proditionis luit. Nam quid commemorem Emanu-Christum?
 « Qui nuper hic coram te magnifice gloriatus, si in Bagamedrinum regnum cum
 « potestate proregis mitteretur, se, oblata communione Alexandrina, intra qua-
 « triduum ibi pacaturum omnia; postquam eo contendit, jam non Alexandrina
 « communione turbatores in officium redigit, sed arma a te militesque iteratis
 « nuntiis flagitat, quibus dignitatem suam tueatur: adeo nihil, amico numine,
 « metuendum est, nihil sperandum, irato. Neque tamen tibi praesto non erunt
 « humanae opes. Nihilne te in catholicis habere praesidiis putas, quorum fidem
 « atque virtutem toties expertam et exploratam habes? Horum tu erige animos;
 « his cum restituere temetipsum, qui hactenus fuisti: prodibunt, lateri se agglo-
 « merabunt tuo: te duce, ubicumque opus fuerit, pugnabunt ut alias semper;
 « vincent auspice Deo, ut modo vicerunt: nisi forte existimas adversarios a cla-
 « dibus spem atque robur nancisci, tuos a victoriis labefactari. Quorū igitur
 « haec? inquires. Quorū? Ne minus magno, quam soles, atque elato animo sis.
 « O fallaces hominum cogitationes! Egone te, quem nequaquam fractum cala-
 « mitate superioris anni videbam ultro bellum instaurare et hostes persecui,
 « existimarem post victoriam his terroribus obnoxium fore? et me, qui ad gratu-
 « landum huc venissem, repente versa in luctum oratione rogaturum, obsecra-
 « turum ne catholicam fidem inani metu proiiceres ab haereticis conculcandam?
 « Nam quo te animo fuisse credam in illo tam nefario consessu, quum conta-
 « minatos recente perjurio audiebas impudenter de fide decernentes; perinde
 « quasi, si quis forte novus scrupulus animum tibi dubium sollicitumque fece-
 « rat, ea res in castris et a sacrilegis hominibus per tumultum, non inter eos
 « pacate ac mature agitanda foret, quos ipse tui amantissimos et fidei magistros

« confiteris, tantaque semper caritate et observantia prosecutus es? Aut quid « omnipotenti omnium mortalium Judici, si quid modo gravius constitueris, re- « sponsurum te cogitas, tam multas animas abs te repetenti, quibus jam paten- « tem caeli aditum occluses? Neque enim, opinor, vim hostium aut metum ex- « cusabis, apud eum praezeros, qui admiranda te Victoria paucos ante dies « confirmavit. Hoc, quoquo, imperator, cogita, hoc etiam atque etiam provide, « quem ad locum a perditissimi insidiatoribus perducere. Deterri hinc te salu- « briter a me potius sine, quam inani eorum terrore in perniciem propellaris. « Promulga, quaecunque hactenus decreveristi, rata ac firma fore: hoc uno edi- « cto fractam adversariorum dabis audaciam. Si quid deinde disceptatum, aut « quoad licet immutatum voles, ea in consilio sacerdotum et cum catholicis « quiete transige. Haec ego te supplex oro atque obsecro; meque pro illa, qua « praeditus es, sapientia et pietate exoraturum confido; quod nisi considerem, « mortem a te mihi citius deprecarer, quam imperatorem tam pium a scelera- « tis ex tanta modo gloria in tantum mali et ignominiae prorutum viderem ».

Postrema haec verba dum pronuntiabant, impulsus commotione animi vehe-
mentissima, abjecit se humili Patriarcha, spiritu prae lacrimis prope intercluso.
Ejus exemplum imitati patres sic miserabili aspectu perculerunt animos aulico-
rum, qui ad lectum imperatoris stabant, ut lacrimis nemo temperaret. Unus
temperavit Seltan Seguedus, vir ceteroqui natura cereus ad miserationem; ste-
titque diu vultu obtutaque defixo, instar obstupfacti. Tandem iis manu jussis
surgere: Cuinam mortalium, inquit, non perspecta mea in catholicos voluntas?
Verum multa jam subditorum millia de medio sustuli; nec ulli tamen eruptus
error, sed aucta multis pertinacia est. Propter catholicam religionem ubique tur-
batur; strepunt seditionibus omnia. Ipse ab omnibus destitutor: unum omnes
oderunt; unum exercrantur. Quis tandem caedium finis? quamdiu carnifex pro-
imperatore sim? Haec ubi graviter commotus dixit, sedatior deinde daturum se
operam pollicitus est, ne quid de fidei summa detrahatur: si qua in ritibus
mutatione opus esset, quod unum hactenus petebatur, nihil se inconsulto Patri-
archa acturum. Ita majore ferme, quam venerant, metu dimissi, cum protinus
ad Facilidam perrexissent filium regis majorem natu, si quid forte ex eo certius
hauiriretur; adolescentem deprehenderunt cum auctoribus turbarum commis-
serunt: percontandoque, remotis arbitris, nihil expresserunt aliud, quam haud
satis doctam ignorantiae imitationem, gelidumque cognoscendi studium ea, quae
geri dicebantur.

Imperator ubi primum patres dimisit, omnibus aequo aditu prohibitis, tota
triduo verecundiam et aegritudinem parietibus occultavit. Interim plena terroris
erant omnia, suspicionum, expectationum. Optimi catholicorum nonnulli, in
quibus duo ipsius imperatoris liberi numerabantur, ut se contra impendente turbinem
communirent, apud nostros convenire; ibique coram crucifixi Domini
effigie professi sunt, nullum se periculum recusaturos, ut fidem usque ad extremum
tuerentur. At longe aliter se Facilidas gessit, regni designatus heres, et
haereticorum spes magna. Hic ut incusso metu patrem citius quateret, edidit
in vulgo, nisi quid mature statueret, se intolerandae cunctationis ira venia-
tum in montibusabiturum: qua Aethiopes formula denuntiandae defectionis ute-
bantur. Nihilo segnii ceteri incepta urgabant: qui maxime veriti, ne imperator
Patriarchae colloquio permotus ad pristinam constantiam se referret, simul at-
que aditus tandem expugnatibus ab illis est, frequentes eum circumstetere; trepi-
dumque conspicati, abjecta omni verecundia, non dolis ut ante consuerant, nec
precibus suasionibusque, ut modo parati venerant, verum apertis minis illum
admonent nihil jam tergiversatione opus esse: catholicam fidem exemplo esse
proscribendam, et avitam in regnum revocandam. Quantum vero haereticis ex
successu crescebat audaciae, tantum ille, ex quo metui concedere instituerat,
imperatorii animi in horas amittebat. Itaque ad extrellum, nec persona regiae
auctoritatis conservata, minitibus factiosis manus dedit: eos tamen, ut aliquo
modo stare promissis videretur, ad Patriarcham legavit; magis ut rem actam re-
nuntiarent, quam ut illum de agenda consulerent.

^{244.}
Responsum Imperatoris.

^{245.}
Animum Imperatoris schismatis expugnat.

^{246.} *Schismatici ad Patriarcham legati proficiscuntur.*

Legationis, non alio quam praecellentis improbitatis merito, princeps Zamarianus, imperatoris nomine allocutus Patriarcham, primo quaecunque per superiores annos gesta essent, ut fides romana in Aethiopia statueretur, tum quae inde mala in regnum permanassent, multa veris falsa permiscendo, diserte amplificavit; eorumque nomina, qui odio in catholicam religionem arma ceperant, deinceps usque ad Lastenses exequuntur est: a quibus etiam Lastensibus imperatorem splendide mendax victo magis quam victori similem discessisse dixit. Tandem in extrema oratione: Fidem romanam, inquit, per se optimam, at Aethiopum ingenii nequaquam idoneam non respuimus tamen; sed eam quod diutius sustentare non possimus, pari cum Alexandrina honoris gradu et dignitate esse volumus. Adversus haec Patriarcha primum mendacis Zamariani veram rerum historiam opposuit; deinde responsum imperatori se redditurum dixit. At vero priores legati vita abierant, cum repente alii duo ab imperatore superveniunt, omnem responso moram, quod edictum ultra sustincri non posset, intercedentes. Itaque ille tres exemplo patres ad imperatorem misit. Summa responsi fuit Patriarcham nihil eorum, quae iniquis temporibus condonari fas sineret, deneraturum; quaecumque vero sine piaculo non licet, iis nullo unquam metu, nulla vi consensurum. Igitur Lastensibus et aliis, qui fidem nondum accepissent, quando iis in officio continendis haud parem se imperator fatebatur, posse prioscere errores permitti; at ceteris, qui catholica dogmata professi erant, et obedientiam romano Pontifici juraverant, ne liber daretur reditus ad haeresim omnia divina atque humana jura vetare. Cum enim in obligatos sacramento milites, si ab signis dilabantur, severissime animadvertiscuntur, multoque gravius, si etiam cum hostibus arma conjungant; quis animum inducat eos minore scelere adstringi, qui professi catholicam fidem iterum ad haereticos transfugiant? Audit haec tristis imperator, vicemque suam et se nomine jam, non re impetratorem questus, patres dimisit. Eos aula excedentes hon conviciis solum, sed indignis etiam memoratu gestibus per summam contumeliam impurissimi homines prosequuti sunt.

^{247.} *Patriarcha tres patres ad imperatorem cum responsu mittit.*

Fides catholica per praecomenum proscribitur.

Die natali sancti Joannis Baptistae pestilens edictum promulgatum est. Verba praeibat Zamarianus: ea praeco magna voce ad multitudinem proclamabat. Ipsum edictum propter brevitatem dare licet. « Audite, inquit, audite. Vobis paulo ante Romanam fidem obtulimus, bonam illam existimantes. At vero infinita hominum multitudo illius causa trucidata est; idque cum alias saepe, tum praesertim numerus in bello cum Lastensibus. Nunc igitur vestrorum vobis majorum fidem reddimus, fidem Jacobi regis, Malac Seguedi (et aliorum porro, quos nominabant). Jam ergo clericis, in sua quisque templa redeuntes, prisca ritu solemnia celebrent. Ceteri laetitia triumphate ». Sub hanc vocem ingens in illa colluvione sublatus clamor imperatorem vivere, imperatorem salvare jubentium. Permisi militibus clericis, feminis monachi, rusticani civibus commissationes et choreas in multam noctem produxerunt: quibus in saltationibus qui restim ductabant, carmen sua lingua satis putidum modulabantur, quod fidus interpres latinum fecit his verbis: Canis, qui mari hoc venisti, mihi ob tuam fidem non placisti. Projectae deinde ac proculatae sunt sanctorum imagines, fractae cruces, incensi libri, quos vel ex Europa nostri vixerant, vel ibi lingua vernacula elucubravabant. Nihil praeterea omissum, quo citius cuncta Romanae fidei vestigia penitus oblitterarentur. Quidquid impie Eutyches, inepte Paulus Samosatenus, scelerate Nestorius et Dioscorus praedicaverant, revocatum per id tempus e tumulo ac celebratum est: novis portentis vetusti errores cumulati. Indicta omnibus circumcisio fuit; alterque baptismus a monachis institutus, quo contractae ex romana communione sordes abluerentur. Onus etiam admissa confitendi ab iisdem monachis levatum est, satis in posterum fore definitientibus, si unum illud piaculum in confessione aperiretur, quo nimurum piaculo cetera omnia continebantur, fidem se Romanam sequitos aliquandiuisse. Ac nihil veriti magis, quam ne quid commune cum romana Ecclesia maneret, explicate cautum est, ne sanctissimum Jesu nomen palam a quopiam pronuntiari fas esset; nonnullosque ob tale admissum hastilibus infixerunt. Habuit tamen hoc—etiam tempus suos in Aethiopia

^{248.} *Fides catholica per praecomenum proscribitur.*

^{249.} *Ecclesi nefario triumpho in catholicum religionem debacchatur.*

heroas, dignas saeculis prioribus animas; qui catholicam fidem retinere et profiteri palam in ore oculisque adversariorum minime dubitaverunt; freditibus interim haereticis, nec impetum tamen aperte in eos ausus facere, quod imperatorem adhuc dicentem audiebant, se Romanam fidem passurum dejectam, modo volentibus integrum esset atque impune in ea perseverare.

Alta hic quispiam admirabitur Dei consilia, quod principem paullo ante mirum in modum catholicum siverit tot haereticorum fraudibus circumveniri. Nec immerito ille quidem; maxime qui tam diutinos labores et spem pulcherrimam reputet, momento temporis dissipatam. Tria tamen, quae admirationem minuant, ex ipsis Patriarchae monumentis colligo; Seltan Seguedun sensim ruinac jam maturum ostendentia. Nam ex quo religio publice recepta fuerat, probabili fortasse initio, at exitu certe pessimo, sermonibus hominum periculosa increbuerat consuetudo referendi ad illam publicae rei eventus omnes, fideique utilitatem plus aequo cum regni prosperitate commetiendi: quam tamen nec fides in id recta spectet, et civilis regnum prosperitas ex aliis praeterea in unum conspirantibus causis confletur; quae si forte desint, laborare res publicas ab hoc vitio, tametsi christiana sint, oportet. Quocirca si qua forte sedatio esset orta, si qua clades accepta, denique quidquid publicae calamitatis incidisset, id catholicici velut monstrum admirari; haeretici gloriabundi in eam, tamquam jure parto, refundere; multi inter haec haerentes promissa fidei utilitatem desiderare. Hinc nova omnis calamitas catholicorum nova quaedam offensio efficiebatur; eoque tandem perducta res est, ut hoc uno nomine (quod vel edictum demonstrat) catholicica fides sit proscripta. Utinam vero exitiosus hic mos religionis ex civili emolumento intemperanter aestimandae intra Aethiopum fines constitisset: non ita saepe, opinor, multi ad omnem heterodoxorum prosperitatem suspensi ac mirabundi gradum sisterent. Verum ad hoc accessit aucta haereticis nocendi facultas, postquam duobus catholicis vita functis, qui egregiam imperatori reique publicae navabant operam, alios ille suffecit, quorum non tam ingenium mirari, quam perfidiam metuere aequum erat. Iis enim, simul atque ex propinquuo regium animum circumspexerunt, haud difficilis deliberatio exstitit, qua parte ~~de~~uniculis adiri posset, qua machinis expugnari, quin ille, quod incaute sperarat, satis in sua sagacitate praesidiis haberet. Nulla est enim unius hominis tanta sagacitas, quae tandem a perfidiosis familiaribus non eludatur. Prima tamen omnium malorum labes ipsi imperatori intima haud dubie fuit. Quamvis enim fidem catholicam, ut ait Patriarcha, medullitus imbibisset, eamque in Aethiopia constitutam summe vellet, numquam a mulieribus temperare induxit animum. Haec pestis pristinam hominis constantiam paullatim fregit, haec praeclaram illius indolem sensim corrupit. Atque ego communem hanc virorum seminarumque effrenam licentiam haud aegre causam dixerim, quamobrem Deus fidem illi genti vix ostenderit, nec diu in tanta foeditate morum consistere passus sit. Vetus enim pudor, quanta sine pudore libido in omnes dominaretur, dicere, et quanta in ipsas imperatoris filias; quarum ab altera nec ab una ipse, id est sacrorum antistes Alexandrinus, abstinuit; alteram ab octavis nuptiis cum alieno viro jungendis alienam adhuc uxorem Patriarcha vix potuit detergere, exclamante palam e fratribus uno, qui turpem sororis causam agebat: Quid nobis ex regno conmodi est, si, quod libet, facere non liceat? Hanc autem pestem qui ex animo detestarentur, et si non decrant omnino, nimis erant pauci: ex quibus Sela-Christus, decus fidei catholicae et quoad licuit column, cum per litteras ab imperatore de edicto jam promulgato certior esset factus, gravissimam epistolam ad eundem rescripsit, ac plane dignam, quae referretur, nisi longitudo obstaret; cuius epistola hoc fecit initium: Summis laudibus attollatur virginalis puritas sanctissimae Virginis Mariae, genitricis Dei, dominae nostrae. Deinde in rem praeclarissime: Tantam, inquit, fuisse laetitiam, quantum tu scribis, ob promulgatum abs te editum, in hac faece hominum tam nihil miror, quam certissime credo parem Angelorum Sanctorumque fuisse luctum, quorum in tutela regnum nostrum est.

Post catholicae fidei calamitatem non diu patribus temperatum est. Patriarcha ut sapiens gubernator, tanto vehementius obtinendum ratus, quanto gravior

250.
*Eversio in Aethiopia religio-
nis exponuntur
potiores causae.*

251.
*Patres plerisque
e locis expelluntur.*

vis tempestatis incubuerat, nihil omittebat, quo labantes confirmaret, erigeret lapsos, demum reliquias tristissimi naufragii colligeret. Quin etiam proxima post edictum die dominica ausus publice verba facere, quando id vetitum non fuerat, sumpto dicendi argumento ex iis evangeli verbis, *Ascendit in unam navem, quae erat Simonis, et sedens docebat de navicula turbas*, multa de laudibus Ecclesiae romanae disseruit. Accepta pejorem in partem concione, delatus est ad imperatorem tamquam seditionum sator. Quamobrem quicunque in regno Tigraeo patres verabantur, jussi Fremonam convenire, nec inde pedem efferre. Dambeenses vero Ganetam relegati; et Goyamensis potestas facta unius retinendae sedis, (reliquas statim deserere coactis. Respondit ad haec jussa Patriarcha, venisse patres in Aethiopiam animas Deo, non domos sibi aut agros quaesitum: idcirco, si quid possiderent donatum sponte ac prope invitisi, citius quam acceperant relicturos. Unum rogare se, ut Gorgorrense templum nostris maneret. Erat enim non contemnendum europaeae artis opus, quadro lapide, tecto fornicate, ceterisque ornamentis insigne. Sed abnuit Imperator, haereticis periculum ostentantibus ne; si locum in mari Dambeae natura munitum catholici cum Lusitanis occuparent, nulla spes illos in posterum exturbandi relinqueretur. Igitur miserandum sane spectaculum fuit, quem parvum fidelium gregem magnis laboribus excultum, quem sacras aedes abituri postremum salutarent, quem et parietibus sacras imagines refrigerent, altaria resecarent, domesticae suppelleculis quidquid praesto erat pauperibus dispertirent, antequam in eam fiscus invaderet. Ita demum inter contumelias triumphantium, eorumque lacrimas, quorum orbitatem et inopiam levaverant, in designata sibi loca devenero; Damotensis praesertim, Agais et Nebessensis desipientiam rerum humanarum demirantibus, eosque prae desiderio ad multa passuum millia moesto agmine prosequutis.

^{252.}
Altero edicto fidem catholicam interdicuntur.

Et hactenus quidem imperator integrum esse prae se tulerat, alterutram profiteri fidem. Verum longe facilius est habenas ab initio non laxare, quam, ubi laxas dederis, temeritati concitate multitudinis modum modestiamque definire. Itaque novum edictum, sive imprudente illo seu resistere non auso, promulgatur, ut, abjecta Romana fide, omnes Alexandrinam amplectantur, in eaque ad extremum usque spiritum perseverent: deinde ut nullam disputationem de religione, nullum sermonem cum Patriarcha, aut patribus, aut Lusitanis conserant; sed ut interrogati ea de re, omnes uno semper eodemque response, perinde ac clypeo impenetrabili, se protegant, fidem majorum ab imperatore fuisse restitutam; eundemque anathemate sanxisse, ne cuiquam vel eam improbanti vel aliam suadenti aures praebentur.

^{253.}
Imperator ob dolorem eversae religionis aegrotat ac moritur.

Verum infelix vir ubi rem longius, quam speraverat, progressam, et perditam omnino fidem catholicam animadvertisit, ex moerore gravissimo in morbum incidens formidandum exitus miserrimi exemplum imitatoribus reliquit. Fama etiam oblati veneni percerebuit, nec judicia repugnabant. Verum omni potentius veneno suum seclus, sua hominem conscientia exedebat, velut e specula propescientem egregium illud opus revocatae ad verum Pastorem Aethiopiac, immortale sui nominis monumentum, quod tam multis laboribus ac periculis molitus erat, et quo maxime merito magnam sibi spem veniae ac salutis apud permanentes animarum patrem quaeaserat, culpa nullius magis quam sua, puncto temporis corruisse. Id sibi impropperare identiter velut inexplibile sacrilegium; hac se cogitatione dies noctesque macerare atque consumere. Tandem, gliscente morbi aestu, cibi etiam ac somni, omnisque requietis impatiens, quem propediem horrendum sibi judicium instare persentiret, patrem Didacum de Mathos arcessivit, et professus velle se in catholicā fide mori, rogavit illum, ut expiatu male actae vitae noxas aurem sibi operamque pro sua caritate et sacerdotali munere commodaret, neve se excedere mortali vita inimicum Deo patetur. Et hactenus quidem praeclarissime: verum ut haec, ad defendam pessimi exempli labem, vulgari sineret, enimvero infelix princeps adduci numquam potuit, gladios furoresque haereticorum non ausus provocare: adeo vel moriens improbum vehit dominum qui, cum imperare fortiter deberet, metui se in

servitutem tradidit. Unum ad se filium regni heredem vocavit, et quaecunque hactenus patraverat, eo solum consilio a se facta confirmans, ut perduellibus turbandi occasio intercideretur, eum graviter admonuit, Romanam ut fidem, qua una videlicet spes salutis mortalibus aperiretur, haberet bonis omnibus potiorum; et patris recentem ignominiam et scelus nobilissimo decore restituae religionis pius deleret. Patriarcham deinde ipsum et patres omnes enixe illi commendavit; quae tamen cuncta apud perfidum filium tantum deinde valuere, quantum jam tunc prouidere animo prouum erat. Post haec, rogante etiam atque etiam patre Didaco, ut ea, quae ad dissolventia peccatorum et censoriarum vincula requirebantur, praestare tandem ne differret, utque se catholicum palam exhiberet; pollicitantem et crastino die semper facturum, re infecta, mors op pressit XVI. Cal. Octobris, quum annos regnasset viginti octo, vixisset sexaginta et unum, futurus apud Deum et homines longe meliori numero et loco, si unum illum non vixisset, quo magnis meritis quae sitam gloriam unius malefacti magnitudine exaequavit, aut etiam vicit. Quamquam non productior justo vita, quippe quam sapientissima Dei providentia metiebatur, sed producta in tantum aetas turpitudo morum hominem perdidit.

Cadaver quam apparatissimo sui moris funere extulerunt. Praecibant vexilla candido pleraque colore, ceterum institis rubentibus, lunatisque distincta figuris, utpote quae arte et manu Turcarum perfecta Aethiopes coemebant. Subibant tympana, statis intervallis reboantia moesto plangore. Tum nobiles pueri, alius regiam clamydem, alius coronam, aliisque deinceps galeam, gladium, et cetera regiae dignitatis insignia praeferebant. Equi etiam, quibus imperator insidere consueverat, phaleris ephippiisque magnifice instrati herile funus praeceundo augebant. Hos muliae sequebantur reginam aliasque feminas et primaria nobilitate vehentes, cunctas ob luctum abrasa coma. Excipiebant eas viri proceres; ac milites tandem funereum claudabant agmen. Praeficas etiam ad complorationem adsciscunt vili coniectas aluta. Hae ad primum galli cantum lugubre carmen inchoant, quod, orto sole, excipiunt consanguinei demortui et familiares. Interim alii vestes ejus, arma et equos producent; et, ut quaque res prodit in conspectum, crescit funereum carmen, et planctus atque ejulatus ingeminatur. Non desunt monachi et clerici, qui psalmos davidicos aliasque preces contenta voce decantent; qua in re illud faciunt inepite, quod velut carmen intercalare crebro *alleluja* intermissione. Finito luctu, quem in septem dies aut triginta, interdum etiam in annum producunt, donaria inferunt templo; caesos boves in egestes, placentas et vinum in monachos liberaliter distribuunt. Hoc igitur modo imperatori parentatum est: et in ejus locum Faciliadas, filius natu maximus, successit.

Dum haec apud Aethiopes irreparabili jactura gerebantur, erat in oriente cursus rerum multo aquabilior. Nam omissa Goana provincia, de qua nihil inventio domesticis monumentis hoc anno consignatum, litteras Malabaricae perlegenti in plerisque collegiis vix occurrit quidquam, quod a rebus in Europa usitatis abesse videatur: adeo cuncta feliciter et e sententia cesserunt. Patres, qui in ora Travancorensi agitabant numero quinque, difficile memoratu est quantum laborum sustinerent molem, ut sex supra triginta Ecclesias pedibus adirent, ut neophytes ad duodecim millia tanto terrarum spatio disitos fidei mysteriis solarentur, ut alios, quorum mentibus caelesti donum identidem incidebat, apostolica caritate fotos et eruditos in gremio Ecclesiae collocarent. Sed quo paucitas cultorum erat segete tam vasta minor, eo largior de caelo imber recentia germina irrigabat. Templum erat sancto Francisco Xaverio sacrum, omnium in ea regione celeberrimum; in quo magnus Indianorum apostolus videbatur admirandam illam vim, qua res supra naturae ordinem tum multas vivens perpetravit, ad supereros abiens deposuisse, ut inde volentibus non secus esset praesto, ac si mortalis adhuc in terris versaretur. Eo non christiani modo ex omni fintima regione, sed ethnici etiam fama acciti, velut ad certum in rebus miseris perfugium, confluabant; et multas ibi horas, integrasque haud raro noctes insubebant, ut cujusque res poscerent, pars flexis genibus, demisso vultu, maesto

Tom. II.

84

254.
Funeris Aethiopum ritus.

255.
RES MALABARICAE.
In ora Travancoribus fides laboribus nostrorum, et innumeris prodigis feliciter altitur.

totius corporis habitu dolorem declarantes suum, opemque orantes sibi ac rebus suis; alii exultantes gaudio, et in omnem effusi laetitiae significationem, ut animum voti compotem et accepti beneficij memorem testarentur. Jam vero miracula aut similia miraculi beneficia, quae in clientes hoc anno collata a Xaverio ferebantur, tametsi litterarum scriptores nimietatem veriti ex plurimis perpaucis, quod praefantur, descripta ad nos transmisericunt, tamen si mandare huic historiae velim, nequaquam ipse eadem nota caritatus sim, multitudine fastidium afferente; non tamen sine singulari gloria catholicae Ecclesiae, in qua vel miracula parere satietatem potuerunt. Scilicet nullum extitit beneficiorum genus, quo Xaverius supplices non sit liberaliter consolatus, puer etiam, qui obierat, moestissima parenti reddito; ut satis cetera, quae infra sunt, declarata hoc uno prodigo videantur. Verum non pauciora alibi manabant in vulgus e quodam Domini Salvatoris nostri simulacro, cuius apud omnes maxima religio erat; et fidem constabiliebant mirum in modum: praesertim quod vel infideles beneficia inde hauriebant. Fuit qui anxius eo se conferret ob amissa pecora, statimque voto suscepto ea recuperaret. Fuit qui emortuis ab immodico calore frugibus aquam, atque inde luxuriem, vimque fructuum abundantem impetraret. Alius quia crucem ludibrio habuerat, acri dolore corruptus, poenitentia facti votique nuncupatione incolumis duplice prodigo redit. Et nummos alius, qui ex piorum oblationibus in affixa cruci capsa asservabantur, nocte surrepturus, quum diu vestigans oculis, attricte manibus, omnia rimans invenire nusquam loculum potuisset, quamquam erat in conspicu et inter manus; commotus miraculo rei, thesaurum inde multo ditione lucrificet, verae fidei agnitionem, ac paulo post baptismum.

^{256.}
*In ora Piscariae,
ob recentem di-
scordiarum me-
moriā incep-
tiū success-
dūt.*

Laboriosiorem agrum nec laboribus aequae respondentem nacti sunt hoc anno patres, quibus ora Piscariae obtigerat ad culturam. Duodecim ibi numerabantur Ecclesiae, quarum procurationem per vim et columnias Societati eruptam nostri superiori anno recuperaverant jussu Philippi Hispaniae et Lusitaniae regis: in iisque ad viginti Christianorum millia erant. Ibi, quae pestilens discordiarum fatus pessimum dederat, adorti restituere, operam in id hoc anno majore cum patientiae laude quam animarum emolumento collocarunt: propterea quod odia dissensionesque, et quae ex his sparguntur late crimina, non, sicut facile excitantur, ita celeriter restinguuntur; maxime ubi turbarum auctores non commutatio voluntatum in melius, sed superveniente extrinsecus metu, ab injuriis conquiescant. Hi vix fieri umquam potest, ut dolori temperent, et obtrectionibus abstineant; quibus rebus ut facile est maculas alieno nomini aspergere, maxime apud imperitum multitudinem, cuius judicia rumoribus ferme ducuntur; ita explicari satis nequit, quantum impedimenti apostolicis ministeriis interponatur. Nemo enim facile eos patitur monitores et magistros morum, de quorum factis crebrae exaudiuntur querimoniae; neque iis auscultat, qui non ad alienam salutem, sed ad suas ipsorum commoditates referre omnia existimantur. His igitur de causis alienati multorum animi in ora Piscariae nostrorum adhortationibus parum movebantur, praesertim quorum aut recens cultura a barbarie minus recedebat, aut versi per negligientiam superioris temporis mores erant castigatione reformati.

^{257.}
*Coccini multa
utiliter gerun-
tur.*

Omnino contraria horum experiebantur interim qui magno numero morabantur Coccini patres, intersetere Deo tristibus lacta, quo ex eventuum variate, quemadmodum in toto Ecclesiae corpore absoluta omnium virtutum efflorescit pulcritudo, ita in hac particula illius corporis, Societate nostra, nonnulla variarum virtutum exercitatio suum locum sortiretur. Erat id temporis collegium Coccinense omnis Malabaricae provinciae tirocinium lyceumque, ubi nostri arma expedientes ad futura ministeria proludebant. Igitur studium apostolicae perfectionis tanto erat acrius, quanto, velut stativis inclusi, propiorem circumspectabant ineundae pugnae locum. Interim, quamquam spiritualis ipsorum profectus et studiorum potior erat cura, non ita se propriis utilitatibus abdebat, ut proximorum dimitteret culturam. Lusitanos indigenasque crebris concionibus alloquebantur; adibant carcerae et valetudinaria, doctrinam christianam

in compitis enarrabant, confessionibus excipiendis impendebant operae plurimum: tum mariales sodalites sacramentis, adhortationibus ceteroque religionis pabulo enutrire, externamque pubem ad litteras et pietatem instituere solemne erat: postremo in urbe indica omnes europaeae Societatis exercitationes, supra quam credi facile queat, repreäsentabant. Ephebeum etiam moderabantur, in quo contracti ex pleraque India optimae spei adolescentuli tam pulcre compitū ad omnem virtutis perfectionem enitebant moribus, ut non seminariū illud sed observantissimae religionis tirocinium videretur. Pro cathecumēnis quoque adornaverant domi contubernium, ibique unus patrum, in id muneris segregatus, commodiore illos institutione ad christianam vitam informabat. Septem supra sexaginta hoc anno ibi salutari lavacro veterem superstitionem demerserunt. Ex his unus agebatur jam annum centesimum; ac perinde quasi non alia de causa aetatem in tantum protulisset, quam ut aditus sibi ad immortalem vitam aperiretur, vixdum baptismō piatus repetenti jāpridē naturae debitum persolvit.

Per idem tempus in Missionē Madurensi tres Societatis sacerdotes periculis innumeris et sudore plurimo arvum sibi creditū felicioribus olim operariis parabant potius, quam praesente locupletabant messe; quandoquidem perpauci tunc, iisque infimo nati loco, semina fidei concipiebant. Quod patribus etiam Cranganorenibus invenio hoc anno accidisse, propterea quod *naires*, qua illic voce nobiles significantur, metu cognitionis et nobilitatis amittendae oblatum caeleste donum respuebant. Verum non decrant vel in tenuiculo grege nobilissima virtutum exempla, quibus cultores paucitatem gregis solarentur. Fuit inter neophytes madurenses, quem terrenis opibus eagentissimum Deus amplificaret tanta meliorum divitiarum copia, ut non modo abundaret sibi, sed aliis etiam opitulari posset. Is diluculo priusquam mentem manumque appelleret ad eos labores, quibus vitam aegerime tolerabat, rursusque a diurnis operibus antequam carperet quietem, quotidie semihoram impendebat contemplandis animo thesauris gloriae bonitatisque divinae, tanta desperu immissa luce, ut homo in re christiana novus et illiteratissimus altiora divinitatis sensu attingeret mirum in modum; iisque plenus tam apte de Deo loqueretur, ut christianos ethnicosque juxta in admirationem verteret. Hujus hortatu et exemplo nescio quis alias baptismi desiderio incensus orabat patres, ne optatissimum sibi donum ampliarent: verum quia non continuo exorabat, idcirco differentibus illis ut hominem ipsa dilatione acuerent, ejusque constantiam tentarent, praeſertim ubi propter adversariorum acrimoniam animo erat opus ad omnia comparato, ille magno auso decrevit baptis̄i donum promereri. Pendebat Madurensium collo quoddam insigne, quo illi utebantur velut ornatum simul, ac tessera patriae superstitionis. Hoc ille in publico, ut ab idolatriis conspiceretur, audacter humi abjecit, et liquit ibidem protritum pedibus ac proterendum. Exarsere ira sacerdotes Budae ob tale conspectum nefas. Hominem extemplo capiunt: atque ubi de illius religione cognoverunt, jubent eum diris omnibus devorare Christum; nisi faciat, omnia minitantur. Superno instinctu permotum crediderim illum in id periculi se conjectisse, aut certe potior apud Deum audentis pia voluntas, quam male atrox temeritas fuit: id enim exitus persuadet. Nihil exterritus truculento aspectu jubantium eam impietatem, detestatus est imperatum scelus, oblatas irrigit minas; cumque variis temporibus diris modis torqueretur, contumelias, verbera, vulnera, exsilium, spoliacionem bonorum, pertulit invicta patientia. Quin etiam dum lacerabatur fustibus, inter ipsos cruciatus speciem exsultantis offundebat adversariorum oculis; tortoremque increpitans libera voce, Macte animo viribusque, clamabat, carnifex: verbera, lacera quantum vales. Ubi ab hac immanitate supplicii dimissus est, laetus reportato triumpho ad patres provolavit, lacerum corpus et cruenta ostentans membra: eoque constantiae miraculo baptismum tandem impetravit.

At in Ceilano, quae insula ad Malabaricam pertinebat, proximis duobus annis: omnia tumultu armisque perstrepuerant; dimicatumque de summa rerum fuerat. In Ceilano exoratum bellum residentias diruit.

258.
In missione Madurensi perpauci fidem amplectuntur.

259.
Cuiusdam neophyti mira constanciad.

260.

Europaeorum periniquis aspiciebant oculis. Et successerant ab initio barbaris incepta; quique ceteros insulanos auctoritate et viribus anteibat. Candiensis rex, non modo bellum in Lusitanorum fines promoverat, verum etiam Columbum munitissimum oppidum, quod illi contra hostiles incursiones praesidiis obtinebant, diuturna obsidione in extremum adduxerat discrimen. Hujus belli clades magnam insulae partem pervagata plerasque nostrorum residentias (et erant numero tredecim) omni malorum genere pessum dedit, et patres partim in urbem compulit, partim inopia rerum omnium alio facessere subegit. Pater Simon de Leiva, qui

^{261.}
Nostrorum alter interficitur a barbaris. alter capitur.

jussu superiorum in exercitu Lusitano versabatur ut militibus ferret opem, dum immemor sui inter pugnantes discurrevit, dum cadentibus praesto est, in ipso obedientiae et caritatis officio telis hostium exanimatus concidit. Itemque ejus ministerii socius pater Antonius Pedrosa graviter vulneratus, quem in eo esset ut ab hostibus opprimetur, Deo volente praeruptus est a quadam Indo, qui gratiam Candiensis reguli tali munere coempturus, patrem e periculo eductum servavit, ad cumque perduxit. Opinione felicior ea captivitas nihil aliud quam animas optanti fuit: nam quem ceteris, qui erant in custodia, permixtus servaretur, brevi factum est ut carcere vertetur in fidei ac pietatis disciplinam. Quod ubi rescivit regulus, non modo non gravate tulit, verum sive in alieno homine ignotam sibi virtutem quodam quasi naturae instinctu approbaret, seu quod aliquam sibi commendationem apud Lusitanos, si res male verterent, positam in eo patre sperabat, illum et ipse habuit perhorifice, et voluit solutum sine cuiusquam molestia habere facultatem agendi cum ceteris captivis, eosque omni, quo vellet, christianae religionis solatio recreandi. Ita captivo contigit, ut prope maiorem exercendae caritatis in apostolico ministerio commoditatibus apud hostes nanciseretur, quam si liber apud suos permanisset: adeo vel infortunia provehentibus divinam gloriam quaestuosa, Deo volente, fiunt. Interim Columbenses molestissima obsidione premebantur, praeter crebas hostium impressiones etiam necessiarium rerum inopia conflictati. Quamvis enim quot menses obsidio tenerunt parum invenio, tamen fuisse non paucos satis constat. Erat autem in hac urbe collegium Societatis, ad quod sparsae per insulam residentiae referebantur; septemque ibi de Societate homines, ceteris mature dimisis, circumsessi tenebantur. Hi propiore periculo coacti consuetus ministerii supersedere, omnem in defensores moenium curam intenderunt: praesertim postquam eo trepidationis ventum est, ut omnis prope civitas in muris et propugnaculis custodie causa versaretur. Igitur nostri ad omnem hostium impetum clamore oppidanorum exciti pugnantibus praesto erant. Ibi ut in re trepida inter ceteram turbam discurrere, saucios in tutum recipere, solari, absolutione impertire; stantes in moenibus adhortari, tantum non dum aut militum partes agere: nam, rebus in extremum discrimen adductis, etiam in statione pro castello esse necessitas interdum eos docuit. Fracti tam obstinata defensione barbari, tandem soluta obsidione, bellum alio convertere decreverunt. Sed confirmati successu christiani, eosque valida manu persecuti, tantam praeter spem fecerunt inclinationem rerum, ut qui paullo ante inclusi tenebantur, ultra lacercent in certame hostes; quique victorum more insulam pervagabantur, vici atque exterriti salutem fuga peterent. Igitur, accisis barbarorum viribus, legati ad Sergium Almeidanum insulae praetorem (nam Constantinus Noronha ineunte bello in insidias praecepitatus occubuerat) de pace venerunt. Missus cum legatis pater Antonius Pedrosa litteras detulit a rege Candensi ad rectorem collegi, in quibus rex collaudabat patrem, nec non sua in eundem merita praediebat. Casum deinde Simonis a Leiva querebatur; qui utinam e vivis non excessisset, sed cum socio in suam venisset potestatem! Profitebatur enim se iisdem honoribus affecturum et remissurum fuisse ambo simul, ut gratiam Societati ac Lusitano regi munus offerret. Nunc, quoniam alter concessisset fato, orabat ne minus acceptum alterius donum Lusitanis videretur: non captivum illum e custodia, sed sospitem honoratumque ex aula ad suos redire. Ita inter regem et praetorem de pace agi coepit. Interim, compositis rebus, nostri curiales aedes reviserunt, quas hostilis furor passim direptas semirutasque

^{262.}
*Columbensium
obsidio diuturna.*

^{263.}
*Fusis barbaris
captivus pater
ad suos redit;
res componuntur.*

reliquerat. Ibi, quidquid hujus anni reliquum fuit, reparandis belli calamitatibus insumptum. Sacras aedes et suppellecitem refecerunt; dispulso tempestate neophyto, tamquam naufragii reliquias, collegerunt; quosque metus a fide dejeccerat, revocarunt ad poenitentiam. Et ne calamitas omni careret solatio, ethnici nonnulli reperti sunt, quibus ea saluti fuerat, orto inter trepidationem et tumultum baptismi desiderio. Columbi quoque, pacatis civium animis, consueta Societatis ministria instaurari coepta.

Progradientibus ab India in Sinam laeti sese nobis offerunt cum magnis collectarum segetum manipulis viginti sex Societatis operarii; quamquam in persequendis ilorum laboribus non erit nobis immorandum diu, propterea quod non inchoando nova, sed quae libro proximo descripta sunt continuando in hunc quoque annum eodem ardore atque successu, magnos animarum quaestus, magnos meritorum fecerunt. Utebantur enim cursu rerum prospero ac fortunato, adjuti ea, quae percrebuerat, fama Zunchinium imperatorem, jam a veteri numinum cultu abalienatum, a christiana fide non esse sejunctissimum. Et haec quidem fama, tametsi qua parte spem conversionis ejus portendebat fallax, id certe afferebat veri, in praesentia nullum ab eo periculum amplectentibus fidem impendere, quippe a quo progressus christiani nominis non ini quis spectarentur oculis. Nam licet idolorum stragem, quae illius jussu paullo ante in regia edita fuerat, non studium veritatis, sed ira ob multiplicatas regni calamitates persuaserat, fremente palam imperator nulla sese ab eorum cultu utilitatem hactenus collegisse; tamen, quum decem eunuchi, quorum pollens potensque erat auctoritas inter aulicos, eodem tempore baptismo piati Christum in regiam invexit, cumque palam colerent, tantum absuit ut ob eam causam sive iis quidquam, seu ceteris christicolis succenseret, etiam doctorem Paulum, non christianum illum solum, sed omnium in Sina christianorum columen et decus, amplificavit hoc anno nomine ac dignitate colai; hoc est in eum evexit gradum potestatis, ut a persona ipsius imperatoris alter majoris momenti res omnes gubernaret. Quamobrem excusso metu, qui multorum retardaverat conversionem, nihil magno jam obstabat opere, quin, quicunque vellent, evangelicam legem palam profiterentur. Igitur dum pater Alphonsus Vagnonus^{cam} christianorum coloniam, de qua libro superiore memoratum est, in provincia Xan siensi constituebat, ceteri provincias regni novem partiti inter sese, eas simili labore ac reditu excolebant. Et altius sine dubio in eam Sinae partem, quae ad septentrionem vergit, concionando procurrisse: sed absterruit eos jam illuc properantes armorum fragor, absterruere rapinae ac strages, quibus omnia ibi ab concursantibus praedonum manibus infesta erant, nullumque praedicationi relinquebant locum. Felicissimus omnium sociorum pater Julius Aenus provinciam Fociensem peragravit omnem successu plurimo; nam non solum semina fidei ubique sparsit, sed multis in oppidis reliquit constitutas curias cum sacris aedibus, ubi christianorum coetus fierent, et piae exercitationes, sicut ab eo institutum erat, publice peragerentur. Focci praesertim in urbe primaria illius provinciae templum posuit, non tam aedificio memorabile, quam quod collata a mandarinis et litteratis ethnici pecunia excitatum est, demirantibus pulchritudinem et sanctimoniam christiani dogmati, nec tamen profitentibus, quod severitatem praeceptorum formidarent. Aenus, ut novum templum quam splendidissima celebritate initiatetur, instituit per medianam urbem neophytorum pompam, insuetum spectaculi genus apud eas gentes, eoque cupidioribus oculis usurpandum. Ipse gradiebatur stipatus laetissimo concimentum choro; et multa face hinc atque inde collucente imaginem Salvatoris alte deferebat, ducentis quodammodo defalsis numinibus triumphum, etiam circumfusa ethnicorum multitudine nobilitatum; qui non minus ordinem et modestiam graviter incidentium stupebant, quam totius rei apparatum et majestatem. Interum hoc inde capiebatur commodi, ut alleli novitate inirent templum christianorum frequenter, et eorum caeremoniis insuescerent. Ibi sensim audiendo spectandoque nec opinantes veritatem animo adhibebant.

264.
RES SINICAE.
*Fides Christiana
felicissime pro-
pagatur.*

265.
*Nortisi provin-
cias novem ex-
currunt.*

266.
*Patris Aeni suc-
cessus in provin-
cia Fociensi.*

^{267.}
*Patris Andreæ
Rodominæ obitu-*

Participem laetiae magis, quam socium laboris habuit Aenus patrem Andream Rodominam egregiae virtutis virum; in quo si firmiores vires corporis fuissent, nihil insuper requiri videbatur: sed assidua aegritudine impeditus september hujus anni beatorum quiete recreavit. Ortu in Lithuania Rodominam ipse nobilissimam familiae locus, nisi animum nancisceratur adversus honores communium, ad primarias haud dubie dignitates perverxisset. Sensit adolescentulus injecta sibi desuper melioris desiderii semina, dum Vilnae Societatis scholas et sodalitatem Deiparae frequentabat. Ibi pulcrae aemulationis stimulo pupugere generosum pectus sancti Stanislai exempla, quem illius Lycei pubes velut praecipuo jure suum eximie colebat. Sed obstitere meditanti Societatem parentes, quibus per molestem accidebat, cogitatione grandia ut assolet fabricatis, nihil aliud quam tirunculum aliusse religiosorum gregibus. Neque tamen directo juvenem adorti, callidiore consilio apud Sigismundum III. Poloniae regem egerunt, ut inter aulicos ephebos adscisceretur; celeriter extinctum iri religiosae cellulæ amorem rati, ubi splendor regiae offunderetur oculis. Verum contra accidit, ut experimento terrenarum rerum augesceret caelestium studium. Interim, patre vita functo, domum post aliquanto ex aula revocatus est, ut omni tandem cura exsolveret suos, stabili nuptiarum vinculo illaqueatus. At non latuit dulos experimentum adolescentem: quin immo oblatam sibi existimans maturandæ rei opportunitatem, aula quidem propere se extricavit; non tamen domum redit, sed ad Vilnense Societatis tirocinium recta venit: ubi compositis rebus suis, famulis aperuit consilium, eos benigne dimittens, percusso insperata rerum mutatione, nec temperantes lacrimis; qui dum laetam nuptiali festivitate domum cogitarent, omnia repente in contrarium delabi intelixerunt. Immo duo eorum, praefectus familie et coquus, tantopere permoti sunt, ut ibidem manere imitarique herile exemplum constituerint: et tres eodem die Societati se addixerunt. At familiæ praefecto non diu stetit propositum, reviviscente paulatim natura, quam non Dei caritas sed hominis necessitudo ad tempus obstupeficerat. Coquus felicior fuit; perseveravit enim ad obitum, et desiderium sui post se reliquit. Hic dum tirocinium poneret, admirari non poterat satis religiosæ humilitatis miracula, quum jussu moderatorum vilissima culinae ministeria Andreæ imperitaret, pridem hero suo, nunc fratri, et in re coquaria subditio; videretque illum non dicto solum audientem sibi, sed nutus etiam observantem, quem meminerat paucos ante menses in regia Sigismundi honoratissimum. Circumacto tirocinii tempore Andreas Romam venit studiorum causa: ubi cum orbem theologicae facultatis prope omnem confecisset, coepit indicare missionis flagrare desiderio, impulsus in eam cogitationem nocturno visu, quo se admonitum a Deo nihil dubitabat. Operae pretium duxerim hoc visum, quod laborantibus in vinea Domini solatio esse potest, paucis exsequi. Quiescenti propositus ante oculos est terrarum orbis sectus in partes quatuor; quarum singulis homines de Societate videbantur humeros supposuisse ita, ut in omnibus quidem illis conatus vehementerem, non tamen par in unoquoque. Nam quibus oriens incubuerat, ii anhelitu crebro, sudore largo, et omnium artuum magna intentione improbum se onus subiisse declarabant, et nisi mature succurreretur; videbantur opprimi. Andreas inter haec, dum simul cupiens et metuens fluctuat motu vario nec quidquam statuit, videt ex improvviso angelorum agmen, qui, laborantes intervolitando, alius ex alio defluentes sudoris guttas excipiebant manibus. Guttæ contactu angelico protinus in pellucidas gemmas obdubescere conspiciebantur; quas aligeri dicto citius in torques colligabant, summisque illorum capitibus imponebant, quorum labore fuissent partae. Mixtus laetitia stupor Andream cepit animadventem homines, qui nuper perinquo ponderi tantum non succumbebant, primo torquis attacu sic redintegratos viribus ac restitutos, ut jam starent conatus nullo, et oblectari insidente humeris mole verius, quam premi viderentur. Illud simul intellexit, attacu torquis cogitationem caelestis praemii significari; qua cogitatione deficiens naturae vis mirum in modum a Deo identidem renovatur. Haec admiranti adstitit Angelorum unus, quem ille custodem fuisse suum post

^{268.}
*Eius vocatio ad
Societatem, et in-
gressus.*

Caelesti visu admonitus indicauit expeditionem petiti.

tempore Andreas Romam venit studiorum causa: ubi cum orbem theologicae facultatis prope omnem confecisset, coepit indicare missionis flagrare desiderio, impulsus in eam cogitationem nocturno visu, quo se admonitum a Deo nihil dubitabat. Operae pretium duxerim hoc visum, quod laborantibus in vinea Domini solatio esse potest, paucis exsequi. Quiescenti propositus ante oculos est terrarum orbis sectus in partes quatuor; quarum singulis homines de Societate videbantur humeros supposuisse ita, ut in omnibus quidem illis conatus vehementerem, non tamen par in unoquoque. Nam quibus oriens incubuerat, ii anhelitu crebro, sudore largo, et omnium artuum magna intentione improbum se onus subiisse declarabant, et nisi mature succurreretur; videbantur opprimi. Andreas inter haec, dum simul cupiens et metuens fluctuat motu vario nec quidquam statuit, videt ex improvviso angelorum agmen, qui, laborantes intervolitando, alius ex alio defluentes sudoris guttas excipiebant manibus. Guttæ contactu angelico protinus in pellucidas gemmas obdubescere conspiciebantur; quas aligeri dicto citius in torques colligabant, summisque illorum capitibus imponebant, quorum labore fuissent partae. Mixtus laetitia stupor Andream cepit animadventem homines, qui nuper perinquo ponderi tantum non succumbebant, primo torquis attacu sic redintegratos viribus ac restitutos, ut jam starent conatus nullo, et oblectari insidente humeris mole verius, quam premi viderentur. Illud simul intellexit, attacu torquis cogitationem caelestis praemii significari; qua cogitatione deficiens naturae vis mirum in modum a Deo identidem renovatur. Haec admiranti adstitit Angelorum unus, quem ille custodem fuisse suum post

existimabat; et, Eequid cessas Andrea? eequid dubitas? inquit. Quam partem orbis tibi ad subeundum eligis? Cui Andreas: Illam, respondit, in qua plus laboris insit, et laxamentorum minus. Laetus responso Angelus juvenem ad Jesum perduxit, quem Andreas spectatorem interesse tunc primum advertit animum, eique optionem adolescentis aperuit commendavitque. Peramanter illum intuitus est Jesus; et benigne affatus clara voce, bono eum esse animo jussit, et confidere se in ea terrarum parte obitum, quam elegisset: tantummodo moderatibus desiderium illud palam faceret; exitum autem rei committeret sibi. Hic, discusso viso, evigilavit Andreas, sed quae in somno viderat sic penitus inhaeserunt menti, ut temperare sibi a cogitatione non posset; et volutando ea inardescerat magis: praesertim vero Iesu Domini verba insonare adhuc illius auribus videbantur. Quamobrem generali Praeposito rem aperuit; a quo impetrata expeditione, Goam mature tenuit. Sed ipso in itinere quartana implicitus, quamvis sex annos supervixerit, consanuit numquam; miserrimus mortalium, nisi ei Domino famularetur, cui aeger sanusque, modo pari caritate diligent, perinde sunt. Goa, ubi aegrotantium curam aegrotans ipse aliquot menses gessit in publico valetudinario, missus Macaum ut clementiam caeli experiretur, et inde ob eamdem causam Aлено comes datum in Focensi provincia quae temperatissima habebatur, tametsi corruptae valetudini remedium nusquam reperit, tamen neque onerosum collegae neque inutilem Sinensis se praebuit. Etenim cum domi ferme relegatus linguan regionis celeriter adeptus esset, Focci ad constabilienda quae Aленus feliciter inchoaverat, fuit magno usui, totus in christianis, quorum recens conversio maternam exposcebat curam, erudiendis perficiendisque: quod non tam diligenter explanatione praeceptorum, piis colloquiis, ministrandisque sacramentis assequebatur, quam innocentissimae vitae exemplo, et ea inter morbi molestias serenitate vultus animique, que illos, velut praeceundo exhibendoque formam, in mores christiano dignos induebat. Cumque magnam collegisset eruditiois et ingenii famam, litterati, si qua forte inciderat de religione controversia, eo libenter utebantur arbitrio; quorum ille dubia quaestionesque tam accommodate tractare didicerat, ut responsa in epitomen contracta iudicem divulgariint. Quo die naturae concessit, aberat forte Aленus excurrendae provinciae intentus: eique proficiscenti, cum praescius mortis supremum validericeret, promiserat se, ubicumque versaretur, nuntium sui obitus perlaturum. Fidem creditus est amantissimo sodali praestisse; nam qua hora Focci expiravit, eadem Aлено iter unius diei absenti, et ministeriis occupato, emicuit ante oculos, formam referens nullam, pellucida species insueti splendoris; quae non continuo instar fulguris perculit oculos evanuitque; sed alterno motu propinquantis ac recessentis veluti illudendo tamdiu mansit in conspectu, donec mirantib; ludicram lucem, versantque nequidquam multas causas, venit in mentem promissionis ab socio sibi factae: qua recordatione vix orta extemplo nihil vidit. Aegre jam dubium tenebat animum; quum superveniens postridie a christianis nuntiis certam fidem ostento fecit, et multa laetitia desiderium sodalis temperavit. Interim Focci quidquid christianorum erat funus extincto apparaverunt, quale virum sanctum ac patrem communem decere arbitrabantur. Mons tria passuum millia aberat ab urbe, quem accolae, perinde ac infamem tartareis monstris et plenam daemonum arcem, ac nemini mortalium impune adeundam, usque adeo horrebant, ut ne mortuis quidem tutam eam sedem ducerent; praesertim qui loca humanis cadaveribus inaugurato sumant, aeternumque periisse credant quicunque vel ab imprudentibus ominoso loco sit compositus. Hunc christiani nullo tali metu absterriti depoposcerunt a mandarinis, ut in ejus vertice conditorum sibi extruerent, initio sepeliendi a Rodomina facto. Ibi raptim aedacula extorta, et grandi cruce e vivo saxo constituta, corpus patris funebri pompa elatum posuere. Inter aedificandum auditae ab operariis horrisonae voces frementium exturbari se vetusta sede, et dira pellentibus appresentium: quas tamen christiani minas, Deo confisi, contempserunt. Sepulcrum patris et omnem circa locum aliquot menses implevit odor suavissimus, quod sanctitati

270.
Invaletudine
perpetua labo-
rai; attamen
multa utiliter
gerit.

271.
Illi obitus va-
ris signis illa-
stra'ur.

ejus testimonium divinitus redditum interpretati sunt. Aliud quoque prodigium consecrati praesentia crucis loci religionem auxit. Globus ethnicorum eo cum armis nocte contendit, ut crucem et sacellum, quae non secus ac tropeum christiane religionis exsecrabantur, excinderent. Sed evadentibus in clivum apparuere desuper majore numero armati milites, velut ad propugnandum collocati; quos illi christianos esse rati, qui ad loci custodiam excubarent, pugnam iniquo loco detrectantes, se recepérunt. Rem postea adorti denuo, quam eodem metu retro cessissent, percontandoque nullas ibi christianorum excubias agi cognovissent, miraculo exterriti prodigium ultro vulgaverunt: quo factum est, ut ethnici etiam venerationi locus esse cooperit.

^{272.}
Pater Marchesi
suis Hainano-
sem missionem
aperit.

Exitu hujus anni novus apostolicae industriae campus in Hainano patuit; ad vocante nostris illuc quodam mandarino ex eadem insula oriundo, qui christianam fidem jam professus salutis non minus suorum popularium quam suae, inducto in patriam evangelio, prospicere percupiebat. Eo se moderatorum jussu contulit una cum eodem mandarino Marchesius, et novae missionis fundamenta jecit: cuius tamen primordia, intercise narrationis evitandae studio, commodius ad librum proximum intacta delegamus. Igitur in Tunchinum, quae proxima pars est, protinus transgredientes illud praefari nos licet, laetiorem Tunchinensi Ecclesiae, quantum conjectura prospicit, futuram nullam aliam fuisse, nisi mobile in horas ingenium Tonduangi regis felicissimum fidei processum identidem sustinuisse. Tanta in hoc homine erat mentis inconstantia, tam velox in contraria commutatio voluntatis, ut formidolosam benevolentiam expectatio alterius sortis ficeret; ira proximae gratiae pignus haberetur. Autumno superioris anni quatuor patres Fontesium, Amaralum, Majoricam et Regium acceperat perhumaniter, iisque manendi apud se magnam fecerat potestatem. Sed mutaverat paullo post sententiam, visus sibi plus nimio prodigus gratiae si quatuor retineret: itaque Regium cum altero, quemcumque ipse mallet, socio manere passus, duobus reliquis excedendum Tunchino denuntiarat. Et hi jam apparaverant abitum; sed, velut novus annus novam regi mentem attulisset, pridie ejus diei, quo erant vela facturi, venit ab aula' nuntius, vetans eos in navim descendere, imperansque ut regem omnes convenient. Paruerunt; et sane multo, quam sperassent, liberalius a Tonduango accepti sunt. Omnes in regno manere jussi. Eam ob rem dum nostri gratias agunt, imponit beneficio molestam conditionem rex; ne quid apostolici ministerii a quoquam illorum exerceatur. Corrupisset omnem laetitiam haec ingratia quies, nisi magna spes fuisse non diurnam eam fore; praesertim quod rex propediem prefecturus erat cum exercitu in Coccinam (quae pars Tunchinensis regni rebellaverat) ut seditiones cogeret in ordinem: id si fieret, confidebant nostri, absente rege et distento belli cura, facile se libertatem praedicandi recepturos. Verum id factum male, quod proficiientes jam terra marique copias infastum omen tenuit. Magnum pro magnitudine incepti sacrificium ad iter fortunandum ex instituto gentis celebrabatur; quo non rite peracto nihil nisi certam calamitatem sibi ominabantur. Delectus sacrificio locus insula erat, quam sectus in duas partes amnis efficiebat, terrestribus maritimisque copiis ad spectaculum percommoda, navibus infra supra que in flumine stantibus, et peditatu cum equis et elephantis ab lateribus ripas obtinente. Jam rex, qui sacerdos idem erat, rei sacrae fecerat principium, jamque mactabantur a sacrificis victimae; quum nigrescere coorto vento caelum, reboare tonitrua, effusoque imbre interturbari res sacra coepit; quodque pejoris ominis visum, quiescente post horam nimbo, sol praeter morem discoloribus redimitus radiis apparuit. Ea res plenos vanis religionibus animos, regemque imprimis, vix dici potest quantum conterruerit; magnas deorum iras, intestinos tumultus et caedes portento denuntiari; avertendam a Coccinina et rebellibus in subditos et Tunchinum curam esse. Ita spe profectiois ablata, nihil nostris in praesentia reliquum fuit, nisi ut temperantes ipsi ministeriis in publico, rem secreto per catechistas urgerent, quorum ad talēm usum apparatissimam habebant manū, nec prohibitam adhuc christianorum contrahere conuentus,

^{273.}
RES TUNCHINI.
Nostrī prædicatiō-
ōne prohibiti
per catechistās
fidem proœchiant.

sermonemque publice de religione serere. Quod tam salutari consilio gestum est, ut baptizati hoc anno Tunchinenses ad quinque millia septingenta viginti septem capita numerentur.

Sed inter hos catechistas egregie de re christiana meritos unum prae ceteris dignum ducimus, cuius non intercidat memoria. Is aliquot ante annos, qua tempestate patres Marchesius et Rodius jussu regis inclusi domo tenebantur, et ad omnem aditum, magno poenarum metu vallatum, insuper armati excubabant, capitis discrimine post animae salutem habito, audax invictus consilium fallendi custodes, ut a patribus baptismum, quo nondum erat impertitus, reportaret. Parte igitur rei domesticae divindita emit militare tegumentum capitis, balteum, arma, et siquid aliud custodes a vulgo distinguebat: tum indutus personam militarem, elato vultu, securitate oris quam maxima, propalam ingreditur doim, nemine moram afferente aut magnopere observante: sistit se patribus, detegit innocentem fraudem, baptismum orat. Forte jam fidei rudimenta tenebat, et paratus satis ad sacramentum venerat. Ergo petitionem facile adeptus, quum eadem arte, qua veniens sefellerat, se per medios custodes recepisset, statim ludicum militare instrumentum vendidit, eoque pretio pios quosdam libellos et praesertim vulgatum a Patre Riccio catechismum emit, ut inde non minus sibi quam aliis salutare pabulum appararet. Etenim fere jam usuvenerat in Tunchino, ut e salutifero fonte non christiani modo sed apostoli emergerent, videbaturque Deus egregia Tunchinensium indole delectari, quippe quos, vixdum per fidem genitos sibi, amplissimis muneribus et privilegiis exornaret: utque in Japonia renovatam diceres priscam martyrum fortitudinem in suppliciis perferendis, sic exorientes ecclesiae veterem illam charismatum abundantiam cumulatam in Tunchinum haud immerito arbitrariere. Lucas igitur (hoc enim illi exinde nomen fuit) natura eloquens, post baptismum eloquentior factus, quum multum se dicendo proficeret animadvertisset, incensus studio prolatandae fidei, auctor uxori fuit, ut vitam in posterum sejunctim casteque agerent, quo sibi liceret cum patribus esse, eorumque ductu totum se lucrandis animis devovere. Consilio a persimilis virtutis femina facile probato, Lucas in catechistarum numerum adlectus, ibique probe exultus, brevi animum officio parem prompsit. Etenim more veterani in apertum progressus coepit domos, viros, oppida lustrare, et pro concionibus dicere; cumque interdum aliquo contendens certo sciret, concitatam a Bonziis multitudinem, simul atque appropinquaret, impetum in se facturam, pergebat ire nihilo secius, ut Christum vel noletibus offerrent. Quare contigit saepe, ut adveniens ludibriis, dicteriis, verberibus incesseretur. Quibus injuriis ille, ut paratissimus venerat, silentium et mansuetudinem tamdiu opponebat, donec lassitudo male facienti placatiorem effecisset turbam. Tunc orare illos, ne se hominem solum, inermem, qui laesisset neminem, qui nihil aliud nisi nuntium illis afferret novum, auditu jucundum, scitu perutilem, re needum explorata vellet opprimere. Hoc artificio moratus novarum rerum studiosiores, et apud eos aggressus de christiana fide loqui, nativa dicendi copia et natura rerum, quas explicabat, sic intentos faciebat auditores, ut etiam ceteri, qui procul spectabant, excitata audiendi cura, paullatim appropinquarent. Ille vero utens ea qua pollebat facultate, cum tres aut quatuor horas continenter verba fecisset, sic tamen affectam dimittebat coronam, ut orationem longius produci cuperent; et qui multa dixisset jucundissime, eum tamen nihil inepit, nihil ambitiose, sed omnia ad ipsum utilitatem protulisse judicarent. Itaque Deo mirifice aspirante, quoties concionem haberet, semper aliquos, saepe multos ad Christum perducebat.

Praeter catechistas, qui in id unice incumbebant, magnum erat aliorum quoque certamen, ut quam quisque posset plurimos ex notis et popularibus trahebat ad fidem. Qua in re maximo juvabantur opere mira in daemones et morbos potestate, quam Deus non dispertisse inter illos, sed vulgasse videbatur: neque enim paucorum id privilegium, sed prope commune omnium christianorum erat donum; et in ethnicorum non minus quam in fidelium redundabat utilitatem.

Tom. II.

274.
Unius catechistae egregia virtus, et res gestae.

275.
Neophyti passim aegrotantibus sanitatem exorant.

Quare vix quisquam decumbebat paulo periculosius, quin christiani advocarentur; et ibant plerumque una multi, ne quis sibi quidquam singulariter arrogaret. Porro subesse ignotae artis suspicio poterat nulla, propterea quod humani remedii nihil afferebant; sed precibus ante crucem fusis aegroto paucas lustralis aquae guttulas aspergebant, signo bene precantium christiano ritu facto; idque modo semel, modo per plures dies, iudicem aut alii, donec voti fierent compotes: et sane innumeritas hoc modo sanationes in omni morborum genere obtinuerunt. Maxime memorabile exemplum in christiana muliere editum est, spectante magna ethnicorum multitudine. Non illa jam vita tantummodo periclitabatur, sed prorsus diem obierat suum, tam vehementi exticta morbo, ut sacerdos, qui minus longe abesset, arcessendi spatium filio non daretur. Quia ex re pius adolescens tantam suscepserat aegritudinem, ut amicorum consolacionem respueret, miseram deplorans matrem inexplibili lamentatione, non quod esset mortua, sed quia moriens caruisset illo, quod unice exoptaverat, solatio absolutionis. Interim parato funere stabant christiani atque idololatrae, satis magna multitudo, partim qui exequias comitarentur, partim quos necessitudo, aut studium spectandae pompae contraxerat. Et filius jam tegumento areae, qui mos est gentis, manum admoverat, ut clausum cadaver traderet efferendum: quum maternum vultum intuens supremum, non secus quam nova illi mens subito incidisset, substitut; et christianos hortatus, ut collatis precibus sibi opifilarentur, ipse in spei extraordinariam arrestus ori materno nonnihil piacularis aquae instillavit. Visa cum aqua recipere animam mulier; revixit continuo, aperuit oculos, et e sandapila adsurrexit. Miraculum una voce succlamatum est, nemine ad dubitandum; nam seu vere animam efflaverat, in quod omnia signa consentiebant, seu inusitata vis morbi similitudinem mortis praebuerat, profecto repentina salus naturae vires exsuperabat. Felix non uni domui prodigium fuit: nam cum ab his, qui interfuerant, tota raptim vicinitate percrebuisse sermo, et habita fides tam multis testibus praesertim idololatris fuisse, nongenti, veritate agnita, sese in Christi gregem transtulerunt.

^{276.}
Insigni prodigio plurimi fidem amplectantur.

Verum ad conversionem ethnicorum nihilo minor efficacitas illibatis christianorum moribus, quam prodigiis erat. Etenim, velut ejurantibus errores cum nova religione nova indoles insereretur, neophyti nitebant in cetera colluvione tali modestia et innocentia, ut non indigenarum solum perstringerent oculos, sed Lusitanos etiam, in Tunchino mercaturaе causa degentes, verterent in admirationem sui; adeo ut hi Macaum reversi affirmare non dubitarent, eos ipsos, quorum illic non magnopere suspiciebatur vita, habituros praeclaram sanctimoniae opinionem, si in Europam traicerentur. Appulere in Tunchinum hoc anno tres naves a Japonia, quarum vectores plerique metu suppliciorum exterriti fidem ejuraverant, tametsi verbo tenus. Hi Checiūm urbem regni caput ingressi, cum Tunchinensem Ecclesiam diligenter cognovissent, alacrem et crescentem in dies multitudinem christianorum contemplati, incertum majorene verecundia sui an admiratione illorum, offerebant se illis obvios, et amplexi osculatique socordiam devotebant suam, qui si parem habuissent animum, jamdudum nobilissimam martyrii palmarum consecuti essent. Contra, eorum vicem miserati Tunchinenses, excipiebant illos per amanter, rogabantque etiam atque etiam, ne despondarent animos; atque ut fidentius et temporius poenitentia mederentur vulneri, ipsi ultro ad sacerdotem illos deducebant. Eadem hac innocentia vitae eunuchos, qui in aula et administratione rei publicae plurimum valebant auctoritate, perpulerunt, ut ex odio in favorem verterentur, publice professi, si quis christianam religionem vellat amplecti, id jam per se licere; nihil enim in ea reprehendendum, nihil, quicunque tandem esset illius auctor, non laudabile deprehendi. Hanc vero laudem mutua christianorum caritas videbatur omnium virtutum maxime expressisse. Videlicet homines, quibus alieno pepercisse miraculum abstinentiae erat, admirari non poterant satis eorum liberalitatem, qui profunderent suum, ut alienas miserias sublevarent. Quod autem ignotos exciperent domibus, alerent, haberentque fratrum numero eam tantum ob causam, quod

^{277.}
Spectata neophytorum virtus, praesertim caritas, fidem mirifico promovet.

eundem colerent Deum, eademque jungerentur fide, id enimvero portento magis duecatur: ac inde multis cognoscendae veritatis initium fuit. Contulerat se in Enghianensem provinciam, procreationem rei publicae suscepturus, filius regis natu tertius; duxeratque secum custodiae causa manum armatorum mixtam ethnicis et christianis. Mos ibi obtinebat, ut, ubicunque agmen sisteret, hospitales impensa et cibariorum cura penes ipsos essent milites, more privatorum: quare tenuioribus sub dio nonnunquam agenda nox erat. At vero christianis nuspiam deerat liberalē hospitium; nam ut large juvarentur rebus omnibus ab iis, quos antea vidissent numquam, id causae satis erat, quod crucem p̄ae se ferrent aut aliud insigne nominis christiani: adeo potiorem quavis privata necessitudine hanc fidei copulam experiebantur. Qua perspecta re multi, quos praeditatio nulla adhuc mollierat, velut divinum nescio quid odorati, edoceri de Christo accuratius voluerunt; quod quam secundo eventu factum fuerit, solemnis baptismi caeremonia, quae paulo post peracta est, numero candidatorum juxta ac splendidissimo ritu nobilitata, declaravit. Par caritati in proximos religio erat adversus Deum. Nulla res tanta erat, quamobrem de matutinis precibus quidquam a neophytis decideretur; nec itineri quisquam aut quieti, non invocato ante Deo, se facile commisisset. Diebus festis, tametsi sacerdos aberat, in unum locum coibant: ibi doctrinae christiana formula primum decantata, rosarium loco sacrificii decurrebant. Tum catechista, sive quis alius praecesset pio coetui, ex historia patientis Domini locum aliquem perlegebat, et in morem piae comminationis interloquendo amplificabat. Ubi sacerdotis copia foret, accedebat frequens sacramentorum usus; et pridie quam noxas confiterentur, verberibus de semet ipsi sumebant poenas, et jejunitum servabant: quod ni fecissent, quamvis id nulla lege juberi notum erat, se ob eam negligentiam indignos, qui participes sacrae dapis fierent, existimabant.

Nequaque tamen pax ab inimicis ubique tenuit, quamvis decretum adhuc nullum a rege in christianos emanaverat. Abundabat Tunchinum nequissimis hominibus, quorum in magicis artibus quaestus erat: quippe a quibus aegroti sanitatem magno pretio nundinari consueverant. Hi jampridem conspicati quantum in regno christiana fides cresceret, tantum sibi de quotidiano lucro et de vetusta auctoritate detrahi; et, ni mature obsisterent, pejora in posterum veriti, nervos omnes intenderunt, ut, si quid astutia, si quid improbitas posset, christiani in invidiam infamiamque vocarentur. Quod multis in locis assequuti sunt hoc maxime modo. Tempa ethnicorum antiquo cultu celeberrima clanculum per silentum noctis ingressi, idola deturbabant suis sedibus, comminebant, frustaque disseminabant temere toto templo: ornamentorum quidquid circa esset, divulsum, lacerum, foedatum ad ostentationem irae contemptusque proiiciebant: et ne furti suspicio dubios injuria, auctores faceret, praesertim quod ab avaritiae criminis christiani vulgo aberant quam qui maxime, nihil admodum, ne pretiosissima quidem quae in propatulo et ad manus forent, auferabant. Luce orta, qui primi salutatum deos irent, iis vix fores ingressis [nec opinantibus spectaculum prostabat. Cito clamoribus et sacrilegii fama plena circum omnia erant. Contrahebatur multitudo a vociferantibus, perditum esse ingenti strage quidquid deorum in templo fuerat; foede disjectos et laceratos sanctis artibus stravisse solum. Non cessabant interim auctores maleficii: exclamabant pestilentialm propedium, motus terrae, dehiscentem humum ultimum exitium humano generi allatura, quando jam diis ipsis bellum impia saecula movissent. Inaudita haec post hominum memoriam sacrilegia nunc primum coepisse in Tunchino concipi, postquam patriis peregrinae religiones sint permixtae: a quibus quid tandem expectandum, nisi ut tempa ipsa incendantur, et cultores idolorum alienis numinibus mactentur? Nihil levius ad iram vulgo: nulla furiosior ira, quam cui nomen religionis ministrat arma. Concitata multitudo ruere magnis clamoribus, irrumpere in domos christianorum, quin aut ignaris in tanta trepidatione tempus cognoscendi criminis daretur, aut negantibus quidquam a se factum fides esset. Non eadem tamen ubique furendi ratio erat. Alibi in res

278.
*Neophytorum
religio, et pietas
erga Deum.*

279.
*Excitatur variis
in locis persecutio
in christianos.*

tantum saevitum est: more praedonum partim avertere domesticam supellectilem, partim res sacras violare, subversis aediculis, protritis crucibus et imaginibus. Alibi atrocior in homines ira: vinctos afflictosque humi verberibus certatim tundere, conscindere calcibus; aut illos trahere ad mandarinos, jure in quemlibet christianum velut in communem pestem grassaturi. Multi hoc metu examinati simultata defectione misere conciderunt. Ex iis, quorum constantia stetit, plurimi soluti vertere coacti sunt; multi jactura bonorum exsilium redemserunt. Fuere liberi, quos parentes nequidquam tentatos ultra sententiis judicium tradiderunt: mulieres etiam fuere, quae a viris, quum irrito conatu diu verberarentur, tandem ejectae domo sunt, et semineces in medianam viam provolutae.

^{280.}
*Quidam sacerdos
tus sanguinem
pro fide primus
Tunchinensem
fundit.*

Tantum a sanguine christianorum adhuc temperabatur metu regis, qui nondum acerbius quidquam in illos promulgaret. Unum reperio, Franciscum nomine, qui, ne Tunchinensis Ecclesia plane hoc decore careret, primus omnium cruenta laureola insignis novum iter ad caelum popularibus aperuit. Homo tenuissimae conditionis erat, regis fratri a lectica; qui superbo domino famulabatur illa virtus animique serenitate, quam despiciencia humanarum rerum et fiducia praeempi nobilioris aspirabant. Quidquid ab humili ministerio vacui temporis intercurreret, id partim religionis, partim caritatis operibus impertiebatur; praesertim sepiendlis christianis, non alio quaestu, quam benefacti, deditus. Rescit haec dominus jampridem christiano nomini infensus. Servum ad se indignatus vocat, contractoque supercilio paucis commonefacit, illam patrum legem et cadaverum attractationem vehementer displicere sibi: satis superque id esse causae, cur exemplo redeundum statuat ad idolorum cultum. Hoc vero pernegasit famulus licere sibi ullo pacto. In pollendis humandisque cadaveribus quod sine mercede aliquam posuisse operam, nihil inesse quod pudendum arbitretur: nullum se caritatis officium sordidum, nullum alienum ab homine estimare. Verum hoc ita laudari a christianis, ut tamen non praecipiatur. Illud non item: nec commissurum se umquam, ut a Christo desciscat: vitam sibi eripi posse, fidem non posse. Opprime superbiam domini visa est tam libera famuli oratio sine fastu; adeo in atroci animo, quod eum domo sua tantum ejecerit, insolens patientia fuit. At cito recepit a stupore primo ingenitam ferociam: et, nisi vinceret, victum se ratus, misit qui retraherent abeuntem. Reversum jussit, nulla interposita mora, ibidem ejurare Christum: porro in vultu, in voce dirum propositum eminebat. Negavit famulus se facturum, nulla re praeterquam tam nefaria petitione exhorrescens. Tunc vero puduit hominem suae lenitatis, culpantem jam semetipsum, quod rogando alteram a servo repulsam tulisset. Et tamen tertio adortus mortem ostentavit, nisi paruisse. Id vero pergratum mihi feceris, inquit strenuus fidei propugnator, si me e mortal vita ad immortalē, e servitute ad regnum tramite tam brevi transmiseris. Hic finis utrinque loquendi fuit. Dat signum tyrannus; et composito invadunt christianum satellites more suo instructi arundineis contis. Illum primis ictibus seminecem deiciunt: dejectum, quasi massam incude edomarent, ingeminando verbera non interficiunt modo, sed foede deformant. Ita suum Tunchinensi Ecclesiae martyrem, et ipsa martyrii forma a Stephano non dissimillimum, dederunt.

^{281.}
*Pater Majorica
Enghianensem
provinciam exco-
lit fructu pluri-
mo.*

Sed haec privatorum odia nec ubique nec perpetua erant: circa regem adhuc pax obtinebat. Itaque catechistae nihilo segnius munere suo fungebantur; ipsique patres, tempore capto, paene resumperant pristinam concionandi libertatem, confisi levitate regis, quo saepe connivente, quod pridie vetuisset, postridie impune licebat. Praesertim pater Hieronymus Majorica Neapolitanus, praeco evangelii apprime indefessus, qui jam in Coccincina plurimum desudaverat, atque inde pulsus per multos labores et discrimina Macaum, Macao in Tunchinum extremo superiori anno venerat, quum statim ab adventu excursionibus in remotiores regni partes se dedisset, tantum locorum ultra citroque lustravit, tot pertulit labores, quot nemo unus, nisi Deo praeter consuetum ordinem sufficiente vires, diu sustinuisse. Sex postremos hujus anni menses praecipuo fructu in Enghianensi provincia posuit, tractu regni amplio et novem in partes

tributo; quarum quinque perpetuis montibus interruptae accessum habent longe impeditorem. Ibi, inter idololatras et christianos partitis curis, eum ex utrisque collegit fructum, quo majorem vix apostolici viri desideria caperent. Ethnicorum lustralibus aquis aspersiti duo millia quingenta septuaginta quinque capita: at christianorum, quos culpis absolvit, caelestique refecit epulo, aut quos metu adversariorum lapsos reconciliavit Deo, summae exacto numero concipi praeterea multitudine non potuerunt. Quocumque primum advenisset, statim concursus ad eum permagno undique siebant; neque ex vicinis modo pagis, sed tam procul, ut saepe itinera tridui atque quadridui emensi supervenirent, nec pauci numero, sed turmatim; ut opprimeretur labore pater, insomnis, jejunus, dies noctesque intentus operi supra quam natura valeret. Quoties alio proficiscendum esset, ibi certamina exardescabant in suas cujusque terras eum pertrahere studentium. Annos alii numerabant, ex quo sacerdotem vidissent nullum: alii commemorabant necessitates eorum, qui domi mansissent; senes, aegrotos, pueros, lapsos metu persecutionis, postremo omnia, quae virum animarum studiosum inflammare possunt, sic patri proponebant ante oculos, ut videretur de miseriis judicium fieri. Ille diu animi pendens, nec sibi a lacrimis temperans, ubi tandem decrevisset quo esset perrecturus, tripudiis excipiebatur ab iis, qui vicerant, laetissime deducentibus eum more triumphantium: at ceterorum sane miserabilis erat discedentium habitus; nec illos aliter, quam pollicitando affuturum se quamprimum, poterat consolari.

Eodem tempore pater Fontesius Tingoanam provinciam instituerat simili modo peragrare; quum repente nuntio Checium retrahitur, ut pro illa, qua valebat, auctoritate iram regis collectamque super capita christianorum tempestatem averruncaret. Femina quaedam, regi praeter fas amica, magnum repente periculum creaverat. Chесetum prope regiam urbem tractus erat ambitu non magno, ceterum aliquot pagis pulcre in ordinem dispositis consitus, ac frequens incolis; quem locum meretricula, velut datam sibi a rege sui corporis mercedem, proprium suique juris possidebat. Ibi templum magno sumptu, monumentum sua gloriae, aedificaverat, dereliqueratque custodiendum Bonziis, quorum comodis et auctoritatibus maximo favebat opere. Idolum in templo constituerat magnifice exornatum: quo merito haud dubie, spondentibus Bonziis, post vitam libidinose actam praeium tali pietate dignum erat adeptura. Accidit quodam die, ut idolum suis exutum ornamentis, vel etiam capite decurtatum, quod parum constat, inventiretur. Femineis ululatibus tota personuit regia, simul atque Bonzii alius super alium lacrimabundi pervenerunt, infandam numinis calamitatem afferentes. Parum de auctoribus addubitatum est. Mulier irarum plena, quo discurrentem illam furiae tulerunt, regem adit, ad ejus se genua abjecti, eaque amens protulit, quae dolor et ultiōis cupiditas et ingenium muliebre subjecerunt. Longe leviore impulsu illa mobilitas amoriori capitatis concidisset. IV. Cal. Decembres edictum a rege promulgatur: quoniam ad regias aures pervenerit existere in regno qui falsam doctrinam condiscant, legemque profiteantur perversam, nullius virtutis altricem, fallaciis mendacisque scatentem, cuius doctrinæ sectatores eo prorumpant audaciae, ut ingressi templa idolis insultent, edici juberique, ne quis in posterum ejusmodi legem neque privatum neque publice profiteri audeat. Ad hoc ne cui liceat ex eadem secta templa idolorum ingredi: si quis autem deprehensus ibi fuerit, eum licere in jus a quolibet privato trahi; trahentemque iisdem muneribus donatum iri, quibus egregia belli facinora remunerari soleant. Haec decreti summa: in quo dedita opera mentio christiani nominis nulla facta est Lusitanorum gratia, quos rex abalienari a se nolebat. Ceterum mira celeritate decretum a rege in proximos magistratus, ab his inferiores, ac deinceps in omnes regni partes pervasit; priusque nostri perlata legem audiuerunt, quam ferendam odorarentur.

Erat intra Cheseti fines chistianorum satis magna multitudo: templumque ibi velut ethnicorum templo oppositum habebant, haud multo ante perfectum, aedificio, ornatu, omnique sacrorum instrumento, ut erant loca, nobilissimum. Hoc muliebrem iram primum sensit. Illuc immisus cum armatorum globo man-

^{282.}
Rex publico decreto christianam legem interdicit.

^{283.}
Christianorum templum evertitur, valentianarum incendiatur.

darinus primum pretiosissima quaeque diripientium praedam fecit, vilioraque incendit: deinde aedificium ipsum demolitus, materiam alio comportandam curavit, ut novum templum ex ea, injuriae ulciscendae causa, idolo exstrueretur. Tum' nosocomium, quod ibidem christiani posuerant, ne quod vestigium invisae religionis relinqueretur, delevit flammis: fecitque adeo inhumaniter, ut aegrotantium nonnulli parum abfuerit quin eodem incendio conflagrarent; vixque trahentes aegra corpora se subduxerunt. Avertissetque ab aedificiis in capita christianorum perniciem, nisi metus regis obstisset, quem certo sciebat ab hac immanitate adhuc abhorre. Placuit tamen minis tentare hominum constantiam, sed irrito plane conatu: omnes enim paratissimos invenit vitam pro fide pacisci. Quare eo magis fremens frendensque, quod victus minitando absisteret, excessit inde, gravissima nescio quae causatus negotia, ut velum verecundiae obtemperaret: iis negotiis simul atque functus esset, monebat, opperirentur redeuntem, viderentque ne serae obedientiae eos poeniteret.

^{284.}
Domus nostrorum
dirigitur,
Pater Regius vinculis
constringitur.

Checii per idem tempus alia militum manus in aedes nostrorum involaverat, et patrem Bernardinum Regium, qui unus forte domi morabatur, injecto ad collum harpagone continuerant, vocantes eum regis jussu captum esse. Qui se nullius concium criminis, si pro fide modo Christi quam propagare studuerat comprehendenderetur, nullum supplicium deprecari dictans, quum vidisset satellites manicas non habere, dedit negotium famulo, ut funem domi conquerireret sibi afferret: quem statim allatum ipsem offerens satellitibus, manus ultra composuit ad vincula tum laeto vultu, ut milites in suspicionem venerint, ne subasset dolus et pararentur interim ab ceteris patribus et christianis insidia: neque enim sine magna et certa spe tantam fore alacritatem existimabant. Porro non deerat spes illi maxima; propterea quod paullo ante inter sacrificandum inusitat se martyri desiderio succendi senserat, vitamque suam Deo plenus spei bonae devoverat: quare cum exoptanti et praeparato contigisset ut caperetur, incredibili efferebatur laetitia, optatamque sibi palmarum promittebat. Et exstat illius ad Provinciae moderatorem Andream Palmeirum epistola, in qua haec ipse postea diserte narravit. At milites ingressi domum, postquam vestigantibus omnia insidia nusquam apparebant, posito metu, versique ad rapinam, nihil reliqui in aedibus fecerunt. Interim Regius in via constrictus tenebatur; multique circa christiani, qui auditu tumultu accurrerant, incerti dolendumne potius an gratulandum foret, lacrimis suffusi patris vincula osculabantur. Inter haec superveniens Amaralus, ubi vinculum sodalem animadvertisit, si christiana fidei odio esset in vinculis, se quoque ob eandem causam vincendum procul clamitans, in locum editiorem ascendit, et quantum commiti voce poterat Christi sanctissimam religionem commendare instituit, numquam alias tantam sibi concionem praesto fore ratus: quum verba adhuc faciente illo, ecce e regis ministris unus, illuc ab aula cursu contendens, veniam se patribus afferre procul inclinavit. Ambiguum veniae nomen, et criminationibus Bonziorum opportunum, respuit Amaralus, non indigere eos venia respondens, qui nullius criminis conscientia tenerentur; et iturum se recta ad regem, quae siturumque ex eo, cuius culpae reo sibi aut socio veniam misisset. Jamque haec locutus ibat. Armati, ut eum re vera aulam versus properantem conspexerunt, illicet, relicto Regio, instar fugientium dilapsi sunt. Forte tum regi equorum agitatores certamine currum spectaculum praebebant. Ubi ejus adeundi copia fuit, Amaralus vinculum adhuc funibus Regium introducens regique ostentans: Quo contacti scelere, inquit, more latronum ac proditorum hac ignominia afficiunt? aut ejus nobis maleficii venia datur? Non enim vincula aut mortem deprecaturi venimus; tantum quae vinculorum aut mortis causa sit, ex te audire libet. Haec autem directa percontatio ex dignitate christiani nominis visa est, ne calumnias Bonziorum locus relinqueretur. Aegrius, quam dici queat, tulit eam speciem rex: mirari vehementer quisnam, inscio se, in ipsa urbe regia huc audacie progrederetur; simul imperare, ut Regio protinus eximerentur vincula. Fratri deinde, qui gubernatoris munus obibat, dat negotium, ut ea de re diligenter cognoscat,

^{285.}
Rex improbat
factum, et patres
delinire studet.

et in auctores injuriae graviter animadverat. Patres extemplo alio deducti a gubernatore: qui dum satis humaniter rem gestam audit, dum asseverat injussu regis illatam injuriam fuisse, nec fidem christianam alia de causa proscriptam, nisi quod farta a christianis in templo idolorum facta dicerentur; peroportune duo interveniunt ethnicam agentes mulierem, quam penes casu deprehensa indicia furti erant. Interroganti judici, ipsane idolum spoliasset: Quippe ego spoliavi, respondit; nec me facti poenitet. Admirantibus responsum quicunque aderant, nec satis intelligentibus quo spectaret, Sexcenties, subjecit muliercula, quum mendicitate laborarem, supplex idolum adii enique oravi, ut inopiam sublevarer. Admodum nihil exorare umquam potui: quamobrem indignata vestes ex eo detraxi, ut, quod subsidium a volente non dabatur, ab invito extorquerem. Risum gubernatori movit feroculae mulieris consilium: eoque casu versus in festivitatem, Amaralum Regiumque benigne dimisit. Quibus domum repetentibus advenit a rege eunuchs rogans, ut epitomen christianae legis scripto mandatam ad eum mitterent: simul eos jussit mille caixas, monetae genus, pro illatis damnis dono accipere. Epitomen illi celeriter confectam tradiderunt, at fructu nullo: quodque fuit acerbius, tenuit nihilo minus decretum, quia turpe regi videbatur tam celeriter mutare sententiam. Ea res funestum multis in locis insequenter annum christianis fecit.

Verum mitia haec, quae gerebantur in Tunchino, et simulacra persecutionis verius, quam persecutio judicabuntur, si cum Japonica immanitate comparentur. Toxongonus novus Japoniac imperator, perinde ac patri saevissimo tyranno non alia ratione quam sanguine christianorum parentare decrevisset, principio ut illos suis c latebris, quod unum miseris tutamen adhuc supererat, extraheret in apertum, magnis praemiis in indicia pronuntiatis, omnia vestigatoribus complevit. Primus e nostris frater Joannes Yama una cum multis christianis productioni patuit: quae, quoniam multarum similium caput exstitit, expedienda hoc loco est, ut status Japoniae et pericula nostrorum ab uno crimen discantur. Aidzus provincia est regni Oxy; cuius provinciae urbs primaria Vacamatuz vocatur. Ibi tranquillis olim rebus florebat religio; quam a patre Hieronymo de Angelis satam, postquam ille flammis consumptus est, excoluerat diligenter Joannes Yama, patris Hieronymi jampridem comes ac demum superstes. Vacamatuz omnime sinistro venit ethnicus quidam, egens atque facinorusus; qui auditis intelligentibus praemiis Yendi ab imperatore propositis, si quis christianum, multo autem magis sacerdotem aut religiosum indicaret, statuit hac arte quaestum facere. Nactus christianum e plebe minus cautum, fingit se ex ultima Japonia profectum huc venisse baptismi desiderio, quod omnino sibi persuaserit, nullam in quavis secta spem salutis, praeterquam in christiana religione, reperiri. Credidit neophytus minime malus, et proditorem ad Yamam deduxit: a quo benigne acceptus, sedulo institutus, et baptizatus coepit tantum prae se ferre ardorem pietatis, ut admirationi veteranis et pudori esset. Interim nefarius homo christianorum nomina, domos, conditionem et institutum vitae cognoscebat. Ubi satis multam in retia confluxisse praedam, et praesertim duos de Societate homines vidit (pater Joannes Baptista Porrus alter fuit) narrat instare sibi necessarium iter in urbem /regiam. Percontatur quinam vicinis in oppidis, quacunque transeundum erat, Christi cultores degant, quorum excipi domibus tuto possit, quorum sanctis exemplis et colloquis ad pietatem adjuvari et inflammari queat. Acceptis singulorum nominibus, Yendum pervolat, indicium ad imperatorem deferit, magnam ab eo vicissim pecuniae summam, magnas industriae laudes recipit. Continuo dimissi milites in unumquodque oppidum terrore christianum gregem, luctu familiis, vincitis custodias impleverunt. In nostros Porrum et Yamam impetus dissimili successu factus. Ille in ethnici domum elapsus tuto latuit: hic casu oblatus lictoribus, et quis esset interrogatus, ipse se prodidit deditque vinciendum. Mensem totum jacuit in vinculis, magno christianorum, qui simul erant, emolumento, quos ad lentam in flammis necem oppetendam mirum in modum accedit. Triginta sex magno natu deflagrarunt: liberi eorum sexdecim obtruncati.

286.
RES JAPONIAE,
Frater Joannes
Yama per produc-
tionem captiv.

^{287.}
Post diuturnum carcerem
fossae supplicio perimitur.

Ille tamquam majoris momenti reus ad imperatorem perductus, ab eoque haud cunctanter damnatus flammarum cum aliis quindecim, jam ad ludibrium ferrorem, que circumducebatur per celeberrimas regiae urbis vias cum hoc elogio grandi tabulae inscripto atque ex humeris suspenso: *Religiosus et concionator*: quum venit illi in mentem optimum factu fore, si vitae, religionis, ac necis suae rationem non populo, ut fieri mos erat, sed ipsis judicibus redderet, nec voce tantum quae praetervolat, sed scripto. Concessa roganti facultas scribendi est: itaque contigit, ut, ceteris breviore statim supplicio peremptis, ille ad maiorem cruciatum reservaretur. Etenim in ergastulum reductus, vernaculis, quos scitissime pingebat, characteribus epistolam in hanc sententiam conscripsit. « Clarissimis « viris imperii gubernatoribus. Certiores vos facio unum Deum esse orbis con- « ditorem et moderatorem. Hujus tam necessarii ad cognoscendum, tam late « patentis ad reliquam veritatis perquisitionem pronuntiati mentionem nullam « facit volumen Yutō, quo japonicae religionis summa continetur: nullam Xaca « in suo Bupō. Hoc vero ignorare quid est aliud, quam vitam in tenebris age- « re et extitiali caligine circumfundī? Hoc dum Japonia ignorabit, erit illius re- « gionis simillima, quam sol numquam benigno vultu illustravit. Sin autem aciem « mentis intendere voluerit, facile discutietur ista caligo, et sanabitur illius eo « turpior, quo magis voluntaria caecitas; novusque sol mentes Japonum luce « purissima perfundet ». Haec epistola non leviter gubernatores perculit; quippe eam Japon scriperat, idemque sapientiae ac probitatis laude notus; porro id temporis scriperat, quo media propemodum in morte versabatur, ideoque nullus erat dolo aut simulationi fructus. Itaque gubernatorum unus nomine Forinus Xichibus Yamam ad se vocatum, et opipara exceptum mensa, solus solum de religione disserente per tres quatuorve horas in secreto conclave audire voluit; et professus est ad extremum, si imperator vel decimam carum rerum partem audiret quae sibi erant expositae, haud dubie fore ut christianaе legi et ipse exemplo faveret; pollicitusque, se daturum operam, ne rem tanti ponderis diutius ignoraret. Ab hoc tamen colloquio remissus in carcerem, ibi quod reliquum hujus anni fuit, et magnam insequentis partem egit, nullumque promissionis fructum vidit. Etenim cum interim, nescio quo pacto, manasset ad patruos Toxunguni haec fama, scelestissimos ethnicos, nec minus aversos a fide, quam auctoritate pollentes apud imperatorem, hi omni ope studuerunt premere sapientem epistolam, ne in illius manus perveniret: veteres refricerunt suspicione; metum, odia, furorem incauti principis adeo inflammaverunt, ut ne christianos nominari quidem se audiente pateretur. Itaque quum anno sequenti Joannem Yamam adhuc vivere compriisset, usuram hujus temporis atrociori supplicio exigendam ratus, rogum cum fovea commutavit; ut cui vita in carcere fuerat producta, mors etiam in immani scrobe produceretur. Extremo igitur septembre anni MDCXXXIII. (quo die non constat) lente necatus ad superos evolavit, annos natus septem et sexaginta, quorum quadraginta septem pie vi- xerat in Societate.

^{288.}
*Innumerā no-
strorum pericu-
la.*

Haec prima proditio cum novam viam prōditoribus aperuisset, nullum a me tu vacuum perfugium, nullas ab insidiatoribus tutas latebras reliquit. Patres prae- sertim ancipiti premebantur discriminē, ne aut fictis petitoribus praebarent adiū- tum, aut veris denegarent: porro nullus erat lapis lydius in tanta prae- sertim trepidatione, quo alteri ab alteris discerni possent. A lapis praecepit periculum imminebat; qui si forte de patrum latebris rogitarent, vix dijudicari poterat, poenitentiane ac perfidia ducerentur. Accedebat major in dies difficultas se occul- tandi, domibus christianorum partim suspectis, partim, ex quo domini jam comprehensi fuerant, amissis. Evasere tamen nostri in annum proximum, magis Dei providentia quam humano consilio: duosque tantum hoc anno Societas de- sideravit, alterum igne pro Christo, aerumnis alterum sublatum.

^{289.}
*Patris Matthaei
de Couros labo-
res, pericula et
obitus.*

Pater Matthaeus de Couros hic fuit, japonicae provinciae Praepositus et epis- copatus administrator: cuius vita diuturnum et acerbissimum dici martyrium potest, longe illo durius, quod ignis aut ferrum puncto temporis absolvit. Praeter

incommoda frigoris, inediae et egestatis, praeter angustias, foetorem, ac tenebras latibulorum, quae subter humum excavata nominari sepultra verius, quam latebrae poterant, quorum in uno septem totos menses confecit, oryzae pugillo, quod illi diurnum demensum dabatur, pastus, et membris fere omnibus ob gravem uliginosi cavi paedorem captus; denique praeter assiduam sollicitudinem japonicae ecclesiae tot procellis quassatae, quotidianus ab hostibus fidei metus et praesens periculum impendebat. Sexies in die aliquando capessenda fuga, vertendumque fuit solum. Et admirari sane licet quam varios fallendi latendique modos illi vel sua vel neophytorum industria, vel divina potius providentia sufficeret. In mutanda veste negotii parum erat; in vultu varie conformando plurimum. Placebat plerumque sinica vestis, utpote suspicioni minimum obnoxia: huic addebat adscititiam barbulam, qualem Sinae gestant, raris et prolixis hinc et inde pilis arcuatam: oculos erudit, ut hiarent modice, nictantibus similes, more item sinico. Denique omni ex parte ita se gerebat, ut in media natum Sina plane crederes. Cum e latebris ad Sacramenta ministranda evocabatur, excubias ad fores agebant neophyti. Quibus aliquando adventare satellites renuntiantibus, consilium ex re capiens hospes illum conjecit in lecticam seu pilentum velis undique obductum; quo modo deferri per urbem matronae a duobus ferme bajulis solebant. Sic, praeente famula quasi nobilis matronae pedisequa, in aliam procu delatus est domum, tametsi non sine gravi periculo; cum bajuli fraudis ignari consistenter identidem rogantes, quo tandem aut qua pergendum foret: quorum ad clamorem procaces quidam lecticae vela excutiebant, velut latenter intus dominam monituri, ut viam bajulis indicaret, famulæ praeceunti parum notam. Alias fugientem in cybæ lictores compexerunt. Permisit se mari ac ventis ille; Deoque cymbam ducente, in Amacuseæ insulae portum appulit. At lictores anteverterant; totaque jam insula in armis erat. Christiani duo, re cognita, illum in viminea componerunt corbe; deinde humeris impositum, quasi scruta aut opsonia veherent, primum in obscurum ac devium nemus, deinde in praeruptum montem detulerunt: ubi dies multos sine ulla humana ope contra frigus et imbræ et morsus asilorum mansit. Illuc nihil secius aspiraverunt ad cum lictores; quos nullo modo potuisset effugere, nisi propere accurrens neophytus patrem lembo exceptum furtim in desertam insulam trajecisset. Ex ejusmodi aerumnis tot collegit morbos, quot fere constabat membris. Aeger tamen, senex, labore fractus, locis omnibus aderat, omnium levabat incommoda, omnium saluti consulebat. Morituri ferro, igne, aliasque sexcentis modis illius preces implorabant; ejusque secundum Deum exemplis, cohortationibus ac litteris acceptum referebant robur, quo confirmari se mirifice sentiebant. Sed postquam delatoribus data est immanis quaedam licentia, postquam apostatarum perfidia, magnis incitata præmiis, omnes omnium urbiæ, agrorum, ac nemorum recessus, ipsasque speluncas ac tumulos patefecerat; tunc nullum amplius relictum latendi vivendique locum sentiens pater, ne periculum hospitibus crearet, occasionem martyrii elabi pateretur, consilium aliquoties cepit sistendi se hostibus religionis, ultróque mortem, quancunque inferre vellet, lacescendi. Quod ubi subholui Christianis, vehementer obstati ne faceret, vim quoque amicam adhucuerunt, ut illum non modo a satellibus, sed etiam a seipso custodirent, veriti ne invitis aut negligentibus elaberentur. Interim quidam Japon turpi lepra infectus, quem ab hominum consortio foedita morbi segregaverat, Patrem rogavit, ut se visere ne gravaretur. Lactus ille ad eum divertit; verum ibi, seu sordibus et squalore casae enectus, seu morbi contagione tactus, spiritum per annos duos et quadraginta egregie de Japonia meritum Creatori reddidit IV. Cal. Novembres hujus anni, haud procul ab urbe Fuxima. Anno inferiore illius obitum posuere nonnulli; qui etiam non quatuor supra sexaginta sed quinque illi annos tribuunt, at minus recte utrumque. Olisipone haud obscuro genere natus, ad Societatem accesserat anno MDLXXXIII. triennioque post cum ea classe, quae principes Japoniae legatos in Orientem revehebat, profectus, primo

transmisit in Indiam, ac inde in Japoniam: ubi gerendis rebus maximis, tolerandis acerbissimis, Ecclesiam et Societatem plurimum illustravit.

²⁹⁰
Pater Iscida
cum Japone do-
cere disputat.
P. VI. L. IV.
N. 160.

Obitum hujus paullo antecesserat felici martyrio pater Antonius Iscida Pin-tus, quem abhinc anno tertio Nangasachii captum, et in Omurano carcere inclusum fuisse, supra demonstratum est. * Causa, cur tamdiu vivus servaretur, spes imperatoris fuit, illum aliquando vinci posse: providebat enim, si hujus viri constantiam frangeret, qui ortu Japon, instituto religiosus, dignitate sacerdos, eloquentia nemini secundus erat, quanta christianae religioni clades inde, quantum dedecus immineret. Hoc consilio in Omuranum carcerem conjectus fuerat, horrendum et humanae patientiae vix tolerabile ergastulum: de cuius situ et forma, ut-pote descriptis alio loco, sermone retexere non vacat. Verum cum die noctu-que carcer divinis laudibus personaret, (erant enim ibi simul alii aliorum ordinum religiosi quatuor) sensit Unemius gubernator alia ratione pugnandum esse. Doctorem tota Japonia celebrem, eruditione peraeque ac calliditate praestantem, quae-sivit, Gonajum Saitum nomine, unius e japonicis sectis primipilum. Deinde Iscidam ex Omurano sepulcro Nangasachium revocavit, et mitiore inclusum carcere saepe in regiam adhibere coepit. Ibi illum quadam die conuenit Saitus; et veterarie hominem pertentans, « Novi eruditonem, inquit, tuam, novi ae-« quitatem: nec duplcam hanc tibi laudem derogat Unemius; neque, ut quam « profiteris sectam statim deponas, laborat: unum hoc etiam atque etiam ex te « petit, ut tecum ipse per olim deliberes, num sine ullo crimine integrum ti-« bi sit nobiscum vivere et sentire. Satis intelligit cuiusmodi deliberatio, quanti « temporis et momenti sit: itaque annum tibi vacuum ad commentandum con-« cedit: quo exacto quidquid statueris (tantum sapientiae et probitati tuae tri-« buit) non solum non improbabil, sed et sibi et universis amplectendum sta-« tuet. Interim hoc petit, ut medianam quamdam ingressus viam, quemadmodum « sapienter deliberantem deceat, nec christianum nec deorum nostrorum culto-« rem aperte profiteare, sed medium te inter utrumque, ac veluti suspensum « habeas ». Sensit maligne locutum Iscida; statimque respondit, dubitare nisi de rebus incertis, deliberare praeterquam de dubiis neminem posse. Nihil incerti, aut dubii christiana fidei inesse: nec se post unum, decem, centumve annos aliud umquam responsum daturum, quam quod modo illi, et per illum Unemio datus erat: videlicet, praeter Christi legem, falsas omnes sectas ac religiones esse, et ad aeternam salutem nihil valere. Posuit igitur Saitus, quam parum commode gesserat, legati personam; doctoremque professus, Iscidam ad dispu-tandum provocavit. Qua in contentione cum ex placitis ejus sectae, cuius erat magister, principium quoddam nomine Faichium statuisset, rerum omnium conditorem, efficiebat inde Faichium suum eundem ac Deum christianorum esse, et utramque religionem nominibus modo et certis quibusdam caeremoniis dissidere, re ipsa consentire. Quem errorem Iscida quo imponere pluribus in Japonia jampridem norat, eo diligentius refellendum putans, totus in id incubuit, ut quid inter utrumque intercederet discriminis, et quantum imaginarius ille Faichius a veri Dei notione abesset, enucleate demonstraret. Diem unum itemque noctem, obnitente ad singula Saito, disputatio tenuit: in qua cum tandem ad incitas redactus Japon effugium frustra quereret, adversarium victorem feroci-ter dimisit, vera dicere necne, haud magni referre affirmans. In omnium oculis manibusque versari edicta imperatoris, quae legem Christi damment: et ob-temperare edictis haud dubie oportere, praesertim eum, quem ortu Japonem na-tura ipsa subditum imperatori fecerit. Si repugnet, nemini miserabilem, ne in suppliciis quidem, jure optimo futurum; qui cum nullo negotio felix ac beatus esse possit, modo tam, integro animo, externam sui speciem obiciat alienis oculis, qualem imperator postulet, tamen obstinate nolit. Negavit Iscida, aut si-mulari umquam impium cultum, aut exitiali dissimulatione verum obtagi sine piaculo posse: et iram adversarii inopia argumentorum laborantis modesto risu-silentio contempsit.

Verum mollivit spei dulcedo nonnunquam, quos contra metum adamantinos animi constantia fixerat. Id sentiens Saitus redit multo post tempore ad Iscidam in ergastulo jacentem. Simulat se illius vicem dolere; pertinaciam castigat, at verbis mollioribus et humanissimis: opes, honores, omnia vitae honestamenta ab Unemio ostentat, si mutare mentem et ritus peregrinos abiicere inducat animum. Haec offerenti pater Antonius sempiternas opes, honores divinos, omnia vitae immortalis ornamenta pollicetur a Christo, si mutare mentem, et christianam fidem profiteri statuat. Suis se peti artibus, suo se gladio jugulari vidit philosophus, et desperata Victoria omisit pugnam; ac Unemio renuntiavit, operam se in Iscida ludere. At non meam ipse ludam, clamavit Unemius: et vocatum e custodia monet, nullis jam disputationibus opus esse; subeundum illi quidquid ad eam diem saevum, atrox, horrendum, inauditum in rebellis christianos cumulatum sit. Commodius ad terremo loquerere, inquit pater, si vivere me ac valere juberes. Nam minora meis votis sunt quaecunque narras tormenta. Accumules velim quantum excogitando vales: quin etiam, si libet, in hoc certamen accingere, ut in me uno experiare ulrum valentior tua in christianum hominem atrocitas sit, an firmior christiani Deo suo confidentis fortitudo aduersus atrocitatem tuam.

Accepta conditione barbarus Ungenum montem certamini destinat. Eo raptur cum tribus Augustinianis sacerdotibus et laico Franciscano aliisque nonnullis Iscida; et separatis singuli collocantur, ne alii alios admonendo confirment. Postridie ad voraginem omnium teterram ducuntur, quam inferni fauces vulgo nominabant; plenam ferventiam aquarum, vomentem permixtum sulphure ac cinere fumum, aestusque tam alte ejectantem, ut ne aspectus quidem caelesti ope sustineri posset. Ibi rogantibus iterum ministris, placeretne ejurando fidem ex tam horrendo supplicio sese redimere, quum una voce negassent omnes, exemplo initium excrucandi factum. Plenam aestuantum aquarum trullam, foramine mediocri ad imum terebratam, ita nudatis corporibus circumferabant, ut jactus prossilientis aquae unquamque membrorum partem subinde everberaret. Distincta sanguineis notis primo tumebat intolerando attactu pellis; mox scindebatur, vulsaque vivas aperiebat carnes ignito liquori, quo ter in orbem toti perfundebantur. Mora deinde per aliquot horas, quantum recipiendis viribus protrahendoque dolori satis esset, interposita, denuo in eundem modum discrucibantur. Aderat interim medicus, qui fugientem vitam observaret, et circa mortem tormento modum constitueret. Hujus arbitratu in quatuor rarius saevitum est: tres, in quibus pater Iscida, qualibet die sexies cruciati. Triginta dies haec tanta atrocitas supplicii tenuit; in quo tamen ille animo et corpore persistit tam erecto, ut idcirco nonnulli ignitos ei vortices pepercisse scripserint. Videbatur enim sensum doloris amisisse: adeo sedato vultu carnifices et alios, quicunque adessent, ad Dei legem amplectendam hortabatur: quorum nonnullos dicitur, miraculo constantiae validius quam verbis commotos, ad veritatem perpulisse.

Jam fluxerat mensis: ac paene absumptis carnibus ossa coquebantur. Hujus rei admonitus Unemius reduci eos in urbem jussit nonis januariis; et quia tunc iter illi ad imperatorem erat, servari vivos in carcere voluit, donec ipse ab aula redux aut novum aliquod supplicium excogitaret, aut certe morientium asperitu frueretur. Nangasachium post menses octo reversus, cum in semesis corporibus nihil reliquum crudelitati reperisset, jussit tenuissimam vitae particulam, quae illis adhuc inerat, lentis absumi flammis: quod factum est tertio nonas septembres hujus anni. Antonius Iscida Scimabarae in agro Arimensi natus, et apud nostros in Seminario eductus, anno aetatis undevicesimo Societati nomen dedecrat. Japonicas sectas percalluit, et qua praeditus erat eloquendi facultate, copiose illas refutabat. Peragravit imperii provincias prope omnes magno animarum quaestu: multos enim perduxit ad fidem, multorum mores ad pietatem expolivit. Annum attigerat alterum supra sexagesimum, cum optatam diu lauream, multisque quaesitam laboribus, Nangasachii consecutus est. — Haec immunitas

^{291.}
Ingentibus promissis nequidquam tentatur.

^{292.}
Una cum aliis christianis cruciatur immannissime.

^{293.}
Lento igne consumitur.

^{294.}
Nostrorum tres
alii in Japoniam
navigant.

suppliciorum, quum extra Japoniam sermonibus percrebusset, nequaquam absterruit apostolicos homines, quo minus japonicam expeterent provinciam: et quamvis custodes ad omnem portum excubarent, naves specularentur, vectores excutient, et imperium illud velut clausum indagine tenerent, tamen tres e nostris una cum sex aliis variorum ordinum religiosis Manila profecti fefellerunt ministrorum vigilantiā, et in agonem se dederunt; japones duo Paulus et Mancius, tertius lusitanus Sebastianus Viera: de quibus alibi redibit sermo. Interim Philippinas obiter inspiciamus, ubi lacta pleraque japonicae atrocitatē moestitiam sublevabunt.

^{295.}
RES PHILIPPINA-
RUM.
Hujus Missionis
conditio felix.

Etenim annales litteras Philippinarum perlegenti vix in mentem veniat externe apud barbaros missionis: adeo Hispani patres, qui in illarum cultura desudabant, formam hispanae Societatis imitati, nihil praetermittebant eorum, quae ad fovendam pietatem peragi utilite in patria viderant. Itaque eadem ferme recurrent, quae nos alibi memoravimus; conciones, pompa, solemnia, excursiones, usus sacramentorum, menstrua communio generalis, publicae corporis verberationes, sodalitia in honorem Deiparae, et alia ejus generis multa; quae sicut longius descripta fastidium gignerent, ita leviter memorata florentem religionis statum declarant. Haec autem tranquillitas cum gentis satis placidae ingenio, tum constitutae Hispanorū potestati plurimum debebatur.

^{296.}
Obitus et elo-
gium patris
Francisci de En-
zinas.

Manilae pater Franciscus de Enzinas decepsit, domo Abulensis, annis major sexaginta, quorum amplius triginta in Asia meruerat; nisi quod aliquandiu in servitute fuit apud Batavos, intercepitus ex itinere, dum procurator provinciae Romam transmisit. Ejus opera maxime in excoledis Bisagis, agrestibus barbaris, perutilis fuit, quos incredibili patientia saepè imbribus madens, saepe calore perustus, enectus fame siti et lasitudine, per avia montium et nemorum studio-sissime venabatur. Animi compositione, studio obtemperandi, animarum zelo, et praecepsim aptissima prefectus sui cum apostolicis munis consociatione ita excelluit inter socios, ut instar exempli ad intuendum imitandumque proponeretur. Verum reliquias viri laudes facile missas facio, hac una videlicet contentus, cum in cultu Deiparae omnino eximium habitum; ut perinde ac nomine suo *Virginis devotus* vulgo appellaretur. Quaecunque in ejus honorem excogitata ab aliis usurpataque compumperisset, ea haud cunctanter sibi transcribebat imitanda, nihil tenue arbitratus, nihil injucundum, quod Mariam redoleret. Quovis sabato jejunium servabat; in perygiliis festorum ejus nullum obsonii genus attingebat; totis novendialibus cilicio flagellisque utebatur liberalissime. Interim somnē illi erat, ex quolibet novendiali diem unum sibi sumere, ab aliis rebus vacuum; quo de bonitate Deiparae plura commentans, et ipse casto igni materiam sufficeret, et a Virgine diligentiam illam respiciente scintillis desuper immisis inflammaretur: nec cessationem illam, sed utilissimam occupationem judicabat, quod experimento didicisset se plura deinde una hora, animo fervente, perficere, quam multis diebus elanguescente fervore. Tametsi vix fieri vel in maximis negotiis poterat, ut ille intepesceret: adeo quavis nocte, si quid interdiu excidisset occupato, jacturam reparabat. Etenim noctes omnes vigil ante aram Virginis ducebant, contentus duarum horarum somno, quem ibidem carpebat vel in scamno, vel gradibus altaris acclinis: quod, ni Deipara clienti suo vires ministrasset, vix sufficere ad vitam videbatur posse. Reliquum noctis spatium in tres partes distributum stans, sedens, genibus innixus transigebat, variis religiōibus intentus: quas viri vigilias Deus manifestis signis probare visus est. Etenim aliquando, nulla in templo collucente face, preces tamen legere conspectus fuit, illustrante librum, quae ex precantis vultu radiabat, clarissima luce: aliquando cum nostrorum unus stata hora cunctaretur strato exsurgere, repente modo sane miro tres de Societate ardentissime Deum orantes vidit; in quibus patrem Franciscum de Enzinas se agnoscisse affirmavit.

^{297.}
Pater Vilancius
in servitutem
abripitur.

Longe miserabilior casus eripuit nostris e. Carigarensi residentia patrem Joannem Dominicum Vilancium, maximo jam natu, et multorum annorum laboribus in Asia exercitatum. Forte ex alio in aliud oppidulum haud longe a mari itabat christianos invisens, et suis intentus ministeriis; quum Jolenses, qui

praedonum ritu mare infestum habebant, irruptione in insulam facta miserum seūem deprehenderunt, et vincum navigioque impositum in servitūtem abduxerunt. Quod ubi cognovit Provincialis, pro eo ac dignum erat, hominem miseratus aeo laboribus et morbis obsitum, patrem Gutierrez illo misit, qui omni ope redemptionem procuraret. Hujus adventu Vilancius nactus scribendi occasionem litteras ad eundem provinciae moderatorem dedit, ex quibus nonnulla transcribere satius duco. « Indi permagno numero, inquit, ex christianorum « insulis abducti, apud hos barbaros miseram servitūtem serviunt, et vel Maca- « zaribus venduntur, vel cum vestibus commutantur; multique inhumanitate do- « minorum a christiana fide desciscunt. Ipse captus fui III. Cal. dec. a prima- « rio viro regis Jolensis genero, et saevitiam hominis barbari et mahumentani « satis expertus sum. Immixtus remigum et militum turbae in insulam veni- « ubi oryza sale condita nutrior, ad camque raro frustulum piscis aut radices « coctae addicuntur. Hac cibi tenuitate, qui seniō jam maturueram, ad mortem « in dies propero. Aegrotavi etiam; et dum jacebam, unius gallinae copiam « mihi fecerunt: alteram deinde dono accepi, cum morbus recruduisset. Verum « ex quo pater Gutierrez advenit, paulum vires et animum redintegravi. » Ha- ctenus Vilancius: qui deinde illud etiam subiicit, ingens pretium a barbaro pro redēptione exigi; quare libertatis et vitae facere jacturam satius esse, quam provinciam aere alieno jam gravatam novis deprimere nominibus, et barbarorum aviditatem hoc lucro magis ac magis in nostros homines extimulare. Plus tamen apud provinciae moderatorem captivi sensi misericordia valuit, quam ejusdem dissidentis auctoritas; perrexitque omni ope redēptionem maturare: nequidquam tamen; quia dum pecunia corrogatur et submittitur, dum barbarus spe majoris lucri de industria moras necit, pater sensim viribus defectus e ser- vitate ad caelestem patriam evolavit, anno, postquam captus fuerat, jam altero decurrente.

Evasit simile periculum ab iisdem Jolensibus intentatam alias pater, et vim vi propulsavit, dum Manila profectus in Zebuanam insulam Sinico navigio con- tendebat una cum socio rei domesticae curatore. Trecenti piratae medio cursu obviam nostris procurrerunt: quorum myoparones binos procul conspicati Sine- ses, gens imbellis, salutem desperabant, praeorsum nec numero pares, et ar- mis non valde instructi. At vetuit illos diffidere rebus suis pater divino auxilio fretus: simulque consilium ex tempore capiens xylinis velis circumtegi navigium jussit, cum ne cognita suorum paucitas audaciam praedonum confirmaret, tum etiam ut eos objecta quadam insidiarum specie deterreret. Socius patris interea ducem Sinensibus se praebens arma expedivit, contos, missilia, pyrobalistas; eos opportune dispositi; quid quemque facere oporteret praecepit. Interim myoparorum altero cursum procul sustinente, alter tanto impetu incitavit se in nos- tros, ut latus navigii graviter ex conflictu laboraret: tamen Sinenses impigre explodendo et missilia contorquendo incursum strenue exceperunt, multis vul- nerarunt, opinionem virium stuarum longe majorem vero, trepidationemque praedonibus indiderunt. At commiso certamine nostri ancipiūt cura distinebantur: nam et faticens rimis navigii latus undas accipiebat, et missilia defecerant: qua- re cum nihil aliud ad manus esset, cogebantur scutilia vasa communire, et testas pro telis in hostes coniicere. Igitur prope erat, ut necessario opprimerentur; eosque jam miserimae servitūs metus magis quam victoriae spes a de- ditione adhuc retardabat: quum patris comes, qui pugnabat inter primos, du- cem Jolensem conspicatus, in illum pyrobalistam intendit, aptoque petitum ictu exanimavit. Dicas casu concidere animis piratae: venit eis in opinionem milites hispanos sinico navigio vehi: hoc metu consternati destiterunt certamine, et praeda, quam in manibus habebant, desperata, se in tutum receperunt. No- stri praepter opinionem periculo defuncti Deo gratias agebant, sibi invicem gratulabantur; cum repente alter myoparo, qui procul constiterat, ubi primos ce- dere prospexit, in secundam pugnam se incitavit. Vix armorum et spei quid- quam reliquum nostris erat, quo novum certamen sustinerent, si aeque ac-

^{298.}
Alii duo contra
praedones liber-
tatem armis tu-
entur.

primum pertinax diuturnumque fuisset: verum praedones velut experiri magis quo loco res nostrorum esset, quam praelium instaurare vellent, ubi resisti nihilo segnius cognoverunt, omittunt inceptum, et cedentes socios cursu adipiscuntur. Compertum deinde est non parvo stetisse rapacibus suum facinus: amplius vi genti interfecti sunt, vulnerati non pauci: ceteri cum in patriam revertissent, ut mortem sociorum et ignominiam fugae excusarent, in vulgus ediderunt se validae Castellanorum classi incidisse, et nisi celeritate iniquo certamini subduxissent se, fugaque petiverint salutem, futurum haud dubie fuisse, ut ad internectionem eo die caederentur. Nostri verius magno periculo elapsi, integri atque incolumes, quo contendebant, pervenerunt.

^{299.}
*In Insula Min-
doro permitti
ad fidem perdu-
cuntur.*

Ceterum extra molestiam piratarum pacata nobis omnia laetaque satis in Philippinis erant. Ut alia omittam, in insula Mindoro, quo nuper pedem rogati intuleramus, frugifero labore desudatum est. Erant ibi oppida septem, quorum principes Nauhanum familias christianorum ad sexcentas numerabat, clericis saecularibus conceditas. At longe plures ibidem erant idololatrae, quorum saluti non valde prospiciebat quisquam. Tum praeter oppidanos amplius sex millia ethnicon in montibus vagabantur, genus hominum agreste, rude, plenum superstitionibus, vix ulli christianorum affabile, quorum cultura longe difficilior penitus negligebatur. Nudi pube tenus incidebant, aegre corticibus arborum defendantes ab aspectibus quae instinctu naturae vetabantur palam oculis offerre. Deos colebant nullos; sed loco deorum litabant majorum manibus, a quibus, quidquid prospere eveniret, habere se arbitrabantur. Horum conversioni illud maximo impedimento erat, quod acerbitate Hispanorum alias experti, ab hisque mulcati, odium in omne christianum nomen propagaverant. Attamen nostrorum duo aggressi pedetentim tentare aditus, affari comiter, humanissimos se praestare, cum mansuetudinis opinionem collegissent, cito adepti sunt non modo ut barbari neque fuga proriperent se e conspectu, neque colloquia declinarent, verum etiam ut tanto diligenter eos magis, quanto insperata humanitas ex praejudicata opinione ad gratiam plus valebat. Igitur primo venientem ad sese patrem libenter excipere, audire studiose disserentem de christiana religione, rogare, id quod maximo cupiebat opere, ne redire saepe gravaretur: deinde etiam redeunti obviam ire, vel absentem arcessere: denique, posito metu, e montibus in planum descendere, ad eum in oppida ipsa confluere. Multi baptismo expiati sunt; et pueri ultro deferebantur, ut sacro fonte tingerentur. Haec in Mindoro feliciter gesta novam segetem fructu laetam, spe laetiorem culturae aperuerunt. Et horum similia interim in Dapitana quoque insula eveniebant: ubi sexdecim templa brevi tempore constituta fusae narrationis locum ad fructus conjecturam facile supplebunt. Nam quia de rebus Asiae verba fecimus jam satis multa; protinus inde in Paraquaria transmittimus, provinciam australis Americae; ubi tamen series rerum multo miserabilior anteactis fine haudquaquam laeto concludet hoc volumen.

^{300.}
*RES PARAQUA-
RIAIE.
Patiens migratio-
nem tribus Guai-
iranae coloniis
suadent.*

Demonstratum libro superiore fuit in Guairana, parte Paraquariae quamdiu licuit florentissima, tres colonias, quibus ab Incarnatione, sanctisque Paulo et Xaverio erat nomen, excisa a Brasiliensibus miserum in modum, abreptosque in servitutem ad multa millia neophyti fuisse. Igitur coloniae, seu ut vulgo loquebantur, reductiones (satis celebre deinceps ab calumnis fabulisque nomen) supererant octonae a luctuosa clade, quarum saluti prospiciendum erat: nam et inminere iterum in novas praedas nequissimi raptiores dicebantur, et adversus eos satis apparebat nullum praesidium in hispano milite, iniquitate praetorum, Guairanis fore. Patribus igitur multum inter se deliberantibus placuerat demum, in quatuor colonias, quarum duabus longinquitatem regionis, duabus asperitatem locorum et ferociam gentis pro tutamento fore sperabatur, nullam in praesentia fieri commutationem rerum; coloniam S. Josephi, incolis in alias distributis, dissolvi; tres, quibus nomina a Jesu Maria, S. Thoma et S. Michaële fecerant, proximas incursionibus Brasiliensium, traduci interiori ad lapsum Paranae amnis, quo per ventura praedonum agmina non credebantur. Consilio

probato profectionem neophytis edixerunt, ostendentes, quoniam ab Hispanis auxilia non impetrabantur, nullam salutis spem praeterquam in sedium mutatione relinqui: se participes laborum, comites itineris, socios periculorum fore promiserunt. Haud aegre persuasum: praesertim postquam haec illis agentibus nuntiatum est, praedones et Brasilia multo, quam ante, elatiores appropinquare, omnia prae se, quocumque irrumperent, acturos. Verum quo die vasa conclamari coepta sunt, tantus subito exarsit sedium suarum amor, ut nequidquam obnitentibus nostris orantibusque, ne semetipsos pessimis mortalium permitterent abigendos in miserrimam servitutem, complures dimoveri nullo modo potuerint.

Patri Ernoto negotium datum est, ut omnem suppellecilem, et neophytorum eam partem, que iter pedibus facere non poterat, impositam in cymbas devehoret secundo flumine in constitutum locum: quod ille cursu difficili et labioso, veruntamen felici, perficit intra dies sexaginta, nulla re amissa, nullo comite desiderato. At terrestre ceterorum iter magnas habebat difficultates. Nam simul atque patres, divisa migrantium multitudine, suum quisque agmen duce-re per nemora et saltus instituerunt, primo confusa ex omni sexu et aetate multitudo ipsum laborem itineris molestissime tolerabat: deinde asperitas viarum et inopia commeatum magno erant impedimento. Itaque incredibile memoratu est quam multis variisque angerentur sollicitudinibus ductores agminum, quum post aliquot dies alii consistenter lassitudine consternati, et projecti se-cus viam negarent, sustinere ultra laborem sese posse; alii, crescente patriae desiderio, subirascerentur auctoribus profectionis, et ad invidiā patrum eos sapientes praedicarent, qui deperire quolibet exitio domi, quam avelli sua sede maluissent. Inter haec miserabiliores aliorum exaudiēbantur querelae, cibum a patribus efflagitantium: quibus nonnunquam vix tantum dari ob inopiam poterat, quantum satis esset ne jejuno conficerent. Nostri vero tot simul examinati querimoniis, tot difficultatibus circumventi quo se verterent ignorabant. Nam si liceret, quod ab initio sibi persuaserunt, parvis itineribus promovere agmen, et crebro consistere, dum fessis quies daretur, dum integri vigentesque dimitterentur ad conquirendos commeatus, satis se intelligebant haud magnopere laboraturos. Verum quia certis nuntiis jam constabat imminentia citius opinione Brasilienses, qui si agmen in itinere deprehendissent, actum erat de tanto christianorum numero, magno metu stimulati salutem sibi nuspian, nisi in celeritate fugae, proponebant. Reliquum igitur erat nihil, nisi ut eos modo spe modo metu in officio continerent, et ad patientiam verbis exemplisque hortarentur: quod sicut in extremis malis unicum et necessarium remediū genus est, ita in magna multitudine, irritatis praesertim animis, nec auditu jucundum, et proximum irae et desperatione esse solet. Quamobrem cum aliquot ferocioris ingenii, respon-sentes hoc genus molestiae consolationis, initium ab agmine dilabendi fecissent, multi subinde exemplum temere sequuti, modo diversi et clanculum, modo pro-palam et congregatio avertebantur a cetera multitudine, et partim desertas domos repebant, partim in speluncas abdebat, ut ab incursionibus Brasiliensium tuti-laterent. Quod majorem in modum acerbabar nostrorum aegritudinem, providentium illos haud dubiae latronibus futuros praedae, aut certe in lustris more fe-rarum viventes omnem celeriter christianae legis memoriam, aeternaque salutis curam abjecturos. Nec tamen morari illos ulla prece poterant: quumque pa-tres Simon Mazzeta et Christopherus Mendoza, illorum vicem paternis animis miserati, in omnes partes excurrerent, si quos possent vel dilabentes retinere, vel dilapsos revocare, nihil admodum profecerunt: quin etiam alter binos comites amisit, quos secum ducebat, pellectos a desertoribus in suam partem: alterum orantem et obsecrantem eos effearer. Indus conto examinaverat, ni cir-cumstantes tempori sustinuissent ictum. Pessimi exempli res in extremum ma-lorum prolapsus videbatur; nisi repente audita eorum, qui domi se tenerant, pernicies gliscentem ceterorum licentiam opportuno metu repressisset. Paucis post diebus, quam se migrantium multitudo itineri commiserat, pervenerant

301.
Migrantium diffi-cultates et peri-cula.

302.
Brasilienses pa-cua migrantium op-pida inva-dant.

infesto agmine ad vacua ipsorum oppida cum auxiliaribus Tupiis Brasilienses: quorum pars domos diripiens, pars dispalatos in agris consecans, omnia agentes ferentesque, vastitatem et solitudinem regioni reliquerunt. Eorum, qui remanerant domi, aut ex itinere retro cesserant, vix quisquam servitatem effugit: cuius rei fama cum paullo post ad commigrantes perlata fuisset, tametsi omnia complevit luctu ob calamitatem popularium, multique amissos cognatos miserabiliter lamentarentur, tamen conciliata patribus auctoritate studiosorem ad reliquum itineris conficiendum modestioremque eam multitudinem effecit.

^{303.}
Item duas Gualacorum colonias
diripiunt.

Ceterum latronum aviditatem non explevit praeda satis multa, sed acuit potius; adeo, quod ferme fit, ipsis rapinis magis in dies efferabant animos. Itaque expilatis eversisque tribus oppidis, quae nostri paene vacua reliquerant, ad eas etiam colonias quatuor perrexerunt ire, quas patres huic periculo imprae-sentiarum minime obnoxias judicaverunt. Harum duae, recens constitutae, intra fines Gualacorum erant, gentis implacidae, adeoque suomet, uti credebatur, ingenio contra praedatores satis communiae: quod tamen secus accidit. Utramque primo adventu Brasilienses occupaverunt; et alteram quidem non depopulati modo sunt, sed etiam everterunt, disfugientibus temere prae metu oppidanis, et se in latebras abdenteribus; quos tamen de more consectari et petere ad vincula non magnopere laborabant, cum ne tempus vestigando consumerent, tum praesertim quod illa ipsa feritatis opinio, quamvis eos a praedatoribus non defendisset, emptores captivorum deterrebat, faciebatque Gualacorum genus nec magni pretii, nec facile venale. Ex altera tametsi praedam eodem modo avertierunt, non sine aliquo terrore maturaverunt proficisci. Curabat in ea colonia pater Salazarius. Hic, quum fuga neophytorum vacuum oppidum fecisset, obvium se velut casu advenientibus offenser, sic inter colloquendum amplificavit Gualacorum feritatem, ut praedones commoti vano metu, ac rati minime expectandum, dum tam saeva gens in iras verteretur, contenti ea praeda, quae ad manus fuit, oppido quamprimum atque finibus excesserint. Satis e sententia Salazario res cederat, ni quam praedicaverat ferocem indolem ejus populi, nimis vere praedicasset. Forte accidit ut praedones in ipso abitu duas haud infirmae conditionis feminas caperent abigerentque secum: quae ingentis invidiae fax in im-merentem exstitit. Neophyti simul atque concessisse procul Brasilienses cognoverunt, reversi turmatim in oppidum, frementes indignantesque patrem exquirunt: quem nacti tum forte sacris operantem, nullo templi, nullo rei divinae respectu, circumsistunt in ara, et abactas mulieres ab eo, perinde quasi eas ille rapuisse, minaciter reposciunt. Commotum tam stulta impudentique petitione, et negantem id, quod petebant, in sua esse potestate, furiosi homines invadunt, et magno clamore non raptarum modo feminarum illum, sed omnis omnino praedae reum faciunt. Videlicet invidia Salazario ac fraudi erat, quod auctor deducendi colonias, quae migraverant, concesso etiam per ipsum fines transiit, fuisset: quo facto aversam ab aliis in se tantam belli molem judicabant. Igitur exagitatos hac amentia satis apparbat immane facinus perpetratores, ni unus fuisset homo in ea turba, quem memoria beneficiorum faceret mitiorem. Hic iuxta patrem consistens, voce, manibus, objectu corporis, intercursu connitens in adversos, tamdiu sustinuit irruentem turbam, donec orando obtestandoque eam a nece patris deterreret. Illud exorare non potuit, ut iram ponerent, ut pacate agerent, ut a rebus sacris abstinerent, aut certe ut sibi non amplius temperarent, quam dum perficeretur sacrificium. Ferociter vociferantes non, si vitæ Salazarii parcerent, idcirco illum debito exsolvi; et quaecunque Brasilienses abstulissent, ea se jure ab illo, cuius unius essent culpa ablata, repetere quo modo possent, omnem sacram suppellectilem compilaverunt, detractis etiam ex humero sacrificantis sacerdotalibus indumentis. Et calici quoque manus sacrilegas inferebant: sed auso commotus sacerdos, illum utraque manu tenens, acriterque coarguens impietatem, elata voce pronuntiavit, ne sperarent extorqueri sibi ulla vi tinctum toties divino cruento scyphum posse prius, quam examinatus ipse concidisset: qua commoti sacerdotis voce paullum conquerierunt:

^{304.}
Pater Salazar
rus ab iratis
neophytils in pe-
nitentium capis
adductus fuga se
protraxit.

Salazarus perfecto, ut licuit, quam celerrime sacrificio, et e concitata multitudine elapsus dedit se cum duobus adolescentibus, qui operanti ministraverant, per nemora in fugam, et socios revisit: qui tandem paullo supra Paranae lapsum, confecto itinere dierum octo, cum omni transmigrantium multitudine conseruant, aliosque illuc subinde confluentes peramanter completebantur.

Ibi dum exahstus labor illos ad quietem paulisper morabatur, incertos interim quo tandem loco tutam propriamque sedem essent habituri, advenit Ruizius, qui discedenti e Guairana moderatori provinciae ducem sese comitemque in tanta viarum difficultate dederat. Animum adventientis quae species, quam lugubris atque calamitosa perculerit, majus est quam ut verbis explicari satis quac.

Quacunque inter confusam mulierum et virorum, senum puerorumque turbam circumferebat se, obversabantur oculis in dejectis corporibus et moestis vultibus vestigia itineris et iniediae, moeror ex desideri patriae, luctus ob eorum servitum, quos abductos a praedonibus audierant; praeterea ancaps trepidatio vel a novis Brasiliensium terroribus, si sedes ibi figeretur, vel a majoribus viarum difficultatibus, si ultra progreedi constituerint. Quocirca in medium sese dare ad aliquam miserorum consolationem vix poterat Ruizius, quin fletibus et querelis, et molestissimis exanimaretur percontationibus miserabiliter rogitantum, quem juberet exspectare terminum periculorum? aut qua spe confideret tantam hominum multitudinem extorrem patria, domibus, agris, sine tecto et commeatu, sine ulla ope ad vivendum, defensurum se ab ultima humanarum miseriariarum, fame? Quibus haud absurdia providentibus nec responderi facile laetum aliquid, nec spes saltem vultu, in tanto animi mocroro, ostentari commode poterat: quin immo unica erat consolatio, optima illa quidem, at non omnibus peraeque apta, praeceps tironibus in christiana fide, sapientissimo omnipotenti Dei arbitratu gubernari omnia; porro quidquid accideret moderatore illo, fidentibus haud dubie ad salutem eventurum.

Hoc consentium ad Paranam habitu auxit terrorum nuntius e Guairana, Brasiliensium agmen populabundum ultra progreedi, rectaque ad colonias Ignatianam et Lauretanam, quae duae modo superabant, se conferre: insuper movisse e Brasilia praedatorum alteram manum, magnisque itineribus venire prioribus subsidio, ut conjunctis armis latius provinciam pervastarent. Alte nostrorum animos pervasit metus ob periculum earum coloniarum, quae sicut omnium primae in Guairana fuerant constitutae, ita et numero et indole neophytorum maxime florebant, excreverantque per viginti annos in tantum, ut nullis Hispanorum oppidis concedere in ea regione viderentur. Tempa certe apud illas spectabantur ejusmodi, quibus neque majora neque ornatiora in omni Paraquaria et Tucumania visebantur. Incolea vero haud multum ab industria excularum gentium aberant: nam gossipii satione opificioque exercebantur plurimum; et ex eo sibi uestes conficabant, superabatque nihilominus, quod Hispanis suppeditare possent. Boves quoque et alia domestica animantia, quae nostri apud illos haud multo ante invexerant, colere, et in humanos advocare usus didicerant. Musica delectabantur mirum in modum; nostrisque auctoribus odea instituerant, quorum nec Europaeos pertaesum esset. Igitur Ruizius accepto nuntio anxius quam qui maxime, veritusque ne tot tantaque indolis christiani in miseriore morte servitutem raperentur, quam celerrime ad eos cum patribus Spinoza et Mazzeta adverso amne navigavit. Quo cum pervenisset, et plena trepidatione omnia offendisset, tametsi periculum in mora erat, visum est nihil deliberare, nihil moveare priusquam ab Hispano practore, qui Villaricae morabatur, auxilium neophytis adversus praedones peteret, vel etiam postularet, quando id juris ei mandata regis minime obscura dabant. Responsum a practore est, se ad recipiendam coloniarum defensionem satis virium non habere. Quare, incisa omni spe, tota moles ejus rei in Ruizium incubuit. Angebant hominem cuncta prospicientem et in omnes partes versantem animum multae simul ac magnae difficultates. Constatbat crebris nuntiis Brasiliensium agmen minaciter appropinquare. Ab Hispanis, diserte auxilio jam negato, nulla defensionis spes relinquebatur. Ipsi neophytis

305.
Ruizius ad Paranam superveniens tristissimam migrationem conditum spectat.

306.
Praedones ad colonias Ignatianam et Lauretanam contendunt.

307.
Ruizius accorrit et migrationem suadet.

308.
*Neophytorum re-
sponsum et pro-
fatio.*

parum animi et roboris adversus hostes tot victoriis et sceleribus feroce, nihil artis militaris, nihil armorum erat praeter arundinea tela, quae Brasilienses ignivomis instructi armis non despicerent solum, sed cum risu excipere e longinquuo misa soliti erant. Migratio seu fuga potius tantae multitudinis, praeterquam molesta incolis, etiam periculorum et sollicitudinis plena, deterrebat Ruizium, recursante praelestim memoria aliarum coloniarum, quas ad Paranam modo reliquerat. Verum nec diurnae consultationes, ingruente jam praedonum infesto agmine, locus erat: et, si diu consultaretur, quid placere aliud tandem posset, quam quod anno superiore multum ac diu deliberantibus placuerat, nempe ut, si praedones rursum immineren, coloniae traducerentur? Etenim nullus labor, nullum periculum, nulla sollicitudo recusanda videbatur, ut tanta multitudine neophytorum ab omnibus pessimis mortalibus subduceretur; a quibus quicunque in miserrimam servitutem essent abrepti, eorum non libertas modo, sed fides quoque et eterna salus prope clamata erat. His maxime adductus causis patet animum ad iter advertit, et, quod Deo juvante propere eveniret, pronuntiavit profectionem. Incredibili solatio fuit tot difficultatibus circumvento redditum ab neophyti magno consensu responsum; se vestigia illorum, quos parentum loco didicissent colere, quacunque iter monstrarent, alaci animo secuturos. Cupere se, fixumque in animis gerere, quorum opera verum Deum, veram fidem primum agnoscissent, eorum ductu consiliisque regi, et in eadem fide ad extremum conservari. Facile providere animo innumeratas calamitates, multorumque fortasse letum in tanta viarum et exsiliis longinquitate: at nullum existere malum, cui non statim in hac ipsa, quam imbibissent animis, fide consolationem quoque reperirent. Quid enim? oppetendam ipsi in itinere, aut spectandam carorum mortem fore? Acerba haec quidem; at facilius perferri ab iis posse, qui repent ea se non tam pro vitanda sub impotenti dominatu servitute, quam pro tuenda Christi fide et religione pati. Laborandum ab inopia cibariorum? At habituros sese, quamdui a sacerdotibus non recederent, longe potiores eucharisticam dapem, eoque solatio terrenae dapis desiderium haud moleste perlatus. Igitur quum contra nostrorum opinionem satis appareret nihil morae in iis esse, quo minus continuo ad colligenda vasa ruerent, Ruizius praesenti animorum alacritati laxandas esse habendas ratus, edixit ut quam celerrime suas quisque sarcinas ad flumen convectarent; ubi habebant in promptu alveorum magnum numerum, anno superiore in talem usum, si quando esset opus, provincialis jussu comparatum. Dumque illi magna voluntate faciunt imperata, nostri eodem studio praecipuum templorum suppellestilem in rates comportabant. Erat apud illos plurimo in honore signum pueri Jesi operis elegantioris, et effigies Divinae Matris prodigis plane multis celebrata. Neophyti ut animadverterent eas quoque imagines arcae inclusas devehit ad amnem, et ituras secum cognoverunt, laetissimis illas clamoribus consulantes, quis tandem, rogabant inter se, profectionem his comitibus detrectare possit? Ac postquam, comparatis omnibus, ipsi descendere cooperunt, tanta laetitia certatum in rates emicabant, ut non excedentium patria, sed ad patriam properantium speciem exhiberent: quae res dici non potest, quantopere recrearet nostros, longe alium animorum habitum in discessu metuentes. Mille et septingentas familias in hoc iter se dedisse invenio; et amplius quadragesitos ex aliis subinde locis ad hunc numerum se adjunxisse. Longo trecentorum alveorum agmine, lapsu minime citato, ne qua ratis pone a ceteris diduceretur, vehebantur secundis fluminibus Paranae primum, deinde Parana; cursumque plane fortunatum confecissent, ni parum laeta profectionis causa, et incerti exitus, praecepsaque animis difficultates obversarent mentibus. Devenerunt ad loca, ubi opperiebantur eos cetera multitudine aliarum colopiarum, quas supra memoravimus: quibus tamen, etsi benignissime sunt excepti, nequaquam tantam adventu suo alacritatem indiderunt, quantum vicissim trepidationis et moeroris ex illorum illaetabili aspectu incertisque sermonibus receperent.

Etenim ibi jam de continuando itinere consilia agitabantur: quia renunciatum erat, agmen Brasiliensium, cum triduo post, quam Lauretani et Ignatiani cooperant navigare, pervenisset ad vacua illorum oppida, ob delusam aviditatem praedae frenduisse, et minitatum ferociter esse, aliquando tamen asseculturum se fugientem turbam, quoconque gentium illa raperetur. Et apparebat non inanem jactationem fore; quippe quorum immanem ferociam, quotidianis successibus corroboratam, nullum impedimentum refringebat. Nostros super ceteras difficultates illa potissimum sollicitos ac prope inopes consilii habebat, quod litorium jactura necessario facienda videbatur: ventum enim jam erat ad eum locum, unde flumen praecepiti lapsu per proclinationem immensum altitudinis alveum proruens cursum naviis interpellabat. Ab lateribus omnia perpetuis montibus et praeeruptis axis impeditissima ne singulis quidem peditibus sine magno circuitu facilem descensum dabant. Igitur quando litorium servandarum ratio nulla ostendebatur, placuit illas flumini committere, si qua forte ex tanto casu incolmis servaretur: etenim desperatis in rebus vel audacissima sequi consilia minime temerarium visum est. Trecentae omnibus levatae oneribus profluenti creditae fuerunt; quae statim atque in praecips delatae sunt, simul suo ipsae pondere actae, simul incidente desuper aquarum cumulo obrutae fragore ingenti, atque intra vortices volutatae, omnes ad unam perierunt. Hoc modo soluti cura navigiorum omnem cogitationem in id, quod maxime instabat, quoniam ipsi pacto in planum excenderent, verterunt; quae ingentis laboris et periculi res, propter invia pleraque et confragosa, hujuscemodi multitudini futura haud dubie erat. Ruizius omnem eam turbam in aliquot agmina partitus singulis agminibus praefecit sociorum unum, qui consilio, imperio, ope, atque ubi res posceret, administratione sacramentorum periclitantibus subveniret. Deinde omnes suffarinati, cum suo quisque viatico, modo ne actas aut invaletudo obstaret, iter ingressi, longis semitarum ambagibus, ut rapiditatem descendendi frangerent circumire; saepe per invia nullisque trite vestigis iter tentare, saepe metu exterriti subsistere, aut aegre prehensando virgulta et stirpes a ruina continere se, maxime sicubi deorum, fallente pedes arido et instabili solo, devolverentur. Saepe miserrimum ac foedum visu spectaculum obversabatur oculis; nulla enim tanta diligentia praestare poterat, quin multi identidem praecipites irent, atque colliderentur. Tum vero flebiles quiritantur voces, ejulatus cognatorum, et exterriarum mulierum clamores ploratusque trepidationem et periculum supra quam dici queat augebant. Maxime miserabilis conditio erat parentum parvulos liberos ulnis gestantium; qui sicut ad omnem titubationem magis exhorrescebant, ita difficilius, impeditis manibus, per lubrica et praerupta cavere labendi periculum poterant. Cumque tam multi nunc viribus defectis conciderent semianimes, nunc repentina lapsu in praecips ferrentur, tanta erat iniquitas locorum, ut nulla ferme spes, nulla facultas eos recipiendi et a morte servandi relinquetur; propterea quod nimis magnum unusquisque sibi onus in tam lubrico trahite videbatur; et intermortuam praesentis vitae periculo misericordiam, praecupataque propria cujusque cura, parum alienae calamitatis, sensus commovebat. Ad tumultum cadentium nostri, vocabantur; qui omissa corporum jam inutili cura, miseros absolutione criminum impertiebant, ac paullisper ad pie moriendum hortabantur: dein, quod miserrimum vel memorat est, ibidem illos descrebant, ut progredientes turbam sequentur, et ad aliorum necessitates praesto essent. Octo dies descensus tenuit: in quo, etsi certum numerum non invenio, plurimos tamen variis casibus desideratos constat. Ubi in planum pervenire, vixdum ex tanto terrore receptis animis, circumeundo radices montium reversi sunt ad ripam Paranae amnis, paullo infra praecipitem aquarum lapsum. Ibi ad reficienda corpora lamentandoque, quos amiserant, propinquos intenta feminarum et senum turba (et forte vix unus aliquis inventi poterat, quin aliquem desideraret) ceteri omnes, qui viribus satis valerent, nostrorum hortatu ad comportandam materiam fabricandasque novas linteas, sine quibus haud pauci coepit iter pergere nullo modo poterant, animum appulerunt. Verum quia

309.
*Quinque coloniae
in unum conjuncte
iter pergiunt.*

310.
*Calamitosus co-
loniarum descen-
sus in planitem
Paranensem.*

311.
*Subsistunt paul-
isper et novas
vires parant.*

Guairani fluviales lembos ex contextis asseribus trabibusque aedificare usu numquam didicerant, sed tantum informes alveos ex singulis arboribus cavabant, nequaquam par multitudini vectorum numerus linium parari potuit, arborum copia satis ad id grandium nusquam circa suppetente. Interim, dum haec opera maturabantur, neophytorum ac patrum ii, qui paranensem tractum proxime incolebant, de Guairanorum migratione ac multimoda calamitate per nuntios edocti, implorantibus opem haud cunctanter, quamvis et ipsorum arctae res erant, suppetias venerunt, et subsidii aliquantum attulerunt; nam cymbarum numerum, quem potuerunt maximum, raptim contractum, cibariisque oneratum, magno labore et periculo per adversum flumen, naufragio etiam non semel facto, verumtamen ad extremum incohumes, ad illos perduxerunt.

312.
*Paucis relictis,
iter denou aggre-
diuntur inter
multiplices cata-
mitates.*

Igitur hoc accepto supplemento, quia nihil jam sperari commodius poterat, et quietis datum sati fuerat, profectionem de integro edixerunt. Rursus multitudinem Ruizius in quatuor agmina dispertivit, quo agi expeditius ac sine tumultu posset. Agmen unum jussit, ductu patris Spinosae, terrestre iter instituere propter fluminis ripam: alterum patri Contrerae, tertium Suario attribuit, per mediterranea regionis silvasque interjacentes diversis itineribus traducenda in fines Acarajensium et ad oppidum Iguazuianum: quartum conflatum ex iis, qui dare sese pedibus in viam non valebant, ipse penes se fluvio subvehendum tenuit. Verum quia linteis multo, ut ante diximus, pauciores quam pro numero vectorum erant, circiter dimidiam illorum partem manere eodem loco cum patre Mazzeta, et opperiri navigiorum redditum jussit. Horum e regione in opposita ripa pater Salazarus, is qui paulo ante insigni neophytorum injurya pulsus profugerat ex Gualachis, cum alia simili manu, hominibus circiter sexcentis, morabatur; quos temere fugientes metu Brasiliensem palantesque in agris per eos dies coegerat in unum servabatque, ut conjuncti cum cetera migrantium turba eamdem spem eosdemque vel labores adhuc exhausti, vel fructus exhaustorum Deo proprio sequentur. Diuturna utrisque et pernocta revertentium cymbarum expectatio fuit: ibi enim in summa inopia rerum omnium tres menses cum suis Mazzeta, unoquo amplius qui cum Salazario erant, vitam aegerrime ritu magis ferarum quam humano, vix in singulis dies malignum et infelicem victimum corradentes e vicinis silvis, toleraverunt. Verum ne praegressis quidem laetissimum iter extitit, praeter superiora mala, quorum sensum quies paucorum dierum auxerat magis quam sedaverat, laborantibus etiam identidem ab novis difficultibus qua viarum qua cibariorum. Quin immo fluvialis navigatio, in qua curabat Ruizius, foeditatem praeteritae calamitatis prope renovavit: adeo frequentes, revolutis alveis aut suppressis, effundebantur in aquas. Nec facile poterant enatare, quippe major pars infirma aetate aut valetudine. Perierunt autem ii vel maxime, qui a Ruizio jussi reddituras linteas expectare cum Mazzeta et Salazario, periculosam navigationem fastidio illius morae antecedentes, arundines longas pedes quinquaginta et crassiores humano crure colligaverant inter se, iisque velut fluitantibus cratibus insidentes agmen cymbarum sequebantur majore audacia quam consilio: nam et nexus facile resolvebantur, et manentibus etiam vinculis ipsa fluctu agitatio, aut ponderis inaequalitas, in alterutram partem inclinando, perlevi momento informes illos alveos subvolvebat. Tredecim pueri uno casu in aquas effusi, et ipso inspectante Ruizio, prius quam succurri posset, mersi sunt. Multi praeterea omnis aetatis passim desiderabantur. Semel etiam eversa cymba, quum ceteri omnes nando in ripam evassissent, mulier una fuit, quae caritate geminae proliis, quam complexa tenebat ulnis, mergi cum parvulis, quam illos dimittere et salutem sibi petere, maluit. Pie factum admiranti Ruizio, et nequidquam committenti opem ferre, postquam infelix parens cum ambo bus liberis absorpta est, repente venit in mentem exprimere effigiem Deiparae, quam arcae inclusam vehebat, ab eaque salutem mulieri, quocunque tandem prodigio foret opus, publice deprecari. Fecit protinus, nec inani spe. Simul namque effigiem de rate praetendit sublimem super aquas, et invocari beata Virgo coepit est, apparuit extans undis mulieris vertex: quamobrem

313.
*Mulier cum duo-
bus liberis miro
modo servatur.*

exclamantibus p̄e gaudio cunctis, aliquot e valentioribus tam manifesto Deiparae numine confisi prosiluere, et quam celerrime adnantes prehensam commis feminam eduxere in ripam plane sospitem, nihil exterritam, liberos ut ante complexam subridentes inter se, perinde quasi pueriliter collusissent; quum tamen sub aquis fuissent tamdiu, ut, quod adhuc viverent, omnino nemini factum humanitus videretur. Hoc autem prodigium, tametsi trium capitum salus funestam tam crebris naufragiis navigationem haud magnopere fortunabat, per opportunum tamen accidit ad sustentandam neophytorum fidem patientiamque tantis calamitatibus oppugnatam: quamvis, ut vere dicam, ea perstitere constanza et firmitate, ut futuri magno pudori et reprehensioni veteribus christianis aliquando sint, quorum saepe virtus tot circumvallata praesidiis, tot fulta admirabilis, longe leviore pondere labefactatur.

Hoc maxime modo in Iguazuano et Acarajenses perventum est. Inde distributi in finitimas colonias, omniq[ue] caritatis officio cumulati, quam pro copiis incolarum, recreati: etenim ea quoque calamitas accessit, quod incolae regionis, quam per tot rerum discrimina petierant, haud mediocri annonae caritate premebantur hoc anno: qui tamen raro liberalitatis exemplo, nulli parcentes rei, non ante defuerunt temporibus advenarum, quam semet ipsi in extremum egestatis conjectere. Iguazuana civitas hospitibus mille et quingentis victum praebuit per menses quatuor. Itapuana tria millia boum iis donavit: cives duorum oppidorum, quibus a Christi Corpore et a S. Ignatio nomen, annonae majorem partem, itemque magnum boum armamentum cum iis liberalissime communicarunt. Igitur hac incredibili hospitum humanitate cooperant a praeterito luctu respirare, amissaeque patriae sensim lenire desiderium, quum nova repente calamitas omni circa regioni incubuit. Affecta tot exhaustis laboribus corpora lues invasit: ab his contagione ipsa mutuoque ministerio vulgata vis morbi est inter indigenas, vel ipsos artis jam ante commicatis, et arctioribus in dies, postquam Guairani supervenerant, effectos, ob eamque causam contrahendae pestilentiae opportuniore. Igitur late per capita utriusque populi evagata mors primum ipsa lue, deinde gliscente praeter modum fame ingentem edidit stragem. Attamen gravius in eos, qui recens advenerant, saevit: ex his alibi quingentos, alibi sexcentos brevi consumptos invenio: multi dum palantes in silvis victim quaererent, repentina morbo, cuius in aegris corporibus semina circumferabant, soli omniq[ue] humana ope destituti perierunt; et ne in hoc tam lugubri spectaculo ullum foedae mortis exemplum desideraretur, viginti dum per nemora incauti vagabantur, ab assuetis jam ad cadavera tigribus misere dilacerati sunt. E nostris pater Alvarus, qui ut animis morientium, sin minus corporibus, opitularetur, et ipse per saltus discursens dispersos ac semianimos vestigabat, quodam die diuturno labore, animi aegritudine, longaque inedia prope ad amentiam consernatus, jam in eo erat, ut detritos calceos aqua aliquantulum subactos mandaret, quum praeter spem revixit, recreatus interventu nonnullorum, quos socii aliquid gravius suspiciati opportune dimiserant quae situm, quid misello esset factum. Postquam, remittente jam lue, superstites in unum coierunt, cooperuntque magnitudinem tot simul calamitatum, quae in hunc annum eruferant, e numero viventium aestimare, ea vero tam luctuosa cogitatio fuit, ut fortunatissimos praeceps, qui obierant, existimarent. Refugit enim etiamnum animus a summa funerum hujus anni concipienda. Videlicet re incolumi ante primam Brasiliensem irruptionem ad centum millia christianorum in Guairana censebantur: post extinctam pestilentiam supererant in regione paranensi circa patres millia capitum non amplius quatuor: reliquos ad nonaginta sex millia, exceptis iis, qui abditi in speluncas feſellerant praedonum sagacitatem, haud ita magno numero, omnes vel brasiliensis turbo abripuerat in servitatem, vel itinera et fames ac pestilentia absumperant.

Ruizius, qui huic migrationi praeerat, satis superque in tanta atrocitate rerum exhausisse moeroris et sollicititudinum videbatur; eumque sin minus collaudari, quod animo non concidisset, at a vanis certe criminationibus tutum

314.
Liberaliter a neophytis Paranensis acceptantur.

315.
Lues ac fames ingruunt.

316.
Nostrorum aliquis modestias erat patri Autio.

quiescere aequum erat. Existere tamen aliqui nostrorum, qui post eventum prudenter ostentantes, tunc demum cooperant improbare migrationem et venditare plena providentiae consilia, quum perfecta jam migratione totius rei infelicem exitum oculis contemplabantur. Non oportuisse tam longinquò itineri neophytes objectare: animo prospiciendas fuisse viarum difficultates, quin etiam, si superis placet, ipsam annonae caritatem et pestilentiam. Praestitisse ad arma neophytes quam ad fugam incitare: et si exercitu instructo contra praedones processissent, facile restituros Brasiliensibus fuisse; cum enim vices numero anteirent, tametsi arma non habebant, haud aegre a viginti inermibus singulos armatos potuisse superari. Tredecim neophytorum colonias unius hominis timiditate pessumdatas; amissas quatuordecim Societatis sedes; corruptam pulcherriam spem tot alios ethnicos ad fidem perducendi. Haec perspicacissimi homines, quorum excidisse nomina magnopere non est dolendum, in Ruizium conjectabant: et dum ore fatidico inermium contra armatos victorias canebant, interim non meminerant actum in commune et consultatum ea de re anno superiore fuisse, et ad extremum satius visum, si imminere iterum praedones nuntiarent, migrationem indici; quia spes nulla erat, posse homines nullis ante bellis assuetos, nec aliud quam arundinea tela mittere solitos, resistere ferocissimis praedonibus inter arma et rapinas educatis, qui uno pyrobalistarum tonitru trepidationem et fugam neophytorum edituri haud dubie erant.

317.
Ruizius a provinciali falso criminis plectitur.

Illud plane mirum est ipsum provinciae moderatorem hujusmodi criminationibus patefecisse aures, et coarguisse Ruizium, quod se inconsulto rem tantam suscepisset. Nimirum ceperat eum quoque oblio quid praesens voce, quid per litteras absens injunxit: nam et, deliberantibus ea de re simul cunctis, ipse concesserat in eorum sententiam, qui migrandum censebant; et Ruizio negotium dederat, ut ad nuntium propinquantium hostium colonias traduceret; deinde illum ipsum numerum cymbarum, quo usque ad lapsum Paranae devenerunt, ipse comparandum ejus rei causa curaverat. Illum inquit harum rerum omnium tunc immemorem factum Ruizii reprehendisse: quod equidem malum esse verum; nam errata memoriae multo ad veniam proniora, quam voluntatis, sunt. Tametsi in tanta calamitate ignosci multa immenso dolori queunt; nec titubare quandoque constantiam mortalium, nec homines humana pati mirum est. Rem, ut mihi quidem videntur, aggressi erant maximam atque periculosissimam, revertantem iniquitate temporum ferme necessariam; quae si prospere cessisset, nemini unquam venisset in mentem eam reprehendere. Sed postquam exitus infelix displicuit, consilium etiam improbari coepit: quod pessimum argumentandi genus est, quum multa saepe et prudenter inita male vertant, et temere incepta processum habeant. In extremis vero malis plurimum sibi vindicat necessitas, ubi non tam quid fieri expediat, quam quid possit, quaeritur; et non omnino periisse in lucro est. Verum quod infelix migratio displiceret, nihil equidem labore: illud ferendum non videtur in immerentem Ruizium invidiam ejus rei fuisse conjectam. Qui et alterius criminis reus per idem tempus factus est: litteras a Provinciali ad alium de Societate scriptas ipsum aperuisse; quod ne fieret, gravibus poenis a majoribus fuisse cautum. Satis consentire indicia haud levia innoxam videbantur: quamobrem Provincialis ei denuntiavit se, nisi crimen dilueret, animadversuram graviter in eum. Ruizius ubi ex tot exhortatis laboribus id a se collectum emolumenti vidit, ut insons accusaretur, fretus innocentia sua pro illa, qua erat, animi altitudine maluit ad utramque reprehensionem modesto uti silentio, quam purgando crimina alere atque inflammare offendentes: et tacitus mira demissione indictas a Provinciali poenas subiit. Sed magna quadam vi, magna constantia fuit opus, ut moderaretur animo: praesertim quum injussu traduxisse colonias ab illo ipso reprehenderetur, qui jusserat; quique, si hominem offendisset minus modestum, conflagratus verecundia erat, productis testibus aut litteris. Itaque ab hac vehementi conflictatione naturae incidit in gravem morbum, ex quo non aliter dicitur quam divinitus et modo sane miro convaluisse. Constitit paullo post, volente Deo, litteras provincialis non a

Ruizio resignatas, sed ab alio, cui ipse Provincialis eam facultatem certis de causis fecerat: quamobrem patuit silentis virtus, extinctisque aliquando offenditibus; sua homini opinio, auctior etiam novo merito atque spectatior, rediit.

Igitur eidem vixdum convalescenti denuo negotium datum, ut recepta neophytorum cura illos opportune dispertitos regeret, et primo quoque tempore certa in sede colloccaret. Jabebiris amnis per eam planitiae medius ferme inter coloniam Corporis Christi et Itapuam decurrit, ac demum in Paranam influit. Igitur ad' ripas ejus^{318.} fluminis, paullo' supra confluentem, duorum oppidorum fundamenta jecit; quae ut cognomina veteribus cariora essent, a Laureto et sancto Ignatio nominata voluit. Deinde quidquid suppellectilis minus necessarium videbatur, quidquid annuae pecuniae rex catholicus nostris persolvebat, in commune collato, emit boun aliquot millia, et satis in praesentia neophytorum inopiam sublevavit. Tum aedificandis oppidulis maxime intentus, eo quam maturrime potuit dispersas variis in locis reliquias Guairanae convocavit, laetissimae paulo ante Ecclesiae, nunc prope ad internecionem deletae, nec jam ferme nisi nomine ad memoriam et spectaculum humanorum casuum superstis. Hispanos quoque praetores, qui contra regis mandatum eam incursionibus Brasiliensium ignavissime prödiderunt, sero quidem, at aliquando tamen poenituit crudelitatis suae; postquam profugis jam e Guairana neophytis tempestas prædonum latius pervagata, in eos etiam irrupit; et non vicinos modo Villaricæ pagos, sed ipsas quoque illorum urbes Villaricam et Guairam, nihilo mitius quam proditas neophytorum colonias, adorta et populata est.

Hanc luctuosam Guairanae cladem cerebatur multo ante divinitus praesessisse pater Marcellus Lorenzana, qui hoc anno pridie Idus Septembres vitam pie sancteque actam simili obitu clausit in urbe Assumptionis. Multae viri virtutes spectabantur: at eminebat potissimum humilitas christiana. Nactus in Lusitania amplissimos natales, patrem equitem imprimis clarum, matrem e nobilissima Pontiorum gente, sic despiciebat hunc generis splendorem, sic parce de se, nihil de suis loquebatur, ut sodales ipsi, vivente illo, ignorarint quonam loco esset ortus. Quia tamen ipsa oris species et nativa quaedam motuum et sermonis dignitas nihil humile praeferebat, interrogatus aliquando a Duce Feriae de parentibus et patria, satis belle respondit, parentem sibi esse Societatem Jesu, patriam ubicunque Societas versaretur. Sed ne sodalibus quidem anteire auctoritate facile patiebatur; quare cum rector Chilensis collegii esset designatus, expavit honoris umbram illam, enixeque facultatem delitescendi in Paraquaria exoravit: idemcum alias cognovisset fore brevi ut provinciae præficeretur; tantum ceperit aegritudinis non adscitae, ut inciderit in febrim, nec prius convaluerit quam metu honoris liberatus est. Ita diu detrectando magistratus didicit illos sapienter gerere; nam praefuit deinde saepe magna cum laude, nec in dejectionem animi delapsa humilitas est. Praetori Paraquariae, qui leges tulerat iniquas Indis, et explorare patris sententiam propter auctoritatem viri cupiebat, nullo verborum amfractu respondit iniquas esse leges; illum vero, nisi eas refrigeret, aeterni judicis ultionem non devitaturum. In adversis, quae ab hominibus non pauca pertulit, solitum dicere perhibet nihil optabilius religioso esse, quam bene merentem multa pati. Alienis molestiis voluntarias ipse asperitates consociabat, quibus maxime communitur animi puritas; tametsi vix periclitari ab hac parte poterat qui tanta fuit semper modestia, ut nullam earum mulierum de facie nosset, quibus christiano more confitentibus per multos annos præbuisset aures. Haec autem illius modestia præcipuo erat in honore apud barbaros, qui admirari non poterant satis hominem, ut ajebant, tam parum hominem, cui ne sensus quidem voluptatis inesse videretur.

Quamquam, ut vere dicam, ista laius spectatissimae continentiae non ita in unum conferenda est, ut minime communicata cum ceteris videatur. Nam cum genus illud hominum in omnem externorum vitam esset maxime acutum et suspiciosum, quippe qui aegre sibi persuadebant fieri posse, ut cuius ipsi voluptatis essent praeter modum cupidissimi, ea ab aliis vere contemneretur; ita tamen

*Reliquis quinque
que coloniarum
in duas contri-
bus Ruizius
praeficitur.*

*319.
Patris Marcelli
Lorenzanae obi-
tus et elogium.*

*320.
Honosicium de
Societate judi-
cium a barbaris
editum.*

de nostris existimabant, diuturnaque experientia habebant exploratum, eos ab omni incontinentiae suspicione sejunctissimos se praestare. Atque hanc opinionem, cuius Societatem appetentem esse decet, tres Tucumaniae populi, Capajani, Guandacoles et Calchaquini, hoc anno luculenter declararunt. Etenim cum initio inter se foedore in Hispanos omnes conspirarent, tantoque flagrarent odio, ut non illos solum, sed quasunque etiam suae gentis feminas ab aliquo Hispanorum violatas scirent, interficiendas decernerent, ne quid usquam apud eos hispani sanguinis remaneret; tamen consensione magna exceperunt occidioni homines de Societate, quibus ut liceret esse tutis apud se non permittere modo, sed omni ope praestare statuerunt, adhibitis etiam precibus, si forte alio concedere meditarentur. Illud autem operae pretium est scire, quam ob causam homines barbari in tanto europaeorum odio tam amice de nostris judicarint. Compertum se nempe habere dixerunt, nullas suis feminis insidias a nostris imminere: quare aequum esse conservari ultroque alii homines, qui plurimas animis utilitates, nullam corporibus maculam afferrent.

^{321.}
Res gestae in
Urvicenisibus.

Verum ut eo, unde paulum digressi sumus, revertamur, dum Ruizius duo oppidula ad amnem Jabebirim moltur in tractu paranensi, et superstites neophyti qua potest maxima caritate complectens reficere ex tot calamitatibus conatur, interim dolorem ex collapsis Guairanae rebus aliqua saltem ex parte relevabant christiana religionis incrementa in aliis locis. In Urvicensi provincia, ubi christianorum coloniae censebant novem, nostri apud ethnicos tantum profecerunt hoc anno, ut ex adultis modo tria millia trecenta septuaginta capita salutari lavacro expiaverint, et Ecclesiae adjunxerint. Quo in opere praeclara multa, ne longus sim, facile premo, cum admirabilis providentiae a Deo, tum virtutum a neophytis edita exempla: pro quoibus potius duo in illa hominum barbarie sapienter dicta perpaucis referam. Mulier, quae non multo ante eucharisticam dapem participaverat, quum ab impurissimo quodam pelliceretur, Nae tu insanis, ait, qui me spes proditaram tibi meum corpus, nuper ab hospite Deo consecratum. Adolescens cum forte ex nostris audisset in Europa juvenes non paucos in ephebeis aut religiosis domibus castissimam agere vitam, collocutus ea de re cum aequalibus nonnullis, constituerat hunc morem, protegendae castitatis gratia, inducere inter suos: at quia nostrorum unus id in iis regionibus negavit in praesentia fieri posse, ille graviter ingemiscens respondit: At non ita, opinor, diceres, si experimento didicisses quidnam sit, adolescentem inter mulieres maximam partem nudas die noctuque commorari; in mediis flammis quoniam modo non conflagraturum?

^{322.}
Pater Ranzonie-
rius Itatinensem
provinciam in-
greditur.

Alterum deletae Guairanae solatum, quod tamen similis calamitas cito in contrarium verit, Itatinensis provincia fuit, quam nostri hoc anno primum, initio satis prosperis, aperuerunt evangelicas praedicationi. Amnes duo Parana et Paraquarius, antequam in unum confluant, medium tractum amplectuntur pertinentem in longitudinem leucas circiter trecentas; quem perpetui montes intercurrunt, et in duas dividunt provincias. Harum ea, quae a montibus ad Paraquarium spectat, et ad orientem solem vergit, Itatis vocatur, binasque attingit zonas, torridam et temperatam. Certis anni temporibus inundante Paraquario late obruitur, et vastissimi lacus speciem praebet: inde aer gravis atque insalubris eam cultoribus minus frequenter efficit. In hanc regionem et per se vastam, et ulterioribus excursionibus imprimis commodam, cum se jussu Ruizii contulisset anno superiore pater Ranzonierius, exploratus e propinquo quinam locus, cuiusmodi esset gens, quae spes invehendae fidei ostenderetur, primo adventu animum prope desponderat: adeo infestos concionatoribus incolas et plenos praejudicatis opinionibus offendit. Ansas ad suspicandum cavendumque debeat antea quidam lusitanus sacerdos nomine Acosta, teterimus homo, qui eo profectus, et religione ad proditionem avaritiame abusus, per speciem deducendae coloniae magnum eorum numerum petierat in servitatem; perfecissetque facinus inauditum, ni barbari detecta fraude in iram acti eum obtruncavissent. Inflammaverat deinde odia, et auxerat nuper suspiciones nescio quis europaeus;

qui illac iter faciens aliquibus Itatinensium dixerat, serione an per jocum parum constat, veruntamen effectu peraeque pessimo, venire illuc patrem Ranzonierum, metuendum hominem, qui eos brevi mancipia Hispanorum esset facturus: quo illi dicto alterum suspicati Acostam, statim de nece patris agitaverant, et jam palam ferebant instare sibi de libertate bellum cum Hispanis, ejusque belli denuntiationem adventum Ranzonierii fore. Itaque cedendum in praesentia temporis videbatur. Sed veritus ille, si animos in hunc modum affectos reliquisset, ne confirmatis ipsa abitione suspicionibus omnis deinceps aditus fidei praeccluderetur, statuit quovis capitis periculo hanc e mentibus opinionem vellere. Coepit igitur pedetentim modo hoc modo illuc insinuare se, comiter miscere colloquia, captare nonnullorum gratiam, detestari omne genus proditionis, ac profiteri nihil tale sibi in animo umquam fuisse, nec fore. Nequaquam tamen profecisset dicendo multum, praesertim contradicente acriter omni hariorum genere, cui addictissima gens est, ni Deus illum manifestis adjuvisset ostentis adversus eos, qui se praebabant in maledictis vehementiores. Ex his alter ictu fulminis repente exanimatus est; alterius guttur foedum ulcus exedit. Quae fando late vulgata, quum maledicentissimo cuique ingenti terrore obstruxissent os, afflante sensim Dei gratia tantam fecerunt inclinationem animorum, ut Ranzonierius primo a conviciis et insidiis tutus, deinde benigne acceptus, ac demum etiam optatus ultroque ab incolis altus et honoratus, totam provinciam peragaverit. Igitur quum jam omnia in fidem proclivia cernerentur, nihilque aliud incpta moraretur praeterquam penuria operariorum, qui dispersos contraherent, et in christianos mores assidua diligentia formarent; luctuosissima illa Guairanae clades (adeo est qui cunctas hominum vicissitudines aptissimis temporibus conserat et moderetur) vacuos aliquot patres obtulit, qui Ranzonierio in id operis suppetias ferrent. Tres ad eum missi, Vansurkius, Martinus, et Henartius, cum primo ferme adventu sat magnum familiarum numerum studio perdiscendae christianae legis conjunxissent, quatuor colonias opportunis locis statuerunt. Prima, cui S. Josephus nomen fecit, Henartio tradita ducentas habuit familias: totidem in alteram sub Angelorum tutela coegit Martinus: ad quingentas brevi suam perlungit Vansurkius, ab Incarnato Verbo nuncupatam. Quartam Principibus Apostolorum Ranzonierius ipse, quem provincialis toti missioni praefecerat, tria passuum millia ab amne Paraquario constituit. Ibi forte acecebat Indus quidam nomine Niandubusuvius, gloriosum caput, cuius apud suos auctoritas valebat longe plurimum: etenim non solum omnium Itatinensium principem ipse se, contradicente nemine, praedicabat, verum etiam fabulabatur ultra fines illius provinciae ditionem suam procurare in infinitum. Is popularibus suis patentem semper aditum, seque communem et commodum exhibebat; quae facilitas homini in illa infinitate regni, ut credere fas erat, occupatissimo animos mirifice conciliabat. At vero externis hominibus prorsus nullam consciendi sui faciebat copiam. Ejus praesentiam et colloquium jampridem expetiverant Hispani, at inanibus semper votis; etenim eos ille, persona sua alius calidissime imposita, semper sefellerat. Idem, cognitos nostrorum adventu, cadem arte verba dedit Ranzonierio; sed exitus tamen hujus fabulae felicissimus fuit. Falsus Niandubusuvius patrem benigne invitatum benignius exceptit hospitio: interim verus, perinde ac unus aliquis de familia, frequens concessionari aut colloquenti aderat; eum tacitus ipse aliorum percontacionibus in omnem, quem vellet, sermonem pertrahendum curabat; responsa illius cupidissimis auribus excipiebat. Quatuor menses incredibili calliditate ambo Niandibusuvii alienam personam sustinuerunt: et quod multo est mirabilius, nec ulli fortasse vero principi contigisset, popularium nemo rem prodidit. Tandem, ubi hominem arbitratus est sibi plane cognitum exploratumque esse, sententiam aequissimam pronuntiavit: Ranzonierium virum bonum esse; ei tutissime credi ac fidi posse; nullumque ab eo periculum. Itatinensibus imminere. Simul alienam exuit personam, et se patri sine fraude cognoscendum obtulit. Quo illius dicto factoque mirum quanta statim inclinatio ad patrem sit facta, et quam volentes plerique in ejus disciplinam se permiserint.

Tom. II.

88

323.
Eodem ali pa-
tres commeant
et quatuor incho-
ant colonias.

324.

*Hanc quoque
provinciam in-
radicant Brasilienses.*

Patres, quos supra nominavi, coloniis in hunc modum constitutis, dum par labore ac sedulitate suum quisque gregem excolebant, excurrendoque in omnem circa regionem eum in dies augere novis ethnicorum accessionibus nitebantur, solebant certis diebus in praefinitum aliquem locum convenire, ubi quotidianas labes absolutione invicem abstergerent, et se mutuis colloquiis ad indefessam animarum curam excitarent: quo, solatii generi nihil in ejusmodi solitudine utilius, nihil jucundius esse poterat. Forte simul erant quodam die Martinius et Ranzonierius, et majorem Crucifixi effigiem in subitario altari collocaverant, quem eam repente conspexerunt miro sensim sudore madefieri, guttisque stillare. Illi re nova commoti, ambigentesque num ad aeris temperiem id referrent, an portenti loco ducerent, tamen quia propius metum res videbatur, horrore quodam et praesensione magnae cujusdam calamitatis, fusis precibus, inde abierunt, exitum ominosae rei expectaturi. Martinius domum redit; Ranzonierius longius ab domo in provinciam excurrit. Non latuit diu quid portenderetur. Pestis illa infelicit Paraquariae Brasilienses, post eversas Guairanae colonias, dum in omnem partem populabundi circumcursant, et in omnem praedae spem prospectant irruuntque, forte pervenerant ad proxima Xeresio loca, indeque novum statum provinciae Itatinensis, et surgentes lactis omnibus colonias odorati erant. Exarsit protinus velut ad conspectum opimae praedae dira latronum cupidio. Illuc igitur intenderunt iter; ac ne exterriti fama neophytii dilaberentur, grassandum do lo rati, agmen trifariam dividunt, et diversi ad tria oppidula eodem tempore contendunt. Proxima erat advenientibus sancti Josephi colonia; et forte tum aberat Henartius, progressus in interiori provinciam ad palantium ethnicorum venationem. Ea re per exploratores cognita, praedones antequam ad coloniam agmine propinquent, praemittunt paucos, qui neophytis significant se nullius malefici causa venire, sed pacate bona cum illorum venia praetergressuros, ut patri Ranzonierio quam celerrime ferant opem, quem egregie de se meritum ac sibi oculis cariorem audierint perditorum hominum insidiis appeti, et in vita discrimine versari. Orare, ne sibi in tali tempore mora fieret; nam salutem tam cari capitisi in celeritate positam. Illis licere domi quietis esse; vel, si probare sese patribus, et pro tot acceptis unum reddere beneficium malint, posse uno agmine secum ire, et opem simul ferre. Decepti hac oratione validissimi quique ultra praedonibus occurrunt, imprudentesque ad vincula se offerunt. Quibus captis, sclestissimi latrones ad cologiam recta tendunt, et ceteram turbam nihil suspicantem de improviso adorci comprehendunt.

Eodem fere tempore, nec absimili sycophantia, alterum agmen coloniam Ranzonierii a Principibus Apostolorum nominatam populabatur. Absente item patre, neophytorum primos per praemissum caduceatorem ad colloquium vocaverunt: ibi narrant se christianaee legis amore, approbantibus consilium nostris, grande opus moliri: pro usitatis scilicet oppidulis urhem magnam statuere velle, in quam omnes christiani, quibus visum sit, prohibente nemine convenient, beateque vivant: nihil pulcrius, nihil commodius nova urbe fore: tamen quia opus ingentis sit laboris, aequum videri ut, qui operam contulerint, ii potissimum in urbe condita sint optima inter omnes conditione. Itaque suasu patrum, quibus inconsultis nihil agant, illue se magnis itineribus venisse ad praemonendum hortandumque eos, ne committant, ut, si paulo serius ad opus venerint, excludantur ab hac tanta felicitate, et futuri aliquando sint postremo in urbe loco. Placuit fabula; regressique ad suos iterum majore numero revertuntur, omnes ferme qui principes coloniac duebantur, ut de situ urbis, de forma et amplitudine, deque sexcentis aliis sermonem misceant. At capti per proditionem miseri sero veterotorias improborum artes agnoverunt. Captus cum ceteris fuit gloriosus ille regnator, quem supra memoravimus, Niandiabusuyius. Vinetis proditores denuntiant, unam adhuc iis patere viam ad libertatem, si quam plurimum popularium numerum evocent, eorumque deductione se ipsi redimant. Haud tanta fuit miseris virtus, ut perire mallent, quam suos prodere. Acciti igitur multi ex oppido, in pedicas nec opinantes fluxerunt, quin primoribus tamen redierit promissa libertas. Felicior aliquanto

325.
*Agricola trifaria
ram postea tres
colonias simul
depopulantur.*

Angelorum colonia fuit, quippe in qua praesens Martinus nullum hujusmodi technis locum aperiebat. Ille simul atque adventum Brasiliensium praesensit, satis memor Guairanae, ac gnarus quid boni afferrent, neophytis persuasit, ut exemplo quam maxime dispalati in occultissimas latebras se abderent: quo facto plerique vestigantes praedones fefellerunt. Multi tamen in ipsa fuga intercepti in eorum venerunt potestatem: oppidumque direptum est. Martinus, quia supplex pro captivis adit barbaros, ab iisdem comprehensus est, ne dispersos neophytos ope et consilio adjuvaret. Triduo fuit in custodia: quo tempore cibum ab iis oblatum cum indignatione repulit, infanda eorum latrocinia abominatus. Interim quoniam neophytis deprecari misericordiam numquam desit, unus praedonum molestis precibus irritatus gladium illius jugulo intentavit; sed constantia viri perculsus, collum exemplo nudatum ad vulnus offerentis, temperavit sibi, ferrumque recondidit. Ad extremum fastidio tantarum precum, quum unum puerum novennum velut offam, qua latrantis os obstrueretur, Martinio concessissent, eum vinculis solutum e castris expulerunt.

Interim Henartius et Ranzonierius, quos sub adventum praedonum abesse diximus, repentina nuntio tantae clavis ad suam uterque coloniam cursu reverterunt: quas cum vacuas habitatoribus animadvertisserint, sequuti vestigia abigenium praedam, protinus ad castra nefariorum latronum perrexerunt. Ibi nullum veriti periculum, inter arma et armatos illapsi, quas preces, quas lacrimas, quas obsecrationes fuderint, ut illam scelerum colluvionem ad aliquem tamen misericordiae sensum revocarent, expers animus illius doloris, qui omnia sponte subiciebat, ne cogitatione quidem attingere ullo modo potest. Ad eorum pedes dejecti, qui ritu ducum teterrimo agmini praerant, per sanctissima Christi vulnera, cuius fidem cum lacte pueri imbibissent, nec ejurassent tamen adhuc, orabant, obtestabantur, post deletam Guairanam veterem florentemque ecclesiam, satis rarinis, satis provocandae omnipotenis Dei ultioni datum aliquando tandem existimarent: parcerent primitiis itatinensis provinciae; sinerent satam modo fidem in cordibus neophytorum gigni atque adolescere; et si quid veniae ab judicatu etiam illos Deo sibi in morte saltem exoptarent, post tantum clodium quoquoversus disseminatarum, post tot illata in suis neophytis Christo Servatori vulnera, hanc certe conscientiam unius benefacti, hoc saltem qualecumque meritum ad implorandam aliquando veniam referent domum, sese nomine Christi obsecrantibus semel redonasse parvum numerum neophytorum, ne homines in fide novi, cum animadverterent sibi vix christianis factis tantam statim a christianis calamitatem incidisse, quantam ethnici ab ethniciis numquam erant passi, alienarent penitus a suscepta religione, et in pristinam superstitionem relabentes libertatem, fidem, animam, omnia uno die conclamarent. At obcalluerant iam a sceleribus pectora Brasiliensium, omnemque non religionis modo sed humanitatis sensum restinxerant. Flentes nostros, et nuda pectora gladiis opposentes, omniaque prius exposcentes supplicia, quam a suis neophytis avellerentur, superbe atque per vim repulerunt. Unum ex tanto numero Nianduabusuvium Henartius diutinis precibus redemit: aliquot deinde fuga elapsos recepit occultavitque. Prope oppidum Angelorum septuaginta, globo facto, fortissime pro libertate pugnantes, ad extremum evaserunt. Ceterum levia haec pro multitudine captivorum erant; nam licet omnium numerus in incerto sit, coniici ex una Ranzonieri colonia potest, unde ab mille capita abducta in servitatem fuisse tradunt. Plerique tamen in itinere interierunt, pars in fluminum trajectu, multi fame, postremo alii alias pestibus absumpti: ipsosque praedones per deserta locorum agmen ductantes penuria commeatuum eo nonnunquam adduxit, ut ne a viperarum quidem esu aliove foedo victu abstinerent. Quamobrem Ranzonierius his de rebus ad socios prescribens, « Pudeat nos, inquit, in pertrahendis ad salutem animis frangi rebus adversis aut labefieri; quum latrones e Brasilia per nemora rupesque, per horrendam trecentarum leucarum solitudinem, nullo saepe commeatu, inter sexenta leti pericula ingredi non abnuant; quo tandem proposito sibi fructu tantorum discriminum, nisi ut aliquot corpora, interitura post paucos

326.
*Nostris pro captiis neophytis
frustra laborant.*

327.
*Nova nostrorum
perieula post
praedonum de-
scessionem.*

« dies, lucentur ad miserrimam servitutem ? » Haec altera hujus anni paraquariensis calamitas aliquanto acerbior fuit, quod impudentissimi praedones, dum provincia excederent, super ceteras injurias illud etiam per ludibrium et calumniam vulgaverunt, se accitu nostrorum in provinciam itatinensem deflexisse. Fecit absurdum mendacio apud rudos ingenii homines nonnihil fidei, quod animadversum a quibusdam fuit, qua via primum patres venerant, eadem praedones quoque in suam provinciam penetrasse. Itaque nostri aliquot dies in magnis vita discrimine fuerunt; et Ranzonierius praesertim, circumventus aliquando ab iratis, et sagittis jam jam configendus, non aliter quam magno Dei beneficio factum creditit, ut contra spem iras barbarorum summo suo tempore mitigaret. Disjectis deinde sensim suspicionibus, ubi primum furor resedit, et patres tuto prodire potuerunt, protinus ad colligendos, qui supererant, neophytes versi, reliquum hujus anni in reparandis jacturis consumpserunt. Interim Paraquariensis praetor, tot infandis cladibus tandem commotus, duas Hispanorum cohortes subsidio Itatinensibus misit; quae tamen, quia perditis jam rebus supervenire, nulli fuerunt usui. Quin potius nova ab iis molestia in annum insequentem patribus creata: nam reversi ad urbem Assumptionis magnopere apud praetorem egerunt, ut Itatinensium curam nostris ereptam saecularibus clericis mandaret. Id autem eo spectabat, ut liberius neophytorum, perinde ac servorum, opera in suas ipsi utilitates abuterentur: cui indignitati per se foedissimae, etiam quia christianam fidem in odium apud miserios vocabat, nostri obsistebant summo opere, tametsi non erant nescii quanta ob id invidia conflagrarent apud eos, quos inexpeltae avaritiae rabies extimulabat. Evicit tamen provincialis ne quid novi statueretur. Quare Ranzonierius et Henartius cum Vansurcio (nam libet haec pauca, quae in annum proximum evaserunt, protinus exequi) duas ex praedonum reliquiis colonias, alteram ad Tepotum amnem, ad Paraquarium altaram, restituerunt: quibus dum excolendis dabant operam, diditus forte rumor Hispanos, qui in Paraquaria erant, parare bellum Itatinensibus, vehementer neophytes perterritus. Itaque quadringenti, duce Nianduabusvio, amnem transgressi in altissimos montes secesserunt; unde tamen a nostris, postquam suspicio belli jam evanuerat, paullatim in suas stations reduci sunt.

328.
*Duae coloniae re-
stituuntur.*

329.
*RES PROVINCIÆ
MEXICANÆ.
Quidam Cinipis
nec necem Patri
Paschalius molli-
untur.*

Aliarum Americae provincialum hoc anno nihil exstat memorabile, praeterquam Mexicanac: cuius ea pars, quam Cinaloam vocabant, binos Societati nostrae martyres, duodeviginti Ecclesiae Catholicae addidit, ut existimare pie licet. Pater Julius Paschalius, qui jam annos quatuor in ea regione desudabat, semina fidei satis feliciter Cinaloanis indiderat, populis ritu barbarico viventibus, segregatis a mutuali vitae communione, moribus inquinatissimis, nec ullius legis facile patientibus. Stationem fixerat in Cinipis, quos ab humanitate minus abhorrentes norat; indeque longius inter ferociores discurrebat, quorum nomina nostris auribus asperiora nullo historiae detrimento praetermittam. At crescente in diem numero eorum, qui religioni christiana vel dederant nomen, vel daturi celeriter putabantur, cum unus omnibus non sufficeret, socium a moderatoribus exoraverat patrem Emmanuelem Martinium, eumque principio hujus anni ardenteresse prestatolabatur. Interim accidit, ut Cinaloanum quemdam, qui habebat inter suos magnam auctoritatem, nulla re alia magis quam praestantia virium et corporis proceritate partam, vehementius taederet christianae fidei, cuius etsi probaverat dogmatum, leges morum extimescebat. Quocirca qui ad ferox ingenium adjunget, ut in barbaro, astutiae satis, coepit subdolos ea de re sermones cum audientioribus miscere, desiderare pristinam libertatem, idest effrenatam libidinem, conqueri de sacerdotie hispano, animos suorum ad audendum sollicitare: unum esse hominem, qui tam multos ex libertate compulisset in servitutem: quid porro jam servis esset exspectandum, ubi alter, qui propediem affuturus dicebatur, aliisque deinceps atque alii supervenissent? Postquam excipi haec non inquis auribus sensit, palam de obruncando Paschalius agitare instituit. Verum quia Martinium, perbrevi venturum audierant, visum conjuratis est incepta in hujus adventum sustinere; cum ne intolerabilis castimoniae exactorem commutarent

potius, superstite altero, quam tollerent, tum ut duplicita caede tantum sui nominis terrorem iniicerent, ut nostrorum nemo in posterum tempus tentare in Cinaloam aditum auderet. Horum consilia forte aliquis patri amicus exceptit, remque ad eum totam detulit, vehementer monens, ut sibi caveret. Ille, quamquam ausuros tantum Cinaloanos non valde creditit, tamen ne quid temere egisse videatur, rectorem suum certiore ejus rei fecit. Rector de suorum vita sollicitus, simul ut oblate aliquo metu improbi a nefariis consiliis in posterum absconderentur, egit cum gubernatore hispano, ut sex milites ad patrem custodiae causa mitteret. Quo metu oppressi conjurati, avellendam penitus rati omnem suspicionem, ita se christianis rebus et sacerdoti deditos ostentaverunt, eaque de se opinari et sperare jusserunt, ut Paschalius quod malebat facile credens, milites paulo post, perinde ac sibi minime necessarios, remiserit. Tum illi successu fraudis admodum laeti iterum capita contulerunt, et ne quid forte novi impedimenti oriretur, maturare incepit, etsi nondum Martinus advenisset, decreverunt. Diem inter se constituerunt; locum, quia Ciniporum plerosque studere patri constabat, extra fines eorum deligunt. Reliquum erat, ut modus deducendi quo volebant hominis exigeretur. Id ut sine suspicione fieret, die dicta unum submittunt, qui patrem ad excipiendam christiani graviter laborantis confessionem accersat. Accurrit pater, visit aegrotum (vere enim is, quem dixerant, aegrotabat), sacramenta eum et benignissimis verbis consolatur, deinde protinus suam ad stationem revertitur, tanta usus celeritate contra eorum opinionem, qui insidias erant machinati, ut prius audirent eum jam proiectum, quam se ipsi usquam commoverent. Festinandi autem causa non suspicio ulla patri fuerat, sed exspectatus in horas Martinus, cui advenienti praesto esse exoptabat. Qui simul tandem affuit, paucos dies ad quietem commorari, VIII. Cal. Februarias, peracto sacro, una se ad eum pagum contulerunt, ubi aegrotus jacebat. Forte enim consilium inierant sacrae aedis in eo loco ponendae: quae aedificatio quia diuturniorem patrum moram factura erat, ad incepta insidiatorum peropportune cecidit. Hi dum supra modum laetantur, quod ex insperato ambos ultro se obtulisse ad necem animadverterent, dum iterum coeunt et colloquuntur, suspicio conjurationis rursus ad Paschalium delata est: qui in dubio indicio medium sibi viam ingrediendam arbitratus, nec mortem per negligentiam periculi lacescivit, nec fuga praeestulit metum suspicionesve, sed ipse se cum Martinio aliquique christianis, quos secum habebat, domi tenuit, et interim dimisis in Cinipos nuntiis, quorum habebat perspectam voluntatem, rogavit ut contra vim, si qua sibi et sociis pararet, opem ferrent. Ciniporum pauci, quoniam forte pars major in agris vagabatur, arreptis sui moris armis statim ad tutandos patres profecti sunt: verum cum in itinere cognovissent numerum conjuratorum longe superiorem esse, iniquum certamen veriti cesserunt retro, ut ad scitis novis sociis aequarent vires: qua mora adesse in tempore periclitantibus non potuerunt. Inter haec enim jam se prodiderant populares conjuratio-
nism, et nihil differendum rati, jam dominum patrum circumsederant, magnisque clamoribus circa januam obstrepebant. Hoc tumultu admonitus Paschalius, ex fenestra, unde in turbam prospectus erat, homines amentes coepit benigne afari, ac leniter increpare, si dissimulando eorum consilia mulcere iratos posset: se omnium egentem paene vacua in domo habitare; tamen si quid cuperent ex tenuissima suppellecile, haud gravate daturum potentibus esse: iras tantum atque arma ponerent; quid enim eos inferendo vim nisi magnum scelus concepturos? Verum, ubi oratione nihil proficiebat, recepit se interius, et sociis, quo jam loco esset res, ostendit. Apparebat, quoniam factiosi vesperascente jam caelo nondum fores perfringebant, necem in crastinum differri. Igitur noctem a Deo sibi datam existimantes, ut ad supremum certamen praepararent se, cunctas vitae noxas invicem confessi sunt Paschalius Martinusque; mox ambo ceterorum confessiones exceperunt; aderant enim, praeter pueros symphoniacos octo, novem opifices extruendae aedis causa, christiani omnes. De media nocte quidam neophytus Nicolaus nomine, vir ingentis animi, et fidei juxta ac nostrorum

330.
*Eodem profici-
scitur pater Mar-
tinus, et ambo
domi a conjura-
tis obsidentur.*

331.
*Audax neophyti
factum.*

studiosus, clam se per tenebras captato tempore in aedes patrum introduxit, eosque etiam atque etiam rogavit, ut fugam, se duce, capessere maturarent: simul arcum et sagittas ostendit et siquid aliud armorum habuit, quibus per medios hostes facturum se viam sequentibus promittebat. Negavit pater fugae jam tempus esse; satis de salute laboratum: vitam, quamdui licuit, sibi caram ad Dei gloriam et illorum utilitatem fuisse; exoptatissimum nunc fore mortem, quam pro Domino oppeteret: nec arcu se nec sagitis indigere; plus animi ad mortem inermi sibi fore, quam illi armato ad fugam sit. Ad hanc neophytus: Quasi vero fugam, inquit, ipse vobis suadeam aliquo mortis metu; qui quam exterritus fugiam, queso, aspicite. Simul haec protulit, et se foras in confertissimam conjuratorum turbam conjectit: ibique in medio stans erecto vultu animoque, quum coepisset facinus illorum magna voce coarguere, paulisper eos obstupefecit, haud satis gnavos quid istuc novae audaciae foret: mox irritati reprehensione, cum omnes unum telis peterent nusquam moventem se, plurimi confosum vulneribus dejecerunt. Accurrerat interim Paschalius, orabatque alta voce, parcerent innocentis, neu se ejus sanguine contaminarent: quum dux conjuratorum illum conspicatus, Agite sodales, inclamavit, macti animis estote; transfigamus nebulonem istum, qui nos a mulieribus nostris divellit; qui ire ad templum jubet; qui catecheses suas pro interdictis feminis ad satietatem oggerit. Transfigamus et alterum, qui ut eandem tyrannidem exerceat, nuper hoc venit. Quid nobis patribus istis opus est, quibus tam feliciter caruerunt majores nostri? Haec illo vociferante, quum aliquandiu, velut reverentia quadam impediti, stetissent, tandem unus spiculum intorquens Paschalium graviter vulneravit, qui se tamen intus ad suos recepit. At illi, ut nostros elicerent in apertum, magnos ignes circa domum fecerunt: quare, ubi opplente omnia fumo vix jam reciprocare animam poterant, prior Martinius, jam, inquit, examus, et palam ac fortiter, ut decet, pro Christo mortem oppetamus. Illum haec dicentem simulque praecentem ceteri sequuti sunt, bini, rosarium praferentes, eodem ordine et incessu, quo sacrae pompaes duci solent. Ubi in conspectum scelestorum venere, primus ictu sagittae Martinius sauciatus est. Extemplo ceteri, velut signo dato, in genua se dejecerunt, pio adorantibus opperientes tela: quorum statim incidente nimbo confossi omnes atque obruti sunt, praeter duos adolescentes, qui egredientibus aliis pone morati, clam inter tumultum evaserunt; ab iisque postea seriem harum rerum nostri accepere. Victores debacchandi et in cadavera saeviendi nullum fecissent finem, ni christianus nomine Chrysanthus, haud ultra patiens ejus indignitatis, tergo ad columnam applicito, ne in aversum fieret vis, spicula coepisset tam atrox conjectare, ut quinque interficerit, reliquos in fugam verterit. Supervenire paulo post fideles Cinipi, auxilium patribus nequidquam latrui; qui re cognita moerentes, quando jam nihil aliud erat reliquum, corpora in suum agrum detulerunt, unde post ad collegium Mexicanum sunt deportata.

333.
Patrum Martini et Paschali et
gloriam

Erat cur multo ante patres ambo putarentur felicem obitum divinitus praesensisse. Id Paschalius significare visus erat in litteris, quibus socium ad se jam proficiscentem incitabat. Martinium vero nostri, necdum ad eam Missionem destinatum, dicere meminerant: Pater Paschalius jamdui in Cinaloa martyrium expedit; at id non ante obtinebit, quam ad illum ipse socius mittar. Verum haec fortasse obscuriora: illud liquet, utrumque magnis virtutibus connisus esse, ut tali decore haud indignus haberetur. Martinus, qui Tabirae Algarbiorum ortus erat in Lusitania, et sanctum Antonium Patavinum cognitione attингebat, cum ad Societatem viginti annorum adolescens innocentiam attulisset eo pulchriorem, quod, tetrorimo experimenti genere petitatam, contra muliebres insidias illam propugnarat; tam nitidis deinde moribus fuit inter nostros, sic puram ab omni labecula servavit animam, ut dignus duceretur, qui adhuc scholasticus, contra quam consuetudo tenet, saepius in hebdomada de sacra mensa participaret, et binas horas in agendis gratis insumeret: quod quo periculosius et difficilis uni conceditur, eo luculentius, si cui salubriter sit concessum, declarat, plane eximias in hoc

uno enituisse virtutes. Itaque vix in aciem prodierat, cum laurea donatus est veteranis saepissime negata: et qui missus in Cinaloam fuerat, ut ab experto magistro apostolici munera rudimenta aciperet, primo adventu meruit, quod alii multorum laborum praemium ducunt, mortem pro Christo. Julius Paschalius italus Salodii ortus erat in agro Brixensi, litterisque apud nos Parmae ac Mantuae operam dederat. Exacto Societatis tirocinio, grammaticam Faventiae per triennium pueros docuerat; indeque expeditionem Mexicanam nondum sacerdos impetraverat. Mexici theologiae et tertiae probationis circumacto tempore, cum in primis excursionibus plurimum se probasset, jussu moderatorum solus aliquot populos feritate adhuc illibata sumpsit christianis moribus imbuendos, in iisque totum sese ad obitum impendit. Plurimos homines ex superstitionibus, beneficiis, libidinibus, omnique vitiorum foeditate ad sanctimoniam divinae legis, et ad humanioris vitae cultum traduxit; felix praesertim in Cinipis cicurandis, quorum mores unius anni spatio ita fixnit, ut veteres christiani viderentur. Nonnulla quoque supra naturae ordinem ab illo gesta narrantur; quibus tamen mirabilius mihi videtur, hominem tot laboribus exercitum, tot itineribus fatigatum, tot periculis circumventum, procul religiosa domo, nullo comite, nullo signo monente, quotidie matutinae orationi, sacro faciendo, conscientiae bis excutienda, piorum librorum lectioni ex more Societatis ita locum semper invenisse, ut nihil accurratius in ipsis collegitis fieri posset. Hujus diligentiae fructus fuit, ardentissima in Deum caritas, qua inflammatu in eas saepe voces erumperebat: *O quando te perfecte diligam, Domine, o fac, Deus meus, ut amem te.* Omnia fere virtutum, quae ad religiosam perfectionem spectant, exempla edidit; eaque jam prodita memoriae video. Me piget fusius laudare in martyre, quae saepe in aliis memorare contingit: et illud etiam habet delectationis aliquid, nonnulla silentio præteriisse, quae laudari merito poterant. Ejus et Martinii felix obitus in calendas Februarias incidit.

INDEX

RERUM MEMORABILIA

QUAE IN HOC TOMO CONTINENTUR.

A

- Abba-Jacobus eximiae virtutis sacerdos in Aethiopia a Tecta-Georgio interficiuntur: pag. 220. n. 151. et seq.
Acostae (p. Emmanuelis) obitus et elogium: p. 73. n. 226.
Acosta (p. Marcus) a Batavis capitur: p. 249. n. 270. Ejus obitus et elogium: ib. n. 271.
Aethiopicarum rerum summa. Vide Mendez et Seltan-Seguedus.
Aethiopiae res per suos annos distributae.
 Anno 1626. pag. 72. a n. 219. ad n. 224.
 Anno 1627. pag. 127. a n. 94. ad n. 111.
 Anno 1628. pag. 214. a n. 138. ad n. 170.
 Anno 1629. pag. 316. a n. 146. ad n. 167.
 Anno 1630. pag. 429. a n. 312. ad n. 322.
 Anno 1631. pag. 537. a n. 310. ad n. 319.
 Anno 1632. pag. 654. a n. 233. ad n. 234.
Albenacum oppidum tractus Vivariensis in Gallia, expugnata Rupella, ex toto fit catholicum: p. 207. n. 110.
Albergottus (p. Marcellinus) collegii Florentini rector, dum tabidis inservit, prius moritur: p. 349. n. 1. et seqq. Ejus elogium: p. 350. n. 7.
Alenus (p. Julius) provinciam Fociensem in Sina magno successu excusat: p. 669. n. 266.
Aloisius S. Gonzaga patrem Gulielmum Flaccum, suum olim contubernalem, acerbissimis doloribus ac morte liberat: p. 640. n. 203.
Alonae Societas collocatur: p. 399. n. 185.
Alphonsi B. Rodriguez sanctitas miraculis illustrata: p. 523. n. 272.
Alstorffii (p. Joannis) obitus et elogium: p. 20. n. 57.
Amaralus (p. Gaspar) Macao in Tunchinum regreditur: p. 347. n. 340. Aulam cum patre Fontesio frequenter, et vestem litteratorum induit: p. 349. n. 347. Idcirco notatus

Tom. II.

factum utcunque defendit: ib. n. 348. Queritur apud regem de injuriis patri Regio illatis, et benigne auditur: p. 678. n. 284. et seq.

- Ambergense collegium fundatur: p. 280. n. 19.
Ancone juvenum sodalitas S. Rosaliae cultum promovet ad arcendam pestilentiam: p. 447. n. 6. Alterius sodalitatis pius ador ad placandam caelestem iram: ib. n. 7. Moritur Ancone Didacus de Guzmano Cardinalis Episcopus Hispaniensis, et apud nos sepelitur: p. 448. n. 8. S. Francisci Xaverii insignis beneficium in hac urbe: p. 449. n. 10.
Andreotii (p. Sebastiani) obitus et elogium: p. 73. n. 226.
Angellus (Albertus Bononiensis, novitius Societatis, ampli patrimonii heres inventur: p. 456. n. 31. Certam pecuniae summam frustra poscit a consanguineis: ib. n. 32. Vota religiosa differt ad duos annos: tandem e Societate discedit animo ad eam revertendi: p. 457. n. 33. et seq. Factum reprehendit p. Mutius: ib. n. 35. Alberti vita in saeculo: ib. n. 36. Novam molitur probationis domum Bononiae: difficultates superantur: ib. 37. et seqq. Mutii litterae ad Senatum Bononiensem: p. 459. n. 41. Angelus studiorum universitatem fundat in collegio Bononiensi: ib. n. 42. Post sexdecim ab egressu annos reddit ad Societatem: p. 460. n. 43.
Anglicis de rebus vide, sis, *Arousmitheus*, *Caroli I.* et *Richardus Smitheus*.
Angliae res per annos distributae.
 Anno 1626. pag. 58. a n. 177. ad n. 185.
 Anno 1627. pag. 107. a n. 35. ad n. 41.
 Anno 1628. pag. 203. a n. 93. ad n. 106.
 Anno 1630. pag. 389. n. 152.
 Anno 1631. pag. 513. a n. 249. ad n. 252.
 Anno 1632. pag. 638. a n. 199. ad n. 203.
Angolanorum baptismus recognoscitur, ejusque securitati consultur: p. 272. n. 370.
Angolae regina Anna, ob detectam ejus perfidiam, regno

89

- exturbatur a Lusitanis: p. 126. n. 90. et seq. Novus An-
- goleensis rex Quiloanga a p. Francisco Pacconio verita-
- tem edocetus christiana suscepit sacra: p. 126. n. 92.
- Angolano in regno acta narrantur: p. 126. a n. 90. ad n.
93. et p. 536. a n. 305. ad n. 309. Vide etiam *Tavorius*.
- Annae S. cultus Marcoduri augetur: illius ope publicum
- beneficium impetratur: p. 479. n. 122.
- Antonii Joannis fratris adjutoris Lusitanis mors et elegium:
- p. 122. n. 81.
- Apamense collegium fundatur: p. 370. n. 85.
- Apostatae, qui ob poenarum formidinem a christiana fide
- deficiunt in Japonia: p. 78. n. 243. et p. 230. n. 190. et
- p. 235. n. 215; p. 325. n. 183. et p. 327. n. 190. Urbs
- Armeniens fere ex loto deficit a Christo: p. 138. n. 137.
- Passim in regno Armeniobis de tormentorum inauditam im-
- manitatem permulti labuntur: p. 423. n. 287. et seqq.
- Permuli etiam fortiter pro Christo occumbunt: de quibus
- vide infra *Martyres*.
- Aquilinae res.
- Anno 1628. pag. 206. n. 107. et seq.
- Anno 1630. pag. 368. a n. 78. ad n. 84.
- Aragoniae res per suos annos distributae:
- Anno 1626. pag. 63. n. 190. et seq.
- Anno 1627. pag. 117. a n. 68. ad n. 78.
- Anno 1630. pag. 396. a n. 175. ad n. 188.
- Anno 1631. pag. 522. a n. 270. ad n. 278.
- Anno 1632. pag. 646. a n. 220. ad n. 228.
- Araucani qui sint: p. 264. n. 341. Eos nostri conciliare Hi-
- spanis conantur frustra: ib. n. 342.
- Archidiaconus Cranganorensis (de quo vide tomum primum
- hujus partis) contra Societatem commovetur, et quare: p.
223. n. 172. Ei se adjungunt sacri cuiusdam ordinis viri:
- p. 226. n. 173. Tota Thomaeorum ecclesia perturbatur:
- ib. n. 174. Nostrorum et Archiepiscopi moderatio. Rei
- exitus: ib. n. 175.
- Arenis (p. Philippis) obitus et elegium: p. 509. n. 237.
- Argentus (p. Joannes) Mutinae diem obit: p. 13. n. 38.
- Ariminensis collegii ortus: p. 276. n. 10.
- Arnulphus (p. Joannes) in suspicionem insons vocatur apud
- Galliae regem tamquam sacramentalis secreti violator: p.
41. n. 122. Cum bona regis gratia Lutetiam reddit: p. 515.
- n. 233. Concionatur cum ingenti laude, et in provin-
- ciam Francicam transcribitur: ib. n. 254. Ex improviso
- removetur Parisiis. Quae fuerint causae: ib. n. 253.
- Arousmitheus (p. Edmundus) Lancastriae comprehenditur,
- producitur ad judicem, capitis dannatur, necem fortissi-
- me excipit: p. 204. n. 91. et seqq. Immanis in eum sae-
- vita Henrici Valvertoni, qui tamen terribili exemplo phe-
- citur: p. 205. n. 99. et seq. Arousmithei gloria ostens
- illustratur: ib. n. 101. Ejus elegium: ib. n. 102.
- Astrum inextinctum*. Titulus libelli contra Societatem editi
- in Germania; quem p. Paulus Layman confutavit: p. 372.
- n. 92.
- Athi scholae Societatis aperiuntur: p. 198. n. 74. Contra
- eas commoventur aliqui et calumniam configunt, quae
- tamen detegitur: ib. n. 75. et seqq.
- Avenionense tirocinium divina ope servatum: p. 306. n. 116.
- Augustae Vindelicorum novum collegium constituitur repu-
- gnantibus nostris, et quare: p. 377. n. 117.
- Austriacae res per suos annos distributae:
- Anno 1626. pag. 30. a n. 91. ad n. 103.
- Anno 1628. pag. 184. a n. 30. ad n. 36.
- Anno 1629. pag. 290. a n. 55. ad n. 76.
- Anno 1631. pag. 487. a n. 154. ad n. 188.
- Anno 1632. pag. 621. a n. 154. ad n. 168.

B

- Badensis residentia liberalitate Principis augetur: p. 456.
- n. 30. Flagrante bello Svecico nostri Bada expelluntur:
- p. 607. n. 111. et seqq.
- Bactiae res per suos annos distributae:
- Anno 1626. pag. 63. a n. 199. ad n. 207.
- Anno 1627. pag. 116. a n. 62. ad n. 67.
- Anno 1630. pag. 393. a n. 166. ad n. 174.
- Anno 1631. pag. 523. a n. 279. ad p. 286.
- Anno 1632. pag. 646. a n. 220. ad n. 228.
- Baezae collegium constituitur: p. 67. n. 206.
- Baczae (p. Joannis Baptistae) mors et elegium: p. 83. n. 257.
- Baldovini (p. Gulielmi) obitus et elegium: p. 639. n. 204.
- Balneocaballi collegium conditum: p. 456. n. 30.
- Baptistae (fr. Francisci) obitus et elegium: p. 432. n. 323.
- Barbosa (p. Francisca) in insula Cardiva a duobus servulis
- interficitur: p. 228. n. 184.
- Bellboni (p. Archangelii) mors et elegium: p. 99. n. 14.
- Bellavia (p. Antonius) dum sauciis Lusitanis adest, a Bata-
- vis interficitur: p. 441. n. 364. Ejus elegium: ib. n. 365.
- Bellum inter Ferdinandum Caesarem et Gustavum Sveciae
- regem germanicas Societatis provincias innumeris afficit
- calamitatibus. Vide *Gustavus*. Bellum inter Lusitanos et
- Candiensem regem residentias Societatis evertit in insula
- Ceilano. Vide *Ceilanum*.
- Bergenaci residentia constituitur jussu regis Galliae: p. 520.
- n. 266.
- Bisciola (p. Lelii) obitus et elegium: p. 279. n. 16.
- Bitsam inducuntur Societatis operarii. Res ibi gestae: p. 293.
- n. 68. et seq.
- Biturgiae collegium inchoatur liberalitate duorum fratrum
- e familia Monfalconia: p. 7. n. 19. Biturgensium aliqui ca-
- lumniam patri Martinio imponunt: p. 8. n. 20. Quae ca-
- su detegitur et diffatur: ib. n. 21.
- Bobroyscensis residentia erigitur: p. 298. n. 90.
- Bockenemii sedem Societati attribuit Dux Lotharingiae: p.
285. n. 37. Eam studet in collegium erigere: verum mul-
- tiplici mora res disturbatur: p. 473. n. 94. et seq.
- Boette (p. Imberti) mors et elegium: p. 110. n. 48.
- Bohemiae res per suos annos digestae:
- Anno 1626. pag. 26. a n. 79. ad n. 90.
- Anno 1628. pag. 186. a n. 37. ad n. 43.
- Anno 1629. pag. 287. a n. 42. ad n. 54.
- Anno 1631. pag. 481. a n. 130. ad n. 153.
- Anno 1632. pag. 618. a n. 144. ad n. 153.

- Bononiae tirocinium Societatis conditum pecunia Alberti Angelelli. Vide supra *Angelellus*. Augetur cultus erga S. Ignatium: p. 273. n. 3. et seqq. Puerum e fenestra decidemus excepit Ignatius redditique parenti: ib. n. 8.
- Bonzii conspirant contra patres in Tunchino: p. 239. n. 234. et seqq. Rex ab iis irritatus patris Rhodii alloquio mitigatur: p. 240. n. 237. Feminam quamdam regis concubinam contra christianos commovent: inde excitatur persecutio, et fides christiana proserbitur: p. 677. n. 282. Passim conspirant contra christianos.
- Botoni (p. Francisci) mors et elogium: p. 209. n. 119.
- Bovilleti (p. Ludovici) obitus et elogium: p. 308. n. 120.
- Brandisii (p. Petri) obitus et elogium: p. 600. n. 92.
- Brasiliae res.
- Anno 1628. pag. 249. a.n. 270. ad n. 291.
- Anno 1630. pag. 439. a.n. 336. ad n. 368.
- Brasilienses praedones (quos et Paulopolitas et Mamalucos invenies appellatos) qui homines sint: p. 434. n. 329. et seqq. Irrumpunt in Parauariam et neophylos multos abripunt: p. 434. n. 332. et seqq. Eos in Brasiliam cum ingenti praede revertentes sequuntur patres Mazeta et Vansurkius captivorum causam acturi, sed frustra: p. 436. n. 341. et seqq. Irrumpunt iterum in Guiranam, duasque S. Pauli et Incarnationis colonias dissipant: p. 534. n. 361. Abripiunt in servitudinem neophytos ad multa milia: p. 536. n. 367. Nostrorum incredibilis dolor in eorum digressu: ib. n. 368. Imminente jam tertium praedonom agmine, nostri migrationem tribus Guairanae colonias persuadent: p. 686. n. 300. et seq. Brasilienses vacua militantium oppida invadunt: p. 687. n. 302. Itemque geminas Gualacorum colonias recens constitutas diripiunt: p. 688. n. 303. Ob id neophyti in iram consternati patrem Salazarum per summam injuriam invadunt, tantumque non confidunt: ib. n. 304. Praedones post vastatas neophytorum colonias irrunt in pagos Villaricæ adjacentes, ipsamque Villaricam et Guairam Hispanorum urbes depolulant: p. 693. n. 318. Inde Itatinensem provinciam ingrediuntur, nuperrime coepitam a nostris excoli evangelica prædicatione; occupant tres colonias; neophytes complurimos dolis et sycophantiis captos abducunt in servitatem: p. 698. n. 324. et seq.
- Bronodi (p. Antonii) res gestae et pia mors: p. 306. n. 117.
- Brixensis Episcopus collegium Societati decernit: quod tamen successu caret: p. 196. n. 70.
- Brzesnicki religio restituitur; et collegii fundamenta jaciuntur: p. 485. n. 148.
- Buccerii (fr. Simonis) obitus et virtutes in compendium redactae: p. 100. n. 16.
- Buchouski (p. Hermolai) subita mors et elogium: p. 502. n. 211.
- Bucous prorex de religione catholica optime in Aethiopia meritus in acie interficitur: p. 224. n. 170.
- Bulengeri (p. Julii Caesaris) obitus et elogium: p. 212. n. 116.
- Bungodonus rex Arimenis in christianos desaevit immanitate plusquam neronianæ; permulti misere labuntur: p. 423. n. 286. et seqq. Mortem ipse sibi horrendam consciscit: p. 424. n. 290. et seq.
- Burgusense collegium fundatur: p. 104. n. 26.
- Burgum S. Sepulcri. Vide *Burtagia*.
- Burnatius (p. Mathias) catholicam fidem restituit Dubae: p. 28. n. 81. Interficitur a Rowensckensibus: p. 289. n. 51. Ejus elogium: p. 290. n. 53.
- Bustillii (p. Bernardi) obitus et elogium: p. 164. n. 227.
- Buzomius (p. Franciscus) strenue cum sociis in Coeincina desudat: p. 133. n. 186. Neophyti vexantur; mox respirant, favente illis regis filio, et post hujus mortem regina: ib. n. 187. et seqq. Fruges collectae in diversis regni locis: p. 154. n. 191. et seqq. Caciani exoritur tumulus per occasionem sacri Praecepis: p. 244. n. 252. Promulgatur edictum contra christianos: patres temporis tantisper cedunt: ib. n. 253. Rex patribus reconciliatur, et quidam ab iis peccat: p. 245. n. 255. P. Fernandius contra Buzomii sententiam negligit postulata: p. 245. n. 256. Rex pellere Societatem statuit multis de causis: p. 245. n. 258. Exsilii sententia denunciatur patribus: ib. n. 260. Nostrorum vices hoc in tempore: p. 247. n. 262. et seqq. P. Buzomius in regnum Ciampæ tendit: ib. n. 264. et seq. Rex legatione et munerialibus Lusitanorum placatur: mox exsilii legem confirmat: p. 416. n. 259. et seq. Buzomii pericula in regno Ciampæ: ib. n. 262. Excurrexit in Cambogiam; inde Macaum reddit: ib. n. 263. Revertitur in Cocincinam ut Macaenium legatus: p. 217. n. 264. Iterum patres exsulare jubentur: ib. n. 265. Buzomius regnum Ciampæ et Cambogiam repehit: ib. n. 266.

C

- Caaiguac quae natio et quibus moribus: p. 437. n. 346. Patris Petri Alvari ad eos expeditio, et expeditionis exitus: ib. n. 347.
- Caba-Christi in Aethiopia contra rebellem Tecla-Georgium pro Imperatore feliciter rem gerit: p. 220. n. 153. Trium dum ponit in expienda conscientia: p. 429. n. 314. Fortiter dimicans interficitur: p. 430. n. 315.
- Cacquensium natio quae: p. 263. n. 333. In iis excolendis strenuus desudat p. Osorius: ib. n. 335. et seqq.
- Caesaraugustano collegio redduntur scholæ ante nostris a-demptæ: p. 117. n. 68. Beneficentia Lupercii de Arbis- si erga collegium: ib. n. 69.
- Caifuni in Sina stabile Societati domicilium attribuitur: p. 237. n. 224.
- Calamitates paulo insigniores, quarum mentio incidit in hoc volumine. Fœda eluvio Hispali, et nostrorum charitas in ea aerumna: p. 63. n. 129. Similis eluvio Conimbricæ: p. 69. n. 209. Ibidem nostri a simili infortunio graviter periclitantur, nec sine praesente Dei beneficio incolumes evadunt: p. 122. n. 80. Dira famæ in Ora Piscariae: p. 74. n. 230. Fames simul ac lues Rodumnae: p. 521. n. 268. Insulae S. Michaelis calamitas a terræ motu et vulcano: p. 390. n. 154. Quid per eam occasionem egerint

- nostris: ib. n. 155. Vesuvii montis memorabile incendium, et secutae inde clades: p. 449. n. 14. et seq. Gestu Neapolit per eam occasionem: p. 450. n. 16. et seqq. Nostrorum decem ad quatuor incensa oppida cum ingenti periculo profecti semianinis strenue opulantur: p. 482. n. 21. et seqq. Neophyti in servitatem abrepti a praedonibus: p. 434. n. 332. et seqq. Itemque p. 556. n. 367. et seq. Et p. 698. n. 324. Neophytorum et Guarana in planitiem paranensem migratio multimodis calamitibus plena: p. 691. n. 309. et seqq. Bellicas calamitates vide ad vocem *Gustavus*. Vide praeterea *Pestilentia*.
- Calaritani in suam Academiam depositunt nostros professores: p. 64. n. 192. Quibus legibus id permisit Mutius: ib. n. 193.
- Calendarii Sinensis correctio decernitur; eique operi praeficiuntur patres Terentius et Longobardus: p. 323. n. 174. et seq. Indo nostrorum auctoritas in Sina resurrexit: p. 324. n. 176. et seqq. Mortuo p. Terentii sufficiuntur patres Rho et Schallus: p. 413. n. 247. Ab his decem eunuchi baptizantur, et per eos fides in aulam invehitur: p. 543. n. 326. Eunuchorum unus in urbe Tacimo christianam religionem disseminat: ib. n. 327.
- Camberiense collegium incenditur, et Caroli Emmanuelis munificentia reficitur: p. 109. n. 42. Hujus collegii patres sacris commentationibus Sisiense monasterium excalent: indeque mirum referunt beneficium: p. 646. n. 219.
- Cambirascens regnum. Vide Cataja.
- Campaniae res per suos annos distributae.
- Anno 1626. pag. 48. a n. 149. ad n. 152.
 - Anno 1627. pag. 110. a n. 48. ad n. 49.
 - Anno 1629. pag. 310. n. 127.
 - Anno 1631. pag. 317. a n. 261. ad n. 266.
 - Anno 1632. pag. 640. a n. 206. ad n. 219.
- Canadenses res.
- Anno 1629. pag. 343. a n. 264. ad n. 271.
- Canae Peruviae populi a nostris excoluntur: p. 270. n. 361.
- Canarias insulas aedunt ex Hispania patres duo sacrae missionis causa: p. 530. n. 288. Primi eorum labores et fructus: ib. n. 289. Quidam adversus eos concitantur: ib. n. 290. Illos egregie tuerit Episcopus: p. 531. n. 291. Qui tamen paulo post a patribus alienatur: ib. n. 292. Nostrorum ob falsos rumores misera conditio in insula Teneriffa: ib. n. 293. Frustra Episcopum delenire student: p. 532. n. 294. Patrum patrocinium suscipiunt regius Gubernator, et supremus fidei Quaeasitor: ib. n. 295. et seq. Ita denum pari labore et fructu tres insulas percurrunt: ib. n. 297. et seq. Eos Canarii retinere conantur, et de collegio cogitant: p. 533. n. 299. Patres in Hispaniam publicis instructi litteris revertuntur: p. 534. n. 300.
- Candiensis rex. Vide paulo infra Ceilanum.
- Captivi delinentur variis in locis de Societate homines; nempe p. Laertius provinciae Goanae praeses cum tribus sociis capitur a piratis: p. 133. n. 117. et seqq. Horum duo, facto naufragio, fluctibus absorbentur; Laertius cum p. Silveira ope Xaverii evadit: ib. n. 120. et seq. Capiuntur a Batavis nostrorum aliqui, ac praesertim p. Montmorancyus provinciae praeses, qui lamen prelio redimitur: p. 55. n. 164. Alii decem, jampridem captivi, dimittuntur: p. 55. n. 170. et seq. Recrudescente in Anglia persecutione plures e nostris in vincula contruduntur: p. 60. n. 181. alii liberi evadunt: p. 60. n. 182. et seqq. P. Joannes Alardus Groningae in Frisia, et Rainierius Houwmans Bergae in Brabantia in vincula conciuntur: p. 201. n. 89. Quindecim de Societate comprehenduntur in Anglia: p. 206. n. 103. Octo intercipiuntur a Batavis, dum in Brasiliam navigant: p. 249. n. 270. et seqq. P. Wilhelmus Holthausen a Batavis intercipitur et dire vexatur: p. 375. n. 103. et seqq. Capiuntur aliquot nostrorum a Batavis in Brasilia et clementer habentur: sed in Hollandiam deportati includuntur carceri: p. 439. n. 357. et seqq. Frater Yama, et p. Antonius Iscida in Japonia post diuturnum carcere lenita morte necantur: p. 779. n. 286. et seq. p. 682. n. 290. et seq. P. Joannes Dominicus Vilancis in Philippinis abripitur in servitatem a piratis Jolensibus, ibique moritur: p. 684. n. 297. P. Antonius Pedrosa diu manet captivus apud regem Candensem: p. 668. n. 261. ad suos remittitur: ib. n. 263.
- Capitis Viridis residencia Societatis in novum aedificium transferit: p. 535. n. 304.
- Carafa (p. Vincentius) provinciae Neapolitanae praeses consilium capit in atroci casu magis pius quam prudens: p. 174. n. 2. et seq. Patrem Ferracutum egregio adjuvat: p. 175. n. 8.
- Carapaccii qui sint, et quibus moribus: p. 559. n. 378. Sternitur via ad sacram inter eos missionem: p. 560. n. 379. Patres duo ad eos proficiuntur: ib. n. 380. Sacrae missionis fructus inter eos: ib. n. 381. Cum finitimus Tuinticanis conciliantur: p. 561. n. 382. et seq.
- Carbonelus (p. Gherardus) Leowardiae et satellitum manibus aegre elabitus: p. 106. n. 34.
- Carisii gens Brasiliæ. Nostrorum apud eos labor diu irritus: p. 250. n. 275. Ad eos p. Carneirus proficiuntur: ib. n. 276. Metu dissipantur: ib. n. 277. Multi Carneiro se doceles praebent: ib. n. 278. Coguntur in unum: ib. n. 279. Quadrungenti ad Januarium deportantur: p. 251. n. 280. Eorum pericula a Lusitanis: ib. n. 281. Reliqui Carisii dispersuntur ac perirent: ib. n. 283. et seq.
- Carlier (p. Joannis) mors et elegium: p. 635. n. 193.
- Carneirus (p. Franciscus) ad Carisios contendit. Vide supra *Carisii*.
- Caroli I. regis Angliae atrox edictum in catholicos: p. 203. n. 93.
- Carolus a Lotharingia ex Episcopo Virdunensi religiosus de Societate pie obit Tolosae: p. 318. n. 264.
- Casali agitur de excitando collegio, sed frustra: p. 461. n. 43.
- Cassoviae rudimenta collegii ponuntur, sed initis turbulentis: p. 624. n. 164. Ibidem desertor et calumpniator Societatis divinitus plectitur: p. 625. n. 165.
- Castellanae provinciae res.
- Anno 1626. pag. 62. a n. 186. ad n. 189.

INDEX

- Anno 1627. pag. 111. a n. 30. ad n. 38.
- Anno 1632. pag. 646. a n. 220. ad n. 228.
- Castilius (p. Joannes) egregiam impedit operam Iviensibus Parauariae incolis: p. 236. n. 300. Paulo post interfecitos a barbaris patres Gonzalum et Rodericum et ipse crudeliter necatur a satellitibus Niezuvii: p. 237. n. 308. et seq. Castili et sociorum reliquiae in oppidum Conceptionis exportantur: p. 239. n. 318. et seq. Patris elogium: p. 260. n. 324.
- Cataja quae regio sit: p. 139. n. 114. Irritus labor patrum Stephanii Caceliae et Joannis Capralis in regnis Cambira-sensi, et Urangiensi: ib. n. 115. et seq.
- Catechistae in Tunchino, absentibus nostris, fidem egregie fovent et provehunt: p. 348. n. 341. Nostris praedicare prohibiti illorum opera utilissime juvuntur: p. 350. n. 350. et p. 672. n. 273. Unus praesertim nomine Lucas virum plane apostolicum se praebet: p. 273. n. 274.
- Cathii (p. Arnoldi) obitus et elogium: p. 387. n. 144.
- Caunensis collegii primordia: p. 298. n. 89.
- Caunus (Vincensius) cathechista capiutor cum patre Zola alisque in Japonia: p. 78. n. 234. In carcere Societati adscribitur: p. 77. n. 239. Dire cruciatus: p. 78. n. 241.
- Ejus vitae compendium: p. 81. n. 249.
- Ceilanum nostri, erectis aliquot residentiis, excolunt: p. 73. n. 225. Rex Candensis insulam pervastat: p. 227. n. 177. Nostrorum duo necantur: ib. n. 178. Candenses Jafanapatana expelluntur: p. 228. n. 181. et seqq. Lusitanorum exercitus deletur: p. 321. n. 167. P. Simon de Leiva interficitur: p. 322. n. 168. P. Simon Pedrosa in captivitatem ducitur: ib. Acta a nostris Columbi tempore obsidianis: ib. n. 170. Arci ob sessas subvenitur auctore pa-tre Godinio: ib. n. 171. Pater Pedrosa ad suos remittitur: nostri dirutas residentialias instaurant: p. 668. n. 263.
- Ceparii (p. Virgilii) obitus et elogium: p. 445. n. 1.
- Cespedes Ludovicus Parauariae praetor nostrorum preces pro neophyti reicit cui contemptu: pro 555. n. 363. Hispani milites Brasiliensium perfidiam imitantur: ib. n. 364.
- Chalcedonensis Episcopus dissensiones excitat in Anglia. Vide *Richardus Smitheus*.
- Changae Peruviae populi a nostris excoluntur: p. 270. n. 361.
- Charcarum quae regio, quae natio sit: p. 270. n. 363. et seq. Eam lustrat cum Archiepiscopo Platensi p. Hurtadus: p. 271. n. 365.
- Chavinenis paroecia Societati committitur in Peruvia: p. 339. n. 377.
- Cherii nova tirocinii domus instituitur: p. 183. n. 27.
- Chilenae res: pag. 264. a n. 338. ad n. 352.
- Chiloenses qui populi sint: p. 264. n. 341. et seq. Nostrorum labores in iis excolendis: p. 265. n. 343.
- Chisius Fabius, qui postea summum pontificatum adeptus Alexander VII. fuit, adolescens studiorum specimen exhibet Senis: p. 7. n. 17.
- Chuni qui sint populi: p. 266. n. 348. Ad eos navigat p. Melchior Venegas, multosque ibi salutari lavacro tingit: ib. n. 349.
- Citternae e nostris duo operam navant aegrotis, huc saeviente; quae mox ope Sanctorum Ignatii et Francisci Xaverii depellitur: p. 446. n. 2. et seq. Presbyteri cujusdam ordinum et columniae contra patres: ib. n. 4. et seq.
- Clavennae in Rhaetia statio Societatis collocatur, et post breve tempus dissolvitur: p. 183. n. 28. et seq.
- Claver (p. Petrus), quem nunc caelitum beatorum honoribus columis, p. Sandovalii locum egregie supplet: p. 272. n. 360.
- Comaromensis residencia constituitur: p. 293. n. 66.
- Coccini una cum Indiarum prorge canonici conspirant contra Societatem: p. 541. n. 320. Vis nostris illata Tutucurini: ib. 321. Turbae ortae ob eam rem: regii ministri furor, et crudelitas: ib. n. 322. Ceteras Orae Piscariae ecclesias nostri dimittunt: p. 542. n. 323. Calumniae per eam occasionem disseminatae contra Societatem: p. 552. n. 324. Magna rerum inclinatio inter Paravas. Ecclesiae Societati restituuntur: ib. n. 323. Steriles nostrorum labores in Ora Piscariae ob recentem discordiarum memoria: p. 666. n. 256. Coccini melius res nostrorum habent: ib. n. 257.
- Cocincinae res.
- Anno 1627. pag. 153. a n. 186. ad n. 196.
- Anno 1628. pag. 244. a n. 252. ad n. 269.
- Anno 1630. pag. 416. a n. 259. ad n. 268.
- Cocincinae de rebus praeceps. Vide *Buzomius*.
- Colmariae domicilium Societatis figuratur: p. 196. n. 69.
- Coloniae occulta haereticorum machinatio disturbatur: p. 192. n. 53. Nostri in novum collegium migrant: p. 480. n. 124. Nostris externique Svecico bello suis passim ejecti domibus Colonianis frequentes confugunt: p. 616. n. 135. et seq. Pravis de religione consilii nostri intrepide obsi-stunt: ib. n. 138. S. Engelbertum pie venerantur cives; idque unius e nostris suus: p. 617. n. 139.
- Columba (p. Claudii A.S.) obitus et elogium: p. 309. n. 124.
- Comaromensis residencia constituitur: p. 293. n. 66.
- Concluci miras contumaciae populi paulatim subiguntur: p. 344. n. 260. et seq.
- Congi rex Petrus Garcia nostros vexat: p. 123. n. 82. et seqq. Petro et regno exturbato Ambrosius succedit: qui nostros primo foveat, deinde habet suspectos, postremo in gratiam recipit: p. 124. n. 83. et seqq. Ambrosio vita funeto Alvarus IV. beneyolum se Societati praebet. Ejus litterae ad Mutium: p. 535. n. 305.
- Controversiae, criminationes, insectationes majoris momenti, quibus Societas hoc septennio variis in locis exagitata est. Florentiae probrossissima in nostros struitur calumnia, sive implicatur magis ac magis, ut sine miraculo extricari vix posset. Vari ea de re rumores et libelli: Nuntii Apostolici et Archiepiscopi testimonia: p. 3. a n. 6. ad 15. Cracoviae critur celebris controversia inter Academiam et Societatem: cuius controversiae originem, seriem et exilium vide infra ad vocem *Cracoviae*. Parisiensis Curia contra Societatem commovetur ob allatum in Galliam librum p. Antonii Sanctarelli de haeresi et schismate: p. 41. n. 125. et seqq. Servinus contra nos per-

- rans subita morte intercepitur: p. 42. n. 128. Vocatur in Curiam p. Cotonus provincialis cum aliis patribus: ib. n. 129. Ejus prudentia ad postulata Praesidis: ib. n. 130. Recusat subscribere eidem formulae: p. 43. n. 131. Rex Societatis patrocinium suscipit: ib. n. 132. Et mitiorem proponit formulam, cui nostri subscriptiunt: ib. n. 133. Fit senatus consultum Societati gravissimum: p. 44. n. 134. Moritur p. Cotonus moerore confectus: ib. n. 135. Nova offensionis occasio Curiae Parisiensi oblata: p. 47. n. 143. Omnis praeter spem controversia componitur: ib. n. 146. Eam finiri jubet rex, et quare: p. 48. n. 147. Altissimodori sedatio excitatur contra collegium, et unius e seditionis caede comprimitur: p. 48. n. 149. et seq. Sebastianopoli in Hispania excitantur turbae: decernitur nostrorum exsilium; qui tamè regia auctoritate proteguntur: p. 62. n. 187. et seqq. Indicitor nostris exsilium ex tota Vallesia, et quare: p. 103. n. 23. et seqq. Commoventur muli in Hispania ob constituendam Matri academiam, et contra Societatem conspirant, Cornelio Jansenio in ignem flante: p. 111. a.n. 50. ad n. 57. Cordubae religiosi plures alienantur a nostris. Vide *Cordubae*. Majoriae orinuntur turbae ob collegium recens exstructum: p. 522. n. 271. Faccens nostris grave et pernolestum negotium in insulis Canariis. Vide *Canarias*. Civium Sassarianorum offensionem incurunt nostri; et ex scintilla, ut ajunt, magnum et periculosum incendium exsurgit: p. 400. a.n. 180. ad n. 198. Coccinenses canonici cum Indiarum prorègunt conspirant contra Societatem: p. 541. a.n. 320. ad 323. Neapolitano atrox calumnia in p. Ferracutum adornatur. Vide *Ferracutus*. Ibidem Fidei Quæsitor in p. Girondæ gratiam varias quoctiones contra nostros instituit. Vide *Gironda*. Leopoli turbarum nonnulli contra nostros movetur: p. 627. n. 171. Oritur Brugis contentio inter nostros et patres Augustinianos. Variae ejus vices atque exitus: p. 631. n. 184. et seq. Faccunt Societati negotium Antistes Aurelianensis in Gallia, et Oscensis in Hispania: p. 644. n. 216. et seq. et p. 646. n. 220. Item Archiepiscopus Eborensis quedam movet contra nostros: causa Romanum defertur. Vide *Eborensis*. Excitatur juvenilis tumultus in Seminario Romano: ob id mille sparguntur rumores, mille pervoltant epistolæ et libelli contra Societatem. Rem totam vide p. 565. a.n. 1. ad 14. Postremo quoconque irrumpt Sveci, Societas extruditur aut vexatur. Vide *Gustavus*.
- Conversiones paulo insigniores. Panormi Marianus sodalis post vitam flagitiissime actam ad frugem revocatur: p. p. 181. n. 23. Mulier ab austero sacerdote rejecta cælesti voce ad nostros mittitur et convertitur: (quod vel benignitas adversus poenitentes adhibendae documentum est) p. 194. n. 63. Quidam Leobii a summa impietate et desperatione ad poenitentiam adducitur: p. 295. n. 76.
- Plures alibi virtutis abstracti: ib. n. 77. et seq. Ferrariae juvenis Dacus catholicam religionem amplectitur: p. 96. n. 8. et seq. Haereticus proxime ante supplicium Ecclesiae jungitur: p. 57. n. 176. Item Hebraeus Rhegil proxime ante mortem: p. 578. n. 35. Unius Hebrei con-
- versio admiranda Budæ: p. 607. n. 109. Unius Lutherani e Forgerorum familia Lincii: p. 621. n. 153. Alias praeterea conversiones vide p. 201. n. 87. et seq; p. 200. n. 86; p. 300. n. 97; p. 621. n. 156. et seqq; p. 639. n. 201. et seqq; p. 648. n. 223; p. 282. n. 24; p. 290. n. 36. et seqq; p. 487. n. 154; p. 488. n. 161. et seqq; p. 479. n. 120; p. 498. n. 199. et n. 201; p. 259. n. 321. et alibi saepè.
- Cordubae religiosi plures alienantur a nostris et quare: p. 116. n. 62. Quoddam ineunt foedus adversus Societatem: ib. n. 63. Regis interventu nobis reconciliantur: ib. n. 64. Constanus nostrorum obsequium erga Episcopum Cordubensem: p. 117. n. 65.
- Cortes (p. Alphonsi) mors et elogium: p. 85. n. 264.
- Cosfeldiae collegium constituitur: p. 189. n. 44.
- Cotonus (p. Petrus) Francicæ provinciae praeses vocatur in Curiam ob librum p. Sanctarelli p. 42. n. 129. Ejus prudentia ad postulata Praesidis: ib. 130. Recusat subscribere eidem formulae: p. 43. n. 131. Rex mitiorem proponit formulam, cui nostri subscriptiunt: ib. n. 132. et seq. Fit senatus consultum Societati gravissimum: p. 44. n. 34. Moritur p. Cotonus moerore confectus: ib. n. 35.
- Honor Cotonus habitus post ejus mortem: ib. n. 136. Ejus vitae compendium. Prima Cotonii adolescentia: p. 45. n. 137. Societatem ingreditur, sacram eloquentiam proficitur: ib. 138. In aula introducitur. Quam carus esset Henrico regi: ib. 139. Missionem ab aula impetrat, et concionari pergit usque ad extreum: p. 46. n. 140. De ejus contemptu rerum humanarum: ib. n. 141. De tranquillitate et orandi studio: ib. n. 142. De mansuetudine in condonandis injuriis: ib. n. 143. De studio propagandæ religionis: p. 47. n. 144. Illius corpus Rodumnam transfertur: p. 522. n. 269.
- Cracoviae incipit celebris controversia inter Academiam et Societatem: p. 36. n. 109. Quidam academicus turbas movent per occasionem publicae disputationis: p. 37. n. 110. Famosus libellus contra nos editus et damnatus: ib. n. 111. Alter libellus similiter proscriptur: p. 38. n. 112. Recrudescunt irae ob imprudentiam nostri concionatoris, qui damnatur a proepiscopo, ab episcopo absolvitur: ib. n. 113. et seq. Aperiuntur collegii Cracoviensis scholæ: ib. n. 115. Delata Romam causa Pontifex quidquam mutari velat: p. 39. n. 116. Unus ex academicis nostros discipulos insectantibus interficitur, indeque magna nobis invidia conflatur: ib. n. 117. et seq. Societas crimine liberatur. Sigismundi regis litteræ ad Pontificem de nostrorum innocentia: p. 40. n. 110. et seq. Exitus totius controversiae: ib. n. 112.
- Cuneensis collegii initia: p. 182. n. 26.
- Cysati (p. Gasparis) mors et elogium: p. 599. n. 90.

D

- De Almeida (p. Apollinaris) Episcopus Nicaenus Goa in Aethiopiam solvit: p. 316. n. 145. Ejus in Aethiopiam adventus: p. 431. n. 320.

- De Aragonia (p. Alphonsi) obitus et elogium: p. 340.
n. 243.
- De Bagnarez (fr. Melchioris) obitus et elogium: p. 562.
n. 389.
- De Castro (p. Joannis) obitus et elogium: p. 562. n. 388.
- De Chalon (Renati) scholastici obitus et elogium: p. 509.
n. 236.
- De Couros (p. Matthaeus) Japonicae provinciae praesores per-
quisitores cludit: p. 76. n. 235. et inter innumeras insi-
dias servatur: ib. n. 236. Labantes poenarum metu su-
stentare conatur: p. 235. n. 216. Variis vitae periculis eripitur a neophytis egregia fide: p. 423. n. 294. et seqq.
Viginti christiani ipsius causa necati: ib. n. 298. Illius labores, pericula, et obitus: p. 680. n. 289.
- De Enzinas (p. Francisci) obitus et elogium: p. 684. n. 296.
- De Espinosa (p. Michaelis) obitus et elogium: p. 395. n. 173.
- De Hortigosa (p. Petri) obitus et elogium: p. 87. n. 269.
- Deipara ubique se suis clientibus propitiata prebat. Illius ope Mutiniae adolescens servatur incolimus: p. 97. n. 11.
Ibidem latro ob rosarii religionem insigni beneficio remuneratur: p. 98. n. 12. Insulsi puer in ejus clientela admodum pie moritur: p. 103. n. 30. Marianae sodalitates insigni miraculo Vesulii comprobantur: p. 109. n. 45.
Marianus sodalis Lovanius in summo vitaे periculo servatur: p. 53. n. 163. et seq. Alius Panormi post vitam flagitosissime actam admonitu Deiparae ad frugem revocatur: p. 181. n. 25. Quidam ex Ecclesiensi collegio pater
B. Virginis patrocinio fretus dissidium tollit, pietatem foveat: p. 653. n. 230. Deipara propriae se prebat cuidam, a quo laesa fuerat in sua effigie: p. 479. n. 118. et seq.
Remunerat eximiam pauperis pietatem in Dioecesi Solsonensi: p. 524. n. 275. Obsequium qualemque remunerat Mutinac insigni beneficio: p. 577. n. 33. Foro Cornelii bubulus novi generis beneficium a Dei Matre impre-
trat: p. 577. n. 34. Octtinga, flagrante Sveciei bellii incendio, sub Virginis patrocinio tutam manet: p. 592. n. 72.
Luxemburgi auctus Divinae Matris cultus insigni miraculo remuneratur: p. 637. n. 197. et seq. Calari Maumentano capituli dannato Deipara magnam pro tenui obsequio gratiam refert: p. 633. n. 230.
- De Julii (p. Ignatii) obitus et elogium: p. 10. n. 29.
- De Leon (p. Petri) obitus. Multiplices apostolici viri labores ad animarum salutem, praesertim in carceribus et in sa-
cris expeditionibus. Quaedam illius dona supernaturalia:
p. 527. n. 283. et seqq.
- De Luna (p. Andreae) obitus et elogium: p. 163. n. 226.
- De Monroy (p. Ferdinandi) mors et elogium: p. 85. n. 263.
- De Motha (p. Petrus) diem obit apud Carisios: p. 250. n.
279.
- De Moya (p. Caroli) obitus et elogium: p. 64. n. 195.
- De Noyelle (p. Philippi) obitus et elogium: p. 297. n. 72.
- De Oresonii (p. Eleazari) mors et elogium: p. 307. 119.
- De Rhodes (p. Alexander) missionem Tunkinensem fundat;
multaque ibi fructuose gerit. Vide *Tunkinum*, et *Tondu-
nangus*.
- Dertusae Societas collocatur: p. 399. n. 185.
- De Torres (p. Balthasar) quaeſitus ad supplicium Nanga-
sachii elabitur: p. 76. n. 237. Capitur: p. 77. n. 238.
Ad rogum produciuntur, et lento igne comburuntur: p. 78.
n. 242. et 244. Ejus elogium: p. 79. n. 246.
- Discipulorum pietas restorescit in ludis Germaniae Superio-
ris: p. 195. n. 64. Suspicitur in Gallia: p. 642. n. 210.
Itemque in Hispania: p. 647. n. 222. Cujusdam discipu-
li pretiosa mors: p. 105. n. 50.
- Doctor Leo in Sina moritur. Egregiae viri virtutes, magna-
que in rem christianam merita: p. 413. n. 249. et seqq.
- Dominici (p. Jacobi) obitus et elogium: p. 12. n. 33.
- Donaverda ab haeresi liberatur. Res ibi a nostris gestae: p.
101. n. 17. et seq.
- Duaci nostri ad insignia doctoratus admittuntur: p. 199. n.
78.
- Duneburgi statio Societatis collocatur: 299. n. 81. Ejus pri-
mi fructus: ib. n. 82.

E

- Eborensis Archiepiscopus Josephus de Mello quadam mo-
vet contra nostros: p. 312. n. 133. et seqq. Causa Ro-
man defertur et nobis adjudicatur: p. 313. n. 136. Prae-
sus a Provinciali delimitur et Societati fit amicus: p. 314.
n. 137. et seq.
- Egnoye (p. Rainerii) obitus et elogium: p. 376. n. 111.
- Egnoe collegium inchoatur: p. 187. n. 39.
- Embrica nostri exsulare jubentur; sed eos tuetur Fridericus
Orani Princeps: p. 25. n. 74. Ibidem templum eripitur
Societati: 192. n. 54. et seqq. Ejus collegii incommoda
a Batavis: p. 284. n. 32. Nostris exsilium indicitur: ib.
n. 33. Multorum interventu Societas in suam sedem re-
stituitur: p. 285. n. 35.
- Esquez (p. Joannis) obitus et elogium: p. 212. n. 128.
- Essendienses ad fidem catholicam revocantur: p. 191. n. 52.
- Etlinger (p. Christophorus) pro quatuor sociis periculose de-
cumbentibus suam Deo vitam devovet, iisque convales-
centibus ipse deficit ac pie moritur: p. 589. n. 66..
- Exercitii spiritualibus S. P. Ignatii restituitur disciplina in
monasterio Fuldensi: p. 22. n. 64. Itemque in Sisiensi:
p. 646. n. 219. Ea multi obeunt apud nos, etiam reli-
gio: p. 195. n. 65. Exercitiorum fructus praeserfum
apud monachos: p. 378. n. 119.

F

- Fabri (p. Joannis) obitus et elogium: p. 599. n. 91.
- Fabri (p. Petri) unius et primis S. P. Ignatii sodalibus, me-
moria insigni miraculo illustratur: p. 50. n. 154.
- Fabriani collegium Societatis constitutur: p. 273. n. 2.
- Falconii (p. Joannis) obitus et elogium: p. 20. n. 58.
- Falkenagensis residentia instituitur: p. 25. n. 76.
- Fano S. Nicolai, oppido Lotharingiae, inducitur Societas:
p. 310. n. 127.

- Fazarrii (p. Francisci) temeritas omnino reprehendenda: p. 180. n. 19.
- Ferdinandus Caesar edictum contra haereticos proponit: p. 184. n. 30. Multa nobis fundare collegi statui: p. 370. n. 86. et seqq. Quidam monachi consentiunt, ut sua coenobia vertantur in collegia Societatis: ib. n. 88. Religiosorum unus rem interverit: p. 371. n. 89. Oriuntur querelae, eduntur libri contra Societatem: ib. n. 90. et seqq. Praepositus generalis orientem discordiam praecidere studet supplice ad Caesarem libello: p. 372. n. 93. Gasparis Scioppi testimonium de nostris: ib. n. 94. Caesar condi nobis collegia jubet: ejusque exemplum imitantur aliquot viri principes: p. 373. n. 95. et seq. Item p. 378. n. 116. Gustavus Adolphus Sveciae rex, indicto Caesari bello, incepta disiicit: p. 373. n. 97. Flagrante bello, res Caesareae in arcum deducuntur. Vide *Gustavus*. Ferdinandus diem integrum facit in collegio Viennensi, ejusque frater Leopoldus quinque campanas templo donat: p. 488. n. 158. et seq. Insignis Ferdinandi pietas: p. 623. n. 160.
- Fernandez (p. Baltasar) a Batavis capitur: p. 249. n. 270. Ejus obitus et elogium: ib. n. 273.
- Fernandez (p. Benedictii) obitus et elogium: p. 390. n. 153.
- Fernandez (p. Emmanuel) in Coccinina offendit apud regem; quare nostris exsilium inducit: p. 245. n. 255. et seqq.
- Fernandez (p. Emmanuelis) obitus et elogium: p. 213. n. 134.
- Fernandez (p. Matthaeus) pro Christo necatur: p. 227. n. 178. et 180.
- Ferracutus (p. Petrus) dum Neapoli vincitos excolit, per calumniam fit reus, et se purgare cogitur: p. 174. n. 5. et seq. Novum sublevandis obaeralis institutum excogitat: p. 175. n. 7. Archiepiscopus suorum quoque carcerum curam p. Ferracuti committit: ib. n. 9. Eum summovere praeses Vicariae conatur: p. 365. n. 64. Atrox in patrem adornatur calunnia: ib. n. 65. Ferracutus Roman evocatur a generali praeposito: p. 366. n. 67. Illius innocentia ad liquidum declaratur: ib. n. 69. et seqq. Falsi crimini delatores ac testes plectuntur: p. 367. n. 71.
- Ferreiras (p. Gasparis) obitus et elogium: p. 74. n. 228.
- Flandriae Ordines, quos vocant, Societatem decreto communibus tributis eximunt: p. 633. n. 189.
- Flandrobelgicae provinciae res per suos annos distributae.
- Anno 1626. pag. 53. a. n. 161. ad n. 174.
 - Anno 1627. pag. 106. a. n. 31. ad n. 34.
 - Anno 1628. pag. 199. a. n. 79. ad n. 92.
 - Anno 1629. pag. 299. a. n. 93. ad n. 111.
 - Anno 1630. pag. 387. a. n. 144.
 - Anno 1631. pag. 508. a. n. 231. ad n. 248.
 - Anno 1632. pag. 629. a. n. 180. ad n. 192.
- Florentiae foeda contra unum ex nostris calunnia exoritur: p. 3. n. 6. Calunniae auctor eam recantat et voce et scripto: p. 4. n. 7. Idem mox jugulum sibi confudit metu poena: ib. n. 8. Auctores homicidii fuent nostri: ib. n. 9. Sauciis ope S. Ignatii convalescit, et de nostrorum innocentia testatur: ib. n. 10. Diversa hominum iudicia de tali eventu: p. 3. n. 11. Gasparis Scioppi narratio mendantissima circa eandem rem: ib. n. 12. Testimonium Archi-
- episcopi Florentini, et Nuncii Pontificii de innocentia nostrorum: p. 6. n. 13. Societatis causam tuentur multi, praesertim Margarita Medicea: ib. n. 14.
- Fluminensis collegii initia: p. 185. n. 35. Nostrorum perturbatio ibi per occasionem cuiusdam celebritatis: p. 623. n. 162.
- Fojenses lapilli, eorumque virtus et origo: p. 490. n. 171.
- Follerii (p. Henrici) obitus et elogium: p. 20. n. 59.
- Franciae res.
- Anno 1626. pag. 41. a. n. 122. ad n. 148.
 - Anno 1631. pag. 513. a. n. 253. ad n. 260.
 - Anno 1632. pag. 640. a. n. 206. ad n. 219.
- Frankenstein (p. Ludovici) pretiosa mors et elogium: p. 611. n. 120.
- Freisburgensi in Principatu fides catholica restituitur: p. 191. n. 50.
- Frenapheli (p. Martini) obitus et elogium: p. 377. n. 114.
- Fundatur multis in locis collegia Societatis et residentiae: quae singillatim adnotantur suis locis.

G

- Gadea (p. Melchiorris) obitus et elogium: p. 68. n. 207.
- Gallobelgicae provinciae res per suos annos distributae.
- Anno 1626. pag. 37. a. n. 175. ad n. 176.
 - Anno 1627. pag. 103. n. 30.
 - Anno 1628. pag. 197. a. n. 71. ad n. 78.
 - Anno 1630. pag. 387. a. n. 145. ad n. 151.
 - Anno 1631. pag. 504. a. n. 217. ad n. 230.
 - Anno 1632. pag. 635. a. n. 193. ad n. 198.
- Gandillonii (p. Francisci) obitus et elogium: p. 317. n. 239.
- Gaona (Ludovicus) scholasticus, dum Societatem deserere cogitat, obitu felici praeripiuit Compluti: p. 65. n. 198.
- Gargant (p. Jacobi) obitus et elogium: p. 634. n. 192.
- Garruccii (p. Joannis) obitus et elogium: p. 213. n. 129.
- Germaniae Superioris res per suos annos distributae.
- Anno 1626. pag. 16. a. n. 44. ad n. 53.
 - Anno 1627. pag. 101. a. n. 17. ad n. 29.
 - Anno 1628. pag. 193. a. n. 57. ad n. 70.
 - Anno 1629. pag. 280. a. n. 19. ad n. 24.
 - Anno 1630. pag. 378. a. n. 116. ad n. 127.
 - Anno 1631. pag. 462. a. n. 49. ad n. 59.
 - Anno 1632. pag. 578. a. n. 37. ad n. 92.
- Gironda (p. Antonius) justis de causis amandatur Neapoli: p. 372. n. 20. Girondas patrocinium suscipit Quaesitor Fidei Hyacinthus Petronius: ib. n. 21. Instituitur quaestio in tribunali S. Officij contra Praepositorum Societatis: p. 573. n. 22. Romae adjudicatur Societati causa, et abesse Neapoli Gironda cogitur: ib. n. 23. Quaesitor Fidei novam quaestionem contra nostros instituit: ib. n. 24. Quaestiones materia, et bona nostrorum fides in ea causa: p. 573. n. 25. Finitur Romae causa cum honore Societatis: ib. n. 26. Quaesitor Fidei ab officio dimovetur; idque alius de causis: ib. n. 27.
- Glogoviae in Silesia collegium ponitur: p. 29. n. 87. Collegii Glogoviensis primi fructus: ib. n. 88.

- Goanae provinciae res: p. 70. a n. 212. ad n. 218.
- Gomez (p. Andreae) obitus et elogium: p. 74. n. 228.
- Gondini (p. Joannes) de mentis potestate dejectus sibimet ipse conciscit mortem, vir ceteroqui anteā fama sanctitatis et apostolicis laboribus nominalissimus: p. 311. n. 129. et seqq.
- Gonzales (p. Rochus) in Paracauria complura vias perieula a barbaris et tigribus incurrerit et evadit: p. 88. n. 272. et seqq. Quatuor oppidula molitor et rem christianam strenue provehit: p. 253. n. 292. et seqq. Barbarorum agmen strategemate fugat: p. 254. n. 294. Interficitur: p. 256. n. 304. Cadaveris reliquiae colliguntur a Casapaminiis, christianis populis: p. 257. n. 307. Et in oppidum Conceptionis exportantur: p. 259. n. 318. Gonzali elogium: p. 260. n. 322. Caorensum poenitentia post peractam caedem: p. 335. n. 218. et seqq.
- Gonzales (p. Ludovici) obitus et elogium: p. 413. n. 248.
- Gorski (p. Adami) mors et elogium: p. 297. n. 83.
- Gouvea Hieronymus Episcopus, Septensis bene de Societate meritus diem obit: p. 334. n. 302.
- Granadi (p. Jacobi) obitus et elogium: p. 630. n. 227.
- Granatense collegium in Mexico nostri dimitunt: p. 343. n. 236.
- Guadalaxarensis collegii ortus in provincia Toletana: p. 529. n. 287.
- Guiafasii deficiunt a Lusitanis: p. 231. n. 285. Eos adit p. Sequeira, et adhibito stratagemate subigit: p. 232. n. 286. In coloniam Januariensem transferuntur: ib. n. 287. Quales hi essent neophyti: n. 288. et seqq.
- Gualacorum indeoles et mores: p. 336. n. 226. Eos adit p. Ruizius: p. 337. n. 227.
- Gueicuni eunuchi tyrannis in Sina. Vide res Simicas anni 1627. p. 156.
- Guerreri (p. Francisci) obitus et elogium: p. 279. n. 18.
- Guillelmi Dux Bavariae obitus, et vita eximis virtutibus illustris: p. 16. n. 44. et seqq.
- Guiotus (p. Ambrosius) seditionae vocis accusatur, et absolvitur: p. 41. n. 123.
- Gussoni (p. Marci) obitus et elogium: p. 433. n. 28.
- Gustavus Adolphus Sveciae rex Societatem in Livonia exturbat e duobus domiciliis Vendensi et Derpatensi: p. 36. n. 106. Mox etiam Brunsberga et Mariaeburgu: ib. n. 107. Brunsbergense collegium recuperatur: ib. n. 108. Denuntiat bellum Ferdinandio Caesari, ejusque copias fundit ad Lipsiam: p. 373. n. 97. et seqq. Nostrum pericula Ambergae: p. 462. n. 49. et seq. Statu Rehiziensia a nostris deseritur: p. 463. n. 54. Svecum Erfurtum venit, et nostros in colloquium vocat: p. 464. n. 60. et seqq. Post regis discessum nostri vexantr: p. 466. n. 65. Heiligenstadio aufugunt, et hospitium Gottingae apud patres Dominicanos sumunt: ib. n. 66. et seq. Heiligenstadium redeunt: quo oppido Dux Veimariensis nomine Gustavi potitur: p. 467. n. 68. Idem Dux Eichsfeldianu, et Duderstadtium occupat. Residentia Societatem dissolvitur: ib. n. 69. et seqq. Heribolim nostri deserunt: templi suppllex detegitur et diripiatur: p. 468. n. 72. et seqq. Hassiae Lantgravius Fuldam occupat: regina Sveciae nostrum col-
- legium invisi: post aliquot menses exsilium nostris indicatur: p. 469. n. 77. et seqq. Patres oppido extruduntur seminudi cum insigni contumelia: p. 470. n. 82. et seqq. P. Jacobus Fichtnerus pie moritur in exilio: ib. n. 86. Hassianus Lantgravius collegium occupat, et direptum permitti Calvinianis ministris ad habitandum: p. 471. n. 87. et seqq. Variae nostrorum vices Hagenoe et Molshemii inter belli metum et pestilentiam: p. 471. n. 90. Lantgravius Paderbornam in ditionem accipit, collegiumque nostrum sibi eligit ad habitandum: p. 473. n. 96. et seqq. Tres et nostris Casselani deportantur, et in carcere includuntur: donec facta captivorum permutatione libertatem et ipsi recuperant: p. 474. n. 100. et seqq. Residentialiae Albersadiensis, Goslaensis, et Verdensis a nostris deseruntur: p. 475. n. 105. et seqq. Dux Saxonie cum Gustavo federatus Pragam occupat, et Societatem tribus exturbat domiciliis: p. 481. n. 130. et seqq. Haereticorum calumniae et vexationes contra nostros post captiam urbem: p. 483. n. 135. et seqq. Nostri Egri pelluntur a Saxonie: p. 484. n. 141. et seqq. Dissolvuntur collegia Litomericense, Commotoviense, Gitzinense: p. 484. n. 144. Sveci Magdeburgum obsident, sed ope beatae Virginis profligantur: p. 306. n. 222. Ratisbona et Ingolstadio depelluntur. Damna collegio Ingolstadiensi illata; et unius e nostris infanda caedes: p. 582. n. 49. et seq. Monachium Gustavo deditur; qui se benevolum Societati praebet, et tempulum nostrum invisit: p. 584. n. 54. et seqq. Dux Veimariensis et Comes Palatinus collegium perhumaniter lustrant: Svecorum muli cum nostris amicitiam jungunt: p. 586. n. 59. et seq. Veterator quidam litem intentat collegio de magna pecuniae summa. Regis et ministrorum aequitas in hoc negotio: p. 587. n. 61. et seqq. Negotium collegio exhibuit ob trophyea quaedam Tillii Comitis: p. 388. n. 64. Sex e nostris mittuntur Augusianus obides: ib. n. 65. Damna Eberspergens residentialiae illata: frater Blasius Schelling ab haereticis necatus: p. 591. n. 69. Rex et regina benevole cum nostris agunt Neoburgi: p. 594. n. 78. Itemque Mindelhemni: p. 595. n. 79. At hic vexat Socetas cuiusdam tribuni fraude: ib. n. 80. et seq. Pelluntur nostri Meminga: p. 596. n. 82. Residentialia Colmariensis dissolvitur: p. 596. n. 83. Ensishemii Societatem tuentur Sveci: p. 597. n. 84. Variae nostrorum vices Landspergae sub Svecis et Bavaris: ib. n. 85. Sulzbaco tres patres ducuntur vincti Norimbergam: p. 598. n. 96. et seqq. Rursus Heiligenstadio nostri pelluntur: p. 601. n. 98. et seq. Itemque Erfurto: p. 602. n. 97. et seqq. Multiplex civitatis et collegii Hagenensis calamitas: p. 603. n. 101. Variae rerum vices Molshemii: p. 604. n. 102. et seqq. Nostri Bada expelluntur: p. 607. n. 111. et seqq. Selestadii consules civitatis vexant multimodis collegium: p. 610. n. 117. Spirae collegium tuetur legatus regis Galliae: ib. n. 118. Mogontia nostri exsulare jubentur: p. 612. n. 123. et seqq. Stradensis residentia dissolvitur: p. 613. n. 126. Nostri Sigena extruduntur: ib. n. 127. et seqq. Treviris et confluentibus res nostra tueret rex Galliae: p. 114. n. 129.

Variae nostrorum vices Hildesii: ib. n. 131. Nostri redempti Pragam, Commotovium, Gitzinum, Glacium ac Nissam, unde exsulabant: p. 618. n. 144. et p. 619. n. 148. et p. 120. n. 150.

H

Habberlei (Joannis) scholastici obitus et elogium: p. 513. n. 231.
 Hadamariensis residentia constituitur: p. 375. n. 102. et seqq. Hadamariae religio reflorescit. Principis eximia pietas: p. 477. n. 113. et seq. Deteguntur duo fontes mirae salubritatis: aegroti multi sanantur: p. 478. n. 113. et seq.
 Haeretici multis in locis ad Ecclesiam reducti. Vide supra *Conversiones*: quin immo passim in rebus praesertim germanicis et anglicis.
 Hainanum insulam adit p. Marques, et ejus missionis fundamenta locat: p. 672. n. 272.
 Haleci (p. Joannis) elogium et obitus: p. 382. n. 130.
 Hallerdingi (p. Joannis) obitus atque elogium: p. 24. n. 71.
 Heidelbergensis residentia in collegium vertitur: p. 285. n. 36.
 Herisfeldiam Societas inducitur: p. 286. n. 38. Res ibi gestae a nostris: ib. n. 39. Abbatis Fuldensis, cuius accitum nostri venerant, subita indignatio: ib. n. 40. Eos protegit Ferdinandus Caesar: ib. n. 41.
 Hollandiae missionis fructus: p. 35. n. 167.
 Homonense collegium restituitur: p. 293. n. 67.
 Hoymaker (fr. Henrici) obitus et elogium: p. 37. n. 174.
 Huense collegium Electoris Coloniensis benignitatem, nec non Theodori Herbajes beneficentiam experiri: p. 507. n. 226. et seqq.
 Hugonis (p. Hermanni) obitus et elogium: p. 304. n. 109.
 Huiliū qui sint populi: p. 266. n. 348. Patrum labores in iis erudiendis: ib. n. 331.
 Hurtadi (p. Antonii) obitus et elogium: p. 395. n. 174.

J

Japonia, horrendum neronianae crudelitatis theatrum, nihil fere aliud quam nova semper inventa ad excruciantes Christi cultores exhibet. Vide passim in rebus Japonicis, ac praesertim descriptionem Ximabaranii carceris: p. 229. n. 188. Surungae: p. 230. n. 193. Ungeni montis: p. 231. n. 194. et p. 683. n. 292. postremo omnium tormentorum pessimum, idest filios in oculis parentum acerbissime excruciatos: p. 230. n. 190. p. 137. n. 194. aliaque alibi.
 Japoniae res per suos annos distributae.
 Anno 1626. pag. 73. a n. 232. ad n. 258.
 Anno 1627. pag. 134. a n. 122. ad n. 140.
 Anno 1628. pag. 228. a n. 185. ad n. 216.
 Anno 1629. pag. 325. a n. 183. ad n. 199.

Anno 1630. pag. 423. a n. 286. ad n. 298.
 Anno 1631. pag. 530. n. 331.
 Anno 1632. pag. 679. a n. 286. ad n. 294.
 Japonibus tribus de Societate martyribus caelestium honores Roma decernuntur: p. 95. n. 1.
 Jaroslaviae domus tertiae probationis fundatur: p. 298. n. 86.
 Jastkovski (p. Nicolai) obitus et elogium: p. 35. n. 114.
 Javariense collegium constituitur: p. 33. n. 100.
 Jesuitissae, earumque prima institutio: p. 387. n. 145. Maria Wardia scholas puellarium instituit Audomari: p. 388. n. 146. Quae late propagantur: ib. n. 147. Magistrae in formam religionis conjungi postulant, ad normam Societatis: ib. n. 148. Romam ex Belgio veniunt quae situm apostolicam approbationem, sed frustra: ib. n. 149. Earum sodalitatem Urbanus VIII. dissolvit: ib. n. 150. Quid de iis senserit, praescriperitque Mutius: p. 389. n. 151.
 Ignatii S. P. miracula, aut insigniora in suis clientes beneficia. Spoleto duplex illius beneficium, alterum in concionatorem nostrum, alterum in mulierem Spoletanam: p. 95. n. 5. Viterbi, Ignatio invocato, incendium extinguitur: p. 96. n. 6. Monebricae pietas Bernardae Beneditiae erga illius effigiem remuneratur non uno beneficio: p. 120. n. 76. et seqq. Memorable miraculum apud Mezzanilenses: p. 13. n. 43. Duo conjuges ope S. Ignatii a Turcica servitute liberantur: p. 33. n. 99. Celebre miraculum B. P. Mechliniae: p. 34. n. 163. et seq. Pietas in illum variis beneficiis remunerata Rhegi: p. 177. n. 13. Ejus cultus augetur Bononiae, et insigni miraculo remuneratur: p. 275. n. 5. et seqq. Aliud miraculum Tridenti: p. 380. n. 124. Duplex prodigium Interamnae: p. 449. n. 13. Beneficentia Beati Parentis Dillingae: p. 464. n. 59. Feminis parturientibus propitium se praebet Coloniae: p. 480. in 127. Ibidem ejus ope puer mortuus ad vitam reddit: ib. n. 128. In Aragonia, aucto Ignatii cultu, multi ejus opem experiuntur: p. 523. n. 273. In Baetica Utricensium pietas miraculis remuneratur: p. 525. n. 280. S. Ignatii interventu, ut pie crederit, Sveci Tirolim deserunt: p. 593. n. 75.
 Ignatius S. P. et S. Franciscus Xaverius eliguntur patroni urbis ac regni Neapolitani; sed re in longum extracta solus Xaverius declaratur patronus: Ignatius vero usque ad Benedicti XIV. tempora differtur: p. 176. n. 10. et seq.
 Joannis S. Eleemosynarii corpus transfertur in locum digniorem Posomii: p. 623. n. 161.
 Irrisores pietatis severe admodum puniuntur Leopoli: p. 296. n. 79. et seq. Aliud simile exemplum: p. 397. n. 278. Itemque p. 478. n. 117. Exemplum divinae ultionis in sacrilegum Deiparae violatorem: p. 620. n. 149.
 Iscida Pintus (p. Antonius) japon Nangasachii caput: p. 328. n. 192. Ejus litterae ex Omurano carcere, in quibus fusco de se narrat: ib. n. 193. Cum doctore quadam japoni disputat de religione: p. 682. n. 290. Ingenibus promissis nequidquam tentatur: p. 683. n. 291. Una cum aliis christianis excruciatuacerbissime in monte Ungeno: ib. n. 292. Lento igne consumuntur: ib. n. 293.

INDEX

Ispardi (p. Jacobi) obitus et elogium: p. 307. n. 118.
Itatinenses qui populi sint, quaeque apud eos gesserint nostri, vide *Ranzonierius*.

K

Kaldi (p. Martini) obitus et elogium: p. 625. n. 166.
Kerchovii mirus ex una conciuncta fructus colligitur: p. 289. n. 49.
Kauburiae residentia Societas constituitur: p. 104. n. 27.
Keller (p. Jacobi) mors et elogium: p. 464. n. 55.
Kemnatensem stationem nostri deserunt: p. 281. n. 21.
Klimkowiez (fr. Mathiae) obitus et elogium: p. 503. n. 212.
Kuttembergae collegium fundatur. Nostrorum labores ibi: p. 29. n. 89.

L

Labrinowski (p. Nicolai) obitus et elogium: p. 385. n. 141.
Landishutani collegii ortus: p. 280. n. 20.
Lastenses rustici in Aethiopia a proge Begamedrensi irritati aperte rebellant, et novum imperatorem salutant: p. 318. n. 153. et seq. Regii milites a perduellibus profigantur: p. 319. n. 155. Querelae contra religionem, ut funesti belli causam: ib. n. 156. Cela-Christus lastensi bello praeficitur, ab coeque rebelles profigantur: ib. n. 157. et seq. Laeto eventu renovantur imperatoris suspicções contra Cela-Christum: p. 320. n. 159. Iterum Cela-Christus lastensi bello praeficitur: p. 339. n. 316. Rem minus feliciter gerit aliena culpa: p. 340. n. 317. Lastenses vires confirant, schismatici audacius insolescunt: ib. n. 318. Imperator anno insequente bellum instaurat, et perduelles mira victoria fundit: p. 654. n. 233. et seqq.
Laurentii (fr. Bartholomaei) mors et elogium: p. 314. n. 139.
Leitami (p. Antonii) mors et elogium: p. 535. n. 303.
Leontii collegium inchoatum successi caret: p. 105. n. 29.
Leopoldi Archiducis austriaci liberalitas erga collegium Oenipontanum: p. 592. n. 73. Spectata illius religio: p. 593. n. 74. Ejusdem pia mors inter nostrorum manus: ib. n. 76.
Leopoli turbae contra nos oriuntur. Earum origo et exitus: p. 627. n. 171.
Liburni Graecorum dissidia, patrum Staurini et Athanasii opera, componuntur: p. 7. n. 18.
Lindaviae statio Societas collocatur: p. 193. n. 66. Quae postea dissolvitur: p. 196. n. 68.
Lindensis missionis initia: p. 386. n. 142. De effigie et scelto B. Virginis Lindensis: ib. n. 143.
Lingonensis collegii ortus: p. 517. n. 261.
Lira (p. Gonzalus) Peruviae provincialis diem obit: p. 268. n. 333. Ob duplēcē Matii designationem oritur dubitatio inter socios, quis in ejus locum succedat: ib. n. 354. Modestiae certamen inter duos patres, uter utri cederet: p. 269. 355. At dissimile certamen in simili negotio vide sis: p. 70. n. 212. et seqq.

Lithuaniae res per suos annos distributae.
Anno 1629. pag. 298. a n. 88. ad n. 92.

Anno 1630. pag. 385. a n. 140. ad n. 143.

Anno 1631. pag. 303. a n. 213. ad n. 216.

Lobati (p. Francisci) obitus et elogium: p. 442. n. 366.

Lopez (p. Crispini) obitus et elogium: p. 525. n. 278.

Lorenzanae (p. Marcelli) obitus et elogium: p. 695. n. 319.

Lucernae collegium inchoatum dissolvitur: p. 117. n. 66.

Ludovisius (Ludovicus) Cardinalis aedificium templi Collegii

Romani inchoat: p. 1. n. 1. et seq. Idem in honorem S.

Ignatii sacellum exstruxit Bononiae: p. 275. n. 6.

Lugduni novum collegium aedificatur: p. 645. n. 218.

Lugdunensis provinciae res per suos annos distributae.

Anno 1626. pag. 50. a n. 154. ad n. 157.

Anno 1627. pag. 109. a n. 42. ad n. 47.

Anno 1628. pag. 209. a n. 117. ad n. 126.

Anno 1629. pag. 303. a n. 112. ad n. 121.

Anno 1630. pag. 367. a n. 72. ad n. 77.

Anno 1631. pag. 521. a n. 267. ad n. 269.

Anno 1632. pag. 640. a n. 206. ad n. 219.

Lumeirae (p. Emmanuelis) obitus et elogium: p. 131. n. 110.

Lusitaniae res per suos anno distributae.

Anno 1626. pag. 68. a n. 208. ad n. 211.

Anno 1627. pag. 122. a n. 80. ad n. 93.

Anno 1628. pag. 214. a n. 130. ad n. 137.

Anno 1629. pag. 312. a n. 131. ad n. 142.

Anno 1630. pag. 390. a n. 153. ad n. 155.

Anno 1631. pag. 534. a n. 301. ad n. 309.

M

Maceratae puer convalescit ope S. Francisci Xaverii: p. 449. n. 11. Ibidem ven. Bellarmini reliquia miraculo illustrantur: ib. n. 12.

Machadi (p. Antonii) obitus et elogium: p. 127. n. 93.

Magdeburgum post varias belli vices postremo incenditur: p. 504. n. 217. et seqq.

Mailardi (p. Francisci) curae in summo collegii Carpentoratensis discrimine: ejusdemque erga externos providentia: p. 211. n. 125. et seq.

Majorica (p. Hieronymus) in Tunkinum appellit: p. 530. n. 349. Engrianensem provinciam excusat fructu plurimo: p. 676. n. 281.

Majoricae ob novum collegii aedificium excitantur turbae contra Societatem; quas tamen componit supremus regni senatus: p. 522. n. 271.

Malabaricae provinciae res per suos annos distributae.

Anno 1626. pag. 73. a n. 225. ad n. 231.

Anno 1627. pag. 131. a n. 112. ad n. 121.

Anno 1628. pag. 223. a n. 171. ad n. 184.

Anno 1629. pag. 321. a n. 167. ad n. 173.

Anno 1630. pag. 426. a n. 299. ad n. 311.

Anno 1631. pag. 541. a n. 320. ad n. 323.

Anno 1632. pag. 665. a n. 255. ad n. 263.

Maleficia multis ad supplicium producunt in Germania nostri

- assistunt: p. 283. n. 29. Terrificum divini judicij exemplum in uno istorum Treviris: p. 284. n. 30. Scelestus parochus ob hoc maleficij crimen rogo damnatur: ib. n. 31. Maranonum nostri ingreduntur, et qua occasione: p. 442. n. 367. et seq.
- Marcodurani collegii initia: p. 190. n. 46.
- Marennis statio Societatis collocatur: p. 369. n. 82.
- Margius (p. Julius Caesar) ad regem Siamensem legatus mittitur: p. 433. n. 323. Veneno perimitur ab impio proditore: ib. n. 327. Prodigum circa ejus corpus; ejusdemque elogium: ib. n. 328.
- Mariae Virginis erga omnes beneficentia. Vide *Deiparae*.
- Marini (p. Gonzali) obitus et elogium: p. 64. n. 196.
- Marques (p. Petrus) una cum p. de Rhodes fundat missionem Tunkinensem, multaque ibi praeclare gerit. Vide *Tunkinum*.
- Martignaci (p. Ignatii) grave periculum, deinde obitus: p. 308. n. 121.
- Martincurtii (p. Francisci) mors et elogium: p. 208. n. 112.
- Martinez (p. Didaci) mors et elogium: p. 84. n. 259.
- Martinez (p. Emmanuel) in Philippinis diem obit. Ejus elogium: p. 163. n. 225.
- Martinez (p. Emmanuel) in Cinaloam profiscitur; ibique a barbaris una cum p. Julio Paschali in odium christianae religionis sagittis configitur: p. 701. n. 330. et seqq.
- Martinus (p. Petrus Paulus) insnos accusatur Biturgiae: p. 8. n. 20. et seq.
- Martyres mille tormentorum genera fortiter perforunt pro Christo, praesertim in Japonia. Vide p. 78. a n. 241. usque ad n. 237. Iterum p. 134. a n. 123. ad n. 140. Et p. 228. a n. 183. ad n. 216. passim. Item p. 423. n. 287. et n. 292. In Aethiopia Emana-Christus et Tensa-Christus sacerdotes: p. 128. n. 102. Abba-Jacobus item sacerdos: p. 220. n. 151. et seq. In Tunkino p. 676. n. 280. In Cinaloa: p. 701. n. 330. et seqq. In Parauaria: p. 256. n. 304. et seq. In Japonia: p. 779. n. 286. et seq. et p. 683. n. 292. et seq. In Anglia: p. 204. et seqq. In Germania: p. 582. n. 50. et p. 591. n. 69. aliisque alibi.
- Mascarenha (Ferdinandus) Episcopus Algarbiensis moritur. Nonnulla de illius virtutibus: p. 215. n. 135.
- Masonii (p. Laurentii) obitus, ejusque vita in compendium redacta: p. 553. n. 360.
- Matriti gymnasium constituitur: p. 113. n. 56. Domus Professorum in commodiore locum transfertur: p. 114. n. 39. Nonnihil molestiarum ob eam rem: ib. n. 60. Nova studiorum universitas aperitur in collegio nostro: p. 310. n. 128. Pietatis et studiorum fervor: p. 648. n. 222. Nefarius Judeus rogo plectendus, hortantibus nostris, ad fidem adducitur: p. 648. n. 223. Subitae mortis exemplum memorabile: ib. n. 224.
- Mayer (p. Christophori) obitus et elogium: p. 35. n. 103.
- Mechliniae restituuntur cultus erga B. Virginem septem dolosibus transfixam: p. 53. n. 161. Ibidem in honorem S. Josephi sodalitas erigitur: ib. n. 162. Celebre miraculum S. Ignatii: p. 54. n. 163. et seq.
- Mediolanensis provinciae res per suos annos distributae.
- Anno 1626. pag. 14. a n. 39. ad n. 43.
 - Anno 1628. pag. 182. a n. 26. ad n. 29.
 - Anno 1629. pag. 279. a n. 16. ad n. 18.
 - Anno 1630. pag. 361. a n. 49. ad n. 63.
 - Anno 1631. pag. 460. a n. 44. ad n. 48.
- Meglini (p. Joachimi) mors et elogium: p. 599. n. 89.
- Meltii (p. Ferdinandi) obitus et elogium: p. 279. n. 17.
- Mekingi (p. Gisberti) obitus et elogium: p. 377. n. 113.
- Memmingae statio Societatis collocatur: p. 18. n. 50. Civium conatus ad nostros extrudendos: p. 19. n. 51. Post sex annos a Gustavo expelluntur: ib. n. 52.
- Mendez (p. Alphonsus) Aethiopae patriarcha in comitiis totius regni coram Imperatore et procerum corona orationem habet de vera Christi fide et Ecclesia: p. 72. n. 219. et seq. Excipit sacramentum obedientiae Romano Pontifici dictum ab imperatore et ceteris nobilitate: ib. n. 222. et seqq. Fructuose lustrat dioecesim: p. 217. n. 139. et seqq. Judaeum errores disseminantem corripit, et ob contumaciam plectit: p. 224. n. 167. et seqq. Litteras accipit a Summo Pontifice perhoronisticas: p. 431. n. 322. Seminarium instituit, multaque utiliter decernit ad clericorum mores et doctrinam pertinentia: p. 129. n. 104. et seq. Quatuor novas Societatis stationes ad veteres octo adiecit: ib. n. 106. Jubilaeum tota Aethiopia promulgat magno fidei progressu: p. 337. n. 310. et seqq. Zeitae a schismate revocantur: p. 538. n. 312. Post Lastensium rebellionem et victoriam ritus aliquot priscos usurpari sinunt. Schismaticorum fraus in ea re: p. 540. n. 319. Imperatorem dolis schismaticorum circumventum adit, ejusque labantem animum erigere conatur: p. 659. n. 242. et seq. Legatos imperatoris accipit, eique responsum per patres remittit: p. 662. n. 246. et seq. Post tot ac tam laeta religionis incrementa, idem patriarcha videt catholicam fidem proscriptam, patres plerisque e locis expulso, se ipsum, quod romanam ecclesiam laudasset, seditionis accusatum, denique Aethiopian schismati rursus mancipatam: p. 662. n. 248. et p. 663. n. 251. et seq. Vide Seland Seguedus.
- Mendoza (p. Francisci) obitus et elogium: p. 68. n. 208.
- Messanae transferuntur in Academiam civitatis nostri professores: p. 177. n. 14. Subiurit controversia et amice componitur: p. 178. n. 15. Rescriptum Mutii et novum ea de re senatus consultum: p. 179. n. 16. Novus magistratus nostros excludit ab academia: p. 179. n. 17. Prudens consilium Mutii de ea re: ib. n. 18. Crudescent res unius et nostris temeritate: p. 180. n. 19. Istius negotii exitus: ib. n. 20. Institutur Messanae sodalitum Mortificatorum: itemque aliud pro adolescentibus: p. 180. n. 21. et seq. Nostrи juvenes scholastici per quadragesimam concionantur in urbe et extra, multa cum laude et fructu: p. 181. n. 23. et seq.
- Mexicanae provinciae res per suos annos digestae.
- Anno 1626. pag. 87. a n. 68. ad n. 69.
 - Anno 1629. pag. 340. a n. 244. ad n. 259.
 - Anno 1632. pag. 700. a n. 329. ad n. 332.

INDEX

- Michaëlis doctoris Sinensis liberalitas erga nosistros, obitus, et elegium: p. 137. n. 204.
- Mindanaensium aliqui rebellant contra Hispanos: p. 352. n. 357. Eis nostri poenam deprecantur, eosque ad Christum pertrahunt: ib. n. 358.
- Mindorum, unam ex insulis Philippinis, nostri adeunt, multosque ibi ad fidem perducunt: p. 686. n. 299.
- Minoio (p. Michael) in navigatione moritur: p. 214. n. 130. et seqq.
- Minoressae signum Christi crucifixi sanguinem emitit: p. 119. n. 72. Minoressani collegii, et residentiae prope sacram S. Ignatii speluncam origo narratur; et corrigitur error, qui irrepererat in librum primum voluminis primi ad n. 124. p. 119. n. 73. et seqq.
- Missiones urbanas et rurales in regionibus catholicis ad excitandam pietatem. Instituuntur per agrum Florentinum: p. 6. n. 15. Eas mali daemones disturbare conantur: ib. n. 16. Producuntur in annum insequentem magno fructu: p. 93. n. 2. et seqq. Excurrunt ad Fanum Marini inter Romandiolas et agrum Urbinateensem: p. 97. n. 10. Instituuntur Salerni, et per totam Picentino-rum regionem: p. 98. n. 13. Per provinciam Lugdunensem: p. 109. n. 43. Per provinciam Baeticam: p. 66. n. 200. et seqq. Oliventac in Lusitania: p. 69. n. 210. Melillae in Mauritania, et per dioecesim Granatensem: p. 394. n. 168. et seqq. Per omnem Aragoniae provinciam ingenti cum fructu: p. 396. n. 175. et seqq. Per agrum Nantuatum in Gallia: p. 521. n. 267. Per complures paroecias circa Luxemburgum: p. 637. n. 196. Per provinciam Francicam: p. 643. n. 213. Passim per Hispaniam: p. 647. n. 221.
- Missiones castrenses. Nostri militum curam gerunt in hibernis Ruremondae, Trajecti ad Mosam, et Lovani: p. 300. n. 98. et seqq. Excolunt milites Caesarianos Magdeburgum obsidentes, multaque deinde utiliter gerunt Magdeburgi: p. 504. n. 217. et seqq. Operam impudentum militibus praesidiarii Pinarolii: p. 643. n. 214.
- Missiones navales. Nostrorum labores in missione navalı provinciae Flandrobelgicac: p. 199. n. 81. P. Philippi Herculis varia et extrema pericula: p. 200. n. 82. Quae possimum res nostris incommodarent: ib. n. 83. Novis quibusdam legibus navalis missis temperatur: ib. n. 84. Navalis turbae modestia ac pietas singularis; nec non divinae praedestinationis exemplum: ib. n. 85. et seq. Nostri Lusitanis operam navant in regia classe, et sauciorum curam suscipiunt: p. 323. n. 172.
- Missionis vialis, quam vocant, qui fuerit auctor, quae ratio et utilitas: p. 398. n. 182. et seq.
- Missiones nostrorum in imperio Turcico, gestaque ibi in multa rerum vicissitudine per annos quindecim. Vide *Turcicae*.
- Modzelewski (fr. Jacobi) obitus et elegium: p. 35. n. 103. Monasterii in Eiffia collegium ponitur: p. 189. n. 43. Ibidem auctoritate Principis difflatur quorundam machinatio adversus nostrorum labores adornata: p. 617. n. 140. et seq.
- Mopceda (Antonus de Aragonia) Dux Montis Altū moritur in Societate. Exempla virtutum ab eo edita in morbo extremo: p. 454. n. 26. et seq.
- Monpeliense collegium fundatur: p. 309. n. 125.
- Montani (p. Jacobi) mors et elegium: p. 636. n. 194.
- Moralius (p. Emmanuel) parum religiose se gerit in Brasilia: p. 440. n. 360. Batavis ultra se dedit, et sacramentum dicit: ib. n. 361. Eiicuit de Societate: p. 441. n. 362. Cur eum superiores in tempore non coercuerint: ib. n. 363.
- More (p. Stephani) obitus et elegium: p. 623. n. 167.
- Moronense collegium fundatur: p. 67. n. 205.
- Mortificatorum sodalitum Messanae instituitur: p. 180. n. 21.
- Mortis subitae exemplum memorabile Matriti: p. 648. n. 224.
- Morus (p. Eduardus) capitur in Anglia, et capite damnatur: p. 206. n. 103. et seq. Supplicio exanimatur interventu reginae: ib. n. 103. Iterum periclitatur: ib. n. 106.
- Moticensis collegii initia: p. 277. n. 13.
- Mutius Vitelleschus P. Praepositus generalis Societatis. Provincias Sicilias in duas dividit, et quare: p. 10. n. 30. et seqq. Turbae ex divisione ortae: p. 12. n. 34. et seqq. Binas provincias iterum in unam jungit: p. 576. n. 30. Improbat facilitatem recipiendi in Societatem petidores, et quare: p. 165. n. 232. et seq. Collegium Fundis oblatum respuit, et quare: p. 9. n. 24. Tres novitios, qui ad alium Ordinem transfigerant, ac denuo ad Societatem redierant, jubet dimitti: p. 86. n. 265. et seq. Quomodo se gesserit in controversia Messanae orta inter magistratum et Societatem: p. 179. n. 18. et seqq. Tentat suis iter in Aethiopiam per terras imperii Turcici, at sine effectu: p. 218. n. 142. Calaritanis nostros professores in suam academiam depositcentibus, quibus legibus id permisit: p. 64. n. 193. Ortam inter nostros controversiam de quibusdam Sinicis vocibus praeccidere conatur: p. 237. n. 223. et seqq. Quomodo se gesserit in Salmanticensium commotione adversus Societatem: p. 113. n. 35. Caesarem multa collegia Societati erigere cogitanteq; nititur e sententia deducere concordiae studio: p. 372. n. 93. itemque: p. 378. n. 117. P. Girardum e Belgio Roman transfert, ei que interposito obedientiae praecepto interdictit, ne illum litterarum commercium servet cum Wardianis feminis, quas Jesuitissas vocabant: p. 389. n. 131. Philippo Hispaniae regi supplicem libellum mittit, ne p. Salazarius ad episcopatum Malacitanum provechatur: p. 391. n. 156. et seqq. Id ipsum urget apud Urbanum Summum Pontificem: p. 392. n. 159. Rex Mutio subirascitur, et Malacitanae Ecclesiae Charquensem substituit in Peruvia: ib. n. 161. et seq. Mutius nihil minus resistit, idque per annos quindecim, usque ad obitum Salazarii, et quare: ib. n. 163. et seq. Curat, ut menstruae communionis generalis mos a nostris propagetur: p. 393. n. 166. Ortia inter Calaritanos et Sassaritanos dissensione, nostros haud sua sponle controversiae implicios devincit obedientiae praecepto, eosque imprudens in arctum redigit: p. 400. n. 189. et seqq. Opimam hereditatem Citerne oblatam re-

INDEX

spuit ad declinandam invidiam: p. 447. n. 5. Lue grasa
sante, suorum operam Principi Venetae Reipublicae per
litteras offert: p. 443. n. 29. Quid senserit de facto Angelelli,
et quomodo se gesserit erga Bononiensem senatum,
vide *Angelellus*. Consilium erigendae in provinciam
Lotharingiae prudenter disicit, et quare: p. 640. n. 207.
Denique in omnibus ferme majoris momenti negotiis Mu-
tuum facile reperies.

N

- Nacaxima (fr. Michael) capitur Nangasachii, ac dire torque-
tur: p. 231. n. 197. et seqq. Ejus obitus et elogium: p.
232. n. 202. et seq.
- Nassavii Comitis studium pro religione catholica; ejusque
erga noshos benevolentia: p. 26. n. 77. et seq.
- Neapoli domus instituitur pro mulierculis resipiscientibus: p.
9. n. 25. Inducitur in morem missio urbana: ib. n. 26.
Fundatur Nobilium seminarium: morae huic operi objec-
tiae: p. 575. n. 28.
- Neapolitanae provinciae res per suos annos distributae.
Anno 1626. pag. 9. a. n. 23. ad n. 29.
Anno 1627. pag. 98. a. n. 13. ad n. 14.
Anno 1628. pag. 173. a. n. 1. ad n. 13.
Anno 1629. pag. 279. n. 18.
Anno 1630. pag. 363. a. n. 64. ad n. 71.
Anno 1631. pag. 449. a. n. 14. ad n. 24.
Anno 1632. pag. 572. a. n. 20. ad n. 29.

Neophyli cuiusdam Madurensis pietas, et alterius constantia
et fortitudo: p. 667. n. 238. et seq. Neophyti Tunchi-
nenses miras passim sanaciones precibus efficiunt: p. 673.
n. 275. Insigni prodigo nongenti idololatrac fidem chri-
stianam suscipiunt: p. 674. n. 276. Spectata neophytorum
virtus, praeserlim caritas, fidem mififice promovet:
ib. n. 277. et seq. Unus nomine Franeiscus sanguinem
pro Christo, Tunchinensium primus, fundit: p. 676. n.
280. Audax factum cuiusdam neophyli in Cinaloa; ejus-
que nex: p. 701. n. 331.

Niandubusuvius itatinensis casiquius, facto prius p. Ranzo-
nieri periculo, ad eum se applicat, multosque exemplo
suo in fidei disciplinam perducit: p. 697. n. 323. Capitu-
tur per fraudem a Brasiliensibus: p. 698. n. 323. Dimit-
titur: p. 699. n. 326.

Niezuvius scelestissimus casiquius paraquariensis commovet
barbaros adversus noshos, tres patres interimit, oppidum
occupat S. Nicolai, congrederit cum neophytis, a quibus
fugatur: p. 235. a. n. 297. usque ad n. 316.

Nigrorum insulam nostri adeunt, in caue sedem constitu-
unt. Res ibi gestae: p. 533. n. 359.

Nimi de Gusmano (p. Roderici) obitus et elogium: p. 115.
n. 61.

Nobilius (p. Robertus) fructuose desudat inter Madurenses:
p. 131. n. 112. et seq. Itemque: p. 426. n. 299. et seq.
Nocitae (p. Petri) obitus et elogium: p. 426. n. 299.

Novellariae homo immisericors severe plectitur. Ei miseri-
cordiam impendunt nostri: p. 577. n. 32.

Novi Regni res: p. 86. n. 265. et seqq. iterumque: p. 163.
a n. 232. ad n. 237.

Novili tres de more peregrinantes atrox dissidium compo-
nunt in oppido dioecesis Ulissiponensis: p. 69. n. 211. Cu-
jusdam novili nomine Martini Lanayae constantia mirabilis:
p. 118. n. 71. Due mira constantia pugnant, ut in
Societatem recipiantur: recepti Societatem deserunt pari-
levitate: p. 361. n. 49. et seqq. Fervor in tirocinis His-
paniae, et spectata quorundam tironum constantia in sua
vocatione: p. 649. n. 225.

Novogrodense collegium fundatur: p. 298. n. 88.

Noyrotti (p. Philiberti) una cum fratre Ludovico Malotio nau-
fragium: p. 346. n. 267. Eorum elogium: p. 347. n. 269.

O

Oломoucensis collegii patres oppida et pagos utiliter excur-
runt: p. 620. 152.

Opfermanni (Adami) scholastici obitus et elogium: p. 606.
n. 107.

Oppaviense collegium fundatur: 188. n. 42.

Ormarcensis (p. Gerardi) obitus et elogium: p. 481. n. 129.

Osnabrugum rex Daniae occupat, et quaré: p. 22. n. 67.
Vis infurter canonicos: militum saevitia in noshos: p. 23.

n. 68. et seq. Collegium perficitur: res Osnabrigi et per
dioecesim gestae a nostris: p. 190; n. 84. et seq. Episcopus Princeps templum Societatis dedicat in honorem S.
Ignatii: p. 615. n. 133. Et Carolinam Academiam tradit
Societati: ib. n. 134.

Osorius (p. Gaspar) Chaquensis culturam inchoat: p. 264.
n. 333. et seqq.

Ostrogii res gestae a nostris: p. 499. n. 203. Inde excur-
runt in Polisim: p. 500. n. 204. et seq. Novum collegii
aedicium Ostrogii inchoatur: p. 501. n. 206.

Ovackenbrugum oppidum fit omnino catholicum: p. 477. n.
111.

Ouruciensis collegii initia: p. 298. n. 87.

P

Paciecus (p. Franciscus) in Japonia comprehenditur: p. 75.
n. 232. Lent' igne comburitur: p. 78. n. 242. et 244.

Eius vita in compendium redacta: p. 79. n. 245.

Paderbornae utilem operam impendunt nostri militibus juvan-
dis: p. 617. n. 142. Nova Svecorum incursio irrita. Acta
nostrorum in ea re: ib. n. 143.

Pampilone in America collegium constituitur: p. 165. n.
234.

Paranderii (p. Theofridi) obitus et elogium: p. 110. n. 46.

Paraquarie res per suos annos distributae.

Anno 1626. pag. 88. a. n. 270. ad n. 288.

Anno 1627. pag. 167. a. n. 210. ad n. 263.

Anno 1628. pag. 253. a. n. 292. ad n. 337.

Anno 1629. pag. 335. a. n. 218. ad n. 243.

- Anno 1630. pag. 434. a n. 329. ad n. 335.
- Anno 1631. pag. 554. a n. 361. ad n. 376.
- Anno 1632. pag. 686. a n. 300. ad n. 328.
- Paraquariae praecepsis de rebus vide *Reductiones, Brasilienses, Ruizius*.
- Paschalis (p. Julius) Cinaloanos excolit: p. 340. n. 244.
- Conspirant in eum barbari: p. 700. n. 329. et seq. Necatur una cum p. Emmanuele Martinez, alisque christianis a conjuratorum manu: p. 702. n. 332. Ejus elogium: ib. n. 332.
- Paviranense tirocinium, bello inter Genuenses et Ducem Sahaudiae conflato, vacuum relinquitur: p. 14. n. 39.
- Paulae collegium Societatis constitutum: p. 375. n. 29.
- Pavonii (p. Francisci) fructuosae missiones in provincia Neapolitana: p. 98. n. 13.
- Pazmanius Petrus, et Societate in Archiepiscopatum Strigoniensem jampridem traductus, rogatu Ferdinandi Caesaris in Cardinalium collegium ab Urbano VIII. cooptatur: p. 273. n. 1. Romae legatione Caesaris fungitur exitu parum prospero, et suboffensus abscedit: p. 370. n. 13. et seq.
- Peccius (p. Bernardinus) interficitur in Ceilano: p. 227. n. 178. et seq.
- Peguetus (p. Petrus), qui pridem obierat, videndum se praebet Carpentoracte: p. 51. n. 135. Ejus ossa in aedem collegii Carpentoractensis transferuntur: ib. n. 136.
- Penalver (p. Dominicus) utilissime desudat in Philippinis: p. 161. n. 219. et seqq.
- Pereira (p. Joannes) Zeitarum nationem a schismate revocat in Aethiopia: p. 538. n. 312.
- Pereirae (fr. Gasparis) obitus et elogium: p. 166. n. 239.
- Perez de Menacho (p. Joannis) mors et elogium: p. 85. n. 261.
- Perez (p. Martini) obitus et elogium: p. 87. n. 269.
- Perfectionis religiosas ad normam instituti nostri omnigena exempla videre est in elogiis eorum, qui cum sanctitatis opinione pie obierunt. Loca indicantur passim ad nomina singulorum. Contra quaedam exempla si forte quaeras, vide *Moralius, Girondia, Fazarii, Societatis desertores*; neconon domesticum dissidium in provincia Goana: p. 70. n. 212. et seqq.
- Pericula nostrorum, ac molestiae Hildesii per occasionem Danici belli: p. 24. n. 72. et seq. Pericula nostrorum in Anglia recrudescente persecutione: p. 60. n. 181. et seqq.
- Pericula nostrorum, ac praesertim p. Carboneli, in provinciis foederatis: p. 106. n. 33. et seq. In Hungaria et Transylvania: p. 292. n. 63. et seqq. Itemque p. 293. n. 70. et seq. In Hollandia: p. 299. n. 95. et seq. Periculum p. Friderici Spei prope Peinam: p. 283. n. 27. et seq. P. Martini de Bruges in Mexico a barbaris: p. 341. n. 245. et seqq. Itemque patrum Jacobi Vanderzepen, Thomae Basillii, et Francisci Lignani: p. 342. n. 249. et seq. P. Francisci Buzomii discrimina in regno Ciampae: p. 416. n. 262. Et p. Petri Tavarii ab immensi colubro in regno Angolano: p. 537. n. 309. Et unius e nostris magistris Pictavii ab homine furioso: p. 52. n. 160.
- Pericula a piratis in Philippinis p. 684. n. 297. et seq. a proditoribus in Japonia: p. 779. n. 286. et seqq. Ab haereticis in Germania, flagrante praesertim Svecico bello: vide *Gustavus*. Vide etiam *Calamitates, Captivi, Controversiae, Pestilenta* etc.
- Peruanae provinciae res per suos annos distributae.
- Anno 1626. pag. 84. a n. 259. ad n. 264.
- Anno 1627. pag. 166. a n. 238. ad n. 239.
- Anno 1628. pag. 268. a n. 353. ad n. 370.
- Anno 1629. pag. 344. a n. 260. ad n. 263.
- Anno 1631. pag. 559. a n. 377. ad n. 389.
- Pestilenta multis in locis per hoc septennium grassante, homines de Societe operam labidis impendunt: quo in officio caritatis complures vitam feliciter ponunt, videlicet duo Heiligenstadii: p. 20. n. 35. et seqq. Quatuor Golimi in sinu Gangeticop: p. 73. n. 227. Tres Donaverdae: p. 102. n. 18. Duo Augustae Vindelicorum: p. 193. n. 37. (Alii duo, contracta jam iue, persanantur, alter Augustae ope S. Sebastiani, Friburgi alter ope p. Canisi: ib. n. 59. et seq.) Tornaci unus: p. 197. n. 72. Duo Bellioli: p. 199. n. 79. et seq. Plures in provincia Tolosana: 208. n. 112. et seqq. Itemque in provincia Lugdunensi: p. 209. n. 119. et p. 211. n. 125. Quatuor Graudenti: p. 299. n. 84. Plures Viennae Allobrogum, Avenione, Ucetiae et Aqui Sextiis: p. 305. n. 114. et seqq. Rodumnae: p. 308. n. 130. et seq. Tolosae et alibi per provinciam: p. 308. n. 222. et seqq. Maiilae: p. 331. n. 204. et seq. Florentiae: p. 350. n. 6. et seqq. In provincia Veneta desiderantur et nostris supra centum; quorum plerique luem contrahunt in ipso caritatis officio Parmae, Bononiae, Mantuae, Placentiae, Mutinae, et alibi circum: p. 351. a n. 9. ad n. 48. Multi item in provincia Mediolanensi: p. 362. n. 54. Iterum aliquot in provincia Lugdunensi p. 367. n. 72. et seqq. Tres Rupellae: p. 368. n. 79. Duo Tridenti: p. 379. n. 121. Plures Posnaniae, et alibi in Polonia: p. 381. n. 128. et seq. Aliquot in Lithuania: p. 383. n. 140. Iterum novem in provincia Mediolanensi: p. 460. n. 44. Tres Graudenti: p. 502. n. 210. Unus Audomari: p. 506. n. 225. Et Antuerpiæ: p. 509. n. 235. Unus Molini: p. 517. n. 258. Itemque Rhedenibus: ib. Duo Musiponti: p. 518. n. 262. Plures rursum in provincia Tolosana: p. 518. n. 263. Et in Aquitanica: p. 520. n. 165. Unus Rodumnae: p. 521. n. 268. Tres Peripiani: p. 524. n. 277. Plures Ingolstadii: p. 580. n. 31. Tres Salvestadii: p. 609. n. 116. Duo Spiræ: p. 611. n. 119. Duo Franckendalii: ib. n. 120. Unus Bergae: p. 630. n. 181. Duo Bredæ: p. 634. n. 191. Praeter has caritatis victimas, alli quoque permulti pulcram in eodem ministerio mortem lacerissive; qui tamen vel diro morbo intacti evaserunt, vel post conceptam luem revaluerunt. Quam vero alacres atque volentes in hanc palaestram se darent, habe specimen, si libet: p. 349. n. 1. et seqq. et p. 589. n. 67. et seq.
- Philippinarum res per suos annos distributae.
- Anno 1627. pag. 161. a n. 219. ad n. 231.
- Anno 1629. pag. 330. a n. 200. ad n. 217.

- Anno 1630. pag. 432. a n. 323. ad n. 328.
- Anno 1631. pag. 331. a n. 352. ad n. 360.
- Anno 1632. pag. 684. a n. 293. ad n. 299.
- Pictavii atrox editur facinus adversus nostros: p. 52. n. 160.
- Pinarolii Societatis statio ponitur pro militibus praesidiariis: p. 643. n. 214.
- Pinsensis collegii initia: p. 504. n. 215. Res Pinci gestae: ib. n. 216.
- Placillae Bebiae liberalitas erga Rheyense collegium: p. 378. n. 36.
- Polesia quae regio sit: p. 500. n. 204. Initia missionis Polesiana et residentiae Turoviensis: p. 501. n. 205.
- Poloniac res per suos annos distributae.
- Anno 1626. pag. 33. a n. 104. ad n. 121.
 - Anno 1629. pag. 295. a n. 77. ad n. 87.
 - Anno 1630. pag. 381. a n. 128. ad n. 139.
 - Anno 1631. pag. 495. a n. 189. ad n. 212.
 - Anno 1632. pag. 626. a n. 169. ad n. 179.
- Pontanus (p. Jacobus) Augustae Vindelicorum diem obit: p. 19. n. 53.
- Portalegrense collegium proventu firmatur: p. 534. n. 301.
- Porticensis residencia constituitur: p. 9. n. 23.
- Portocarreri (p. Francisci) obitus et elogium: p. 64. n. 194.
- Posoni collegium fundatur: p. 32. n. 98.
- Pragae domus professorum erigitur: p. 30. n. 90. Et novum collegium statutur: p. 186. n. 37. Erigunt seminaria, et Societati creditur: p. 287. n. 42. Patres Cistercienses suam nobis juventutem in disciplinam tradunt: ib. n. 43. Judaeorum eruditio nostris mandatur: p. 290. n. 54. Exturbantur nostri a Saxoniae Duce, et multimodis molestias afficiuntur: p. 481. n. 130. et seqq. In urbem redeunt: p. 618. n. 144. Status rerum nostrarum ibi, dum nostri aberant: ib. n. 143. Acta post redditum: p. 619. n. 146. Res Societatis in pristinum restituntur: ib. n. 147.
- Puerorum et puellarum alicubi virtus admiranda in tuenda religione, servandis Ecclesiae legibus: p. 52. n. 150.
- p. 138. n. 133. et seq. p. 477. n. 112. p. 486. n. 150. et n. 152.
- R**
- Rainerii (p. Joannis) obitus et elogium: p. 55. n. 168.
- Randatii fundatur collegium: p. 277. n. 12.
- Ranzonierius (p. Didacus) Itatinensem provinciam explorat: p. 696. n. 322. Eodem paulo post contendunt alii tres de Societate, et quatuor neophytorum colonias inchoant: p. 697. n. 323. Brasilienses post Guairanae populationem in hanc quoque provinciam penetrant, et vi atque dolis magnum neophytorum numerum abripunt: p. 698. n. 324. et seq. Acta nostrorum in ea calamitate: p. 699. n. 326. et seq. Ranzonierius post praedonum discessionem binas uteunque restituit colonias: p. 700. n. 328.
- Rasseliensis collegii initia: p. 386. n. 142.
- Rattkai (p. Stephani) obitus et elogium: p. 494. n. 186.
- Rava ope Deiparae a pestilenta servatur immunis: p. 297. n. 83. Novum collegii aedificium excitatur Ravae, liberalitate duorum fratrum e familia Volukiorum: p. 501. n. 207. Augerū cultus B: Stanislai: ib. Rurus Philippi Volukii liberalitatē collegium juvatur: p. 628. n. 173.
- Realinus (Ven. Bernardinus) Parmensem Ducem gravi morbo liberal: p. 576. n. 31.
- Realtiense collegium in Mexico dimittitur: p. 343. n. 256.
- Reductiones Parauariae, seu oppidula passim a nostris erecta, in quae neophyti contrahebant ad convivendum, ne temere dispersi in pristinas superstitiones delaberentur.
- P. Rochus Gonzalus extruxit oppidum S. Nicolai: p. 88. n. 270. Et alterum S. Xaverii oppidum: ib. n. 271. P. Simon Mazeta oppidum condit S. Pauli: p. 92. n. 284.
- P. Gonzalus excitat oppidum Trium Regum: p. 169. n. 250. Labores p. Petri Romeri hoc in oppido: p. 170. n. 237. et seqq. P. Antonius Ruizi Angelorum oppidum condit in finibus Tajobensis: p. 172. n. 263. P. Gonzalus novum molitur oppidum, quod tamen ab ethnici statim diruptus: p. 253. n. 292. et seq. Idem oppidum condit a Virgine Purificata nuncupatum: p. 255. n. 295.
- Et oppidum Assumptionis: ib. n. 298. Et oppidum Omnitum Sanctorum: ib. n. 299. P. Didacus de Boroa inchoat, et P. Vasquius perfici oppidum S. Xaverii: p. 336. n. 223. et seq. P. Ruizi condit oppidum Conceptionis in Gualachis: p. 337. n. 227. Et oppidum Jesu Mariae: ib. n. 230. P. Christophorus Mendoza S. Michaelis oppidum extruxit: p. 338. n. 234. P. Ruizi S. Antonii: ib. n. 235. P. Franciscus Diastanii S. Thomae: ib. n. 236.
- Romerus Assumptionis in Urvaicensibus: p. 438. n. 348.
- Exstruuntur oppida SS. Petri et Pauli, et S. Caroli Borromei: p. 438. n. 351. P. Mazeta refici oppidum Jesus Marianum a Brasiliensis dirutum: p. 536. n. 370. Oppida Incarnationis et S. Pauli dissipantur a Brasiliensis: p. 534. n. 361. Ad praecavendas Brasiliensium rapinas decernunt traductio neophytorum ex Guairana in planitiem paranensem: p. 536. n. 369. In Tapensis tria oppida excitantur: p. 537. n. 373. Quatuor oppida inchoantur in provincia Hatinensi, de quibus vide *Ranzonierius*. P. Ruizi duo molitur oppida ad annem Jabebi: p. 695. n. 318.
- Regius (p. Bernardinus) in Tunchinum appellat: p. 550. n. 349. Checii, idest in urbe principe Tunchini, domus nostrorum diripiunt, et P. Regius vinculis constringitur: p. 678. n. 284. Rex improbat factum, et Regium solvi jubet: ib. n. 285.
- Reindel (p. Rupertii) obitus et elogium: p. 380. n. 125.
- Reus (p. Bernardus) apud Cunneos in Peruvia interficitur. Ejus elogium: p. 345. n. 262. et seq.
- Rhenana provincia in duas dividitur: p. 19. n. 54.
- Rheni inferioris res per suos annos distributae.
- Anno 1626. pag. 22. a n. 65. ad n. 78.
 - Anno 1628. pag. 189. a n. 34. ad n. 56.
 - Anno 1629. pag. 282. a n. 25. ad n. 35.
 - Anno 1630. pag. 374. a n. 100. ad n. 112.
 - Anno 1631. pag. 473. a n. 96. ad n. 129.

INDEX

- Anno 1632. pag. 613. a n. 136. ad n. 143.
- Rheni superioris res per suos annos distributae.
- Anno 1626. pag. 20. a n. 55. ad n. 64.
 - Anno 1628. pag. 193. a n. 57. ad n. 70.
 - Anno 1629. pag. 283. a n. 36. ad n. 41.
 - Anno 1630. pag. 377. a n. 113. ad n. 113.
 - Anno 1631. pag. 464. a n. 60. ad n. 95.
 - Anno 1632. pag. 600. a n. 93. ad n. 125.
- Rho (p. Jacobus) provinciam Xaniensem excusat: p. 233. n. 217. Post obitum P. Terentii, sufficitur in ejus locum una cum P. Schallo ad Calendarii sinensis correctionem: p. 413. n. 247.
- Richardus Smithius Chalcedonensis Episcopus quacdam moritur in Anglia adversus religiosos: p. 107. n. 35. Ejus primus eum P. Richardo Blondo congressus: ib. n. 36. Quodam eius edicto perturbantur catholici: ib. n. 37. Urbanus VIII. dissensionem supprimere conatur: p. 108. n. 39. et seq. Quae tamen non continuo extinguitur: p. 513. n. 249.
- Risii (p. Josephi Pauli) obitus et elegium: p. 274. n. 3.
- Rituum Sinicorum disceptatio unde primam originem duxerit: p. 237. n. 225.
- Rocha (p. Joannes A.) episcopus et in Aethiopia successor patriarchae designatus, primo insignia pontificalia praeopere induit; deinde eadem leviter recusat: p. 316. n. 143. et seq.
- Roderici (p. Benedicti) obitus et elegium: p. 74. n. 229.
- Rodericus (p. Alphonsus) a Paraquariensisbus necatur: p. 237. n. 309. et seqq. Ejus corpus exportatur in oppidum Conceptionis: p. 239. n. 318. et seq. Patris elegium: p. 260. n. 323.
- Rodericus (p. Michael) ex Europa in Indianam solvit; sed adversa tempestate repulsi in navigatione moritur: p. 214. n. 130. et seqq.
- Rodomina (p. Andreas) Lithuanus oppugnatam vocationem egregie tuerit, ac tandem ex aula in tirocinium cum duobus famulis transgreditur: p. 670. n. 268. Caelesti admunito petit et impetrat indicam expeditionem: ib. n. 269. In India et Sina invictitudine perpetua conflictitur: gerit nihilominus multa utiliter, praesertim Focci: p. 671. n. 270. Ejus obitus variis signis illustratur: ib. n. 271.
- Roë (p. Caroli Le) mōris et elegium: p. 48. n. 148.
- Romae templum collegii Romani inchoatur: p. 1. n. 1. et seq. Tribus Japoniae martyribus publici caelestium honores decernuntur: p. 95. n. 1. in Seminario juvenilis tumultus exoritur, quem fuse descriptum habes p. 365. a n. 1. ad n. 10. Sparguntur hoc de facto litterae mendacissimae typis germanicis impressae: p. 568. n. 10. Quantum Societatis famae nocerent in Germania hujusmodi litterae: p. 569. n. 11. Jussu Pontificis refelluntur per alias ad pontificios Nuncios epistolab: ib. n. 12. Litterae Card. Barberini ad praepositum provinciae Austriacas hac de re: p. 570. n. 13. Pazmanius Cardinalis Caesaris ad Pontificem legatione fungitur exitu parum prospero, et suboffensus abscedit: p. 570. n. 13. et seq.
- Romanæ provinciae res per suos annos distributae..
- Tom. II.
- Anno 1626. pag. 1. a n. 1. ad n. 22.
- Anno 1627. pag. 94. a n. 1. ad n. 7.
- Anno 1629. pag. 273. a n. 1. ad n. 4.
- Anno 1630. pag. 349. a n. 1. ad n. 8.
- Anno 1631. pag. 443. a n. 1. ad n. 13.
- Anno 1632. pag. 563. a n. 1. ad n. 19.
- Romerus (p. Joannes) provinciae Paraquariensis praeses designatus excusat valetudinem: p. 264. n. 337. Ejus obitus et elegium: p. 267. n. 352.
- Romerus (p. Petrus) ad necem quaeritur, sed frustra: p. 237. n. 310. Hujus saepe fit mentio in rebus Paraquarie.
- Rossilei (p. Petri) obitus et elegium: p. 110. n. 47.
- Rosweidi (p. Heriberti) obitus et elegium: p. 304. n. 110.
- Rubeus (fr. Joannes) procurator latifundii ad Collegium Romanum pertinentis in agro Nolano interficitur p. 173. n. 1. Inde calumnia in nostros adornatur: p. 174. n. 2. et seq. Auctor sceleris detegitur: ib. n. 4.
- Ruizii (p. Didaci), clari in primis theologi, obitus et elegium: p. 631. n. 228.
- Ruizius de Montoya (p. Antonius) colloquitur cum Tajoba casiquo paraquariensi, eque christianam religionem persuadet: p. 89. n. 274. et seq. Oppidum condit et Tajobam baptizat: p. 90. n. 276. et seqq. Patris pericula et molestiae a barbaris et Villaricanis: ib. n. 279. et seqq. Occultum daemonis fraudem detegit ac dissipat apud Tajaientes: p. 260. n. 323. et seqq. Colloquitur cum Casiquo Guiavera christianis imimico, eumque paulum delenit: p. 262. n. 329. et seqq. Nequidquam laborat, ut ab hispanis praetoribus auxilium impetrat pro neophytes contra Brasilienses: p. 354. n. 362. Quam tristem trium coloniarum transmigrantium conditionem repererit prope lapsum paranensem: p. 689. n. 305. Praedones ad colonias Ignatianam et Lauretanam contendentes antevertit, et migrationem neophytes suadet: p. 689. n. 306. et seqq. Migrantium incredibilis calamitas, dum descendant in planitiem paranensem: p. 901. n. 309. et seq. In plano paulisper quiescunt: deinde iter quadrifariam denuo aggrediuntur, nullorum jactura funestum: p. 692. n. 312. Cujusdam mulieris cum duobus liberis mira incolumitas: ib. n. 313. Liberaliter accipiuntur a neophytes paranensis: p. 693. n. 314. Hand multo post lucis ac fames ingrunt: ib. n. 315. Nostrorum aliquis negotium Ruizio faccessit: ib. n. 316. Qui etiam falso crimine a provinciali plectitur: p. 694. n. 317. Rursus praeficitur superstitibus neophytes, duoque oppidula ad Jabebirim inchoat: p. 695. n. 318. Vide etiam *Reductiones*.
- Ruizius p. Gomez diem obit Guamangae in Peruvia. Ejus elegium: p. 166. n. 238.
- Rupella expugnata, ibi statio Societatis jussu regis collocatur: p. 206. n. 107. et seq. Rupellense domicilium vertitur in collegium: p. 368. n. 30. Ejus primi ac laeti fructus: p. 369. n. 81.

S

INDEX

- Saganensis collegii ortus et vices: p. 187. n. 41.
- Salemni collegium conditum: p. 277. n. 14.
- Salmanticenses academici, suas Cornelii Jansenii, contra Societatem commoventur atque conspirant ob excitandam Matriti academiam: p. 111. n. 50. et seqq. Alii per Hispaniam multi ad partes veniunt contra nos: p. 112. n. 53. Societas multis modis vexatur Salmanticae: ib. n. 54.
- Nostri acerba inspectatione silento ferunt: p. 113. n. 55. Constitutum gymnasium Matritense, ac procella omnis per se defervescit: p. 113. n. 56. Damnatur libellus contra unam ex nostris regulis editus: ib. n. 57.
- Saller (p. Joannis) obitus et elogium: p. 381. n. 127.
- Samaniego (p. Didaci) obitus et elogium: p. 85. n. 260.
- Samblasii (p. Joannis Andreae) obitus et elogium: p. 10. n. 28.
- Samblasius (p. Franciscus) in Honanam provinciam dignatur, et stabili donatur domicilio Caifuni a mandarino: p. 236. n. 222. et seqq.
- Sancii (p. Gasparis) mors et elogium: p. 212. n. 127.
- Sanctarelli (p. Antonii) liber de haeresi et schismate negotium facessit Societati in Gallia. Vide *Cotonus*.
- Sandomiriae Societatem contra militarem licentiam tuerit Hermolaus Ligeskus: p. 627. n. 172.
- Sanlucarense collegium inchoatur: p. 67. n. 204.
- Sardiniae res per suos annos distributae:
- Anno 1626. pag. 64. a. n. 192. ad n. 193.
 - Anno 1627. pag. 121. a. n. 79. ad n. 80.
 - Anno 1628. pag. 113. n. 129.
 - Anno 1630. pag. 400. a. n. 189. ad n. 197.
 - Anno 1632. pag. 653. a. n. 229. ad n. 232.
- Sassaritanam academiam inter et Calaritanam oritur dissensio de primatu: p. 400. n. 189. Dissensioni implicantur nostri. Mutii praeceptum: ib. n. 190. Sassaritanorum offensio et minae contra Societatem: ib. n. 191. Crudescunt irae: quae fuerit occasio: ib. n. 192. Nostrorum angustiae inter praeceptum Mutii et minas civitatis: p. 401. n. 193. Rector praeceptum interpretatur, et turbas componit: ib. n. 194.
- Satuelis (p. Joannis) obitus et elogium: p. 9. n. 27.
- Scaglioni (fr. Marcelli) obitus et elogium: p. 278. n. 15.
- Seamaceae (p. Josephi) mors et elogium: p. 99. n. 15.
- Scharpae, seu Pollardi (p. Jacobi) obitus et elogium: p. 389. n. 152.
- Scheffler (fr. Rogerii) obitus et elogium: p. 376. n. 112.
- Schanabelli (p. Theodori) obitus et elogium: p. 376. n. 110.
- Scholastici de Societe octodecim concionantur in dioecesi Mamertina per quadragesimam multa cum laude: p. 181. n. 23. Alii sexdecim per idem tempus missione urbana Messanam excolet: ib. n. 24. Nostrorum juvenum plus ardor et fractus Panormi: ib. n. 25. Et Coccini: p. 666. n. 257.
- Schwidniensis collegii initia: p. 287. n. 44.
- Scioppius (Gaspar) libellum edit contra nostros mendacis sumum: p. 5. n. 12. Ejusdem honorificum de nostris testimoniis in alia re: p. 372. n. 94.
- Scirotta (p. Rutilii) obitus et elogium: p. 13. n. 37.
- Sebastianopoli in Hispania collegium restituitur: p. 62. n. 186. Novae excitantur turbae: quae fuerit occasio: ib. n. 187. Decernitur exsiliu[m] patrum: cooritur sedilio, et sedatur: ib. n. 188. Nostrorum quieti prospicit regia auctoritate: p. 63. n. 189.
- Segobricense collegium conditum. Mira Dei providentia in ea re: p. 118. n. 70.
- Seltan Seguedus Aethiopiae imperator, convocato regni conuentu, sacramentum obedientiae dicit Romano Pontifici: p. 72. n. 219. e seqq. Nonnulla ad fidei firmatam decreta edit: p. 73. n. 224. Foedari contra se conjurationem detegit: p. 116. n. 138. Técla-Georgium proregem, rebellem et ad haeresim ejuratam reducem, suspendit damnat: p. 221. n. 155. et seqq. Patriarchae auctoritatem edicto sancit: p. 222. n. 158. Causam ad forum Ecclesiae pertinentem attingere recusat: ib. n. 159. Refrigescit in eo studium religionis: p. 316. n. 147. Ejus suspiciones contra Cela-Christum: p. 317. n. 148. et seq. Aethiopum querelae ob mutata[m] liturgiam, seditiosi Lestensium motus, et schismaticorum artes Seltanum sensim labefactant: p. 317. n. 150. et seqq. Schismaticis occulente favet: p. 429. n. 312. Binas Societati sedes eripit: ib. n. 313. Nonnulli resipiscunt, et praesenti beneficio divinitus remuneratur: p. 430. n. 318. et seq. Pontificis litteras frigide accipit: p. 431. n. 321. Sarsa-Christum pro regem schismaticum et perduellem, praelio captum, morte plebit: p. 538. n. 313. et seqq. Lastense bellum aggridit; res minus prospero cedit; schismatici audacius insolecent: p. 539. n. 316. et seqq. Bellum instaurat: perduelles mira felicitate fundit: p. 655. n. 235. Post victoriā technis schismaticorum decipitur: p. 656. n. 236. et seqq. Consultationem de religione instituit in concilio procerum: p. 657. n. 239. Eum in ruinam jam proclinatum convenit Patriarcha, et de schismaticorum dolis comonet: p. 659. n. 242. et seq. Imperatoris responsum ad Patriarchae orationem: p. 661. n. 244. Eum tandem schismatici expugnant: ib. n. 245. Schisma per praecōnēm revocatur: p. 662. n. 248. Nostri plerisque e locis expelluntur: p. 663. n. 251. Altero edicto fides catholica plane interdicuntur: p. 664. n. 252. Imperator ob eversae religionis conscientiam et maiores aegrotat ac moritur: p. 664. n. 253. Patri Faciliidas, catholicæ religioni exitio futurus, succedit: p. 665. n. 254. Vide *Mendez*.
- Seminarium pro juventute Hungariae Tyrnaviae erigitur: p. 31. n. 96. Linciente et Goritiense: p. 293. n. 73. Crembsae: p. 470. n. 169. Neapoli pro Nobilibus: p. 373. n. 28.
- Sequeira (p. Ignatius) Guaitacasius adit. Vide *Guaitacasi*.
- Sequeirae (p. Simonis) obitus et elogium: p. 74. n. 229.
- Serrano (p. Didaci) obitus et elogium: p. 85. n. 262.
- Siamense regnum nostri frustra adeunt: p. 432. n. 324. et seqq.
- Siciliae provincia in duas dividitur, et quare: p. 10. n. 30.

- et seqq. Binæ provinciae denuo junguntur in unam, et quare: p. 576. n. 30.
- Siciliæ res per suos annos distributæ.
- Anno 1626. pag. 10. a.n. 30. ad n. 37.
 - Anno 1627. pag. 99. a.n. 13. ad n. 16.
 - Anno 1628. pag. 177. a.n. 14. ad n. 23.
 - Anno 1629. pag. 277. a.n. 12. ad n. 15.
 - Anno 1631. pag. 453. a.n. 25. ad n. 27.
 - Anno 1632. pag. 576. a.n. 30.
- Siciliensis collegii ortus: p. 453. n. 25.
- Sigenense collegium fundatur: p. 26. n. 77.
- Sigismundus rex Polonie diem obiit, eique succedit Ladislaus. Frater Ladislai Casimirus Societatem eximie diligit: p. 626. n. 169. et seq.
- Silvaducense collegium amittitur: p. 299. n. 93.
- Singani propria Societati domus tribuitur: p. 239. n. 230.
- Sinicæ res per suos annos distributæ.
- Anno 1627. pag. 156. a.n. 197. ad n. 218.
 - Anno 1628. pag. 233. a.n. 217. ad n. 232.
 - Anno 1629. pag. 323. a.n. 174. ad n. 182.
 - Anno 1630. pag. 413. a.n. 246. ad n. 238.
 - Anno 1631. pag. 543. a.n. 326. ad n. 339.
 - Anno 1632. pag. 669. a.n. 264. ad n. 272.
- Siniciis de rebus vide *Zunchinius*.
- Sobeslavientes terrifico exemplo edocti catholicam veritatem agnoscent: p. 27. n. 80.
- Societas Jesu hoc toto septennio augetur multis collegiis ac domiciliis, quorum fundationes notantur passim. Augetur etiam una provincia; nam Rhenana in duas dividitur. Sicilia quoque eodem modo se Jungit; sed haec divisio iustis de causa paulo post tollitur. Vide *Rhenana*, et *Siciliae*. In Italia, Gallia, et Hispania variis afflictur molestias, de quibus vide *Controversiae*; ceterum utitur cursu rerum satis prospero, multaque ad Dei gloriam, et animarum salutem fructuose peragit cum domi, tum foris, in sacris praesertim excursionibus. Vide *Missiones*. In provinciis Gallicis, in Veneta, et Mediolanensi, in Polonia, et alibi, saeviente Iude, strenuam aegrotis navat operam, non poenitenda plurimorum sociorum jactura. Vide *Pestilentia*. In Germania omnimodis exiguntur, et undique expellunt a Rego Sveciae, aliisque Principibus cum Sueco foederatur. Vide *Gustavus*. In Anglia ad crudescentem haereticorum persecutionem accedunt cleri dissidit. In Aethiopia multorum annorum magni fructus uno die misere dilabuntur. Vide *Mendez*, et *Selman Seguedus*. In Asiae missionibus non una est rerum nostrarum facies. Multi pro Christo sanguinem fundunt, praesertim in Japonia, ubi persecutio magis magisque crudescit. Vide *Martyres*. Alii in servitutem abripuntur, aut assiduis periculis conflicantur. Vide *Captivi*, et *Pericula*. E Coccinica Societas expellitur. Vide *Buzomius*. Penetrat in Tunkinum, florentemque ibi constituit ecclesiam, alterante interea expulsiones et favore rege. Vide *Tunkinum*, et *Tondunangus*. In Sina, favente imperatore, fides christiana feliciter propagatur. Vide *Zunchinius*, *Alenus*, *Vagnonus* etc. Fructuose in India, fructuosius in Philippinis opera impenditur. Innumeris sociorum periculis et laboribus, et nonnullorum sanguine christiana religio propagatur inter complures Americae populos: at Paraquariae res, ceteroqui florentissimæ, ob iteratas Brasiliensium incursiones et rapinas in lucrum vergunt. Vide suis locis. Turcicæ missiones in multa rerum varietate versantur. Vide *Turcicæ*. Denique studium religiosæ perfectionis nupsiari in Societate deforvenscit; ut facile colligitur ex elogis pie obeuntium cum sanctitatis opinione, quorum nomina passim toto indice notata offendes. Societatem deserunt nonnulli in Philippinis; quorum unus terribili divinae severitatis exemplo plectitur: p. 334. n. 216. et seq. Petrus Vandersternen sacerdos Societatem deserit, et ad haereticos transit: p. 632. n. 186. et seq. Exitus infelix cuiusdam proditoris vocations suae in Polonia: p. 384. n. 139. Et Cassoviae: p. 625. n. 163. Et alibi: p. 626. n. 168.
- Somer (p. Remigii) mors et elogium: p. 203. n. 92.
- Speus (p. Fridericus) a grassatoribus vulneratus apud Peñenses, et divina ope servatus contumaces fecit exemplo patientiae: p. 283. n. 27. et seq.
- Spira (p. Petrus) a latronibus interficitur; qui praeter spem deteguntur ex plectuntur: p. 239. n. 231. et seq.
- Stanislai S. Kostkae ope pestilentia Lublini extinguitur: puer mortuus ad vitam revocatur: p. 382. n. 131. et seqq.
- Auctus Stanislai cultus insigni beneficio remuneratur: p. 499. n. 202. Ejus imago Lublini lacrimas fundit: p. 629. n. 178. Transferut celebri pompa in nostrum templum: ib. n. 179.
- Strambingani collegii ortus: p. 462. n. 53.
- Styrense collegium inchoatur: p. 624. n. 163.
- Suarez (p. Francisci) Avenionensis obitus et elogium: p. 111. n. 49.
- Suequeti (p. Antonii) obitus et elogium: p. 56. n. 173.
- Svicardus Archiepiscopus Moguntinus de Societate optime meritus diem obit: p. 21. n. 60.

T

- Tajatienses in Paraquaria, quadam daemonis detecta fraude, in fide confirmantur: p. 260. n. 325. et seqq.
- Tanner (p. Adami) obitus et elogium: p. 583. n. 52.
- Tapenses qui sint, quae regio et indeoles: p. 557. n. 372.
- Christiana religio inter eos inducitur et propagatur; opida excitantur: ib. n. 373.
- Tarracone grave dissidium inter Archiepiscopum et canonicos nostrorum opera componitur: p. 524. n. 276.
- Tavarius (p. Petrus) regnum Angolanum fructuose excurrit: p. 536. n. 307. Baptizare inhibetur ab Episcopo: ib. n. 308. Periclitatur vita, praesertim ab immanni colubro: p. 537. n. 309.
- Taurinense Societatis gymnasium hereditate Baldesani sacerdotis canonici augetur: p. 14. n. 41. et seq.
- Tayoba Paraquariensis casiquius. Vide *Ruizius Montoya*.
- Tecka-Georgius Aethiops, regni Tigrensis prorex, nostrorum eadem molitur, sed cogitata non perficit: p. 218. n.

145. et seqq. RebELLAT, et rebellionem auspicatur a cæde Abba-Jacobi sacerdotis: p. 220. n. 150. et seq. Profligatus a Caba-Christo, et comprehenditur: ib. n. 153. et seqq. Rogo damnatus ejurat haeresim: p. 221. n. 156. Ad haeresim reddit, et impie moritur elisis fancibus: ib. n. 157.
- Teintzer (p. Joannis) obitus et elogium: p. 376. n. 109.
- Telles (p. Petrus Gusmani) obitus et elogium: p. 333. n. 215.
- Terentius (p. Joannes) dum Sinico Calendario corrigendo naval operam, diem obit. Ejus elogium: p. 413. n. 246.
- Thonhausen (Bernardus A.) vir rebus bene gestis clarus Societatem ingreditur, et Styrense collegium suis exstruit bonis: p. 34. n. 101.
- Tibaldi (fr. Joannis) obitus et elogium: p. 2. n. 3.
- Tillius (Joannes) Comes et summus militum caesariænorum dux moritur Ingolstadii, et in aede Societatis conditur: p. 384. n. 33.
- Tingitana expeditio, ejusque copiosi fructus: p. 216. n. 137.
- Toletanae provinciae res per suos annos distributae.
- Anno 1626. pag. 64. a n. 194. ad n. 198.
 - Anno 1627. pag. 114. a n. 59. ad n. 61.
 - Anno 1628. pag. 212. a n. 127. ad n. 128.
 - Anno 1629. pag. 310. a n. 128. ad n. 130.
 - Anno 1630. pag. 391. a n. 156. ad n. 165.
 - Anno 1631. pag. 529. a n. 287. ad n. 300.
 - Anno 1632. pag. 646. a n. 220. ad n. 228.*
- Tolosanæ provinciae res per suos annos distributae.
- Anno 1626. pag. 49. n. 152.
 - Anno 1627. pag. 111. n. 49.
 - Anno 1628.* pag. 207. a n. 109. ad n. 116.
 - Anno 1629. pag. 308. a n. 122. ad n. 126.
 - Anno 1630. pag. 370. n. 85.
- Tondunangus rex Tunkini patrem Rhodium benigne excipit, eique promulgandi Evangelii facit facultatem: p. 143. n. 150. et seqq. Inde laeti fructus: p. 144. n. 153. et seqq. Soror regis eruditri postulat, sed noa flectitur: p. 146. n. 158. Rex bello infelicer gesta reveratur ex Coecinca: nostros iterum benigne accipit, et in urbem regiam inducit: p. 148. n. 164. et seqq. Ejus litterae ad P. Andreanum Palmeirum: p. 149. n. 168. Regis soror baptismus initiat: lacta religionis incrementa: p. 150. et seqq. Rex novam Checii domum templumque exstruiri patribus: p. 152. n. 181. Bonzii et cumuchi reginæ regem instigant contra patres: p. 239. n. 233. et seqq. Rex irritatus mitigatur alloquo P. Rhodii: p. 240. n. 237. Iterum accusant patres sed frustra: religio propagatur: p. 241. n. 231. Patres ut regni proditores deferuntur ad regem: p. 242. n. 242. Illorum exsilium decernitur; vis templo inferatur; patres domi custodiuntur: ib. n. 243. et seqq. Frustra regem alloqui Rhodii conatur: p. 243. n. 243. Rex paulum mitigatur: patres laxius custodiuntur: p. 243. n. 248. et p. 244. n. 251. Exsilium eis indicit: p. 418. n. 269. Triremi impositi discidunt Coecinca in versus, et religionem propagant in itinere: p. 419. n. 271. et seqq. Clam remanent in Tunkino: p. 421. n. 279. Alli duo patres in Tunkinum appellunt, et ad regiam civitatem pro-
- perant invito rege: p. 421. n. 280. et seq. Iterum exsulare jubentur: p. 422. n. 283. Tres patres in Tunkinum feruntur ab ipso rege invitati: p. 547. n. 340. Benigne excipiuntur a rege, qui multa iis frustra promittit: p. 548. n. 342. Iterum rex alienatur, et indicit exsilium: p. 548. n. 344. et seqq. Mox permittit ut maneant, modo ne publice aut privatum doceant: p. 549. n. 346. Patres aulam frequentant, et vestem literatorum induunt: idcirco notati apud praepositum generalem factum utecumque defendunt: p. 549. n. 347. et seq. Alii duo patres in Tunkinum appellunt: varia regis consilia de illis: p. 550. n. 349. Patres prædicatio prohibiti per catechistas fidem provehunt: p. 672. n. 273. Excitatul variis in locis persecutio in christianos, non tamen a rege: p. 673. n. 279. et seq. Pater Majorica Enghianensem provinciam excolit fructu plurimo: p. 676. n. 281. Rex publico decreto christianam religionem interdicit: p. 677. n. 282. Christianorum templum everitur, valedicinarium incenditur: ib. n. 283. Checii domus nostrorum diripitur; p. Regius vinculus constringitur: p. 678. n. 284. Rex improbat factum et patres delinire studet: ib. n. 285.
- Toxungonus Xoguni filius in imperium Japonicum patri succedit: p. 550. n. 351. Persecutionem in christianos intendit, et proditorum perfidiam praemiis acuit: p. 779. n. 286.
- Trigautii (p. Nicolai) obitus et elogium: p. 238. n. 229.
- Truxillensis collegii initia: p. 269. n. 358. et seqq.
- Tuinticani qui populi sint. Ad patres invitati se conferunt: p. 561. p. 382. Cum Carapaccii conciliantur: ib. n. 383. Unum ex patribus in suam regionem evocant: ib. n. 384.
- Ad eos progreditur P. Bartholomaeus Mexia: p. 562. n. 383. Resibi gestae: ib. n. 386. P. Mexia ex immodico labore morbum contrahit, et discedere cogitur: ib. n. 387.
- Tunkini descriptio: p. 140. n. 142. Initia missionis Tunkinensis: p. 142. n. 143. et seqq. Patres Rhodes et Marques fausti omnibus prima fidei semina jaciunt: p. 143. n. 147. et seqq. Rhodius ad regem defertur, a quo benigne exceptus facultatem impetrat Evangelii promulgandi: p. 143. n. 150. et seqq. Vide supra *Tondunangus*.
- Tunkini res per suos annos distributae.
- Anno 1627. pag. 140. a n. 141. ad n. 183.
 - Anno 1628. pag. 239. a n. 233. ad n. 231.
 - Anno 1630. pag. 418. a n. 269. ad n. 285.
 - Anno 1631. pag. 347. a n. 340. ad n. 350.
 - Anno 1632. pag. 672. a n. 273. ad n. 285.
- Turcicæ missiones, gestaque ibi in nostris ab anno 1615. ad annum 1630. p. 402. a n. 198. ad n. 243. P. Caniliacus e Constantiopolitana residencia excurrit Hierosolimam: p. 403. n. 190. et seq. Idem Sinyrae sedem collocat: ib. n. 192. Ibi ad Graecorum et Armenorum salutem multa fructus gerit: p. 404. n. 204. et seqq. Patres Stella, et Manilierius Alepo exsulare jubentur; Alexandreæ in carcere coniunctiuntur; inde cum amplio Visirji diplomate Alepum repetunt: p. 407. n. 219. et seqq. In insula Naxo residencia collocatur: p. 409. n. 232. et seq. Vices nostrorum Galatae; eorum expulsio ac restitutio in suam sedem: p. 410. n. 235. et seqq.

Tyrnaviae erigitur Hungaricae juvenutis seminarium: p. 31. n. 96.
 Tzugijs (p. Thomas) ortu Japon rogo addicitur. Ejus elogium: p. 139. n. 140.

U

Waels (p. Joannis) obitus et elogium: p. 202. n. 91.
 Vagnonius (p. Alphonsus) Xansiensem provinciam strenue excusat: p. 235. n. 217. Novam christianorum coloniam constituit Pucei, tamquam Xansiensem provinciam magno fructu pererrat: p. 344. n. 328. et seq.
 Valentiae novi templi encaeniae celebrantur: p. 522. n. 270.
 Valentius (p. Christophorus) a Batavis capitur: p. 249. n. 270. Ejus mors et elogium: ib. n. 272.
 Vallesiana quando intravit Societas, quaque habuerit domicilia: p. 103. n. 22. Sedunenses contra Societatem concitantur, et quare: ib. n. 23. Indicatur nostris exsiliis ex tota Vallesia: ib. n. 24. Irrogati exsiliis tres afferuntur causae: p. 104. n. 25. Nostris excedere e provincia coguntur: ib. n. 26.
 Vallisoletana professorum domus vertitur in collegium: p. 114. n. 58.
 Varasdinensis collegii initia: p. 624. n. 163.
 Vasseroeti (fr. Jacobi) obitus et elogium: p. 211. n. 124.
 Ubaldini Antonius Seminarii Romani convictor pie moritur: p. 274. n. 4.
 Weidensem stationem nostri deserunt: p. 281. n. 22.
 Venetiae provinciae res per suos annos distributae.
 Anno 1626. pag. 13. n. 38.
 Anno 1627. pag. 96. a n. 8. ad n. 12.
 Anno 1629. pag. 273. a n. 5. ad n. 11.
 Anno 1630. pag. 331. a n. 9. ad n. 48.
 Anno 1631. pag. 433. a n. 28. ad n. 43.
 Anno 1632. pag. 376. a n. 31. ad n. 36.
 Verderii (fr. Bertrandi) tironis obitus et elogium: p. 309. n. 123.
 Vicensis collegii perturbatio, ejusque perturbationis causa et exitus: p. 399. n. 187.
 Vieira (p. Sebastianus) frustra in Indianum solvit: p. 213. n. 133. Iterum solvit cum sociis quadraginta, et tribus amissis Goam tenet: 313. n. 140.
 Viennense tirocinium Jacobus Curtius fundat, et se Societati tradit: p. 183. n. 33. et seq.
 Vilanius (p. Joannes Dominicus) a piratis in servitutem abripitur, ibique prius quam redimi queat, semino atque aerumnis confeccus moritur: p. 684. n. 297.
 Villerii (p. Bartholomei) obitus et elogium: p. 34. n. 102.
 Vimontius (p. Bartholomaeus) in insula, cui Promontorio Armerico nomen, primus fructuose laborat: p. 346. n. 265.
 Violae (p. Clandii) obitus et elogium: p. 641. n. 209.
 Ulissipone oriuntur controversia ob theologicam thesim, ac Romanum deferunt: p. 312. n. 131. et seq.
 Ungoni montis et bullentium aquarum descriptio et usus. Vide *Japonia*.

Vocatio religiosa quam male a propinquis impugnetur: p. 377. n. 115.
 Volchenstein (p. Vitus) quam ardenti studio expeteret inserviendi aegrotis facultatem: p. 589. n. 67. Ejus obitus et elogium: p. 590. n. 68.
 Volgmair (fr. Danielis) obitus et elogium: p. 331. n. 126.
 Woringtoni (p. Thomae) obitus et elogium: p. 61. n. 183.
 Urangiense regnum. Vide *Catay*.
 Urbanus VIII. summus Pontifex dissensiones in Anglia ab Episcopo Chalcedonensi excitatas supprimere conatur: p. 108. n. 39. Brevis pontificii particula, causam regularibus adjudicantis: ib. n. 40. Damnat scripta per eam occasionem contra nos edita: ib. n. 41. Ortam inter nostros controversiam de Paraquariensem matrimonis definit: p. 339. n. 239. et seqq. Wardianum magistrarum institutum, seu Jesuitas approbare renuit, ex quoque sodalitatem dissolvit: p. 388. n. 150. Pontificis literae ad Episcopum Zebuanum de conficiendis Manilae canonizationis actis pro martyribus Japoniae: p. 551. n. 352.
 Ursinus Alexander Cardinalis, quodammodo in Societatem cooptatus, Romae diem obit. Quaedam de ejus virtutibus: p. 3. n. 4. et seq.
 Urvaicenses, lue saeviente, nostrorum opera sublevantur: p. 538. n. 374. Neophytorum eximia caritas, et unius praecepsim: ib. n. 375. Religionis incrementa apud eos: p. 696. n. 321.

X

Xamli vox sinica *regem supremum* significans, gravis controversiae inter nostros, et aliarum deinceps origo: p. 237. n. 223. et seqq.
 Xansiensem excolunt provinciam patres Vagnonius et Rho: p. 235. n. 217. Nova ibi constituitur colonia christiana: p. 344. n. 328.
 Xaverius (S. Franciscus) urbis ac regni neapolitani patronus declaratur: p. 176. n. 10. In ora Travancoris fidem innumeris prodigiis alit ac propagat: p. 665. n. 235. Insigne Xaverii beneficium Ancone: p. 449. n. 10. Ejusdem ope P. Laertius naufragio incolumis evadit: p. 133. n. 120. et seq.
 Ximaberani carceris descriptio. In eo multi in Japonia cruciantur: p. 229. n. 188.
 Xiuccani (p. Michaelis) obitus et elogium: p. 233. n. 204.

Y

Yama (fr. Joannes) cuiusdam sycophantae proditione capitur in Japonia, una cum aliis christianis, qui flammis omnes addicuntur: p. 779. n. 286. Ipse post diuturnum carcerem lento fossae supplicio necatur: p. 680. n. 287.
 Yphausen (p. Henrici) obitus et elogium: p. 23. n. 70.
 Ypris foeda sedilio comprimitur, multi nostrorum interveniunt eximunt neci: p. 630. n. 183.

Z

Zola (p. Joannes Baptista) capitur in Japonia cum aliis vi-ginti: p. 75. n. 234. Producitur ad rogum, ac lento igne comburitur: p. 78. n. 242. et 244. Ejus elogium: p. 80. n. 247.

Zunchinius in imperium Sinense Tienkio Traetri succedit: p. 137. n. 201. et seq. Nostri liberius praedicationi insi-stunt: ib. n. 204. Exoritur procella Sunkiani: p. 139. n. 211. et seq. Religio in Sina; et praecepsim in provin-cia Xansiensi feliciter propagatur: p. 335. n. 217. et seqq. Decernitur correctio calendarii Sinensis, eique ope-ri praeficiuntur aliqui ex nostris: p. 323. n. 174. et seq.

Hinc nostrorum auctoritas resflorescit: p. 324. n. 176. Eunuchi deceum, baptismo suscepto, christianam religio-nem in aulam invehunt: p. 343. n. 326. Imperator lega-tionem Lusitanorum, et P. Rodericum benignissime ac-cipit: p. 344. n. 331. Flagrante bello cum Tartaris, tre-centos auxiliares Lusitanos cum quinque patribus in Si-nam admittit: ib. n. 333. Ignatium mandarinum christia-num, ob coortam inter milites seditionem, capite multat: p. 345. n. 334. Succenset sui numinibus, et idolorum stragom imperat: p. 346. n. 336. Falso creditur brevi christianam suscepturus fidem: ib. n. 337. Doctorem Pa-ulum, christianorum columen, creat columa: fides chri-stiana felicissime propagatur: p. 669. n. 264. et seq.

IMPRIMATUR

Fr. Th. M. LARCO O. P. S. P. A. Magister Socius.

IMPRIMATUR

Fr. ANT. LIGI Archiep. Iconien. Vicesg.

ERRATA

Pag.	13	— lin. 49. extimueris
"	16	— lin. 20. temporae
"	26	— lin. 8. sedes
"	29	— lin. 30. in aedificandis
"	35	— lin. 31. abundabant
"	37	— lin. 10. a Societati
"	"	— lin. 11. et una
"	44	— lin. 40. persolverat
"	68	— lin. 39. et Sosa
"	80	— lin. 29. ariminensis
"	82	— lin. 31. tantum
"	90	— lin. 30. tam subito
"	121	— lin. 44. supra quem
"	178	— lin. 13. quos
"	200	— lin. 15. frustra
"	203	— lin. pen. mostro
"	231	— lin. 43. longe
"	253	— lin. 22. synaxia
"	255	— lin. 9. barbariae
"	289	— lin. 1. perverxi
"	293	— lin. 52. gravem
"	296	— lin. 41. Ad Deum
"	299	— lin. 42. tristor
"	307	— lin. 49. Inguente
"	319	— lin. 31. semper
"	"	— lin. 36. perdueillis
"	320	— lin. 35. fallaci ectum
"	325	— lin. 24. aedificia
"	328	— lin. 33. jussit
"	342	— lin. 24. praeacuto
"	346	— lin. 26. canis
"	350	— lin. 46. mediatione
"	441	— lin. 48. examine
"	478	— lin. 37. prostraret
"	483	— lin. 46. Caesaris
"	493	— lin. 8. tempore
"	498	— lin. 32. permanenter
"	638	— lin. 19. exivil
"	648	— lin. 8. sententias
"	649	— lin. 45. repente
"	669	— lin. 41. institum
"	673	— lin. 35. offerrent
"	681	— lin. 45. satellibus

CORRIGE

extilmuerit
tempore
sedet
inaedificandis
abundabat
a Societate
ut una
persolveret
e Sosa
arimensis
tantam
tam subita
supra quam
quorum
frusta
nostro
longae
synaxim
barbarie
perrexit
grave
At Deum
tristior
Ingruente
semper
perduelles
fallaci ectum
aedifici
jussit
peracuto
canis
meditatione
exanime
prostaret
Caesari
tempore
peramanter
excivit
sententia
repente
institutum
offerret
satellibus

Sunt et alia errata minoris momenti, quae benevolus lector per se emendabit.

A V V I S O

Questo volume secondo fa seguito al primo dello stesso Cordara e stampato in Roma l'anno 1750 dal Dr. Rubin. Il perchè, nel condurre questa edizione si è procurato che il secondo riuscisse il più che si potesse somigliante al primo in ogni sua parte; nel senso cioè, nella carta, nei caratteri e via discorrendo: sicchè potessero senza sconcio accoppiarsi insieme nelle più diotche.

Il prezzo di questo volume è di scudi romani quattro, e trovasi vendibile presso l'Uffizio della *Cordara* in Roma (*Via del Seminario* num. 123); il quale Uffizio ne prende commissioni per l'Italia e per i paesi stranieri avvertendo che le spese di trasporto e di dazio sono a carico dei signori committenti.

M E N O L O G I O DI PIE MEMORIE D'ALCUNI RELIGIOSI DELLA COMPAGNIA DI GESÙ CHE FIORIRÒNO IN VIRTÙ E SANTITÀ RACCOLTE DAL MDXXXVIII. AL MDCCXXVIII.

PER
GIUSEPPE ANTONIO PATRIGNANI

E CONTINUETE FINO AI DI NOSTRI

PER GIUSEPPE BOERO

DELLA MEDESIMA COMPAGNIA

VOL. I. — MESE DI GENNAIO

(in 8.^o tragr. a 2 colonne di pagg. XVI. 604)

ROMA — Coi tipi della *CIVILTÀ CATTOLICA* 1839.

... di cui si fece la Rivista nella *Civiltà Cattolica* al vol. II, pag. 588 e segg. della IV Serie, ...
... in dodici volumi rispondenti agli altrettanti mesi dell'anno. Il secondo è il mese di Febbraio.
... i torchi.

2. I volumi conterranno, con poca varietà in più od in meno, da tre in quaranta fogli di allunga
Il prezzo poi di ciascuno sarà di uno scudo romano per gli Stati P... la Toscana; di fr. 6. 50 per gli
Stati Sardi; di fiorini N. V. 2. 25 per la Lombardia e per la V... 1.. 25 pel Regno delle Due Sicilie.

3. Si trova vendibile presso i principali distributori della C... ca, e se ne ricevono ancora diodamente commissioni all'Uffizio di Roma; e propriamente.

IN ROMA Uffizio della *Civiltà Cattolica* via del Seminario num. 123 — FIRENZE *Ducco* — TORINO *Marietti* —
MILANO *Pogliani* — BOLOGNA *Marsigli e Rocchi* — VENEZIA *Naratovich* — NAPOLI *Giuseppe Duro*.